CATALOGVS
Gloriæ Mundi,

D. Bartholomæi Cassanæi, Burgundij,
Apud Aquas Sextias in Senatu Decuriæ Præsidis,
ac viri clarissimi:

OPVS IN LIBROS XII. DIVISVM,
Quibus omnis humanæ gloriæ summa breuiter,
artificioseq́ue continetur.

Nunc verò ita auctum, emendatum, Figurisque illustratum, vt cæteras
editiones omnes longe superare videatur.



VENETIIS, M D LXXVI.

Apud hæredes Vincentij Valgrisij.

PRAESTANTISSIMO VIRO CHRISTOPHORO PENSABENO INSIGNIS ET COLLEGIATAE ECCLESIAE

S. Petronii de Bononia Canonico,

Omniumq́; bonarum literarum professori, & Ecclesiæ Bononiensis in spiritualibus & temporalibus Vicario generali, Vincentius Valgrisius. S. P. D.

NON SVM nescius Christophore Pensabene, vir ornatissime, quin tu, quæ tua est prudentia, scias, qui liber, & quantus sit is, qui Catalogus Gloriæ mundi vocatur; à Barthol. Cassaneo conscriptus; quantaq; doctrina sit, & quam multiplici rerum varietate refertus. Sic enim inter omnes doctos constare video, nihil esse, quod aut in iure Ciuili, aut in Philosophia, aut in Theologia contineatur, aut quod ad actiones nostras quotidianas dirigendas pertineat, cuius non certa ibi initia tradantur, ac controuersiæ grauissimæ dissoluantur. Itaque nemo est fere vel mediocriter intelligendi, agendiuè studiosus, qui non hunc in bibliotheca sua habere librum cupiat, atque inde præsidia summa tum ad suas, tum ad alienas tuendas rationes non eliciat. Quo fit, vt iterum, atque iterum nobis, quo pluribus commode possit impertiri, sit describendus. Quare cum hoc ego nunc facere cogitarem, id totum volui in tuo nomine apparere. me verò vt ita agerem impulit in primis, quòd cum & tu industria, atque labore tuo variam tibi scientiæ facultatem pararis, ita vt non praeclara solum Iurisconsulti, sed etiam philosophi insignia reportaris, atque Theologiæ nunc demum ita incumbas, vt in ea breui excellere posse videaris, cui conuenientius eiusmodi opus inscriberem quàm tibi, neminem prorsus habebam. Nam quid de mea erga te obseruantia, tuisq; erga me beneficijs dicam? quę eiusmodi sunt, vt etiam si talis non esses, qualis & es, & summi Card. Palæoti, cuius in Ecclesia Bononiensi Vicarius existis, iudicio existimaris, tamen & hoc munus, & multo præstantiora me virtuti, ac liberalitati tuæ debere putarem. Quare vt hoc erga te animi mei officium gaudenti, ac libenti animo accipias, te etiam atque etiam rogo. Vale.

AVTORIS PROOEMIVM, SIVE AD LECTOREM, PRAEFATIO.

VETERVM nos monet autoritas, patrum vestigia (si à scopo veritatis & virtutis non deuiarint) imitari debere, & aliquo genere exercitationis animum pellicere. Cum plurima mortalibus commoda per exercitationem, damna verò per segnitiem eueniant. Nam si fidei Platonicæ non dissentiam, qui diu ab instituto opere desuescunt, & feriantur, ocij consuetudinem plerunque induunt, quam postmodum nisi grauatim exuere nequeunt. Ideo Appium Claudium dicere solitum accepimus (Valerio teste lib.7.tit.de sapienter dictis c.2.) Negotium populo Rom. potius quàm ocium committi debere, quoniam quidem exploratum habebat ingenuos homines agitatione rerum, & exercitatione ad capessendam virtutem excitari. Contrà verò ocio & quiete in desidiam, torporem, & socordiam resolui, & prolabi. Emollit enim vires (vt inquit Menander) sicut rubigo ferrum. Propterea Alex. Macedo, quo die nihil gesserat, se nō regnasse existimabat. Ideo recenset Guill. Leporeus Heduen. in tract. suo artis memoratiuæ, in c.ocium. lib.4. Athenienses ignauos homines & languore marcescentes, qui vitam in ganeis & popinis, alijsq; illecebrosis locis silentio transigebant, in forū protrahere solitos esse, eosq; vt facinorosos plectere. Quod, teste Quintil. Memoriā exercitatione redigendam cōuenit, ne nobis discamus ignoscere. Nā memoria nisi exerceatur confestim tabescit, solitoq; vigore destituitur. Et, teste Cassiod. 11. variarum in prologo. Aegrescit ingenium, nisi iugi lectione reparetur. cito expenduntur horrea, quæ assidua non fuerint adiectione fulcita: thesaurus quàm facilè profunditur, si nullis iterum pecunijs compleatur. Sic & humanus sensus si cum alieno non sarcitur inuento, cito potest attenuari de proprio.

Hanc rem igitur (spectatissime lector) apud me anxiè volutans laborem humeris, licet viribus imparem, imponere non veritus. (Ad hoc etiam me adortante Ouid. ad Rufinum dicens) Vt desint vires, tamen est laudanda voluntas. Hunc Gloriæ mundi Catalogum, vt vires ingenij excitarem, congerere non erubui. Sicut etenim diligenti cura pretia prædiorū ampliatur, ita si negligētius habita sint, minui ea necesse est, vt asserit Iurisconsul. Calistratus in l.nō intelligitur. §.diui fratres, ff.de iure fisci. & vitium fouet ipsa suum cessatio iugis ab opere, aut studio, amantq; longa ocia culpā. Diligentia ergo præferenda (cùm mater omnium virtutum, & operū sit) desidia verò est valde animis periculosa, atq; miserabilis. Animum enim corrūpit, teste Cicerone.4.Rhet. Et omnia lædit, vt in auth. de quæstore. §.hæc omnia.coll.6.& l.pen.C.de anna.except. Etiam nouerca eruditionis dicitur.cano.nihil.83.dist. Exercitatione itaque valere solet ingenium, virtus studiorū augetur, memoria conseruatur, & remissi oscitantesq; animi fiunt vegetiores. Vnde per exercitium lectionis quis reperit scientiæ margaritam. tex.in c. post translationem. §.verum. versic.item si quis.de renun.& legendo libros, melior & doctior quis efficitur.l.pen.in fi.ff.ad exhibendum. Et omne artificiū per exercitium recipit incrementum. tex.in l.legatis seruis. §.ornatricibus.ff.de leg.3.& l.milites. C. de re mili. lib.12. vnde moraliter Ausonius poeta Gallicus hominem pigrum in suis epigr. sic increpat:

Sanus piger febriente multò est nequior.
Potat duplum, dapesq; duplices deuorat.

Etiam diuus Hierony. quantum ocium sit fugiendū, his verbis ostendit. Semper facito aliquid boni operis, vt te diabolus occupatum inueniat. relatus in c. nunquam.de consecr. dist.5. & ibidem. Scribantur & libri, & manus operetur cibos, & anima saturetur lectione: in desiderijs autem est omnis ociosus.

Quapropter (lector attente) ne vitio illo desidiæ arguerer, & excusso negligentiæ somno, post cōmentaria nostra super consuetudinibus ducatus Burgundiæ, iamdiu absoluta & in propatulo cōspersa, huic operi animum applicui, in quo quædam non modica de prærogatiuis, præeminentijs, præstantijs, & excellentijs, quæ circa honores, laudes, gloriam, dignitates, commendationes, etiam statum & ordinem nō solum cælestium, verumetiam terrestrium & infernorum versantur, Deo autore tentare non erubui. Maximè circa ea quæ omni ferè statui mortaliū cuiuscunque conditionis fuerint ornamentum, & decorem afferre possent, in hoc opus conieci. Eoque paulò audacior factus, quòd ad hæc tempora mortaliū nemo scriptis redegerit. Tum quia in gymnasiis, tum etiam quia in forensi vsu (vt spero) probabitur: licet hoc opus nostrum non assero tale, vt eruditum & venustum habeatur: sed ea est nostri satietas, si non solum circa iura patriæ, verum etiam pro communi vtilitate (cùm honor omnes tangat) elaborasse videamur, & si apud rediuiuos eloquentiæ camelos oblectamentum, ne dicam adiumentum reputetur. Cùm diuersos diuersa iuuant, non omnibus horis omnia conueniant. Et nihil vtilius in vita comperiet quisquam, quàm noscere ordinē & finem sui status, de quibus est nobis hoc opere explicandum, ac propter inopinatum & præposterū (quod sæpe mori-

bus

bus & actibus nocet) non erretur, curandum est. Vnde non immeritò dicit Cicero in Paradox. Cùm quicquid peccatur, perturbatione peccatur rationis, atque ordinis. Perturbata autem semel ratione atque ordine, nihil poßit agi quo magis peccari posse videatur. Et scribitur 1. ad Corin. 14. Omnia honestè, & secundum ordinem fiant in vobis. Et vulgò dici solet, Vbi non est ordo, ibi est confusio. glo. in verbo, confusum. in [illegible]. inordinatum verò. in auth. de hæred. & Falc. coll. [illegible]. Ideo his rebus quæ tractantur in vita, modum quendam adhibentes, & ordinem, honestatem, & decus conseruabimus. Et licet omnes natura simus æquales, culpa tamen exigente, alij sunt superiores, alij inferiores. cano. de Constantinopolitana. 22. dist. vt superiores culpas puniant, & subditos ad concordiam ducant. c. licet. 45. dist. & cano. fin. qui incipit, ad hoc 89. dist. vbi inquit text. Ad hoc dispensationis prouisio gradus diuersos & ordines constituit esse distinctos, vt dum reuerentiã minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vera cõcordia fieret, & ex diuersitate contentio, & rectè officiorum gereretur administratio singulorũ. Neq; enim vniuersitas alia poterat rõne subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentiæ ordo seruaret. quia verò quæq; creatura in vna eademq; qualitate gubernare, vel viuere non potest, cœlestium militiarũ exemplar nos instruit, quia dum sunt Angeli, sunt Archangeli: liquet, quia non sunt æquales, sed in potestate, & ordine differunt alter ab altero. etiam ordo naturalis & hæc iustitia est, vt minor seruiat maiori, vt dicit tex. in c. est ordo. 33. q. 5. Et verè quisque seipsum agnoscere poterit, si nulli suum officium, seu ministerium subtrahatur, si vnicuiq; sua iurisdictio seruetur, & ordo rerum non confundatur: nec superiores officia inferiorũ sibi vendicent, nec inferiores ditionem, directionem, atque correctionẽ non refugerẽt: quia tunc vniuersale bonum optimè gubernaretur. & nullus est, qui non teneatur alicui obedire, aliàs acephalus esset. c. nulli. 93. dist. cum c. seq. Etiam absurdum est, si promiscuis actibus rerũ turbentur officia. l. repetita. C. de episc. & cler. l. cõsulta. [illegible]. absurdum. C. de testa. & c. esto subiectus. 95. dist. Et sicut indecorum est, vt in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio, ita nimirum noxium est, si singula rerum ministeria personis totidem non fuerint distributa. c. 1. 89. distin.

Sed hodie, proh dolor, complures eò præsumptionis, ac temeritatis fumo caligant, inanis gloriæ cupidi, honorum, magistratuum, dignitatum & officiorum ambitiosi, non vt prosint, sed ad hoc, vt præsint. Contra quos. c. si. 40. dist. quicunq; desiderauerit primatum, inueniet confusionem in cœlo, nec inter seruos Christi computabitur. Non enim qui maior fuerit in honore inter homines, ille est iustior: sed qui fuerit iustior, ille maior: quia non gradus elegãtior, sed vitæ melioris actio cõprobatur. c. sicut. 22. q. 4. & c. sunt nonnulli. 16. q. [illegible]. & nemo sibi honorẽ assumere debet. tex. in c. in scripturis. §. 1. 8. q. [illegible]. Saltem qui honore alios præstat, ita scientia præcellere debet, aliàs vilißimus est. text. in c. vilißimus. 1. q. 1.

Sed quoniam nemo etiam reperitur adeò cõstãs, fortis, & magnanimus, quin aliquando honoris & gloriæ stimulis exagitetur. Cùm nullus exaltari, aut reuereri renuat, aut ob bene & præclarè gesta, administrationem, literaturam, corporis elegantiam, vel ex altera naturæ largitate, seu fortunæ, vel gratiæ donis, & huiusmodi: vt p̃clarè disseruit Policraticus lib. 8. cap. 2. Quoniam virtus comitem secum semper trahit honorem, velut corpus vmbrã, vt ait Fran. Patritius. & teste Cicerone in Paradoxis. & quisque est maximè boni particeps, ita & laudabilis maximè. Neq; est vllum bonũ, de quo non is qui id habeat, honestè poßit gloriari: & qui negligit famam suam, seu dignitatis statum, crudelis est. tex. est in c. nolo. 12. q. 1. & habetur 1. ad Corin. 9. & refert tex. in c. sacerdos. 1. q. 2. expedit mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet. Et Tullius in 1. Offic. Negligere quid de se quisquam sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti. Et idẽ. Nõ minus prõptiores esse debemus, atq; parati dimicare de honore & gloria, q̃ de cõmodis nostris.

Nec etiam quis ita humilis, telogonus, seu inglorius esse debet, vt cõtemni se patiatur, nec plus subijci, quàm expediat. text. in c. admonendi. 2. q. 7. Maximè cõtemni solet magistratus, ac regendi frangitur autoritas, dum nimium seruatur humilitas. tex. in c. quando. 86. dist. sed augere debet ex ingenio dignitatis statum & authoritatem, ne contẽptibilis videatur. l. nec quicquam. [illegible]. circa ff. de offi. procons. & legati. l. obseruandum. de offi. præsid. ff. ideo medium tenendum est. gl. in verbo, aduocatos. in d. §. circa. & glo. in verbo, modum. in c. 2. de offi. custodis. quæ id comprobat his versibus.

Cum media semper gaudebam ludere forma:
Maior enim medijs, gratia rebus inest.

Et iterum.

Inter vtrunque vola, medio tutißimus ibis.

Honores ergo ita prosequi poßumus, dummodo declinemus ambitionem: sed cauẽdum est ne virtutis specie decipiat nos uitium, quia pauci hodie honores contemnunt. Cum ita maximè solet homines affectare, opes, voluptates, & honores. & gentes ambulãt in uanitate sensus sui. Ad Ephes. 4. Et uolunt seu amant (prout dicit Christus de Scribis & Pharisæis, Matth. 23. Mar. 12. & Luc. 11.) in stolis ambulare, in primis cathedris sedere in synagogis, & primos recubitus in cœnis, & salutationes in foro, & uocari ab hominibus rabbi. Et multi ex principibus magis dilexerunt gloriam hominũ, quàm gloriã Dei. Ioan. 14. Et unus petit sedere ad dexteram, & alter ad sinistram in gloria, ut habetur Mar. 10. de filijs Zebedæi. Et esse in honore placet, teste Ausonio in Egloga de uita humana. Et quemadmodum res penè contra naturam est, ut quis sit sine peccato, text. est in c. unum. §. nomine. 25. dist. ita dicendum est, q̃ rara auis est quæ non tendat in altum, nullusq; respuit gloriã aut honorem. Et si quis reperiatur, quis

est ille, & laudabimus eum? Eccl. 30. Felix illa tamen, coruo quoq; rarior albo, ait Iuuen. saty. 7. Imò omnes conuersi sunt ad cursum suũ, quasi equus impetu vadens in prælium. Iere. 8. Ipsi etiã philosophi in frontibus librorum, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt. In illo enim, in quo prædicationem, gloriamq; despiciunt, prædicari de se ac nominari volunt. ita inquit Cic. in suis orationibus. Et quia etiam honores quis interdũ consequitur ex fortuna, & non ex virtute, sicut verè dicere possumus cum Virgilio in suo Opusculo de fortuna.

Fortuna immeritos auget honoribus,
Fortuna innocuos cladibus afficit.

Ita nec minus verè dicit Ouid. lib. II. de Arte.

Curia pauperibus clausa est, dat cẽsus honores.

Et idem I. Fastorum.

In pretio pretium nunc est, dat census honores.
Census amicitias, pauper vbique iacet.

Et non solum omnia venalia Romæ, sed vbique. & sicut de moribus vltima fiet quæstio (ait Iuuen. saty. 3.) Sic & de sapientia, literatura & virtutibus. vnde emanauit adagium. Corchorus inter olera. Cõtra eos qui magnis honoribus inhiant, cùm ipsi sint nihili. Sed non me rapit admiratio, quia sæpe vbi plurimus intellectus & ratio, ibi minima fortuna. Aristoteles in lib. de bo. fortu. & Boetius de consolatione philosophiæ. lib. I. metro v.

At peruersi resident celso mores solio,
Latet obscuris condita virtus clara tenebris.

Ideo in his modestiæ partibus vtemur, si nimias libidines honoris, pecuniæ, similiumq; rerũ vituperabimus, si vnamquamq; rem certo naturæ termino definiemus, si quod cuique satis est ostendemus, & si nimium progredi dissuadebimus, & modum vnicuique rei statuemus, vt inquit Cicero III. Rhetor. nouæ. & Horatius I. lib. sermonum sic ait,

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos vltra, citraq; nequit consistere rectum.

Et Martialis.

Illud quod mediũ est, atq; ĩter vtrũq; ꝓbatur,
Nec volo quod cruciat, nec volo quod satiat.

Nam sæpe ex laudis præconio innascitur superbiæ inflatio. c. sunt plurimi. 6. q. j. Et nemo plus æquo alium laudare debet, ne sibi debitum subtrahat cum infert indebitum. c. nullus. 99. dist. Nemo tamen nisi vanus falso lætatur honore. Et hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis, ait ille moralissimus Cato. Cùm stultus honores sæpe dat indignis (inquit Horatius I. sermonum.) Ideo cauere debemus in his, ne aretalogi, aut arguti esse videamur. vnde Aristo. (vt refert Laertius in lib. de vita & moribus philosophorum) dicebat de duobus hominum generibus vehementer admirari: de illo scilicet, in quo bona nõ sunt, & hæc si de ipso dicantur acceptat, & gaudet. Et de illo de quo mala proferuntur, quæ in eo non sunt, & inde turbatur. Natura quippe fermè omnium promptior est, ac paratior ad culpam, dum ea quæ minus rectè agi arbitramur, quàm ad laudandum ea quæ cum virtute fieri videntur.

Nec me ab hoc instituto opere quispiam verborũ buccinator reuocare potuit, verbis me lacessans: quid te diebus noctibusque in tot scriptis torqueas, & vexes, cùm tota penè mundi machina turbetur per innumerosa interpretum & autorũ volumina? Adeo quòd ea inoleuit cõsuetudo, vt si quis syllabarius, aut semiuir literarũ opus aliquod (quod aiunt) rudi minerua compegerit, magis quàm fabrefecerit, dignum statim existimemus, quodq; lecturiant omnes & empturiant, quemadmodum & antiquis factum est temporibus. vt in l. j. §. nostram. ibi, nullis iurisperitis. & in l. ij. §. hæc autem. C. de veteri iure enuclean. & iuxta dictum Horatij.

Scribimus indocti, doctiq; poemata passim.

Quia in primis responsum patet, quòd multorũ hortatu & persuasionibus, quæ præmissæ sunt, saltem in opere ordinato ad bonum, vt voluit Ioan. Faber Cancellarius Franciæ, & quidem meritissimus. in §. cumque hoc. in proœ. institutionum. vt hoc opus iam inceptum perficerem, completumque & absolutum in apertum referrẽ stimulatus sum. Nec vltra protelare, nec diem de die ducere valui, quin in lucem prodiret. Ad hoc etiam me hortante Ausonio epigrammatista. dum sic inquit.

Gratia quæ tarda est, ingrata est, gratia nanque
Cùm fieri properat, gratia grata magis.

Nec etiã quis ignorat (nisi iners) quòd sciẽtia qualis est in homine publicanda licite venit, vt per eundem Cancellarium in d. l. ij. C. de veteri iure enucl. cõprobando prout habetur Prou. II. Qui abscondit frumenta, maledicetur ĩ populis. pro quo facit tex. in l. annonam. ff. de extraor. crimi. & per dictum Senecæ. In hoc gaudebo aliquid addiscere vt doceam, nec vlla res me delectat, licet eximia & salutaris, quã mihi vni sciturus sum. & Ecclesiast. 24. Videte ꝙ non solum laboraui mihi, sed omnibus exquirentibus disciplinã. Sapientia enim dando fit largior, retinendo minoratur. Ideo dicit Hiero. ad Rusticũ monachum, Ama scientiã scripturarũ. vt in c. nunquã. de consecr. dist. 5. Et longo tẽpore disce, quæ postmodũ doceas. c. sic viue. & c. si clericatur. 16. q. . & plus proficit Doctor docendo, quàm curatus sacramenta ministrando. vt colligitur. in c. cùm ex eo. de elect. in 6. & non sufficit tantum studuisse, sed & opera studij facere oportet. argum. c. cauete. 22. q. 5. Sicut nec prodest triticum seminare, & fructum eius non tollere: & domum construere, & non illic habitare. vt ait text. in c. quia sanctitas. 50. distin. Et quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? & quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? vt habetur I. ad Corinth. 9. & præclarè in [illegible] Bal. in proœ. decretalium. Quemadmodum turpe est diuiti decedere sine hærede, ita miserrimum habenti gratiam intellectus posteris & studiosis nihil scriptum, tanquam hæreditarium, relinquere.

Etiam multa chartis commendanda sunt, cũ omnia simul memoria retineri non possint. vt in d. l. ij. §. si quid autẽ. C. de vet. iur. enucl. Cùm labilis sit. l. peregre. circa prin. ff. de acq. poss. Et nisi antiquorũ dicta

dicta & gesta scriptis demandata fuissent, in hominum memoria nullatenus versarentur. Ideo scriptura, rerum omnium conseruatio dici potest. Ea tamē præcipuè scribenda & legenda sunt, atq; mentibus infigenda, quæ memorabilia sunt, iuxta dictum Ausonij ad nepotem de studio, vbi ita inquit. Perlege quodcunq; est memorabile. & rursus prima monebo. Perlege quodcunque est memorabile.

Nec putet quispiam nos velle vti verbis antiquarijs, inusitatis, aut obsoletis (quod & vetat Aulus Gellius noct. Attic. lib. 11. c. 7.) vt lectorem vnoquoq; verbo suspensum teneant. Nescius videor si incultum & inusitatū antiquarij sermonem, cuiquā gratum existiment (sciant tamē tantum mihi displicere quantū literatis complaceat Cicero) ideo Fauorinum imitabor cōsulentem, verbis præsentibus vtēdum, & moribus præteritis viuendum. Ideo claro & familiari calamo intelligibilibusq; & inelaboratis sermonibus (insequendo Senecam in lib. 5. Epist. 38. epist.) procedemus. Adeò q elementarij iuuenes in dicendorum cognitionem deueniant. Non autem grauiore aut seuero stylo, vt noster Budæus, aut Alciatus (quibus audeo eloquentiæ brauiū asciscere.) Quia nos factis & sententijs potius quàm verbis intendimus. (Absit tamen dictis eorum contra niti.) Et teste Ambrosio secundum Io. Fab. in §. his itaq;. in proemio institutionum. Melius est vt intelligant nos populi faciliter loquendo, quàm si commendant grammatici obscure loquendo, & doctrina prudentum facilis est. Prouer. 11. Et verbis sententiæ præponendæ sunt, vt animus corpori præponitur. c. sedulo. 38. dist. Nam euangelium non consistit in verbis seu folijs scripturarum, nec sermonum, sed in radice rationis, & sensu. tex. in c. Marchion. 1. q. 1.

Breuitate etiam (qua gaudent moderni, vt ait gl. in l. .ff. de eo, quod met. cau.) in hoc opere vti voluimus, iuxta tex. in d. l. ij. §. contrarium. C. de vet. iure enucl. vbi inquit. Melius est pauca idonea effundere, quam multis inutilibus homines prægrauare. & vt doctoris est, non superfluos nec verbosos commētarios facere, vt in l. ij. ff. de orig. iur. ita aduocati cauere debent verbosis vti assertionibus, vt vult text. in l. fi. §. in refutatorijs. C. de appel. pro quo etiam facit tex. in §. . ibi: ne verbosa fiat disputatio. instit. quod cum eo qui in aliena potestate est & c. Quia prolixitas seu superfluitas, & confusionem & difficultatem generat. vt est tex. in §. sanè. & ibi gl. in proœmio Greg. Frustra etenim fit per plura quod potest fieri per pauciora. l. fi. C. de don. vnde venustè & verè dicè breuitatem laudat Ausonius in epist. ad Paulinum suum, vbi ita inquit.

Est enim comis breuitas: sic fama renatum
Pythagoram docuisse refert, cū multa loquaces
Ambiguis sererent verbis, contra omnia solum
Est, respondebat, vel non. ò certa loquendi
Regula, nam breuius nihil est, nec plenius istis.
Quæ firmata probant, aut infirmata reclinant.
Nemo silens placuit, multi breuitate loquēdi.

Et vulgò dici solet.
Omnia longa solent cunctis fastidia ferre.
Quæ cōprehensa breui sunt, bene culta placēt.

Non tamen eam breuitatem insequar, de qua Horatius dicens. Dum breuis esse volo, obscurus fio. qđ dictum refert gl. in verbo, compendium. in §. illud autem. in proœmio digestorum. vnde Sceuola iuriscōs. & Pontifex reprehenditur per gl. in verbo, summoueri. in l. cùm maritus. §. Titius. ff. de pactis dotalib. ex eo quòd plerunque non respondet, aut saltem minus clarè quæstioni propositæ.

Vereor tamen ne parum cumulate recensuerim quæ in laudem & pro illustratione et celebritate status, aut dignitatis cuiusque verisimè dici posse videbantur, sed ea relinquo eloquētioribus, qui copiosè & ornatè cogitationes suas mandare literis possunt. Ego. n. mulierum more, quarum subita consilia prudentiora habentur, in hoc ipso negotio quicquid in mentem venit primo conceptu expreßi, relinquēs alijs vberiorem, si noluerint, scribendi facultatem, cùm facilè sit addere inuentis. l. . C. de vet. iur. enuc.

Nouerint posteri cū quanta diligentia & labore materiam variam, miscellaneā, & vndequaq; resparsam & confusam conquisiuerim, & in vnum redegerim, et quam difficultatem materia respersa ingerat, vt dicitur in proœmio Gregoriano. Et q maximus labor est in libris scribēdis, vt cauetur in proœ. sexti. §. pe. iuncta glos. in uerbo, laboribus. & ex his quę inordinatè acta sunt, aliquid ordinabiliter fieri non potest, vt in c. qualiter & quando. . de accusa. Ideo ex multis pauca, imò optima colligere dignum duxi, iuxta doctr. Imperatoris in proœ. institutionū.

Idcirco studiose lector, animaduertens q vacare vanis, ocio aut fabulosis libris seu romantijs (vt ita loquar) incumbere, aut legere, uetitum est. ut dicit Ioan. Fab. in d. §. cumq;. uers. & liceat. ibi, nō ab antiquis fabulis. in d. proœ. institu. ita q iuuenibus comœdię & fabulę turpes et amatoriæ legi non debēt, quia sunt incentiuæ libidinum. Etiam sophorum tallida, arsq; rhetorum, & figmenta uatum nubilant, qui corda falsis atque uanis imbuunt, tantumq; linguas instruunt, nihil afferentes quod ad salutē conferat, aut quod veritatē detegat. Cùm multa sine ratione proferant: unde, Irrita uentosę rapiant talia verba procellæ. Et prius debemus quærere (teste Hugone de S. Victo.) quę mores informant ad virtutes, quàm quæ sensum amant ad subtilitatē, magisq; uelle præceptis scripturarū informari, quàm quæstionibus impediri. & ait D. Bernard. Multi multa sciūt, stulte cognosce te ipsum: quia multò laudabilior & melior es si te ipsum cognoscis, nec te quæsiueris extra (teste Persio) quàm si te neglecto cognosceres cursus siderū, vires herbarū, cōplexiones hominū, naturas animaliū, omniū cœlestiū & terrestriū scientiā obtineres. Meritò ergo & absque reprehensione ad opus hoc condendum elaboraui, quod mea quidem opinione eiusmodi est, q lectores ad bonū, ac ad omnem vitæ honestatem extollendam, & turpitudinem

abijciendã inuitare, unumquemq́; in suo statu informare, cupidos, & ambitiosos honorũ, magistratuũ, aut officiorum refrenare, deterrere, dissuadere, suiipsiusque notionem habere, ad virtutem incitare, adhortari, ac inflammare poterit: & cognito suo statu bene, recteque viuere valeant contenti suis finibus, & hoc solum bene agitur, vt vita hominum corrigatur. glo. in verbo, non sæuientis. in c. odio. 86. distinct. Etiam quia materia huius operis est multum commendabilis, necessaria, vsitata, & practicata, cum frequens & assidua circumstrepit quæstio de honoribus, præcedentijs, maioritate, superioritate, ac titulo dignitatum, aut nobilitatum, aut super ordine sessionum: tam in concilijs, congregationibus, collegijs, conuiuijs, in foro prætorio, & in alijs locis: etiam per vicos deambulando, seu super statu quoruncunque, & cuiusuis conditionis sint. Imò interdũ inter magnates grauem contentionem de honoribus inter eos subortam, etiam iudicio gladiatorio dirimunt. Ideo summopere circa materiam istam honorariam attendendum est, iuxta doctrinam legislatoris in l. legaui. ibi, & plenius rogo, quæ ad hoc spectant attingas, quotidiana enim sunt. ff. de liberat. lega. concordat tex. in l. . in prin. ibi, his verbis appellandi vsus quàm sit verus, frequens, quamq́ue necessarius, nemo est qui nesciat. ff. de appellat. tex. est etiam in l. . ibi: & vis eius in vsu quotidiano est. ff. ad exhibendum. iura etenim constituenda & adaptanda sunt ad ea quæ quotidiana sunt. tex. in l. iura. prima. & l. ex his. & l. num ad ea. ff. de legib. & in d. l. j. §. sed & si. ibi: hæc obtinere tantummodo volumus, quæ vel iudiciorum frequẽtissimus ordo exercuit, vel longa consuetudo approbauit. C. de vete. iu. enucl. & in proœ. sexti. . nos. ibi, & plurima in iudicijs & extra frequentata dubia deciduntur. Etiam quia materia præsens aliquali eget explanatione, iuxta quod in simili voluit tex. in cle. sæpe contingit, iuncta glo. in verbo, sæpe. de verb. sig. Ideo vt melius attingamus veritatem, terminorum necessariorum, præmittimus declarationem in prin. iuxta. l. . in prin. ff. si cer. pet. & in l. . in princ. ff. de iustit. & iure. Et, vt recenset Pomponius post Q. Mutium in l. 2. . Seruius autem Sulpitius. de orig. iur. ff. turpe esse patritio & nobili viro, & causas oranti, ius in quo versaretur ignorare. Et qu vult intelligere principiata, debet prius intelligere principia. & ad cognitionem particularium debet præcedere cognitio generis, vt notatur per Docto. in d. l. . Essetq́ue inconueniens omissis initijs, atque origine non repetita, interpretationem promittentibus protinus materiam aggredi. cùm ipsæ præfationes & libentius nos ad lectionem præpositæ materiæ perducant, & eius euidentiorem intellectum præstent, vt in l. . de orig. iur. ff. Et in primis cùm diuisio animum legentis incitet, mentem intelligentis præparet, & memoriã artificiosè reformet, secundum glo. in verb. eadem. in §. igitur. in proœ. institutionum. & in l. . in prin. vbi not. de doli mali except. ff. & dicit Bal. in proœ. fforum. §. 1. in prin. allegando Ambr. scire quid facias, nescire quo ordine id facias, non est perfectæ cognitionis. & subiungit. Ideo bene est prius quàm ad scientiam perueniatur, modum docendi & ordinem præscribere, quo per ordinem res intellectæ magis delectant animos, mentes nutriunt, sensus magis illuminant, & memoriam reddunt clariorem. Et, vt dicit Bal. in consi. schismatis, posito in rubr. Si quis aliquem testari prohibuerit. C. opus nostrum vitiaretur, si ordo amitteretur. Sitque vtilis diuisio secundum Barb. in rub. de iudi. col. 2. & ea quæ diuisim traduntur, commodius & facilius intelliguntur, vt in §. sed ne. Insti. de leg. Ideoq́ue præsens opus diuidendo, duodecim continet partes. Terminos tamẽ de quibus principalis quæstio futura est, ante definiemus seu describemus: quia, teste Cicero. in 1. Offi. Omnis quæ à ratione de aliqua re suscipitur institutio, debet à diffinitione proficisci, vt intelligatur quid sit id de quo disputetur. Etiam aliquas ad materiam instructiones generales anteponemus. Et hæc erit prima huius nostri operis pars.

Secunda verò dignitate, laudes, honores, gloriã, excellentiam, & decoramenta, tam viri, quàm mulieris complectetur.

Tertia autem ordines cœlestium spirituum, & locorum infernalium perscrutabitur.

Quarta dignitatem, honestatem, excellentiam, honorem, laudem & gloriam viris Ecclesiasticis attribuendas super omnes alios status humanos, & ordinem inter eos enarrabit.

Quinta excellentias Principum ad alios status, & quomodo, & in quibus ab omnibus sunt honorãdi, atque honores inter eos elucidat.

Sexta postmodum officiarijs sacri palatij domesticis, dignitates & honores debitos distribuet.

Septima complures dignitates officiariorum iustitiæ, tam consistorij, seu auditorij, tribunalis prætorij, quàm aliarum sedium & præcedentias inter eos impartietur.

Octaua laudes, honores, & præcedentias nobilium, tam inter se, quàm quo ad alios cuiuscunque status, continebit.

Nona excellentias, prærogatiuas, præeminentias laudum, gloriæ, & honorum militũ adaperiet.

Decima dignitates, præstantias, & præeminentias scientiarum, tam inter se, quàm ad alias tres, & ordinem præcedẽdi inter viros literatos enucleabit.

Vndecima de præcedentia plebeiorum & artificum inter eos discutiet.

Duodecima & vltima pars excellentias & laudes plurium aliarum rerum, & tam celestium, quàm terrestrium in suo genere & specie describet.

Finis Proœmij.

ARGVMENTA XII. PARTIVM ISTIVS VOLVMINIS,

In quibus reconditas materias ad cuiuſque artis conſiderationum numeros inuenies, ordine iſto inſeruntur.

Argumenta primæ Partis, LXXX conſiderationes continentis ſequuntur.

1 *Primum eſt de honore & eius deſcriptione.*
2 *Honor cunctis rebus præferendus eſt.*
3 *De differentia honoris à laude & reuerentia.*
4 *Honorem conferre, eſt Principis.*
5 *Honores conſequimur multis modis.*
6 *Diuerſa perſonarum genera mandantur honorari in ſacra ſcriptura.*
7 *Subditi honorem, reuerentiam & ſeruitium domino præſtare tenentur.*
8 *Honor debetur prælatis, & ſuperioribus rōne dignitatis & excellētiæ.*
9 *Honores æqualiter & gradatim diſtribuendi ſunt.*
10 *Honorādi ſunt homines varijs modis.*
11 *Diuerſa ſunt ſigna, quibus cognoſci poteſt honorem adhiberi alicui.*
12 *Dicitur magis honorari, qui ſedet prope dominum.*
13 *Honorari quis dicitur, ex quo in medio duorum vel plurium collocatur.*
14 *Etiam honorari dicitur, qui ſedet in principio ſiue in capite.*
15 *Plus dicitur honorari, qui parieti eſt proximior.*
16 *Qui proxime & immediate ſedet, & ſubſcribit primo loco poſt Epiſcopū, dicitur magis honorari.*
17 *Qui prius notatur, dicitur honorari.*
18 *Honor eſt illi qui primo offert.*
19 *Maximum ſignū honoris eſt in eo, qui primam vocem habet.*
20 *Honor illi cui reuerentia exhibetur, quam minor maiori impendere debet, & ſic minores maiores honorare debent.*
21 *Superiores etiam inferiores honorare debent, ſi ab eis expectent beneuolè honorari.*
22 *Honor conſiſtit in melioribus & delicatioribus cibis.*
23 *In veſtibus pretioſioribus adhibetur honor.*
24 *Honor fit in legati præſtatione.*
25 *Honor fit in hæredis inſtitutione.*
26 *Quis honorari dicitur in ſalutatione.*
27 *Maioritas conſiſtit in prærogatiua ordinis.*
28 *Maioritas conſiſtit in prærogatiua cōſecrationis.*
29 *Maioritas habetur in prærogatiua adminiſtrationis.*
30 *Maioritas ſeu honor conſiſtit in eo qui recumbit.*
31 *Honor debetur ei qui eſt magnę autoritatis.*
32 *Honor conſiſtit in commendatione noui præſidis.*
33 *Quis collaudandus eſt de his quæ benemeruit in exercitio officij.*
34 *Honor eſt in adeundo principem.*
35 *Honor conſiſtit in erectione ſtatuæ, & ibi deſcribuntur qui ſtatuas meruerint.*
36 *Honor cōſiſtit in triumphi receptione, & ibi leges, triumphi, & triumphatores plures aſcribuntur.*
37 *Honor conſiſtit in bibendo in auro, eſſe ſecundus poſt regem, veſtiri purpura, & cognatus principis vocari.*
38 *Honor conſiſtit in delatione armorum & inſigniorum, ad cuius cōprobationem, & in ipſa materia armorum & inſigniorum fiunt centum concluſiones, quarum ſeriatim ſequuntur argumenta.*

ARGVMENTA in ipſas centum concluſiones.

1 INSIGNIA *regum Romanorum deſcribuntur.*
2 *Diadema, corona, & ſceptrum, ſunt Imperatorū & regum inſignia, & de diuerſis coronarū generibus, & quibus dabantur.*
3 *Inſignia ſeu ornamēta Pontificum & ſacerdotum legis Moſaycæ, & quibus loco illorū hodie pontifices vtantur.*
4 *Inſignia Patriarcharum, cardinaliū, & archiepiſcoporum vt ſunt crux, galerum rubrum & pallium.*
5 *Mitra Epiſcopale inſigne eſt, vt & dalmatica, chirotecæ, anulus & baculus.*
6 *Paſtores eccleſiaſtici, quare habent virgam, ſeu baculum, & quare datur principibus.*
7 *Latuſclauus erat inſigne ſenatorū, & de inſignibus conſulum, Augurum, Saliorum Martis, ſacerdotum ſeu fratrum Arualium, & principis iudicum Aegyptiorum.*
8 *Inſignia militaria literatorum, & diuerſorum ordinum.*
9 *De inſigni Ducum, Comitum, & Marchionum, vt eſt pileus dignitatis.*
10 *Arma originem habuerunt loco imaginum.*
11 *Arma ſeu inſignia ad perpetuam hominum memoriam in pleriſque locis apponi ſolent.*
12 *Honor eſt portare & habere arma.*
13 *Arma alicuius in opere eius ſumptibus & liberalitate conſtricto affigi aut pingi poſſunt, nec abradi debēt, vt alterius arma ponantur.*
14 *Arma ſeu inſignia, ſunt triplicia.*
15 *Arma ſingularis dignitatis nemini alteri licet aſſumere ſeu deferre, nec in ſuo depingi facere, niſi in ſignū ſubiectionis.*
16 *Arma ſeu imago principis in opere publico poni debent, & an priuato liceat ſua ibi apponi facere, inconſulto principe.*
17 *Subditus vſurpās arma ſui principis, incurrit crimē læſæ maieſtatis, & quomodo Iulius Cæſar habuit Aqlam pro armis, quibus vtūtur Imperato-*

Item,

Festa-

Nobiles

Nonæ partis argumenta, 48. considerationes complectentis.

Decimæ partis argumenta, 56 cõsiderationes comprehendẽtis.

Vndecimæ partis argumenta, 53 considerationes complectẽtis.

Index Argumentorum, Finis.

PRIMA HVIVS OPERIS PARS, QVÆ TERMINOS DECLARAT ET DIFFINIT,

aliasq́; doctrinas ad præſentis materiæ cognitionem necessarias demonſtrat,

OCTOGINTA CONSIDERATIONES CONTINET.

PRIMA conſideratio eſt de honore, cũ ſecundùm B.Th.2.2.q.103. Honor teſtificationem quandam importat de excellentia alicuius. Vnde homines qui volunt honorari, teſtimonium ſuæ excellentiæ quærunt: & hoc eſt aut coram Deo, aut coram hominibus. Et hoc caſu vltimo teſtimonium non pốt aliquis ferre, niſi per aliqua ſigna exteriora, vel verborum, vel factorum, vel rerum, de quibus ſingulariter in ſuis locis dicemus. Et ex his dicit Anton. Floren. in ſua ſum. in 4. parte. titu.5.c.10.§.j. ꝙ honor conſiſtit in ſignis exterioribus. Et ſecũdùm Philoſ.4.Ethic. Honor eſt maximum bonorum exteriorum. Et ſecundum eundem 2.Ethic. honor eſt exhibitio reuerentiæ in teſtimonium virtutis: vt ibi dicit Ant.Flor. facit text. in l.ſi honore.ff.de mune. & hon. alle. per Barb. in addi. ad Bal. in c.j.de feudis datis minimis valuaſ.in vſib.feudo. Sed eſt error in illa apoſtilla, quia voluit all.l.honor.q̃ j̃.alle. Ariſt. lib.1.Rhet. Honor eſt benefactiuæ gratię inditium, vel etiam eſt cuiuſlibet virtutis præmiũ, ſecundum eundem 8.Ethic. & ſecũdùm Th.2.2.q.128.arti.4. & quol.131. & Luc. de Penna in l.j.C.de veteranis. lib.12. vbi dicit etiã, ꝙ honor eſt adminiſtratio reip. cũ dignitatis gradu, ſiue cũ ſumptu, ſiue ſine ſumptu. l.honor.ff.de mun. & ho. in prin. No. Io. de Pla. poſt gl.j. in l.ſicut.C.eo.lib.10. & ibi dicit tex. in d.l. honor. ꝙ honor municipalis eſt reip. adminiſtratio cum dignitatis gradu, ſicut cũ ſumptu, ſiue ſine erogatione contingens. Vel etiã honor eſt ꝓpriè reuerẽtia & dignitas, q̃ quauis ex cã exhibetur. Vñ Virg. *Haud equidem me tali dignor honore.* Et ideo dr̃ dignitas, vt dicit Cic. lib.1. ad Cęſ.iun. Tu cum ea q̃ es è ſenatu ſummo cum honore conſecutus. facit l.decurionatus.ff. de vac.mun. Et honor adminiſtratio magiſtratus dr̃. vnde cõſulatus & prætura honores dicuntur, & ius honorarium ius p̃toris, vt l.curiales qui honorariã.C.de decu.lib.10. & in auc. vt ordinarię p̃fecturę. per totum. coll.v. & Ouid.lib.1.Faſt. *Verbaq́; honoratus libera prætor habet.* Quandoq; etiã dr̃ pulchritudo. Virg. *Frigidus & ſyluis Aquilo decuſſit honorem.* Et alibi idẽ. *Et lętos oculis afflarat honores.* Aliqñ pro p̃mio. Vnde idẽ Virg. *Ipſis præcipuè ductoribus addit honores.* Et ſic aliqñ pro donatione vel remuneratione, vt habet in l.ſi mandauero. in prin. ff.mandati. Et qñq; exponitur honor, i.ſalarium.l.j.§.proinde.ff.de var. & extraor.cog. & inde dr̃ honorarium eadẽ.l.j.§.j. in honorarijs. & in l.j.ſi menſor falſum modũ dix. & in l.ꝓperandum.§.in honorarijs.C.de iud. Qñq; ponitur pro ſepultura, vt Virg. *Cernit ibi mœſtos, & mortis honore carentes.* Aliqñ pro obſeruãtia, & cultu, vt apud eundẽ Virg. *Sẽper honore meo ſemper celebrabere donis.* Aliqñ pro pudicitia, vt ibid. *Et rapti Ganimedis honores.* Aliqñ pro amore, vt apud Ouidi. *Per ſi quis amatæ tangit honos animum.* Et ex hoc deſcendunt honorariũ, honoraria, honorus, honora, honorũ, honoro, honoras, honorific⁹, honorifico, honorificẽtia, honorabile, & honeſtus: de quibus per Calepinum in ſuo diction. in verbo, honor & honos, quæ cum non ſint ad propoſitũ noſtrum ſeu materiæ noſtræ, ad ibi dicta me remitto. Et vt dicit Ant.Flor. vbi s̃. Reuerẽtia eſt idem quod honor, ſed ex vna parte eſt principium motiuum ad honorandum, inquantũ.ſ. aliquis ex reuerentia quã habet ad aliquem, honorat. Ex alia verò parte eſt finis honoris, inquãtum.ſ.quis ad hoc honoratur, vt in reuerentia ab alijs habeatur. Propriè tñ honor eſt in ſe ab alijs, & eſt quædã præſtatio alicuius p̃eminentiæ in aliqua exhibitione illi qui honoratur. Et vt dicit Aug. lib.v. de ciui. Dei. Honorem non debet ſequi virtus, ſed virtutem honor. Et iſtud bonũ honoris & gloriæ multum appetitur. Vnde Aug. de ciuit. Dei, allegans Cicero. in 1.offi. Honos alit artes, omneſque incendimur ad ſtudia gloria. De quo Floren. in ſua ſum. parte 1.titu.7.c.3.§.j. in medio. ibi, bonum honoris. & ſtatim dicam amplius.

SEcunda conſideratio. Honor cunctis rebus p̃ferẽdus eſt. l.Iulianus. vbi no.ff.ſi quis omiſſ.cauſa teſt. quã ad hoc all. do. meus Iaſ. in l.reprehendẽda. vbi illud idẽ no.C.de inſt. in iij.no. Barb. in cõſi.47. col.xix. in j.vol. & dicit Bal. in c.j.de ho. & vi.cler. ꝙ honor non pốt nummario pretio æſtimari. & idem Bal. in c.ex tenore. ĩ ij.col.de app. Vnde qđ plus eſt, honor affert vtilitatẽ. l.ſi longius. in fi.ff.de iudic. Et vbicunq; eſt qõ honoris, dr̃ eſſe ardua cã, per tex. in rõne ſui, in l.ſi inimicitiæ. in fin.ff.de his quib. vt indign. Intantum ꝙ ꝓ tuitione & defenſione honoris eſt permiſſum duellũ de iure, prout tenet Bal. in c.j. circa prin. v.col. de pace tenenda. in vſib.feud. Vnde dicit tex. in l.miles.§.ſocer.ff.de adult. verecundum eſſe honorem ſuum inultum relinquere. Et dixi in cõmen. noſtris ſuper conſuet. ducatus Burgundiæ, in tit. des iuſtices.§.v. in glo. ſil n'a grace. nu.165. Et dicit text. in c.nolo.12.q. ꝙ is crudelis eſt, qui famã ſuam negligit. Et adeò honor & honeſtas pretio habẽdi ſunt, vt pari paſſu cum vita ambulẽt. l.iuſta.ff. de manumiſſ.vin. Faciunt q̃ dicit idẽ D.meus Iaſ. in

repo.l.admonẽdi. in 95. col.ver.tertiò ex prædicta cõcluſione.ff. de iureiu.vbi ſatis amplè cõmẽdatur fama,ex qua quis conſequitur honorem.Inde eſt,ꝙ id qđ non poteſt fieri non ſeruato honore, fieri non poteſt.tex.in l.in eadẽ cauſa.ff.ex quib.cau.ma. Notat plenè Petr⁹ Geraldi ĩ ſuis ſingula.ſingu.82.Et de honoris cõmẽdatione vide per Bonũ de Curtili in ſuo tract.nobilitatis.in 2.par.nu.xlij.vſq; ad nume. xlviij.Dicit tñ Fel.in rub.de ma.& obe.ꝙ non dr̃ pati præiudicium in redditibus,cui alius prefertur, p c.cũ olim.extra de cõſue.& dicit Barb. in cõſi. xxix. in xj.col.in j.vol.ꝙ intereſſe huiuſmodi eſt minus oĩ alio intereſſe.Et etiam apud Deũ non gradus elegantior,ſed vitę melioris actio approbantur.xxiij.q. 4.c.ſicut excellentiam,circa med.& xl.diſt.c.non loca.quia non in ſublimitate graduũ,ſed in amplitudine charitatis acquiritur regnũ Dei,extra de tẽp.ord. c.ad aures.Et nõ qui maior eſt,ſanctior eſt, ſed qui ſanctior eſt maior eſt xl.diſt.c.multi. Alberti. de Roſa.in l.nemo.C.de officio magiſtri milit.& Lucas de Pen.in l.j.C.de p̃poſitis ſacri cubiculi.lib.xij.

Quicquid ſit teneas,ꝙ intereſſe honoris eſt mai⁹ oĩ alio intereſſe.Nã vt dicit Cic.de amici. Vbi.n.iſtũ inuenies qui honorẽ amici anteponat ſuo ? & vt ait Ariſ.lib.Oeconomicorũ.Multò grauius fert aliquis ſi honore ſuo priuetur,quàm ſi bona ſua ei auferantur,& huiuſmodi honores terreni plus cupiunt, q̃ cœleſtes,extra de renũ.c.niſi.§.pro graui Luc. de Pẽna in l.filios.C.de decu.lib.x.Imo vt dicit idem Lu. de Pẽna ĩ l.fi.C.de loc.pręd.ciui.in 8.& 9.col.lib.xj. ꝙ honor publicus publico commodo pręferendus eſt.Imo ẽt pro honore iudicij, ſeu eorũ quę agũtur in iudicio,iniquitas tolerat:& ſic ꝓ honore principis p̃t tolerari iniquitas, ꝑut ibi dicit idem Lucas.

Et pro honore ſuſtinẽdo ẽt agẽdũ eſt actione iniuriarũ, vt dicit Bal.in l.obſeruare.§.anteq̃.ff.de of. procõ.Et dixi amplè in cõmẽtarijs noſtris ſuper cõſuetu.ducatus Burgũdię.in ti.de feu.§.4.in glo.j. in ver.aduerte ad illud.cũ ſeq.& ĩ ti.des enfans pluſieurs lictz.§.4.in gl.j.ver.qui dicantur. Imo vt dictũ eſt, p̃t reſiſti armata manu.Imo ẽt aliũ occidere ꝑut ꝓ defenſione corporis: vt tenet Petrus Geraldi in ſuis ſingularibus ſingu.xxxiij.quem vide. Aduerte, ꝙ ẽt nõ adminiſtrãs honorẽ cui debeť,puniend⁹ eſt. vt ſunt tex.ad literã in l.ſing.& in l.ſciãt.C.de offi.diuer.iu.vide in ꝓxima parte,in cõſideratione.xxxvij.

Tertia conſideratio. Virtutis vberrimũ alimentũ eſt honor,vt ait Valerius lib.ij.de inſtitutis antiquis.& facit tex.in §.cũq;.& §.fi.in proœ.inſt. ideo dicit Ariſt.honorẽ eſſe reuerẽtiã,& dignitatis collationẽ,quę datur in teſtimoniũ virtutis. & dicit Ari. 8.Ethic.ꝙ honor eſt pręmium virtutis,& in 4.Eth. dicit, ꝙ virtuti perfectę nõ fiet vtiq; dignus honor. Lucas de Pẽna.in l.per ſingulas.C.de decur.libro x. Pręmia autem honoris ponit Plutarchus in ſua Politica.& Textor in ſua officina.in c.pręmia virtutis, & doctrinę.f.114.de quibus alibi dicam. duo tamẽ elemẽta virtutũ eſſe reor,honoris ſpem, & pęnę metum.Illa quippe ad honeſta ſtudia alacriores reddit, hic deprauatos impet⁹ hebeſcere cogit, tardioreſq; facit ad ea quę à rationis libra viſuntur ſemota.Hic ad terrorem increſcentis audacię pœnarum genera, octo legibus ſanciri M. Tullius ſcribit,dãnum, vincula, verbera, tallionẽ,ignominiã,exiliũ,mortẽ,ſeruitutem.Et vide ĩ.par.in v.& 64.conſideratione.

Differũt tñ honor,& reuerẽtia,cũ reuerẽtia ex vna pte ſit principiũ motiuũ ad honorandũ,inquantũ, ſ.aliquis ex reuerentia,quam habet ad aliquem, eũ honorat.Ex alia verò parte eſt finis honoris in quantum,ſ.quis ad hoc honorat,vt in reuerentia ab alijs habeať.Honor ergo,vt dictũ eſt,& exhibitio reuerẽtię in teſtimoniũ virtutis,ſecũdũ Philoſophũ.2.Et. reuereri eſt actus timoris. ita dicit Anto.Flor. in 4. partę ſuę ſummę.ti.v.§.j.dixi ante in prima conſideratione,& dicturus ſum infra amplè de reuerentia in hac parte,in 71.conſideratione.

Et etiam differt honor à laude,quia honor eſt pp ſe & in ſe, ſed laus ordinatur ad aliud. Ideo honor eſt excellẽtior laude, vt dicit S.Th.in expoſitione ſuper Pſalteriũ.pſal. 40.col.7. & in expoſitione eius ſuper libros de aĩa.Et 2.2.q.ciij.j.diſ.ſupra nu. 3.& 3.di.q.j.art.2.& vt dicit idẽ Tho. 2.ij. quolib. j.Sed honor eſt teſtimonium excellentię quę eſt in hoĩe,ſed maximè ſm virtutẽ,iõ ſcdm virtutẽ & dig. danť honores, nec ĩdignis debẽt dari,cũ vt dicat Ar. 4.Eth.Prauus honore nõ eſt dignus,& cõuerſus in tyrãn.tẽdet ad noxã.c.licèt.45.d.Lucas de Pẽ.in d.l.p ſingulas.in fi.C.de decu.lib. x.& in l.j.C. de veteranis.lib.xij.& in l.ij.in 4.col.C.de dig.lib.xij.

Quarta conſideratio. Cum honorẽ conferre principis ſit l.3.C.de conſulibus, & non ſpargendis.lib.xij.ideo honorandus eſt quẽ princeps honorat.tex.in l.reſtituendę in fi.C.de aduo. diuer.iu.l.facit tex.in l.j.ff.de albo ſcribẽdo, ibi, noĩa ante ſcribi oportet,qui dignitatẽ principis iudicio ſunt conſecuti.hinc dicit gl.in c.qui aũt.in verbo dignus. xvij. q.3.ꝙ quẽ princeps iudicat dignũ,nos iudicabim⁹. all.c.j.94.di.& ff.de re iu.l.quidã.facit tex.ĩ l.j.§.his cunabulis.ibi,credidit eũ princeps.fi.de off.p̃fe.pt.

Sic ẽt dicitur,quẽ Papa approbat,nemo improbare poteſt.c.hęc eſt fides.xxiiij.q.j.& ibi notat glo. & c.vina.35.q.9.in ver.nolite.nam nullus debet ẽẽ tantę ſuperbię faſtigio tumidus, vt regalem ſenſum, contemnat.l.ſi imperialis.C.de legib.& ſacrilegij inſtar eſt,diuinis ſuper quibuſdã adminiſtrationibus, vel dignitatibus promulgandis obuiare beneficiis, vt eſt tex.in l.ſacrilegij inſtar.C. de diuer.reſcriptis. l.lege repetita.C.de ero.mil.annonę, lib.xij. & in l. fi.C.de priuilegiis eorũ,qui in ſacro palatio militãt. & l.j.C.vt dignitatũ ordo ſeruet. & d.l. imperator, in l.j.C.de domeſticis,& proteſt.lib.xij. ꝙ pœna ſacrilegii eſt, ſi his honorificẽtia non deferatur, quę cõtingere nr̃am purpurã digni ſunt ęſtimati, ita dicit,& tenet Barth. Verõ.in ſuo tract.de imp. eligẽ. in verbo,pro imperatore.in ij.col.

Quinta cõſideratio. Ad honorẽ peruenitur multis aliis de cauſis.Primò deuenitur ad honorẽ ex virtute,qm̃ vt dicit Ariſt.8. Ethic. Honor eſt pręmium virtutis.& 3.Ethic.dicit. Virtuti perfectę non fit cõdignus honor.& 4.Eth.dicit,ſecũdũ veri-

tatem

tatem solus virtuosus est honorandus. vnde vt ait Aug. de ciui. Dei. antiquitus Romani colebãt virtutem, & honorẽ pro diis. vnde duo tẽpla cõstruxerũt sic sita: ꝙ nullus intrare poterat templum honoris. nisi prius pertrãsisset tẽplũ virtutis. Ad signãdũ, ꝙ nullus honoraretur, nisi meruisset honorã aliqua virtute. dicã infra de huiusmodi virtute in hac parte. i 61. consi. Et sicut ẽt recitat Textor in sua officina. c. de Deis. Veteres Honorẽ in numero Deorum, ascripserũt, & eidẽ tẽplũ dicauerũt, authore Plinio.

Secũdò quis honorat̃ pp imaginẽ Dei, secũdũ q̃ creatus est. sic hoĩes honorandi sunt, & quibuscũq; reb⁹ digniores sunt: ideo homo dignitatẽ primam, inter cæteras creaturas obtinet. l. iustissimè. in prin. iuncta gl. in verbo, dignitatẽ. ff. de ædil. edic. & eius gratia omnia inuenta sunt. l. in pecudum. ff. de vsur. vnde etiam j. Pet. 2. Omnes honorate. & de hoc honore dicam in secunda parte, per totum.

Tertiò quis honorandus est propter diuinam maiestatem, & æternam gloriam, vt est Deus, & sancti eius, & de his dicam infra in tertia parte.

Quartò quis est honorandus pp eius dignitatem vt sunt principes p̃lati, & habẽtes officia, & dignitates à principe. & de his dicã ĩ 4. 5. 6. & 7. partib. huius libri. vbi ponã de principib. p̃latis, & aliis officiis eccle. & tp̃alib. & dr̃ j. Pet. ij. Regem honorificate.

Quintò honorandi sunt seniores propter antiquitatem, vt habetur Leuitici 19. Coram cano capite consurge, & honora personam eius. de quo infra dicam xj. parte, in 17. consideratione.

Sextò honorandi sunt aliqui propter ministeriũ, quod habent, vt sunt sacerdotes, & religiosi, quia ministri Christi sunt. de quibus infra dicam in 4. parte. in pri. ij. iij. iiij. v. & vj. considerationibus.

Septimò honorandus est quis pp maiorem locũ quem habet in ciuitate, & plus potest prodesse cõitati, quàm alius. de quo infra dicã in xj. par. in v. cõsideratione. Et ponit̃ in sermone discipuli xxviij. vbi ponit causas quare quis sit honorandus.

Octauò, vt dicitur ibi, quis honorãdus est ꝑpter participationem diuinę dignitatis, qm̃ vt dicit, sic honorãdi sunt parẽtes qui repræsentãt Dei honorẽ, & dignitatem eius qui est pater oĩum, & à quo sunt oĩa. vnde vt dicit, parẽtes sunt honorãdi, vt habetur pro. 28. Honora patrẽ, & matrẽ, vt sis lõgæuus super terrã. de quibus infra dicã. in xj. parte. 16. considera.

SExta cõsi. Scd̃m Ant. Flo. ĩ sua summ. 4. par. tit. v. c. xj. §. ij. diuersa gñа ꝑsonarũ in scriptura sacra mãdant̃ honorari. Primò. n. (vt dicit) rectores. Ec. x. In medio fratrũ rector eorũ in honore, & multò magis p̃lati ecclię, q̃ seculares ꝑsonę. j. ad Ti. v. Qui bñ ꝑsunt ꝑsbyteri, duplici honore sũt digni, ar. ad hoc 96. di. c. duo sunt. Maximè qui ĩ ver. laborãt, vt dicit Petr. Abb. Clun. ĩ j. lib. epi. vbi dicit, ꝙ est honor qui tm̃ creatori debetur, & honor qui creaturę impendit, & quẽ sibi ĩuicẽ rõnabilis creatura exhibere dẽt.

Secundò vt dicit, sunt honorãdi deuoti viri, hoc fit propter inhabitantem spiritum sanctum, sicut capsella propter reliquias. Et propter hoc Thobias fuit honoratus à rege Salmanasar.

Tertiò honorãdi sunt sacerdotes. Ecc. 7. Honorifica sacerdotes. 6. q. j. c. sacerdotes. Exemplo B. Martini preferentis sacerdotem Imperatori. reliqui etiã ministri sunt honorãdi secundum gradum ordinis. 93. di. dixi ante. & dicam infra in quarta parte.

Quartò vt dicit, honorãdi sunt medici. Ec. 33. Honora medicum. & si corporum, vt dicit, multò magis animarum, cum confessores dicãtur medici aĩarum. c. cum infirmitas. extra de pœn. & remiss.

Quintò honorãdi sunt dono sapiẽtiæ prædicti. Sapiẽ. 8. propter hanc, s. sapientiam, habebo honorẽ apud seniores. Propter hoc Ioseph à Pharaone, Daniel à Nabuchodonosore honorati fuere. dicã j. in x. parte. vbi amplè de viris literatis, & sapiẽtibus.

Qui triũphabat triplici iudicio honorabat. Primò exercitus de triumpho discernẽdo duci iudicabat, secundò senatus, tertio populus. Erat aũt triũphus oĩum honorũ qui à pplo R. dari solebat maximus. Nã illa põpa solennis erat, q̃ fiebat redeũtibus in vrbem cũ victoria, vt dictũ est. Et quemadmodũ Romani victorib.Imp.suis magnum honorem,& triũphum psallendo,& cãtando impenderũt,qui hostibus superatis Romam redijssent. Sic etiã 1.Reg.17. legitur de Dauid, ꝙ postq̃ Goliam quinq.lapidibus occidit,& pplm eius vicit, reuersus, cũ magna glia receptus est à suis, & mulieres in eius laudem cecinerunt dicentes,Saul percussit mille,& Dauid decẽ mil.& Exo.15.c.dr, ꝙ qñ Dñs liberauit Isrl de manu Aegyp.& viderunt Aegyptios mortuos super littus maris,tũc Moy. cecinit carmẽ hoc Dño. Cantemus Dño,glıosè.n.magnificatus est,equũ,& ascensorem ꝓiecit in mari. Quia fortitudo mea, & laus mea Dñs: & factus est mihi in sa.&c. Silr Maria soror Moysi,& Aaron sumpsit tympanum in manu, egresseq; sunt oẽs mulieres post eã cũ tympanis, & choris ꝑcinentes, & dicentes, Cantemus Dño &c. Sed maior victoria,& triũphꝰ,& de quo maior laudis honor impendi debet, est de glıosa, & triũphãti resur.Imp.nri Iesu Chri,qui magnificè triũphando ab inferis ad nos reuersus fuit, vt ꝑpulchrè scribit Ber.de Bustis in ij.parte sui Rosarij.serm.17.ĩ prin. Silr Iudas Macab.superatis hostib.epinicia.i.solẽnitatẽ festiuit.& grãrum actionem celebrauit ꝓ parta victoria, vt habet 2. Mach.8.ibi. Et cũ epinicia agerent in Ierosol. Et habet Apoc.3. Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis,& non delebo nomen eius de libro vitæ, & cõfitebor nomen eius coram patre meo,& coram angelis eius. Ideo triũphantes indui debẽt,& ornari vestimẽtis albis, vt fecit Lud.XII. habita victoria contra Genuenses, dum ingrederet Genuam. Ann. 1508.dixi infra ista parte 28.considera in 61.concl.Legitur & Iudith.c.15.ꝙ postq̃ Iudith iugulauit Holofer.& Assyrij victi fuerunt, oẽs populi gaudebãt cũ mulieribus,& virgi.& iuuenib. in organis & cyth.&c.seq.scribit ꝙ tunc cantauit canticum Dño,dicens: Incipite Dño in tympanis,canta te Dño in cymbalis, modulamini illud psal. nouũ, exultate & inuocate nomen eius &c. Et factum est post hæc,oĩs populus post victoriam venit in Ierlm adorare Dñm,& mox, vt purificati sunt,obtulerunt oẽs holocausta,& vota,& repromissiones suas. Erat aũt ppls iucũdus ſm faciem sctorũ,& ꝑ tres menses gaudium huius victoriæ celebratum est cũ Iudith.

Quis verò primus apud Rom.triũphum, aut ouationẽ duxerit, scribit Polid.lib.2.c.16.de inuẽtorib. & ibi de multis qui triumphauerunt. Plinius verò 7.nat. hist. inter plura alia de laude Cic. ait, ꝙ primus in toga triumphum,linguęq; lauream meruit.

Macrobius in Saturn. dicit, Bullam esse insigne triũphantium. Qũo aũt fiebat, ad quid & vbi portabatur hæc Bulla, vide Calepinum in suo diction.in verbo, Bulla. Toga regia q̃ erat auro, & purpura intexta, qua reges vtebant, à Liuio inter insignia triũphantis numerat, purpura ante vocata, & erat sine pictura. Erant etiã alia ornamẽta triũphalia, vt Liu. tradit l.30.aurea corona, aurea patera, sella currulis eburnea; scipio eburneꝰ, toga picta, palmata tunica.

Trigesimaseptima consideratio. Honor cõsistit in bibendo in auro, esse secundus post regem, vestiri purpura,& cognatus principis vocari, vt habetur 2.Esdræ 3.c.maximè (vt dicit ibi text.) ꝓpter sapientiam. Hinc videmus, ꝙ doctores tanq̃ sapientes,& sciæ præcellentes, parentes principis vocant, ꝑ tex.& gl.in l.ex diui Pij.C.de loca. vbi Domicius Vlpianus qui erat præfectus prætorio ab Ale. Imperatore eius parens nuncupatur. Etiam antecessores principis dicuntur, per tex.in §.cumque.& ibi not. per gl.& doct.in proœmio Institutionum.

Trigesimaoctaua consid. Etiã honor consistit in delatione insigniorum,& armorũ. Nã qui maioribus insignibus vtunt, maioribus honoribus ꝑfulgent,& in digniori loco collocari debẽt. Faciunt q̃ dicũt doct.in c. vt apticæ.de priuil.in 6. & in c.1. 41.dist.cum tex.in c.pen.extra de vi.& hon.cle. vbi ex qualitate,& ꝑtiositate ornamentorũ,augetur dignitatis ꝓrogatiua. vt dixi infra in quarta par.in 32. consideratione.ibi, duodecimo Abbates. Et quelibet dignitas habet sua insignia. Nam Papæ imponitur frigium, Imperatori Diadema seu Infula, Regi corona, Epo mitra, Archiepo pallium, Doctori biretum, vt dicit Luc.de Pẽna in l.murileguli.in prin.

C.de

C.de murilegulis.lib.xj.de quibus omnib.j̄.dicam.

Hinc sumpta occasione hic describam de insignibus diuersorum statuum mundi.& armis, tam principũ, dignitatũ, quã aliorũ,& de his sigillatim faciã centũ conclusiones sequentes,remissiuè tamen interdum ad loca sua in præsenti opere tacta : & primò faciam decem de insignibus,& alias de armis.

PRima cõclusio sit de insignibus regum Romanorum. Nã vt refert Polidorus de inuentorib. rerum lib. 2.c.3. Romanorũ regnũ insignia erãt, fasces,cũ securi. corona aurea, sella eburnea, trabeæ currules,phaleræ,anuli, paludaméta p̃texta, togæ pictæ, tũicęq; palmatę,& oĩa deniq; decora,q.b.ĩpij dignitas emiebat.Ex duodecĩ Thuscię pplĩ(quos Tarqnius priscus subegit)originẽ habuere,q.b. Tarqnius simul atq; id senatus pmisit primus vsus est. Verũ Romulus ex more duodecĩ Hetruriæ pplorũ, q̃ singuli singulos regi statĩ creato lictores dabãt antea 12.lictores assumpsit. Alii à nume. auium,q̃ augurio regnũ portẽderãt,eũ secutũ numerũ autumãt. Hi magĩatib.ministrabãt, fascesq; virgarũ alligatos cũ securib.gestabãt.& huiusmodi virgę ex Betula arbore fieri cõsueuerat,q̃ est arbor Gallica mirabili cãdore atq; tenuitate,terribilis magistratuũ virgis ẽm Plinium lib.16.c.19.naturalis historię.

SEcunda conclusio est.Etiam Diadema, & corona sunt insignia Imperatorum,& ẽt sceptrũ,vt j. habetur in 5.par.in 19.consid.vbi ponitur etiam de rationali,de quo statim dicturus sum.

Sed prius videndũ est varia esse gña coronarũ, & qui primus eas inuenerit.Polidorus de inuentorib. rerũ li.11.c.17.refert Liberũ patrem coronarum repertorem fuisse. qui primus oĩum imposuit capiti suo coronã ex hedera.Moyses tñ q̃ multis ætatibus Liberũ patrem p̃cessit,coronas aureas fecit ẽm Iosephũ in 3.& 8.antiquitatũ.Aegypti regũ (teste Celio lectionũ antiquarũ lib.13.c.61.)mos fuit peruetus Diademata serpentis aspidis imagine distincta gestare.principio ex arborũ ramis fieri coronas in ludis, & sacris certaminibus mos fuit.Postea varia florum mixtura componi cęperũt.has Glycera primò adinuenit. Paulòpost subiere q̃ vocatæ sunt Aegyptiæ, siue Hybernæ,factæ è bracteis ligneis siue eburneis, varijs colorib.infectis.Deinde subsecutę sunt è lamina ænea tenui inaurata, aut argentea, quę pp gracilitatem corollę dicuntur. Crassus aũt diues primus suis ludis coronã aureis argenteisq; folijs dedit,& alij alias.Hinc deniq; multifariè coronę repertę sunt,& in maximo p̃tio habitę,p̃cipuè apud Romanos,& tpe consulum.Erant.n. militares coronę, puta Triũphalis,qua donabant, seu coronabantur, in triũphis Imp.seu triũphãti dabat,& ex lauro primitus fiebat:qm̃ ea arbor p̃cipuè est lętitię victoriarũq; nuncia:sed deinde ex auro fuit facta, & hęc dicitur aurum coronarium,erantq; eiusdem & virtutis,& honoris præmia.

Muralis dabatur ei qui primus murum hostium subierat,seu in oppidum hostium per vim ascendisset,hęc etiam aurea erat,muri pinnis decorata.

Castrensis(quæ & vallaris dr̃,quia insigne valli castrẽsis haberet)siľr aurea erat.hac donabat̃ q̃ prim̃ hostiũ castra pugnãdo introisset,& irrupisset.

Naualis pariter aurea erat,& dabatur ei, qui primus maritimo prelio vi, & armis in hostium naue transilibat.Ea rostris nauium erat insignita.

Oleagina, qua victores in Olympiaco donabantur, vel ob conuersum hostem.

Oualis,quę & myrtea dicebatur,dabatur his qui vrbem intrabãt ouantes, qñ bellum leuiter, & sine cruore perfecissent deditione facta:aut cũ bella nõ rectè ĩdicta eẽnt nec cũ iusto hoste gesta, aut cũ hostiũ nomẽ humile esset,vt seruorum aut piratarum.

Obsidionalis dabat̃ duci qui exercitũ suũ ab obsidione hostiũ liberasset,& dicta est graminea, q̃a fiebat ex eo gramine, quod ibi natum fuerat vbi obsidebantur.hanc S.P.Q.R.Fabio maximo dedit secũdo bello Punico, ꝙ vrbem obsidione liberasset. & hanc Plin.lib.22.aliis nobiliorem fuisse dicit.

Ciuica corona erat celeberrima, quã ciuis ciui à quo in bello seruatus fuerat,& à morte liberasset testem vitę salutisq; perceptę dabat: & hęc fiebat ex fronde querna:qm̃ quercus primũ mortalib. victũ p̃buit,q. glãde uescębant:vel q̃a Ioui(in cuius tutela sunt ciuitates) sacra quercus est,de hac Plin.li.16 meminit appellãs eam militum virtutis insigne clarissimũ.Vnde p̃clarè Antonius Pius, teste Capitolino,Scipionis recolẽdam sñiam frequenter vsurpabat; dictans se malle vnũ ciuẽ seruare, q̃ mille hostes occidere. Hãc cõsuetudinẽ ciues claros coronis dãdi ẽm Valeriũ lib.12.de institutis antiquis.Athenieñses primi oĩum introduxerũt,hoc honore laudatissimo virtutis alimẽto primũ Periclẽ decorantes, & coronãtes.L.Gel.vir Censorinus cẽsuit Cic.cõsulem hac ornãdũ corona,ꝙ eius opera,atrocissima illa Catilinę cõiuratio deleta vindicataq; fuisset.

Hederalis dabatur poetis.

Populea dabat̃ iuuenib. virtutẽ imitantib. & has coronas posuit ẽt Lucas de Pẽ.in rub.C.de auro coronario.lib.10. Et dicit idẽ i l.4.C. de vestib. olobe-ris.lib.11. ꝙ legit̃ ĩ historia scholastica. ꝙ quatuor sunt insignia regalia,s.purpura,fibula aurea,sceptrũ & Diadema. vel ẽm Hugo.lib.2.de sacris, sex sunt insignia quibus excellẽtia regalis ordinis ostendit̃, & sacrm̃ iustũ figurat̃,puta Anulus,p quem designat̃ fides. Armilla,p quã bona operatio. Sceptrum, quo iustitia.Gladius,quo vindicta.Purpura, per quam reuerentia:& Diadema, p qd̃ designat̃ in rege gloria.

TErtia conclusio est de rõnali, qd̃ erat olim insigne supremi.seu maximi sacerdotis. vel ẽm Beroaldũ in Apuleiũ,Galerus,i.pyleus rotũdus in modũ galeę factus,erat insigne pontificum.hodie, vero est thyara.Guillelmus verò Durandi in suo rationali diuinorũ officiorũ lib.3.c.de indumẽtis legalibus seu veteris testĩ.dicit, ꝙ ẽm Mosaicã legẽ erant quatuor indumenta legalia tã minorib. sacerdotib. quã principi sacerdotũ cõia.de q̃bus legitur Exod.28.

Primũ dicebatur Manastasim, qd̃ Gręcę braccę, latinè vero fœminalia linea dici põt,de bysso retorta contextũ:quo vtebant̃ pro eo,qd̃ legit̃ Exod. 20.

c.in fi.Non ascendes ad altare meũ p gradus,ne reuelet turpitudo tua.& Eze.24.Fœminalia linea erunt in lumbis eorum.

Secundum Cathemone siue linea, qđ nos subuculam,vel albam,eratq; bissinum,& dupl ex.

Tertium Baltheus,i.zona,vel cingulũ latũ,quasi digitis quatuor,cõtextum de bysso,purpura, & hyacintho,per quę quatuor elementa significantur.

Quartum est Thyara,quod nos insulam vel mytram appellamus,à Tydari põtificali plurimum differens,quasi formam rotundę cassidis repręsentans.

Super hęc quatuor communia,quatuor propriis indumentis pontifex vtebatur.

Primum erat tunica hyacinthina,quæ latinè talaris dicitur, quę habebat ꝑ fimbriis malagranata cũ octuaginta tintinabulis aureis intercarlari modo disposita,vt audiretur sonus,cum Pontifex ingrederetur sanctuarium,ne fortè moreretur.

Secundum erat Ephot,j.super humerale de quatuor p̄dictis colorib.auroq; cõtextũ sine manicis ad modũ colobij hñs aperturã in pectore quãdam ad magnitudinẽ palmi,in qua lõgion eiusdẽ mẽsura inserebat.In cuius parte superiori videlicet sup humeros infibulati erãt auro duo lapides onychyni,qbus duodecim noīa filiorũ Israel erãt ĩsculpta, sex ĩ vno, & sex ĩ altero.Samuel aũt, & Dauid ĩduti legunt Ephot.illud erat lineũ:& ꝑpriè qdẽ Ephorar dicebat.

Tertiũ dicebat Hesen,grecè longion, latinè verò rõnale vocat,qđ põtifex ferebat ĩ pectore: dictum est aut rõnale iudicii,quia ibi erat lapis in cuius splẽdorẽ sibi Deũ esse propitiũ cognoscebãt.Erat autem rationale quadrãgulũ duplex in modum vnius palmi de quatuor p̄dictis colorib.auroq; contextum,hñs duodecim lapides p quatuor ordines.In primo Sardium,Topazum,& Smaragdum.In secundo Carbunculum,Sapphirum,& Iaspidem.In tertio Ligurium, Achaten,& Amethystum.In quarto Chrysolithum, Onychinum,& Berillũ: in quibus erãt scripta duodecim noīa filiorũ Israel in singulis singula iuxta ordinem suæ natiuitatis. erant.n. in eo scripta hęc duo noīa,hurim,& thumim,i.ueritas,& disciplina.

Quartum,& vltimum erat capitis ornamentum, videlicet Tiara, seu Tydaris in acutũ procedẽs, hñs circulum aureum cum malogranatis,& floribus: ex qua supra frontẽ pẽdebat aurea lamina, quam petalum dicunt,ad modum lunę dimidię,in que scriptũ erat, Anoth Adonai,i.sanctũ nomẽ Dñi Tetragrãmaton,i.quatuor literarum.ne verò cum mouebat Pontifex, moueret & lamina, ligabat vitta, seu iũctura hyacĩthina pspicua,q̃ sũmitates posteri⁹ diffũdebat.

Noster ergo põtifex pro fœminalib.habet sandalia: pro linea,albã: pro baltheo,cingulum, ꝑ poderi,tunicam: pro Ephot,amictum vel stolá, ꝑ lõgiõ, pallium,pro Tydari seu Tiara,mitram: pro lamina, crucem: & quędã ex his diuersam habent formã ab illis,sed eãdẽ figurã.hęc ille. Et post historiam ibi p eum positam,vide quomodo declarat s̃m Allegoriã & tropologiam.Et aduerte quia Papa nõ vtit baculo,sed tantum inferiores prelati,vt infra dicetur.

Aduerte ẽt,quòd chlamydẽ purpureã,tunicã,hyacinthineã,coronã, frigium, lorum,& suphumerale hẽt ex concessione Constantini Imperatoris: vt dicit ipse Durãdus.in d.lib.3.c.de mitra.& de hoc hr in Cano.Constantinus.II.96.distinctione.

QVarta conclusio erit de insignib⁹ Patriarcharũ, Cardinalium,& Archiep̄orum. Nã Patriarchę,& Archiep̄i hñt crucẽ q̃ ante se deferri faciunt, ut hr per Car.in cle.2.in prin.de priuilegiis. habent & pallium,& etiam nonnulli episcopi,de quo dicturus sum in quarta parte,in 26.consideratione.

Innocentius IIII.in Concilio Lugdunensi Cardinalibus insigne dedit,quod capite perpetuò deferre debent,hoc est rubrum galerum.Idq; diligenter seruatur s̃m Gaguinum in suis chronicis super Francorum gestis,in vita diui Ludouici.

QVinta concl.Ep̄i verò habent mitram, q̃ habet duo cornua,ad denotandum, quod dent scire vet⁹,& nouum testm̃: vt hr per Archidiaconum, & Ioannem de turre crema.in c. disciplina.45. dist. Et ꝙ mitra sit ep̄ale,& pyleus regale insigne, tex. est & ibi Bal.notat,in c.inter dilectos.§.sed cõtra.extra de fide inst,etiam mitra episcopalis dicitur Cidaris.

Hęc verò mitra est loco Tiarę seu cidaris, vt dicit Durandus in loco p̄dicto.Sed & alia sunt ornamenta p̄latorũ,vt sunt Dalmatica,chirothecę,anulus,& bacul⁹,de q̃b.hic infra. & isto non vtit Papa.c.j. de sacra vnctio.ad fi.sed vtunt ep̄i,& cõpagis sandaliis. 93.di.c.cum nonnulli,§.compagis.& c.seq. & anulo.c.cleri.de vit.& hon.cle.extra.Et de his omnibus vide p dictũ Durãdum in pretacto loco, vbi amplè.

Sed vsus talium põtificaliũ non cõpetit inferiorib.ab ep̄is de iure cõi: & ista oīa tendunt ad gloriã, honorẽ,& magnificẽtiam ecclesiarũ,& nõ in amplitudinem officij dantur,qñ conceduntur inferiorib. prelatis, puta abbatib. & ideo dicit Geminianus in c.vt apostolicę.de priuilegiis.in 6.ꝙ hęc operantur pontificalia in istis,ꝙ genitalia in multis.

Ne tñ scandalũ in ecclesia generetur, Abbates, & inferiores prelati exempti ab ep̄is si habeant priuilegium portandi mitram,possunt tantum vti in Conciliis,& synodis episcopalib.nõ tñ aureas uel argenteas laminas habentib.Non exempti verò simplicibus,& albis,ac planis utantur.Ita est textus ad literã in d.c.vt apostolicę.de priuilegijs.in 6.

Aduerte ꝙ exempti non possunt talia deferre in p̄ntia episcopi suę diœcesis,nisi hoc habeant ex speciali priuilegio,ut dicit ibi tex. & Geminian⁹ ex illo tex.p hęc n.detrahitur honori episcopi.& ibi ponit Geminianus, ꝙ exempti debent in ordine preferri non exemptis.dixi alibi plenè.

SExtã conclusio ex p̄missis est: ꝙ & isti principes seu pastores habent aliud insigne,quod dr virga, seu baculus: quo utunt maximi uiri ecclesiastici. Vñ dicit tex.in c.inter dilectos.§.sed & cõtra.& ibi Bal. extra de fide instr.ꝙ baculus est pastoris, & sceptrũ est regis: & ut dicit Aug.Dathus lib.3. suarum orationum,oratione 38.bonus pastor,qui iuxta saluatoris uocem aĩam suam dat ꝑ ouibus suis, quintuplicem uirgam gestare phibetur. Virgam disciplinæ,per quã audacium, & improborum hoĩum insolentia

lētia cōpescat. Virgā potestatis, p q̄ iustè præsit. Virgā cognitionis, & scientiæ, per quā instruat. Virgam custodiæ, per quam iustitiam, liberalitatē, pacē, & legū disciplinam custodiat ac tueatur. Virgā miserationis, per quam tenuioribus, & iniuria laborantibus, piè misericorditerq; subueniat. Virgam debellationis, per quam victoriam assequatur.

Datur igitur virga prętoribus, propter disciplinā.
Datur principibus, pp summā regēdi potestatē.
Datur senioribus, in q̄bus sapiētię mun⁹ excellit.
Datur præsidibus, ad custodiam obeūndam.
Dat regib. ad māsuetudinē, & clemētiā exercēdā.
Datur Imperatoribus, ad hostilem impetū coercendum, atque iniuriam propulsandam.

Et vt ibi dicit, assumpsit Zacharias prophe. virgas duas ac pauit gregem suum: ac duę virgę q̄dem duę sunt pręclare eximięq; virtutes: altera iustitia, altera verò mansuetudo, p quas possit qui imperat parcere subiectis, & debellare superbos. de quib. p pphetam Dñs. Visitabo, inquit, eos in virga ferrea. Virgā auream tenebat Assuerus Rex, eaq; flectebat iis qui eius iniussu ipsius thalamū fuissent ingressi, vt liquido pateat pplos ad obsequia atq; obedientiā principū erudiri oportere. Radamanthus, & Aeacus, Platone testāte virgam tenent dū iudicant. Minos verò considerās sedet solus, hñs aureum sceptrum, vt de eo inquit Vlisses apud Homerū, vidisse sceptrū tenētē, iura mortuis dātem, & magistratus quoq;, & rectū iudicij examen despicere, & iustum iudiciū dēt iudicare. Nēpe virga hęc iustitiā designat, & ptātē. Virga directionis, inquit propheta, virga regni tui. & virga quidem corripit delinquentes, quemadmodū & baculus imbecilles tuetur, ac sustinet. Virga tua, ait ppheta psal. 22. & baculus tuus, ipsa me cōsolata sunt. Hæc virga, inquit, velut demissa cœlitus hostium vim arcet, ac deuitat insidias, dicēte ppheta, psal. 111. Virgam virtutis tuę emittet D⁹ ex Siō: dñare in medio inimicorū tuorū. Quod si arca fęderis in veteri testamēto duo cōtinebat, s. manna, & virgā, satis argumēti esse debet, magna in hoc pclaro insignia mysteria contineri: uidelicet māna, vt denotaret platis, & pastorib. dulcedinē exhortationis ad bonū quo ad bonos: & virgā, vt denotaret correctionē quo ad malos, s̃m ēt q lex hoc cōtingere dēt s̃m philosophū, x. Ethic, vt refert, & sequitur Io. de turre cremata in c. disciplina. 45. dist, in j. col. pro quo facit tex, in c. omnis autē lex. 3. dist. & in c. factę sunt āt l. 4. di. & in l. j. c. vt eleganter. ff. de iustitia, & iure.

Has duas virgas solēt deferre, & gerere reges Frācię cū depingunt, aut eorū imagines, seu statuę fiūt, & eleuantur. Qm̄ vnā virgā portant in manu dextera: in qua supra in summitate virgę, est vnū liliū, q habet vim sceptri, & ad instar sceptri fit. Alterām verò gerit in manu sinistra, in cuius apice est representatio manus, qđ habet vim iustitię, & illius administrationis: & modo quo iustitiā administrauerint, & regnum gubernauerit habent pdictas manus. Qm̄ si bene, habent manus eleuatas: quia iustitia de cęlo pspexit. quā manu demonstrat. si malè, habent manus depressas, vt denotetur mala eorum administratio iustitię. Et sic illa manus posita super virgā denotat autoritatē, correctionē, dignitatē, & potestatē, quam debet habere princeps in subditos in virga pastorali.

Quęreret forsitan aliquis, quare summus Pōtifex nō vtitur virga pastorali, & tñ alij inferiores ea vtuntur, Guillelmus Durandus in dicto tertio lib. in c. de baculo ponit rōnē historię, & rationem mysticam.

Historia est qm̄ B. Petrus Apostolus Martialē discipulū suū (quem dñs inter discipulos constituit, cum dixerit: Nisi efficiamini sicut paruulus iste, nō intrabitis in regnum cœlorum) misit cum quibusdā alijs ad pdicandum Germanis, quo in via ad viginti dietas, defuncto collega ei⁹ rediit ad nunciādū hoc Petro. cui Petrus. Accipe hunc baculū, & tāgēs eum dic: surge in noīe dñi, & pdica. Ille verò in vigesimo die à tempore mortis illius tetigit eum, & surrexit, & prędicauit, & ita Petrus Baculum à se amouit, & subditis dedit, nec recuperauit.

Innocētius verò Papa III. ī speculo ecclesię scripsit, q Beatus Petrus misit baculū suum Euchario Treuerorum epō: quē vnà cum Valerio, & Materno ad prędicandum Euangelium genti Teuthonicę destinauit. Cui successit Matern⁹ ī epātu, q p baculū Petri đ morte fuerat suscitat⁹. quē baculū vsq; hodie cū magna veneratione Treuerēsis ecclię seruauit, & seruat, iō Papa ī illa diœcesi vtit̃ baculo, & non alibi.

Mystica verò rō est, quia baculus ī summitate curuus est quasi ad attrahendum, quod in Romano Pōtifice necesse nō est. Quia nullus ab eo finalr̃ diuertere pōt. Hęc rō mihi vr̃ friuola. cū Romanus pōtifex magis ad se habeat attrahere deuiātes, & errātes à fide catholica, q̄ alii plati. Cū ex quo est caput ecclię catholicę, ad ipsum magis spectat purgare errores, q̄ ad mēbra. Et dicit B. Th. q Papa nō hēt coartatā ptātē, q̄ denotat̃ ī curuatione baculi, vt dicit Fe. ī ru. de const. col. 2. ver. bene facit quod no. B. Tho.

Pręterea vt dicit idē Durād⁹, p baculū designatur coertio, q̄ quia cęteri pōtifices ab hoīe recipiūt, iō à solis superiorib. baculos recipiūt, & habēt. Roman⁹ verò pōtifex, quia ptātem à solo Deo accipit, baculū nō hēt. Hęc rō adhuc nō mihi vr̃ cōsona, eo quia ēt Romanus Pōtifex ptātē saltē secundario accipit ab electorib. s̃m text. ī c. vbi periculū. de electionib. in 9. Imo potius videret̃, q virgam, & baculū poti⁹ deberet hr̃e, q̄ alij. Qm̄ cū capite, s. Christo, cōuenit, deberet illum hr̃e, vt Christi potestatē signaret: de qua hr̃ Ps. 44. Virga recta siue directiōis virga regni tui: quia dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatē. Propter qđ alibi dr̃: Reges eos in uirga ferrea. duritia ferri vigorē signat ęquitatis, qua Chr̄s tanq̄ vas figuli peccatores cōfringet. Verū ptās Chr̄i nō solū est virga, sed baculus: q̄a nō solū corripit, sed ēt sustentat. Vñ Ps. 22. iam superius all. Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Sic exemplo Christi summ⁹ pontifex tanq̄ eius uicarius nō debet esse sine baculo, saltem si non uult eo uti p coertione, quod denotaret consolationem, sicut hodie uidemus nr̄os summos pontifices esse multum consolatiuos, psertim ī cōcessione Indulgētiarū, gratis, quod facere debēt. & omnia sua conuertendo in defensionem Christianitatis,

nitatis, q̄ iam his nostris tẽporibus tanta passa est, vt de expugnatione, & captiuitate Rhodi videmus, & adhuc non est sine magno periculo, q̄ multa patiet̃, ꝓpter guerras, & dissensiones Christianorũ, q̄ nunc sunt inter principes Christianos, quas dẽt summus Pont. suo baculo sedare, & pacificare, illos cõpellendo ad pacem pro tuitione Christianitatis, illis auxilium, & fauorem tam in pecunijs, q̄ hominibus armatis p̄stando. Ecce quomodo baculo suo vti deberet. Deus omnipotens in omnibus prouideat.

De insignibus verò principũ, Imperatoris, s. & Regum, ponitur infra in v. par. in 19. consi. cum se. vbi ponitur de Diademate, & Corona, q̄ sunt insignia, Imperatorũ, & Regũ: etiã de sceptro, vt iã p̄dictũ est

SEptima concl. Insigne senatorũ, seu ordinis senatorij erat Latusclauus s̄m Sueton. in vita Cæsaris dictatoris, & Calce⁹ lunatus, qui tñ cõis nobilitatis fuisse putat̃. Iuuenalis de Quintil. Appositam nigrę lunam subtexit alutę. Cic. Philip. Est etiã Asinius q̄dã senator voluntarius lectus, ipse à se apertã curiã vidit, post Cęsaris mortẽ mutauit calceos, pater conscriptus repẽte fact⁹ est, i. lunatos calceos sumpsit.

Latusclauus, quod etiam laticlauium dr̃, ꝓ senatoria dignitate ponit̃: et ius anulorum aureorũ, pro equestri ordine, vt dicit Budæus in l. vlt. de senatoribus. ff. vbi etiã refert, q̄ Latus clauus est tunica purpura p̄texta latior, & longior tunica vulgari, ac discincta, cui toga superinduebatur vt tunicæ: & tali veste Tul. Hostilius primus è regib. Romanis vsus est. Credo, q̄ hodie sit cappa seu ille mãtell⁹ magn⁹, latus, lõgus, & rubeus, quẽ deferũt p̄sidẽtes ĩ cõsistorijs seu parlamentis, cum reddunt ius, seu pronũtiãt arresta curię populo. Qui loco lictorum etiam habent ostiarios cum virga alba, & tenui.

Legitur apud Plutarchum in proble. q̄ lictores cũ securi, & virgarum fascibus, p̄texta vestis cũ eburneo curru erãt insignia cõsulũ. Sicut Lituus augurũ secũdũ Cice. j. de diuina. Tunica picta cũ ęneo pectoris tegmine Saliorum Martis, vt inquit Liuius lib. j. ab vrbe cõdita. Spicea corona, & alba infula fratrũ Arualiũ, teste Gellio lib. 6. c. 7. prĩcipis iudicũ Aegyptiorũ aurea catena è collo suspẽsa qua pendebat signũ, qđ veritatem dicebant, autore Diodoro lib. 2.

OCtaua cõclusio. Insignia militaria sunt plura, ensis, s. torque aureus, & calcaria deaurata: de quib. infra dixi in nona parte, in pluribus considerationibus, & quemadmodum hasta est signum belli, ita caduceum est pacis.

De insignibus verò literatorũ, infra dicã in x. parte, in 36. cõsid. Nota tamen, q̄ sicut purpura est regũ vt dixi, & ꝓbatur p̄ totum titulum, de vestibus oloberis. lib. xj. C. & in l. fi. C. qui militare non pos. libr. 12. ita chlamys militum, stola sacerdotum, toga aduocatorum, habitus rusticorum, cuculla monachorum appellatur, vt in gl. in verb. fibulis. in l. vnic. C. nulli licere in frenis. lib. xj. de quo meminit Bald. in c. causam. col. j. extra de probationibus.

NOna conclu. Reperitur ex cõi vsu, etiã aliud insigne, quod est Ducum, Comitum, & Marchionum: & est pyleus circundatus quadam corona rotũda nõ erecta nec ascẽdẽte, in modũ zonę circũdãtis pyleũ, & apud nos ita seruat̃, ita q̄ licet duces habeãt iura regalia, ñ tñ portãt coronã erectã, ꝑut reges

Et de huiusmodi pylei ducalis inuẽtione, seu itroductione ꝓ insigni seu infula nõ video originẽ, nisi eo q̄ a cũ capiebant olim serui aut captiui, sequebantur ducem in triumpho, & post eũ deferebãt pyleũ, vt de Terẽtio capto à Scipiano Aphricano, qui illũ sequendo deferebat pyleum in triumpho ipsius tanquã ducis, vt refert Quintilianus in gladiatore. de quo meminit Lucas de Penna in l. murileguli. C. de Murilegulis. lib. xj. Ex quo postmodum in signum huius triũphi duces acceperunt ꝓ corona pyleum, & iste modus apud nos obseruat̃. Vel dicẽdũ vr̃, q̄ huiusmodi mos gerẽdi pyleũ p̄ duces, vel comites est ĩtroductus ex eo, q̄ sicut olim flamines gẽtiliũ inter alios tanq̄ duces, & pastores suorũ, portabãt pyleũ, in quo erat desup̄ breuis virgula hñs aliquid lanę, vt dicit Albericus in suo dictionario: in verbo, flaminis. ita hodie ille mos remansit non solũ apud Cardinales, Ep̄os, & pastores, sed ẽt apud Duces, & principes, q̄ gerunt pyleum in quo est zona circundãs eũ in signũ dignitatis, & p̄eminẽtię ĩter alios. q̄a nõ deferũt coronã q̄ solũ regib. cõpetit. Et hoc q̄m ĩ eo. dignitatis gradu vñr eẽ duces in secularitate sicut flamines ĩ spiritualitate, vt inferius examinabit̃.

De iure reperio, q̄ pyleus lineus, seu sericus, est insigne hodie ꝓhibitũ clericis, vt ait gl. in cle. 2. de vi. & ho. cle. apud Gręcos tñ sacerdotes deferebant in signum dignitatis, vt dicit ipse Lucas in dicto loco. Tamẽ quo ad Duces, Cardinales, ep̄os, ꝓtonotarios, licèt diuersimodè, est multũ in vsu. Et sicut pilos tegit, stringit, & gubernat, ideo ẽt vr̃ q̄ dux suos subditos tegere, & gubernare debet. Et est ẽt insigne libertatis, quia magis debent esse liberi apud principẽ supremum, q̄ alij: quia antiquitus serui manumissi accipiebant pyleum raso capite. facit. l. vnica. §. sed & qui. C. de latina libertate tollenda.

Hic verũ pyleus istorum ducum designat preeminẽtiã supra alios, & est in modum coronę nõ erectę, vt dixi, & tali insigni solent vti duces in signũ excellentię, & dignitatis: quia excellentiorem, & digniorem gubernationem habent cęteris.

Isto etiam insigni vtuntur apud nos pręsidentes parlamentorũ, quia hñt certũ pyleũ ex nobili pãno rotũdum foderatũ, vt ita dicã, & vulgo dicitur vng mortier, (Cũ graues illi debeant esse) qui habet circũcirca vnã zonam ex panno aureo, & supra filos sericeos, & auratos ad denotãdũ excellentiã illius status, & officij. Et istud ornamentũ seu insigne ꝓpriẽs dicitur fasciale: de quo plenè infra in 7. parte, in 24. consid. in c. generalis est. ver. intantum est. j.

DEcima conclusio. Deueniendo amplius ad materiam armorum, & vnde originem habuerint, quę hodie ita sunt in vsu apud nos. In qua dico, q̄ tria fuerunt iura apud antiquos, Agnationis, Gentilitatis, & Stirpis: sed nobiliorum fuisse videtur gentilitas, vt ex diffinitione Ciceronis apparet, eorum scilicet, qui imagines generis sui proferre poterant. Inde Trãquil. in Vespasia. Flauia gẽs, iquit, obscura: illa

illa quidem ac sine maiorum imaginibus, sed tamē reipublicæ nequaquam pœnitenda. Vnde imagines pro nobilitate generis accipi sępe solent. Cic. de lege agraria significare volens nouum hoīem, i. nulla generis nobilitate commendabilem, cōsulem tn̄ factū, ita ad populum inquit. Quemadmodum cum petebam, nulli me vobis autores generis mei commendarunt: sic si quid deliquero, nullæ sunt imagines, q̄ me à vobis deprecentur. Idem in Pisonem. Obrepsisti ad honores errore hominum, commēdatione fumosarum imaginum, quare simile nihil habes p̄ter colorē. Fumosas imagines appellauit Cicero antiq̄ssimi generis stemmata. vt legi oīno debeat apud Iuuenalem: Fumosos equitum cum dictatore magr̄os

Hoc autem ius quæsiisse se ab ædilitate gesta his verbis refert Cicero vltima in verrem actio. Ob earū rerum laborem ac solicitudinem fructus illos datos antiquiorem in senatu sententiæ dicendæ locū togā prætextā, sellam curulem; ius, imagines ad memoriam posteritatemq; prodendam.

Ex quo loco apparet ex honoribus gestis imagines familiarum cōparari, aut ēt retineri solitas esse. Vn̄ in principio legis agrariæ. Et in hoc more politū quiritēs institutoq; maioru, vt hi qui bn̄ficio vestro imagines familiæ suæ consecuti sunt, eam primum habeant concionem, qua gratiam bn̄ficij vestri cum suorum laude coniungant. Qua in oratione nonnulli aliquando digni maiorū loco repeiiunt. Plerique āt hoc p̄ficiūt, vt tn̄ maiorib. eorū debitū eē videat, vnde etiam, quod posteris solueretur redundaret.

Qui autem ius gentilitatis, & maiorum imagines nullas hēbāt, hi terræ filij, & à sese orti, & hoīes noui vocabantur. Vnde Cic. in 7. epi. Cornelius quidē tuus familiaris summo genere natus terrę filius. Sū mo autē genere natus, ab eo per ironiam dr̄. & Persius: Pręsto est mihi Manius hæres, progenies terræ. Iuuenalis. Vnde fit vt malim fraterculus esse gigātū,

Hę imagines etiam stemmata vocantur, vt per Saturicum. Stemmata quid faciunt?

Cerea autem erant simulachra per armaria dispo sita. Vnde illud eiusdem.

Tota licet veteres exornent vndiq; ceræ
Atria, nobilitas sola est, atq; unica uirtus.

Mos autem fuit olim Romę, vt imagines maiorū in funerib. ducerentur, ad gentilitatem ostendēdā. id q̄d Cicero ostendit in scd̄o de oratore. Brute, q̄d sedes? quid anū illam patri nūtiare vis tuo, quid illis oībus quorum imagines duci vides? quid maiorib. tuis? de anu Iunia agnata Bruti loquens, quæ funere efferebatur. Plin. lib. 35. c. 2. Apud maiores, inq̄t, in atriis imagines erant, quę spectarentur, expressi vultus singulis disponebant armariis, vt essent imagines, q̄ comitarent gētilitia funera, semperq; defuncto aliquo tot⁹ aderat familię ei⁹, q̄ vnq̄ fuerat pp̄ls Stemata vero lineis discurrebāt ad imagines pictas. Tablina verò codicib. ī plebant, & monumētis rerū ī magr̄atu gestarū. Alię ī forib. & circa limina animorū ingētiū imagines erāt, affixis hestiū spoliis, q̄ nec emptori refringere liceret: quæ ēt domims mutatis, domus ornamenta erant, vt dicit Plinius.

Pro iis, vt opinatur Budęus, posteriora tp̄a insignia gētilitia habuerūt, quę arma vulgò vocantur, q̄ ipsa quoq; primum, vt simile est veri, virtutis p̄mia fuerunt, ac rerum præclarè gestarum decora. Quę tn̄ gestantium nonnulli hodie atq; etiam plerique moribus ac vitę instituto hoc certè perficiunt, vt tantū maioribus eorum honoris debitum esse videatur, vnde etiam quod posteris solueretur redundaret, vt Cice. dixit. hactenus Budęus. in l. fi. ff. de orig. iur.

Ex quibus cognoscimus vnde habuerūt originē insignia seu arma, de quib. pręsens est quęstio. Nā ēt Alex. maximus insequendo vestigia antiquorū, & p̄ decessorum, & volendo exaltare noīa Athletarū uirtuosorum, & militum bene certantium, vt magis atque magis animarentur ad decertandū cōtra hostes, & ut pręmiarētur in honore sicut in pręmio: statuit cōsilio Arist. eius pręceptoris donare, & tribuere militib. suis bene & validè certantibus, & merentib. insignia, vexilla, & alia. Nā donis, & gratijs quis inuitatur ad bonū. notat Pet. de Anc. in cle. vnic. §. nos itaque in fi. de reliquiis & veneratione sanctorū. Item blādimētis, & honorib. c. qui syncera. 45. dist. & c. q̄ pio. j. q. 2. notatur in l. 4. ff. de inoffi. test. Item muneribus. c. nimium. cum c. seq. & c. pe. 23. qō. 4. facit l. j. ff. de iust. & iu. ibi, bonos non solum metu pœnarum, verumēt pręmiorum exhortatione efficere cupientes. concordat. c. non vos. circa initium. 23. q. 5. Hinc ea ipsa hodie in vulgari nostro vocantur Cottes d'armes. Ex quo fit ex obseruantia, q̄ milites pricipis, & alii portāt sua insignia seu arma, vt iter alios cognoscantur, maximè in bello, quum ibi intersunt cū eorū principe. facit. l. stigmata, in his verbis. ad imitationem tyronum. de fabricensib. lib. 11. C.

VNdecima concl. Arma seu insignia ēt ponuntur ad p̄petuā hoīum memoriā in multis locis, vt ī sepulturis: vt h̄r 1. Maccab. 13. c. ibi. Aedificauit Simō sup̄ sepulchrum fratris sui & fratrum edificium altum visu, lapide polito retro, & an̄. Et statuit septē pyramidas, vnā contra vnā patri, & m̄ri, & quatuor fratrib. & his circumposuit columnas magnas, & super colūnas arma, ad memoriam ęternā: & iuxta arma naues sculptas, q̄ viderent̄ ab hoībus nauigātib. mare. Et 1. Reg. 31. c. ibi: posuerūt Philisthim arma Saulis interfecti in templo Astaroth, corpus verò eius suspenderunt in muro Bethsan.

DVodecima conclu. Nō est dubium de iure, q̄ honor est portare arma, vehicula seu vexilla honoratorum, & suorum p̄decessotum: tex. est in l. j. & ibi Io. de Pla. & in l. fi. C. de p̄positis sacri cubi. li. 12. & in l. vnica. C. de honora. vehicu. li. 11. & dicit Bal. in l. generaliter. §. fi. C. de insti. substi. q̄ portare arma est honor, vt ēt satis patet ex supra deductis. Et sicut nomen decorat. §. sed nos. institu. ad Tertullianum. ita & hęc arma decorant.

Vnde hęc fuit causa hic inserēdi materiam armorum hoc est insignium, non armorum ad bella necessariorum, cū alibi de his dicturus s̄. in nona parte. vbi describam de arte militari: sed hic ponā q̄uo laudant̄ & honorant̄, aut laudari poterūt hoīes ī armis, seu scutis, scd̄m q̄ in eis apponūtur metalla, colores,

lores, animalia, & alia huiusmodi, quæ dant autoritatem, & honorem seu laudem in illis.

Et hæc materia armorum generat arma: quoniã vt dicit Ouid. Bella mouet clypeus, deq; armis arma feruntur. q̃a de his sæpe solet esse grãdis quæstio, inter nobiles, sicut videmus apud Ouidiũ. in 12. & & 13. Metamorph. inter Aiacẽ, & Vlissem ꝓ armis ipsius Achilis. dicam latius j. in 48. conclusione.

Decimatertia cõclusio. Donans seu legans pecuniam, vt fiat aliquod opus, puta templũ, ædes sacrę, hopitale, imagines &c. nomen vel arma sua in eodẽ inscribere, ponere, seu depingi facer potest: nec debet abradi, seu deleri, etiã vt alterius arma ponãtur. tex. in l. qui liberalitate. in prin. & fin. ff. de op. pub. Notat Alberic. in l. legatam. per illũ tex. in fi. ff. de admin. rerum ad ciuitatem pertinentium, facit tex. in l. fi. in fi. C. de statuis, vbi ait: sed eius cuius ad honorẽ petitur expensis propriis statuã collocari ꝑcipimus. Quod intellige si donauerit sponte, & ex liberalitate: quia si coactus, vt sunt qui condẽnantur apud nos ad emendas ciuiles, non possunt procurare, vt sua arma apponantur in dictis operib. publicis factis ex illa multa, p dictũ tex. qui liberalitate. Amplia procedere, ẽt si aliquã summã, & nõ totã donauerit, q̃a talis donãs, ẽt arma sua apponere poterit p dictũ tex. i d. l. fi. ff. & vide j. in 21. cõcl. vbi amplius.

Aduerte tamen, ꝙ ponentes arma sua in ecclesiis quas faciũt, aut ĩ ornamẽtis, q̃ donãt ecclesiis, pdũt meritum, vt tenet Ge. ĩ c. duæ sunt. circa me. 45. dist. quẽ refert, & sequitur Bernardinus de Landriano. ĩ c. dilecta. ĩ appostillis ad Panorm. de exce. pla. extra.

Decimaquarta concl. Insequendo doctrinã Bart. in suo tract. de insignis. & armis est, ꝙ quædam sunt insignia, quæ competunt alicui ratione dignitatis, vel officij. Et sunt talia quę quilibet habens illã dignitatem, vel illud officium, portare potest: nõ tñ licet alicui portare nisi habeat illam dignitatem, seu officium pro quo allego glo. in verbo dignitatem. in c. vt apostolicę. de priuilegiis. in 6. facit text. in l. j. & ibi doct. C. quę res vẽdi non poss. vbi habetur, ꝙ vestes, insignia, vel arma, & colores ipsius principis, nemini assumere licet.

Exemplificat Bar. in insignibus proconsularibus, & legatorum, de quib. in l. j. ff. de offi. procõsulis, & legati. & l. sanctum. in prin. ff. de rerum diui. vbi proconsul insignia sua, etiam extra iurisdictionem suã, portare potest. Nam sex fascibus tantum vtebatur. l. ꝓconsules. ff. de off. ꝓconsu. Et etiã legati Romani populi portabant verbenas (forte saturegias ſm gl. in d. l. sanctum.) i. herbas seu frondes sacratas, ne violarentur à populo vbi mittebantur, & ratione illius insignis erant in custodia Romanorum, ita ꝙ dicebantur sancti, prout sancti habentur, vt dicit text. in l. fi. in prin. ff. de legationibus.

Similiter legati Gręcorum ferre solebant, ne quis ees violaret, ea quę vocantur ceritia, vt inquit text. in d. l. sanctum.

Item archieps vti potest pallio in tota sua dięcesi & ꝓuincia, vt dicit tex. in c. cum sis. extra de autori. & vsu pallij. Sicut hodie videm⁹ in cliẽtulis seu seruientib. regiis, qui se offendũtur in exequẽdo mandata regiã, habẽdo, & portãdo signũ seu scutũ regiũ, ꝙ portare dẽnt ꝓ insigni, & sunt in saluaguardia regis natiua, ità ꝙ grauius puniunt qui eos offendũt.

Exemplificat ẽt Bar. in insignibus epõrum, quæ si quis non habens illam dignitatem portet, incurrit ĩ crimen falsi. l. eos. §. fi. ff. de fal. vbi habetur, ꝙ portans insignia doctoratus, cum non sit doctor, incurrit in pęnã falsi. Et idem dicendum est de quacũq; alia dignitate habente certa, & distincta insignia, de quib. supra dixi in nouem primis conclusionibus.

Et dicta Bar. in hac conclusione sequitur Panot. in c. dilecta. in vlt. notab. de exces. prel. extra. Et Bonus de Curtili. in suo tract. nobilitatis, par. 2. vbi dicit, ꝙ quędam sunt arma, seu insignia dignitatis, vel officij in vniuerso, vt epõrum, doctorum, rectorum & similium, & talia solum deferri dẽnt ab illis hñtibus talem dignitatem aut officium, ut hic patet.

Quędã autem sunt arma, seu insignia singularis dignitatis, quibus utuntur reges principes, duces, comites, & cęteri potentiores. Quędam uerò sunt arma priuatorum, siue nobilium, siue popularium, de quibus particulariter infra amplè dicetur.

Decimaquinta conclusio erit de insignib. siue armis cuiuslibet singularis dignitatis (ut uidim⁹, in quolibet rege, qui habet sua insignia seu arma. Nã Rex Francię undecũq; sit habet ꝓ armis suis in cãpo azureo tria lilia aurea, & coronã supra erectã. Imperator uerò habet Aquilã nigrã in campo aureo, & sic de singulis, put infra dicetur, in 17. concl. de regibus Christianis, de Principibus Francię, & multis alijs.) Et talia nemini alteri licet deferre, seu assumere, ut tenet Bal. in l. j. C. quę res uendi non pos. quia ut dicit, ꝑ hoc uĩ se parem facere sicut Lucifer, q̃ uoluit se parẽ facere Deo, & iõ deiectus fuit de paradiso. Nec ẽt suis reb. depingere. l. j. C. de his, q̃ pœnę noĩe, & in auth. de mandatis principũ. §. pe. colla. 3. & in l. j. C. ut nemo priuatus &c. ubi nõ licet priuato apponere arma regis in sua domo. Dicit tñ ibi Albericus, ꝙ uidit seruari, & ꝙ quotidie seruat cõtrariũ. Ideo Bar. in dicto tractatu dicit, ꝙ hoc intelligendũ est principaliter, sed accessoriè potest, puta, in signũ subiectionis supraponere insignibus ꝓprijs insignia regis, comitis, domini, seu principis sui, & hoc de consuetudine seruat, ut ibi dicit Bar. & ita etiam tenet Bonus de Curtili in suo tracta. nobilitatis, in 2. parte. nu. 170. quod intellige dummodo nõ sit uilis persona, ut infra, in 18. conclu. dicetur.

Sed unde hoc ꝙ uidemus multos prĩcipes in Gallia, & Francia, qui utunt liliis sicut Christianissimus Rex noster, & tñ soli regi fuerũt demissa cœlitus ꝓ scuto suo: etiam illi simul fuit demissum oleũ sacrũ pro unctione in eius coronatione fida, quod tñ aliis quàm regi non competit. dicam infra ponẽdo illos, qui cõiter in Gallia gestant lilia, rõne quorum uidentur esse de maioribus, & magis honorari debent, cũ magis approximẽt sua arma, armis supremi principis, quanto magis sunt conformia, & in minus differentia, tantò magis sunt honorabiliora.

Aduerte tamen, ꝙ si arma alicuius principis sint picta

picta in aliquo castro in signū subiectionis, si quis tollat illa arma, dr̃ tollere obiectionem dño.& sic p dominū puniri pōt tanquam rebellis, nisi aliter appareat de aliā cā delēdi, vt dicūt Geminianus, & Cardinalis Alexander, in canone quæcunque. 30. distin.

DEcimasexta conclusio. Arma imago, seu nomen principis in opere publico, vt in muris ciuitatis, & portis, in p̄torijs iudicum, & domibus publicis seu vniuersitatum, poni, & inscribi debent, per text. in l. opus nouum. in fi. ff. de operibus publicis. & in l. si q̃ iudices. C. eo. Quod etiam procedit in eo cuius pecunia id opus factum sit, per tex. in d. l. opus, sed nō supra arma principis. Quia nec præsidis liceret nomen vel arma superscribere seu superponere. l. nec p̄sidis. ff. eo. Cum in opere publico nulli iudicū licere dēt, sua arma apponere incōsulto principe, alias reus maiestatis efficeretur. d. l. si qui iudices.

Contrarium tñ de consuetudine seruat̃ fm̃ Salicetum in d. l. si qui. & Albericum de Rosate in l. qui libertate. ff. eo. Nam hodie videmus, q̃ quādo fiūt opera publica, gubernatores patriarum in Francia, vl̃ iudices arma sua eis imponunt. sed sub armis regis, q̃d potest fieri, vt dixi in præcedenti conclusione. Dicit etiam tex. in l. basilicam. C. eo. q̃ in basilica, quæ est domus regis, vel ecclesia sacra, non debent imagines seu arma alicuius pingi: quod intellige prout supra, in 13. conclu. nisi expensis in toto vel in parte alicui⁹ fuerit fabricata, quia tunc talis, arma seu nomen suū in eadem inscribere, vel depingi facere potest.

DEcimaseptima conclu. Arma principum distincta, & separata ab alijs rōne suæ dignitatis nō solum non possunt tanquā propria ab alijs assumi, imo quod plus est, etiam non licet ea in domibus p̄prijs impingere, & assumentes ea & portantes incurrunt, & incidunt in crimē falsi, vt dixi s. i 14. concl. Imo q̃ plus est, dicerem q̃ assumētes propria arma supremorum principum, & existētes in patria subdita tali principi, incurrunt crimen læsę maiestatis: eo, quia talis assumit sibi honorē, & p̄tātē quā non habet. Per signum. n. cognoscitur signatum l. j. §. si intelligat. ff. de ędil. edict. stigmata. & ibi Io. de Platea. C. de fabricensibus lib. 11. Tria enim lilia aurea in campo azureo, vt dixi, denotant insigne seu arma regis Franciæ. Ideo si quis illa assumat p̄ armis, videtur se velle dicere regem: quapp illi cōtradicere vr̃. Oīs. n. qui se regē facit, contradicit Cęsari Io. 22. c. Cum. n. quis in se accipit iurisdictionem aut potestatē vltra q̃ habeat, aut hr̃e dēat, punit̃: vt dicit Lucas de Pena in l. j. in x. & xj. columnis. C. vt nemo ad suum patrociniū suscipiat rusticanos. li. xj. De isto scuto regio plura alibi dixi, scuto nō insisto, licet adhuc aliquid de eo j.

Sic erit dicendū in oībus alijs scutis seu armis principum supremorum in suis regnis, principatibus, seu dominationibus, vt est in imperio Romano, in quo est Aquila nigra, habens duo capita in cāpo aureo, q̃ sunt arma seu insignia Romanorū Imperatorum, ut in fine huius conclusionis patet. Et fuerunt primò arma Julij Cęsaris; quę Aquila inter copias armatorū in caput Cæsaris residēs, duos coruos hinc atq; hinc illi molestiam inferētes, morte affecit, quod cū summa oīum admiratione factū est. Hanc Iouis alitē poetæ confabulant̃ vario quidem colore, quē Mercurio ascriptum ferunt obductum quadam nigredine suffuo: quod cum augures animaduertissent, vi quadā belloq;, dolisq; calliditate Cęsarē regnaturum vaticinati sunt. A quo tp̄e Imp. Romani p̄ armis ea Aquila vsi sunt i cāpo aureo sub colore nigro, vt p̄tactū ē.

Legi tñ, q̃ C. marius (cuius Cęsar Imperator fuit fororius nepos) in scđo cōsulatu suo, qui septies consul fuit, Aquilam Romanis legionibus p̄prie dicauit: vt autor est Plinius lib. 10. c. 4. de qua in fine istius conclusionis. Sed ibi notat Plinius nō ferè apud legiones Romanorum unq̃ hybernatum in castris, vbi Aquilarum nō fuerit iugum. Ex quo, vt opinor, adhuc hodie Aquila p̄ armis Imperij designata habet duo capita, sed quas signationes habeāt, volēs referre omitto: & de ea in finali parte, in 80. consid. dicetur.

Et licet color niger sit infimus inter colores, vt infra patet, in 66. conclu. Crederem tñ, q̃ inter Aquilas in armis apponi solitas, dignior sit aliqua nigra q̃ alterius coloris: eo. qa à maiori, & potentiori portat̃, & ēt quicquid dicant alij, vr̃ hic color nobilior & dignior pp̄ eius potentiam, & effectum. Nam licet de oībus alijs coloribus possit fieri nigrum, ita q̃ nigredo extinguit, supprimit, & offuscat oēs alios colores, nō tñ alij colores possunt ita delere, & extinguere nigrum, sicut nigrū delet, obscurat, & extinguit alios: & sic vr̃ esse maioris potentię, & effectus q̃ alij: ea pp̄ magis honorari, & maior seu dignior reputari debet.

Carolus magnus tanq̃ Imperator & Rex Francię p̄dictis duobus armis simul iunctis in vno scuto vtebat̃: sed Aquila à parte dextra, Lilia autem à parte sinistra designabantur. De huiusmodi Aquila, latius infra in vltima parte.

Idem est dicendum de oībus armis aliorum principū, vt in Anglia, vbi res Anglię habet p̄ armis tres Leopardos aureos in cāpo rubeo: sed vnde hoc, nisi quia asserit se esse ducem Normannię (qui habet p̄ armis suis duos Leopardos) & ducē Aquitanię, qui utitur, & habet vnum: & hos tres simul copulat, seu accumulat, & ponit ratione regni. Et sic in Anglia q̃ qui utuntur Leopardis p̄ armis suis, cum aliquali tñ distinctione, videtur esse de domo regia, & sic digniora arma habere, & gestare.

Sic in Aragonia, vbi rex vtit̃ p̄ armis quatuor palijs rubeis, & armis quatuor aureis. Et rōne regni Castelle, & Hispaniæ, utit̃ duobus Leonibus azureis, in duabus partibus scuti seu campi argentei, & in alijs duabus partibus, duabus turribus seu castellis aureis in campo rubeo.

Rex verò Cypri utitur p̄ armis, & habet in parte superiori dextra vnam crucem potenciatam auream cum quatuor paruis crucibus aureis in cāpo argenteo, & in sinistra alio Leone rubeo in cāpo argenteo cotissato, quatuor cotissis azureis: & in duabus ptib. īferioribus in cāpo argenteo duobus Leonib. rubeis.

Rex Nauarchiæ utitur tribus Leopardis azureis in campo aureo, & tantum est diuersitas in colorib. ab armis regis Anglię.

Rex Portugallię vtitur quinq; paruis scutis argē-

teis

teis in campo azureo bordato bordatura rubea, & seminata turribus.

Rex Phrigiæ (quã Phrisiã vocãt) vtitur pro scuto cãpo argenteo seminato pluribus cordibus rubeis, & bendato ex benda azurea quatuor petiarum.

Rex Siciliæ, & Ierusalem vtitur cruce aurea potentiata, cum quator crucibus seu croisetis aureis in campo argẽteo: in parte superiori dextra, Lilijs seminatis, seu insertis in medio partiũ superioris, & inferioris: & ex latere sinistro partis superioris cãpo argenteo fessato tribus fessis rubeis in parte inferiori: ex parte dextra tigno seu cheurono rubeo in cãpo rubeo: & sunt hodie arma quibus vtuntur duces Lothoringiæ.

Rex Nouergię vtitur tribus coronis aureis in campo rubeo, & istis armis vtebatur Arthurus dux Britãniæ, licet qñq; sit vsus multò magis pluribus coronis aureis seminatis seu respersis in campo azureo.

Rex Nauarrę habet in campo rubeo escarbunculũ pometatum ex auro, & à certo tempore ex quo descẽderunt tales reges à regibus Frãciæ, assumũt in duabus partibus lilia aurea seminata, & cõpersa in campo azureo cum banda argẽtea tendente à sinistra ad dextram.

Rex maioricarum vtitur quatuor pallis rubeis, & quatuor aureis.

Rex Polonię habet scutum rubeum quadripartitũ in superiore parte dextra, & inferiore sinistra hẽt duas Aquilas argẽteas, vnam in qualibet parte. In partibus verò superiore sinistra, & inferiore dextera hominem argenteum super equo argenteo.

Rex Hungarię in campo argenteo habet quatuor gemellas rubeas.


Rex Hirlãdię in cãpo rubeo hẽt Leonẽ argenteum

Rex Hybernię habet regem aureum tenentem liliũ in maiestate sedentem in campo nigro.

Presbyter Ioannes seu Ianus Rex Indię habet, vt fertur, crucifixũ nigrum duobus flagellis nigris in cãpo aureo. De cuius dignitate, religione, seu deuotione, secta, & potẽtia, infra in finali parte, in 20. consid. in qua de nationibus Christianis locuti sumus.

Et vt manifestius res liqueat, sequitur arbor, in qua præcedentia arma figurantur.





Sic legimus ꝙ certa sunt insignia diuersarum gentium, vt Romanorũ Aquilæ, Scytharũ Fulmẽ, Filiorum Israel signũ Thau, de quo ĵ.98.cõcl. Aegyptiorũ Apis, hoc est Bos, Sus Phrygum, Geminæ rotæ Corallorum, Thraciæ Mars, Arcº, & pharetræ Persarũ, & ita de alijs, vt ĩ arbore ꝓcedẽti patet. Deis attributa fuere ẽt ĩsignia, vt Fulmẽ Ioui, Tridẽs Neptũo, Framea Marti, Claua Herculi, & Baccho Thyrsus. Et ab Aquila, aquiliferi dicti sunt signiferi in Romana militia. Habuerunt & Romani quatuor alia signa, videlicet Lupos, Minotauros, Equos, & Apros, quæ singulos ordines anteibant: sed Marius ea in totum abdicauit sola Aquila pro signo relicta. testis est Plinius libr. 10. c. 4. Scribit Vegetius, primũ signũ totiꝰ legionis esse Aquilã, ꝗ̃ aquilifer portat. Idẽ Draconarios appellat signiferos à Draconibus, qui ꝑ singulas cohortes ferebant ad ꝑlium. Frãci verò utunt̃ in ꝑlio pro signo Cruce alba; Burgundi, Cruce S. Andreę rubea: Scoti uerò alba: Angli, Cruce rubea contra Francos, & rosis contra Scotos. Veneti Leone, Sueui Vrso, Senenses Lupa, Neapolitani Asino onerato clitella.

Decimaoctaua cõclu. Cum hodie arma ĩ locũ imaginum, ꝗ olim fiebãt sint subrogata, vt s̃. dixi ĩ 10. conclusi. ideo infertur, ꝙ sicut violator statuę, & imaginis

ginis principis tenetur criminis lęsę maiestatis.l.qui statuas.ff.ad legem Iuliam maiestatis.Lucas de Pēna in l.si qua.col.j.C.de spectaculis.lib.11.& in l.pdia. C.de loca.pd.ciui.&c.eodem lib.12.col.Ita ēt violator armorum principis tenetur pœna criminis læsæ maiestatis: cum subrogatū sapiat naturā illius in cuius locum subrogatur, vt habetur plenè p doctores. maximè d.meum Iasonem,in l.si eum §.qui iniuriarum.ff.quis cautio.quod dicit esse verū idē d.meus ibi in notabilibus,etiam si subrogatum in aliquo discreparet.& idem d.meus in l.possideri.col.2.ff.de acq.pos.dicit habere locū ēt in correctorijs.Facit ēt, quia statutum extenditur ad subrogatum.gl.singularis in cle.& si principalis . in verbo,principalis,in fi. gl.de resc.Ia.Bu.in l.placet.C.de sacros.eccl.Ant.de But.in c.fi.extra de cōsue.d.meus Iason in l.j.col.2. ff.de vul.& pup.dixi in conclusione cōsuetudinū ducatus Burgun.in gl.in verbo,interpretes.ver.14.côclu.Et ideo etiam à simili,sicut non licet iuxta imagines principis sordida signa apponere.d.l.si qua.ita iuxta arma principum nō licet arma aut signa sordidorum hominum,& sic viliū psonarū apponere . secus de armis nobilium,vt infra in 25.concl.incip.licet vasallus.& superius in 15.concl.

DEcimanona conclusio erit talis,ꝙ duę cōclusiones pcedentes extenduntur in oībus alijs dignitatibus principalioribus vnius prouinciæ.vt in ducatib⁹,marchionatib⁹,& comitatibus, habētib.ex antiquo aliqua arma , & insignia dignitati ducali, marchionali,aut comitali conuenientia, qm̄ dent à pari iudicari, eo quia tales dignitates hent iura regalia, maximè qñ in eis succeditur ꝑut in alijs dignitatib. ꝑut amplè dixi de ducatu Mediolani in cōmēto nr̄arū cōsuetudinum ducatus Burgund.ti.Des successions des bastardz.art.v.in cons.ibi posito , quo tenui,ꝙ duces hent iura regalia.& iō idē dicēdū est in eis sicut in alijs principibus de quibus añ dictū est.

VIgesima conclusio est quo ad arma nobiliū.Nā certum est,ꝙ nobilis ex origine,lōga serie,& ꝓsapia pdecessorū habent sua arma,& insignia,& cōiter à tali tempore cuius initij memoria nō extat ī cōtrariū,oēs nobiles seu gētiles hoīes,vt ita loquar,habent & gerunt sua arma & insignia distincta & separata,nec vnus pateretur,ꝙ alter portet arma sua,ēt si esset de sua familia,domo,& noie,nisi cū quadā differentia quā habent inter se,quæ est videlicet,ꝙ primogenitus familiæ suæ domus,portet ea plana & integra sine aliquali distinctiōe , vel additione. Alij verò posteriores,quilibet cū quadā discrepātia.Et hoc de consuetudine q̄ valet in his,vt in descēdētib.oīb. ī pterquam primogenito,velut ī capite ponat̄ aliqua dr̄ia,qua mediāte ab alijs discernat̄,& cognoscatur, vt in l.j.C.quæ res vē.nō pos.& ibi p doct.& sic illæ differentię siue signa inducta sunt per regni cōsuetudinem,& talis cōsuetudo tenet s̄m Bar.ī tract.de insignijs,& ar.quę consuetudo viget,& vsitat̄ ēt in oībus nobilium domibus regis Fräcię, vt tenet Guillelmus de Mōteserrat.in tract.suo de successione regū, in scdo dubio.nu.18.in fin.exēplificat in domo Dalbret,& domo Darual,& sic de singulis.Quę insignia & arma licet sint oībus & singulis de illa agnatione, ēt nobili,cōia l.vel quę pater.in prin.& l.familiaria. ff.de religiosis,& sump.fune.tñ illa dr̄ia de cōsuetudine inducta(cū de iure arma vni p diuisionem , vel differentiā assignari non possunt.l. sepulchra. C.de religiosis,& sump.fune.)non est cōis,sed potius singularis & diuersa,p quā vnusquisq; de illa agnatione dignoscitur,in qua linea descendentiū de illa nobili agnatione sit.an in linea primogenitorum, secūdogenitorum vel tertiogenitorum,vt dicit ibi idem de Mōteserra.nu.20.Vt videmus apud nos,dñi Trimolij habēt tres Aquilas azureas in cāpo aureo cum tigno rubeo,q̄ sunt ītegra,plana,& originalia arma illius domus,q̄ primogenit⁹ hēt, & portat, nec licet alteri ea portare,ēt si sit frater , nisi cū quadā distinctione,q̄ fit multifariā,vt hic infra videre poteris,in 76.ꝯcl.& sic d̄ singulis.Et ista sunt,& fiūt ad cōseruationē agnationis & domus,in hoc ꝙ nemo assumat talia arma,nisi sit de tali domo & familia : cū agnationis seu familię dignitas semper debet esse salua,vt plenè j̄.in seq.cōcl.& vt per istam differentiam in insignijs,& armis positam vnus de agnatione,vel familia ab alijs & singulis de illa agnatione dignoscatur, & discernat̄,qd̄ licet,vt noī addit̄ prænomē: vt in l. vnica.C.de mutatione noīs faciūt notata ī proœmio Clemen.in gl.& in l.2.ff.de liberis & posthumis.

Sed ꝙ ignobilibus non liceat quouismodo arma, seu insignia solis nobilib.cōcessa,& inter nobiles vsitata deferre,dicā j̄.in 23.cōcl.inc.Nō licet ignobili. Dixi remissiuè post Bonū de Curtili ī cōmētarijs nostris sup cōsuetudinibus ducatus Burgun.tit.Des infans de plusieurs lictz.§.4.in j.gl.uers.additio.in fi.

VIgesimaprima cōcl.Quę dicta sunt hinc ante in principalibus,idē est in nobilib.ex antiqua prosapia habentibus in sua ꝓgenie, & familia certa arma distincta ab alijs rōne antiquitatis dom⁹. Quia tūc,si ī pr̄ia,& regione vbi sunt & morant̄,posset eis esse dedecus,ꝙ inferiores minoris cōditionis gestarent talia arma,ex quo eis prohiberi posset , ne talia portēt instāte parte.Puta si in ducatū Burgūdię aliquis vellet assumere talia arma qui nō eēt de domo, & casata , posset ꝓhiberi à superiore : vt si quis uellet assumere arma Trimoliorum(qui fortè à Timoleone duce Corinthiorū originē habuerūt: vel à Timoleo mōte Lydię,vt in ult.parte,in cōsideratione, q̄ tractat de excellētia vinorū,dicet̄) posset ab eis ꝓhiberi, vbi nō eēt de parētela.& idē de cęteris magnatib.seu magnificis potētiorib.& in nobiliorib.in vna patria.Qm̄ alijs nō licet portare talia arma,nisi sint de casata,& domo illorū,& si portarēt aliqui pn̄t ꝓhiberi,qñ ex hoc iniuriarent̄,ꝙ īferiores qui ñ eēnt de eorū parētela,se tales dicerēt.notat̄ ī d.c.cū dilecta.extra de excessib.p̄l.imo d̄t Bal.ī l.2.C.q̄ res vēdi non pn̄t.ꝙ si quis assumat arma,seu insignia alterius,qui eis longo tempore vsus fuerat, tenet̄ pœna falsi,vt sępe allegatum,& cōprobatum est supra. Ita etiam tenet Ioannes de Montolono cōciuis,& cōtēporaneus noster in suo promptuario iuris.in verbo, arma.Maximè si sit talis qui in sua agnatiōe habuisset,vel conuictus fuisset,quod vituperio & ignominia

nia posset ex hac ratione prohiberi, argum. l. mimæ. C. de epali audientia. Et nõ solũ principalis de casata põt talia ꝓhibere, sed ẽt quilibet alius ẽt tertius, vt dicit Bar. in d. tract. de armis. arg. l. j. C. de his qui potentiorum noĩe titulos ꝑdijs affigunt, &c. & ita no. in verb. titulos. & in auth. de mãdatis principũ. §. pe. coll. 3. Et facit ad hæc ratio Ange. de Perus. in consi. suo 79. & cons. 28 1. in pe. col. vbi dicit, ꝙ grauissimum, & iniuriosissimum est videre arma agnationis ad extraneos deuoluta.

Hinc est, ꝙ domus antiquorũ in quib. sunt arma ꝑdecessorum, & imagines, seu stẽmata, de iure ꝓhibentur vẽdi ꝑ tutorem & curatorẽ. Qm̃ vt dicit tex. in l. quę tutores. §. nec verò domum. C. de admi. tu. satis lugubre est, aut nõ videre maiorum imagines ĩ domo ꝓpria fixas, aut videre reuulsas. Ratio depromitur. Exempla Priscorum virorũ honoratorũ uos ñant ad eorum vestigia sequenda. quos solitos dicere legimus, cũ solas maiorum imagines intuerẽtur, vehentissimè sibi aĩum ad virtutem accẽdi: nec prudentissimis viris modicè succurrebũt effigies maiorum, cum titulis suis in prima parte ędiũ poni solere, vt eorũ virtutes posteri nõ solũ legerẽt, verum ẽt imitarentur, & sẽp audire videant poeticũ illud dictum. Et pr̃ Aeneas, & auunculus excitat Hector.

Et de Themistocle tradunt veteres, quem ferunt stimulis virtutum agitatũ, & ob id noctes inquietas exigentem: quærenti quid ita ex tpe in publico versaret, r̃ndisse: quia me trophea Milciadis de somno excitãt. Et dicit Lactã. lib. j. Itaq; hoĩes eorum simulacra finxerunt, vt haberent aliquod ex imaginũ cõtemplatione solatium. Et de materia amplè infra in 8. par. in 6. conside. ver. dicit tamen.

Hinc videmus, ꝙ si sint aliqui de aliqua familia, & casata antiqua, qui videãt arma suorum ꝑdecessorum depicta, aut al's insculpta in aliquo loco publico: si quis uelit ea amouere & ponere sua de nouo, ẽt ædificando nouũ opus, ꝙ potest ei ꝓhiberi ꝑ iudicẽ ex officio suo, ex quo nõ est licitũ abradere antiquã, & ponere noua: vt dicit Bar. in l. qui liberalitate. §. nec eius noĩe. ꝑ illum tex. ff. de ope. pub. Vbi refert cõtra religiosos, qui capellas seu capellanias defunctorũ aliquorũ antiquorũ fundatorum, vbi sunt eorũ arma, attribuũt alijs nouis, ꝙ malè faciũt: vt ẽt dicit Lud. Ro. sing. suo 474. & refert Ioãnes de terra rubea, in sua opera de vinea eclesię: trac. 3. art. 6. in 8. conclu. super gl. in verbo, damnabilis.

Et ideo uidi, ꝙ cum in ecclesia Heduẽsi remoueretur quidam lapis magnus in modum tumbæ, ubi erant arma & imago dñi quodã Dautigneyo, conquestus est dñs Gerardus de Viẽna, dñs dicti loci, tã ea rõne, quia dñs ipsius loci Dautigneyo, q̃ ea rõne, quia erat de agnatione illius ꝑdefuncti, cuius arma ibi posita erant & insculpta: & fuit necesse, ꝙ ĩ loco vbi cõstruebat capella noua, ꝙ arma antiqua ibi reponerent cum nouis, quod & æquum fuit, ꝓut ꝓbat tex. ad hoc expressus. quẽ ẽt ad hoc allegaui in l. fi. §. si quis. ff. de ope. publ. Ad qđ facit tex. in l. si qñ C. eo. vbi hr̃: quoties opus publicum ut palatium, ædes sacræ, uel porticus, reparatiõe indiguerint: licitum est imagines, statuas, inscriptiones noĩum, uel arma quoruncunq; deponere, sed refectis ædificiis, unaquæq; remota reportari, & ꝓprio loco denuo, collocari dẽnt. Sed in re priuata uendita, licitum est emptori rei emptæ arma sua apponere, & alia si quę sint affixa remouere. facit, quia satis absurdum est origine rei sublata, eius imaginẽ derelinqui seu remanere. tex. ĩ l. vnica. §. j. C. de latina libertate tollẽ.

Ex dictis tñ Bar. in ꝑdicto tra. in 1. col. sublimitã istud dictum ꝑcedẽs, s. de portu & delatione armorum, nisi eẽnt exteri, seu ita de lõgin quo, ut eẽt talis distãtia de uno loco ad alium, ꝙ prim' lædi nõ posset. puta si Italus assumat arma Theutonici, uł Anglici & ecõtra, uel Italus ar ma Hispani, certè, ut dicit Bar. in hoc non uī gñari ꝑiudicium, nec scandalum inter eos. & dictum Bartoli sequit Panor. in c. dilecta. de exces. pl. & amplè infra in 48. cõclu. Et iõ ex quo in his in quibus quadã facultate quis occupat sibi usum, nõ licet q̃ri, nisi ex magna cã. l. pe. §. sunt autem qui putãt. ff. ne quid in loco publico. Vł nisi ẽt essent ita antiqua arma, ꝙ amplius dici neq̃at ꝙ sit aliquis in pr̃ia de familia illorum, qui talia arma antiquitus portabãt, & deferebãt, ut sunt quędã ex antiquis armis nouẽ heroum, qui dicunt in uulgari, Leus neuf preux. quorum tres erant Iudæi, s. Iudas Machabeus, Iosue, & Dauid. Tres gẽtiles, seu pagani, Hector, Alexander magnus, & Iulius Cęsar, & alij tres Christiani fuerunt, Carolus magn', Arthurus, seu Arthusius de Britannia, & Gaufredus, seu Godofredus Billonius: quorum quidẽ arma infra ĩ 28. conclu. uidere poteris. Item ut sunt arma militũ (quos mensę rotundę vocant) qui fuerunt numero centum, & septuaginta, qui oẽs portabãt arma diuersa, ut uideri põt in quodã uolumine, seu Romantio quod uulgari nr̃o, dr̃, & intitulatur, Gyron le courtoys. in prin. Et si quis uelit uidere, aut hr̃e diuersitatẽ armorum, recurrat ad illum locum. Maior ĩ diuersitas erat in turri Dauid. de qua Canticorum 4. c. Cum in ea erant mille clypei pendẽtes. de qua infra in 59. concl. uer. quandoque.

Vigesimasecunda conclu. In casu in quo omnes, & maiores & minores cõprehendunt, & est interesse, quod põt contingere unũquẽq; in casu, scilicet qñ quis odijs plenus, cuius uitę multi insidiant, assumeret arma seu insignia hoĩs quieti & pacifici, certè illius interest, & poterit facere ꝓhiberi, si uitu perosè portat, ut dictum est; multo fortius põt peti prohibitio, ne ex hoc propter unionem armorum alius pro alio occidatur uel iniurietur.

Idem dicendum est si ex hoc pudor primi aliquo modo lędatur, arg. d. l. mimæ. C. de epis. aud. & Iudæos quosdam. C. de Iudeis.

Et hęc fieri debent ꝑ iudicis officiũ ad quem spectat quies popularis. l. j. §. quies ff. de officio ꝑfecti urbis. maximè si uideat hoc ad scandalum posse esse & tẽdere, & ad dissensionẽ subditorum, ẽt ex officio suo potest, ut C. de latina libertate tollẽda. l. j. §. sed & qui dñi. ubi circa eos qui pyleati incedunt lex Iulia statuit, ne populus decipiatur. & expressius in c. nonnullis. extra de Iudęis.

Vigesi

VIgesimatertia conclusio. Non licet ignobili assumere arma nobilis, & quę solent portari per nobiles, nec insignia solis nobilibus concessa, & inter nobiles vsitata, deferre: quia sic dr̃ nedum se nudo noĩe nobilem asserere, sed ẽt nobilium actos facere: eam ob cām grauius puniendus est, q̃ si solum assereret se nobilem, quo casu tm̃ falsum cõmittit, & potest tanq̃ falsarius puniri. Tex, est & ibi Bar. in l. eos, §. qui se pro milite. quem textum ponderat ibi Bar. contra illos qui se asserunt doctores cũ nõ sint. ff. de falsis. vbi dicit tex. ꝙ ille qui se ꝓ milite gessit, & illicitis vsus est insignibus, falso puniẽdus est. & videas Fel. in c. 3. loco. col. j. de ꝓb. dixi alibi. & ille tex. multũ facit ꝓ hoc casu. & in his ẽt vbi quis illicitis vsus est insignibus. Facit quod no. Bal. in l. fucandæ. quæ est l. 1. C. quæ res ven. non pos. dum allegat illud vulgare, ꝙ qui non est Lupus, non debet assumere eius pellẽ. amplè per Bonũ de Curtili in trac. nobilitatis, 2. par. nu. 148. ubi dicit ꝙ vbi in aliqua patria est discretio seu dña, & in mõ pingẽdi arma iter nobiles, & ignobiles, ignobilis nõ p̃t assumere arma nobilis, sed bñ assumere põt iuxta ritum inobilium, & popularium, vt j. patebit in 28. conclu. non iuxta ritũ nobilium, qui non couenit nisi nobilibus: vt apud nos non vr̃ honestum ꝙ ignobilis, & popularis in suis armis ponat supra arma sua galeam Tymbratã, ꝙ vulgo dr̃ Heaulme, cũ quadã eleuatione, quã faciũt nobiles magnifici, supra qđ ponunt quoddã signũ eleuatum, qđ vr̃ solis nobilibus attribui, qđ vulgariter dr̃ Tymbre, de quo amplè infra in 49. conclu. Aliàs etiam ꝓhibere & impedire posset nobilis, ne aliquis villanus vel rust. nomẽ & arma suæ domus vsurpet, vel ne aliquis de malo & infecto sanguine nomẽ, vl̃ arma immaculatorum assumat, quia cuiusq; de genere interest claritatem & nobilitatem generis conseruari. ita tenet Guill. Benedicti in repet. cap. Raynutius. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, nu. 917. & plenè in verbo, Raynutius de Clera. nu. 57. & 58. extra de testamentis.

VIgesimaquarta conclusio. Limitantur ẽt præcedentes conclusiones in Bastardis, qui non portant arma domus nobiliũ, cũ nõ sint nobiles, vt dicit Bal. in l. cũ ltime nuptiæ. ff. de stat. homi. idẽ Bal. in l. generaliter. §. fi. C. de insti. & substi. dixi amplè ĩ cõmento super consuetudinibus ducatus Burgundiæ, in ti. Des successions des bastards. §. 3. in gloss. j. vers. iuxta prędicta: cum seq. ideo non possunt assumere arma domus, vt dicit Guillielmus Benedicti ĩ sua repe. c. Rayn. de Clera. nu. 31. de testamentis. vbi tñ concludit, ꝙ istud non obseruat̃ in Francia, quia bastardi portant arma domus, cum aliquã tñ barra, quæ incipit à sinistris, & tendit ad dextram: tendens & trãsuersans per medium scuti seu campi armorũ. & ibi plenè videas de bastardis. & infra in 75. concl. ver. item arma &c. Cum supradictis cõcordat commentum Cosmæ Guymier, in verbo, filij, titu. de numero & qualitate cardinalium. §. sint viri. Quid aũt de legitimatis, vide infra, in 77. concl. Sed de bastardis quomodo legitimi illis præferri debent, latius dicetur infra in 11. par. in 15. consi.

VIgesimaquinta conclu. Licet vasallus habeat arma sua antiqua, & quę põt vbiq; portare, & depingere, nõ tñ ea põt depingere, aut insculpere seu depingi, aut insculpi facere in locis vbi sunt arma sui dñi, à quo tenet in feudum, saltem ita altè, sed cũ aliqua depressione, aut diminutione. Puta si tm̃ cum usi sint arma sui dñi ponere in loco superiori, sua uerò in loco inferiori; aut arma dñi à dextris, sua à sinistris. Et si sint duo arma seu insignia ponenda, vel insculpenda cũ armis dñi, debent poni arma dñi in medio, ut dicam infra in 96. cõcl. Quia talia sunt signa & loca honoris, vt dixi supra in hac prima parte, in 13. consi. cum duab. seq. Et de hoc est uniuersalis obseruantia in Gallia, ita ꝙ aliqui habent consuetudines particulares de his, vt est in patria Turonensi: de qua per Io. Saxon, titu. Des droitz de Chastelenie. c. j. in consuetudinibus patrię Turonensis, vbi ponit, ꝙ vasallus nõ põt ponere sua arma, nec facere literã, seu ligaturã funebrẽ in ecclesia castellanię, qđ est rõni cõgruũ, vt minores maioribus deferant, iuxta gl. fi. in l. nihil omnino. C. de palatinis sacrarũ largitionũ. lib. 12. Etiam in delatione & prelatione armorum, in quibus cõsistit honor, vt hic antedictum est in 12. concl. & dicit Bal. in l. generaliter. §. fin. C. de insti. & substi. ꝙ portare arma est honor.

Aduerte tñ, ꝙ arma posita iuxta arma principis, cẽsent̃ ex eo nobiliora. facit, qui admittunt ad latus principis, ex eo illustrant̃. tex. est in l. vnica. ibi, quos nři lateris comitatus illustrat. C. de ꝑpositis librorũ. lib. 12. & ibi no. Bal. illum tex. ꝓ collateralib. quia illustrant̃ ab eo cui astãt. & Fel. ĩ c. pastoralis. đ of. del.

VIgesimasexta conclu. Cognatis & affinibus non licet assumere, nec portare arma domus illius, vnde cognationem solã habent, aut affinitatẽ. Cũ ad solos agnatos cõpetat ius, & facultas portandi arma domus; tex. esse vr̃ in l. ius familiariũ. C. de religio. & sumptibus funerum. quem ad hoc Ioannes Sanxon alle. in d. c. j. s. proxime allegato. dicam latius infra ĩ 40. conclusio. Et hæc sunt quantum ad arma nobilium, & q̃ cõpetunt nobilibus, de quibus adhuc dicã, quando fiet mentio, an transeant ad successores, & quomodo, & in pluribus aiijs conclusionibus.

VIgesimaseptima conclusio est circa populares, qui non habent arma propria: sed aut sibi assumunt ex concessione principis supremi, vel alterius dñi, vt Bart. qui habuit à Carolo IIII. Impe. vt ipse, & cęteri de sua agnatione leonem rubeum cum caudis duab. in cãpo aureo portarent. Et tunc talib. licet portare talia arma sibi donata, & concessa, & dicit Bar. in d. suo tract. armorum, in hoc nõ esse dubium. Quia disputare de ptãte Principis est sacrilegium. l. 2. C. de crimine sacrilegij. Facit in rubro, & nigro. C. vt nemini liceat sine iudicis authoritate signa imprimere reb. quas alius detinet. optimus tex. in l. sacrilegij. de diuersis rescriptis. vbi notãt Bal, & Pau. ꝙ Imperator, seu Princeps supremus, vt Rex Francię, põt cõferre dignitatẽ alicui nõ habenti, & nobilitare quẽcunq; vult: & instar sacrilegij est reputare aliquẽ indignũ quẽ Princeps approbauit, ut in d. tex. cũ sit Deꝰ ĩ terris, notat ĩ l. iubemus, j. C. đ sacros. ecc. đ laude hu-

de huiusmodi armorum & vtilitate, infra dr̃, in 36. conclusione, incipiente. circa vtilitatem.

Vigesimaoctaua conclusio. Etiam populares propria autoritate arma sibi assumere possunt, ut dicit Bar. in dicto loco. Sicut. n. noĩa inuenta sunt ad cognoscẽdum hoĩes l. ad recognoscẽdos. C. de ingenuis manumissis. ita ẽt ista insignia ad hoc inuenta sunt, vt l. sanctum. §. j. ff. de rerum diui. Sed talia nomina cuilibet licet imponere sibi ad placitum. d. l. ad recognoscendos. & l. falsi. in prin. ff. de falsis. Ita etiã ista insignia cuilibet licet portare, & ĩpingere in suo nõ tñ in alieno: vt l. 2. C. vt nemini liceat sine iudicis autoritate, &c. & ibi notatur per gl. in verbo, aliquis, facit. c. dilecti. extra de concess. prębend. & quod ibi notatur per gl. Non inuenio illud c. dilecti, sub titu. de concess. pręben. allegatum per Bar. sed bene reperio c. dilecta. extra de excess. praela. ꝙ bñ vr̃ facere ad hoc cũ gl. fi. Et ibi Pano. & Pe. de Anc. ponunt istam q. cum seq. & ibidem tractatur ista materia.

Videretur ꝙ Bar. in hoc multum extensè locutus fuerit, & ꝙ istud non sit indistinctè verum, maximè in villanis seu rusticis non habentibus aliquam praeeminentiam aut dignitatem, seu nobilitatẽ: qm̃ credo, ꝙ talibus non sit licitũ portare arma, hoc ẽ scuta, in quibus sunt arma, cũ talia solũ cõpetant nobilibus ex aliqua nobilitate, quae sunt plures, vt j. vr̃ ĩ octaua parte: & illis licet propria autoritate assumere aliqua arma, alijs nõ pp vsitatã & obseruatam inuiolabiliter cõsuetudinẽ à tpe immemoriali quo talibus solũ cõpetit vsus armorũ, & nõ villanis & rust.

Itẽ & vt statim dicet̃, si adhuc tales sibi assumant arma, cauere dẽnt ne assumãt arma alicuius antiquę domus & familię iã talia habentis, & portantis. qm̃ tunc posset prohiberi, ut dictum est s̃. in 23. conclu.

Sed bñ verum est, ꝙ tales rustici & artifices pñt ꝑ se & ꝓpria autoritate assumere marchas, & signa q̃bus signare & merchare possunt opera sua, & suas res: sed ista non debent fieri ad formam, seu instar armorũ, & ita vñr intelligenda verba Bartoli. De ꝑdictis merchis, seu signis j̃. videt̃, in 31. conclu.

Cõiter tñ tenet̃ ſm Pan. in c. dilecta. ut quilibet assumere possit sibi certa insignia siue arma. & de hoc truffantur villani à nobilibus, cũ dicunt arma sunt villanorũ, quia sumpta sunt ad placitum, prout Accursius glossator iuris ciuilis in l. haeres. in gl. fi. ff. de le. haere. de dño Martino sic dicit, ꝙ scutum suũ albonigroq́; uariabat, ut oẽm telorũ uitaret amaritudinem. Veruntñ ut dixi, oĩa noĩa propria sumũtur ad placitum, ut unus ab altero cognoscatur iuribus praeal. quibus addo. §. si quis in nomine. insti. de leg. ita & arma põt quis assumere, ut una parẽtela discernatur ab alia, & nun fiat alteri praeiudicium: etiam dummodo talia arma ignobilium seu rusticorũ non habeant galeam seu cassidem tymbratam, vt s̃. tactũ est, in 23. conclu. & expedit ita fieri ut familiae distinguantur, & distinctę cognoscantur, ut dictum est, & non sit idem de magistro Io. grammatico, & Accursio iurisperito, ut uult gl. fi. in l. unica. C. de professoribus qui &c. lib. 12.

Si quis tñ uelit assumere arma de nouo, debet assumere magis cõformia suis cognatis aut affinibus, uel patrię suę, & ẽt antiquiorib. & ſm ꝙ uidere pt & cognoscere ꝙ eis magis conueniunt & approximant statui suo, tam ratione affinitatis, consanguinitatis, prię, loci, q̃ urbi seu suę qualitati & cõditioni, & de multis alijs, ut infra dicam. Vnde referam, quia ad rem facit, de Gordio patre regis Midę opulentissimi Phrygum, qui Gordius ex agricultura sumpt⁹ ad regnum peruenit: quo potius Gordium ciuitatem inter Asiam maiorem & minorem condidit, & q̃ à se denominauit, in qua tempum Ioui consecrauit, & nõ immemor, nec ueritus originaria conditione, nec eã celans in eo aratrum (tanquam fortè ꝓpria arma, & insignia) quo aliqñ usus fuerat, posuit, & ex loris, seu funib. quibus boues iu iugo tenuerat, nodũ connexit miro artificio, ut neq; principium, neq; exitus deprehẽderet̃ ĩ eo, eũq; Ioui consecrauit, donec qui eũ solueret occurreret: ut recitat Guiliel. Bñdicti ĩ sua repe. c. Ray. in uer. Ray. de Clera. nu. 25. de testis, & ibi repħẽdit illos qui neglecto honore prĩs, se filios bastardos magnatũ dñt, ut illorũ nomẽ & arma eis nõ debita, occupẽt, de quo uide ibi plura exempla.

Et ita ut magis cõiter uidemus, assumentes de nouo arma, assumũt ea q̃ magis suo noĩ, aut cognomini approximant̃ & cõueniũt pp cõformitatem, alludendo uocabulo cognominis, ut noĩa sint cõsonãtia reb. uulgato. §. est & aliud inst. de don. & siquidẽ data sunt ab antiquitate noĩa sigñatiua à parte rerum, ut Petr⁹, quia firm⁹ ut petra. tex. & ibi gl. in auth. de defen. ciui. in prin. col. 3. & Lucius Lucilius, & Lucullus à luce. Puta si quis cognominetur de quercu assumit ꝓ armis quercum, ut in Papa Iaelio. I1. qui dicebat, de rouere, & assumpsit pro armis quercum. Et rouere in uulgari Italico, est quercus. Et illi qui uocantur de castro, aut castello, sumunt castrũ, seu castellum. qui uerò cognominatur, de Loup, accipit lupum, & sic de singulis. Et licet ꝓpria noĩa ad placitum imponant̃, appellatiua tñ ab aliqua ꝓprietate imponi solent, ut dicit Bal. in proœ. instituti. allegãs l. si quis in fundi uocabulo. ff. de leg. 1.

Sicut uidere est multas familias Romanorũ cognomina assumpsisse à leguminibus, & ab ea rę quã optimè sererẽt, ut Fabij à faba cognominati, Cicerones à Cicere, Lentuli seu Lentini à Lente. Pisones à Piso, & sic de hmõi. & ut ait Plinius, fuerunt abrboribus cognomina antiquis, ut Frõdicio, mariti illi qui ꝑclara facinora Vulturnũ trãsbatãs frõde capiti imposita aduersus Hannibalẽ edidit. Item Cornut⁹, ait. Q. Cincinat⁹ cũ suũ agrũ & araret, & sereret, dictatura ei à ppl̃o Romano delata est. Qui contra Samnites ꝓfectus victor extitit, qui à serendo, Seranus appellatus est. A pinsendo Pilunus, qui primus pinsendi frumenti usum inuenit: & pilum. i. instrm aptum ad terẽdum. Item ab herbis ut Lactucinij, à Lactucis dicti. Itẽ à piscibus, ut Murena, ꝙ fuit cognomen uiri Romani, ab eo pisce deductum. unde Ciceronis extat oratio pro Murena. Item Orata, quod cognomen fuit Sergij uiri Romani, quod ab hoc pisce sortitus est. Cognomina etiam, ut inquit Varro, habentur à maiori & à minori pecore. à maiori, ut Equitius.

tius, Taurus à minori, vt Saprilus, Scropha, Portius, quod cognomen fuit Catonis censorii, à porco tractum. Quidam etiam à vestimento, vt Antoninus Caracalla.

Et assumendo antiqua arma (puta duos leones aureos eleuatos se inuicem respicientes in cāpo rubeo quę fuerunt arma Hectoris. Lyram aureā in cāpo rubeo, q̄ fuerūt arma Dauidis. Tres psittacos virides in campo aureo, quæ fuerunt arma Iosue. Draconē rubeū in cāpo argenteo, quæ fuerūt arma Iudę Maccabæi. In campo azureo regem in solio maiestatis sedentē aureū, q̄ fuerūt arma Alexādri magni. In cāpo azureo tres coronas aureas, quæ fuerūt arma Arthuri) nō p̄t quis reprehendi, nec ab aliquo ꝓhiberi, cū nunc non sint aliqui de parentela illorum, & ita de aliis similib. de quo latissimè infra in 48. conclusio.

Vigesimanona concl. Si quis impediat ne arma sua aliquis ponat in loco in quo ponere p̄t non patiendo eidē honorem decerni, qui decerni potest, non tenetur actione iniuriarum, vt est text. ad literam, in l. iniuriarum. j. §. si q̄s. de honoribus decernendis alicui passus non sit decerni, vt puta imaginē alicui, vel q̄d aliud tale, puta arma. ff. de iniuriis. quāuis, ut dicit tex. hoc cōtumeliæ causa faciat. Intellige si fiat impedimētum antequam sint posita. sed postq̄ fuerint posita in aliquo loco: si amoueant, credo actionē iniuriarū esse ortā. Q̄m turpius eiicit, quàm non admittit hospes. tex. ī c. quemadmodū. §. alioq̄n. de iniuriis. extra. Ex quo dixi in casu emergēti, de quo J. 49. cōcl. in fi. cum eēt inter duos d̄nos cōtētio de quadā eccl̄ia, in cuius iurisdictione esset, & q̄s illorū facere d̄ret zonam lugubrē, seu funebrem in dicta ecclesia: q̄ ex quo unus superstes abradere fecerit zonā lugubrē, quā filii alterius p̄defuncti fecerāt fieri ꝓ sepultura eorū p̄ris, q̄ in hoc tenebatur actione iniuriarū. Quia nō solū nō passus est honorem decerni, sed decretū tulit, diminuendo eius dignitatē, quo casu tenetur actione iniuriarū, vt est gl. in d. §. si q̄s. in verb. quid faciat. Idem dicendum est de eo, qui arma alicuius iam in aliquo loco depicta deleuit, aut abrasit, q̄m hoc casu tenet̄ actione iniuriarū, si talis, q̄ illa posuit nō poterat ꝓhiberi illa ibi ponere, q̄m si potuit ꝓhiberi p̄ aliū: v̄r q̄ si ponat sine eius autoritate & licentia, possint p̄ dictum qui ꝓhibere potuit, aut ei⁹ mandato, deleri, & abradi. Q̄m ex quo p̄ illum tex. in d. §. si quis. p̄t impediri ne vtat̄ honore, & ne honor sibi decernat̄: ita q̄ nō p̄t hoc casu teneri actione iniuriarū. Multò ergo fortius si q̄s vtat̄ honore nō sibi debito, p̄t talis honor īpediri p̄ illū cui pręiudicatur in honore, puta in appositione imaginis in vno loco, vel alicuius alterius rei ad honorem tantum, vt est in appositione armorum.

Et ideo dic, q̄ si q̄s in re litigiosa ponat, aut pingere faciat arma sua, p̄nt ab aduersario deuastari, excidi, & arripi, p̄ tex. in l. 2. C. vt nemo priuatus titulos p̄diis suis, vel alienis imponat, vel vela regia suspendet. & ita tenet Vincen. Cicault in quodam trac. quē fecit de factis Principū. in c. de autoritate ecclesiæ. fo. 5. sed pro hoc vltimo dicto allego formaliorem tex. in l. j. etiam in l. 2. C. vt nemini liceat sine iud. autor. signa impri. rebus quas alius detinet.

Trigesima cōc. Nō solū h̄ns proprietatē ī aliqua re arma sua p̄t facere pingere, sed ēt vsusfructuarius ī re ī qua h̄et vsūfructū. l. æq̄ssimū. §. sed si ędiū vsufructus legatus sit. Nerua fili⁹, & lumina īmittera eū posse, ait. sed & colores, & picturas, & marmora, poterit, & sigilla: & si q̄d ad dom⁹ ornatū p̄tinet. & no. ibi sigilla. ff. de vsufructu. & ibi Ang. de Peru. & Flo. Quia p̄ hoc nō efficit̄ deterior cōdō rei, neq; mutat̄ eius substātia, q̄m aliàs secus eēt, vt l. monumētorū. C. de reli. & l. repeti. §. rei mutatione. ff. q̄b. mod. vsufru. vel vsus amittat̄. Ex quo dixi ī casu emergēti, q̄ uidua post mortē mariti, q̄ h̄et donatiū ī aliqua domo, seu in aliqua terra, & Signoria, p̄t ibidē ponere arma sua, prout eius maritus fecisset eius vita comite: sed tamen zona funebris in ecclesia pro ea fieri non potest. arg. d. l. monumentorum.

Trigesimaprima concl. est circa merchas, & insignia mercatorū, & artificū: & hoc casu dicendū v̄r, q̄ unicuiq; liceat tales merchas, seu signa portare, & habere. Q̄m talia fiūt ad recognoscendas res suas & opera sua, seu artificia. vn̄ notat Bald. in aut. dos data. in magna lectura. C. de do. ante nu. q̄ ballę mercatorū recognoscunt̄ ad signū, sicut s̄. dictū est in 28. cōcl. q̄ noīa sunt inuēta ad cognoscēdos hoīes C. de ingenuis manumissis. & §. si quis in noīe. insti. de lega. Et licet vnicuiq; nomen suū mutare, & accipere ad placitum, dummodo absit fraus. l. vni. C. de muta. nomi. ideo v̄r q̄ ēt signum, seu mercham mutare potest. De mutatione t̄n nominis, vide Gem. in procemio sexti. in 3. col. & Angelum in d. §. si quis in nomine. & per Doctores in d. l. vnica.

Sed quid de armis, an liceat ea variare, & mutare pro libito? v̄r q̄ nō: q̄a vt sępe dictū est., bonum est argm̄ de noīe ad arma. Modo sic est, q̄ mutatio noīs v̄r prohibita, vt ī l. j. §. q̄ in rōnib. ibi, vel rē amouerint. & l. falsi noīs. ff. de falsis. & l. Titio, in prin. ff. ad muni. ideo nec arma mutare licet. Facit, quia nemini licet titulum semel assumptum variare, saltē sine scitu principis. ex rōne. l. eos. §. qui se pro milite. & ibi Bal. ff. de fal. Irem mutatio noīs nō fit in impatore, vt tenet Bal. ī proœ. Gregoriano. col. j. igit̄ nec in alio inferiori permissa esse v̄r, cum dicat se d̄nm ī terris, & ei⁹ dignitas alta est, vt p̄ Bal. ibi. Itē notarius n̄ d̄et mutare nomē, nec signū, ut in ꝓxima sequēti cōsideratione dicet̄. In oppositum facit: quia quis dū dignitatē apostolatus assequit̄, mutat nomē ꝓpriū, primę impositionis, vt tenet Bal. vbi. s̄. & illa mutatio d̄r gratiosa, idcirco variatio armorum est licita. Iō dic, q̄ sicut noīa b̄n possunt mutari, dummō illa mutatio non sit calumniosa, captiosa, ignominiosa, & fallens: quia tunc ꝓhibet̄ tanq̄ ēt gloriosa, iurib⁹ ꝓ prima parte allegatis. Sed illa est licita, quæ damnum, fraudem, & deceptionem alteri non infert, nec inferre p̄t, vt dicit ibi Bal. in col. 2. & pro vtroq; casu est tex. in d. l. vnicā. C. de mutatione nominis.

Trigésimasecūda conclusio erit ꝓ limitatione p̄dictæ cōclusionis, q̄ fallit multis modis. Primò q̄n interesset multis seu cōtingere posset ex hoc interesse multorum: quod fieri potest, q̄n eēt quidā fa-

ber exptus, & bñfamatus, q̃ in gladiis suis seu aliis opib. aut artificiis facit certa signa, vł merchã, ex qb. op⁹ talis magrī, seu artificis eẽ cognoscit, & laudat, vt p hoc tales merces meli⁹ vẽdãt, & auidi⁹ emãtur.

Et ideo dicunt Bñd. in d. suo trac. armorum, Pan. & Pet. de Anc. in c. dilecta. extra. de excess. prelat. si alius faceret tale signũ, posset ꝓhiberi, quia ex hoc commune bonum, seu respublica læderetur, & decipi posset. Acciperetur enim & emeretur opus vnius (vt sępe fit) ꝓ opere alterius, ar. l. j. C. de latina liber. toll. & c. a nonnullis. extra de Iudæis.

Istud exemplificari p̃t in multis, maximè tpe nr̃o in quodã fabro cultellorum, qui dicebatur Vauldoire, qui vtebatur certo signo ꝓ sua mercha operi suo ĩprimẽda. Nã si ali⁹ vsurpasset illud signũ, potuisset ille, & quilibet alius de populo cõqueri, & ad p̃ces illorũ p Iudices ꝓhiberi eidem vsurpanti, potuisset ẽt cæteris ne tali signo vterentur, qđ & factum fuit.

Sic etiam in oppido Belnẽsi, vbi erat quidam faber balistarum laudatissimus, & ingeniosus, qui cęteros ĩ operis suis dignitate excellebat. Nã si aliquis signũ suũ accepisset, potuisset ad iustitiã illi⁹, aut alteri⁹ de illo loco ꝓhiberi, ne q̃sq̃ ali⁹ vsus fuisset, & sic de singulis. faciũt ad p̃dicta, q̃ tetigi ĩ. in 34. conclu.

Sicut videmus in Burgundia, Dolia vinorũ fiunt diuersa, & distincta ab aliis toti⁹ Galliæ: ita ꝙ nulla prouincia est in Gallia, quæ vtatur doliis, seu vasis uinariis ad mensurã, & sub forma, & modo quib. fabricantur in vrbe Belnensi, & in tota Burgundia.

Altisiodoreñ. tamen ad æmulationem uoluerũt facere similia vasa, & dolia, vt carius, & citius vẽderẽt eorũ vina, & ꝓ vinis Burgũdię, qđ tñ fieri nõ potuit, nec debuit. Et ideo sup hoc pendet ꝓcessus Parisiis (vt audiui.) Et ꝓ certo iustè possunt, & potuerũt Burgundi impedire, & conqueri, ne fiãt neq; fierẽt dolia ad vsum vinorum ad instar suorum pp excellentiam vinorum Belnensiũ, & totius Burgũdiæ. q̃a al's euenire posset, ꝙ alia vina vẽderent, & exponerent venalia ꝓ vinis Burgũdiæ, & diffamaret, seu minueret fama, & celebritas vinorũ ipsius Burgũdię etiam decipi possent multi emptores: ideo interesse tam publicum, quàm priuatum considerandum est.

TRigesimatertia cõcl. erit pro secunda limitatione antedictæ cõclusionis, quę fallit secundo in signis quib. vtunť notarii, qui sp vno signo vti debent, & mutare nõ dẽnt, nec nomen, alias tenerentur de falso. Bal. in l. comparationes. col. fi. C. de fid. inst. & ĩ j. cõst. C. & Lãfran. in c. qm̃. ver. instrã. col. 2. extra, de probationib. Quia nullus p̃t assumere signum alterius notarii, nec eo vti: & si id faciat, incidit in crimẽ falsi. notať in l. nemo. q̃ est l. fin. §. nec calidis. C. de accessorib. ĩ §. item Lex Cornelia. inst. de pub. iu. & in auth. de instrum. cautela, & fide. §. oportet ãt. & quod ibi no. col. 6. vbi si qs signũ alterius accipiat, potest ꝓhiberi. ita ẽt tenet Io. de Platea. in l. stigmata. C. de fabricẽsib. lib. 11. quia aliqñ posset diffamari primus signãs tali signo, si secũdus nõ bñ vteretur eo. ar. d. c. dilecta. de exce. prel. extra. Et ibi Berna. de Landrino in apostillis ad Panormitanũ allegãs Bal. ĩ sua disputatione, q̃ ĩcipit, accusat⁹ de vi turbatiua.

TRigesimaquarta cõclusio erit ꝓ tertia limitatione p̃cedentis conclusionis in ordine 31. quę fallit tertio in signis q̃b. vtũtur fabricatores oĩum rerum: qm̃ ẽt tales possunt ad requestã eorum inhiberi facere, ne alii illo signo vtantur, vt supra dixi in cõcl. 32. Quia si sit bonus faber, pictor, aut textor, & alius qui nõ esset ita peritus in arte vtereť suo signo, posset ille bonus artifex, qui primo vtebať tali signo, diffamari in opere suo. Eius. n. interest ne alius imperitus artifex tale signum assumat, ne confusio operum inducať, & sic esset primi boni, & periti artificis diffamatio, vt ẽt tenet Bal. in l. 2. C. q̃ res vẽ. non pos. & dicit Bal. ĩ c. q̃to. co. 2. de iureiu. ꝙ un⁹ mercator ñ p̃t apponere signũ alteri⁹ mercatoris ĩ ballis.

Idem ẽt dicit Guillelmus Bñdicti in sua repet. ca. Ray. in ver. Raynutius de Clera. nu. 59. de testis. in hospite tenente diuersorium, seu hospitiũ, qui si primo acceperit signum aliquod, seu intersignum, p̃t ꝓhibere ne in illo loco alius accipiat illud: quia sua interest si in illo loco, seu ciuitate vbi hẽt tale signũ, vel quia forte pp eius famam, & diligentiam seu ꝓuidẽtiã, cuncti viatores, & hospites ad ip̃m currebãt & nũc diffamareť, saltẽ fama talis hospitii diminueret, si alius nõ ęquè idone⁹, fidelis, & seruitialis inter signũ illud assumeret, qđ nõ est tolerãdũ in p̃iudiciũ primi occupãtis, & habẽtis tale signũ, seu intersignũ.

Vel quia fortè vnus mercator, vel ali⁹ artifex hẽt in sua domo ex p̃scriptione aliqua insigniã, quib. sp sui p̃decessores usi fuerunt p triginta annos, & vltra vt dicit Bal. in l. j. quæ inc. fucandę. in fin. C. quę res vendi nõ possunt. quem ibi vide ꝓ materia. & facit ꝓ hoc l. monumẽtorum. in fi. C. de relig. & sum. fu. Et p̃dicta intelligo vera, nisi esset magna distãtia loci de vno intersigno ad aliud, aut unus vicus multũ distaret ab alio, quia tunc in illis vicis longe distantib. ẽt in eadem ciuitate sępe similia ĩtersignia (vt Parisius) videntur esse appensa, licet pleruq; in aliquo differant vt vnum fiat paruum, aliud magnũ, vel cũ aliqua dissimilitudine, & discrepantia. pro quo faciunt dicta infra in 3. conclusione.

Et ex hac conclusione infero, ꝙ cauere debẽt aduocati ne se subsignẽt scripturis factis p ꝓcuratores aut alios aduocatos imperitos. Quoniam ex hoc si deueniãt ad manus expertorum, & doctissimorũ virorũ posset eorũ fama attenuari: quia in his inspicit signum aduocati se subscribentis, qđ malè obseruãt aduocati Heduenses, qui ut plurimum subsignant scripturas p ꝓcuratores factas. quod tñ semper facere renui, & vidi multos in hoc decipi, & pęnitere, cũ eorum scripturę declarabantur inadmissibilęs, inciuiles, impertinentes, ineptę, & nullę, quod in eorũ dedecus redũdabat. ex quo nõ cogitauerãt, nec illas fecerãt. Caueant ergo decetero ne signa eorum talibus scripturis apponãt, nisi ex fontib. ꝓpriis ꝓcesserint, & facit q̃a inciuile est (nisi tota lege p̃specta) de aliqua particula eius ꝓposita iudicare, vel rñdere. l. inciuile. ff. de leg. facit etiam l. de his controuersiis, in his verbis, inspectis cognitisq; verbis testamenti. ff. de transactione. & plerunque principium per finem corrigitur. l. si t bi. in fine. ff. si certum petatur.

Et

Et ampliando p̄dictam fallentiá videt̃, ꝙ apponere signum alienum, seu mercham alienã, in rebus suis sit ꝓhibitum.l.j.C. de nauibus excusandis.lib. 11.imo ꝙ pdat rem suam.d.l.j.& l. sacrilegii.§. qui cum ff.ad legem Iuliam peculatus. cum aliis allegatis per Lucam de Penna.in l.stigmata.C.de fabricensib.lib.11. Et sic vnus mercator non potest nec debet apponere signum alterius mercatoris in ballis suis, vt dictum est hic ante.

TRigesimaquinta concl.erit de insigni, in signo, seu mercha mercatoris, an ꝓbet. Io. de Platea. in d.l.stigmata.& Guillel.B̄ndicti in d.rep.c.Raynutius.in ver.Ray.de Clera.de testamẽtis.dicunt, ꝙ talis mercha sufficit ad ꝓbandum rerum dñium. facit c.displicet.23 q.4.ibi,& vos oues Chr̄i estis, charactere dñicum portantes, s̄m Lucã de Pẽna in d.l. stigmata. Eius.n.res esse videtur cuius signo signata est l.quod si neque.§.fi.ff.de periculo,& commodo rei vẽditæ.& c.si iudex.de sent.exc.in 6. Ad idem bñ facit.j.q.j.c.quod quidã.in fi.& 23.q.7.c.quemadmodum.de consec.dist,4.c.postea signatur.24.q.2.c.sanè ꝓfertur.extra de voto magnæ. & c.fi.ibidem. & Ezechiel c.9.Transi per mediam ciuitatem,& signa Thau super frontes virorum gementium, & dolẽtium super abominationibus quæ fiunt in medio eius.Et Luc.20. Ostendite mihi numisma cẽsus. At illi obtulerũt ei denariũ.Cuius habet imaginẽ,& inscriptionẽ?Et r̄ndẽtes dixerunt: Cæsaris, & ait illis: Reddite ergo quod est Cæsaris Cæsari &c.Et Gene. 4.Posuit Dn̄s signum in Cayn.Ad idẽ Exo.12.quod verũ dicit esse Lucas de Penna si ꝓbetur impositio merchæ.l.3.C.de bonis vacãtib.lib.10.& d.l. quod si neque. Quod videtur ẽt esse verum, quo ad possessionem,& dñium,ar.d.l.3.& l.monumentorum.C. de relig.& sump.fun.& facit quod notatur in c.quãto.in gl.in verbo, patris.de iureiu.extra.& in l.vnica C.de nautis tyberinis.lib.11.Ita dicit Lucas de Pẽna in d.l.stigmata.& dixi in meo monologio, in verbo, mercha mercatoris. Dicit tamen Bal.in auth.dos.data.C.de don. ante nup.ꝙ facit tantũ pręsumptionẽ, vt in ballis mercatorũ, sic ꝙ facit p̄sumi esse illius cuius est signum. De impressione armorum, inscriptione nominum,& imaginum an probent, vide infra.in 55.conclusio.

TRigesimasexta conclusio circa vtilitatẽ armorũ quæ quis habet à Principe versatur: de quibus, supra in 27.cõcl.inc.circa populares, an plus ꝓsint & an afferãt aliam vtilitatem, q̃ si alius ea nõ habeat à Principe.In quo concludit Bart.in suo trac.de armis, ꝙ magis prodest, & magis releuat habere arma à Principe, quàm à seipso, in multis.

Primò, quia est maioris dignitatis, sicut dicimus in testõ facto à Principe, vt in l.omnium.C.de testa.

Secũdò, quia nõ possunt ꝓhiberi ab alio illa portare, l.2.C.de iureiu.& ff.de mino.25.annis.l.minor aũt magistratus. in princi. & §.2.qui tex.bene facit cũ dicat, ꝙ aduersus s̄niam Principis nõ admittitur quis ad petendam restitutionẽ in integrũ, cũ solus Princeps restituat aduersus suã s̄niam. Quia nullus, eo maior fit, l.dep̄catio.ff.ad legẽ Rhodiam.de iact.

Crederem doctrinam Bar.in hoc esse verã, dũmõ Princeps nõ cõcessisset ei arma alicuius magnat, seu domus, aut casatę antiquę: quia tale priuilegiũ concessum à Principe, ĩtelligitur, sine pręiudicio tertij. tex.in l.2.§.merito.ff.ne quid in loco pub. & l.2.C. de p̄ci.impe.offe.Ideo si Princeps concederet arma alicui noua, quę q̄s nõ solitus est habere non potest ꝓhiberi. Secus si solitus eẽt portare aliquis,& gestare à tpe immemoriali: q̄a tunc posset querelare talis de suo interesse,& ꝙ Princeps non intellexit illud fecisse in pręiudicium illius: & sic ad instantiam illius prohiberi; nisi Princeps diceret. Non obstante, & cætera: quia tunc Princeps posset concedere.ar.notato.ĩ l.fi. C.si cõtra ius, vel vtilitatẽ pub.

Tertiò, quia si duo assumpserĩt eadẽ arma, seu insignia, nec de prioritate nec posteritate appareat, p̄fertur ille qui à Principe habuit.l.si duas.in prin.ff. de excu.tuto.

Quartò, quia si in exercitu esset, vel alio loco,& q̃reretur quis deberet p̄cedere, debent p̄ferri illius arma, q̄ à Principe sunt cõcessa.l.fi.ff.de albo scrib.l.j. C.de cõsulib.lib.12.c.p tuas.extra de maio.& obed. & ar.d.l.si duas.in prin.ff.de excus.tut.Et dixi in pluribus locis, ꝙ inter eiusdẽ qualitatis pares, semper p̄fert̃, qui à Principe honoratus sit, seu aliquo munere donatus sit. tex. est ad hoc in l.restituẽdę. in ff. C. de aduo.diuer.iud.& merito illis est deferendum. cũ ratio priuilegii sit habẽda.l.3.ibi, nisi quis priuilegiatus veniat.ff.q̄d cũ eo, q̄ ĩ alie.potest.&c.Et sic intelligit Bar.p̄dicta p̄cedere cęteris parib.s. ꝙ aliàs illi, qui habent arma sint ęqualis dignitatis, aliàs p̄ferri debẽt arma illius qui esset in maiori dignitate, arg. ll.superius allegatarũ,& quę ibi notant̃, allego tamẽ tex.expressum in l.j.ff.de albo scrib. Exẽplifico, si aduocato fiscali alicuius alterius ꝓuincię in Burgundia Princeps daret arma hodie,& ego cras assumerẽ ꝓpria autoritate: cũ vterq; sit aduocatus fiscalis, & sic paris dignitatis, ille, q̄ haberet à Prĩcipe p̄ferret. Sed si Cãcellarius Frãcię assumeret sibi arma de nouo hodie,& Prĩceps hodie mihi cõcessisset, nõ essem pp hoc p̄ferẽdus, imo ille, q̄ est maioris dignitatis, vt latius ĩ.dicetur in 49.conclusio.

Et ideo cũ arma donata à Principe maiorẽ autoritatẽ p̄stent,& p̄lationẽ, q̃ arma sumpta propria autoritate, nil mirum si Bar. gloriabatur ĩ hoc, ꝙ arma sibi fuerant concessa à Carolo IIII.Impe.qui sibi donauit,& cęteris de suã agnatione Leonẽ rubeũ cum caudis duab.in cãpo aureo portare, vt dicit in d. suo tract.& dixi s̃.in d.37.concl.vbi de materia.

TRigesimaseptima cõclusio attingendo materiã, circa trãsmissionem armorũ ad successores est, ꝙ arma vnius dom⁹ familię, vel casatę remanent, & transeũt integraliter ãd filium primogenitum tanq̃ digniorem: qui quidem illa debet,& põt portare integra, plana, sine aliqua additione, vel diminutione, vt ĩ.dixi in 76.concl.Eo quia primogenito debetur honor in omnibus, cum preferatur cęteris, & in mẽsa, in oblationibus, & aliis multis de quibus infra in 5.parte, in 41.consideratione.& portare arma est honor, vt sępe repetitum est supra.& dicit Bald.

 in l.fi.

in l.fi.C.pro soc'o, ꝙ arma, & nomen nobilium remanent apud principalem domus. Cum in illo tanquam in capite splẽdor genituræ sit & permaneat, argu.l. cum scimus.in fi.C. de agricolis.& censi.lib. 11.quem allegat Vincentius Cigault in suo tract.de potestate ecclesiæ. Cum deterioris conditionis nõ sit quàm pater.l.cum satis C.eo.ti.& lib.

TRigesimaoctaua concl. Arma sunt tantæ uirtutis, ꝙ transeũt in successores unius domus, seu agnationis.l.familiaria.cũ l.seq.C.de religio. & sumpti.funę.& hoc s̃m prioritatẽ gradus, vt in successione aliarum rerum.de quo inferius in 76.cõcl.in fin. in fi.& amplè Guil.de Montserrat in tract. de successione regum, in secundo dubio.nu.19.& s̃.in 20.cõclu. Facit, quia filius familiam sequitur & agnationẽ patris.§. primo.ibi, quia qui nascuntur patris non matris familiam sequuntur.institutio. de legitim. agna tutela.concordan.text.in cap.2.& ibi gl oss. in verbo, potestate.extra de conuersi.infidelium. & sic de iure à patre, & non à matre denominari debet. Item filius sequitur conditionem patris quo ad originẽ. Item sequitur p̃rem quo ad dignitatẽ, & honores. Itẽ nationẽ p̃ris, vt probat, & tenet Guil.Bened. in sua rep.c.Ray.in prin.de testamen.

TRigesimanona concl. Si sint plures successores, ad ꝓximũ trãseũt arma integra sine diminutione. Ad sequentes verò cũ aliqua diminutione, aut cũ appositione, seu additione alicuius rei, sic ꝙ possint discerni ab armis principalib.integris, & planis. Sed quomodo hoc fiat ĩ.dicturus sum in 76. conclusio.

Et dicit Bar. vbi supra, ꝙ istud licèt, sicut licitum est addere cognomẽ noĩ, aut illud inter duos eiusdẽ noĩs; ex quo denotari possit diuersitas inter eos, sicut inter duos fratres eiusdẽ noĩs dr̃ vnus Ioannes, iunior, vel paruus, alter verò Ioannes antiquior, vel magnus &c. Et istud sp̃ operat̃ antiquitas, seu primo genitura, q̃ debet hr̃e aliquã ꝓrogatiuam: & ex cõi obseruantia in Gallia in quocũq; gradu sit, sp̃ habet istam præeminẽtiam in armis, ꝙ ea portat integra: sequentes verò cũ aliqua adiectione, vt dixi supra in 20.cõcl.& amplè declarat Guillelmus, de Mõtserrat ĩ tractatu de successione regum, in secundo dubio.

QVadragesima conclu. Arma nõ trãseunt ad cognatos, & affines.l.ius familiarium.C. de rel. & sump.fune. Et facit q̃a cognati descendentes ex fęmina non sunt de familia.l. cum in adoptiuis.C. de adop. Sozinus in consi. suo 30.col.3. Et soror dicit̃ quasi seorsum nata, & à familia separata appellatur, vt dicit idem Sozi.in d.consi.per me allegato in commentariis nostris super consuetudinib.ducatus Burgundię.ti.des droitz, & appartenãces à gens mariez. §.j.in gl.en puissance.de sõ mary.& ti.des successiõs §.12. in gloss.j. vbi dr̃ ꝙ agnationis dignitas semper debet esse salua, considerato in hoc, ꝙ honor debet remanere apud agnationem, & sic cũ arma sint honor domus, vt prædictum est, ad cognatos transire non debent. Faciunt ẽt ad propositum, quæ dicit Ang.in consi.169.& in consi. 281. supra allegat. Ita ẽt tenet Bar.in d.tractatu de armis. Pet. de Anch.d. c.dilecta.de excess.præla. & Ioannes Sanxon, in dicto c.j.tit des.droictz de chastellenie.in consuetudinibus patriæ Turonensis.

Ex communi tamen obseruãtia & vsu arma, domus, seu familię transeunt ad cognatos, & affines, vno modo, videlicet cum adiunctione in vna parte armorũ: alterius familię ex parte sinistra: maxime in descendentib.ab illis, q̃a solent depingere aut depingi facere arma sua diuisa, & bipertita, ita, ꝙ in parte dextra sunt arma patris, & ĩ parte sinistra sunt arma matris. Quod q̃uo facere liceat, s.assumere etiã nomen, & arma matris, vel alterius, ponit Guill.Benedicti in sua rep.c.Rayn.in ver. Raynutius, de Clera.nu.44.de testamentis.

QVadragesimaprima concl. Sicut idẽtitas cognominis inducit pręsumptionem agnationis.l. cum precum.C.de liberali causa, ita ẽt identitas armorũ inducit pręsumptionẽ agnationis, aut cognationis. Qm̃ sicut nomina imponunt̃, & reperta sunt ad cognoscẽdos hoĩes, l. ad recognoscendos singulos noĩa cõparata.C. de ingenuis manumiss. & §.si quis noĩe.insti.de legatis. Ita ẽt arma, signa, seu insignia fiunt & adinuenta sunt ad recognoscendas familias, & agnationes, quia per signum cognoscitur signatũ. facit tex.in l.j.§.si intelligat̃, ff.de ędil.ædict. facit l.qd̃ si neque.§.fin.ff.de per.& cõmo.rei vend. & l.stigmata.ibi Ioã.de Plat.de fabricẽsib.lib.11.C.

QVadragesimasecũda conclu. Arma non trãseũt ad hęredes, rebellium, proditorũ, seu falsariorum, eo, quia quod fortius est, si tales delinquentes iã haberẽt arma ante rebellionẽ, proditionẽ, aut falsitatem, destrui, deleri, & detrahi possent post talia delicta ꝑpetrata, vbicunq; essent depicta, seu affixa: vt dicit Bar.ꝑ tex.singularem in l.eorum.ff.de pœn. ita tenet Lud.Ro.singulari suo.474. inc. eorum arma.& singulari 666. & d.meus Ias. in §.pœnales. in 3.col.nu.104.inst.de actio.& Ioannes de Terra rubea, in suo opere de vinea ecclesię.trac.3.l.3.ff.de interdict.idem de bannitis.artic.6 in materia rebellionis: qui impunè possunt occidi, cum dicãtur hostes. Bar.in l.amissione.§.deficiẽtium.ff.de capitis diminu. Multo fortius ergo impedit̃ translatio, seu transmissio armorum prędictorum in eorum hęredes, cum memoria eorum etiam destrui potest, & debet. l.fi.C.ad legem Iul.maiesta. Et turpius eiicitur, quã non admittitur hospes.tex.in c.quemadmodum.§. alioquin. extra de iureiu. Facit pro pręsenti conclu. quia patre damnato de crimine lęsę maiestatis, emittit filius iura sepulchrorum, vt de hoc est casus specialis in l.j.§.interdum.ff.de suis & legit.hęredib.& vltra, talis filius amplius ad honores, seu dignitates aspirare non potest.tex.in l.quisquis.§.j.ff.ad legem Iul.maiesta.quę lex est canonizata in c.pen.6.q.j.& satis videret̃ absurdum illos admitti quorum repellerentur autores, vt in c.licet.ĩ. de testibus extra. In aliis verò delictis secus.l.2.§.nullum p̃ris delictum innocenti filio pęnę est, ideoq; nec ordine decurionum aut cęteris honorib.ꝑ eiusmodi cãm prohibetur.ff.de decurionib.cũ plurib.concor.ĩ glo.ibi alle.

QVadragesimatertia cõcl. Insignia, & arma domus nõ trãseunt ad fideicommissariũ. ita tenet

ne G. Bñdict. in sua repe. c. Ray. in verbo, si absq; liberis. 2. de fideicõmissaria substitutione. nu. 204. & 205. de testamẽtis. vbi in simili arguit de iure patronatus tam spirituali, q̃ temporali, seu seculari, cui æquiparat in hoc talia iura armorũ, & insigniũ. Licet iuspatronat⁹ ad quoscũq; hæredes, et extraneos trãseat. glo. in verbo, hẽdes. in cle. 2. de iure patronatus. & gl. in cano. considerandũ. 17. q. 7. Notat plenè Pan. in c. j. & in c. cum seculum. de iure patronatus. Non tñ (vt dicit) transeunt talia iura ad fideicõmissarium, vbi est substitutio fideicommissaria, & obliqua: imo hæc omnia remanent penes hẽdem directum. l. quia perinde. vbi Bar. singulariter, & Alexã. ff. ad Treb. d. meus Ias. in l. ꝓcib. col. 12. C. de impuberum, & aliis subs. allegans Imolam, & Bal. in dicto loco per dictum G. Benedicti allegatum.

Dicit tñ Guido Papę q. 57. ꝙ tale ius patronatus seculare transit ad fideicõmissariũ facta restitutione sed ante restitutionẽ remanet penes hẽdẽ. Ideo videt̃ idẽ dicendum in armis insignibus, quæ competunt alicui ratione familiæ, aut domus. Sicut ẽt videmus in iure sepulchrorum, aut monumentorũ, ꝙ etiam transit in fideicommissarium: imo ẽt qđ plus est, in legatarium. tex. est in l. monumenta. C. de legatis.

Ex ꝑdictis, & ex dictis Pan. in d. c. cũ seculũ. extra de iure patronatus, dicẽtis, ius patronatus vendi nõ posse simpliciter, aut alienari, sed bene cum vniuersitate, vt in d. c. cum seculum. infero sequentia.

Vnũ videlicet, ꝙ vendẽdo totam hæreditatẽ alicuius, seu successionem, ꝙ in emptorem hæreditatis vniuersalis transibũt arma, & insignia, sicut transiret seu trãsferret ius patronatus, cũ de his fiat argumẽtũ de vno ad aliud, ex dictis G. Bñdicti in d. c. Raynu.

Aliud verò erit, ꝙ sicut nõ põt vẽdi ius patronatus de per se, nec legari, vt dicit Albe. de Ros. in d. l. monumẽ. ita nec arma de per se, aut insignia de per se vendi possunt, sed bene cum vniuersitate, ꝙ tamẽ de vtroq; an sit verum, in sequentibus videbitur.

QVadragesimaquarta conclusio ergo erit talis. An arma seu insignia sint i bonis, ita ꝙ alienatione oĩum bonorũ cõprehendantur, cũ trãseant ad successores, vt supra dictum est in 37. cum duabus seq. conclu. videtur, ꝙ sint in bonis. Ista cõclusio erit tantummodo de armis, & insigniis principum supremorũ. An videlicet possint vẽdere, aut alio modo cõcedere arma suæ dignitatis supremę, aut insignia in parte, vel in toto aliis suis inferioribus nõ habentib. facultatem illa portandi, aut ratione agnationis, aut aliàs quouis modo. Do exemplum in Imperatore, qui gestat Aquilam nigrã, in rege nr̃o qui habet tria Lilia aurea bene ordinata in campo azureo, & sic de aliis. An possint aliis concedere, ꝙ sua arma portet in totũ, cũ aliqua diminutione, aut in parte. Et si faciat, an principes de eorũ sanguine, aut ab antiquo talia arma portãtes cũ aliqua tñ diminutione pñt de hoc conqueri, & impedire, ne deferantur.

De armis aũt regis Franciæ, inter alia arma principũ cũ fuerint Clodoueo primo regi Frãcorũ Christiano cœlitus demissa in baptismo illius, & coronatione, vr̃ ꝙ nõ possint aliis cõcedi, nec ꝙ sint in commertio ipsius, & ꝙ sol⁹ ipse ea portare debeat, & habere sine aliqua diminutione. Alii verò de sanguine reali cũ aliquali diminutione: & si concedat aliis aliqd ex eis videret̃ facere iniuriã, & inferre interesse & cõmodũ dignitati regali, & illis de suo sanguine, & prosapia regali: & cum sit incorporale concernens non personã ipsius tñ sed regnũ, & illos de sua agnatione, ex quo nõ ꝑcipitur commodum, vr̃ ꝙ nõ possit alteri dare, aut alio modo alienare, cum pignori talia iura, dari non possunt, vt dicit Bar. in l. si is qui. §. fin. ff. de pignoribus. dominus meus Ias. in §. item Seruiana. nu. 109. cum seq. inst. de actio.

Imo, & qđ minus est, vestes regales non possunt vẽdi nec ꝑ alios assumi, vt est tex. in l. j. & ibi Bal. C. q̃ res uẽdi nõ poss. & l. 4. C. de vestibus oloberis. lib. 11. & amplè declarat Guil. de Montferrat in tractat. allegato, de successione regũ in 2. dubio. Et de his iuribus regalib. q̃ nõ possunt cõcedi ꝑ Pricipẽ, vide Luc. de Pẽ. in l. contra publicã. C. de re mili. lib. 12.

Hic tamen super pręsenti dubio causa disputationis, & veritatis indagandę ex doctrinis dictorũ aliquid dicendum vr̃ arguendo ad vtranque partem. & tandem omissis disputationibus concludam.

Primò ꝑ parte affirmatiua ꝙ possit princeps cocedere alicui, etiam inferiori, ꝙ arma sua deferat, ꝓbatur sic. Nã nemini est dubiũ, q̃n sit ad instar sacrilegii de ꝑtãte principis disputare, vulgata. l. 2. C. de crimine sacrilegii, & quia oẽ, qđ vult princeps facit, nec ei dicere q̃sq̃ põt, cur hoc facis? Ecc. c. 8. c. in memoriã. 19. distin. d. meus Ias. in l. rescripta. col. j. C. de ꝑcib. imperatori offerẽdis. Et qđ vult fieri, ꝓ facto habetur, l. apud eum. ff. de manumisso. & est apud eũ ꝓ rõne uoluntas. l. j. ff. de const. principum. Mutat rerum naturas. l. j. C. de rei vxo. act. Nec de facto eius est dubitãdũ, q̃a dr̃ habere nomẽ diuinum ad exẽplũ diuinę maiestatis. l. quicũque. C. de fundis patrim. lib. 11. Diuinatio nãq; in labiis regiis est. Prou. 16. Et iõ, sicut mẽtiri Deo, vel Papę est sacrilegium. c. serpẽs. iũcta gl. de pę. dist. j. ita de Principe falsum referre temerarium, & periculosum est. Quia tñ circunscripta autoritate principis de principe, disputare licet, ar. l. Aemilius, vbi no. Bald. ff. de minoribus. Salua in omnibus autoritate eius. Pro elucidatione dubii adducuntur sequentia.

Primò, ꝙ possit princeps cõcedere inferiori delationẽ suorũ armorum satis vr̃ ꝓbatum ex iã deductis. Ex q̃b. patet principẽ multò maiora posse, ergo hoc quod minus est ꝑt, ꝑ regulam iuris. Cui licet, ꝙ est plus, licet vtiq; quod est minus. c. cui licet. de re. iur. lib. 6. Nec debet cui quod plus est licet, quod minus est, non licere. l. non debet. ff. eo. ti.

Secundò, de eo iure, quod q̃s habet, potest ad libitum disponere. l. si domus. §. fi. in fi. verbis. ff. de le. j. l. qui tabernas. ff. de cõtrah. em. & vẽ. facit. l. ĩ re mãdata. C. mãdati. vbi dr̃ ꝙ rei suæ q̃libet est moderator, & arbiter. Et nihil tã cõueniẽs est ęquitati naturali, q̃ uoluntatẽ dñi volẽtis rẽ suam in alium transferri, ratã haberi. §. ꝑ traditionẽ. insti. de rerum diuisi. Ex q̃b. seq̃t̃, ꝙ princeps suis armis uti ꝑt ad libitũ, & sic eorũ portũ inferiori, & cui volet concedere potest.

Tertiò cuilibet licitum est assumere arma prout vult, vt s. dixi i 28. concl. dũmodo nõ cedat in iniuriã, aut p̃iudiciũ alterius. decisio est Bar. in suo trac. de insigniis, & armis. Et Pan. in c. dilecta. de exce. p̃l. Tenet Paris de Puteo in trac. quẽ fecit de re milita. & duello. lib. 6. c. antepe. Bonus de Curtili in tracta. nobilitatis. nu. 172. tertiæ par. Ergo & mutare arma p̃pria, & ea ad illũ trãsferre. Et sic ẽt licere debet prĩcipi, q ab vniuersali non est exclusus. verũiure cõi vtitur, vt priuatus. l. iustas. C. de iure fisc. lib. x. l. 2. C. de pe. hær. l. cum hæredes. C. qui test. fac. poss.

Quartò, noĩa possunt assumi, & mutari ad placitũ l. vnica. C. de muta. nomi. possunt ẽt concedi, & trãsferri l. hoc iure. §. si. ibi, si iurasses te nomẽ meum laturum. ff. de dona. l. facta. §. si sub conditione. in illis verbis nihil mali est honesti noĩs nomẽ assumere ff. ad Treb. Ergo & arma seu insignia possunt cõcedi, & trãsferri. tenet consequentia, ex eo q valet argumentũ de noĩb. ad arma, seu insignia: quia sicut nomina inuenta sunt ad recognoscendum, vulgata. l. ad recognoscendos. C. de inge. & manumis. §. si q̃s in noĩe. institu. de leg. ita & insignia l. sanctum. & de rer. diui. & ita tenet Bar. in trac. suo de insigniis. & armis. col. 2. & dictũ est s. in d. 28. cõcl. ic. ẽt pp̃lares.

Quintò faciunt p̃ hac parte quę ponũt feudistę in ti. q̃ sunt regalia. vbi tenent, q princeps põt iura regalia cõcedere: & hoc tenet apertè And. de Iser. in d. ti. de summ. vbi dicit, q si princeps gñalr, & indefinitè cõcedit regalia, vr̃ concessisse oĩa quæ personę principis cohęrent: & sic concedere potest delationem armorum suorum, quę dicuntur esse de legalibus principis: sunt enim insignia regalia.

Sextò condere leges est de p̃cipuis p̃tinẽtibus ad principem solum. l. fi. C. de legib. Et tñ senatus legẽ facit de autoritate principis. l. nõ ambigit. ff. de leg. Idẽ p̃fectus p̃to. l. 2. C. de offic. p̃fec. p̃to. orientis. si hoc maximũ imperii, & p̃tatis signũ concedit princeps: silr̃ portum armorũ suorum cõcedere potest, cum non possit assignari congrua ratio differentię.

Septimò, ad idem potest princeps comiti, & alii inferiori cõcedere, q monetã faciat, ita tenet Host. in summa. de censib. sed hoc non est minus, quàm deferre insignia principis, vt clarum est, ergo portũ suorum armorum cõcedere potest, iuxta regulã iuris iã all. q̃ vult q qui põt plus p̃t minus, & tantundẽ. l. cui pacto. ff. de seruis exportan. l. nõ debet cui, q̃d plus est. ff. de reg. iu. & c. cui licet. de reg. iur. in 6.

Octauò, facit quod scribit Ester. 6. c. Homo quẽ rex honorare cupit debet indui vestib. regiis, & imponi sup equum, qui de sella regis est. & accipere regium diadema sup caput suũ: quod factũ fuit Mardochęo ex regis Assueri p̃cepto. Ex quo approbatur principẽ concessisse inferiori portum suorũ armorũ, & sic nunc cõcedere posse. facit tex. in c. antiqua. de priui. §. dñicę. vbi summus pontifex cõcedit legato suo, q vtat insigniis põtificalib. s. veste rubea, palafreno albo, freno, & calcaribus deauratis.

Nonò probatur arguẽdo de noĩb. ad arma, quod est validum, vt deductum est. Duo. n. eodem nomine vocari possunt. l. duo sunt Titii. ff. de testa. tute. l. si quis seruũ. §. si inter duos. ff. de leg. 2. Ergo duo eadem ferre possunt. Et quis nominari nomine alterius potest ex sua concessione. & illud ferre. d. l. hoc iure. §. fi. ff. de dona. & l. sed sciendum. in fi. ff. ad Tre. ergo & arma, cum parificantur.

Decimò, facit quia vt dicit Bal. in c. quanto, de iureiu. Nemo potest portare arma principis sine speciali priuilegio. allegat l. 3. C. ut nemo priuatus titulos prædiis sui, vel vela regia suspẽdat. & l. j. C. vt nemini lic. sine iudicis autoritate signa imprimere rebus &c. Ergo vr̃ q cũ speciali priuilegio põt, q̃m hoc casu non est sublata p̃tãs principi quin possit facere, & princeps potest omnia, vt dictum est.

Vndecimò scribitur de multis imperatoribus, q sibi sociũ, & comitem imperij delegerũt. Assumpsit. n. Gratianus Imperator Theodosiũ secum, qui cum eo, & Valentiniano imperauit, vt aperte testat. l. i. C. de sum. tri. iuncta superscriptione eiusdem legis, vbi loquunt Gratianus, Valentinianus, & Theodosius imperatores. Similiter Archadius filius Theodosij assumpsit secum Honorium: & postea idem Honorius Theodosium iuniorem secũ assumpsit ĩ administratione imperii: & multi alii Imperatores ita fecerunt, vt perscrutanti historias, & superscriptiones legum apertũ est. fuerunt simul imperatores Diocletianus, & Maximinianus, vt probatur in c. nunc aũt. 20. di. in illis verbis: si quidẽ t̃pe Diocletiani, & Maximiniani Augustorũ. iuncta gl. j. ibi: in verbo, Diocletiani. & in l. si soror iuncta superscriptione illius. C. de col. p̃ quo facit c. l. Romani. in gl. in ver. reges, in fi. de iureiu. Bal. in auth. ex testõ. col. fi. d. ti. de col. & in c. nõ aũt. & ibi gl. mag. 7. q. j. vbi ẽt apparet, q duo possunt esse ep̃i in eadem diœcesi.

Ex quibus patet Imperatorẽ assumpsisse consortẽ, & ei concessisse iura imperij: ergo multo magis, & insignia: & ideo nunc posse portum suorũ arma, armorum concedere, arg. auth. multò magis. C. de epis. & cler.

Vltimò, certũ est, q apud populũ primò fuit imperiũ, sed trãstulit populus omne ius imperii, & dignitatẽ in principẽ, vt de hoc sunt tex. in l. 2. §. nouissimè. ff. de orig. iuris. in l. in prin ff. de constit. principũ. & in §. sed & q̃d principi. vbi sunt eadem verba, inst. de iure nat. gẽtium & ciui. & firma manet talis trãslatio: cũ itaq; res de facili redeat ad suam primæuam naturam, cano. ab exordio. cũ gl. in verbo, ad a. 35. dist. vulgato. §. pactus ne peteret. ver. quoties. in l. si sinus. ff. de pac. Si potuit populus omne ius imperii principi cõcedere: vr̃ modo principẽ aliquid de pertinentib. ad imperiũ in alium transferre, seu alteri cõcedere posse: & sic portum suorum armorũ inferiori, & cui voluerit concedere potest.

In oppositũ facere videnť, quę ponit Io. Andręę. & Inno. in c. inquisitioni. de sent. exc. vbi dicunt non esse obediẽdum principi pręcipienti aliquid, vnde sequi potest turbatio reipublicę: & eos sequitur Panorm. in c. si quando. de rescrip. & Felyn. in c. quę in ecclesiarum. colum. 17. in fine. de constitutio. Sed si princeps cõcederet alteri portũ suorũ armorũ, turbari posset status sui imperii, & dignitas decresceret. Nam

Nam plures de principatu sequerent͂ deferentē arma principis quasi suum principem, pp signum quod re presentat signatum, l.decernimus.ad fi.C.de aquędu ctu.lib.11.l.dos data.C.de do.ante nup.c.ad audien tiā.de falsis.& c.si iudex.de sen.excom.in 6.idē esse. & habetur ad Galath.6. Stigmata Dñi mei Iesu in corpore meo porto. Omissis vulgarib. & quia possessio dignitatis ꝓbat͂ p insignia, vt dicit Bal.in l.si q̃. C.de seruitu.& aqua.arbitrarent͂ quamplurimi defe rentē insignia principis esse principem: vnde quasi principem eū sequerentur,& venerarent͂, & exinde deciperent,& turbarentur: ex quo sequeret͂ factio, & diuisio in populo,& ex consequenti turbatio prin cipatus,quare hoc non pōt princeps.Faciunt, q̃ uoluit Inno.in ti.qui filij sint legitimi.§ qualiter, & à quo circa finem.vbi vult, ꝗ princeps non potest face re aliquid vnde turbetur populus,& sequatur scādalum in populo.

Item ꝗ rex illud facere non possit, tanquā contra publicū,& vniuersalē regni, & coronæ statū, & eius dimēbrationē seu decolorationē, ꝓbat glo.in verbo, dispēsare.in c.lr̃as.de rest.spo.& gl.in verb.supra ius in c.ꝓposuit.de conces.p̄ben.quæ gl.ab omnibus ap probantur: nec valet dispositio seu concessio ex qua sequitur difformatio, & decoloratio communis, & publici status, per text in c.& si illa.ibi, illa tñ magnopere p̄cauenda sunt, q̃ recipi,& tolerari sine man festa decoloratione non possunt.1.q.7. Ad hoc facit dictum Inno.in c.innotuit,de cle.quē sequit͂ Pan. in c.ad hoc sumus.de rescr.in fi.vbi dicit Papam sine causa non debere uti plenitudine potestatis: nec tolerandus est princeps sine magna causa sibi, & alijs manifesta aliquid contra vniuersale statutum ecclesiæ, vel regni faciens,ut clare decidit idem Inno.in c. quanto.de consuetudine.

Cōfirmat͂ p id qđ ponit Bart.in d.suo tract.de armis.vers.3.iudex.vbi dicit iudicem posse ꝓhibere,ne alius ferat arma alteri⁹, ſi hoc in scādalū,dissensionē, seu deceptionē subditorum viderit fieri. & allegat ꝓ hoc c.in nonnullis.de Iudęis & Saracenis,ubi hr̃, ꝗ error,confusio,& scandalum, oritur ex eo ꝗ Iudæi, & Saraceni nō discernunt͂ habitu à Christianis. Qđ dictū Bar.corroboro ex eo,ꝗ ad oēm ambiguitatem tollendam habitus nouitiorū à ꝓfessorum habitu distingui debet.tex.in c.pe.de regularib.Et p habitum meretrix à matrona,& virgo ab ancilla discernitur. c.in audientia.extra de sen.exc.l.item apud Labeonē §.si quis virgines.ff.de iniu.l.mimæ.C.de epi.audiē. & in auth.de sanctis.epi.§.pe.colla.9.

Itē habitus clericorū discernit͂,& diuersificatur ab habitu laicali.d.c.in audientia.c.clerici.de vi.& ho. cler.put & in coma discerni debent c.si vero aliquis de sen.exc.si quis.& c.clericus.de vi.& ho.cler. Et p habitus dissimiles monachi & religiosi diuersarū ꝓfessionū seu regularū cognoscunt͂.c.Deus d.ti.de ui. & ho.cler.Itē viri à fœminis p crines, vestes & ornamēta.c.si qua fœmina 1.& 2.dist.c.mulier 33.q.5.ꝓ ut ēt liber à seruo distinguit͂ p pyleū l.vnic.§.sed & qui dñi funus pyleati incedunt,qui tunc illico manu mittebant͂.vt dicit ibi tex.& gl.in verb.additis.§.fi.in sti.de libertinis. Et dicti sunt serui pyleati qui pyleo imposito vēdebant͂.Nam teste Budæo in suis annot. in pandectas,in l.fi.ff.de orig.iur.Gellius scriptum re tulit lib.7.his verbis.Pyleatos seruos vænum solitos ire,quorum noīe uenditor nihil p̄staret,Cęlius Sabi nus iurisperitus scriptum reliquit.Cuius rei cām esse ait,ꝗ huiusmodi conditionis mancipia insignia esse in uendēdo deberēt,ut emptores errare, & capi non possent,neq; lex vēdēdi operiūda esset,sed oculis pci perēt quodnā esset mācipiorū gen⁹. Sicut antiquitus mācipia iure belli capta coronis induta uenibāt,& id circo dicebant͂ sub coronis uænire. Nā ut ea corona signū erat captiuorū uęnaliū,ita pyleus imposit⁹ demōstrabat eiusmodi seruos uęnūdari,quorū noīe em ptori uēditor nihil pręstaret. Quomodo quis talis eē p̄sumit͂ prima facie,qualem eū indicāt uestes,& qua liter ex uestibus,& ornatu p̄sumatur ꝓ & contra ali quem.Et quod ornamēta dēnt esse cōueniētia statui, ordini,& officio,tractat Spe.ti.de aduocato.§.2.

Cōclusio itaq; ex p̄dictis à simili,si arma principis nō differrēt ab armis alterius,orit͂ cōfusio, error, & scādalū ī populo.vñ nō ur̃ hoc posse princeps facere qui suos subditos cōgregare,& cōseruate debet ī pace ppetua,exēplo regis summi, & pacifici qui disposuit sibi subditos fore pacificos & modestos, & eos cōgregare quemadmodum gallina cōgregat pullos sub alas.Et pōt corroborari p id qđ đt gl.ī c.fi.ī uer. ad nos.9.q.ult. q̃ habet ꝗ Papa nō pōt oēs epos deponere,quia sic uniuersalem ecclesiā turbaret,& glo. fi.in c.apostilla.8.q.j quę dicit, ꝗ Papa nō pōt sibi facere successorē: quia hoc eēt immutare statutum ecclesię, q̃ ur̃ multū singularis ꝓ decisione pręsentis casus.Quia cū ex dicta cōcessione possit sequi deceptio & perturbatio subditorum,sequeretur inde immutatio status imperij aut regni,quare hoc non uidetur posse princeps.

Item ex tali concessione uideret͂ communicata, & diuisa imperialis dignitas seu regia, q̃ tñ incōicabilis, & indiuisibilis est c.p̄terea ducatus,marchia,comitatus,decetero nō diuidat͂.de ꝓhibita feudi alie.p Fridericū.ī usi.feu.& ita tenet Cy.in l.si uiua mr̃e.C.de bo.mater.Bal.in auth.hoc amplius. C.de fideic.qui. ēt dicit in c.cū nr̃m.de cle.ꝗ regnum nō pōt esse cōe, cum certa prouincia seu regnum vnum regem habet vel habere debet c.3.6.q.3.

Itē si admitteret͂ dicta cōcessio, viderent͂ duo esse principes,signū.n.vt dictū est,repręsentat signatum. & hoc esse nō pōt.Nā vt dicit Phili.12.metaphy.Entia nolunt male disponi,pluralitas principatuū mala,vnus ergo Princeps.concordat.c.in apibus.7.q.1. ponderatis illis uerbis,Imperator unus. & regnum, non capit duos: ut eleganter scribit Cęlius lib.lec.an tiquarum.13.c.11.Facit.c.nō āt.iuncta gl.fi.eadē cā, & q.q̃ đt mōstrum eē, vbi sunt duo capita.& l.ñ sunt liberi.iuncta gl.in uer.ꝓdigiosum.ff.de sta.homi. & formalis tex.in c.qm̃, de officio iud.ordinarij.ubi ē tex.ꝓhibemus aūt oīno ne una eademq; ciuitas siue diœcesis,diuersos pontifices habeat,tanquam vnum corpus diuersa capita quasi monstrum.

Ex quo infertur ꝗ duo Cęsares esse non possunt simul

simul,& eodem tpe; ne sequat inde euidens reipublicæ status perturbatio & confusio. Facit, quod dicit Bal. in c. si quis. quo tpe miles inuestiturã petere debeat, in vsib. feu. vbi dicit q princeps non pôt partem ciuitatis alienare, & partẽ retinere, pp pturbationẽ populi. Cũ ergo non possint vere esse duo principes, nec repræsentatiuè. Qm fictio non potest plus operari quàm veritas l. legem. C. locato. & l. qui ad certum. ff. eodem.

Facit ad hoc elegãs decisio Bal. in c. gñali. si de feudo defuncti contẽtio sit inter dñm & agnatos vasalli. in vsib. feu. vbi determinat in specie, q rex Fráciæ non pt alienare vnã de ciuitatib. regni sui inuitis ciuib. alleg. Host. in c. dilecti filij. de ma. & obe. & ibi Io. An. in nouella. quos sequit d. Ias. in §. itẽ Seruiana. nu. 105. insti. de act. ideo à fortiori, nec arma regni inuitis principib. alienare poterit: & sub litis interesse non pdere d. Pan. in consi. 3. in 3. q. in 2. uol.

Itẽ nõ pt princeps difformare principatum. c. intellecto. de iureiu. dicto cano. in apibus, ponderatis illis verbis, & omnis ordo suis rectorib. nitit. Vbi. n. singuli singulis dignitatibus psunt, decoratur ordo: vbi aũt duo vni dignitati pponunt, decoloratur status & ordo. Et ad imperium seu regnũ deuentũ est, vt reipublicę per vnum consulatur. l. 2. §. nouissime. ff. de ori. iu. quia tunc vr̃e bonũ optime gubernaret, si nulli suũ officium seu ministerium subtrahatur, si vnicuiq; sua iurisdictio & dignitatum ordo seruetur, nec superiores officia inferiorum sibi vẽdicent, nec inferiores ditionem, directionẽ, atq; correctionẽ non refugerẽt. Etiam absurdum est si promiscuis actib. rerum turbent officia. l. repetita. C. de episc. & cle. & l. consul. §. absurdum. C. de testamentis. & ca. esto subiectus. 95. dist. & indecorũ est, vt in corpore humano, alterum membrum alterius fungatur officio. Sed ex concessione suorum armorum princeps induceret difformitatẽ in pplo, & republica, & poneret corruptibilitatẽ & scãdalũ in ipsa. Cum tñ deceat imperialem solertiã ita reipublicę curam gerere, & subiectorum commoda inuestigare, vt regni vtilitas incorrupta persistat, & singulorum status iugiter seruetur illęsus. c. imperialem in prin. de phibita feudi alienatio. p Frid. in vsibus feudorum. Faciunt, q̃ ponit dñs Prepositus in ti. qui feu. dare pñt. co. 5. in vsib. feu. vbi dicit, q remissio facta per principem, si noceat reipublicæ non valet. allegat p hoc d. c. imperialem, & Bal. in c. cum causam. de prob. ubi tenet q nõ licet principi exuiscerare viscera imperij. & eũ sequitur Barbatia ibi, dicens in 5. col. q princeps nõ potest subuertere imperij maiestatem, ne dicatur homicida suæ dignitatis. Sicut. n. tutor debet esse administrator pupilli, & non spoliator. l. qui fundum. §. si tutor. ff. de vsuca. pro empto. Ita rex nõ debet esse destructor, aut diminutor maiestatis regni. faciũt, quæ ponit Old. in consi. 231. Et quæ ad plenum disserit Lucas de Pen. in l. quicunque. de omni agro deserto. lib. 11. C.

Præterea p hac parte vr̃ multum stringere, quod dicit Martinus Laudensis in suo tracta. de principe. versi. 305. videlicet, q bonæ & naturales cõsuetudines ligãt principẽ. all. Bal. in c. 1. qui feuda dare poss. in §. si vbi ita tenet: quia vt ipse inquit, potentius est ius naturale q̃ principatus. Vñ infert post gl. q, non potest deuestire vasallum sine conuicta culpa. facit; quia quod consuetudo dat, homo auferre non pôt. auth. quod locum. C. si mulier secundo nupserit. l. si arrogator. §. sed ante impuberi. ff. de adop.

Facit etiam quod scribitur Deut. c. 21. Si habuerit homo duas vxores, unã dilectã, & alterã odiosã, nõ poterit filium dilectæ facere primogenitum. supple: quia ex consuetudine ius primogenitur̨ competit. Si ergo ius primogenituræ, quod acquiritur ex cõsuetudine, nõ pt alteri cõcedi p prĩn, ex cõsequẽti nec arma q̃ annexa sunt dignitati primogeniture. habet. n. accessoriè primogenitus arma domus, & ea conseruare debet, vt dixi supra in 37. conclu.

Modò verũ est, q princeps ex naturali cõsuetudine defert arma dignitatis suæ, s. principatus, ergo alteri cõcedere nõ pt immutãdo dictam cõsuetudinẽ.

Maximè rex Fráciæ nõ pt alteri concedere potius suorũ armorũ, q̃ hẽt nõ solũ ex consuetudine, sed ex diuina reuelatione, seu transmissione, vt sępe dictũ est. Diuinit[us]. n. regi Clodoueo fuerunt lilia de celo missa: quib. ipse, & qui secuti sunt reges Fráciç pamis, seu insignijs ab illo tempore usi sunt loco triũ bufonum, & vtentur in perpetuum.

Insup arma ad honorẽ dignitatis noscunt deputata, ut i hoc dignoscat à ceteris oib. Et soli principi ordinata sunt, quia sol[us] cęteros oẽs añcellit. Rex. n. sup oĩa pcellit, ut scribit. 3. Esd. c. 4. Cũ igit nõ hẽat princeps parẽ, nec patiat cõsortẽ, arma sua, q̃ sunt signa supexcellẽtię, alteri concedere non dẽt: sed nec pati, q aliquis ali[us] deferat, iuxta illud Apl̃i. Gloriam meam alteri non dabo. maximè quia faceret priudicium reipublicę & subiectis, qui armis, propter signatum, honorem debent.

Et facit. nã sicut videm[us], q nõ licet priuatis deferre uestes oloberas, auratas, seu sericas, aut purpureas l. j. 2. 3. & 4. C. d uestib. oloberis. lib. 11. Et hoc, ut dñt ibi doc. ne priuati parificẽt se principib. ita q talia faciẽtes incidũt ĩ crimẽ lęsę maiestatis. d. l. 3. Sic ergo à simili, imo à maiori, cũ maior autoritas principis denotet in ĩsignijs, & armis suę dignitatis, quàm in uestib. nõ licet alicui alteri inferiori arma, & insignia principis dferre, qd credo esse uerũ sua authoritate, sed quia cum concessione principis licet alicui existẽti in ministerio principis ex concessione illius, ut ornatior sit cũ eo deferre tales uestes, ut ĩ d. l. 2. & ibi Io. de Platea. Iõ ur̃, q idem in armis. Sed cũ princeps possit tales uestes auferre cum recedit ab eo ministrãs, ar. l. id uestimentum. ff. de peculio. & notat i l. in his. §. j. in gl. fi. ff. solu. ma. Ergo ur̃, q si princeps alicui concedat talia arma, q tamen poterit eidẽ auferre quando uoluerit, ut statim dicetur.

Facit ultra q dicit Bal. in c. licet causam. de pbationib. q licet imperator uel rex possit donare ecclesię, ciuitates & castra. non tamẽ claues imperij: quia esset causa destructionis imperij: sed certè maius uideretur tradere arma quàm claues, quia arma sequentur subditi, qui ẽt clauibus obsistere possent.

Etiam

Etiam facit,quia rex vendens oppidũ cum mero, mixto imperio & iurisdõne,ét in se nihil retinés, nõ vr transtulisse in emptorem ius regium,vt tenet Iacobinus de S.Geor.ĩ l.imperium.ĩ j.lectura.col.3.ff.de iurisdiç.om.iud.Alberi.in l.fi.in fi.C.eo.ti.de quo uide Guillel.Bñdicti in repe.c.Rayn.ĩ verbo,& vxoré nomine Adelasiam,nu.217.in fi.cum duob.sequentib. de testamen.sed nihil magis potest esse ius regium,q̃ arma,præsertim regis Franciç, cum ei diuinitus tanquam regi fuerunt demissa,& cõcessa,ut dictum est, igitur.Et dicit Bal.consi.207.inci.ego puto.lib.3.ꝙ super vexilla inuictissimi Francorum regis nemo p̃sumat honorem.

Item vt decidit de Rosellis in d.suo trac.de ptãte imperatoris & Papæ.fol.20.col.3.circa mediũ, Papa non potest sedem Romanam mutare, & alibi caput constituere, nec Romanam ecclesiam alteri unire,nec licet ei testamentum facere quo ad papatũ, vt probat gl.sing.in c.apostolica.8.q.1.secundũ Francum in rubr.de test.in 6.

Ité ét Reges,Duces,Comites,vel Marchiones, de suis dignitatibus testari non pñt, p̃sertim rex Fráciæ testari non potest de suo regno,ét primogenitum,cui debetur hæredem instituendo: cum primogenito debeatur ex sola consuetudine regni,quæ hoc introducit in honoré,& fauorem regni, vt integrum permaneat,& non diuidatur, vt tenet Guill. Benedicti in repe.c.Ray.in verbo,in eodem testaméto relinqués nu. 147.cum tribus seq.extra de testamentis, & regnum est quid indiuisibile.Cy.ĩ l.si viua matre.C.de bonis mater.Bal.in auth.hoc amplius.C.ne fideicommiss. & in successione regni non habent locum iura legitimæ,ne fiat diuisio regni.gl in c.non licet.de uoto, & uoti redempt.

Ergo à simili sicut nõ põt princeps dignitaté suam immutare,ita nec signa ipsius dignitatis,sed alteri cõcedere: quia p hoc viderent̃ duo capita in eodẽ corpore,qđ esset mõstrũ,vt iã dixi allegando tex. ꝓ hoc in c.qm̃.§.j.de offi.iud.ordinarij.& in l.non sunt liberi.iuncta gl.fi.ff.de statu hominum.

Adhuc instando pro hac parte possent adduci, q̃ per Lucam de Penna amplissimè traduntur in l.cõtra publicam.de re mil.lib.12.C.vbi p multa decidit regem non posse cõmittere alij insignia regalia.co.7. Cui decisioni assentire ur̃ Guill.de Montserrat,ĩ suo trac.de succes.regum. in conclusione secundi dubij. cum quibus vr̃ decidendum ꝓ hac parte secũda, nõ obstantibus deductis ꝓ parte affirmatiua. Quibus facilè responderem,si hanc secundam partem negatiuam tenere vellem. Sed quia in hoc passu volo deuiare ab eo,quod diu obseruatum est: cum vt dicit Ale. in consi.suo 27.inci.viso libello.col.4.in j.uol. Non est recedendum à communi obseruantia. & minime mutanda sunt,quæ certam interpretationem habuerunt.l.minime.ff.de legib.Nec facile discedi debet ab eo,quod diu uisum æquum est l.in reb.de const.princip.& quia al's sic practicatum extitit.Lapus alle.52. & faciunt quæ dixi in cõmentariis nostris sup cõsuetudinib.ducatus Burgund.ti. Des confiscations.§.1. in gl.1.ibi,pro hac 2.parte.

Ideo insequẽdo id qđ usq; nunc cõiter factum est in Gallia,nec reprobando qđ à tãtis fuit approbatũ, & vsq; in hodiernũ diẽ obseruatũ, uidelicet,qd principes etiã supremi possint ét inferioribus suis cõcedere licétiam,seu ptãté deferẽdi, saltẽ communicare aliquid de armis suis. Non tamen priuatiuè ad suam dignitaté,in totum ea alterare. Et ꝙ princeps arma sua omnino à se non debeat abdicare,& in alium trãsferre,sed retinere debet integra,& plana patet arg.l.pe. ff.de offi.p̃sidis.& p notata in gl.in uerbo, ad alium, in ca.præterea ducatus.de ꝓhibita feudi alienat.per Fridericum in usibus feudo. Teneo primam opinionem.

Et ꝓ certo si vsque nunc non fuisset obseruatum, nec factum ĩ regno, & nũc rex uellet facere de nouo, ego dicerẽ ꝙ rex Fráciæ nõ deberet,nec posset pmittere,aut cõcedere,ꝙ aliquis ĩ suo regno portaret tria lilia aurea in cãpo azureo plana,& integra p̃ter ipm, aut illos qui essent de agnatione,& ꝓsapia regali, & tales qui essent successibiles in regno,ex quo fuerunt p̃dicta arma cœlitus demissa regi Clodouęo ĩ assumptione coronæ,& diadematis,ut dixi: & uñr illi esse data in excellentiam illius dignitatis regalis ĩter al's, ex quo nõ licet alteri se cum tali dignitate sociari,nisi sit capax illius eo modo quo ad illam deuenitur, s. per successionem.

Sed quia al'r obseruatũ est usq; nunc, & multa facta tenét,q̃ si fiẽda essent,nõ pmitterent̃,uulgata l.patre furioso,ibi,Nã furiosus, cum multis concor.ibi in gl.in uer.retinere.ff.de his qui sunt sui uel alie.iu. & ibi amplè p d.meum Ias.concor.c.dilectus filius. de sponsa.& c.neq; furiosus.32.q.7.dico ꝙ eo modo quo obseruat̃, nõ ur̃ esse diminuta autoritas, & excellẽtia regalis dignitatis. Mos nãq; retinẽdus est fidelissimę uetustatis, qué si quis immutare uoluerit,iniuria p decessorib, fieri uideret̃.iuxta l.testaméta.C.de testa. Nec patit̃ in hoc detrimẽtum ĩ honore & gloria q̃ hr̃e det,& p̃t ex delatione dictorum armorum, sicut nec patitur damnum & interesse in concessione aliquorum iurium regalium aliquibus particularibus facta: cum etiam princeps iura regalia alteri cõcedere possit,nõ priuatiuè in totum, sed secum accumulatiuè. Nec uniuersaliter omnia iura regni,sed solũ alicui particulari ĩ aliquo loco regalia ut dicit And.de Ise.in rub. quæ sint regalia.ibi, sed, quomodo potest donare.qm̃ si alienaret in totũ, aut ab se iura regalia in totum abdicaret,esset in p̃iudicium regni,& contra regni & regis honorem, quod fieri non potest,ut dt̃ tex.ĩ c.itellecto.extra de iureiu.ubi alienatio facta ĩ p̃iudicium regni,& contra regis honoré non ualet,nec tenet,& sic ibi parificãtur præiudicium regni, & factum contra honoré regis. Si ergo rex ĩ totum concederet arma sua, ita qđ amplius illa deferre ñ posset,eét sibi in dedec⁹ maximũ, abdicãdo à se ea q̃ ĩ signum supremę dignitatis,& excellétię fuerunt sibi cęlit⁹ demissa,ut dixi supra & ample 15.par.ubi de rege Fráciç,& ei⁹ excellẽtia,seu dignitate. Sed sicut aliquibus sui regni comitib.& inferiorib. vtilitaté,commodum & honorem regni zelãtib.aliqua regalia concedere potest,non uniuersa: ita

ut aliq b.sui regni Chri fidelib.ob aliq̃ cãm eos fidei C~rianæ sibi cõmissæ ĩ delatiõe dictorũ armorũ associãdo, vt firmiores sint, & ĩ fide Christiana, & ĩ subiectione ipsius, potest: particulariter eisdẽ impartiẽdo aliqd de honore, quẽ vult eis tribui, cõcedere, ꝙ deferãt partẽ armorũ suorum. Sicut fecit Assuerus rex (qui regnauit ab India vsq; Aethiopiam sup cẽtũ vigintiseptem ꝓuincias) de Mardochæo Iudęo quẽ honorare voluit, ordinãdo ꝙ indueret vestibus regijs, & diadema regiũ super caput suum imponeret. de quo hr̃ Ester 6.c. & octauo. in fine.

Sed cum Ludouici Francorum regis vndecimi tẽpore multis fuerit concessum, qđ deferrẽt lilia in armis suis: an rex successor possit illas concessiones reuocare: Videretur ꝙ nõ, cũ deceat priuilegium Principis esse mansurum, & beneficio Principis nos iuuari oportet, non decipi. Cogita ex his quæ ante dicta sunt in commentarijs nostris super consuetudinib⁹ ducatus Burgũdiæ, ti. Des iustices, arti. 5. in gl. Si n'a grace, quasi in fine. ibi, vlterius quæro. vbi posui, an priuilegium Principis possit reuocari.

Crederẽ tñ, ꝙ cessantibus ꝑdictis causis, videlicet aut quòd non essent Principes, aut de illis quos sibi associare potest ad fidem Christianam, vt sunt milites ordinis, aut qui tali ordini associari possint, & debeant de honestate, vt sunt magnates, ꝙ honestius, & melius faceret si ꝑdictas concessiones reuocaret, maxime in subditis. In alijs vero est dubiũ ex dictis Fel. & aliorũ in c. nouit. de iudicijs. p me allegatũ in loco hic añ citato: vbi videnẽ concludere, ꝙ priuilegia extraneis concessa, non possunt reuocari.

QVadragesimaquinta conclusio erit de armis inferiorũ à Principe, an possint vendi, an alio quocũq; titulo per hæredem, vel aliũ habẽtem certa arma dom⁹ aut familię alienari, ita ꝙ eius hæredes non possint amplius talia arma deferre, aut gestare.

Circa istud cõsiderãdũ ẽ, ꝙ aut sunt arma, q̃ cõpetũt alicui rõne suæ ꝑsonæ, & officij eidem cõcessi, & tũc vr̃ ꝙ non, eo quia quis vendẽdo arma sua, & signa, vr̃ incidere in vituperium, argu. l. quædam. ff. de pęnis. & l. 2. in fi. ff. de capt. & postlimi. reuer. p quos tex. ita vr̃ tenere Alber. de rosate in l. si vt certo. §. vsq; adeo. ĩ qõne. An vẽdito equo, videaẽ vẽdita sella. ff. cõmodati vbi đt, ꝙ si arma ꝑrisa sint ĩ sella vẽdita cũ equo. Eo q̃ talis sella magis vr̃ respicere personã dñi, q̃ equi, ex quo non ur̃ vẽdidisse, ar. l. decernim⁹. §. vniuersos. C. de aq̃ductu. lib. 11. ubi signa hydrophilatorũ danẽ successorib. ergo ñ pñt p eos alienari ĩ ꝑiudiciũ eorũ successorũ. & in l. stigmata. de fabricẽsib. e. li. 11. C. vbi puniunt q̃ à fabricẽsib. talia signa illos latitãdo euellũt, aut subripiunt, ex quo vñr talia signa respicere ꝑsonã habentiũ ipsa aut arma. Cum ergo videanẽ respicere ꝑsonam, extinguuntur cum persona, & sic post mortẽ eorũ, trãsire dẽnt ad eorũ successores, ita ꝙ nõ pñt ĩ ꝑiudicium successorum alienari. Aut verò competunt alicui tanq̃ existẽti de aliqua agnatiõe, aut familia antiqua, & ẽ qđ dã ius quod datur vnicuiq; agnationi seu familię, quod non uidetur posse transire extra illam. Cum sint arma ĩuẽta ad cognoscẽdas agnationes, familias & do-mos. sicut noĩa ad recognoscẽdos hoĩes. dixi s̃. ĩ pluribus locis. & cõis usus vtẽdi ĩ talib. est, ꝙ gradatim deueniant ad successores de familia, & agnatione cum distinctionibus quas s̃. dixi in 39. conclu.

Sicut ĩ fili videm⁹, de verbo familiæ ꝓlato, ꝙ intelligit ordine successiuo, vt dñt Ang. & d. me. Iason in l. fi. C. de ver. sig. & Bar. in l. si cognatis. ff. de reb⁹ dubijs. col. fi. Barb. consi. 27. in 11. col. in j. uol.

Et ꝙ cõis vsus vtẽdi ĩ his considerandus sit, tenet Bar. il. Labeo. ff. de suppellectili legata. Q̃m ab eo, qđ solitũ est fieri, bonũ est ar. l. qđ si nolit. §. assidua. ff. đ ędil. edi. notat plenè p d. meũ Ias. in l. certi cõdictio. §. si nummos. ff. si cer. pe. Barb. & Fel. in c. cũ M. Ferrarien. extra de consti. & idem Fel. in ca. ex literis, in ver. septima & ult. de fid. instr. & dicit Bal. in l. si præ dium. col. 4. C. de ædil. actio. ꝙ freqũẽtia actus multum operatur. Imo illud quod in obseruantia, & moribus utentium obseruatur, est tantæ efficacię, quod tollit statutum in contrarium. dominus meus Iason in l. rem non nouam. in prima, & secunda columna. C. de iudi.

Et ex quo consuetudo gñalis utẽdi in Gallia det istud ius agnatis successorib. non p̃t tale ius eis tolli p hoĩes, cũ qđ consuetudo dat, homo tollere non p̃t. auth. quod locum. C. si mulier secundo nup. l. si arrogator. §. sed an impuberi. ff. de adop. Consuetudo. n. in unaquaq; regione est oĩum dignitatum, & iurisditionum origo, forma, & principium, ut in l. missi opinatores. ibi, dum dicit: consuetudine seruata regionum, de exactorib. tributorum. lib. 10. & l. 1. ibi, sicut plectendi consuetudo criminis habet. de peti. bono. subla. eo. lib. C. l. obseruare. §. hoc ẽt ibi. Magni enim faciunt ꝓuinciales seruare sibi consuetudinẽ istam, & huiusmodi ꝑrogatiuas. & in l. si in aliquam ibi, & ferias s̃m mores & consuetudines, q̃ retro obtinuit dare. ff. de offi. ꝓconsulis & legati. & l. ut pro phanos. ibi, s̃m ueterẽ. C. de paganis, & sacrificijs eorum l. nullum. ibi, & consueta depoſcãt. C. de offi. rẽcto. ꝓuin. l. testamenta. C. de testamentis. Et consuetudinis usus q; longeui non uilis autoritas est l. 2. C. quę sit longa consuetudo. Concordat c. cũ consuetudinis. & cap. fi. extra eo. & cano. consuetudinis. 11. dist. Et si quid contra consuetudinẽ fiat, ad solicitudinem suam reuocabit ꝑses ꝓuincię. l. j. in fi. C. q̃ sit longa consuetudo. l. si manifestè. C. de serui. & aqua. cano. consuetudo. 12. dist. Ex quo ęquẽ puniri dẽt trãsgressor cõsuetudinis sicut trãsgressor legis, cano. ĩ his. 11. dist. Et quop antiquę cõsuetudines sint seruandę, hr̃ in ti. de pace Constantię. §. nos Romanorũ. ibi, sicut ab antiquo hr̃e consueuistis. & c. ad apostolicam extra de simonia. Et maximè in Francia, ut dicit tex. in c. dilecti filij. ibi, iuxta consuetudinẽ approbatam, quę pro lege seruatur in partibus Gallicanis. extra de arbitris.

Ex ante deductis sequitur, ꝙ sicut per testatorẽ si esset aliquid relictũ indistinctè non noĩando personas familię, ꝙ trãsiret ad oẽs de familia gradatim, ita ꝙ non possit per aliquos alienari: vt notat Bart. in l. peto. §. fratre. ff. de lega. 2. faciunt quę dicit Barbatia in d. consilio. 27. col. 11. in j. uol. Alexan. consi. clxv. in 2.

in 2. vol.& ĩ cõs. 56. ĩ fi. ĩ j. vol. Imo qđ plus est, ibi dicunt: hoc casu ꝓhibet hæredis institutio. & ita decidit d. meus Iason, in l. nõ dubiũ, ĩ j. col. C. de testamẽtis. vbi ꝓhibita alienatione simpľr ꝓhibet hæredis ĩstitutio. Sic ergo cum ꝓhibetur in fauorem familiæ stante familia, alienatio facta in cõtrarium potest reuocari p existẽtẽ de familia. Sic ergo in hoc casu, vbi est ꝓhibitio legis ex obseruatione gñali, & ex cõi vsu utẽdi, q̃ habent vim legis: §. ex nõ scripto. insti. de iure naturali gentium, & ciuili. notatur in l. de quib. ff. de legib. & cano. consuetudo. 1. dist. Et ideo cum ꝓhibitio legis & testatoris ęquiparentur: notatur in l. filiusfa. §. diui. ff. de leg. j. vbi Bar. & alij, sequitur necessario dicendum, ꝙ stante aliquo de agnatione, aut familia, seu domo habẽte aliqua arma, à tpe cuius initij memoria nõ extat in contrarium, ꝙ talia arma nõ possunt uẽdi, nec alienari quocũq; titulo in pręiudicium aliorum de familia, domo, aut agnatione.

Aut verò loquimur de armis datis & cõcessis alicui ꝓ se & sua familia, aut agnatione: qm̃ per illã cõcessionem factam familię, & agnationi, est acquisitũ ius familiæ, & agnationi, ut satis ꝓbant iura allegata p Barbatiam in d. consi. 27. in 12 col. Sicut ẽt uidemus de feudo cõcesso alicui ꝓ se & sua agnatione, seu familia: qm̃ trãsit successiue ad posteros absq; eo, ꝙ possit alienari in p̃iudiciũ successorũ, vt p Bal. in c. j. §. hoc quoq;. de feudi successione. & idem ĩ emphyteusi data ꝓ se & liberis: quia in illa pater non potest p̃iudicare liberis, vt no. Barto. in auth. si quas ruinas. col. pe. uer. iuxta hoc q̃ro. C. de sacros. eccl. Petrus de Anch. ĩ cõs. 142. inci. ꝓ dña Paula. in prin. Imola ĩ c. potuit. de locato. Roman⁹ ĩ cons. 35. ĩci. uisa facti seriе. in fi. Paulus de Castro in cons. 161. inc. in cã q̃ megnificus. col. 5. & in cons. 208. inci. p̃termittendũ est. Soci. in cons. 205. inci. dñs Franciscus. in quarta & 5. col. Philippus Cor. in consi. 299. inci. in p̃senti cõsultatione: col. 18. in 2. parte. & in consi. 200. incip. uisa dicta copia. in quarta parte. & idem Romanus in consi. 202. inc. p ꝓpositę consultationis habenda ueritate. quem allegat dominus meus Ias. in l. 2. in 89. col. uer. quid autem in themate p̃dicto. C. de iure emphyteu. Cum enim talibus liberis fuit ius quęsitum p huiusmodi concessionem, tolli non potest ab eis l. quod cunque. §. si quis ita. ff. de uerborum obliga. ubi Bar. in l. quod dicitur. colum. penultima de uerborũ obli. & in consi. 70. inci. quęstio ista. in secundo dubio. no. Bal. in l. si constante in ultimo notabili. C. de do. ante nuptias. dicẽs, ꝙ ius quęsitum tertio etiam in spe tolli non potest. facit tex. in l. fi. ff. de pactis. & in regula, id quod nostrũ est. ff. de regulis iuris. & dicit Alex. in consi. suo. 160. in fi. in quarta colum. hoc est uerũ respondendo ad dictum Barto. in l. qui Romę. §. Flauius. ff. de uerborum oblig. & etiam Corneus in consilio 68. incipiente, ardua quædam. in tertia columna. in tertia parte.

Cum ergo cõis usus loquendi in appellatione familiæ sit in talibus, ꝙ extendatur ad agnatos ordine successiuo, ut dicit Bar. in l. cũ ita. §. fi. ff. de legatis secundo. d. meus Ias. in l. fi. C. de uerborum obliga. qui hoc casu in talibus armis iungit cum communi usu utendi, qui attendendus est, ut dixi: & sit ex illo communi iure utendi acquisitum ius in talibus armis oĩbus posteris de familia. quo casu (ut ante dictum est) p̃iudicari non p̃t. Idẽ ergo erit in casu in quo ex concessione Principis est acq̃situm ius agnatis, & illis de familia, seu agnatione: ut in Bartolo qui habuit arma à Carolo IIII. Imperatore, ꝓ se, & sua agnatione. Quoniam in pręiudicium suę agnationis, cui ius fuit quęsitum, non potuisset illa alienare. Idem si dictum sit ꝓ se, & sua posteritate, qm̃ posteri dicunt tãtum ex linea masculina, & sic de agnatione. l. j. §. 1. ff. de iure immunitatis.

Licet in oĩb. supradictis casib. in quibus arma cõpetunt, aut ratione familię, aut ratione concessionis, à Principe ex quo sunt transmissibilia ad hr̃des, vt supra dictum est, uĩ ẽt ꝙ sit cessibilia: cũ quicquid transmissibile, cẽset & cessibile, ut l. ex plurib. ff. de administratione tutor. Bar. utit hoc fundamẽto. ĩ l. j. §. usufructuario. ff. de operis noui nuncia. sed ibi do. meus Ias. & in l. cum ꝑm. C. de legatis. dicit, ꝙ tale fundamẽtũ non habet locum affirmatiuè; imo adhuc alia ratio reformat pactum, scilicet, quia uĩ esse priuilegiũ familię, & agnationis, de cuius pręiudicio agit ĩ alienatione, cum ei sit ius quęsitum in prędictis, ut sępe hic ante dixi: igitur.

Sed an arma agnationum accrescãt alicui ꝑm qđ dignitati, aut dñio succedit, sic ꝙ ẽt succedat ĩ armis, illi dignitati, seu dñio coniõctis. uide Guil. de Montserrat in tract. de successione regũ, in 2. dubio. num. 170. sed ad priorem materiam redeo.

Aut uero loquimur de armis q̃ quis sibi assumpsit ꝓpria autotitate, aut q̃ emit ab alio in casu ĩ quo poterunt uẽdi: & tunc non est dubium, ꝙ talia p̃nt uendi, & quocunq; titulo alienari. Quia ex quo sunt ĩ cõmercio hoĩs, qui sibi ꝓpria autoritate assumpsit, qđ potest, vt s. dixi in 208. conclu. potest illa alienare, uẽdere, aut quocunq; alio titulo transferre ꝓut dicit, Emerat ille prius, uendere iure potest.

Aut uero loquimur de armis, seu de ĩsignijs q̃ qs hẽt ratione sui artificij, uel suę artis, & tunc aut hẽt, quia sua autoritate assumpsit, uel ab alio habuit, & de per se sine socio, tunc uẽdere p̃t cuicũq;. Aut cum socio, & tũc nõ p̃t ĩ p̃iudiciũ socij, eo ñ consentiente. Aut uerò hẽt ea à republica, puta si ĩ ciuitate aliqua dent certis artificib. aliqua ĩsignia quib. uti debeat in eorũ artificijs, seu operib. non p̃nt talia signa, seu insignia uẽdere, aut ĩ alios trãsferre. ar. eorũ q̃ dicta sunt ĩ prin. hui⁹ conclõnis de fabricẽsib. & hydrophilatis.

QVadragesimasexta concl. Habẽs arma antiqua suę familię, dom⁹ & agnationis, non hẽns aliquos de familia, ad quos de iure, & iure successorio deuenire dẽant, p̃t ea relinquere alicui relinquendo eidẽ bona ĩ casu in quo poterit de aliis bonis testari, aut disponere de armis, ẽt & nomẽ, seu cognomẽ dom⁹, & ualet tale relictũ: imo, qđ pl⁹ ẽ, hr̃s, aut fideicõmissari⁹ cui est iniunctum onus de assumendo nomẽ & arma domus, tenetur adimplere uoluntatẽ testatoris, si uelit consequi commodum, ut notatur in l. facta. §. si sub conditione. uer. in danda. ff. ad trebellianum. & hęc uerba, quòd hęres meus portet nomen meum

men**m** & arma importāt conditionem secundum Guidonem Papę, q. 251. sitarũ decisionum, p textũ quem ad hoc allegat ĩ l. mulieri. §. si quis hrditariũ seruũ. per hęc verba, iussus est manumittere, & hrs esse. ff. de conditionibus insti. & sic conditio adimpleri debet, vt sequatur effectus, s. ut hrs esse possit, sicut in materia cõditionis, de qua amplè notat̃ ĩ c. verum. extra de cõditionibus apposi. & ita vidit determinari & practicari ipe Guido Papæ, vt refert in loco p̄dicto. Qđ tamen vr̃ multis fore graue, nomẽ suum antiquum suæ agnationis antiquæ dimittere, & arma magnifica suę agnationis: imo si sit antiquę domus, habens arma magnifica non potest minora assumere, cũ reipublicę intersit vt ordinum dignitas familiarũq; salua sit l. j. §. sed & si seruus. ff. de vẽtre inspiciendo. Ne fortè alienæ sordidæ stirpes splẽdidis & ingenuis natalibus audeant subrogari, vt dicit tex. in l. super statu. C. de q̃onibus, & discretio p sonarum est habenda, atq; dignitas & autoritas obseruanda: vt in l. j. in prin. ff. de postulando. Ob qđ dicit tex. in l. hoc iure §. fi. ff. de donationib. ꝙ donatio alicui facta vt nomen portet donatoris cum sit cãta, nõ dr̃ ꝓpriè donatio, de cuius substãtia ẽ ꝙ ex liberalitate ꝓcedat, & donatario sit lucrosa, quia donari id vr̃, qđ nullo cogente imperio concedit̃, sed dr̃ q̃dã remuneratio onerosa in recõpensam nois ferendi facta, qđ onus nõ est modicum, s. nomẽ suscipere alienũ, vt clarè demõstrauit ꝓpinquus Ruth, cui successio & ius sanguinis competebat̃ cum onere gerẽdi nois, q̃ rñdit: Cedo iuri ꝓpinquitatis, neq; .n. posteritatem familiæ meę delere debeo. & ut dicit ibi tex. Istud est suscitare nomẽ defuncti, ne vocabulum ei⁹ de familia sua, ac fratrib. & populo deleatur, qđ est cõmodũ, & honor defuncti, vt familia sua, & nomen, & arma sua maneãt, & nõ deleantur. Cũ reipublicę ĩtersit, vt dignitas familiarũ salua sit, vt s̃. dixi. Et sic cũ talis donõ ñ sit simplex, sed remuneratoria, nõ indiget insinuatione, ar. l. Aquilius. ff. de don. ita dicit & tenet Guill. Bñdicti ĩ sua repe. c. Ray. ĩ ver. Ray. de Clera. nu. 44. & l. de testamentis.

Qđ ĩtelligẽdũ ẽ fieri posse, vbi nõ eẽt alius de familia iure successorio, cui nomẽ & arma deberent̃, quia ex quo (vt ĩ p̄cedenti cõsideratione dixi) ex cõi vsu nomen & arma dom⁹ antiquę seu familię dẽnt̃ ordine successorio, ita ꝙ ĩ his vr̃ esse ꝓhibita alienatio ex dicto vsu, quæ est realis, hoc est in rem respiciens, & nomen, & arma, & familiam, non personã Titij, s. Petri, aut alterius.

Intellige tñ, ꝙ in dicto legato, seu fideicommisso veniunt arma, q̃ licitè & sine vituperatione portare p̄t: puta si quis miles portauerit aliqua insignia regis, q̃ ꝓhibebantur portare, si legauerit equũ suum, oĩa ornamẽta, & arma sua, seu ĩsignia intelligunt̃ solũ ea legata, q̃ honestè, & sine vitupatione portare poterat legãs, vel q̃ eidẽ cõpetebãt rõne psonæ tm̃: vt voluit Bal. in l. 1. C. de ver. sig. per tex. ĩ l. vestis. §. muliebria. ff. de au. & ar. leg. Arma verò vł ĩsignia ratione officij aut dignitatis debita, deueniũt ad successorẽ, & gerẽtẽ dignitatem, vł offim̃ hmõi, & non alium, vt supra dixi in 14. 15. & præcedenti conclusionibus, & infra 52. conclusio.

QVadragesimaseptima concl. Præscriptio cadit in talib. s. ĩ delatione armorum, seu insigniorum, & in casib. in quib. possunt alienari arma, in talib. cadit p̄scriptio: & satisfaciunt q̃ dicit Bal. ĩ l. fi. cãdæ. in fi. C. q res ven. nõ pos. vbi dicit, ꝙ in p̄scriptis p vsum longi tpis, ꝙ alius talia signa accipere nõ p̄t, quia i⁹ cã habendi q̃situm est primò, ꝙ tñ dicit, esse verum nisi hoc alicui obesset, qm̃ ille cui⁹ nõ interest nõ habet ius ꝓhibẽdi. Vñ cõcludit, ꝙ ad ęmulationẽ, & dãnũ p̄scribendi alteri nõ licet accipere idem signum. Vnde vr̃ concludere, ꝙ in talib. hẽt locũ p̄scriptio, nisi fiat ad ęmulationem, vel damnum alterius: quo casu non licet accipere idem signum, per tex. in l. si iniuriæ, ff. de iniurijs. Et sicut regalia tãto tpe cui⁹ initij memoria non extat ĩ cõtrarium, p̄scribunt̃ ẽt aduersus principẽ ĩ parte, tñ nõ ĩ totũ, vt ĩ iure ĩductionis gabellarum, q̃ cum non possint ĩponi nisi per superiorem. l. vectigalia. ff. de publicanis. Tamen exactio gabellarum p̄scribit̃ tãto tpe, cui⁹ initij memoria non extat in contrarium, ut tenet Bar. in l. si publican⁹. §. vectigalib. ff. de publicanis. Bal. in cons. 112. ĩ 2. parte. Pan. in cõs. 20. inci. super quęstione vertente. & idẽ de iure nauigãdi. & p plura dixi in commẽto meo sup consuetudinib. ducat⁹ Burgun. ti. Des iustices. §. 2. in gl. Et la preuue. ꝙ ea q̃ competunt principi acquirunt̃, aut ex priuilegio, aut ex p̄scriptione tãti tpis, &c. Cum ergo (ut dictũ est) princeps possit concedere ius & facultatem alicui arma sua portandi, ita ẽt istud p̄scribi p̄t. Diceretamen hoc posse esse uerum in capace, & habili ad tale i⁹, puta in vectigalib. in alio inferiori principe, & non in simplici priuato, & sic à simi in iure deferẽdi arma in nobili & nõ ignobili: qm̃ talis ẽt nõ posset p̄scribere tale i⁹ deferendi arma principis, ꝓpt simi uŕ tenere Fel. in c. dilecto. de testib. & dixi in loco supra allegato. Ex quo p̄t hæsitari de tribus lilijs datis p Carolum regem Francorum VIII. Cosmæ de Medicis Florentino nummulario, qui tunc non reputabat̃ nobilis. Imo adhuc videret̃, ꝙ non sufficeret, ꝙ esset nobilis nobilitate cõi, & inferiori: sed requireret̃, ꝙ esset nobilis, puta dux, princeps, Marchio, comes, aut Baro: & ꝙ alius nobilis inferior ñ posset arma pricipis p̄scribere, nec ẽt ex priuilegio, cum uideantur esse solis principib. concessa, prout & alia regalia, quæ per inferiores præscribi nõ possunt. Maximè illa, quæ sunt in signum uniuersalis recognitionis, uel supremæ potestati reseruata, ut dictum est, & etiam ut declarat Ioã. Franciscus Balbus in suo tractatu, de præscriptio. in 2. parte quintę partis principalis, in tertia quæstione. sic à simili, ꝙ unus nobilis potest pręscribere arma alterius nobilis, etiam superioris, dummodo non sit princeps. Sed non ignobilis potest pręscribere arma nobilis propter incapacitatẽ, ex antedictis, cum talis habeatur pro incapace.

Et in hoc, quia supra positi sunt casus in q̃b. talia arma seu insignia possunt alienari in illis, pñt & p̄scribi: sed in casib. in quib. non possunt alienari, nõ possunt etiam p̄scribi: quia procedit regula, quòd quæ

quæ non possint alienari, non possint & præscribi, vt per Bar.& Bal.& Sal.in l.fi.C.in quib.cau. in int. rest.non est necessaria, de qua regula amplè p dictũ Io.Franciscum in d.tractat.in v.parte quintæ partis principalis, in 4. quęstione illius quintę partis.vbi amplè de materia illa brocardica.Et ad prædicta faciũt quæ dicit Sozi.de maioricatu inter consangui neos, & collaterales,qui potest præscribi, vt dicit in cons. suo 148.nu.14,in 3.volumine.

QVadragesimaoctaua conclu. erit circa duellũ. An ꝓ insigniis,& armis possit duellum ĩdi ci?ponamus.Videmus,ꝙ rex Anglię se asserit regem Francię,& portat tria lilia Franciæ in vna parte scuti suorum armorum,an sit iusta causa ad indicendũ ei bellum per regem Francię, & eidem duellum pręsentare,& sic de singulis.

Ista conclusio habet magnã materiã: sed cum clarum sit,ꝙ tria lilia Franciæ integra cum corona nõ debẽtur,nec deferri pñt nisi per regem Francię,cum eidẽ cęlitus fuerint demissa, vt dictum est supra plu ries.ideo rex Anglię nõ p̃t illa portare, nisi asserẽdo se regẽ,ex quo cõtradicit in hoc Christianissimo regi nr̃o,ideo eidẽ facit iniuriã, ꝓ qua licitum est eidẽ indicere bellũ, & duellũ. Et latius solui poterit ista qõ ex deductis p Paridẽ de Puteo,in trac.de re mili. & duello,in vna qõne,vbi quęrit. An rõne insignio rum, vel armorũ procedi possit ad pugnam. Et ut dicit,nobiles,& armigeri ꝓ hoc cõsueuerunt pugna re.& ꝓ hoc(vt dicit)facit,qm̃ arma,seu insignia alicuius de voluntate dñi sunt portanda, & non alias. C.de muta.noĩs.& possunt alteri cõicari.l.hoc iure. §.fi.ff.de dona.sicut ẽt nomen dignitatis suę p̃t alteri cõcedi.notat.in l.facta.§. sub cõdõne.ff. ad Treb. Bal.in c.2.extra de fid.instr.in vlt.col. vbi dicit,ꝙ in aliquibus ęquiparat sigillum armis,& sic requiritur concessio illius cuius sunt arma,vel insignia ipsa, vt per alium portari possint,ar.l.j.C.de his qui potentio.noĩe.& in auth. de mandatis principum,§. pen. coll.3.ſm Bar.in suo trac.de armis.s̃.alle.& Bald.in ca. quanto.de iureiu.& si q̃s gestat insignia sibi ꝓhibita,vr̃ committere falsum.l.eos.in fi.ff. de fal. Insignia.n.dignitatis faciunt eum haberi ꝓ tali.l. ego. cum gl.ibi.ff.de manumis.vindictę.l.item apud.§.si quis virgines.de iniurijs.c.si vero aliquis.& c.in audientia.extra de sent.exc.& c. si iudex.de sent. excõ. in 6.facit.l. mimę.C. de ep̃ali audientia.Ideo nostra interest, ꝙ nemo deferat insignia nr̃a, vel arma pp multa scãdala,quę occurrere nobis possent, vt dicit Bar.in d.tract.& s̃.dixi in plurib.locis.Quia si aliq̃s portaret insignia nostra, & haberet inimicos capitales,possent nos offendere,putãtes illum esse.Nã nostra insignia faciunt nos & nostros reuereri.l.j.§.casum.ff.de postulando.& dicit Bald. in l.j.C. quę res vendi non poss.ꝙ insignia deputata alicui magistratui,vt sunt insignia ꝓconsularia.l.j.ff.de offi.procõsulis,& legati.l.milites.C.de locato.non licet ꝓpria autoritate assumere:& idem in signis p̃scriptis longo vsu,vt dixi in concl̃one p̃cedente: qm̃ in talibus ius est quęsitum primo, & ille cuius non est tale signum,non habet ius vtendi ad ęmulationem, iniuriam,seu ęquiparationẽ alterius: puta se volendo dicere habere illam dignitatẽ, vt si aliquis diceret se esse regẽ, & vellet portare arma data regi Francię, in hoc committeret crimen lęsę maiestatis, si esset inferior eo,& esset illi subditus.Alius vero non subditus faceret ei iniuriam, ar.l. nec magistratib.§. q̃d si ex minorib.cum seq.ff.de iniurijs.Et in talibus casib.quando quis defert arma alterius, aut ad ęmulationem,aut iniuriam,ei potest indici duellum: vt videtur tenere Paris de Puteo in dicto loco.

Ponit tamen ibi multos casus,in quib. ẽt sumendo arma alterius non p̃t bellum neq; duellum indici,de quibus iam supra dixi in 28.conclu.in fi.

Primus est in eo qui defert arma illius qui cõmisit crimen læsę maiestatis, quia pp hoc crimen pñt eius arma, & insignia abradi.l. eorum.ff. de pœnis. Lu.Ro.sing.suo 474.& 656.dixi supra in 42.concl. Imo qñ miles male se habuerit in bello,p̃t iudex scutum illius perforari facere,vt hoc exemplo,alij milites in prælio sint fortiores, vt est casus in l. quod rei publicę.ff.de iniuriis.

Secundus est in capitaneo armorũ,q̃ stendardũ suum seu vexillum ꝑdidisset: qm̃ hoc casu occupator, vel dux exercitus posset illum deferre, nec ꝑdẽs posset postea ꝓuocare capientem ad duellum, quia ista efficiuntur occupantium de iure l. hostes.ff. de captiuis.l.j.§.item in bello.ff.de acq.poss.l.naturalẽ. § fi.ff. de acquirendo rerum dominio.

Tertius in casu qñ duo eadem arma portarent, nec apparet de prioritate, & posterioritate: si tñ vnꝰ illorum habuit à Principe,p̃fertur, vt dixi s̃.in 36. conclusi.q̃d est verum, qñ illi qui portant talia sunt æqualis dignitatis: secus si vnus sit maioris dignitatis,quia p̃ferret, vt dicit Bar.in d.tracta.de armis. p l.j.C.de cõsulib.lib. 12.dixi supra in dicta conclu.

Quartus casus in duob.hñtib.similia arma ab añcessorib. suis: qm̃ licet sint similia. ex quo nõ apparet de prioritate inter eos,non est locus pugnæ, qm̃ licet habeãt oĩmodam similitudinẽ: tñ non sunt eadẽ,qm̃ nullum sile est idẽ.l.ꝙ nerua,vbi Bar.ff.depositi.l.ad similitudinem.C.de epi.& cler.& alias vr̃ ꝙ ĩter similia nõ p̃t dari rõ cõsequẽtię similitudinaria. l.fi.ff.de calumnia.l.3.§.nihil cõe.ff.de acq.pos.& dicit Bal.in l.Gallus.§.nunc uidẽdũ.ff.de lib.& posth. ꝙ nõ oẽ q̃d est sile, est idẽ: quia similitudo est inter diuersa hñtia in se cõueniẽtiã aliq̃,& facit.l.qui liberis.§.j.ff.de vul.& pu.sed vt dicit d.meus Ias.in l.j. ĩ 2.col.C.de iure emph.dr̃ ꝓpriẽ similitudo,ubi plures sunt conuenientię,q̃ differentię: & ualet tale ar. à simili,licet non sit omnimoda similitudo.Idem d. meus in l.creditori.in 2.col.ff.de nou.ope.nunc.vbi est materia similitudinis. Et hoc casu poterit dicere iudex qui sup pugna adiretur, vti possidetis,ita possideatis.l.j.§.j.& l.fin. & si duo.ff. uti pos.Nam non apparente prioritate,& posteritate usus,uel concessionis huiusmodi insigniorum,uel armorum,nemo eorum dicere poterit ab alio iniuriam, uel uim sibi fieri: q̃a quilibet eorum hẽt antiquitatẽ, & titulum ar.l.ẽt.§.si q̃s.ff.de pe.hę.Nã ambo possunt assignare cãm suę possessionis, s.antiquitatem antecesso-

D rum,

rum,pp quod nemo dr̃ p̃do.p Inn. in c. cum venissent.de rest.in int. & antiquitas multa operat̃.l.j. §. pe.ff.de aqua plu.arc.& p notata in auth.quas actiones.p Bal.C. de sacros.ecc. & cum sint pares, in hoc vnus non impedit alterum.l.cum quidam,§.j.ff. de acq.hæ.& obligationes paris potentiæ non se tollũt l.si reus.ff.de duobus reis.

Quint⁹ casus est: si inter eos appareret prioritas, tunc illi qui esset posterior in delatione istorum insigniorũ deberet cedere priori,qui ratione prioritatis tp̃is esset prior,ar.l.2.l.prior.& si fundũ.C. qui potiores in pignore habeant.& l. qui prior.ff. de iudiciis.& in l.operis.ff.locati.& in l.quoties.C. de vsufruc.& de albo scribendo,l.2.& l.j.de consulib. lib. 12.Melior.n.est conditio occupantis.l.plurib.ff. de proc.& si quis à multis.ff.de nox.Bar.& Bal.in rub. ff.de rerum diuisione.

Sextus casus est in plurib.seruitorib.portantib.eadem arma,& insignia a dño eis data,q̃a tunc inuicẽ non possunt conqueri; ꝙ vnus solus illa debeat portare, vt est in plurib.armigeris vnius societatis ꝛ eo, quia in hoc cõsideratur voluntas domini dantis, vt dicit Paris de Puteo in loco in allegato.

Septimus casus est vbi insignia,& arma essent similia in pictura, vel signo,differrent tñ in noĩe,tunc data noĩs dissimilitudine viderent̃ diuersa, quia nominis diuersitas inducit diuersitatẽ rei.l.si idem. C. de codicillis.vbi Cy.& l.sunt duo Titii.ff.de test.tu. & c.cleros.21.distin.& c.j.99.distin.Quia noĩa sunt rerũ sigñantia,vt in auth.de defensorib. ciuitatum.ĩ prin.co.3.& l.j.ff.de officio p̃fecti vrbis.& l.2.§.exactis.ff.de ori.iur.& l.facta.§ in dãda.ff.ad Trebellia. Vnde si vnus deferret pro suis insignis caput bouis, & alter caput vaccæ, data tm̃ dissimilitudine noĩs ñ eẽt tunc locus pugnę, vel si deferret caput porci, & ali⁹ sĩle caput,& illud appellaret caput suis.Nam in istis nõ est vna qualitas,nec vna sub̃a, q̃ requiritur, vt quid sit sĩle.Bal.in l.j.C. q̃ sit lõga consuetudo.autoritate Aristotelis,licet aliàs dicat̃,ꝙ illud dr̃ idem in quo nõ mutat̃ res,p̃sona,vel cã,licet aliqua qualitas, vel accidẽtia alterent̃.l.cũ q̃rit̃,& l. cum de hoc. & l.an eadẽ.§.idẽ corpus.ff.de exce.rei iud.& Lapus allegatio.77.Tñ aduerte ꝙ qualitas non facit diuersificare rẽ specie,nec alterat spẽm, vt tenet d.me⁹ Ias. in l.3.§.ex cõtrario.in 3.col.ff.de noui operis nunc. de quo latè in concl.seq. ver.aduerte tñ. ex hoc vide ret ꝙ illa qualitas adiuncta non debet importare diuersitatẽ,& sic cũ essent similia, ꝙ esset locus pugnę. Sed conclusiue tene cũ Paride, ꝙ illa diuersitas nominis inducit diuersitatẽ talẽ,quæ est potẽs ad duellũ impediẽdum,eo quia vt dicit, noĩs expressio multa operat̃.vt lege adhuc,§.q̃nis.ff.de vsufr.l. si cõis seruus ita.ff.de stip.seru.l.si cui balnei.ff. quib. mo. vsufru.amittat̃.& facit 29.q.j.§ j.vbi diuersificatio noĩs dirimit matrimonium.Finaliter ad corroboratiõẽ p̃cedẽtiũ adduco Pogiũ Florentinũ in suis facetiis(q̃ nonnunq̃ & in factis cõtingũt)de duorũ cõtẽtione ꝓ eo.insigni armorum.& eius verba sunt.Ianuensis onerariæ nauis p̃fonus, q in Gallia cõduct⁹ a rege aduersus Anglicos nauigauit, gestabat scutũ in quo bouis caput depictũ erat. Cõspicatus hunc Gallicus nobilis cũ illud armorum insigne sibi vẽdicaret:altercatiõe Gallicus Ianuensem ad certamen ꝓuocauit.Ianuẽsis accepta ꝓuocatione ĩ cãpum ad certamẽ nullo apparatu descẽdit: alter multis impẽsis ornatissimus in cãpũ cõstitutum venit. Tum Ianuẽsis.Quid est,inquit, pp q̃d certaturi hodie inuicem sumus?Ille:assero,ĩquit,tua insignia,mea, meorũq; priusq̃ tuorũ fuisse.Cũ Ianuẽsis, q̃nã sua eẽ diceret.caput bouis,ait.Hic Ianuẽsis,nõ est opus certamine aliquo,ĩquit.Nã hoc q̃d porto, non bouis,sed vaccæ est caput.Faceto dicto inanis Gallici iactãtia est elusa.Faciũt q̃ dixi s̃.in 21.cõc. in fi. vbi est casus p̃missus,in quo duo p̃nt h̃re arma similia, puta Anglus,& Italus,propter locorum distantiam.

Octauus casus est in quo licet sit paritas in signo, tñ est disparitas in colore: vt si vnus faceret leonem aureũ,alius argenteũ, vel rubeũ: vel vnus aureũ in cãpo rubeo, alius in cãpo viridi, vel turchino: vel unus gestaret leonẽ totũ aureũ, alter leonẽ aureum cũ vngulis rubeis, aut ꝓ media parte aureũ,ꝓ altera verò argẽteũ.Vel si alter faceret leonẽ in bãderia, qui respiceret versus hastã, & alter faceret leonẽ ĩ bãderia q̃ terga verteret ad hasta.Nam sunt dissimiles: q̃a leo q respicit hastam uenit,& ille qui terga vertit ad hastam vadit.& idẽ si q̃s faceret leonẽ rũpẽtẽ, & alter leonẽ sedentem, vel deambulantẽ: vel si q̃s faceret leonẽ caudam gestantẽ p terram, & alter caudam leuantẽ,& erectam h̃ntẽ: vel si leo unius aspiceret ĩ celũ,& leo alterius caput ĩ terra inclinaret: vel si q̃s faceret stellam cũ octo radiis, alter uerò cũ septẽ. Aut stella vnius eẽt cũ radijs paruis, & alterius, cũ radijs lõgissimis: vel cũ radiis ꝓ parte lõgis,& ꝓ parte paruis.Vel si q̃s faceret lunam crescentẽ,alter decrescentẽ.Vel si q̃s faceret arma, vel ĩsignia in colore viridi claro,alter uerò in obscuro viridi. Vel si q̃s faceret Aq̃lam apertis alis sedentẽ,alter Aq̃lã strictis alis sedẽtẽ: vel si Aquila vnius h̃ret cãpanas paruas ĩ pedib.alia nullam: vel si q̃s faceret rosam rubeam, alter rosam rubeam cũ frõdib. vel si quis faceret arborẽ cũ frõdib.alter cũ florib. uel si q̃s faceret arma uel insignia cõsĩlia, tñ aliqua lista eẽt in scuto. uel p trãuersum,q̃ nõ eẽt in alio,& sic de simili. Quia data una dissimilitudine ẽt paria iudicabunt̃ diuersa, quia sufficit,ꝙ arma,uel ĩsignia mea differant à tuis tali signo, uel demõstratione,ꝙ det̃ diuersitas. Nam si un⁹ faceret equũ albũ,qui ęqualr̃ se moueret ĩ altũ cũ pede dextro,& equus alterius albus, se moueret ĩ altũ cũ pede sinistro, uel si equus unius esset cum freno,alter sine fræno, vel alter ęquus h̃re balsana, alter nõ: tunc non erunt ęqualia arma, vel insignia. Vel si arma, vel insignia cõsisterẽt ex listis albis,& rubeis,& in vno p̃cederet lista rubea, quæ esset de campo,& in alia p̃cederet lista alba, q̃ esset similiter de cãpo,& eẽnt eo casu quo ambo h̃ent vetustatẽ tp̃is, nec apparet q̃s primo habuerit: tũc si un⁹ diceret pugnem⁹ q̃s primo dẽat deferre & uti talib. insignis, nõ debet audiri, q̃a nemo tenet̃ se submittere virib⁹ formæ in reb.certis.l.2.ff.de cõd. & demõ. Quia vt dicit Paris de Pute. q̃stio facti nõ est sorte dirimẽda.

Fuit

Fuit al's similis q̃stio in hac ciuitate Heduensi inter nobilē virū Guillielmū de Cluny, & honorabilē virū Antoniū Charuot huius ciuitatis receptorē, q̃ cōtēdebāt inter se, eo q̃a dictus de Cluny dicebat, q̄ nō licebat alteri deferre duas claues aureas ī cāpo azureo, cū essent arma illorū de Cluny. Ex parte cuius Charuot dicebat, q̄ poterat illas in scuto quarte lato portare cū armis sui pr̄is, eo quia eius mr̄ erat ex ꝓsapia, & cognatione de Cluny &c. Pluraq; alia hincinde allegabāt: tādē venerabilis, & sciētificus vir magister Ioannes Charuot, q tūc erat cōsiliari⁹ parlamēti Diuionēsis, canonicus Heduen̄. & ꝑposit⁹ nr̄æ dn̄æ Heduen̄. subtilis, & caut⁹ dicit claues, q̃ erāt in armis suis, & sui fr̄is nō esse similes clauib. existētib. ī armis illorū de Cluny: qm̄ suæ erāt pforatæ, aliæ verò non: ex quo erat differētia, & dissimilitudo inter easdem. Tandem quia prędictus Guil. de Cluny fregerat vitrinas existentes in ecclesia Sancti Pancratii, vbi erant depicta arma dicti Charuot, fuit condemnatus ad illas reficiendum, & suis expensis fuerunt refectæ, prout prius erant cum armis in quibus sunt adhuc duę claues. sed si sint pforatæ, aut nō, ignoro.

Nonus casus vltra casus positos p Paridē, est qn̄ essent duo eiusdem cognominis, cui cognomini ambo arma adaptari possent: ex quo idētitas cognominis inducit ꝓsumptionem agnationis. l. cum precū. C. de libera. causa Iō vr̄ q̄ ipsi possint eadem arma deferre, vt supra tactum est in 42. conclu.

QVadragesimanona conc. Sicut arma, & insignia recipiūt in se differentiā, seu diminutionem, ēt licet ꝓueniant ex eadem domo, & familia, puta p bordaturam, lineaturā, bendam, barrā, lambētia, aut al's hmōi, vt dictū est supra in 20. concl. & latius inferius dicetur in 77. conclu. Sic etiam similia arma, vt arma eiusdem nobilitatis, aut similia inter se ex paritate domus, & familię, aut al's, recipiūt excellentiā, & augmētū decoris, & honoris ex officio, aut dignitate deferētis talia arma, & sic ex psonis ea gestantib. vt supra dixi in 36. concl. versic. & dixi, q̄ multis modis contingit. Ita q̄ plures ex aliquo, vt ex offō, dignitate, seu antiquitate, vel oīb. aliis modis quib⁹ qs fit honoratior, & ꝑcellit aliū, sic & arma ex eisdē excellentiā recipiūt, & augmētum honoris: vt si sint plures hn̄tes similia, & cōformia arma, tn̄ vni aliqd addi potest in augmētum ex dignitate personę, seu officio, qđ alteri nō liceret: puta si vnus vt simplex nobilis, qui in Frācia dr̄ scutifer, à scuto ferendo, q certa arma seu scutum armorum simplr̄ deferat. Alter verò q cōformia arma ex origine, vel al's gerat, si efficiatur maior dignitate, vel officio, vt inter plures fratres vnus sit Imperator, ꝑt tymbrare arma sua triplici corona. Si verò rex, armis suis licitè superaddere poterit tymbrū ex corona sua vltra tymbrū extraordinariū, & uoluntariū. Sola tn̄ corona sup regalia insignia, & arma posita nullā denotat, & demōstrat aliarū regalium domorum, & à sanguine regio descendentiū differētiam, vel diuersitatē: sed poti⁹ denotat, & demōstrat illarū principiū, & caput, & easdē eiusdē capitis fore, & esse mēbra, vt in l. cū in diuersis. ibi, mihi āt vr̄ illū religiosum esse, vbi q̄ principale cōditum est, i. eius caput &c. ff. de reli. & sumptib. fune. ita tenet G. de Mōtserrat in trac. de succe. reg. in 2. dubio. nu. 18. Aut si sit dux, comes, vel marchio tymbrum ex pyleo dignitatis suę: vel Papa ex tiara. Cardinalis ex pyleo rubeo. Patriarcha ex cruce. Ep̄s ex mitra, & baculo pastorali, q in vulgari crocea dr̄. Protonotarius ex pyleo nigro duplicato viridi colore, & oēs milites ēt si sint Principes, vtunt̄ s̄. arma galea exornata cum quadā no. seu diuisa, q̃ fit aut p signum alicuius animalis, aut aliàs extraordinariè, & uoluntariè, vt eis expedit. sic q̄ ex talib. tymbrant̄ arma existentiū in dignitatib. & istud est auctariū quoddam, quod & inuentū est, ꝓut fortè corolariū olim apud Romanos. Solēt tn̄ ēt aliqui pp ipsorum multiplicationem, & augmentationem de gr̄a, honēstate, & mera liberalitate signū aliqđ uel dr̄iam aliq̃ in suis armis apponere, non ad hoc ut compelli ualeant, uel ad hoc ut pp talem dr̄iam in armis appositū aliquid iuris alicui de agnatione, uel familia illa acquiratur: sed potius vt ab aliis, & singulis de illa agnatione dignoscatur, & discernatur, q̄ licet vt nomini pręnomen additur, vt in l. unic. C. de mutatione noīs, ut plenè per G. de Montserrat. ti. de succę. regum. in 2. dub. nu. 19. Ad minus ad hoc, ut quis possit addere tymbrū ad arma sua, requiritur, q̄ habeat aliquam dignitatem, ultra nobilitatē, aut q̄ saltē sit miles, hoc est eques auratus: &, ut cōiter uidemus in duellis, & torneamentis nulli licitū est, nec solet quis tymbrare arma, nisi sit saltē eques militaris, uulgo Cheualier: & ita se hēt usus q̄ soli scutiferi nō solent tymbrare arma sua: & ut cōiter uidem⁹ tymbrū tale sumit̄ ex uolūtate capientis: sed magis cōiter sumit̄ ex aliqua parte, q̃ cōtinet̄ ī armis: puta Imperator tymbrat galeā suā ex Aq̄la, Rex Franciæ ex lilio: plures tn̄ diuersa aīalia circūposuere. Nā recitat Gaguinus ī sua chronica super Frācorū gestis, ī uita Regis Caroli VI. q̄ accidit quodam die, vt Siluanectū Carolus venandi causa se cōtulerat, canum latratib. excitatus ī fugam ceruus ęneam torquē collo gerere visus ē, quē venabulis, aut ferro appeti rex ꝓhibēs, ī casses & rhetia cōpellit. erat ī torq; latinis lr̄is īscriptū. Hoc me Cęsar donauit. Ex eo tpe Carol⁹ ceruū alatū aureā coronam collo gestantē ꝓ īsigni habuit, & regiis īsignib. (q̃ liliis aureis trib. constant, ut sępe dictū ē) hic atq; hīc cerui duo apponi cōsueuerūt: hęc ille. Saltē Carol. 7. Ludou. 11. & Caro. 8. reges Frācorū scutū regiū duob. ceruis lateral'r illud tenētib. circūdatū, & ēt uela regia eo. mō ornata gestarūt, & meritò cū ceru⁹ Gallis regib. ꝑsertim bona fortuna sp̄ fuit, vt ī q.t G. bn̄d. ī sua repe. c. Ray. ī uer. vxorē noīe Adelasiam. nu. 894. cum duob. sequētib. extra. de testa. Ludouicus verò 12. Francorū rex, scutū regiū histricib. ab vtroq; latere ornabat, vel scuto histricē supponebat. Nam histrix animal est habens pinnas aculeatas, & porcus pungens, seu spinosus appellatur, unde Calphurnius.

Venit & hirsuta spinosior histrice barba.

Franciscus verò Rex nunc imperans ex salamandris duab. & cōiter hn̄tes in suis armis lilia tymbrant ex liliis quadratis, ut olim fiebat ī armis ducū Burgū

Aut verò ornantur aliquo alio insigni, & tūc aut ordinario, puta in rege Frācię, & alijs militib. ordinis S. Michaelis, q vulgo apud nos dīr Les chevaliers de lordre, qui gestant torquem aureum circundantē eorū arma, ī quo sunt coclearia, Coquilles Gallicè, affixa: & ī īfima parte imago seu repsentatio S. Michaelis aurea est appēsa (quē q dē ordinē militarem in honorē Michaelis Archangeli ptectoris regni sui Rex Ludouic⁹ XI. īstituit & ppetuo fūdauit.)

Milites verò ordinis velleris aurei, à Philippo II. duce Burgūdię instituti, gestant torquē aureū, ī quo vellus aureum, hoc est aries lanā auream ferens, pendet: & dr̄ apud nos la Thoison dor, ut publicè videri potest Diuione in capella ducum Burgundię.

In Anglia verò milites ordinis regis Angliæ zonā deferunt, quā dicunt, la Iarretiere, & sic de aliis. Et talia insignia nō pn̄t deferri nisi ab illis q descripti, recepti, & designati fuerint in illo ordine: & ex illis īsignib. plus decorant arma talium, maioremq; laudē, & excellentiam merent. Et sic licet duo habeant paria arma, ut dictum est, cui tn̄ talis præeminentia conceditur, & sua arma modo p̄dicto exornata sunt pręferenda, & maiori honore extollenda erunt.

Aut verò extraordinario īsigni, seu ornatu arma illustrant, vt cōiter fit ī aliis nō hn̄tib. talē ordinē, ex quo pn̄t ferre ornatū extraordinariū, q tm̄ sunt cōstituti ī magna dignitate, et vsq; ad clarissimatum, & tūc tales ornat⁹ seu insignia fiūt ad uolūtatē cuiusq; vt iā p̄dixi, ex qbusdā variis, & diuersis signis, q magis cōformant, aut eorū armis, seu dignitatib. & officiis. Nēpe aliq sibi assumūt arborē circūdātē arma, alii laqueū amoris, alii angelos, qdā hoīes silvestres, aut puerulos nudos, aut alia signa, & hęc solū cōpetere vn̄t magis nobilib. & ī dignitate, aut offō cōstitutis: ita, q si simplex scutifer deferat arma cū tymbro. vr̄, q à milite aut ab alio hn̄te dignitatē vltra simplicē nobilitatē phiberi possit, aut ad ei⁹ reqstā, p supiorē phiberi pt, ne portet tībrata, seu vt ferat

Sed si supior nō hn̄s iurisdōnē ī talē scu (tymbrū. tiferum deleret arma scutiferi sua autoritate, an daret tali actio iniuriarū (vide supra in conclusio. 29.

Aduerte tn̄ q p hęc augmenta nō est dicendū, q sint arma alteri⁹ spēi, nec q differant spē. Ita q si simplex scutifer tāto tpē quo fuerit scutifer portauerit sua arma sine tymbro: si postea rōne, & ex cā dignitatis, aut officii supuenietis tymbrauerit, nō pp hoc dicent noua arma, ita q in se differāt aliqua specie; ex quo non est augmentum in parte substātiali, sed ē tm̄ additio, & qualitas circa accidentia, q nō faciūt rem differre spē, vt est gl. notabilis in verbo, anno in l. si. §. quoties. ff. de publicanis. no. Bart. in l. i⁹ ciuile. ff. de iust. & iu. & Ang. in l. & ān eadē. §. als in princ. ff. de exce. rei iu. vbi dicit, q differētia penes solā qualitatē n̄ facit rē eē aliā. & dixi in p̄cedēti cōcl. uersic. septim⁹ casus. Dummō uera rei essentia nō sit iminutata, no. Bar. in l. j. col. 4. ff. de ac. & obl. facit qđ hr̄ in c. cū Marthe. §. q suisti. de celebratio. mis. extra. ubi dr̄ q accidentia pn̄t miraculosè, & non aliter, mutare subiectum. Ad p̄dicta facit bonus text. in l. pacta cōuenta. in prin. ff. de contrahen. em. ubi dicitur, q augmentum, vel diminutio circa accidētalia contractuum non reponūt cōtractum in diuerso esse, nec p ea intelligit ab eo ī substantialib. recessum: de quo ēt p Bar. & alios in l. in conuentionalib. ff. de uer. ob. dum tangūt an si per contrahentes addat stipulationi p̄torię, uel stipulatio p̄toria alteret, desinat esse p̄toria, uel conuentionalis. Et ex hoc infert Ang. in d. l. & an eadem. §. j. ad qstionem, q fuit de facto. Nam pductum fuerat quoddam testm̄ aīo insinuandi, qđ habebat adiectionem certarū qualitatum: aduersarius aūt recursum habuit ad ptocollū, & fecit testm̄ punctualiter extrahi put scriptum erat in ptocollo. & qa scriptura reperiebat diuersa rōne dictarū qualitatum, dicebat insinuatio nulla, qa non fuerat requisita, put scriptura emanauerat. Contrariū dicit Ang. q ualuerit insinuatio, quia illa uariatio circa illas solas qualitates non facit aliud eē, uel cēseri testm̄, p illū tex. quē in simili allegat Spe. in ti. de iura. cal. §. sequit. uer. q d si moueo. facit qđ dicit Bar. in l. si fund⁹. §. si res. p illum tex. ff. de plg. Quòd additio qualitatis non extinguit hypothecam. facit qđ dicit Bal. in l. fundi. ff. qb. mod. ususfr. amittat, q mutata forma in accessoriis nō perit substātia p illū tex. facit tex. ī l. 4. §. modū. ff. de serui. ti. gnali. ubi modus adiect⁹ seruituti nō facit desinere seruitutē: qđ est intelligendū in qualitatib. accidētalib. non substantialib. ut sunt p̄dictę in armis, s. tymbrū, diuisa, & zona, licet secus sit de qualitatib. substantialib. q sunt in ipsis armis, ut uidemus ī armis aliquorū pricipū Francię ex psapia regali q hn̄t lilia sicut rex. tn̄ qa hn̄t qualitates sub̄ales additas eorū armis ultra arma regis, ut ī duce Borboniorū, q p armis ultra tria lilia habet bendam ī medio scuti tēdentem à parte dextra ad sinistram. In duce Aurelianensi, q habet tria lambentia ex trib. lilijs: & sic de singulis. Et talia sunt arma dicta, & diuersa specie ab armis regis Francię, licet oīa habeant tria lilia aurea ī scuto azureo: qm̄ talia supuenientia reponūt p̄dicta arma in diuersa specie: & etiam idem dicendū est de alijs diminutionib. aut augmentis, q fiūt in qbusdā armis ad cognoscendū qs sit primogenit⁹, & sic qs portat arma plana; qm̄ alij postea geniti ea gestare debent cum aliquali distinctione, ut s̄. pluries dictum est.

Intellige etiam dummō ex adiectione qualitatis nō mutet forma primi actus, qm̄ hoc casu adiectio non mutat id cui adijcit: secus uerò si fiat mutatio formę, tunc reponit rem ī diuersa specie, ut p Inn. in c. j. de consec. ecclię uel altaris. dum dicit, q si augeatur altare non desinit eē altare, nec perit cōsecratio: Et est ratio huius dicti: qa ubi mutat forma, noua forma dat nouū esse. l. Iulia. §. si q s. ff. ad exhibendū: sed ubi non mutat, sed aliqd exteri⁹ addit: licet illa adiectio faciat differre in plus aut min⁹, ita q una sit maior, aut minor pp adiectionē, non tn̄ dr̄ alia à prima: ut uidemus de illo q pmisit dare schachū matū cum pedona, quòd pt dare cum pedona facta domina, ut tenet Bar. in l. senatorem. ff. senatorib. & in l. seruis legatis. §. j. ff. de lega. 3.

Sequeret ergo ex prædictis, q si hęc adiectio non mutet substantiam specie, sed sit eadem, q idem erit

dicendum

dicendum de vna sicut de alia: & sic ꝙ sicut illud q̄d. est principale, s. arma simplicia, competent oīb. de familia in qua sunt, ēt si sint tātum scutiferi, ꝙ ēt adiectio oīb. cōpetat, cum sequatur naturam sui ꝑexistētis, seu eius cui accedit. l. ēt. vbi Bar. Bal. & doctores. C. de iure dotium. l. quod in rerū. §. si q̄d potest. ff. de leg. j. vbi idem iuris est in augmēto dotis, & rei legatæ, quod & in ipsa dote. faciunt plura quæ ponit Albert. Brun. in tractat. de augmento in 5. conclu. principali, quod ibi ampliat in pluribus.

Sed tñ secus est hoc casu, vbi ista augmēta non accedunt armis, tanq̄ illa contingentia, sed tanquam re, & consensu separata, & non ipsi rei simpl̄r de p se accedūt, sed in fauorem tm̄ psonæ, qua extincta extinguitur & adiectio. Sicut in simili dr̄ de castro cōcesso in quo non venit iurisdictio psonæ cohærens, sed illa tm̄ quę castro cohęret, vt dicit Bar. in l. si aliena. §. j. ff. de vsuca. & patet ī l. si titio. §. fi. ff. de vsufru. & in l. interdum. ff. de vsu. accres. & in l. 3. §. j. ff. quemadmodum vsusf. amittatur. vbi pars vsusfructus vacās accrescit etiam illi vsufructuario, qui portionem suam iudicialiter, vel aliter amisit, & non proprietati, eo quia vsusfructus personę debetur.

Hinc ex his concludo, ꝙ si baro, comes, dux, aut rex, qui dignitatis ratione, vt dictū est, tymbrare pn̄t & littrare, decedat relictis plurib. filiis: si primogenitus habeat solus illā dignitatem, quę ratione eius psonę tribuat illam adiectionē, puta quia baro sol⁹, comes solus &c. poterit solus illā adiectionē deferre, & nō alij (licet ēt habeāt principale, s. arma domus, & familię) possunt illā adiectione vti. Cum tm̄ (ut p dictū est) videat eē data ratione dignitatis psonę. Et ita vr̄ tenere idem Albertus in d. 5. concl. principali. in 4. limitatione illi⁹. Et hoc, quia illa dignitas non extinguit cū psona, sed si esset dignitas, q̄ extingueretur cū psona, vt in milite, capitaneo, siue principali, siue pposito laborum, de quo proximè dicam, tūc extincta psona, licet principale, s. arma transeant ad successores, & filios, non tñ illa augmenta, sed extinguunt cum psona, & in hoc nō sequunt naturā preexistentis: quod est verū in his, q̄ fiunt aut fieri dēnt in vita, sed in his, q̄ fiūt in sepulturis illorum etiam filii aut parentes ꝓ pompis funeralibus eorum possunt gestare arma tymbrata, & littrata, & eis zonam facere lugubrem in loco sepulturę, q̄ consueuit fieri existentibus in dignitate.

Sed videre restat, an oīb. hn̄tib. tm̄ iurisdictionē omnimodā, altā, s. mediā, & infimā, non tñ honoratis seu constitutis in dignitate, aut officio: in armis, suis tymbra, aut littra, seu in eorum pompis funeralibus zonę funebres fieri possint in loco sepulturę, ad ponendum arma eorum vbi habent omnimodā iurisdōnem. In hac pr̄ia ducatus Burgū. antea pauci vsi sunt hac zona seu littra in pompis funeralib. Sed à certo tp̄e citra dn̄i terrarum habentes oīmodā iurisdōnē vti uolunt dicta zona circūdādo eccl̄iā, aut capellā, in qua inhumant int⁹ & foris zonā nigro depicta, & sup ea fiūt, & pingunt eorū arma tymbrata & ornata: q̄d an fieri possit, aut ex eo solū, ꝙ iurisdōnē hēant oīmodam, aut ꝙ requirat, ꝙ sint, & fuerit ī aliqua dignitate cōstituti, saltē militares equestres. Nam cū de his nihil scriptum reperiat in volumine nr̄arū consuetudinū, iō ad ius cōe recurrēdū est. Sed cū de iure pauca reperiant, ideo videret dicendū, ꝙ sit recurrēdū ad cōsuetudines vicinarum prouinciarū, vt notat p gl. magnam in c. cōsuetudo. j. dist. quę ad hoc allegat tex. in c. sup eo. extra de censibus.

Cum ergo sit consuetudo expressa in aliquib. partib. & prouinciis Francię (cui Burgūdia subiicit, cum sit de feudo, & paritate Francię) ꝙ ēt vasalli castellanorū simplices, dummō hēant iurisdōnē supremam sine aliqua dignitate, aut hēant aliq̄d ius in ecclesia, seu ex consuetudine, vel ex antiqua fundatione, etiā inuitis castellanis pn̄t littram, & tymbrā facere in eorū armis, vt hr̄ in consuetudinib. pr̄ię Turonensis. ti. de iurib. castellanię. §. 3. Ideo uī dicendū, ꝙ hę preeminentię seu prerogatiuę, & facultates debent nō solum rōne dignitatis, aut officij, verum ēt rōne & ex causa altę iustitię, cū iurisditio tribuat dignitatē. dictum est singulare Bal. in c. vnico. §. ceteri. quis dicatur dux, marchio, comes, in vsibus feudorum. & dixi infra in 11. parte, in 7. consid.

Si ergo etiam in dictis locis possint tales facultates, & ꝑeminētię competere habentib. tm̄modo iurisdōnem, & vasallis castellanorum: multo fortius competere poterunt vasallis principū hn̄tib. iurisditionē altam, & si in illis locis, multo fortius in Burgundia, vbi dn̄i hn̄tes altam iurisditionem hn̄t ēt in multis iura regalia, q̄m pcipiunt cōfiscationes damnatorum, vt in ti. des cōfiscations. art. j. in li. consuetudinario ducatus Bur. Hēt & ius bannizandi, faciēdi proclamata, tenēdi forestas, & flumina bannalia, q̄ sunt de regularib. & alia huiuscemodi plura eisdē sunt cōcessa: ergo à fortiori hn̄t supradictas facultates, & preeminētias. q̄ nō reperiunt eē expresse reseruatę Principi, & cū solum fiant ex cōsuetudine, aut ex quadā laudabili obseruantia in ipsis pompis funeralib. principum, magnatum, & aliorum dn̄orum: iō dicēdum est, ꝙ non tñ sunt pmissę, imo ēt utiles, & honestę, & q̄ plurimum laudandę, vt dixi inferi⁹ in 2. par. in cō sideratione, vbi fit mētio de honorib⁹ exhibēdis in sepul. & funeralib. mortuorū. Et cum talia non reperiant dn̄is hn̄tib. altam iurisdōnē ꝓhibita, quare nō videant illis pmissa, cum ꝙ non est ꝓhitum pmissum eē cēset. l. nec nō. §. sed q̄d eis. ff. ex q̄b. cau. maio. in l. sciētiam, §. q̄ cum in gl. pmittunt. ff. ad legē Aq. notat in l. certa forma. in gl. fi. C. de iu. fisci lib. x. & cui licet plus, licet & minus. c. cui licet. de re. iu. in 6. & l. nō debet, cui plus licet. ff. e. facit. l. j. §. j. ibi: & hi quib. non interdicitur testimonium, nec ulla lege à dicēdo testimonio excusant. ff. de testibus. & q̄d non mutat, stat text. in l. sancimus. §. j. C. de testis. & l. precipimus. in fi. C. de appellationib.

Maximè ēt cum tales zonæ non sint de reseruatis Principi, imo ex cōi vsu, q̄ in his multum attendit, vt dixi in multis locis Principes & magnates in dignitate cōstituti nō solēt has zonas facere, verū loco illarū cīgunt, & ornant eccl̄iæ vbi sepeliunt pannis, aut laneis, aut sericis nigris it⁹, & foris. Inferiores tñ à principib. q̄ non pn̄t commodè cingere eccl̄ias ex

dictis pannis solēt facere has zonas, seu littras ex pictura nigra, vbi sepeliunt dūmō ibi hēant iurisdictionē oīmodam, aut sint patroni, & fundatores in illis. De rōne iurisdōnis dixi, de iure verò patronatus patet, eo q̃a habet ius honorificū, & debet ei honor: & si in vita (vt clarè ꝓbat Rochus de Curte in suo tracta. de iure patro. in verb. honorificū) ita ēt in morte & in sepultura, vt dixi j. in 2. par. in 5. consid.

Et cū al's fuissem interrogatus de quodam nobili huius p̃riç, q̃ habebat altā iurisdōnē in cancello cuiusdā ecclesiç parochialis, eo quia circūcirca dictū cācellū, & in ambitu illius iurisdōnē habebat: iō ex cōsequenti ecclesia, q̃ est in finib. suæ iurisdōnis existētis in illa parte cācelli erat, & in sua iurisdōne. ar. notatorū in c. si diligēti. & ibi Host. Pan. & Hēricus Boich. extra de foro comp. Qui quidem nobilis erat in dignitate constitutus: qm̄ erat præpositus laborū vnius societatis centū militū armatorū, quē in vulgari dicūt Porteur denseigne dune bāde, qui sunt in dignitate, seu ordine clarissimatus, vt est tex. in l. vnica. & ibi Lucas de Pē. C. de ꝑpositis laborū. dixi eo casu, ꝙ uti poterat in pōpis funeralib. tali facultate, ꝑeminētia, & ꝓrogatiua faciēdi zonā ī dicta ecclīa: cū notoriū sit ēt ex generali cōsuetudine Franciç, ꝙ capitanei belli (qui ēt tm̄ in dignitate clarissimatus essent) vtant̄ talib. iurib. & facultatib. imo maiori, cū ante se deferre faciāt, & galeā, & vexilla militaria quibus vtebant̄ in exercitu. Idē ergo erit dicendū de dictis ꝑpositis laborū, cum sint eiusdem dignitatis. Et crederem, ꝙ tales ꝑpositi laborū ēt possent in eorū pōpis funerali. deferri facere vexillū, cū sit apud nos officium seu dignitas, q̃ non conceditꝰ ab ipso capitaneo, sed à Principe. De galea autē quod ante se deferri possit etiam si non esset eques auratus, nō dubito. Militibus autem equestribus ante eorū corpora in pompis funebrib. deferunt̄, & galea, tunica militaris ensis, calcaria, manicæ, les genteletz, &c. huiusmodi. dicā j. in d. 2. par. cum tales hēant dignitatem, vt hr̄ in l. j. & ibi no. C. de equestri dign. lib. 12.

Et aduerte, ꝙ littra, & zona idē sunt, sed zona nō cingitur nec clauditur ab omni parte, littra verò sic: hanc differentiam accepi à nonnullis nobilibus patriç Turonensis, qui his maximè utuntur.

QVinquagesima cōcl. Insignia, seu vexilla alicuiꝰ societatis, seu exercitus, habentis capitaneum, vel magistratum debent remanere penes illum. Bar. in d. trac. de armis, allegat pro hoc tex. in simili in l. peculium. §. j. ff. de leg. 2. sed melius facit tex. in rōne sui in c. dilecta. de excess. ꝑla. extra. ubi apud illū, q̃ est caput, sigillū remanere debet. Et facit pro hac parte ratio inconuincibilis: quia ex quo ille est maior, debēt remanere insignia apud eū. ar. l. fi. ff. de fi. inst. facit. l. quç sunt cautiones. ff. fam. ercis.

Et si sint plures magistri, seu capitanei, aut dn̄i alicuius societatis, insignia illius transeūt, & deueniūt in illum qui est magister maioris quantitatis sociorum. l. actione. §. Labeo. in fi. ff. pro soc. & d. l. si quç sunt cautiones. in prin. ff. fami. erc. & minor pars maiori cedit. ar. l. in rem. §. item quæcūq;. ff. de rei vē. l. quçrit̄. ff. de stat. homi. & dicit tex. in c. quç cōtra. in fi. 8. dist. ꝙ in potestatibus societatis humanç, maior ptās minori ad obediēdum ꝑponit̄, & maior numerus transcendit minorem. no. gl. in ver. sn̄iam in aut. vt iudices non expectent. &c. §. j. colla. 9.

Si verò sit societas vbi oēs sunt çquales, nec vnus sit maior altero, tunc sorte dirimēdum est apud qui insignia illius societatis remanebunt, d. l. si quç sunt cautiones. §. j. vnde quçri posset, an sors sit permissa, sed de hac materia me remitto ad Bal. & do. meum Iasonem in l. fi. C. communia. de legatis. cum non sit præsentis speculationis.

Si autem in totū sit finita societas alicuius negotiationis, si unus solus negotiator illius societatis remaneat, debet remanere apud eum signum illius societatis. Primò, quia aliorum nō interest, etiam quāuis sit dissoluta societas, tamen negotiatio remanet penes illum. Ergo iniquum esset, ꝙ signū, quod erat accessorium negotiationi, dissoluat̄, & separetur ab eo. arg. l. possessionum. C. communia vtriusque iud. & vide Bal. in l. j. ver. item quæro. C. pro socio.

QVinquagesimaprima conclusio. Vbi sunt aliqua signa vnius artificii in quibus pr̄icipal'r opat̄ & attēdit̄ qualitas loci ex bn̄ficio, seu ex priuilegio, apud illum remanebūt insignia, seu signa apud quē remanet locus siue ex beneficio, seu ex priuilegio, siue iure proprietatis, siue iure conditionis, siue in mala fid ibi remaneret toto tpe vitç quo ibi remanebit: ita, ꝙ ibi illo signo vti prohiberi non potest, qd vr̄ eidem competere, sicut in cçteris iurib. realib. q̃ adhçrent rei. ar. l. omnia constituti. §. fi. ff. de seru. rustꝑdio. l. 2. §. fi. & l. seq. ff. si seruitus vendicetur l. vsus fructus; & l. seq. ff. quemadmo. seruitus amittat. Ponit exemplum Bar. ī quodam castro cuius nomē est Fabrianum, vbi artificiū faciendi chartas viget principaliter, ibiq; sunt ædificia multa deputata ad hoc, & ex quibusdā çdificiis meliores chartç veniunt, ga vt dicit Pli. spectant̄ ī chartis tenuitas, dēsitas, cādor, leuor hoc est leuitas, cōplanatio, seu tersitudo.

QVinquagesimasecūda concl. Si ratione alicuius officii debeantur aliqua signa, seu insignia alicui, si eidē conducatur officium tāto tpe quo durabit condictio officii, tanto tpe durabunt, & remanebunt apud illū insignia alius officii: ar. l. sed addes §. illud. ff. locati. Exemplum de inofficioso maioris Sinemuri in Auxeto. Nam apud eos cōducit̄, & cū sint ibi insignia illius officij, quç seruiunt communitati, seu vniuersitati illius loci, tanto tpe quo conducit̄ maioritas, tanto tpe remanent apud eum illa insignia, quç cōpetunt rōne dicti officii maioritatis, sin insignia, seu signa quibus signantur, & marcantur mēsurç tam uinorū, q̃ bladorum, & alia huiusmodi.

Et istud facit ad omnia officia temporalia habentia ratione officii quçdā insignia: pone in sigilla, uestē, cappā, seu mātellū, aut caputiū, massam, q̃ deseruiunt officio, quia durante officio remanebūt apud tales officiarios, & finito illo transeunt ad successores officiarios, siue habeāt ex cōcessione Principis, siue ex electione, siue ex cōductione, al's quouis mō.

QVinquagesimatertia conclus. Quçdā verò sunt insignia artificii ī quo pr̄icipal'r bonitas artificij

ficij operat̃,& isto casu si stãt plures in vna statione illius artificij,oẽs possunt vti illo signo quasi magister principalis illius stationis approbet illa opera, vt in auth.de tabellionib.§.nos aũt.& ibi notatur glo.in verbo,ipsis per se.colla.4.Bart.in d. tractatu exemplificat in signis quæ apponunt̃ in spatis, gladijs,& alijs operib.metallorũ. In argento tñ & auro duo signa,seu marcę cõiter apponuntur, saltem apponi deberẽt: vnũ qđ esse dẽt cõe oĩum ad denotandum omnibus, ꝙ opus est argẽteum, vel aureũ. Alterum verò signum illiꝰ operatoris seu artificis, ad designãdum ꝙ opus est factum à tali artifice,inter quos vt plurimum lata dñia,vt dicit tex.in l.artifices longa dñia est,& ingenij,& naturæ, & doctrinæ,& institutionis.ff.de solutionibus. Facit, quia sæpe opera vnius plus valet,quam alterius, vt in §.nam & ita.inst.de societate.

QVinquagesimaquarta conclu. Si sint plures in vna statione vtentes vno signo,si separẽtur, remanebit signũ penes magistrũ illius stationis, vel illum qui principalis & maior erat inter eos, argumẽto l.fi.ff.de fide instr. ꝙ intellige verũ qñ ẽ dispa ritas inter eos,ita ꝙ vnꝰ est maior alijs.Secꝰ si ęquales,quia tũc sorte dirimẽdũ esset,apud quẽ remanere debeat.d.l.si quæ sunt cautiones.ff.fam.ercis.

Hæc autẽ maioritas cõsiderat̃ ex multis, ut quia pr̃ cũ filijs,vel quia frater antiquior cũ iunioribus, vel qa vnꝰ erat primo solꝰ q vocauit alios secũ in illa societate,vel alijs plurib.modis qb.põt arbitrari ista maioritas seu sṗioritas ĩter plures qb. ĩ d.l.fi.

QVinquagesimaquinta cõcl. Arma depicta ĩ muro ꝓbant murũ esse illius,saltẽ ꝓ illa parte, vbi sunt sua arma depicta.l.q liberaliter.& ibi Bar. in fi.ff.de ope.publicis.Et ibi dicit Bar.nota contra illos q abradunt arma alicuius.& ita dicit Boetius in cons.suo inc.quo habent parietem communẽ.posito post cõmẽtaria cõsuetudinũ septenę Bituricẽ.

Et vident̃ arma aliquo mõ probare iurisdõnẽ & dñiũ,qm̃ ẽt vt videmus mẽsurę locorũ debẽt signati armis dñorum.l.2.C.de frumẽto Alexandrino.l.11.Licet olim signabant̃ noĩb.dñorũ,hodie vero armis.Cũ arma sint addimenta ad recognitionẽ agnationũ,& nobiliũ,vt añ dixi ĩ 20.cõcl.circa fin.Et ut cõiter obseruat̃ in reb.in quib.quis habet autoritatẽ,facit nomẽ suũ scribi & apponi, vt dicit Iaco.Rebuffi ĩ d.l.2.vt ĩ monumẽtis,ecclesijs,capellis, ędificijs,& palatijs,loco quorũ noĩum hodie apponunt̃ ꝑ nobiles arma,vt dr̃ hic, & ẽt ꝑ Guid.Papę. q.sua 49.& Bal.in ti.qualiter feudũ alienari possit. circa fi.principii.ex quib.cõstat,ꝙ ꝓbari possit in hoc, & dñiũ,& iurisdõ ꝑ appositionẽ armorũ ĩ locis publicis.Sed vsus se hẽt vbi plebei & ignobiles apponũt nomẽ,nobiles & dñi apponũt arma sua.Sed an tales inscriptiones ꝓbẽt,videat̃ ample ꝑ gl.in verbo. patris.& ibi doc.extra de iureiu.Fel.ĩ c.cũ cãm. col. 3.ad fi.de ꝓb.Ang.& Ias.in §.pœnales.col.3.insti. de actio.Bar.in l.monumentorum.C.de religiosis. vbi tenet ꝙ sic,qñ cõtinet quid possibile.facit gl.singularis in verbo,scribebat.in c.pulsatus.3.q.7.& in c.sanc.2.ĩ gl.dicticiꝰ.24.q.2.& de imagine impressa in nummo,vide hic ante in 55.conclusione.

QVinquagesimasexta concl.Perstringendo paucis materiã armorũ circa maioritatẽ, dignitatem,seu excellentiam ipsorum est ꝙ in vnoquoq; principatu & potentiatu seu regno sunt arma principis certa & determinata,q̃ sunt illi data & attributa ĩ signum ꝑeminẽtiæ,dignitatis,& autoritatis, & q̃ nemo aliꝰ illo mõ quo portat ille princeps gestare p̃t nec dẽt,ut in regno Frãcię sunt tria lilia aurea in cãpo azureo,q̃ sunt arma regis Frãcię cœlitus demissa,vt dixi supra in 15.conclu.& dicam infra.

Et habentes arma sua q̃ magis illis approximantur,& aliquid habent ex illis liliis,dicunt̃ eẽ digniores,& hñt arma digniora.Istud ꝓbat̃ arg.tex.in c.ꝑlectis.25.dist.& per gl.in verbo,altiori.in aliã verò. insti.de bon.pos.per quã gl.ꝓbat̃ ꝙ maior est & altior aliis qui ꝓximior est dño & magis stat ꝓpe dominum.facit text.in l.1.ibi: pœna.n.sacrilegii filis erit,si his honorificentia non deferatur, qui contingere nostram purpuram digni sunt æstimati. Et ibi no.in gl.fi.ꝙ quẽ princeps honorat,ab oĩb.ẽ honorandus,quę pro hoc alleg.multos tex. C.de domesticis.lib.12.Itẽ ad ꝓdicta facit tex.ĩ l.vnica. C.de ꝓpositis laborum.C.e.lib.vbi dicit: Nã & ĩmunitate digni sunt,quos nr̃i lateris comitatus illustrat.

Cum ergo arma alicuius magis approximantur seu assimilantur armis principis,dicitur ille eẽ maior in armis,& digniora habere arma.

Sicut videmus in domo de Borbonio,q̃ hẽt tria lilia aurea ĩ cãpo azureo:sed ad denotãdum, qđ est principe seu rege nr̃o minor & inferior,habet cum illis bendam rubeam tendentẽ à dextra ad sinistrã.

Sed unde hoc ꝙ hẽt talia arma cum descẽderit ex rege Frãcię.s.Ludouico,à quo descendit Robertus eiꝰ filiꝰ,comes Claromõten.& ab ipso Roberto Ludouicꝰ đ Borbonio primꝰ dux Borbonii? A quo quidẽ Ludouico descenderunt Petrus II.dux Borbonii,& Ioannes comes,de la Marche,& ab illo Ioãne descendit Ioãnes de Borbonio ẽt comes dicti loci,à quo descendit Ludouicꝰ comes Vindocinensi, qui portat arma de Borbonio cum aliqua distictione,quia ĩ bẽda sunt tres leones argẽtei, qui sunt tm̃ mõ positi,ad denotãdum ꝙ non sunt primarii, seu principales de dicta domo Borbonia: sed iã sunt descendentes,& filii scđogeniti,quia scđogenitus non portat arma plana,seu integra domus principalis à qua descendit,ut dixi s̃.in 20.conclu.

Sic ẽt ex Ioãne rege Frãcię descendit Philippꝰ 3. eiꝰ filꝰ,qui fuit rex,& ex eo ortus est Ludouicꝰ comes Eboracen.ex quo descendit Philippus rex Nauarrę,rõne cuius originis reges Nauarræ portãt in parte scuti suorum armorum lilia cum benda argẽtea tendente à sinistra ad dextram.

Silr̃ ex ꝓdicto Philippo descendit Carolꝰ comes Alẽconien.& iste Carolꝰ,& alii vsq; nũc,rõne quorũ quia sunt de ꝓsapia,& sanguine reali portabant tria lilia aurea,ĩ cãpo azureo circũdata seu bordata vna bordatura rubea seminata ex besanis argenteis.

Eodem mõ ex ipso Ioãne rege Franciæ descendẽ runt duces Aurelianen.ex quo portabant ꝓ armis tria

tria lilia aurea in cāpo azureo habentia desup tria lābentia argentea, troys lābeaulx dargēt in vulgari.

Et quia ex domo Aurelianensi orti sunt comites Angolismenses, iō arma illa portāt cum ista distinctione seu additione, s. quia cū lābentib. habent tria crescentia rubea, hoc est, toys cressans de gueulle taux lambeaux. de quibus meminit amplè Guillelmus de Montserrat in tractatu suo de successione regum in secundo dubio. nu. 6.

Sic dicendum est de comite Niuernēsi, qui ꝓ armis ēt utit̄ trib. liliis aureis in cāpo azureo, cū bordatura composita ex auro, & rubeo, & quę participat de utroq;, & tm̄ de uno quantum de altero.

Pariter in comite Dunensi, qui etiam in campo azureo habet tria lilia aurea pro armis: sed cum bāda composita partim ex argento, & partim ex colore rubeo tendente à dextra ad sinistram.

Plures sunt alij principes qui in suis armis apponunt lilia tanq̄ existentes de sanguine & ꝓgenie regali: ut fuerūt duces Burgū. descēdētes ex Philippo le hardy, hoc ē audacis cognomine, duce Burgun. filio p̄fati Ioannis regis Francię. Itē duces Bituricen. Andegauen. & Memortij. Item comes Artesij. Nec alij talia arma portant, nec portare debent, nisi sint ex prosapia regali, & descenderint aliquo modo ex progenie regali.

Aduerte tñ ꝙ oēs dom⁹ à stirpe regia masculina descendentes signatę & drias, characteres, & accidētia continentes ī armis suis, ut s̄. uisum est, cum eis differant, sunt separatæ; quia cū in armis sit q̄dam dría siue signū, p quā, seu qđ cognoscit̄ & dignoscit̄ ab armis uni⁹ ab armis alterius; iō denotat separationem, & diuersitatem, ut in l. quod si neq; in §. materia. ibi, quas emptor signasset. ff. de pericu. & cōmo. rei ven. & illud signum demonstrat aliquid p̄ter id, qđ in se est, s. domum in quib. apponit̄, & dr̄ qddā accidens, ꝙ p se non stat, ut in l. pacta conuenta. ff. de contrah. emp. & in l. Valerianus. ff. p̄to. stipul. & in d. §. materia. cum igit̄ differant sunt separata, ut in c. susceptum. in fi. de rescr. lib. 6. & in l. fi. ff. de calumniato. & plenè de materia per G. de Montserrat in trac. de successione regum. in 2. dubio. nu. 7.

Reperio tñ, ꝙ domini de Turnone de Delphinatu, licet nō sint principes, nec de principib. Franciæ portant, & habēt arma bipertita. & in media parte cāpi a parte dextra hēnt leonē radentem, q̄ sunt arma Troię, in altera uerò parte sunt lilia seminata, q̄ sunt arma Frācię, ut refert Io. le maire in Illustrationib. Gallię. lib. 3. c. incipiente touchāt la cite đ Troic. Ex quo constat eos esse ortos à nobili, & antiqua ꝓgenie, s. à Troianis, ut ibidē dr̄, & describit̄, etiam p̄sumendum est ꝙ dicta lilia à regibus Francię eis concessa fuere: quod an fieri possit, supra uidere potes in 44. conclusione.

Similiter Florentini habent ꝓ armis, & insignibus suis unum lilium, quę arma (ut legi) habent ab anno domini 1265. & eisdem tūc donati sunt à Carolo, tunc comite Andegauensi, Prouincię, & Cenomani, fratre diui Ludouici Frācorum regis, tum quia benignè recept⁹ in eorum ciuitate, tum quia sibi fauerent, dum iter faceret vnà cum exercitu cō pioso ad Siciliam, causa dicti regni adipiscendi, qđ sibi donauerat Vrban⁹ IIII. Papa: quia detinebatà Naufredo hoste, & persecutore ecclesię Romanę, Florentiā tñ denoīauit (ut legi) Carolus Magn⁹ Frācorum rex à liliorū florib. Francorum insignibus.

QVinquagesimaseptima concl. Excellētia armorum ēt denotat̄, & designat̄ ex concessione principis primęua rōe officij, aut dignitatis, de quo s̄. in 26. cōcl. ut fuit in Carolo Magno, qui cōstituit creauit & ordinauit 12. pares Franciæ, & unicuique dedit & attribuit arma ꝓpria, rōne paritatis, ut in parib. uiris ecclesiasticis, quib. cōcessit ut in armis eorum uterent̄ liliis aureis. Maximè quinq; paribus ecclesiasticis hñtib. cāpū armorum eorundem azureum, cui adaptari possunt lilia aurea: sed quia cāpus armorum epī Beluacen. un⁹ ex sex parib. ecclesiasticis est aureus, in quo non possunt adaptari lilia aurea, ne sit metallum supra metallum, aliàs falsificarentur arma eiusdem, ideo nō habet aliqualia, prout archiepiscopus Rhemensis, & cæteri alii episcopi pares Franciæ.

Cæteris uerò paribus Franciæ, s. sex laicis dedit, & concessit ipse Carolus magnus arma etiam distincta, & separata, ut tandem cognoscerentur, & distinguerentur inter eos ratione paritatis.

QVinquagesimaoctaua conc. Primò. n. duci Burgundiæ (cui nomen Sanxon erat) dedit ꝓ armis suis ī campo azureo unam cotissam auri ex tribus petiis, seu partib. separatis, & diuisis cū una bordatura ex rubeo, q̄ in ulgari nr̄o dñr, à une cotissodora troys piecis borde de gueulle, ut asserunt nonnulli. Et hæc p̄dicta arma semper soliti fuerūt portare duces Burgundiæ rōne ducatus Burgundię existentis de paritate. Imo qui in ipso ducatu utunt̄ p̄dictis armis p̄sumunt̄, & ut audeam dicere, dicuntur esse prosapia ducū Burgun. sicut est uidere in illis de Monteacuto, qui talia arma habebant, cum aliquali tamen distinctione.

Nonnulli tñ al's mihi retulerunt, ꝙ ista bordatura (ut ita loquar) nō dēt apponi in armis principalibus ducis Burgundiæ. eo quia bordatura est quędā diminutio ab armis principalibus. Et ideo cum nulla alia reperiantur apud nos siña, q̄ sint principalia alicuius principatus, uī ꝙ talis bordatura seu circumpositio ex colore rubeo nō dēat in eisdē armis apponi: sed ꝙ fuit q̄dam additio in armis alicuius descēdētis è domo ducum Burgun. ad denotādum dr̄iam inter principalia arma dom⁹ ducis Burgun. q̄ dēnt esse plana, & descēdentis, puta scđo geniti.

Sed quicquid sit ego credo, ꝙ arma ducis Burgun. q̄ habuit & habebat Sanxon dux Burgun. tp̄e ipsius Caroli Magni Franciæ regis, erat cotissa sex petiarum ex auro, & azureo æqualiter partito in campo rubeo. Et istud mihi magis uidetur consonare ueritati.

Octauum considerãdum, scilicet ordo graduum, vt q̃s prius vocetur ad minores, quàm ad maiores. d. l. vt gradatim in prin. & l. honor. §. gerẽdorũ. ff. de munerib. & l. ij. C. quemadmodũ ciuilia, lib. 10. & l. quæ vtiliter. in prin. ff. de neg. gest. & ibi deciditur, q̃ expensę consuetę & rationabiles factę pro alio, vt honores assequeret̃, peti possunt. cũ pdictis. l. cõcordant text. in c. si officia. 59. dist. & in c. legimus. in fi. 93. dist. Alioquin casum appetere vr̃, qui ad summi loci fastigia postpositis gradib. p abrupta quęrit ascẽsum. c. sicut. 48. dist. & est tex. ad literam in l. nemini ad subsi. C. de consulibus & non spargendis. lib. 12.

Nonum vt curialis vnius curiæ nõ eligatur ad honores alterius curię, cum nõ debet quis eodẽ tpe habere plura officia. c. singula. 89. dist. & in l. j. C. quẽadmodum ciuilia munc. &c. Sicut nõ põt esse monachus vel abbas ĩ plurib⁹ monasteriis. c. fi. extra de religiosis domibus. Sicut ãt de iure nullus potest pfici in diuersis ecclesiis secularib. c. de multa. extra de pbẽ. & officia ecclesi. singula singulis psonis sunt distribuẽda. c. j. 89. d. c. cũ ex iniũcto. & c. sicut. de hęre. ext.

Decimũ, vt quis nõ cogatur continuare illud idẽ vel aliud officium, sed habeat vacationẽ, & interualla legitima. l. pe. eadẽ rub. C. quẽadmodũ ciuilia munera. & l. j. & ij. C. de munerib. & honorib. non cõtinuãdis, &c. Et de ĩteruallis. eodẽ lib. 10. & hoc verũ nisi necessitas aliud exposcat. d. l. pen. & l. ut gradatim. §. quoties. & l. hono. ĩ fi. ff. de munerib. ita q̃ pp necessitatẽ quis admittit, qui aliàs nõ admitteretur.

Addit ad pcedentia Ioã. de Platea in dict. rub. C. quẽadmodum ciuilia munera inducunt. q̃ ẽt considerat morum honestas, & uita laudabilis, & laboris plixitas, & stipẽdiorum merita. Hi. n. ad honores, seu dignitates eligendi sunt, quos morũ honestas cõmẽdat. l. magistros infra de professorib. & medicis. lib. x. & l. vnica. C. de pfessorib. q̃ ĩ vrbe Cõstãti. lib. 12. Et ad honoris augmẽtũ, nõ ambitione, sed labore conuenit puenire. l. cõtra rẽ publicam. C. de re mi lit. & l. fi. C. de tyronib. eo. lib. 12. Labores. n. & stipẽdia dignitates tribuunt, nõ suffragia mẽdicata. l. scriniis. C. de Palatinis. l. j. C. de castrensianis. d. lib. 12. l. nemo. C. de offic. magistri officiorũ. & l. virtutum. C. de statuis, & imaginib⁹. de q̃bus oĩbus supra & ĩfra ista parte plenius, & optimè liquet, & liquebit.

QVadragesimaquinta consid. est circa laudẽ. Et p eius declaratione dico, q̃ laus est sermo elucidãs magnitudinẽ virtutis scd̃m Aris. lib. j. & tertio Rheto. & B. Tho. super Ps. 17. Et dr̃ à laudo verbo, quod verbũ extollo aliq̃ñ significat, ut apud Horatium. Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitilenem. Aliquando idem, quod nomino. Plautus. Id vt scias Iouem supremum testem laudo.

Et laus, & laudatio differũt, quia laudatio est oratio ipsa laudantis, laudes continens ipsius laudati. Laus verò est uirtus ipsa nõ aliũde pueniẽs, sed suis nixa radicibus. vnde Virg. Primam merui qui laude coronam, dicta laus à populo, q̃ propriè laus sit populi de aliquo recta loquentis.

Et laus distinguitur ab honore dupliciter. Primò, quia laus consistit in solis signis uerborum: honor autem in quibuscunque signis, & secundum hoc laus in honore.

Secundo modo, quia per exhibitionẽ honoris redimimus testimoniũ bonitatis de excellẽtia alicui⁹ absolutè, sed p laudẽ testificamur de bonitate alicuius in ordine ad finẽ, sicut laudamus bene operan-

tem pp finem. Honor autem est etiam optimorum, quæ non ordinantur ad finẽ, sed iã sunt in fine, vt dicit Florentinus in dicta sua sum. par. 4. c. x. tit. v. §. j.

QVadragesimasexta consi. Laus q̃ fit de altero, cõtingit quadrupliciter. Primò, ꝑut Deus honoret, & hoc est bonũ. Sic sacerdos sũmus Ioachĩ laudauit Iudith de occisione Holofernis, & liberatione populi, dicens: Iudith. 15. Tu gloria Ierusalẽ, tu lętitia Israel, tu honorificentia populi nostri, eo quòd dilexeris castitatem.

Secundò laudatur quis virtuosè, vt non deficiat in tribulatione positus, sed consoletur. Sic laudata fuit Noemi, & Ruth Moabitides afflictæ, & depauperatę à Booz, vt consolarentur. Ruth. 3

Tertiò vt virtus in ꝓximo augeat, & in bono ꝓficere conet: qm̃ virtus, ſm Senecam, laudata crescit. & Iuuenalis Satyra prima, Probitas laudatur, & alget. Et vt ait Iulius Celsus de gestis Cæsaris. Laudis cupiditas, & timor ignominię ad virtutem excitat. Et vt ait Arist. lib. 3. suæ Rhetoricæ nouæ. Neque solum laudis causa rectum sequi conuenit, sed si laus consequitur, duplicatur recti appetendi voluntas. & Ouidius de Ponto, lib. 4. Elegiarum.

Excitat auditor studium laudataq́ virtus
Crescit, & immensum gloria calcar habet.

Et ista est laus, de qua intẽdimus tangere princip'r.

Quartò, vt quis ferat mitius correctionẽ. Sic apostolus laudabat mirabiliter Corinthios in prin. suæ epist. primæ, dicẽs. In oĩb. diuites facti estis in illo, ita, vt nihil vobis desit in vlla gr̃a. & paulò post de multis reprehendit, & de ista cum p̃cedente facit tãtum vnum modũ. Ant. Flo. in 2. par. suæ summę tit. 10. c. 2. §. j. & ibi dicit, ꝙ ẽt quatuor modis cõtingit aliquem inordinatè laudare, quod non est bonũ: sed quia non est materia præsentis speculationis ad illum ibi recurre, sed solum de laude, quæ debetur, de qua Arist. 2. Ethic.

Ad magnã. n. laudẽ cõsequendam quatuor requirunt, s. ꝙ fiat à magno, magno modo, & de magnis factis, & de magnis ꝑsonis, vt declarat Ant. Florent. in sua summ. 4. par. ti. 15. ĩ Cãtico B. Marię. Virg. §. 3.

QVadragesimaseptima consi. Et quo ex laude uirtuosi hoĩes disponuntur, amplius ad bene agendũ, & ad virtutem, ꝙ si bene quis se in suo officio laudabiliter habuerit, publicè commendandus est, facit dictũ p̃salmistæ 32. Rectos decet collaudatio. & tex. in l. iustissimos. C. de off. recto, ꝓuin. & q̃ dixi s̃. in 32. cõsid. Sicut enim ignis aura flãte fit grãdior, ita bonæ mẽtis studia cõmẽdatione ꝓficiũt, vt ait Gregorius ĩ registro, lib. 6. c. 109. vnde Cassiodorus primo variarũ epistolarũ, 13. Debetis bñ agentib. vt eos laudis vestræ comitet assensus. Nã si equorum cursus hominũ clamoribus incitantur, & insonantium manib. agit, vt à mutis animalibus velocitas operetur, quanto magis homines inde stimulari posse credimus, quos ad laudis auiditatẽ natos singulariter inuenimus? Hinc ẽt Hiero. in 15. epist. ad Marcellam. Nemo reprehendat, ꝙ in epistolis aliquos laudamus, aut carpimus. Cum in arguẽdis malis sit correctio cæterorũ, & in optimis p̃dicãdis bonorũ ad virtutis studia incitent: imo ẽt aliq̃n si qui boni sint, si tñ quid male agant pp eorũ virtutes nõ oĩno reprehẽdẽdi sunt, vt dicit Luc. de Pẽ. ĩ l. fi. C. de numerarijs, lib. 12. & facit ad p̃dicta dictum Ouidii in põto, Laudataq; crescit Virtus, & immensum gloria calcar habet. dicam ĩ. ista par. in 74. considera.

QVadragesimaoctaua cõsi. S. Aug. in sermone de die suæ cõsecrationis dicebat, A male viuẽtibus nolo, & detestor laudari. Laudari aũt à bñ viuẽtib. si dicam nolo, mẽtior: si dicã volo, timeo ne sim humanitatis appetẽtior, q̃ soliditatis. Quid ergo dicã, nec plenè nolo, nec nolo; non plenè nolo in laude humana periclitari: non plenè volo, ne ingrati sint q̃bus p̃dico, facit qđ notat. 31. dis. c. tenere. ubi patet ꝙ licet iusto se laudare. prima. quæstio. 6. c. sicut is. & cap. in scripturis. 8. q. j. & Lucas de Pen. in l. j. C. de agẽtib. ĩ re. ĩ fi. li. 12. vbi ponit ꝓprietates ambitiosi, & ĩ l. fi. C. de coartalib. li. 12. dicam infra in 2. par.

QVadragasimanona consi. Quòd ex quo sępe ex laudis p̃conio innascit, superbię inflatio. c. sunt plurimi. 6. q. j. nullus plus æquò debet laudare alium, ne sibi debitum subtrahat cũ infert ĩ debitũ, c. nullus. 99. dist. Nemo tñ nisi vanus falso lætat honore, & hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis, ꝓut ait Cato moralis. Et vt ait Horatius ĩ primo sermonũ. Stultus, honores sæpe dat indignis. vñ Arist. vt refert Laertius de vita, & morib. philosophorũ, dicebat de duob. hoĩum gñrib. vehemẽter admirari, s. de illo ĩ quo bona nõ sunt, & tñ si de ipso dicant, acceptat, & gaudet. Et de illo de quo mala p̃ferunt, q̃ in re non sunt, & inde turbat. Inter cætera tñ aduerte, ꝙ natura promptior est ac paratior ad culpandũ ea quæ minus rectè agi arbitramur, quàm ad laudandum illa, quæ videntur fieri cum virtute.

QVadragesima consi. erit ex dictis Platonis in li. de Amore. c. 2. vbi dicit, ꝙ perfecta laudatio est q̃ p̃cedentem, rei recenset originem, præsentem formam narrat, sequentes ostendit euentus. Ab antecedentib. res quæque laudatur, vt nobilis, à præsentib. vt magna, à sequentib. vt vtilis: quare ex tribus illis via hæc in laudib. concluditur, nobilitas, magnitudo, atq; vtilitas, & ex illis trib⁹ multum ibi laudat amorem, de quo infra dicam in vlt. par. Et ꝗ dicam in d. par. in 38. consid. à præterito, præsenti, vel futuro quælibet res debet laudari, quod idẽ est, vt supra dictum est.

QVinquagesimaprima consideratio. Ex quo gloria est effectus honoris, & laudis, post honorem, & laudem de ea dicendum est. Et est effectus illorum, vt dictum est, eo quia ex hoc quod testificamur de bonitate alicuius clarescit bonitas eius in notitia plurimorum, & hoc importat nomen gloria, vt dicit Antoninus Florẽtinus in prima part. tit. 3. c. j. §. 3.

Dicitur enim gloria quasi clara. vnde Beatus Ambro. sup epist. ad Romanos. Gloria est clara cũ laude notitia, vt refert Ant. Florentinus in quarta partę suæ summę, ti. 5. c. 10. §. j. Et ſm Ciceronẽ in rethoricis, gloria est frequens de aliquo fama, cũ laude. vel secundũ eundem in oratione ꝓ M. Marcello, est illustris

illustris,& ꝓmulgata multorũ, & magnorũ, vel in suos ciues, vel in patriam, vel in oẽ genus hominũ fama meritorum, vel ẽt ſm eundem, est consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene iudicantiũ de excellente uirtute, uel ſm Aug. est iudicium hominum bene de hominibus opinantiũ. & vt ait Lucas de Pẽ. in l. qui publici. C. de his qui sponte munera subeunt. lib. 10. ꝙ gloria dupliciter sumit. vno mõ improprie pro vanagloria. Alio mõ propriè sumpta est frequens fama cũ laude notitia, ſm Ambr. vt supra. vel gloria quasi glarea. i. gerẽs lauream ſcdm etymologiã, quã, ut dicit, facit Catholicũ: sed secundũ Tulliũ 3. Tuscula. qõnũ, gloria est solida quædã res, & expressa non adumbrata: ea est consentiens laus bonorum incorrupta, vox bene iudicantium de excellente virtute, ea virtuti reponat tanquam imago gloriæ, quæque rectè factorum plerumque comes est, non est bonis viris repudianda, &c. ut ibi.

Differũt tñ gloria, & honor, qa ꝓpriè gloria est ĩ se ad alios, honor verò in se ab aliis, & ſcdm B. Tho. 2. 2. q. 132. art. 3. ꝙ sicut magnanimitas est circa honorem, ita & circa gloriam. Vnde, & sicut magnanimus moderatè vtitur honore, ita, & moderatè vtitur gloria: gloriat̃ tñ magnanimus circa res magnas nõ circa modicas, vt dicit Antoninus Florẽt. ĩ j. par. suæ summæ, tit. 3. c. 1. §. 3. & ibi dicit, ꝙ gloria operatur, ꝙ quis excellẽtiã cõsequitur qñ est appetitiua ad bonũ, qđ naturaliter amat, & honorat à cũctis, & iõ sicut ꝑ gloriã q̃ est apud Deũ cõsequit̃ homo excellẽtiã in reb. diuinis, ita ꝑ gloriã q̃ est apud hoĩes cõsequit̃ qs excellentiã quæ est in rebus humanis. & ibi ponit de vanagloria, quæ multum est euitanda.

QVinquagesimasecunda consideratio est, ꝙ fundamentũ gloriæ est humilitas, qm̃ vt habet Iob. 21. in fi. Qui humiliatus fuerit erit in gloria. & Prouerb. 39. Nam humilem spiritu suscipiet gloria. & uide Luc. de Pẽ. ĩ l. humiliorib⁹. C. de susce. libr. x.

QVinquagesimatertia conside. Gloriæ cupiditas est frequẽs, & quotidiana, ita, ꝙ nemo est q̃ eã non desideret, teste Valerio lib. 8. dicente. Neminem esse tam humilẽ tanq; abiectæ conditionis, quẽ gloriæ dulcedo nõ demulceat, & tangat. quẽ refert Lucas de Pen. in l. 2. in 2. col. C. de his qui sponte munera publica subeunt. vbi ẽt ad hæc plura alia dicta allegat, & ẽt Cicerone in Tusculanis qõnibus, asserente, ꝙ honos alit artes, oẽsq; ĩcẽdimur ad studia gloria laudis. & ex 1. officiorũ. lib. eiusdẽ. Vix inuenitur qui laborib⁹. susceptis periculisq; aditis non quasi mercedem rerũ gestarũ desideret ꝑter hanc gloriꝫ, & laudis. & Balb. in sua dialogo post Cice. Oẽs studio laudis trahimur, & optimus quisque maxime cupiditate gloriæ incẽdit̃. An erit qui velle recuset os populi meruisse, ait Persius, satyra prima, & Horatius in sermonib. lib. 1. Sed fulgente trahit cõstrictos gloria curru, Nõ minus ignotus generosis. vnde Socrates solitus erat dicere, viam ad gloriam ꝓximam eẽ, & quasi cõpẽdiariam: qđ ĩtelligit̃, si quis id ageret, vt qualis haberi vellet, talis eẽt, aliàs fortis est magnanimi viri gloriã nõ appetere: sed sola suorum rectè factorum conscientia contentos esse. vnde cõiter dr̃. Sæpe viris maior gloria spreta redit, ut dicit G. Benedicti in sua repet. c. Rayn. in uerbo, cõdidit. primo nu. 51. de testamen. & propterea dicit Chrys. hom. 4. Si gloriari cupis, gloriam despice, & omnibus gloriosior eris.

Sed quicquid sit gloria, & honor, sunt de genere delectabilissimorum, quia fit fantasia vnicuiq; qui honoratur, ꝙ sit talis, vt dicit Arist. 2. rethoric. allegatus per Luc. de Pen. in l. ij. C. de proximis sacrorum scriniorum. lib. 12. dixi supra.

QVinquagesimaquarta cõside. Hinc Beroald. in suo trac. de fęlicitate, vbi quęrit, An gloria sit summũ bonũ, sic ait. Quantò honestior videri debet sñia illorum qui summum bonũ fęlicitatẽq; in honore, & gloria collocauerunt, vr̃ fermè hæc fuisse summa boni in summis Imperatorib. Romanorũ, Græcorũ, Barbarorũ, qui voluptates oẽs cõtempserunt, qui dies, noctesq;, in laborib. militarib. exãthlauerũt, qui vigilarũt, sudarũt, alserũt ob hoc solũ vt gloriosi viuerẽt, gloriosiores morerent̃, de quib. illud est poetæ Satyrici. Ad hæc se Romanus grauisque & Barbarus Induperator, Erexit, causas discriminis atq; laboris. Inde habuit, tanto maior famæ sitis est quã virtutis. In Romanorũ laudẽ dicit Salustius. Laudis auidi, pecuniæ liberales erant: gloriã ĩgentem, diuitias honestas volebant. Hanc gloriam, vt inquit eleganter diuus Augustinus, ardentissimè dilexerunt, propter hanc viuere voluerunt, propter hanc, & mori non dubitarunt, cæteras cupiditates huius vnius cupiditate presserunt.

Hæc gloria veluti finis fęlicitatis, Fabios, Marcellos, Africanos, Cęsares, incitauit, inflamauit, stimulauit ad res magnas forti animo capessendas. de hac cecinit Valerius Flaccus.

Tu sola animos mentemq; pararis gloria.

Hāc Silli⁹ Italic. facẽ honestæ mẽtis, appellat, cũ ait;

Abripuit traxitq; virum fax mentis honestæ Gloria. Et, vt ait idem Sillius.

Mortales ad laudem, & gloriam geniti sunt.
Ad laudes genitum capiat si munera diuum.
Felix ad laudes hominum genus.

Scribũt historici, ꝙ Themistocles Atheniẽsis noctu ambulabat ĩ publico, q̃ somnũ oculis capere nõ posset: q̃rẽtibus q̃ huiusce vigiliæ causam, r̃ndebat. Melciadis Tropheis, & gloria se ex somno suscitari.

Demosthenes oratorũ apud Grecos clarissimus valdè lętat⁹ est gloriæ susurro, qñ anus Attica aquã ferens, ita alteri insusurrauit, hic est ille Demosth.

Ale. q̃ ex reb. gestis nomẽ Magni sibi inuenit pectus insatiabile laudis fuit, q̃ plusquã par sit sititor glĩæ, Anaxagora referẽte ĩnumerabiles eẽ mũdos ex authoritate Democriti ꝑceptoris. Heu me miserũ, ĩq̃t, q̃ ne vno q̃dẽ mũdo sum potit⁹. Hinc exit illud.

vnus Pelleo iuueni non sufficit orbis.

Hinc cõtrouersia illa est apud Senecam famigerata; Alexãder orbi terrarũ magnus est: orbis, Alexandro angustus est. Idẽ cum in Sigeo ad Achillis tumulũ adstitisset. O fortunate, inquit, Adolescens, Qui tuę virtutis præconem Homerum inueneras. Quod apud Sillium, versibus modulatis sic expressum est,

Felix Aeacida cui talis contigit ore,

Gentibus ostendi, creuit tua carmine virtus.

Cesar cum apud Herculis templum in Hispania res gestas ab Alexandro (vt inquit Plutarchus) cōtēplaretur in pictura, ingemuit illacrimauitq; veluti ignauiā suā ptæsus, q nihil tū memorabile à se actū esset in ea ætate, qua iā Alexāder orbē terrarū subegisset.

Hannibal Pœnorū ille inclytissimus Imperator apud Sillium, alloquens milites in pugna Cannēsi, mercedē laborū suorū solam gloriam eē vult. Sic.n. inquit: Mihi magna satis sat vera superque bellandi merces sit gloria, cętera vobis vincantur.

Quid multa? nō solū magni ī re militari duces, & egregij in administratione reipublicæ ciues gloriam inhiant, & amplexant, sed ēt scriptores fermè omnes hāc gloriam veluti premium vberrimum suarum lucubrationum spectare videntur. Illi quoq; philosophi qui libros scripserunt de gloria contemnenda, sua nomina in titulo inscripserunt, & in liminari pagina lectitari voluerunt.

Quid? nonne, & opifices ipsi gloria ducti nobilitari volunt? vt de Phydia infra dicemus, in 2. consid. post istam, qui nomen in clypeo Mineruæ inclusit.

Sauros quoq; & Batrachus sua impensa construxisse produntur templa octauis porticib. inclusa, inscriptionem sperantes: qua negata, hoc tñ alio mō vsurparunt, in colūnarum.n. epistylijs insculpserūt Ranā atq; Lacertā tanq̄ noium eorū argumēta. Sauros.n. Grecè Lacerta, & Bathracos, Rana signat.

Quid.n. ipse Beroaldus in dicto opere de seipso, quoniam libet & sibi, vt de se aliquid attingat illud Horatianum assumendo.

Gaudeo quod spectant oculi me mille loquente.

Hinc est quòd etiam alios insequendo nomē suū in operibus suis intitulauit.

Sed an hoc licitum sit, & fieri possit tractat amplę Io. An. in suis mercurialibus, in vlt. q. quę est multū notabilis, & singularis, & quam statim in fine huiusce partis positurus sum.

Plures alij sunt qui posuerunt felicitatem in gloria, elatione, & ambitione, quos enumerat Textor Niuernēsis in sua officina, ī c. gloriosi, superbi, elati, & ambitiosi: quos vide, & ibi inuenies quosdam, sed non oēs, qm̄ pauci sunt q se abscōdant à calore eius.

Tandem tamen concludit ipse Beroaldus vbi supra, q hæc gloria nō videtur esse finis ille felicitatis quē q̄rimus, cū sit res caduca, & intra breue seculu flauescat, cū aliunde pēdeat, quod de summo bono credi nephas est: magis.n. in laudantibus, quàm in laudato consistit gloria, quæ nihil aliud est, quā opinatio de aliena virtute bene sentientium.

Huc adde, q philosophi, & cū primis diuus Augustinus amorem laudis, & gloriæ feruentissimum vitium esse dixerunt. hinc illud Horatianum.

Laudis amore tumes.

Hinc illa Persiana mordacitas.

Egregium cum me dicat vicinia, non credam.

Et illud:

Sed recti finemq; extremumq; esse recuso.

Euge tuum & belle.

Exclamat tragicus poeta, O doxa, O doxa, O gloria, O gloria? Quid aliud ē q̄ auriū inflatio magna? Hinc Democritus Abderites philosoph⁹ lætatus ē, q Athenis multos annos vixerit, ignotus illi urbi, Veni, inquit, Athenas, & nemo me nouit.

Anneus Seneca decenter ait: Qui vixit notus oib. ignot⁹ morit̄ sibi. Et ab Horatio luculēter dictū est.

Nec vixit malè, qui natus moriensq; fefellit.

Neminem tamen sanorum dicam virorum, qui aliquando gloriæ amore non caperetur.

Quis.n. philosophorum illius amore vnq̄ caruit? Quis vnq̄ summus Imperator, aut quis clarus miles extitit, qui gloriæ amonitu q̄cquid arduū ausus est nō gesserit? Quis tam Platonē ad tanta tanq; ardua discēda aīauit? Gloria. Quis illius discipulū Aristot. post tam multa tāq; p̄clarissima à se fermè in oī scibiliū gn̄e cōscripta magistro, & ei à quo filij loco, & honore sp̄ habitus fuisset cōtrariari, & magistri aduersari opinionib. coegit? Gloria. Inuidit p̄fectò tantus gloriæ zelus ei à quo superari solo illa ætate se posse sentiebat. Quis Diogenem (vt ad Cynicos & q summam sordidamq; inopiam pati videri volūt) ad id vitæ genus p̄duxit, vt id magis mori sit q̄ viuere? Gloria. Quis, vt finem ex philosophis demus exemplis, Epicurum summæ, & continentissimę vitæ hominem coegit quo doctior appareret, de voluptate ita differere, vt in illa summum bonum esse cōstitueret? Gloria. Quis, vt ad militares descendamus, Scæuolam regis occidēdi cupidum cum in cæde errasset manū vrere coegit? Gloria. Quis Coclitem victori exercitui solū resistere fecit? Gloria. Quis Curtiū in hyatū se proripere? Quis Mariū consuli à quo obseruabatur inuidere? Quis Syllam aduersum Marium tanta bella mouere? Quis Cæsarem armis cinctum maximam orbis partem inuadere? Quis illius ætatis Scipionem? Quis Catonē sibi manus inferre? Quis Hānibalem transire alpes? Quis Philenem fratres suos se terra obrui? Quis Alexandrum? Quis Herculem? Quis Cyrum? Quis Perseum, tanta subire belli discrimina? Quis Zophirū Persam sibi aures, & nasum secare induxit? fatebimur profectò, gloria.

Nec illud tm̄ à vera aborrētes lege egerunt. Nēpe pleriq; cū Iudæi, tum Xp̄iani sīlē eadē gloriæ auiditate peregere, & horū p̄bere exēpla friuolum eē notum est, cum ēt. s. ætatem nostram, nostræ quoq; ętatis literati omnes eadem via pergere videamus.

D. Tho. plerunq; à Ioanne Scoto suo discipulo ī de re diuina opinionibus (q̄ theologiam appellant) carpit. Identidem fecisse Thomam in Albertū, quē ob excellētiā magnum appellant, vulgata fama est.

Nostrę autem ætatis scholastici q̄d aliud in suis gymnasijs agunt, quàm, vt clariores ingenio, & doctrina se demonstrare possint?

QVinquagesimaquinta cōsid. Gloria q̄ ex virtute p̄cedit nō est fugienda, aut alteri dāda, iuxta Esaiæ dcm̄ 42. Gloriā meā alteri nō dabo. & Archi. in c. cauēdū. in fi. de pę. di. 3. & Baruch 4. Ne trades alteri gloriā tuā, & dignitatē tuā gēti alienæ. & Apo. 1. ad Cor. 9. Bonum est mihi mori, quā vt gloriam meam q̄s euacuet. c. sacerdos. circa fi. j. q. 2. & vulgo dicitur.

dit: Honorē meū nemini dabo.&c, q̄ n̄ diligit honorē suū fur ē ipsi⁹, & homicida. Et qui negligit famā suā crudelis est. 12.q.1.c.nolo. Cepola in tra. de Imper. militum eligendo. in verbo, autoritatis. Quod intellige, vt dictum est, dummō ꝓcedat à virtute. Q̄m, vt ait Valerius de istitutis antiquis, Vberrimum alimētum virtutis est honos, eximiusq; virtutis minister est, vt ait Arist. 8. Et hic. & Iustinianus in authen. de monachis. §. ordinatione verò abbatiæ. colla. 1. in quam sententiam incidit Ouid. in Pontho.

Laudataq; virtus.

Crescit, & immensum gloria calcar habet.

Et Cic. in lib. Orationum, nihil esse in vita magnopere expetendum, nisi laudem atq; honestatem: in ea autem persequenda, omnes cruciatus corpis, oīa pericula mortis atq; exilij, parui esse ducenda. Et valerius lib. 4. ti. de Abstinentia, & continentia. De publico ministerio nihil cuiquā p̄ter laude bene administrāti officio accedere debet, vt ibi de Paulo Aemilio exemplum patet, qui p̄clarè actum secum existimauit, ꝙ ex victoria contra Xerxem Persarum regem parta alij pecuniam, ipse verò gloriam occupasset, memoriamq; noīs sempiternā fecisset. Nam gloriæ cupiditas, & timor ignominiæ ad virtutem excitant, vt refert Cæsar in suis commentarijs, libr. 7. & ut ait Cice. ī orōnib. Est ī virtute ascēsus, vt is gloriā magis excellat, qui virtute plurimū p̄stet. Igit̄ rectè ex sn̄ia eiusdem Cic. 2. officiorū dicebat̄ sic; Præclarè Socrates hāc uiam ad gloriam ꝓximā, & quasi cōpēdiariam dicebat esse, si quis id ageret, vt qualis haberi vellet, talis esset. Quòd si qui in simulatione, & inani ostentatione, & ficto non mō sermone, sed ēt vultu stabilē se gloriā cōsequi posse dicerēt, uehemēter errāt. Vera. n. gl̄ia radices agit atq; ēt propagat̄, ficta oīa celeriter tāquam flosculi decidūt, nec simulatum quicquam pōt esse diuturnum, dixi hic ante.

QVinquagesimasexta consi. Gloriæ cupiditas cauēda ē, vt ait Cice. 1. offic. Eripit. n. libertatē, ꝓ qua magnanimis viris oīs dēt esse contentio, q̄m ēt, vt Sapiēs ait: Quid ualet hic mundus, q̄d gloria, quidue triūphus: Post miserum fun⁹, puluis & vmbra sum⁹. Et vt Laerti⁹ in libro de vita & morib. philosophorum testat̄, Scipio African⁹ solit⁹ erat dicere, nullam pestem fuisse maiorem, quam gloriæ cupiditatem, ex qua ob certamen honoris & glorię inimicitias maxīas inter amicissimos sępe extitisse vidēm⁹. Sitq; gloriæ cupiditas, stultitia, teste Cice. lib. veteris rheto. Et ut hr̄ li. 9. Quinti Curtij de gestis Alexādri. Auaritia gloriæ & insatiabilis cupido famæ nihil inuium, nihil remotum videri sinit. Auidi milites sunt & pecuniæ, & gloriæ simul: fortuna reb. famam p̄tiumq; constituit, & militiæ ꝓbrum plerūq; vertit in gloriam. Absit ergo gloria vulgi, vt dicit Tibul. in Elegia 10. lib. 4. q̄ quantacunq; sit, tota ē breuis planeq. inanis, & nemo nisi van⁹ falso lætat̄ honore. f̄m Policratū de nugis curialiū in suo ꝓlogo. Audi sn̄iam Frā. Petrar. Gaudeo, magnā inueni gloriam, r̄ndeo, magna in exiguo qual̄r explicent̄ nō intelliog, si tpum, si locorū angustias metiare, magnā hic gloriam nō posse esse fateberis. Nam & liquidò cernit̄, q̄nā sit hęc mortalis atq; terrenæ gl̄iæ magnitudo, si tñ p̄fulgēs & digna sit tibi gloria gaude, non q̄d habeas, sed q̄d meruisti: miserrimaq; est oīno ambitio, bonorūq; contentio, q̄m nihil laudabilius, nihil magno atq; p̄claro viro digni⁹ placabilitate atq; clementia, ut ex Cic. 1. officio. secerni potest.

QVinquagesimaseptima cōsi. Ipsa gloriæ cupiditas, & honoris cōcupiscētia multos pessundedit, seu decepit. Nonnullos. n. legimus, qui à parētum inclyta nobilitate degenerarūt, & honore dom⁹ postposito, ad vilia officia conuolarunt: vt refert Valeri⁹ ti. 8. de cupiditate gloriæ, de Quinto Fabio Romano, qui derelicta clara, & nobilissima Fabiorū secta, pictor effect⁹ fuit, vt nomē suū in publico pingēs faceret æternū, de claro gn̄e faciēs se sordidum.

Alios verò qui de statu īfimo deitate gloriari volentes, ausi fuerūt in vertice deorū noīa sua includere, vt de Phidia statuario legit̄ apud eūdem Valeriū eisdē lib. & ti. & apud Cice. lib. 1. Tuscula. q̄nū. qui clypeo Mineruæ effigiē suam inclusit, ita inseparabiliter: qua cōuulsa, tota operis colligatio solueret̄, rememorās luciferum qui dixerat. Ponam sedē meam ab aq̄lone, & ero similis altissimo. de quo Esa. 14.

Alios verò qui seipsos īterfecerūt, tū Empedoles, ut refert Textor in sua offici. c. arrogantes, sup̄bi, gloriosi, ambitiosi. & in c. qui se occiderūt, & videas plures casus, in quib. ambitio multos decepit p̄ Texto. ī d. c. arrogantes, superbi, gloriosi, ambitiosi.

Cæteros, verò q̄ cū virtute gl̄iā, & famam assequi n̄ possent, scelerib. insigniq, maleficio innotescere n̄ dubitarunt, vt de Pausania nobili adolescēte, q̄ Philippum Macedoniæ regē Alexādri Magni p̄rēm interfecit, vt tali p̄ricidio imortalitatē sibi cōpararet.

Et de Phegio seu Herostrato, qui gl̄iæ cupiditatis templum Dianæ incēdit, & cōburi fecit, ut sui noīes memoria obl̄rari nō posset, atq; ꝑpetuaret̄, vt refert hæc duo exēpla Valerius loco quo s̄. & multa alia ibi videre poteris, q̄ demonstrant non solum in magnis viris, sed etiam in alijs effectus gloriæ affuisse. vide Textorem in loco supra allegato.

QVinquagesimaoctaua consi. Nihil apud dn̄andi, & p̄sidēdi cupidos ꝓbitatis aut fidei est, quod multis exemplis demonstratur, & ostenditur.

Et primò Cayn libidine dn̄andi, & p̄sidēdi, & ut sol⁹ dn̄aret̄, & præesset cœteris, ac p̄dam suam liberius exerceret, fratrem suum Abel interfecit, ut hr̄ Gen. 4. vnde Proba mulier in suo centone ait.

Tūc gemini fratres adolent dum altaria cædis.

Alter in alterius prælato inuidit honore.

Etiam hr̄ Paralipomenon 2 1. c. Ioram enim fili⁹ Iosaphat regis Iuda gladio sex fratres suos occidit, vt bona eorum possideret, & regnum suum ampliaret, solusq; dn̄aret̄, atq; illi soli honor tribueretur.

Refert ēt Orosi⁹, ꝙ Romul⁹ fratrem suū Rhemū interfecit, vt regnaret solus, & tot⁹ honor eidē cederet. & ēt hr̄ j. Mach. j. & 2. c. ibi: Surrexerunt in Hierusalē filij Belial introducentes ritum gentium. vbi hr̄ ꝙ Iesu & Ioā. qui de principatu futuro & dn̄atione p̄cæteris hēnda cogitātes ex eo ꝙ Onias primogenitus Simonis sacerdotum principis liberis careret, vt vnus

vt vnus alterum perderet, Deo Israel penitus derelicto ad Antiochum regem Assyriç se contulerit, ritũ prophanum in ciuitate Dei initiantẽ: ex quo tanta succedit tribulatio, vt ibi habetur plene.

Et etiam hr̃ de Ethecle, & Polynice fratrib. quibus œdipus rex Thebarum eorum pater reguum alternis annis regendum dimisit: verùm cum Etheocles maior natu, anno peracto fratri cedere noluisset, cupiditate dominandi, motum fuit ꝑpterea bellum, contractis denique vtriusq; copijs, ambo mutuis se vulneribus interfecerunt.

Virgilius in culice.

Ac discordantes Cadmeo sanguine fratres,
Iam truculenta ferunt infesta lumina, corpus
Alter in alterius iamq; aduersatur, vterque
Impia germani manat pro sanguine dextra.

Athila rex Pannoniæ reuersus è Gallia Budam fratrem (qui regnum occupauerat) vt dominaretur, de medio sustulit.

Anthiocus magnꝰ Seleuci filius mortuo p̃re, fratrẽ vita exuit, vt solus principaret & regno frueret.

Fernandus rex Castellæ Sãctij filius Garsiam fratrem regem Nauarrç peremit, vt Nauarram ipsam suo adiiceret regno, vsq; adeo libido principãdi nõ præscripsit sibi modum.

Nempricus filius Maddam rex Britãniæ Malym fratrem exuit vita, vt eo mortuo principaretur.

Cunedagius quoq; non alia ratione fratrẽ Morganum occidit, quo tempore Roma condita est, vt refert Volaterranus.

Cansignorus veronensium princeps moriens, Antonium, & Bartholomæum filios reliquit heredes, quorum Bartholomæus Antonium fratrem à medio sustulit, quem in principatu consortem aut parem, ferre non poterat.

Cambysi Persarũ regi visus est ꝑ quietẽ nuntius adesse, dicẽs Mergidẽ fratrẽ solo sedere regio, qua ille visione cõsternatus Prexaspẽ p̃sam ad eum interimendum misit. Trogus, & Herodotus authores.

Canis grãdis Veronensium princeps fratrem Erigamũ (qui dũ abesset Veronam inuaserat) foris reuersus obsessum vicit, victum morti dedit.

Perinus Fregosus Genuẽsium princeps, Nicolaũ fratrem doctrina moribusq; insignem ob suspicionẽ principatus affectati interfecit.

Pinus Ordelaphus Foroliuiensis, vt solus regnaret, Franciscum fratrem trucidauit, eius liberis in exilium missis. author Volaterranus.

Ptolemæus Philadelphus Argeum fratrem (à quo insidias parari sibi intellexerat) interfecit, & alteri fratri Mage nomine (qui Cyrenis imperabat) vt solus imperaret, bellum indicit.

Franciscus & Ludouicus Gõzagæ, Vgolinum fratrem simulata amicitia ad cœnam inuitatum adorti sunt, & interfecerunt: sola ad facinus inuidia moti, ꝙ Guido Gonzaga pater, Mantuanorum dux, ei soli principatum reliquisset.

Frotho Danorum rex trex habuit liberos, Haldanũ, Roem, & Scatonẽ, quibus mortuo p̃re æqua incessit regnãdi cupiditas: quo factũ est, vt Haldanus natu maximus duos iuniores interfecerit, & regnũ patricidio susceperit. autor Saxo grammaticus.

Feugo quoq; Horuendiliũ Danorum regem fratrem suum insidijs circumuenit, atq; ubi patricidio datus est locus, cruenta manu funestam mentis libidinem satiauit, vt eo mortuo regnaret.

Herminefredus Bertharium fratrẽ vi oppressit, vt ibi soli trãquillius, & securius apud Thoringos liceret regnare. autor Gregorius Turonensis.

Orta inter Dardanum, & Iasiũ contentione, Dardanus superior fratrem peremit: adeo cõsortem nescit potestas, adeo rara est in necessarios charitas, vbi illa dominandi libido mentes hominum titillat.

Bela rex Pannoniç Polonorum copiis instructus, Andream fratrem bello aggressus est, partaq; victoria interfecit uictum.

Tiphon Aegyptius fratrẽ suum Osyridem peremit, inuidia accẽsus, autores Berosus & Seneca de sacris Aegyptiorum. Diodorus item, competum est (inquit) Osyridem Aegypto iuste regnãtem à Tiphone fratre impio ac nephario interemptum, quẽ in sex, & viginti partes dissectum, cuilibet eorum qui tanti sceleris participes fuerant, partem dedit, ut ipsos defensores custodesq; regni fidos haberet.

Henricus cognomento Clericus Anglorum rex, Robertũ fratrẽ hostẽ habuit, quẽ in bello captũ, oculis primum auulsis, in carcerem detrusit, ac demum pedore, & inedia ibidem emori fecit. Volaterr.

Ludouicus XI. Francorũ rex contra ducẽ Aquitaniæ fratrẽ suũ bellum mouit, quo tp̃e mortuus est.

Orodes Phraatis filius, Parthorũ rex, Mithridatẽ f̃m fatrẽ suũ obsedit Babyloniæ, factaq; deditione i cõspectu oĩum quamuis supplicẽ, interfecit. Deus te perdat ambitio, quæ fratres armas in fratrũ uiscera, quæq; securum à nato non sinis esse patrem.

Iugurta Manastabilis filius nothus, fratres suos Adherbalem, & Hiẽpsalem Nicipsç patrui sui filios interfecit, vt solus Numydis imparet. autor Salust.

Friola Alphõsi Catholici filius rex Hispaniæ, ab Aurelio fratre interfectus, cum ann. 12. regnasset hæc exẽpla ponit Textor in sua officina, in c. parricidæ, uer. interfectores fratrum aut sororũ. ubi multos ponit fratres, qui occiderunt fratres, & sorores.

Legitur etiam de Perpenna consule, qui regnandi cupiditate Sertorium inter epulas incautum occidit, ut solus in Hispania principaretur.

Amuliꝰ Numitorẽ, Artabanꝰ Xerxẽ, Athalia uniuersum Dauidis semẽ ĩterfecerũt, ut apud suos dñarẽt.

Spitigneus rex Boemorum dominandi libidine bellum gessit cum fratre Vratislao.

Eraclius Focam interfecit, ut solus imperaret.

Constantinus Imp. Irenem matrem expulit, ut solus imperaret. hæc exempla ponit idem Textor in sua officina c. arrogãtes, superbi, gloriosi, ambitiosi.

Refert etiam Gaguinus lib. 1. c. antepe. ꝙ ĩ regno Franciæ post Clodouæi regis obitum, cui quatuor liberi successerunt, duo ambitione dominandi & regni usurpandi, ut reliqui præferrentur, occisi sunt.

Hæc. n. gloria uĩ multa attulisse incõmoda, & dãna & angelicç naturç, ut hr̃ đ Lucifero q uoluit fieri

simil's

filiis altissimo, vt hr Isa. 14.& d humana natura. Gē. 3. Eritis sicut dij sciētes bonum & malum. ex quo vr ꝙ gl'ia nō est multum ap petenda: qm̄ ēt scriptū est. Ne glorieris in crastinum, ignorans quod superuentura pariat dies. Prouerb. 28. Et hoc qm̄ homo cū i honore esset non intellexit, comparatus est iumētis insipientib. & similis fact⁹ est illis. Ps. 48. notat Archi. in c. principiū. de pœni. dist. 2. Homo. n. vanitati filiis fact⁹ est, dies eius sicut vmbra ptereūt. psa. 103. & est tex. in c. fi. §. charitas. de pœn. dist. 2. Sicut umbra sunt hoīs dies. Iob. 13. Et quasi putredo consumendus, & quasi vestimentum quod comeditur à tinea. Iob 14. c. Nec plus gloriet vnus quam alter: qm̄ vnus est introit⁹ oīb. ad vitam, & filis exit⁹. Sap. 7. & hr Eccle. 7. ꝙ sicut egressus est de vtero mr̄is nudus, sic reuertet, & nihil auferet secū de labore suo. Nescit. n. homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo cōprehendunt, sic capiuntur hoīes in tpe malo, cum eis extemplo tempus superuenerit. Eccles. 10. c. Et vt ait Cic. lib. 3. de oratore. O fallacem hoīum spem fragilemq; fortunam, & inanes nr̄as cōceptiones, q̄ mediocri spatio sæpe frāgunt, corruūt, & cum ipso cursu ante obruunt, quā portum conspicere valuerint: & semp habēda est puidentia, & consideratio futuræ mortis. Vt. n. dr̄ in vita B. Ioannis eleemosynarij, antiquitus postquam imperator coronabat, statim ingrediebant ad eum ædificatores monumentorum, dicētes eidē: De qua li metallo iubet imperium fieri monumentum tuū? ei insinuantes, ꝙ cum sis homo corruptibilis, & trāsitorius, curam habeto tuipsius, & piè regnū dispone. & hr Eccle. 14. Cum. n. morietur homo hæreditabit serpentes, & bestias, & vermes. Et omnis caro sicut fœnum ueterascet. Eccl. 28. Et vanitas vanitatū, & omnia vanitas. Eccle. c. 1. Vniuersa. n. vanitas omnis homo viuens. Psal. 88. Vnde vt habetur in lib. de contemptu mundi.

Quid valet hic mundus, quid gloria, quidue triumphus?
Post miserum funus, puluis & vmbra sumus.

Et amplissimè de hmōi gloria fugienda, vide Petrū Antrarien. in sua summa de fuga vitiorum. de quinto uitio superbię, ubi ponit in reprobationem illius gloriæ & superbiæ p l. folia uel circa, ad quē recurre in omni statu. sed quia extra ppositum, non insisto. Maxime ēt gloriari nō debet se iactando, & sic se ipsum laudādo, qm̄, ut ait Ari. 4. Ethic. Iactator maximè uituperādus est. Et Cic. lib. j. officiorū ait. Turpe est de seipso pdicare. Et, ut ait Quintil. libr. 8. de oratoria institutione. Vitiosa est iactatio, infertq; audientib. non modo fastidium, sed etiā alijs plerumq; odium. Iō dr̄ ꝙ iactator nocet non solum ipsi, sed et alijs. Et hr in c. si quis 1. q. 2. Et in cōi prouerbio dr̄, Laus in ore pprio sordescit. de quo hr in ca. si quis uerò nō obediat. 11. q. 3. & Io. de Platea in pœmio. insti. §. quorū. Et ēt hr p Apost ad Ro. j. Dicentes se esse sapiētes stulti sunt. Ait. n. Bernardus in li. de improbatione uitiorum. c. 2. Vana superborum vacuat iactātia mentem. Et iō inquit Seneca lib. 2. de beneficijs. Retrahenda inanis iactatio, res loquantur nobis tacentib. qm̄, ut hr in gl. in pœmio instit. §. cūq; hoc. & in auth. de monachis. §. sancimus. ibi: & impedimēto eorum tollerantiam. coll. j. & in authē. de qō. circa prin. ibi: utilissimè ex ipso rerū experimento. coll. 7. Opus laudat magistrū. Et Paulus 2. ad Corinth. x. in fi. ait. Non. n. qui seipsum cōmendat, ille pbatus est, sed quem Deus cōmēdat. Et unusquisq; sequi debet cōsilium Ambr. de quo 6. q. j. c. imitare. ꝙ nemo debet se iactare, ut docet de Petro qui se iactauit dicendo: Et si oēs scandalizati fuerint i te &c. & tn̄ Christū negauit. & de Dauide qui dixit, Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum. Et tamen hanc fuisse iactantiam dixit, cum dixit. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum cōturbatus. Iō nos hortat Sapiens Prouerb. 20. Laudet te alius, & non os tuum: aliena labia, & nō lingua tua. Nā ēt iactās se bono gratiam Dei effundit, qm̄ ut hr Ecc. 20. Et oīa bona pdit, qm̄ ut ait Greg. in moralib. O quā miseri sunt qui affectant laudes hoīum in semetipsis, dissipant fructus laborum: dumq; se alienis oculis ostendere appetunt, damnāt quod agunt. Hinc reprobātur opinio & actus illorum, qui cum aliquid in ecclesiis & intuitu pietatis & ecclesiæ faciunt, in eis arma sua aut insignia ponūt, quoniam ex hoc uident consequi pmium, s. gloriæ & laudis mundi, & amittūt fructum quod à Deo percipere deberent, ut notat p doc. in apost. ad Pan. in c. dilecta. extra de excessib. pl. ubi allegat Gemi. in c. duæ sunt 45. dis. qui dicit: Nota contra illos qui cum in ecclesiis quid faciunt, ibi insignia eorum ponunt.

QVinquagesimanona considerō erit, ꝙ ēt qnq; licitū est se iactare & cōmēdare de bono, fm Io. de Platea in pœmio insti. & ibi Angel⁹ in §. quorum faciendo distinctionē inter cōmendationē necessariam, utilem, & uoluntariam, notoriam, aut nō notoriam. Necessariam dicut permissam, utputa in eo qui ueniam ætatis impetrat, qui non alir admittit nisi morū suorū instituta, pbitateq; animi uitæ honestioris edoceat. l. omnes, C. de his qui ueniam ætatis impetra. & nisi commendatio sit intentio q̄rētis aut petentis, ut l. unicuiq;. C. de pximis sacr. scrin. lib. xij. Vtilem ēt pmissā, uidelicet, cū nou⁹ rector puinciæ cōmēdat se à bono regimine & iustitia, p bn̄uolentia subditorum cōsequentia. l. solent. § an̄ omnia. ff. d off. pcōs. & leg. 31. di. c. tenere debet. Volūtariā etiā notoriā pmittūt legistæ, ut in §. quorum. in pœ. insti. & C. de nouo codi. compo. in prin. Nō notoriam, dū tn̄ modica sit ēt permittunt. iuxta illud:

Nec te collaudes, nec te culpaueris ipse.
Hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis.

Ista est doctrina legistarum, in d. §. quorum, s. allegato. & uide etiam Albericum de Rosate in l. j. C. de nouo codice cōpo. Theologi uerò aliter sentiūt, & dicunt ꝙ iactare, laudare, seu commendare cōtingit pluribus modis, ꝙ tres ponunt permissos.

Primo uidelicet qn̄ quis se laudat seu commendat pp bonum ppriæ famæ, ut. s. homo possit saluare suam bonam famā. Sicut Samuel se laudauit postquā senuit coram filiis Israel, ut hr j. Reg. xij. dicens ad filios Israel. Itaq; conuersatus sum coram uobis ab adolescentia mea usque ad hanc diem. Ecce ego

præsto

præsto sum, loquimini de me coram dño, & coram Christo eius, vtrū bouē cuiusquā tulerim vel asinū, si quēpiā calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquā accepi, & contēnā illud hodie restituāq; vobis. Et post hoc subdit: Testis est mihi dñs, quia non inuenietis in manu mea quippiam mali. Sic ēt simili mō cum quis inculpat̄ iniustè, vel ēt timet iniustè inculpari, posset in tali casu in quo inculpatur, seipsum laudar̄ ad cōseruādū bonā famā suā. imo hoc casu tenet̄ ad conseruandam bonam famā suam, al's crudelis esset: cum crudelis sit qui famam suam negligit. xij. q. j. c. nolo. & glo. in prooemio decreta. in verbo, ꝓdiga. & hr̄ Prouer. 22. Melius ē nomē bonum q̄ diuitiæ multæ. & Hugo de S. Victore. Non sufficit nobis vita sancta, nisi sit bona fama. Vnde etiam dicit Aug. ꝙ sunt duo necessaria. s. consciētia & bona fama. Conscientia propter teipsum: & fama bona pp ꝓximum. Et ista commendatio qñq; ē necessitatis: quando, s. quis inculpatur de delicto, vt habetur de purga. can. per totum.

Secundò potest quis se laudare pp charitatē Dei ac illius gloriā, gratias sibi à Deo concessas, nō ad se, sed ad Dei honorē referendo. Et de hoc inquit Cypriā. in epistola ad donatum. Odiosa iactatio nō est, quamuis non iactatum esse possit sed gratum quirquid non hominis uirtuti ascribit̄, sed de Dei munere ꝑdicat̄. Sic fecit Gloriosa Virgo Maria, q̄ cecinit Luc. 1. Magnificat anima mea dñm &c. Et sequitur. Quia respexit humilitatē ancillæ suæ, ecce. n. ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Tertiò pt quis se laudare pp charitatē ꝓximi, ne scilicet scandalizet̄ pp uerba detrahētium: qm̄ ut dr̄ in c. sunt plurimi. 6. q. 1. Sunt plurimi qui vitā moresq; bonorum amplius quam debent laudant: iō ꝑmittit Deus malos in obtrectationem, & obiurgationem ꝓrūpere: vt si qua elatio ab ore laudantium in corde nascitur, ab ore vituperātium suffocetur. Qua de re quia sæpenumero de bonis viris & iustis pusilli malorum diffamationib. scandalizant̄, licitum est qñq; uirtutes aperire, sicut fecit B. Aug. qui in sermone qui legit̄ in festo eius dicit: Charitati uestræ de nobipsis hodie sermo reddēdus est. Quia. n. vt ait apostolus, Spectaculum facti sumus mundo, angelis, & hominib. qui nos amant, q̄runt quid laudent in nobis. Qui verò nos oderūt, q̄runt quid detrahāt nobis. Nos autē in vtroq; medio cōstituti adiuuante Deo vitam & famam nr̄am sic custodire debem⁹, vt nō erubescāt de detractorib. laudatores. Cuius doctrinā sequi volentes debēt seruare doctrinā, quā ponit author Rudium lib. 2. dicens.

At quisquis famam copiat retinere celebrem,
Omnibus hic studeat gratus adesse bonis.
Sit mitis cunctis, tractabilis, atq; benignus.
Subleuet vt nomen prospera fama suum.
Et si displiceat prauis non sollicitetur,
Quis nisi sit prauus nemo placere potest.
Verum profitcor, simul omnibus opto placere.
Si nequeo saltem glisco placere bonis.

Quartò etiam licitum est se laudare pro ædificatione liberorum ac ꝓximorum. Vn̄ cum B. Paulus haberet de se ꝑdicare Corinthijs ab eo ad fidē cōuersis, post recessum eius cū seducti fuissent à quibusdam pseudo ꝓphetij qui Paulo detraxerāt vt eius ꝑdicationem contemni facerēt, ipse Paulus zelo & charitate salutis eorum ductus mirabilia de se refert, ut eos ad fidē uerā reuocaret, ut hr̄ 2. ad Corinth. 11. & 12. capitulis, ubi dicit se nihil min⁹ fecisse à magnis apostolis. Et alio loco dicit, q̄ abūdantius his oīb. laboraui. Et deinde iactat se de his q̄ passus est: postmodū dicit se raptū fuisse, usq; ad tertium cœlum, & vidisse q̄ non licet hoī loqui. & dicit ēt se habere spiritum sanctum. 28. q. 1. c. sic. n. circa fi. & multa alia in sui cōmendationem, de quo hr̄ & aliis hic ante dictis p Antoninū Flor. in sua sum. 2. parte tit. 4. c. 4. §. 2. & ibi in illo titulo ponunt̄ aliqui casus ex prædictis, quē uideatis. Etiam B. Aug. dicit se parē ꝓphetis. 23. q. 4. c. ecce. & Deus se ore ꝓprio cōmendauit, dicēdo se sanctum c. tenere dēt ecclesia, 31. di. Ita dicit Albericus in d. l. j. C. de nouo codi. cōpo. & Christi actio nr̄a est instructio. c. legitur. 71. distin. ergo, & nos commendare possumus.

Quintò licitū est alicui se laudare, & cōmendare, qñ est in tribulatione, & oppressione de benefactis suis, ne in desperationem incidat. Vn̄ Iob turbatus, & ab amicis calūniat⁹ se laudauit, ut hr̄ 29. c. Ocul⁹ fui cæco, pes claudo, manus debili, & pr̄ erā quondā pauperum. Et hr̄ de S. Antonio, ꝙ cum plus deprimeretur à diabolo, plus se exaltabat.

Sextò licitum est se laudare, ut euitet̄ malum vel periculum, nō tñ deficiēdo à veritate, ꝓut fecit Paulus, qui se ciuem Romanum dixit, pp ꝙ fuit dimissus liber qui tenebat̄ captiuus. Act. 25. c. Imo ēt quo ad Deū licitū est se laudare corā eo ad sublimationē spei, & vt euitet̄ periculum, ꝓut fecit Ezechias rex Iuda, ut hr̄ Esa. 28. c. ubi dr̄. Ægrotauit Ezechias, vsque ad mortē, & introiuit ad eū Esaias ꝓpheta, & dixit ei: Dispone domui tuæ, quia morieris & non uiues. Et conuersus Ezechias faciem suam ad pariet̄ orauit ad dominum, & dixit. Obsecro dñe memento q̄mō ambulauerim corā te in veritate & corde perfecto, & qđ bonū est, in oculis tuis fecerim. Et uide ad hoc eūdē Antoninum in loco hic ante allegato.

In omnibus autem his est ꝓhibita iactātia vltra ꝑdictos, ita ꝙ semper aut est veniale peccatum, aut mortale. Veniale vid elicet in casu, s. cū aliquid dicit in sui commendationem, quod etiam est uerum, & nō iniuriatur nec Deo nec proximo, sed aut quia nō est nec necessarium nec vtile, sed cum aliquali inani gloria, & in hoc pacto pauci īueniunt̄ imunes, ut ait Greg. in 31. c. moralium. Et ista iactantia magis minuit laudis præconium si sit assidua, vt multi cupidi laudis faciunt, ut dicit Valeri⁹. Et iste septimus modus iactantiæ. De his dicetur ꝓut Cato. Nec te collaudes, &c. hoc faciunt, stulti quos gloria vexat inanis.

Octauo contingit alicui se laudare aut iactare cōtra honorē Dei, ut fecit Senacherib dicēs, ꝙ De⁹ nō posset liberare populū suū ab eius potentia. de quo habetur 4. Reg. 19. Et isto modo multi delinquunt etiam mortaliter, cum dicunt Dēm nō posse facere,

re, quin talia per eos fiant.

Nonò cõtingit aliqñ ꝙ quis laudat se in cõtume liã ꝓximi, sicut Pharisæus se laudando vituperabat publicanũ, de quo Luc. 18. & Golias dicens, Ego exprobraui agminib⁹ Israel hodie, q̃ suo ꝓprio gladio à Dauide capite trũcatus est, vt hr̃ 1. Reg. 17. c.

Decimò quis se laudãdo de bono opere principaliter, & finalr̃ vt laudem humanã habeat quã præponit Deo, peccat: & ex hoc pt dãnari, vt hr̃ de quodã Pharisæo Luc. 18. c. Qui decimas dedit, & duos dies in hebdomada ieiunauit, cũ de his bonis operib⁹ se iactauit, & in eisdẽ vanagloriã quæsiuit. Ex quo periculosum est, se in bonis operibus iactare, de sum. bo. Qui hic de bono laudari appetit, spem perdit, & gloriam mercedis in futurum non recipit. Vnde Chrysost. super Matth. O insipiens quid tibi ꝓdest illa laudatio post mortem, si vbi eris non lauderis? vñ non solum cauere debemus ne bona opera iactanter ꝑferamus, sed etiam diligenter cauere debemus, ne ĩ elatione mentis de bonis nostris extollamus: vt docet exemplo de quo habetur in sermonibus discipuli, sermone 17. vbi quædã ex supradictis extraxi, de quo amplè infra dicam.

Vndecimò cũ quis se laudat de peccato mortali, & de his loquit̃ Salomõ Prouer. 2. c. Qui gloriant̃ cũ malefecerint, & exultant in reb. pessimis. Et Dauid Psal. 51. Qui gloriat̃ in malitia. & hr̃ Esa. 3. Peccatũ suũ quasi Sodoma prædicauerũt. De quo et delicto iactationis hoc casu quomodo sit de iure puniendũ notatur in c. quàm sit. de exces. pla. vbi dicit Petrus de Anch. ꝙ de crimine laudari est crimen graue, vñ allegat Senecam de quatuor virtutib. Tam turpe tibi sit laudari à turpib. q̃ si lauderis ob turpia, & maximè reprobatur in clericis vt ibi. Imò et sapiens in sapiẽtia sua nõ debet gloriari, vt hr̃ Hiere. 9. Nõ glorietur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec diues in diuitijs: sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me.

Duodecimò cũ quis se iactat & laudat, vt aliquẽ decipiat, vt puta dicens se expertũ esse in aliqua sciẽtia, & in ea magna fecisse, alliciat hoies ad se, & ĩ manib. suis se ponãt cũ dãno, & periculo eorum. De talib. loquit̃ Ari. 4. Ethic. Turpior est, qui cã lucri se iactat, quã qui cã gloriæ uł honoris. Et ibidẽ dicit Philosophus. Iactator fingit de se maiora existere, qñq; nullius grã, i. ex uanitate, qñq; honoris & glorię, qñq; grã argẽti: & hoc casu si faciat cũ dãno aliorum, est ꝓhibitum, cum sit maximè q̃dã simulatio, cũ iactator simulat ea sibi aliqua inesse, q̃ non sunt, vel si sunt simulat esse maiora quam sint, ut ait Arist. vbi suprà. Si tñ dicat ueritatẽ & nõ deroget alijs licitum est laudare se apud eos quibus quis est ignotus, vt dicit Ber. de Bust. in 2. par. Rosarij. ser. 9. part. 2. in lr̃a E, vbi in dicto sermone multa ex prædictis dicit.

Decimotertiò dic ꝙ hmõi vanagloria seu iactantia est euitãda trib. de causis, vt amplè dicit Antoninus Flo. in sua sum. 2. par. ti. 4. c. j. §. fi. & in §. j. 2. & 3. ponit materiã inanis, & vanegloriæ q̃ dr̃ iactãtia: ad quẽ recurre. Et dicit idẽ Ant. ead. part. ti. x. c. 2. §. j. ꝙ alios laudare cõtingit quadrupłr, ut ibi p eum.

Sexagesima cõsi. Hõ nõ dẽt gloriari appetẽdo honorẽ terrenũ nõ sibi debitũ, qm̃ ad honores mũdi sine suffragio tpis aut sine merito laboris, velle ꝓmoueri, dr̃ ambitio, quæ non est permissa, cũ sit inordinatus appetitus honoris terreni & amplitudinis dignitatis c. miramur. ĩ fi. 61. di. Et iõ, ut dicit S. Tho. 2. 2. q. 131. arti. 2. & Alexander de Alis in 2. par. summæ, in tra. de ambitione, est peccatum. Quia cũ honor sit præmiũ virtutis. Arist. 4. Ethic. Ambitiosus desiderat præsidentiam, & regimen, quod non debetur nisi virtuosis, & per consequens non sibi. Imò et si esset sanct⁹, ex ambitione fit indignus. j. q. j. c. principatus. Miserrimaq; est omnino ambitio honorũque contentio, ut amplè hr̃ p Lucã de Pẽ. in l. oĩum in fi. C. de decu. lib. x. Refert Cice. lib. j. officiorũ. uñ dr̃ Eccl. 7. Noli quærere ducatum ab hoĩe, nec à rege cathedrã honoris. Et ratio potest assignari, q̃ hr̃ sapientię 5. Iudiciũ durissimum his qui presunt fiet. & dicit tex. in c. multi. 40. dist. Quicunq; desiderauerit primatum in terra, inueniet confusionem in cœlo, nec inter seruos Christi computat̃, qui de primatu tractauerit. & in c. principatus j. q. Principat⁹, quem metus extorsit, aut ambitio occupauit, & si actib. suis vel morib. non offendat, ipsius tñ initii est perniciosus exemplo. c. sicut is. j. q. 6. & habet̃ in c. in scripturis. 8. q. i. Sicut qui inuitatus renuit, q̃situs refugit, est sacris altarib. remittẽdus: sic qui ultrò ambiit uel importunum se gerit, proculdubio est repellendus. Et dñs Iesus Christus contra ambitionẽ pharisæorum inquit, Mat. xxii. Amãt primos accubitus ĩ cœnis, primas cathedras in sinagogis, & salutari in foro, & vocari ab hominib. Rabbi. Nam huiusmodi ambitio totum ferè mundum conturbat, deniq; ecclesiam destruit. c. nihil. de ele. Ambitio. n. causa est omnium malorum, & ideo vitanda, ut peccatũ mortale, vt dicit Card. in c le. 1. in 3. & 4. notab. de regularibus. & est reprobanda per eundem Car. in d. cle. ∫. & in cle. fi. de ele. Imo dicit Albericus de Rosa. in rubr. C. ad legem Iuliã de ambitu. ꝙ dispositio uniuersi quæ in prædictis vsurpat tam in brachio seculari, quam ecclesiastico mundum in malo statu in quo est ponit. & dicit text. in c. oẽs huius seculi 47. dist. Omnes huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes, sut in cœlestibus debiles. Nam pro tẽporali gloria usque ad mortem desudare appetunt, & ꝓ spe ꝑpetua, nec parum in labore quidem subsistũt, ut ibi amplè. Et dicitur per Ambrosium super Lucam. Sępe quos uitia nulla delectant, quos nulla potuit mouere luxuria, nullaq; auaritia, facit ambitio curiosos. Et ut ait Aug. super psa. i. Nõ est ferè quisquam, qui careet amore dominandi, & humanam non appetat gloraim. dixi s̃. in præfatione Imo etiam & ambitio de iure digestorum, & C. est reprobata. ff. & C. ad legem Iuliam de ambitu. Et ideo de iure nostro uidendum est nunquid liceat appetere officium uel dignitatem. Salyc. in d. l. vnica. C. ad legem Iu. de ambitu. examinando hanc materiam dicit, Aut est quęstio de iam præsidẽte & habente officium aut dignitatẽ. Et tunc, ut dicit, nõ licet eidem illud officiũ repetere, ut finito tempore statuto possit illud continuare

nuare ēt si illud p̄ci. porrectis obtineret à principe, vt d.l.j. Si tamē princeps ꝓprio motu ex priuilegio illud confirmaret, tunc illud cōtinuare, & exercere posset, vt gl. ibi in d.l. 1. Qm̄, ut dicit ibi Sali. tūc nō credit ob importunitatem petentis fecisse, nec creditur eum rempublicam, & subditos lædere, cum non sit credēdū principem cuius est ꝓprium subiectorū commoda inuestigare, illū motu ꝓprio concessisse, nisi exigente suorum expetientia meritorum. Alii āt inferiores à principe nō possent illum ēt motu proprio confirmare, nisi in defectum aliorum, in auth. de defenso. ciuita. §. fi. & in l. honor. §. fi. ff. de mun. & honorib. & in l. nemo. C. de offi. assesso. & tales q̄ talia officia petunt per ambitionē sibi continuari ēt per rescriptum principis, nisi sit motu ꝓprio, priuātur officio & pœna deportationis. d.l. 1. qđ male obseruāt officiarij nostræ ciuitatis & aliorum locorum huius patriæ, qui semper volunt singulis annis continuari in electionibus quæ fiunt, & multas ꝓsecutiones pro continuatione eorum in officijs faciunt: etiam vt plerosq; vidimus vsq; ad decennium, licet officia sint annalia, ex quo non aduertunt ad hanc legem, ideo caueant in futurum.

At verò loqr̄ ī nō p̄sidēte seu n̄ hn̄te offim̄ illud, tn̄ aut dignitatē appetēte, & tūc appetit solū morib. & virtutib. quæ operātur in illo, & hoc est p̄missum l. 2. C. de offi. recto. ꝓuin. l. liceat. C. de assesso. l. magistros. C. de ꝓfesso. & medicis. & facit l. cōtra publicā. C. de re mili. li. 12. vbi dicit. Ad honoris augmentū nō ambitione sed labore vnūquēq; cōuenit euenire. Et hic modus erat ītroduct⁹ apud Romanos, cū ī signū hui⁹ ꝙ soli virtuosi ad dignitates ꝓmoueri deberent, duo cōstruxerūt tēpla contigua in vrbe, vnū deæ virtutis, aliud deæ honoris. Ita tn̄ vt ad tēplū deę honoris nō eēt ascēsus, nisi p tēplū uirtutis. refert Aug. 4. de ciuitate Dei. & Bernardinus de Bustis in 2. parte sui Rosarij, sermone 9. litera H.

Aut quis appetit dignitatem, verbo & ꝓcuratione, & tūc aut solū vt p̄sit & reparet qđ cadere uidebat: & ei licet, & cōmodādus est. 8. q. 1. c. qui ep̄atū, & notat in l. si quēquā. C. de epi. & cle. & hr̄ ad Timo. 3. vbi hr̄. Qui ep̄atū desiderat, bonū opus desiderat. Aut vt præsit tantū, & tunc si dignitas est spiritualis, non licet nedū pretio, sed nec prece nec verbo. d.l. si quemquam. Ratio, quia præeē animab. nō licet, quas Deus oēs fecit æquales. ut in auth. de monachis. in prin. col. 1. Non tamen est, dicit Sal. ꝙ de iure canonico sit simoniacus, qui tantum preces effundit: sed in hoc casu de desiderante episcopatum aliter sentit S. Tho. 2. 2. q. 185. art. 1. ubi dicit, ꝙ in episcopatu tria possunt desiderari.

Primū est principale & finale, s. ep̄alis operatio, p quā vtilitati ꝓximorū attendit, s̄m illud Io. vlt. Pasce oues meas. & hoc s̄m se est laudabile, & meritoriū: verū, q̄a talis act⁹ ep̄alis hēt annexā celsitudinē: hodie p̄sumptuosum vr̄ ꝙ aliquis p̄cisè appetat ad hoc, vt subditis p̄sit, nisi manifesta necessitate vrgēte: quia locus superior sine quo populus regi nō potest, & si ita administretur, vt decet, tamen indecēter appetit. 8. q. 1. d. c. qui episcopatum.

Alia āt duo desiderāda ī ep̄atu sunt excellētię gradus, q̄a ep̄s sup alios cōstituit, ac reuerētia, & honor ei exhibet. Et ista appetere est p̄sumptuosum. unī inquit Chrysost. super Matth. Opus quidem desiderare bonū, bonū est. Primatū āt honoris concupiscere, vanitas. Dicit tn̄ Ang. de Peru. in l. j. C. de ambitu, ꝙ si aliq̄s fuerit electus ad ep̄atū, p̄t petere se cōfirmari, vt dicit Io. An. in c. cupientes. ver. post obtentum, de ele. in 6. Et si tales qui p ambitionem habuerunt p̄laturas remaneāt malè cōsolati, cum difficile sit, vt bono pagant exitu, q̄ malo sint inchoata ambitionis principio. j. q. j. c. principatus, cū ēt illi casum q̄rat, q̄ p ambitionē ad honoris fastigia p abrupta conscēdit. c. sicut. 44. di. & c. sicut. j. q. 6. Quid dicendū erit, de illis, q̄ tales p̄laturas emūt, aut p ꝓmissionem pecuniarū ad p̄laturas eligunt, aut alio mō ꝓmouent, taceo, & ex cā. Redeūdo vn̄ digressi fueram⁹, aut verò quis appetit dignitatem, aut officium temporale, aut publicè & palam, aut occultè & clam. Et q̄a hæc distinctio nō placet Sal. non insisto. Ideo prosequendo dic, aut dignitas non habet iurisdictionem annexam, & tunc non prece sed etiam pretio publicè, & palam petere, vel etiam clam mediāte suffragatore. l. j. in prin. & l. toties. §. 1. de pollicit. Et istud bn̄ obseruat in Francia. Qm̄ officia tp̄alia, & non habētia iurisdictionem annexā sunt venalia, sicut officia Papæ in curia Romana, vt dicit Ang. in d.l. j. Aut verò habet officium dignitatem & iurisdictionem annexam, & tunc non potest ab inferiore à principe per prece aut precio, quia præsumeretur subditos grauare, vt in authen. vt iudices sine quoquo suffragio. coll. 2. A principe aūt pōt petere & prece, cum in eo cesset lex Iulia de ambitu. l. 1. in prin. ff. ad legē Iuliā de ambitu. Quinimo & pretiō de eius potētia absoluta, vt dicit Bal. in l. Barbarius. ff. de offi. p̄t. Hoc n. prohibitum non inuenitur de iure diuino, sed tm̄ ciuili, cui princeps supremus non subest. l. princeps. ff. de legib. vnde Papa ēt si officia temporalia uendere potest, prout uēdit, ut dictum est ante, igit̄ & licet tamen non congruat honestati. Quia venditiones iustitiæ præsumptiuè dr̄ tolerare, in auth. vt iudices sine quoquo suffra. fiant. vbi est pulcher tex. prohibens venditionem huiusmodi officiorum. ex consilio vxoris Iustiniani facta est illa ordinatio, ꝙ de cętero officia iudicaturæ non vendant̄. Imo iudices deinceps faciunt sine quoquo suffr. Et de hoc ēt est ordinatio Ludouici beati, de qua mentionem fecit Gaguinus lib. 6. c. 2. & Ludouicus xii. ordinatione sua 40. quæ est approbatiua, & confortatiua aliarū ordinationum regiarū, uidelicet Caroli 7. ordinatione sua 97. Et Caroli 8. ordinatione sua 68. de quib. per d. Guil. Bn̄dicti ī sua solēni repe. c. Ray. in uer. duas hn̄s filias. vbi ponit multa alia exēpla, q̄ cā breuitatis nō īsero. Et facit, q̄a iurisdōnes & honores venales eē non possunt. d. auth. ut iudices. & l. quisquis. C. si cer. pe. Nec iustitia venalis eē dēt, Quinimò res malè agit̄, cū qđ uirtute fieri dēt, pecunia tractatur, vt dicit Tul. Cic. quē refert Bal. ī d. l. Barbarius. in ii. col. ubi ī vnaquaq; lectura amplè tractat hanc materiam, quam videas. Et facit etiam in l. bacchii. C. de murile-

murilegul.lib. 11. Quia officia vendi non poss. Et dicit ibi gl. illud esse simoniacum. facit tex. in l. lege Iulia. & in l. fi. 1. q. 1. & est casus in c. j. iuncta gl. ibi super verbo, consuetudines, de magistris. quæ dicit. ꝙ talia emere est quasi simoniacum. facit glo. in d. l. j. ff. ad legẽ Iuliã de ambitu. vbi Bar. dicit, ꝙ illud qđ canonistę vocant simoniam, legistæ vocant ambitũ, qui cõmittitur in redemptione pecuniaria officiorum: & ibi plura alia dicit dictus Benedicti, qui vltra dicit, ꝙ quicquid de iure cõi ordinationib. regiis & alio modo sit prohibitum, hodie non instamus, in istis, quia temporale, & spirituale, & ẽt oĩa, venalitati exposita sunt, & oĩa pecuniæ obediunt. Eccl. 10. put dicit Lucas de Pen. in d. l. bacchij. vbi dicit, ꝙ đ hac materia parum scribit, quia omnib. pontificib⁹, regibus, & principibus nota est plus exercendo, quã in libris studendo: ex quo nobis succedunt illa, de q̃bus in aut. vt iudices sine quoquo suffragio, & peiora, vt videmus quotidie in oculis nostris.

Imo, quod plus est, multominus licet emere talia officia, & dignitates. & ad illa ambire per pecuniã: cum ẽt non licet sola voluntate dignitatem, vel officium appetere, vel desiderare, sine peccato, vt ante dictum est. Et vt dicit Aug. lib. 9. de ciuitate Dei. Locus (inquit) superior etsi administretur, vt decet, indecenter tñ appetit: vnde sine cã, & ratione Hala magister equitum, Spurium Melium regnum Romanorum affectãtẽ occidit, vt refert Valerius lib. 5. tit. de ingratis. quod sibi fuit reputatum ad maximã reipublicę gratitudinem, & obsequiũ, & vt idem Valerius lib. 6. ti. de seueritate, ait, Par indignatio ciuitatis aduersus Spurium Cassium erupit, cui plus suspicio concupitę dñationis nocuit, q̃ tres magistri, consulatus ac duo speciosissimi triũphi profuerunt Senatus. n. populusq; Romanus non contentus eũ capitali supplicio afficere, interẽpto, domum superiecit, vt penatũ quoq; strage puniretur. In solo autẽ ędem Telluris fecit: itaq; quod prius domiciliũ potẽtissimi fuerat, nũc religiosę seueritatis monumentũ est. hęc dicit Valerius vbi s̃. Et dicit text. in l. j. C. de comitib. & tribunis scholarũ, lib. 12. ꝙ dignitates, & dñationes dependent à casu, & fortuna: qđ dicit eẽ verum Io. de Platea. in d. l. j. prout isti adhærent, aut illi, sed non in abstracto, qm̃ à Deo emanauerunt, in aut qũo oporteat epos. in princ. coll. j. & in c. solite. de ma. & obe. extra. Vnde dicit Ber. Quoties hoĩbus præsse desidero, Deum meum pręire con tendo, & tunc non sapio quę Dei sunt. Pariter dicit Chrysos. super Matthęum, Quicũque desiderauit primatũ, ĩ terra, inueniet confusionem in cœlo. c. multi. 40. di. & dixi s̃, quod nobis Christus etiam ostendit, q̃ aufugit cũ eũ regẽ facere voluerunt. Ioan. 6. ob quod dicit Apostolus ad Hebr. 5. Nemo sibi assumat honorem, nisi qui vocatus fuerit sicut Aarõ, sic & Christus non semetipsum clarificauit, vt pontifex fieret, sed qui locutus est ad eũ: Filius meus es tu, ego hodie genui te, quemadmodũ, & alibi dr̃. Tu es sacerdos in ęternum secundum ordinem Melchisedech.

Et de multis qui regna, & dignitates respuebant, refert G. Benedicti in sua repe. c. Rayn. in verb. duas habens filias, extra de testamẽtis, vt de Numa Pompilio, prout refert Plutarchus de Scipione Africano vt etiam refert Valerius lib. 4. ti. de moderatione animi, qui recusauit statuas, & stẽmata in comitio, in rostris, in sella deniq; Iouis capitolini. Et Marcus Fabius, vt ait Plinius lib. 2. Oblatũ à senatu triumphũ laudabili animi modestia contempsit. Deniq; Caius Claudius Nero, ſm Liuium lib. 7. decados 3. Triumphum à senatu decretum cum Liuio consule recusauit, Liuiũq; triũphantem equo sequutus est. Cato ẽt (Plutarcho teste in vita eius) nullã sibi passus est statuam poni, inquiens, malle vt posteri interrogarẽt, cur Catoni nõ posita esset statua, q̃ cur posita esset. Et de Labeone q̃ noluit cum offerretur ab Augusto cõsulatus quo subiectus fieret, & honorẽ susciperet, vt l. 2. §. post hũc. ff. de orig. iur. vnde Valerius tit. 5. de indulgẽtia patrũ ĩ liberos. Lęti erãt q̃ regna deponebãt, & tristes cũ dabant. đ q̃b. ibi p eũ amplè.

De huiusmodi materia ambitionis amplissimè p Antoninũ Flo. in sua summ. par. 2. lib. 3. c. 5. vbi amplè, & alto stylo tractat hãc materiã: & ibi ponit, An sit licitũ appetere honores. §. j. & 2. & in §. 3. an sit licitũ appetere epatum, vbi declarat. c. q̃ epatum desiderat. s̃. allegatum. & in §. 4. vtrum licitũ sit appetere honores, & alias dignitates ecclesiasticas seu officia, vel bñficia curata infra dignitatẽ epalem, & in §. 5. & quid de officiis, & dignitatib. secularib.

Sexagesimaprima cõñ. Licet vt hic ante dictum est non liceat ambire, seu appetere dignitatẽ, aut officiũ, tñ ẽt aduertẽdum est, ꝙ vbi licitũ esset appetere officium, homo contentus esse debet, vno, nec duo officia petere aut tenere potest. tex. est ad literam in l. j. C. quemadmodum ciuilia munera indicuntur, lib. 10. & habetur in l. quisquis. C. de cohartalibus, principib. & c. lib. 12. Vbi Bar. dicit, quod duo etiam officia non licet simul habere. & Iacobus Rebuffi. in d. l. j. C. quemadmodum ciuilia munera. & in l. ęternam. C. de murilegulis, libr. 11. & l. vnica. vbi idem Iacobus. C. quib. ad conductionem prędiorũ fiscalium accedere non licet. lib. 11. Nec etiam duos honores. l. libertus. §. pręscriptus ad munera. & l. fin. C. de assessorib. & l. qsq̃s. C. de proximis sacrorũ scriniorũ. lib. 12. Nec etiam duas militias. l. his quidã. §. in posterum. C. qui militare non possunt. lib. 12 Et dicit Lucas de Pẽ. in l. j. C. de primicerio. lib. 12. Quia vnum solum officium vix dignè q̃s potest implere. c. 1. de consuetudine. lib. 6. & quod ibi notat Archidiaconus: & ibi plenè p eum, quem videas. Et istud obseruatur in regno Francię, quòd quis non potest tenere duo officia principis sine dispensatione. Hinc Quintius Mutius Volusij auditor homo quęstori⁹ nolut, vltrà proficere, cum Augustus illi etiam consulatum offerret. l. 2. §. Seruius autem. versi. fuit eodem tempore. ff. de origine iuris.

Et apud Francos Gaguinus, lib. 9. c. 3. refert, quòd cum Ioannes Solleuillus hõ sine cõtrouersia erudit⁹, & iust⁹, duo gubernacula ĩ vrbe Parisiẽsi gessisset, nõ ĩscius quãtę solicitudinis erat vtriq; officio inseruire, regẽ Carolũ VI. adiuit, enarrãs curas q̃ bino magistratũ incumberẽt, alteri, vix se satis posse orare, vt

se vno abdicare posset: deputatur in eius locũ Ioan. Iuuenellus inter parlamenteos aduocatos boni nominis, & ꝓbitatis vir. hæc recitat Guilelmus Benedicti in sua repe. c. Raynutius. in verbo, duas habens filias. extra de testamentis.

In spũalib. aũt quõ non licet appetere plura bñficia, vide in c. de multa. de præb. extra in cle. cum plures. eo. ti. in extrauaganti execrabilis. eod. ti. non insisto: quia non est præsentis speculationis.

SExagesimasecunda cõsideratio circa virtutẽ erit, ꝙ virtus vocata est ex eo, ꝙ suis virib. nitens non superetur aduersis, ẽm Boetium, tertio de consolatione. prosa vltima. Vel virtus est, quæ bonũ facit habentẽ, & opus eius bonum reddit, vt hr̃ 2. Ethic. vel vt dicit Lucas de Penna in l. vnica. C. de metropoli. Beryto. in 3. col. dr̃ etiã virtus, vt hr̃ in libro de spũ, & anima: mentis habitus bene institutus. vel virtus est bona qualitas mẽtis, qua rectè viuitur, qua nemo malè vtitur, qua deus qui nobis sine nobis operat. Et vt ibi dicit sunt septẽ virtutes, tres theologicæ: scilicet fides, spes, & charitas; & quatuor cardinales, iustitia, fortitudo, prudentia, & temperantia, de quib. ibi videre poteris per eum: & infra in fi. in 25. consideratione dicetur.

SExagesimatertia consideratio. Virtus est effectrix vitæ beatæ. hinc Horatius. Ad summam sapiens, vno minor est Ioue, diues, liber, honorat⁹, pulcher, rex deniq; regum. Et, vt ait Seneca in libro ad Galionem de vita beata. Altum quiddã est excelsum, & regale, inuictum: infatigabilem virtutẽ in templo inuenies, in foro, in curia, pro muris stantẽ, puluerulẽtam, coloratam, callosas habentem manus, huic sententiæ subscribit Silius, à quo virtus ita describitur.

Frons hirta, nec vnquam composita mutata coma,
Stans vultus & ore :
Incessuq; viro propior lætiq; pudoris.
Celsa humeros, niueæ fulgebãt stamine pallę.

Et ait Ouid. Inuia virtuti nulla est via. Horatius verò virtutẽ sic diffinit. Virtus est vitium fugere, & sapiẽtia prima stultitia caruisse. Lucilius satyræ conditor, virtutem his versibus enarrat.

Virtus est homini scire id quod quæq; habeat res.
Virtus scire homini rectũ utile quid sit honestum.
Quæ bona, quæ mala, itẽ quid inutile turpe inhonestum.
Virtus quærendæ rei finem scire modumq;.
Virtus diuitiis pretium persoluere posse.
Virtus id dare quod re ipsa debetur honori.
Hostem esse atq; inimicũ hoĩum morumq; malorum.
Contra defensorem hominum morumq; bonorum.
Hos magnificare, his bene uelle, his viuere amicum.
Commoda præterea patriæ sibi prima putare.
Deinde parentum, tertia iam postremaq; nostra.

Et vt ait Plautus in Amphitryone. Virtus omnibus rebus anteit ꝓfectò: libertas, salus, vita, res, parẽtes, patria, & prognati tutantur, seruantur: virtus oĩa in se habet. Omnia adsunt bona quẽ penes est virtus. Seneca lib. Epl̃arum 9. ad Luciliũ: Virtus (inquit) est recta ratio. & Augustinus; Virtutem artẽ esse bene viuendi. Vnde Horatius. Vilius argentũ est auro, virtutibus aurũ: Virtus est mediũ vitiorum, & vtrinque redactũ. Cicero putat in Tuscula. q̃stionib. ad benè viuẽdũ satis posse virtutẽ, cui astipulatur Silius. Ipsa quidem virtus sibimet pulcherrima merces. & Claudianus decẽter his versib. virtutẽ describit. cum ait,

Ipsa quidem virtus pretium sibi solaq; late.
Fortunæ secura nitet, nec fascibus vllis.
Erigitur, plausuve petit clarescere vulgi.
Nil opis externę cupiens, nil indiga laudis.
Diuitiis animosa suis immotaq; cunctis
Casibus ex alta mortalia despicit arte.

Et ait Horatius.

Virtus repulsæ nescia sordidæ Intaminatis fulget honorib. hæc Beroaldus in sua declamatione de excellẽtia Philosophi, medici, & oratoris. & ibi an virtus sit summa felicitas de p se, quõ virtutes naturaliter appetũtur, & de multis alijs circa virtutem vide in Sophologio Sapientiæ. c. 1. 2. 3. & 4.

SExagesimaquarta cõsideratio est. Virtutis vberrimũ alimentũ est honor, teste Valerio, de Institutis antiquis lib. 2. & Aristo. 8. Ethico. & in auth. de monachis. §. ordinatione. collatio. j. & vt ait Franciscus patritius lib. 3. de institutione reipublicæ tit. 6. virt⁹ secũ semper habet comitem honorẽ, veluti corpus vmbrã, laudataq; crescit. vide quæ supra dixi in 3. & 5. cõsiderationib. Et ipsa virtus est animi habitus naturæ modo rõne consentaneus, habens in se plures partes, vel est affectio constans cõueniensq;, laudabiles efficiens eos in quib. est, & ipsa per se sua spõte separata etiã vtilitate laudabilis, & ex virtute gloriosus, efficitur: quoniam bonorum laborum gloriosus est fructus, vt habetur Sapientiæ c. 3.

Ex quib. satis constat virtutẽ esse prçambulã ad honorẽ, laudem, & gloriã: & virtus est quę extollit hoĩem, & super astra mortales collocat. Seneca epl̃a sua 88. Imo hoĩes dij dicuntur fieri propter virtutũ excellentiam, Arist. 4. Ethico. Virtuti enim pfecte non fiet cõdignus honor. Idem Arist. Ethicorum. Honor est pręmium virtutis, & præmia virtuosis danda sunt l. 2. C. de statuis, & imagi.

SExagesimaquinta consideratio. Quod pp virtutẽ multi ex infimo loco ad regnũ peruenẽrũt, vt habemus de Saul, qui pascebat asinas. j. Regũ 9. & Iosephus lib. 6. antiquitatũ. c. 4. & Dauid oues, vt ibi 16. c. Iosephus eod. lib. c. 9. & tamen iuuenes ambo reges facti sunt propter virtutem.

Ortus Tullij Hostilij, vt Valerius ait lib. 3. tit. de his, qui infimo loco nati clari euaserunt, nunq̃ nisi agreste tugurium habuit, cuius parentes penè incogniti sunt, illiq; diu pecoris pascendi cura fuit, postea verò Romanum Imperium rexit.

Ventidius bassus adeo sordido natus est loco, vt victum ægrè sibi quæreret adolescens. demum tamẽ cum in Caij Cęsaris beneuolentiam introrepsisset, eius patrocinio, & fauore factus est primum tribunus plebis, mox pretor, inde pontifex, & consul ad extremum: qui prius curandis mulis victũ sibi quæritabat, eo cõscẽdit glorię, & autoritatis, vt primus subegerit Parthos, ac de his triumphauerit. cui eius gloriæ vsq; adeo inuidit populus Romanus, vt sequentes in eum versiculi vulgò iactati sint.

Concurrite

Concurrite omnes, augures, aruspices.
Portentum inusitatum, conflatum est recens.
Nam mulos qui fricabat, consul factus est.
Author Gellius lib. 15. c. 4.

Quintius Cincinatus cum agrum coleret, sudore deserto prætextatam accepit togam, & ab aratro cōscendit ad dictaturam.

Tullius quoq; Seruius, verna & ancillæ filius Romanis principatus est pp virtutes. Pariter Atthilius ab aratro uocatus, & Constantinus ex pauperrimo, postq̄ Helenam duxit in vxorem, ac Theodosius primo stabulari⁹, Imperatores, ac vitæ merito facti claruerunt: quæ etiam Helena inter Britannos humili loco orta est. De Marco portio Catone refert Valeri⁹ loco s̄. allegato, qui apud Tusculanum uicū agresti Tugurio natus, illius tāta fuit in vrbe dignitas, vt Senatorum ordinem auxerit, ipsam quoq; Senatus maiestatem suo splendore decorauit. Orosio referente nōnunquā Caium Marium humi super crepidinem iacētē, à parētib. infimis penè sordidissimū ortū traxisse nouimus, tñ secundum Romæ triumphū egit.

Telephantes cum antea currus factitaret, tādem rex Lydorum factus est.

Agathocles è figulina pr̄is officina ad regnum Siciliæ puenit. uñ apud Ausonium sic inducit loqués,
Rex ego qui sum Sicaniæ, figulo sum genitore sat⁹.

Tamburlanus à tenera ætate Porcarius, Scytharū rex effectus fuit, refert P. Bergomēsis, lib. 14. sui supplementi chronicarum.

Lamissio infans in Piscina repertus Lombardorū rex fuit.

Narses eunuchus è Chartulario patritiam consecutus est dignitatem, & totius Italiæ principatū, vt refert Bergomensis, lib. 10.

Ptolemæus filius Lagi ex Gregorio Alexandri milite factus est rex Aegypti, refert Bergomen. li. 7.

Valentinianus Imperator patrem habuit funes torquentem.

Mauritius Cappadox è famulo, & excubitore Imperium adeptus est post Tyberium secūdum. refert idem Bergomensis, lib. 10.

Primislaus rex Boemorum ab ineunte ætate bubulcus erat, & armentarius.

Hyperbolus Chremidis filius, qui prius lucernas factitabat, Athenis tandem principatus est.

Darius Histaspis filius Cyri primum extitit Pharetrophorus, & lictorio functus est munere, rex postea Persarum factus.

Macedonum rex Archelaus natus est Symiche matre serua.

Mandro fuit quispiam, qui ex nauiculario factus est Imperator. hinc adagium fuit: & Mandroni ficulna nauis.

Bonosus Imperator filius fuit Pædagogi literarij authore Vopisco.

Gordius ab agricultura ad Imperiū euectus est.

Lycastus & Parrhasi⁹ à Philonomia matre expositi, & à Tilipho pastore nutriti, Archadiæ regno tandem præfuerunt.

Sadragesillus Dagoberti pędagogus è ludi magistro dux Aquitaniæ.

Cornelius Sylla ex Nicopolis meretriculę sinu assumptus, super Cymbricos Marij triumphos septēque consulatus Imperijs, dictaturisq; affecit.

Ioannes Zymiscen⁹ prius ludi magistrum egerat, Imperiali tamen dignitate tandem functus est.

Rhemus, & Rhomulus ex lupa nutriti, & tñ vrbis cōditores fuerūt, & regnauit Rhemus. Bergomēsis lib. 4. & hi omnes ex infimo loco, & ex paruis parentibus pp eorum virtutes ad regna puenerūt: de quib. etiam fit mentio per Cæpollam in tractat. de Impe. milit. eligend. uers. pro Imperatore. co. 12. vbi ponit iter cæteros de Pet. & Iacobo q̄ piscatores fuerūt, vt no. Io. An. in c. venerabilis. de p̄bē. in nouella.

Cœlestinus V. ex Anachoreta factus est Pontifex max. refert Bergomensis, lib. 13.

Imo ēt plures fuerunt, qui licet bastardi essent, & illegitimi, pp eorum excellentes virtutes ad apicem Papatus deuenerūt, vt fuerunt Felix, Romanus. III. Gelasius ex patre ep̄o, natione Afer. Agapitus natione Romanus, ex patre Gordiano p̄sbytero, & Osius, Bonifacius, Agapytus, & alij de quibus habetur 56. dist. fere per totum. & in c. Osius, ibidem.

Nicolaus V. natione Lunen. seu Genuen. patria, Sarzanen. humili natus loco, & professione medic⁹ ad summum tandem pontificatum peruectus. refert idem Bergomensis, lib. 15.

Innocentius VIII. ab ineunte ætate coactus est ob paupertatē famulari. & inter Alphonsi Siciliæ regis ministros victū sibi cōparare: mox tñ Sixto IIII. in pontificatu successit: & vt dicit Bergomen. li. 16. inter Cardinales erat etiam pauperior.

Pius II. ob parentum paupertatem peregrinari coactus est, & victum emēdicare, prouectior factus successit Calisto III.

Sixtus I. pastore patre natus, post Alexandrum pōtificem, ad summum pontificem conscendit. Bergomensis, lib. 9.

His annumerandi sunt Iulius Papa II. qui ex nauiculario patre, tandem cum tanta gloria effectus est summus Pontifex, quod non potest vltra dici.

Et etiam Adrianus huius nominis VI. qui Caroli Austriaci archiducis Austriæ, & Imperatoris pædagogus fuit, non ex nobili gn̄e natus, vt p vniuersum orbē euolat fama, ob ei⁹ ingētissimas virtutes, à Cardinalibus incognitus, spiritosanctu inspirāte in summū pontificē electus est. Hic vir doctissimus, & ꝓbissimus reputat: & vidi, & legi quolibeta ab ea cōposita, quæ mihi uidentur recto tramite, & recta via ordinata, & vr̄ ex suis dictis insequi veritatē, nō discurrendo p mēdicata suffragia, qui hoc anno Do. MDXXIII. in mense Septembri, migrauit in cęlis.

Plures alii p̄ter dignitates īperiales, regales, & pōtificales ex sola eorū virtute ad alias dignitates euecti sunt, vt de Demosthene fabri filio, q̄ clarissimus euasit philosoph⁹. vñ Sydoni⁹. Fabro ꝓgenit⁹, spreto cui patre polita eloquijs plus lingua fuit. Idē. Qui fabro genitore ꝓcreatus, oris maluit expolire linguā.

Aesopus tragœdus cum hystrionicam artem exerceret, & tamen euasit ditissimus.

Gadareus sophista, qui prius more medici pegrinabat, Maximiani beneficio consulatum adept⁹ est.

Adrianus, & Marcus Antoninus principes Arrianũ historicum euexerunt ad cõsularem dignitatem.

Cyr⁹ Panapolyta beneficio Theodosij imperatoris & Eudoxiæ vxoris eiusdem, præsul factus est.

T. Corruncanus è plebe fact⁹ est cõsul maximus.

C. Marius senior septies cõsul Arpinas fuit, obscura prognatus origine.

Terenti⁹ Varro sordido natus loco, tandem quæstura & duabus ædilitatibus functus est.

Ioannes Campanus, qui infans pascendis ouib. tẽpus cõtriuerat, tandẽ beneficio Pij II. ꝑsul factus est.

L. Tarius Ruffus natalium humilitate, consulatum militari industria meritus est, autore Plinio.

Euripides ex matre oleorũ venditrice, euasit poeta clarissimus.

Plures alij adepti fuerunt maximas laudes & glorias ob eorũ virtutes, quos cũ aliquibus ex supradictis enumerat Textor Niuernensis in sua officina, in cap. ꝙ ex humili fortuna clari & diuites emaserunt. Alios verò enumerat G. Bndicti ĩ sua repet. c. Raynin ver. condidit primo nu. 38. extra de testament. ꝙ cum talia ex virtute consequant, est vndique appetẽda, & amplexãda: & illa quæ in radice rationis nõ in foliis verborum cõsistit. 1. q. 1. c. marchio. & c. Basilides. quoniam, ut dixi supra, illius laus ĩ actione cõsistit, & meritò: quoniam ex ea sperãdum est pręmiũ l. vt virtutum. C. de statuis & imaginibus. cle. cupiẽtes. đ pœnis. gl. ĩ c. ecclesiasticis. 12. q. 2. Nec carere debet effectu c. vlt. de cleric. excom. ministran.

Iliam verò diffinitionẽ virtutis cum diuisione, acquisitione, duratione, cõnexione, & operatiõe ponit amplissimè Ant. Florẽ. ĩ sua summa. par. 4. ti. 1. ꝑ totum. & quę iam ꝑ Dominicum Nanium in polyanteo. in verb. victus. Et de cõmendatione virtutis dicit Lactātius, ꝙ nos facit immortales, & pares diis. vt amplè declarat Bon⁹ de Curtili ĩ suo trac. nobilitatis. ĩ scđa part. nu. 47. dicam latius in discursu materie ĩ pluribus & diuersis locis. Imo ex multis cõprobat. P. Beroaldus ĩ opere de felicitate, ꝙ virtus ẽ effectrix vitę beatę: quoniã (vt ait) seuerissimiq; philosophorum summum bonum ĩ honesto, hoc est, in ipsa virtute posuerunt: existimantes solum sapiẽtem esse omnia. vt supra dixi in 63. consideratione.

SEptuagesimasexta consid. Cum ergo ex virtute deueniat ad dignitates, faciatq; hominem gloria decorari. l. nullus. C. de decurionib. lib. 10. & Lucas de Pẽ. in l. obsistere. C. de anno. & tribut. li. 10. itq; materia hui⁹ tractatus principalis circa ordinem dignitatum intendens: videndum est quid sit dignitas, vnde dicatur, quot sunt dignitates, quibus sunt conferendæ, quę sunt priuilegia dignitatis.

Primò enim dignitas secundum Tullium secũdo rhetori. est autoritas alicuius honesta, cultu & verecundia, & honore digna. ita dicit Luc. de Pẽ. in l. obsistere. C. de anno. & tribut. li. 10. & in l. murileguli. C. de murilegulis. li. 11. Vel dic etiam, ꝙ dignitas est quicquid à principe iniũgitur, prout colligitur ex l. nemo perfectus. C. de dignita.

Hinc dicit, ꝙ cocus principis hẽt dignitatem. Romanus sing. suo 690. licet aliàs sit officiũ, tex. est iuncta gl. in l. legatis. in gl. j. ff. de leg. 3. siue artificium si sit cocus optimus. l. si q d vẽditor. §. vẽditor q. optimum. ff. de ędil. ędict. bñ facit quę dicit Ang. in. §. fi. in j. col. instit. đ excep. ꝑ tex. in l. j. C. đ mandatis principum. & in l. laudabile. C. de aduocatis diuerso. iud. ꝙ secretarii principis habẽt dignitatem. sequit Fel. in c. fraternitatis. col. 2. de hr̃ticis. sic etiam licet medici simpliciter de per se non habeant dignitatẽ (cũ obstetricibus ęq parent) tñ si sit medicus principis, habet dignitatem. Barto. in l. oẽs. la 3. C. de decurio. lib. 10. Imo oẽs famulãtes principi, vt notat in l. unica. C. de comiti. & archiadia. lib. 12. eo. quia tales habent aliquod onus eis iniunctum à principe. ita vr̃ sentire Bonus de Curtili in suo tracta. nobilitatis ĩ 3. par. nu. 54. vsque ad numerum 158. & ibi vr̃ insistere, an habẽs officiũ dicat habere dignitatẽ, ĩ quo multum ponderat cõsuetudinẽ, vel statutũ. dicã ĩfra in 8. parte, in 19. consid. ideo nõ aliter nunc insisto.

Et ista dictio dignitas qñq; ponit ꝑ fama. l. 3. C. de re militari. lib. 12. Quandoque pro conditione. l. nepos autẽ. in fi. ff. de uerb. sig. interdũ ꝑ potestate. l. j. ff. de offic. quæstoris. quoniam qui potestatem gerit, eam dignè gerere debet, ipsaque dignus esse. Imo ẽt potestas potest sine administratione esse, & hæc vocatur dignitas honoraria. l. fina. C. de dignit. l. fina. vt dignitatũ ordo seruet. lib. 12. Imo ẽt qñq; ponit ꝑ publico honore. l. gñali. C. de decurio. lib. 10. & l. fi. C. qui milit. non pñt. lib. 12. l. pe. §. fi. ff. q mili. nõ pñt. Aliqñ pro bona opinione vel statu. l. si q d. ff. de vsufru. & l. 4. ff. de ventre in possessio. mittendo glo. in l. maiorem. in verb. dignitatis. ff. de pac. Qñq; sumit ꝑ ordine ecclesiastico, q dr̃ dignitas siue honor j. q. j. c. reperimur. in fi. Quandoq; ꝑ ordine. 4. dist. c. deniq;. Quãdoq; pro officio quod habet dignitatẽ annexam, vt in titulo, de pb. & digni. & in c. de multa. eo. ti. & ita loquit gl. in l. j. ff. ad l. Iuliam de ambitu. quæ dicit officia ibi numerata esse dignitates. Qñque etiam sumitur ꝑ potentia natura tributa cuilibet, quia cum homo sit dignior omni creatura. l. iustissimè. ff. de ædil. edict. dicam infra in j. consideratione secundæ partis. Quandoque sumitur pro singulari potestate, quia seculares potestates dicuntur. 23. q. 5. c. administratores. & in l. j. in prin. ff. de officio quæstoris.

Vnde omnis, qui ꝑest cognitioni villæ, vr̃ castelli, dr̃ habere dignitatem, argumento notatoriũ extra, de pb. c cum olim. in nouella. & Bal. in c. j. in ti. quis dicatur dux, Marchio, comes. Imo etiam habens milites sub se dr̃ habere dignitatem, ar. c. ius naturale. 51. dist. & l. magisteriæ. & quod ibi notat. C. de iuris. om. iud. Quandoq; etiam sumitur pro quadã pẽminentia, ꝑut notat Archid. in c. j. de consue. lib. 6. vnde Oldradus cons. 163. dicit, ꝙ dignitas est q̃dam præeminentia cum administratione. Quandoq; ẽt accipitur ꝑ quadam qualitate quæ facit ꝑsonam differre à plebeis, & ista est nobilitas, de qua dicam infra ĩ octaua parte amplissimè. Et magis digni, maioribus præmijs sunt extollendi. c. dicat. 23. q. 5. notat in c.

in c. de multa.in fi.de præb.c.statuimus. de maio.& obedien.& hoc siue in militib⁹ cœlestis militiæ siue armatæ, vt notat Petrus de Ancha.in c.vnico.per illum text.de reliquiis & venerat.sanctorum, in 6.

Alio modo cõsiderat̃ prout cõstat in nomine sui generis, nec habet nomen speciale, vt est decurio.l. spurii. in prin.ff. de decurio.& esse militem & presbyterum & similes.l.ne quis.C.vt nemo priuatus.

Alio etiam modo vt sunt dignitates quæ nomen habent speciale, & per suos gradus nominantur, vt sunt supillustres, illustres, spectabiles, clarissimi, & infimi. de quibus Lucas de Penna, in rubrica de dignitatibus, ponit versus sequentes.

Illustris primus, medicus spectabilis, imus,
(Vt lex testatur) clarissimus esse probatur.
Et superillustris præponitur omnibus istis.

Et etiã istas quinq; dignitates ponit Io.de Platea, in l.fi.C.de decurio.li.10.vbi ẽt ponit 12.dignitates: videlicet superillustres, vt sunt Imperator, Papa, & q̃libet rex ĩ suo regno nõ recognoscẽs superiorẽ, vt est Rex noster, qui dr̃ Imperator. Patritius, q̃ apud nos dr̃ Cãcellarius, & Cõsul, loco cuius sunt duodecim pares Franciæ. Illustres, vt sunt præfect⁹ prætorio q̃ dicitur præsidens. Senator, qui dr̃ cõsiliarius, & inter istos multi alii enumerant̃. Præfectus vrbis, loco cuius est hodie præpositus Parisiẽ. Comes donationum quę sunt in curia principis. Pręfectus pretorio militaris annonæ Procõsul. Comes rerũ priuatarũ, q apud nos est magister dom⁹. & Comites ꝓuincias gerẽtes, qui hodie apud nos sũt gubernatores ꝓuinciarum. de qb⁹ infra dicet̃ suis locis. Et sunt ẽt quæstores sacri palatij, q̃ dicunt̃ gñales seu thesaurarij.

Spectabiles sunt ꝓximi sacrorũ scriniorum, præsides ꝓuinciarum, aduocati fiscales, principes agentium in rebus. Quãdoq; etiam dicuntur clarissimi.

Clarissimi ẽt sunt rectores ciuitatum, seu defensores qui habẽt merum & mixtum imperiũ: vt sunt Potestates Italiæ, & alij Potestates apud nos qui habent merum imperium, vt sunt in pluribus locis.

Infimi verò sunt iudices pedanæi, magistrat⁹ municipales cognoscentes vsq; ad certã summã, aut certam rẽ: & isti infimi licet nõ habeant merum imperiũ, tñ possunt causas delegare & vicarios seu locũtenentes constituere. no.glo.fi in l.fi.C.de sentẽ.ex periculo recit. Quod facit cõtra scabinos nostrę ciuitatis Heduen. q̃ dicũt quòd virgobret⁹ noster, hoc est maior, nõ põt cõmittere vicariũ ĩ sui absentia: imo q̃ antiquior eorũ dẽt iurisdõnem exercere. De supra dictis oĩbus dignitatib⁹ suo loco dicemus: & de istis quinq; gradib⁹, vide amplissimẽ ĩ in 7.parte, ĩ prin.

Aliq̃n ẽt sumit̃ dignitas pro quodã gradu dignitatis à principe vel superiore collata, vt ẽ dignitas ducatus, marchionatus, comitatus & similes: de q̃bus p totũ tit.C.de dig.vsq; ad tit.de re mili.li.12. Et de his q̃ũo assumat̃ videat̃ p Lucã de Pen.loco s̃ alle.& Cępollã ĩ trac.de imperatore militũ eligen.ĩ verb.dignitatis. vbi allegat plura alia loca q̃ videre poteris.

Sexagesimaseptima cõsid. Lucas de Pẽna in d.rub. C.de dignit.lib.12. dicit, ꝙ ad dignitates assumẽdi sũt viri nobiles, prudẽtes, fideles, optimè sibi cõscii pro mẽtis integritate, qui ꝓ sua fide ac industria nec fallãt, nec fallant̃, tã moribus optimis p̃diti quã scientiã peritiamq; rerũ habentes. Et ibi ponit, ꝙ ad dignitates minus idonei nõ sunt assumẽdi, quem vide quia est extra propositum, ideo non insisto.

Sexagesimaoctaua consid. Dignitas habet multa priuilegia q̃ ponit Cępolla ĩ trac.de Imperatore eligendo.in uerbo dignitas. vbi ponit triginta priuilegia, & duo alia ponit Lucas de Pe.ĩ l.obsistere. C.d̃ annonis, & tributis, lib.10. Vnũ videlicet, ꝙ facit hominem gloria decorari.l.nullus.C.de decurio.libr. 10. Lætitiã gaudiũq; ĩ eo generat.l.3.§.his addim⁹. C.de silẽtia.lib.12. Tertiò vltra p eũ ibi posita dignitas supueniẽs operat̃, ꝙ excusare facit quẽ ab eo, q̃d pri⁹ ꝓmiserat, secundũ Bal.in l.q̃sq̃s.ĩ fin.C.de epis. & cler. Hinc p hoc Bon⁹ de Curtili ĩ suo tract.nobilitatis, in 3.part.nu.23.dicit, ꝙ hõ manusmortuę q̃ tenet̃ ad corueas si post efficiat̃ doctor, aut cõsequat̃ aliã dignitatẽ, liberat̃, & est ĩmunis ab illis corueis, p textũ, quẽ ad hoc ponderat ĩ l.iterdũ. ff.de operis liber.& dicit Fel.in c.qm̃ abbas.in 5.col. versic.querit hic abbas.de offi.deleg. ꝙ dignitas mutat conditionẽ p̃sonæ. faciunt q̃ dicit Bal.in l.q̃sq̃s.ĩ fi.C.de epis. & cler. q̃d ĩtellige non diminuẽdo, sed pullulãdo, & augmẽtando, qm̃, ut ait G.de Montserrat in trac.de successione regũ.ĩ prin.nu.v.honor, & dignitas p̃sonæ supueniẽs, eiusdẽ p̃sonæ qualitatẽ non mutat neque extinguit, sed poti⁹ illam pullulat, & augmẽtat. l.falsa demonstrõ.§.sed si cui.ibi. Nã honor eius auctus est, non conditio mutata.ff.de condi.& demon. & in l.pe.ff.de senatorib.& ex dignitate q̃s efficit̃ hõ nouus, & ĩmutat̃ ei cor aliud, ut 1.Regũ. 10.c.ubi dr̃. Num & Saul iter ꝓphetas? faciũt q̃ dicit d.me⁹ Ias.ĩ l.ñ solum.§.morte .ĩ 27.col.ff. de no.op.nunc. vbi dicit, ꝙ verecundia excusat ac si q̃s eẽt obligat⁹. faciũt ẽt q̃ dicit Barb.ĩ cõsi.60.ĩ 1.col.& seq.ĩ 1.uol. & idẽ dñs me⁹ Ias.ĩ §.quadru.in x.col.institu.de act. & Fely.in c.cum omnis in 7.col.extra, de consti.

Et his dieb⁹ mihi euenit casus de quodã notario regio q terras suas, & hr̃ditagia in loco manusmortuæ hẽbat, & p hoĩes loci illas cultiuari, & laborare faciebat: dñs volebat eum cogere ad faciendum corueas. Dixi attẽta eius qualitate, cum illi fuisset uerecundũ, & ihonestũ tales corueas facere, ꝙ ñ tenebat̃ ad illas, & ꝙ erat ĩmunis, imo solum tenent̃ ad tales corueas q sciunt illas facere ex natura sui artificii, & s̃m naturam illorum, & adhuc pẽdet processus.

Sexagesimanona consid. Quòd dignitatẽ acq̃rẽdo & regẽdo conseq̃mur laborẽ, studium, curã, miseriam, vigilias, & calamitatẽ s̃m Lucam de Pẽna ĩ l.1. C.de uetera.lib.12. vnde Gre.in registro.lib.4.c.68. Q̃ũo autẽ suscepto pastorali onere hẽre serenitatẽ cogitationum possetis, cum scriptum sit. Ecce gigantes gemunt sub aq̃s. q̃d satis ibi per Lucam exponit, ubi etiam dicit, ꝙ dignitas habet onera annexa. l.j. nec castrense.ff. de collat. bonorum l.continent. ff.quod metus causa. facit 40. distin.c.ante. & sicut patrimonium non sine labore consequimur, sic nec beneficia ecclesiastica, nec honorum insignia, nec stipendia. Luc.in l.1.C.de metallariis.lib.xj.

SEptuagesima cõsi. Maiestas est, virtutis, & ꝓbitatis quędã excellẽtia, sine magistratu, sine ĩperio, sine fortunę adminiculo honoratũ reddens hoĩem. Et sic maiestas ẽ, honor lõgꝰ, i. diuturnꝰ ẽt post mortẽ, ęternus sine honore, i. magistratu publico, vt dicit & refert G. Bñd. ĩ sua repet. c. Rayn. in ver. testm̃. primo nu. 45. de testĩs. sed tñ quicq̃d dicat cadit in principe, vt ĩ ꝓœ. insti. in prin. & in rege. vt in l. reginæ. C. vt nemo priuatus. & in p̃tore, vt ĩ l. pen. ĩ fi. ff. de iust. & iu. & in quolibet iudice, vt in C. & ff. ad l. Iul. maie. Et dr̃ maiestas, i. maior status. c. felicis. de pœnis, lib. 6. cle. j. eo. ti. cũ ibi notatis. c. 2. de sta. mona. c. pastor. de sen. & re iu. p Valer. li. 2. c. de maiestate. vel maior potestas. Luc. de Pẽ. ĩ l. vlt. C. de delato. lib. 10. vbi ponit dr̃iam inter maiestatẽ & dignit. vel dr̃ maiestas autoritas sacra q̃ in terris post supernũ honorem scdo loco posita habet, vt ĩ §. arripiat. ibi, q̃ meritò post supernum honorem scdo loco posita sunt; in auth. vt oẽs obediãt iudicibꝰ ꝓuinciarũ, colla. 5. Et ĩ sacra maiestate solum bñplacitum ꝓ rõne est, dũmodò horror inde nõ afferatur rõni naturali: quia tunc tale bñplacitum inciuile & illegitimum esset, vt in l. Marcel. in fi. ff. de reg. iu. In publica verò autoritate disciplina attẽditur, hoc est, doctrina populi cũ increpatione: q̃ quidẽ increpatio sacræ autoritati summè nõ cõgruit, cui etiã dedit deꝰ leges esse subditas, vt ipse princeps sit animata lex scriptarum legũ, vt in authen. de consulibꝰ. in fi. collatio. 4. Qui aũt publicam disciplinam agunt, multa prudẽtia primò ĩbuti esse debent, vt ex eorum prudentia autoritas assequatur, prout lex dicit Platonem fuisse virum primò summæ prudentiæ, deinde summæ autoritatis, vt in l. ij. ff. de nũdinis. Princeps aũt q̃ maiestatẽ hẽt, primò autoritate fulget, q̃a à deo secũdus ĩ terris habet, allegato. §. arripiat. & secũdò prudentia ĩ ipso ꝓ eximio ornatu & illustri decore apparet.

An autẽ duces & barones habeant maiestatẽ, vide infra in 5. parte. in fi. in cõsideratione incipiente, Alij autem inferiores. quæ est in ordine 56.

SEptuagesimaprima cõsideratio. Reuerẽtia est honor qui exhibet cũ pauore, vt dicit Archi. in c. 2. de offi. dele. in 6. & ibi Dominicus de S. Gemi. & est inter maiores & minores, vt not. Io. And. in c. nõ est sine culpa. de regularibus. in 6. Et alicui exhibet ratiõe dignitatis, vel potestatis. c. visis. 16. q. 2. vt dicit Tullius in rheto. Reuerẽtia est virtus aliqua p̃latione sublimatis debitæ honorificatiõis cultũ exhibẽs. Sed veneratio est virtus qua reuerentiã exhibemus maioribꝰ in corporis humiliatione, gestu, nutu, & verborũ emissione. Ita dicit Luc. de Pen. in l. j. in ij. col. C. de collegatis, lib. 11. & de huiusmodi descriptionibꝰ reuerẽtiæ & venerationis, vide Io. de Terra rubea cum gl. Iacobi Bonaudi in suo tract. de vinea ecclesiæ, art. 3. tertii tract. in verbo, honorificate. Dicit tamen S. Tho. 2. 2. q. 13. 1. dist. supra numerum primum, quòd reuerẽtia non est honor: sed motiuũ honorantis & finis aliorũ, & ibid. quęstione 104. 2. distin. supra numerum quartum, dicit q̃ reuerentia directè respicit personam excellentem: ideo secũdũ diuersas rõnes excellẽtię diuersæ sunt species eiꝰ, ut de luribꝰ ponam in hoc libro secundum ordinem dignitatum in quolibet suo statu & ordine. & de hac reuerentia vide Polycraticum, lib. 5. cap. 4.

Vel etiam dic, q̃ reuerentia est honor exhibitus in testimoniũ virtutis. & est timor ĩitialis & castus, & potest capi in bono & in malo, sicut etiã cõfusio. i. erubescẽtia, secundum Thomam super ps. 34. Et ideo cum nec dæmones, nec damnati, nec irrationabiles nullam habeant virtutẽ, eisdẽ nulla debet reuerẽtia, nec honor, prout dicit sanctus Tho. in 3. par. d. 9. q. 2. hinc Boetius de philosophica consolatione, lib. 3. Nõ possumus ob honores reuerẽtia iudicare dignos, quos ipsis honoribus iudicamus ĩdignos. Et ideo boni reuerẽdi sunt ne offendant, ne fortasse per eos ille prouocet ad irã, qui eorũ corda semper inhabitat, vt dicit Greg. sup Ezechielẽ. Inferiores. n. suis potioribus debent reuerẽtiã exhibere. l. potioris. C. de offi. rectoris ꝓuinciæ. c. statuimus, extra de maioritate, & obedientia. nec debet iunior ex hoc irasci, q̃ maior ei p̃fert. 11. q. 3. c. qui resistit. vide Lucã de Penna in l. j. C. de consulibus. li. 12. dixi supra amplius in 20. consideratione incip. honor est illi.

SEptuagesimasecunda consid. Subditi p̃latos reuereri debent, eis effectũ dilectionis ĩpẽdẽdo. 95. d. c. esto. 2. q. 5. c. habet. ipsis obediẽdo. 93. dist. §. j. & c. sequẽti. & 2. q. 2. c. sacerdotes. eis cõmunicando & subsequẽdo, 95. dist. c. non oportet. eorum officiũ temerariè nõ usurpando, eadem distinctione. c. p̃sbyter. eorũ statuta seruando. 7. q. 1. quia & c. si quis, extra de maiorita. & obediẽ. eos temerariè nõ arguẽdo, vel iudicando. 21. d. c. nolite. & eorum defectus nõ reuelando, sed potius contegendo. 97. distin. c. in scripturis. & dicit tex. ĩ c. regnũ. 23. q. 5. ipsis autem principibus, & potestatibus fidem, & reuerentiã seruari oportet, quã qui nõ exhibuerit apud deũ p̃mia inuenire nõ poterit. Sic ẽt filius patri, & vxor marito tenetur reuerẽtiã pręstare. 23. q. 5. ca. est ordo. ita dicit Lucas de Pẽna ĩ d. l. j. C. de collegiatis. libr. 11. Imo etiã reuerẽtia debet inutili prælato quandiu sustinetur. c. si fortassis. 16. q. 6. Nec dignitas regia, vel imperialis uituperanda est, si rex aut imperator tyrannicè sæuiat, vt est textus in c. neque. 24. q. 5. Imo etiã reuerẽtia debetur ab exẽptis. Bal. in l. si. per illũ text. versi. ibi p hũc. C. de bonis libertorũ, & dicam infra in 4. parte. & ibi etiã Bal. in versi. vlt. nota dicit, q̃ reuerentia debetur naturali, nec põt reuerẽtia pacto remitti, ꝓut dicit Bal. in l. liberti. in 2. col. pone ego ꝓmitto. C. de operis libertorũ. Ita qui tenet ad reuerentiam alicui nõ potest vocare talem in ius sine venia, vt dicit Specu. in tit. de actore in 11. colum. in fin. sed nunquid edictum. quod nõ credo indistinctè verum. Cum princeps reuerentiam exhibeat iurisperitis ob finẽ meritum. l. quicquid. C. de aduocatis diuersorũ iudiciorũ. & tñ nõ est verũ, q̃ eos nõ possit ĩ ius vocare sine venia. Dic tñ, q̃ princeps hoc facit, non quòd teneatur, sed tantum ex urbanitate, & ob finẽ meritum, & ꝓpter honorẽ scientiæ, adeo q̃ nominatim opiniones eorum exprimit in rescripto. vt in lege si pure. ff. de fideicom. libert. & hoc studiorũ labor iustè meretur. l. j. C. de asses.

Septuage-

SEptuagesimatertia cõsid. Reuerẽtia q̃ debet̃ à vassallo dño remitti potest, cum videatur deberi ratione cõtractus s̃m Bal. in l. j. in 52. q. ff. de rer. diui. & in c. si cautio. de fi. instru. Secus aũt in reuerentia, quæ debet̃ ratione psonæ, vt est illa q̃ debetur à filio p̃ri, ab vxore merito, à iudice doctori, vt dicit G. Benedicti in sua repe. c. Raynutius. in ver. duas habens filias. nu. 234. de testa. & idẽ de illa q̃ debet̃ episcopo, de quo per cano. in c. cum venerabilis. de testi. & dicturus sum. j. in 4. par. in 28. considera.

SEptuagesimaquarta cõsi. Reuerentia q̃ debet̃ viuo, debet̃ & mortuo, vt dicit text. in l. apud Celsum. §. aduersus. ff. de exce. ibi: semper. n. reuerentia ei adhibẽda est tã viuo q̃ mortuo, & ibi, nãq; conuenit tã viuo quã mortuo patrono à liberto honorem exhiberi, de quo honore exhibendo circa corp⁹ mortuum seu reuerentia infra dicam in 2. parte. in 5. cõsideratione, vbi amplè.

SEptuagesimaquinta cõsi. Pro reuerẽtia quã q̃s facit alteri: dat̃ ei p̃miũ, cũ ei accedat bona g̃ra, vt h̃r Eccl. 32. Audi tacẽs, & p̃ reuerentia accedet tibi bona g̃ra. Laudabile nãq; discretũq; est reuerẽtia & honorẽ exhibere priorib. dicit tex. i c. sicut inquit. in prin. 2. q. 7. facit tex. in c. ex ore. in fi. de priuilegijs ẽt si inutiles sint, dũ mõ tolerent̃. dixi añ. & videatis cõciuẽ & cõtẽporaneum nostrum Io. de Montholono in suo promptuario iuris. in ver. reuerentia.

Aduerte ad id q̃ dicit Luc. de Pẽna in d. l. j. C. de collegiatis. an faciendo reuerẽtiã, vt p̃posito ei cum quo de p̃positura litigat̃, iuri suo p̃pterea renunciare videatur, videant̃ notata in c. ex ore. extra de his, quæ fiunt à maiori parte c. vbi vr̃ dicendum q̃ sic.

SEptuagesimasexta cõsi. Excellentia p̃priè cadit i principe, vt notat̃ in c. j. de p̃b. vbi impator scribit regi Angliæ, & vtit̃ his verbis: tua excellẽtia. Tñ ẽt p̃fectus vrbis dr̃ excellẽtissimus, vt in l. tam demẽtis. C. de epi. aud. & etiam questor dr̃ excellẽtissimus vt in l. si qñ. C. de appe. Ex quo nõ indistinctè excellentia cadit in principe: & ratione excellẽtiæ quis p̃fert̃ qui al's nõ p̃ferret̃, vt dicit gl. in l. j. C. de ano. ciuil. lib. 11. ubi dicit, q̃ si scholaris sit excellens debet præcedere doctorem. d. meus Ias. in l. cum quid. in j. lec. in 4. col. ff. si cer. pe. Et etiam minor excellens debet præcedere seniorem, vt plenè habetur per G. benedicti in sua repe. c. Raynutius. in ver. Adiectę impuberi. nu. 2. de testa. Et alia quæ fiunt rõne excellẽtiæ personæ ponit Spec. in ti. de arbit. §. ij. versi. 1. & Alex. in d. l. cum quid. & dicam j. in 10. parte in 30. consideratione. vbi ponam q̃ iunior doctor excellẽs præfertur antiquiori indocto.

Apud Romanos deinde, autore eodẽ Plutarcho, in vita Camilli, cum mulieres ornamẽta aurea q̃bus circa corpus vtebant̃ ad conficiendã paterã in Delphum mittendam cõtribuerint, Senatus decreuit, vt quemadmodum pro viris, ita ẽt pro fœminis in funere orationẽ haberi liceret. teſtis eſt Polidorus, de inuẽtorib. rerũ, lib. 3. c. 10. in fin. Liuius tñ ſcribit de auro collato, cũ ĩ publico dee ſſet aurũ, ex quo pacta merces Gallis arcẽ oppugnãtib⁹ cõficeret̃, id fuiſſe à matronis ex monilib⁹ collatum. Proptereaq; inſti-

tutum, vt earum quoq; sicut virorũ post mortẽ solẽnis esset laudatio. Hinc igit̃ defunctos laudãdi mox defluxit, quẽ nos hodie seruam⁹, vt ferè ĩ toto regno Franciæ die sepulturæ laudes prędicant̃ defunctorũ, & ẽt nobilium, & matronarum, seu burgentium.

Modũ verò funerandi principes, vide apud Herodianum in Cõmodo: quẽ morẽ hodie in summis Põtificib. & Cardinalib. seruari dicit Volaterranus in loco s̃. allegato. c de modo funerãdi. Et est mirabilis & ferè incredibilis excellẽtiæ apud nos Christianos, saltẽ in Gallia: vbi fit põpa sumptuosa, pro regib. & principib. tã in delatione insigniorũ ante corpus p officiarios, & domesticos, ĩ vestib. tetris, in tedis, & cereis ferè innumeris, in equis paludatis, seu pallio frenatis, in armis, in pannis ẽt sericis nigris, quib. locus sepulturæ, & domus defuncti decorant̃. In comitiua, & associationib. corpus p dictos officiarios, & subditos, in cãtib. & psalmis pijs, & in p̃dictis orõnibus & declamationib. ex q.b. magnum honorem prębent hmõi defunctis, & de his putant illustrandos, de origine nouendialis, septimaniq; sacrificij: quod primũ à funere fit. Item de ordine, & mõ apud priscos efferendi funeris ad sepulchrũ, & de funebri põpa, vide Polido. ĩ d. loco, lib. 6. c. x. Legitur ꝙ Alphõsus patrem suũ Ferdinandum decem ac septẽ aureorũ millib. funerauit, magno pietatis argumento.

Item Alexander in tantũ coluit Ephestionẽ, vt eo mortuo propugnacula vrbiũ diripi, equos mulosq; tonderi, plerosq; gregarios homines interfici ad meroris argumentũ iusserit, idq; vocauerit Ephestionis inferias. In eius quoq; exeq. js decem millia talentũ, profudit, secundum Plutarchum, & Arrianum.

Septima cõsi. Cũ fœmina, seu mulier sit adiutoriũ simile homini, Genesis 2. & masculũ, & fœminã creauit eos dñs, Genesis j. & os ex ossib. hominis, & caro ex carne illius, Genesis 2. Ideo est eidem fęminæ adhibendus honor inter alias res mũdi. Cũ oĩa, q̃ dicta sunt de homine in genere, ꝙ ad imaginem, & similitudinẽ Dei creat⁹ est homo, ita & fœmina. Masculũ. n. & fęminã creauit eos, vt habet̃ Genesis j. & vt hr̃ Ecclesiastici 17. loquendo de excellẽtia hominis masculi, & mulieris: consiliũ & linguã, & oculos & aures, & cor dedit illis excogitandi, & disciplina ĩtellectus repleuit illos, Creauit illis scientiam spũs, sensu repleuit cor illorũ, & mala, & bona ostendit illis. Posuit oculũ ipsorũ super corda illorũ ostendere illis magnalia operũ suorũ, vt nomen sanctificationis collaudent, & gloriari in mirabilib. illius, vt magnalia enarrent operũ eius. Addidit illis disciplinã, & legẽ vitæ hæreditauit illos. testamentũ æternum constituit cũ illis, & iustitiam, & iudicia sua ostendit illis. & magnalia honoris ei⁹ vidit oculus illorum. & honorẽ vocis audierũt aures illorũ. Imo mulieres faciũt gloriã hominib. & non possunt homines separari ab eis, vt hr̃ Esdræ 3. c. 4. Verũ, vt ibi dr̃, fœminæ hominib. dominant̃. Dicit tñ Apostolus j. ad Corin. 11. transumptiuè in c. hæc imago. & c. pe. 33. q. 5. ꝙ mulier dẽt velare caput: quia nõ est gloria, aut imago Dei, sed gloria viri. Quod dictũ Apostoli quomodo intelligatur, vide Io. de Turrecremata in d. c. hæc imago. Itẽ mulieres plus appetũt gloriã, & multum cupiũt laudari, vt dicit Guillelmus Benedicti in sua repetitione c. Ray. in verbo, Cuidam Petro tradiderũt. nu. 38. de testamentis, extra. Vbi dicit, ꝙ mulier habet duo. Vnũ, q̃a cupit laudari. Secundò, ꝙ semp affectat extrinsece ornari. De quib. ibi vide.

Octaua cõsi. Mulieres laudari possunt ex multis: ex magnanimitate. s. fortitudine, sapientia, industria, ex pudicitia, & honestate, & pulchritudine, & clemẽtia, ex liberalitate, ex deuotione, ex fortitudine oĩum: ꝓut habet̃ Esdrę 3. c. 4. s̃. allegato. Vbi disputatũ fuit de fortitudine mulierum. Et finaliter fuit cõclusum forte vinũ, fortis rex, fortiores sunt mulieres, vt ibi: vbi tandem concluditur, ꝙ super oĩa vincit veritas. vt alibi dicã. Imo sunt excellẽtiores viro, cũ vir sit ex limo terrę, & mulier de costa viri, & sic de materia digniori. Itẽ Adã fuit factus extra paradisum. s. in agro Damasceno, vt dicunt docto. sup Genesim 2. Eua verò ĩ paradiso facta est. Ita dicit Bernardinus de Bustis in 2. par. sui Rosarij. serm. 28. 2. par. in lr̃a E. Et hr̃ ĩ c. illud. 40. di. De fortitudine hic parũ dicã, sed me remitto ad ea q̃ dictur⁹ sũ. j. in vlti. par. in 26. cõsideratio. vbi ponã, q̃ res sit fortissima.

Et magnanimitate, prout fuit Minerua, q̃ multa ꝑlia cõmisit. De qua Augu. de ciu. Dei, lib. 18. c. 8. dicit. Anno 58. ętatis Isaac, Ibim apud Tritonidẽ lacũ apparuisse. Ipsã. n. ferrũ in arma arte conuertere, armis corp⁹ tegere, aciẽ bellantiũ ordinare, leges oẽs q̃bus eatur in pugnã edocuisse fertur. vt attestat̃ Cice. in 3. de Nat. Deorũ. Hęc & multa alia adinuenit, de quibus p Philippũ Bergomensem in suo supplemento chronicarum, lib. 3. Vbi dicit quinq; fuisse Mineruas. Sed hæc bellicosa fuit mainiter Apolis. Author ẽt est Berosus dicens, ꝙ virgo Pallas apud Tritonidẽ lacum omnem militiam prima Libicos docuit.

De Diana insigni virgine Apollinis Delphici sorore, quam Cicero libro eodem de natura Deorum, præcipuam inter alias Dianas, & nominatissimã fuit. In pretio enim fuit non modico, vt refert idem Philippus eodem libro. Orionem verò Neptuni filium vitiare volentem occidit.

De Arthemisia ẽt Halicarnaseorũ regina, q̃ virili robore, & audacia, ac militari disciplina plurimum valuit, & multis triũphis maiestatem sui nõis exornauit, qm̃ post viri mortem ad tempus sepositis lachrymis bis arma suscepit. Primò vt patriæ salutem tutaret̃. Secũdò vt socialem fidẽ requisita seruaret, Rhodios nauali prælio superauit, & Rhodũ ipsam sibi vendicauit. Iustinus ẽt lib. 3. epitomatũ dicit Arthemisiam in auxilium Xerxi contra Græcos venisse, inter primores duces acerrimè bellasse. hęc dicit Philippus Bergomensis. lib. 5. Hæc Arthemisia Mausolo marito mortuo sepulchrũ erexit, inter orbis miracula annumeratũ. Cuius altitudo attollebat̃ 25 cubitis: cingebat̃ colũnis 36. patebat ab austro, & septentrione 63. pedes: toto circuitu cõtinebat pedes 411. ipm ab oriente cælauit Scopas, à Septentrione Briax, à meridie Thimotheus, ab occasu Leocares. hęc dicit Textor in sua off. c. septem orbis miracula.

Semiramis magni Nini Assyriorũ regis uxor an-

De mulieribus
2° c. 4 fo 49

no à natiuitate Abrahæ duodecimo, regnandi libidine tota pruriens, petijsse fertur à marito Nino, vt quinq; tantum dies imperaret, & sceptro vteretur, quod cũ exorasset, satellitib. iussit, Ninum vt interficerent. Hoc itaq; modo regnum consecuta Assyrijs dñata est, & quadraginta duob. annis regnauit. Hæc quippe mortuo marito, cum iuuencula admodum haberetur, eiusq; vnicus filius noĩe Ninus puer tenellus esset, nõ æstimans tutum esse imperiũ tã grande filio tenello committere, cum esset aĩo ingenti, quodã muliebri astu malitia excogitata (vt Iustinus in primo Epitomatũ ait) hoc modo decipere exercitum cogitauit, non contenta à viro acquisitos terminos tueri, Aethiopiam suo adiecit imperio. Indis ẽt bellum intulit implacabile, quo p̃ter illã, & magnũ Alexandrũ nemo vnquam intrare p̃sumpsit. Multas que ciuitates alias cõdidit, & femoralium vsum primo excogitauit. Hæc & plura refert Philippus Bergomensis, lib. 3. Et hr̃ in historia scholastica. & ẽm Lyram Gen. 9. c. super verbo, & ingẽtia facta peregit. Et quædam ex supra dictis dicit Textor in sua Officina. c. mulieres bellicosæ. Et G. benedicti in sua repe. c. Ray. in verbo, duas habẽs filias. in initio. extra. de testamentis. Vbi ẽt dicit, ꝙ Pythadoris Põti regina suscepto regno multa in Ponto gessit prælia, cui ob eius virtutes, Tyberini & Caldæi vsq; in Colchidẽ sese vltro subdidere. Hæc quippe fuit insignis mulier, vt describit Philippus Bergomensis in suo supplemento chronicarum, lib. 7. quem tamen non allegat Benedicti in loco hic ante allegato.

Dicit ẽt de Cleopatra Aegypti regina, ꝙ cũ Antonio eius viro in Attiaco bello fuit, imò cũ mortuo iã Cæsare Antonium lasciuiẽtib. momordisset oculis, & in amorem sui pellexisset, pręter Syriæ & Arabiæ regnũ ausa est imperium quoq; Romanum sperare. Quum ergo magis atq; magis indies cresceret libido principandi, imperium ipsum ab Antonio petere nõ dubitauit. Quod cũ exorasset, sumptis cum eo armis, in Augustũ eiusq; generum Agrippam copias duxit, mouitq; bellum, cuius fortuna anceps aliquã diu pependit. hæc Textor in sua officina, loco hic ante alle. & Bergomen. in lib. 7.

De Marthesia, Marsepia, & Lãpedone quę fuerũt primæ reginæ Amazonum, qũo floruerunt in exercitu armorũ, ponit Philippus Bergomensis, lib. 2. Et ibi ponit qũo Amazonũ mulierum tãta fuit virtus, ꝙ relicto virorum, & principatu, & commercio solæ sibi imperauerũt, suãq; libertatẽ armis defenderũt.

De Mannia seu Mannica Ægyptiorum hr̃, ꝙ añ Christum 377. regnauit in ægypto, & defuncto eius viro suæ gentis gubernacula suscipiens, ob animi p̃stantiam virib. auctis, Romanis q̃ maximè formidabilis fuit, & frequẽtib. bellis Romanorũ opes attriuit. Etiã Palæstinorũ, & Arabum limites, oppida vastauit. hoc dicit Philippus Bergomensis, lib. 9. & Benedicti in loco supra allegato. tacendo autorem.

Penthesilea Amazonum regina muliebrem asper nata molliciem, operibus semper quæ virum decẽt, innutrita est. Troianis fauit ꝯ Græcos: fuitq; vexillifera, & turmas eq̃tũ duxit. Vnde Proper. li. 3. sic ait.

Ausa ferox ab equo quondam oppugnare sagittis
Meotis Danaum Pentesilea rates,
Aurea cui postquam nudauit cassida frontem,
Vicit victorem candida forma virum.

Et Virg. lib. 1. Aeneidos.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis,
Penthesilea furens, medijsq; in milibus ardet.
Aurea subnectens exertæ cingula mammæ.
Bellatrix, audetq; viris concurrere virgo.

Et ait Pamphilus.

Non probo peltatas inter quæ tela cateruas,
Hectore sub forti sanguinolenta tulit.

Hæc Textor vbi supra. Et plura etiã de ea dicit Bergomensis lib. 4. & Benedicti in loco hic ante allegato, tacens autorem.

De Camilla Volscorum regina dicit Textor, ꝙ cunabula ipsius manifestum futuræ virtutis lumen p̃miserunt. Nam ab ipsa iã tũ infantia non molliculis inuoluta est pãnis, nõ a blãdiẽtib. nutriculis educata, sed a patre Metabo in mediis siluarũ latebris ferino lacte pasta est. Relictis demũ crepundijs paulò p̃uectior facta, neq; tractandis insueuit lanis, nec fusos, aut pensa manib. accepit, sed ferinis amicta pellib. fundas cœpit circũagere, cõplicare arcus, sagittas torquere, ceruosq;, & capreas lassare cursu. Cui uirtuti adiecit studiũ virginitatis. Orto demũ ĩter Turnũ, & æneã bello Rutulis adhæsit, fuitq; ductrix copiarũ: q̃ eius virtutem Virg. in fine. 7. sic describit.

Hos super aduenit Volsca de gente Camilla,
Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas,
Bellatrix, non illa colo, calathisve Mineruę,
Fœmineas assueta manus, sed prælia virgo
Dura pati, cursuq; pedum præuertere ventos.
Illa, vel intactę segetis per summa volaret
Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas.
Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti.
Ferret iter, celeres nec tingeret ęquore plantas.

Hæc Textor vbi supra.

Et de ea Philippus Bergomensis, lib. 4. & Benedicti in dicto loco, tacẽdo semper autorem, s. Philippum Bergomensem.

Tomyris regina Scytharum cum audisset suorũ cædem, & filij vnici mortem, fœmineis postpositis lachrymis, Cyrum I. Regem Persarum ad montium angustias perduxit, ibidemq; cum ducentis milibus obtruncauit. hæc Benedicti vbi supra.

Zenobia Palmirenorũ regina, post mortẽ Odenati mariti sui ĩperiũ arripuit in Syria. Nec dubitauit arma capere ĩ Aurelianũ Imperatorẽ, a quo victa, & in triũphũ ducta est. Cũ aũt probro darẽt ipsi Aureliano, ꝙ de ea triũphasset. Nihil (inq̃t) me pudet de fœmina triũphasse, q̃ virtute plus q̃ virili sit p̃dita.

Vnde Pontanus.

Qualis Aethiopum quondam sitientibus aruis,
In fuluum regina gregem sese armat, & audet.
Sola pedes sese irato obiectare leoni,
Insigniq; arcu, & duplici Zenobia telo.

Hæc Textor vbi supra.

Et de ea amplè p Philip. Bergomensem lib. 8. quem recitat G. Bñdicti in loco hic ante ali. illũ tacendo.

Calepinus verò ĩ suo dictionario dicit, ꝙ hæc Zenobia fuit mulier, q̃ à Ptolomæis originẽ duces Grecis ac Latinis literis ornatiss. necnõ, & reb. bellicis celeberrima, in Palmyra, Syriæ vrbe regnauit. Hæc cũ Saporũ Persarũ regẽ superasset, tãdem ab Aureliano Augu. victa, Romã ĩ triũphũ ducta: q̃ ĩ vrbe sũmo ĩ honore ↄsenuit, à qua Zenobia familia nũcupata ẽ.

De Chlelia virgine Romana hr̃, ꝙ Porsena vrbẽ obsidente cum Aetruscis, quorũ rex erat, noctu Thyberim transfretauit, obses regi data: quo facinore, Porsena rex à Romanorũ obsidione destitit. de qua Valerius lib. 3. de fortitudi. c. 2 5 0. vbi dicit illã puellam lumine virtutis præferendam viris. vt dicit & refert Benedicti in loco hic antedicto.

De Iudith hr̃ Iudith 13. ꝙ abscidit caput Holofernis inimici Iudeorum: ex quo per Oziã magnum sacerdotẽ fuit ei dictũ. Benedicta es tu filia, à Domino Deo tuo excelso, præ omnib. mulierib. super terram &c. quia hodie nomen tuum ita magnificauit, vt non recedat laus tua de ore hominum &c.

Et etiam habetur Iudicum quarto cap. in fine, ꝙ Iahel interfecit Sysaram, infigendo ei clauum cum malleo in tempore capitis, vt ibi.

Hippolyte Amazonum regina, quum instar cæterarum bello insuesceret, ausa est arma capere in Theseum, à quo expugnata, & in vxorem ducta est.

Propertius.

Felix Hippolyte nuda tulit arma papilla.
Et texit galea barbara molle caput.

Et Seneca de Agamemnone. videt Hippolyte ferox pectore è medio rapi spolium, & sagittas.

Valasca Boemorũ regina facta, cũ cęteris mulieribus coniuratione de excutiẽdo virorũ principatu, copiarum ductrix bellũ mouit, ĩterfectisq; viris fœminas oẽs asseruit libertati, adeo vt Amazonum instar multos annos principatæ sint sine viris.

Atalãta venatrix fuit Archadica, vibrãdis iaculis, & arcub. cõplicãdis assuefacta, q̃ ĩusitatę magnitudinis Aprũ vniuersæ formidolosũ Aetholiæ prima aggressa est, & vulnerauit vnà cũ Meleagro. Põta. li. 3. d̃ stellis, d̃ hac puella, eiusq; virtute sic meminit.

Qualis in Aetholum campis Meleagria virgo
Strauit Aprum, primamq; manu stringente sagittam
Intorquens, ausa est spumanti accurrere monstro,
Mox læta, & spolijs, famosa & sede superba.

Athalia mater Ochoziæ regis Iudæorũ tumultu cõcitato p tyrãnidẽ regnauit annis septẽ. 4. Re. 11. c. & tãdẽ pplo ĩ eam acclamãte ad portã Mulariã pducta ibi interfecta est. Paralip. c. 22. Bergomensis, lib. 4.

Delbora mulier bellatrix, ĩperauit Israelitis, quos ab ĩcursionib. vicinorum plerũque tutata est, quorũque rempublicã & imperiũ variis auxit honoribus. De hac ponit Bergomen. lib. 4. vbi eam inter ꝓphetissas, & sanctas nominauit, & ibi dicit ꝙ iudicauit Israelem cum omni gloria annis quadraginta.

Virtutem Hasbites fœminæ bellis exercitæ, sic describit Silius lib. 1. vbi sic ait.

Hæc ignara viri, vacuoq; assueta cubili,
Venatu, & syluis primos defenderat annos.
Non calathis mollita manus, operatave fuso.
Dictynnam, & saltus, & anhelum impellere planta.
Cornipedem, ac strauisse feras immitis amabat.

Et idem lib. 2. ait Tyburnam Sagubthinam fuisse fęminam Murrhi vxorem, & bellatricem.

Teuca Illyricorũ regina, viris fortiss. ĩperauit, & Rom. vires fregit sępenumero. Fuit Argonis vxor.

Helerna Iani filia mortuo patre apud Tyberĩ regnauit, præfuitq; viris sine viri auxilio.

Candace regina apud Meroem principata est, & imperauit Aethiopum gẽti hæc refert Textor in sua officina. in loco hic ante allegato.

Idem Tex. ponit de Amazonib. q̃ solę sibi imperauerunt, suamq; libertatem armis defenderũt, & vltra supranominatas fuerũt quãplures aliæ, videlicet Harpalice, Antianyra, Lãpedo, Antiopa, Minythia, Harpe, Parthoe, Phebo, Othrera, Thalestris, Allea, Eribye, Archenis, Menalippe, Marthesia, Strõgylios, Euriale, Philippis, Celẽno, q̃ fuerũt vltra supradicta. Et de his refert Curtius lib. 5. de gestis Alexãdri, his verbis. Vestis non toto Amazonum corpori obducitur. Nam læua pars est ad pectus nuda, cætera deinde velantur, nec tamen sinus (quem nodo colligũt) infra genua descendit, altera papilla ĩtacta seruatur, qua muliebris sexus liberos alant. Aduritur dextra, vt arcus facilius intendant, & tela vibrent.

Stroza pater lib. 1. Eroticõ, de q̃busdã sic meminit.

Virginitas vltro seruata, & bellica virtus.
Magnum Orithyiæ contribuere decus.
Lampedon Hippolytem, Menalipem Iane videmus
Illustres inter nomen habere viros.
His quoq; se comitem merito Marthesia iungit,
Nec caret Antiope laude, nec Harpalice.

De qua Harpalice habet in margarita poetica, par. 1 tract. 2. de commendationib. oratione 17. vbi multum amplè laudantur mulieres.

Hinc & vlterius dicit idẽ Textor, ꝙ Lacenę mulieres virorũ obibant munera, sese in gymnasio, ĩ bello, in venatione exercentes: hæ cum viris in certamẽ aduersus Messenios fortiter descenderunt.

Olim Germanorum mulieres inclinatam aciem, & iam ad Triarios vergentem restituerunt.

Bellouacæ mulieres à Carolo Burgundorum duce longa obsidione fatigatę mœnia defenderunt, & obsessorem è scalis in fossam vrbis detruserũt, reportatis ad suos vexillis.

Recitat Philippus Bergomẽsis ĩ suo supplemẽto Chronicarũ lib. 8. ꝙ cũ Maximinus Imperator Romanorũ Aquileiã obsedisset, ĩ ea obsidione fœminę Aquileiẽses tãtę fuerũt magnanimitatis, vt cum nerui, & funes ad iacẽdas sagittas viris deessent, sibiipsis capillos capitis p̃ciderũt, & ex ipsis funes arcuũ, fecerunt. vnde postea in earum gloria templum Veneri caluę senatus dedicauit.

Refert ẽt Berg. lib. 12. ꝙ in captione Calcidis Eubœę ciuitatis q̃ nũc dr̃ Nigropõs, cui⁹ est eps̃ q̃dã nr̃ canonic⁹ Heduẽsis, suffragane⁹ epi Heduẽ. q. dr̃ magister Philip. Brunet doctor in theologia, vir q̃dem doctissimus, & literatiss. fuerunt repertæ multæ mulieres armatę mortuę in strage dictæ ciuitatis, & hoc fuit anno Christi 1471. vt ibidem refert Bergomen.

Gaditanæ mulieres à partu statim surgunt, ministeriaq; domus obeunt.

Margarita Henrici sexti Britaniæ regis coniux, aciem viri deficientem restituit.

Portia aūt cū apud Philip. Macedoniç cāpos Brutum maritū mortuū intellexisset, q̄a ferrū nō dabat̄, ore ardētes carbones hausit. Margarita poetica vbi s.

Lesbia puella murorū parte machinis Turcharū deiecta, oppidanis fugā, aut deditionem meditātib. salutem peperit. Obtulit enim se primam impetui, & iaculis inimicorum pro tutandis ipsis muris.

Amalasumpta Gothorū regina principata est apud Rauēnā, Burgundiones & Alemanos Liguriā populātes Italia pepulit adiuuāte Theodato, quē regni cōsortem susceperat. hæc & plura alia Bergom. lib. 9.

Maria Puteolana à Puteolis Cāpaniæ vrbe nomē adepta, bellica virtute maxime floruit ætate Frācisci Petrarchæ. Erat laborū apprimè patiēs. Ab ipsa iā īde adolescentia, abstinebat vino. Erat parca cibi, & verborū. Reijciebat colos, pēsa, & lanas, & cętera q̄ muliebrē d̄cēt molliciē. gaudebat arcub. iaculis, pila galea, scuto. Noctes ꝑpetuas q̄nq; vigilabat, nec dormiebat, nisi coacta. Idq; sub dio, & humi reclinās caput ī scutū ꝓ puluinari, inter armatos versabat̄. Q̄d quāuis impudentiæ speciem ꝓ̄seferat, nihil t̄n̄ vehementius curauit q̄ studiū virginitatis, in qua ꝑmansit ad mortem vsq;, cultum corporis aspernabat̄, q̄bus artibus bellicosa admodum facta est.

Bona Lōgobarda bellatrix, itidē puella, floruit anno d̄ni 1468. nupsit Brunorio Parmensi egregio bellatori. A teneris annis lustrabat siluas uenatricibus stipata canibus. Maritum in omni discrimine cōcomitabatur, quem quum Alphonsus rex Siciliæ aliquā do certa de causa in vincula coniecisset, miserta captiui fœmina ad diuersos principes instar Pegasarij cursor cucurrit, vt ab eis literas & patrocinium obtineret pro viri salute, quod obtinuit.

De Ioāna puella Frāciæ h̄r apud Guaguinum, ꝙ gladio in bello vtebatur, quem nacta erat in tēplo diuę Catharinæ existēte in agro Turonen. vtraque parte lilijs insculpto, quē petiit sibi afferri, licet nūquā eo in loco fuisset, & regnāte Carolo VII. de quo ꝑ Guaguinū ī suis chronicis, libro 10. Cū Angli oīa populādi cā passim irrūperēt, & iā ꝓspero fortunæ zephyro adiuti nihil sibi nō pollicerent̄, desperatis Gallorū reb. adfuit ipsa Ioāna virgo, q̄ attritos Gallos animās ad vltionem, & libertatis gloriā: prima belli cāpū īgressa, non prius suos hortari, & ipsa certare desijt, q̄ hostem in fugam verteret reportata victoria. De ea ēt h̄r per Bergom. lib. 15. vbi dicit, ꝙ Carolus VII Francorū rex auspicio & ductu huius puellæ regnū perditissimū recuperauit. & G. Benedicti in sua repe. c. Raynutius. in verbo, duas habens filias. nu. 14. extra de testa. vbi ponit verba Guaguini. Et vide ēt Tex. in loco hic antea alleg.

De Elisabetha āt Ferdināndi regis Aragonū vxore, & Hispaniarū regina, quāta fuerit circa arma, quātū ꝓ fide Christiana debellauerit Granatarios, & alios populos finitimos subiugando, & ad fidē Chr̄ianā reducēdo, attestatur Bergomensis, lib. 16. vbi amplè.

His posset annumerari Ioāna Caroli Calabrię ducis filia, q̄ fuit potētia, morib. & aīo robustissima, & illustrissima fœmina: vt refert Bergomensis, lib. 13.

Ioanna etiam regina Neapolitana soror regis Ladislai huius nominis secunda, virilem animum in pectore gerebat, vt dicit idem Bergomēsis, lib. 14.

Nō sunt tacendæ mulieres, de quibus Lucæ 24. quæ sequebant̄ d̄n̄m euntē ad passionem plangentes, & lamētātes, & nō terrebantur vlla armatorum militum furiosa sęuitia. & ēt h̄r Ioan. 20. vñ de illis potuit, & potest dicere dominus illud Boetij.

Has saltem nullus potuit peruincere terror,
Ne nostrum comites prosequerentur iter.

Ad tot milia mulierum cōuertēdus est aīus, quæ sęuissima tormēta crudelissimasq; cedes ꝓ Xp̄i amore fortiter & cū magna fortitudine & patiētia tolerauere, vt patet de Vrsula, & vndecim milibus puellis eius, & de pluribus aliis, vt h̄r per Bern. de Bustis in secunda part. sui Rosarij, sermone 28. in prin.

NOna consideratio. Mulieres etiam ex sapientia, & scientia quādoque laudem meruerunt, ꝓut & laudandæ sunt. Quoniam sapiens mulier ædificat domū, Prouerbiorū 14. Et multæ mulieres fuerunt doctæ, quæ in multis scientijs claruerunt. & Tex. in sua officina, in c. mulieres doctæ. enumerat 64. & vltra, quæ multum doctæ fuerunt, quas hic enumerare intendo cum pluribus aliis.

Primo s̄m numerum illius ponit tres Corinnas, quarū vna fuit Thebana, altera Thespia, alia Ouidiana d̄r, cū charissima illi poetæ fuerit. Prīa Thebana, seu Tanagrea Archelodori & Procratiæ filia, & Mirthidis discipula, q̄ Lyricorum principē Tyndarum, quinquies vicisse, & epigrammatum quinq; libros edidisse fertur. Et de hac Propertius. lib. 2.

Et sua cum antiquæ committit scripta Corrinæ.

Statius, lib. v. Syl.

Sophronaq; implicitum tenuisq; archana Corinnæ.

Baptista Pius.

Nec tetigit dulcem trina Corinna Lyram.

Idem.

Non tres dulciloquo præstent sermone Corinnæ.

Politianus.

Sed tanagrea suo mox iure poetria risit.

Secunda fuit Thespia veterum quoq; monumentis celebrata.

Tertia floruit Ouidij temporibus poetæ clarissimi: de hac Martialis.

Notat Nasonem sola Corinna suum.

De Myrthide Politianus in nutritia facit mentionē, de qua infra dicā. & Franciscus patritius in lib. 4. tit. 6. de institutione reipublicæ. vbi dicit, quod habuit magnam laudem, sed longè fuit præstantior eius discipula Corinna, de qua hic ante.

De Erinna poetria Veia aut Thelia (est enim Telos insula ꝓpe Gnydō) floruit Dionysii Syracusani t̄pibus: scripsit Dorica lingua elegans poema trecētis versibus absolutum. Alia itē epigrammata. ferūt̄, eius carmina ad Homericam accessisse maiestatem. mortua est annos 19. nata. de hac Propertius lib. 2.

Carminaq; Erinnes non putat ęqua suis.

Baptista

Baptista Pius.

Erinnam credet Græcia docta suam.

Idem.

Non melior coluisse sacras Erinna sorores.

Fuit cōtemporanea Sapphus. In eā elegans est apud Græcos distichon, cuius talis hr̄ sensus. Quāto Erinna in Lyricis Sappho præstantior, tantò Sapphus gloria Erinnam hexametris præcellit.

Sappho Lesbia Lyrica floruit tpib. Alcæi, & Stesichori poetarum. Maritum habuit Cercylam ditissimum virū ex Andro. ex quo filiam suscepit Clio nomine. scripsit Lyricorū lib. 9. præterea Epigrāmata, Elegias, Iambos, & Monodas, carmini Sapphico (cuius inuētrix fuit) dedit nomē. Sunt qui dicāt aliā fuisse Lesbiā, poetriā quoq;, q̄ adolescētē Phaonem adamauerit, & è Leucade in aquas se dimiserit. vtracunque fuerit, vnam tantum cōmēdāt latini poetæ.

Statius. lib. v. Syl.

Stesichorusq; ferox, saltusq; ingressa viriles
Non formidata temeraria Leucade Sappho.

Sydonius.

Aut quod composuit puella Lesbi.

Baptista Pius.

Mascula quæque suos cantat moritura calores,
Leucadij Sappho crimen, honorq; freti.

Philippus Bergomensis vero, lib. 4. sui supplementi chronicarum, dicit, quod Sappho Eresia diuini ingenii poetrix, anno mundi 4576. claruit, & plectrū prima īuenit: hęc viro ditissimo nupsit, ex quo Didā filiū suscepit, habuitq; discipulas Anagorā, Mylesiā, Cōgillā, Colophoniā, Euthemiā, & Salamynā: quas ēt Liricos quosdā versus docuit: scripsit autem hæc modulos, lyricos, epigrāmata, Elegiā, Iambos, & Monodas. Fuit quoque vates nobilissima. Et ex his dictis à Philippo Bergomēsi sunt annumerādæ hic sex mulieres doctæ, de quibus nō meminit Textor: videlicet p̄dictę Anagora, Milesia, Cōgilla, Colophonia, Euthemia & Salamyna: ex quo ex supradictis iā cōnumerabis 12. mulieres doctas & scientiā hn̄tes.

Pro 13 ergo annumerabis Pollam argentariam, quæ Lucani fuit vxor, vt testatur Martialis.

Hæc est illa dies, quæ magni conscia partus,
Lucanum populis, & tibi Polla dedit.

Tanta fuisse dr̄ doctrina, vt maritum iuuerit in emēdandis tribus primis libris Pharsaliæ.

Statius. lib. 11. Syl.

Huc castæ titulum decusq; Pollæ.
Iucunda dabis alloquutione.

Sidonius.

Quid q̄ duplicib. iugata tedis argentaria Polla dat poetas. Eadem inceptos à marito permultos versus perficiebat pari grauitate & elegantia.

Pro 14. annumerabis Aspasiam mulierem Milesiā, quę doctrinæ fama claruit. Periclis magistra, & tādē vxor fuit: in studijs philosophicis abūdè, pmouit, rhetoricē exercuit, & tpe Socratis doctissima, à qua Socratem philosophum sanctum se didicisse q̄dam non pudeat confiteri, vt hr̄ in margarita poetica 2. parte, tractatu 2. oratione 17.

Cleobulina Cleoboli Lidij (qui fuit vnus ex septē sapiētib. Græciæ) filia, scripsit enigmata q̄dā exametris versibus, quorum hoc vnus adhuc extare fert.

Est vnus genitor, nati bona pignora, bis sex,
Triginta, cuius natæ sed dispare forma.
Hæ niueæ aspectu, nigræq; coloribus illæ
Atq; immortales omnes, moriuntur ad vnam.

Et de ea etiam facit mentionem Bergo. libr. 4. cum loquitur de Cleobolo eius patre.

Pro 16. inuenies Cornificiā sororē Cornificij poetæ: q̄ & ipsa fuit poetrix memoratu dignissima, & ipsa tpe suo, qđ fuit anno 33. añ Christi aduentum, tāto poetico effulsit dogmate, vt nō Italico lacte nutrita, sed Castalio videret latice. Cornificio p̄dicto germano fratri æquè esset gloria illustris: hæc quippe non contenta pulcherrimis valuisse verbis, nisi vt Helycon carmen describeret, atq; plurima & īsignia descripsit epigrammata, quæ tempore diui Hieronymi, vt ipse testatur, extabant: quibus virtutibus perpetuum sibi acquisiuit nomen. hæc Philippus Bergomensis, libr. 7.

Lilia Lelij filia reddidisse dicitur in loquendo paternam eloquentiam elegantiorem.

Hortensia Hortensij Romani oratoris filia post patrem nō solum patris facundiā, & doctrinā amplexa fuit, sed ēt ipsius pnunciandi splendorem seruauit, quē, s. oportunitas exq̄siuit, & q̄ sæpissimè in viris doctissimis deficere consueuit. hæc & alia dicit Philippus Bergomēsis, lib. 7. Eiusdem oratio apud trium uiros habita legit, nō tm̄ in sexus honorē, ut p Valerium, lib. 8. ti. de mulieribus causidicis, in fi. Liciniæ quoq; Lucij Crassi filiæ, quarum in dicēdo lepos ab eorum patre emanauit.

Mutiæ duæ filiæ, ab vtroq, parente eloquentiam didicere.

Pro 20. annumerabis Corneliā vxorē Africani & matrem Gracchorū, q̄ epistolas reliquit ornatissimè scriptas: vñ & filiorū fluxit eloquentia. vñ Quintilianus. Nā Gracchorū eloquētiæ (inquit) multū contulisse accepimus Corneliā matrē, cuius doctissim' sermo in posteros quoq; est epistolis traditus.

Anastasia illustrissima Romana mulier, Publij Romani potētissimi vxor, discipula Grisogoni martyris fuit, ei' mariti simulato morbo torū cuitauit. Scripsit epistolas ad Grisogonū. Hæc. n. bonarū literarū eruditissima fuit, vt refert Bergomensis, lib. 8.

Damophila Græca, quam hic ponā pro 22. vxor Pamphili, socia Sapphus poetriæ, poemata scripsit amatoria, & laudes Dianæ.

Hyptathia mulier Alexādrina Theonis geometrę filia, & vxor Isidori philosophi, dixit imperante Archadio, scripsit in Astronomiā, pfessa est Alexādriæ varia disciplinarū gn̄a, magno, & frequenti auditorio, cōuolantibusq; turmatim & vndiq; discipulis.

Leōtiū Gręca adolescētula īter p̄dictas mulieres doctas erit, cū philosophicas disciplinas adeo secta fuerit, ut ēt nō dubitauerit cū magna sui nois laude ī Theophrastū phil. alioq. laudatissimū, scribere. Pāphila scripsit cōmētarios in grāma. citat à Gellio.

Praxilla Sicyonia fuit poetria, q̄ in suis carminib. Adonidē induxit ab inferis interrogatum, q̄d apud

superos

superos pulcherrimum reliquerit. rñdere solē, cucumeres, mala: qđ cū vehementer insulsum videret cu cumeres & mala cū sole cōponere, fluxit inde ꝓuer. Stultior Praxillæ Adonide in hoīes nullius iudicij.

Phemone prima Apollinis Delphici vates fuisse, carmēq; Heroicū īuenisse dr. autor Textor, vbi s̄.

Sosipatra vates fuit Lyda multis disciplinis cumulatissima, quam propterea creditum est à numinibus quibusdam fuisse educatam.

Theano mulier fuit apud Locros in Lyricis p̄cellēs. alia fuit Metapontina seu Cressa genere, mulier Pithagoræa vxor Brotini crotoniatæ, quę scripsit cōmentarios in philosophia, poemata quoq; & apophthegmata pythagorica.

Pro 30 ponemus Zenobiā, de qua iā supra dictū est, q̄ licet bellatrix fuerit, vt dictū est, tñ Gręci, Ægiptiiq; sermōis eruditissima fuit, & latini nō ignara. scripsit epitomē ī oriētalē, alexādrināq; histo. Herennianū, & Tymolaū filios lr̄is erudiuit, elegātissimas orōnes ad milites suos plerūq; habuit, quas galeata recitabat. Et, vt ait Bergom. li. 8. fuit Aegyptiarū ac Græcarū lr̄arū nō mediocriter erudita, quarū suffragio omnes hist. tā Latinas quam Græcas & Barbaras summo studio vidit, & memoriæ commendauit.

Alpaides virgo cum religionem in magno cultu amplecteretur, cęlitus meruit scripturæ sacræ, bibliorumq; sensum percipere.

Quid de Catharina Senen. dicemus? Nam adeò ī sacris lr̄is profecit, vt libros scripserit cū theologorū doctrina conferendos, & maximæ sanctitatis fuit, vt refert Bergomen. lib. 14.

De Delbora, quā nu. 32. annumerabimꝰ, dicemus cum Bergomensi lib. 4. ꝙ ꝓpheta fuit Hebræorum de tribu Effraim progenita, vaticinio claruit.

Hyldegardis virgo Germana, q̄ fuit abbatissa, vt refert Bergom. lib. 12. patria Magūtina spiritu quodam inbuta ꝓphetico, multa p̄dixit de futuris, scripsitq; aliquot catholicę doctrinæ libros: hanc epist. suis dignatus est beatus Bernardus. Scripsit sup Bñdicti disciplina, triginta theologas quæstiones eruditissimè absoluit. Excellentium virtute virorū vitas scripsit, de altaris sacro, Homilias in euangeliis, p̄terea ī medicina quæ simplicia & q̄ cōposita tollendis ęgritudinibus prosint. Itē carmina & epistolas testimonio apostolicę autoritatis cōprobatas, quo factū est, vt Eugenius tertius, Anastasius quartus, Adrianus quartus pōtifices: Cōradꝰ tertiꝰ, & Fedricꝰ primꝰ Cæsares ad eā plerūq; scripserint. Plures alios libros scripsit, quos enumerat Bergomensis in loco supra allegato.

Ioanna Anglica ab Ephebis virū mētita Athenas se cōtulit, vbi studiosè lr̄is adeo operā impartiuit, vt Romā rediēs paucos hr̄et doctrina pares, & sacris literis: vñ tm̄ apud oēs beneuolentiæ & autoritatis sibi demeruit, vt artibus illis pontificatum sit adepta post Leonē quartū, cū vir esse crederetur. de ea etiā meminit Bergomensis. lib. 11.

Luceia mima, autore Plinio, centum annis in scena pronuntiauit.

Lastheniam Mantineam, & Axiotheam Phliasiā Platone vsas p̄ceptore scribit Plutarc. ornatuq; interim virili auditoriū īgressas. hęc Textor vbi s̄. ex qb. iā cōnumeratæ sunt 37 mulieres doctę & prudētes.

Pro 38 annumerabitur Michale Centaura, q̄ docuit Thessalas remedium amoris.

Dyotima & Aspasia mulieres in philosophicis ꝑmeruerūt disciplinis, vt alterā Dyotimam appellare magistram, alterius lectionibus interesse nō erubuerit Socrates philosophorum omnium optimus.

Lactātius ait philosophos nullas vnquam mulieres philosophari docuisse, p̄ter vnā ex omni memoria, Themistē. Sed quęnā hęc & cuias fuerit, nō docet.

Arete mulier eo doctrinę cōscēdit, vt filiū ēt instituueret, qui appellatus est Aristippus, fuit Cyrenaica, & Aristippi pr̄is Socratici dogma secuta ē. Mortuo patre scholā rexit in philosophia magno, & frequenti auditorio.

Pro 42. hic annectimus Nicostratā vaticinatricē clarssimā mulierē, q̄ Archadica de carminibus carmētis cognominata ē. Ostia Tyberis intrās in palatino mōte, vbi nūc Roma hr̄, cōscēdit, in quo Euādro eius filio rege cōstituto, cū ipsa Graiarū lr̄arum doctissima esset atq; versatilis ingenij, incolasq; siluestres cōperisset, nouos lr̄arū characteres īuenit, eosque canere cōiūctionē, atq; sonos edocuit: cuius ad mirati rudes posteri, eam nō mulierem humanam, sed Deam arbitrati sunt. vnde Virg. VIII. Aen.

Tum rex (inquit) Euandrus Romanæ conditor arcis
Fortuna omnipotens & ineluctabile fatum,
Me patria pulsum pelagique extrema sequentem
His posuere locis, matrisque egere tremenda
Carmentis Nymphæ monitu & deus autor Apollo.

Et hoc idē Ouidius libro Fastorū affirmat: vñ etiam margaritā poeticā orōne qua s̄. Et ibi ēt fit mētio de Iside filia Inachii, quę non solū terrę cultum, & lini vsum, sed & qđ pręstantius, apud Aegyptios lr̄as inuenit, ex quo diuinos honores assecuta est, teste Philippo Bergomensi, libro 3. vbi amplè de ea.

Ceres ēt fuit diuinis honorib. exaltata, ex quo prima agrorū cultum excogitauit, vt refert idē Bergomēsis, ī loco hic añ allegato, & ī margarita poetica, ī orōne hic añ dicta, & vt dicit sophologiū sapientię. li. 1. c. 3. Fœminę oēs artes inuenerunt, & ēt hr̄ ī margarita poetica in loco hic ante allegato.

Quid de Amesia, quam eo ꝙ sub fœminea forma virilē animū gereret, Androginē vocauere? Ea apud pretores maximo populi concursu causam egit, & prima actione à cunctis penè iudiciis liberata est, vt habetur in oratione suprà dicta.

Et pro 45. addemus Gayam Afraniā Lucii senatoris vxorē, q̄ ita litib. & causis apta fuit, vt apud plures magistratus sępissimè orasse dicatur.

Dama Pythagoræ filia & ipsa philosophiæ sectatrix, ingenium & doctrinam in exponendis parentis sententiarum inuolucris exercuit.

Thargeliam quoque fœminam sola illustrauit philosophia.

Ferunt & Muscam poetriam fuisse Lyricā, q̄ & epigrammata scripserit, & Lyricos nomos.

Semyamira Heliogabali īperatoris mater sapiēs fuit

La madre ... de ... fue elegantiss en sus ...

fuit,& multa inaudita fecit, vt dicam infra.

Sempronia literis grecis & latinis docta fuit, vt dicit Salustius in Catilina. G. Benedicti in sua repet. c. Raynutius. in verbo, cuidam Petro tradiderunt nu. 64. de testa. Sed qm̃ hæ duæ mulieres inhonestæ fuerunt & luxuriosè vixerunt, non ponam eas in numero illustrium & probarum mulierum.

Refert Textor ubi supra in sua officina, ꝙ multorum carminum auctrix fuit Charixena, cuius meminit Aristophanes cynicus.

Celebrat itē Mero cōdito in Neptunum hymno.

Fuit Agallis Corcyrea illustris in arte grāmatica, cui inuentum pilæ nonnulli ascribunt.

Telesilam in poetica illustrē celebrat Pausanias, cui ēt apud Argos ante Veneris templum statua sit erecta. hanc Fulgosus Theselidem vocat.

Pro 53. ponemus Oldā ꝓphetissam Sellum summi sacerdotis Hebræorū vxorē, & Helchiæ maximi Hebræorū pontificis matrem, q̃ anno mundi 4576 fuit, & Iosiæ regi vaticinādo multa prædixit, & ꝑsertim Ierosolymorum euersionem, populi ipsius captiuitatem, ut patet 4. Regum, c. 22.

Heryna poetrix anno mūdi 4864. claruit, & multa laude digna cōscripsit, q̃ Nactanabo regi Aegypti vsq; ī Aethiopiā expulso, reditū suū ꝑdixit. de his duab. Philippus Bergomensis, in lib. 4. & 5. meminit: & Benedicti in loco s̃. allegato tacendo autorē.

His adijciemus Didonē Phœnicā Lilij Phenicū regis filiam, quæ populo legem & normam viuendi dedit. De cuius laude, honore & virtute Virgilius 1. Aen. cum dicit.

Iura dabat legesq; viris.

Et de ea Philippus Bergomensis, lib. 4.

Hiparchia mulier Græca, philosophicis disciplinis valde excelluit.

Cassandra Priami filia vaticinio, & doctrina illustris habita est.

Aliā Cassandrā Venetā puellā Politianus magnis laudib. cōmēdat, q̃ ait ꝓ lana librū, ꝓ fuso calamū, stylū pro acu tractasse, latinasq; epistolas scripsisse. Sic. n. de ea ī principio cuiusdā epistolę meminit. O decꝰ Italiæ virgo quas dicere grates quas ve referre parē, ꝙ etiam honore me tuarum literarum non dedignaris? & vltra alia dicit Textor ibi.

Statius Papinius vxorē habuit noīe Claudiam, magno ingenio doctrinaq; non vulgari præditam.

Eudozia Theodori iunioris vxor, præter egregiā formam, singularemq; pudicitiam, etiam literis excelluit, adeo vt librum quendam emiserit.

De Abigail hr̃ 1. Regum 25. c. ꝙ mulier prudentissima fuit, & ob eius prudentiam maritum suum Nabal à morte eripuit.

Ystrina Scytharū regina Aripythis uxor, Sylē filiū Græcā linguā literasq; edocuit. author Herodotus.

Themistoclea soror fuit Pythagoræ, cuiꝰ placitis & opinionib. plerisque in locis vsus est Pythagoras.

Proba Valeria, q̃ Cētonā vocat Margarita poetica, in oratione qua s̃. nu. 69. fuit Græcis Latinisq; literis eruditissima. trūcatos Virgilij versus ad fidē & mysteria catholicæ religionis conuertit. Fecitq; de Christi gestis & de eius morte opus nobilissimum, quod Centones appellauit. hinc Centona dicta est. Et de ea Bergomensis, lib. 9.

Pro 65. ponemus Elizabethā abbatissam Germanicā, q̃ multas orationes ad sui conuentus sorores cōscripsit, opusq; de viis quibus ad deum itur.

Baptista pria Galeatij Malatestæ Pisauriēsis principis filia, & Guidoni Mōtefeltrēsi Vrbinatiū comiti mr̃imonio copulata cū doctissimis viris plerūq; magna sui laude disputauit. Libros quoq; de humana fragilitate & de vera religione conscripsit.

Isota nouarolla Veronen. philosophiā verbo, & ope ꝓfessa ē. scripsit qnq; ad Nicolaū quintū & Piū sm̃ Pōtifices. Sripsit quoq; dialogū quo disputatur uter grauius peccauerit, Adā ne, an Eua. quib. laudibus literarum adiecit perpetuū virginitatis votum.

Damisella Triuulcia Mediolanensis virguncula, annos amplius 14. nata, iā cępit eloquentiæ isuescere, bonasq; imbibere disciplinas, adeo vt nouum in terris ꝓdigiū videretur, in lr̃is imbuta ita ꝓfecit, vt cum Latinè vel scriberet, vel loqueret, oēs trahebat ad admirationē: fuit ēt tenaci memoria, vt vel Mithridati par haberet. Nā si quē vel publicè cōcionātē aut declamantem audisset, reuersa à consessu oīa ad vnguē verbatim, syllabatimq; repetebat: Latinis insuper nō contēta literis, Græcarū studio deflagrauit, quas vsq; ad promptum & peculiarem didicit sermonem. Et de hac multa dicit Textor in loco supra allegato, vbi ponit versus sequen. de ea.

Quid facit in terris Damisella Triuulcia? cœlum
Ingenijs debet talibus esse domus.
At scio, quid facias, flores cum coniuge ditis
Non legis, ad stygios vt rapiare lacus.
Cura tua est virtus, & iter meditaris ad astra,
Nam virtus comites tollit ad astra suos.

Minerua Iouis pri filia n̄ aliā ob cām ī numerū deorū relata, q̃ pp bonarū artiū (quarū fuit īuētrix) peritiā: vn̄ & veteres illę Athenę sui noīs immortalitē mutuatæ sunt. & vt hr̃ in margarita poetica, par. 2. trac. 2. orōne 17. fuerūt plures Mineruæ. Aduertendū est ēt, qm̃, vt hr̃ in sophologio sapientię, li. Oēs ferè artes fuerūt inuētę à mulierib. Et ibi ponit aliquas ex his liberasse patriā, & fecisse ea q̃ uiri fecisse nequissent, vt dicit Io. Neuizan in sua silua nuptiali. & dicit gl. in verb. instrueretur. in l. qui filiū. ff. vbi pupillus educari debeat. Quia antiquitꝰ mos erat mulieres legere grammaticam.

Manto Tyresię vatis filia (q̃ Matuę nomē ididit) doctrina quoque & vaticinijs claruit: adeo vt ex pecudum libris extorumq; intuitu futura pręsentisceret, ac pręsagiret.

Catharina virgo Costi Alexādrię regis filia sacris lr̃is partim studio, partim diuini spūs afflatu adeo fuit ībuta, vt accersitos à pr̄e vndiq; doctissimos viros & philosophos ad ꝑsuadēdā idolatriā, refellendāq; vnius dei religionē viuacissimis terruerit argugumētis, suæq; opinioni attraxerit, nedū nō succubuerit eorū rationibus. Et, vt dicit Bergomen. lib. 8. Et si illius ꝑceptorē ignoremus, tanta earū rerum sciētia ꝑditam legimus, vt mirabile visum sit, quòd in tam

iñ tam tenera ætate cum omnibus certamen disputationis suscepit.

Fuit & alia Catharina ducissa Mediolani, q̃ Philippus Bergomensis, lib. suo 14. dicit fuisse memoratu dignissimam & prudentissimam.

Fabiola Romana mulier, quũ magno studio sacras lr̃as amplecteret̃, ꝓphetias, euãgelia, & psalmos frequentissimè reuoluebat, vt iterata plerũq; lectio amorẽ diuinæ religionis (qua deflagrabat) augeret vehementius: vnde & beatus Hieronymus librum de veste sacerdotali eidem nuncupauit.

Marcella Romana pp sacras lr̃as (quas egregiè callebat) frequẽib. epistolis à beato Hieronymo salutata est. Ad eã.n. scripsit de cõtẽptu mundi, De decem nominibus quibus apud Hebræos dr̃ Deus, de fide nostra, & hæreticorum doctrina, de blasphemia in spiritum sanctum, de studio Theophili episcopi Alexandrini, & alia id genus permulta.

Eustochiũ Paulæ mulieris Romanæ filia Latinarũ, Hebraicarũ, & Grecarũ lr̃arũ studijs plurimũ excelluit, vñ & suo tpe nouũ orbis ꝓdigiũ vocata ẽ: ingeniũ sacris lr̃is deuouit. maximè atq; adeo, vt psalmos Hebraicè legeret cursim & mira celeritate. qua in re amorẽ beati Hieronymi multũ sibi demeruit.

Genebria mulier natione Veronẽ. tpe Pij secũdi Põtificis Romani sua egregia eruditione meruit nomen immortale. Epistolas scripsit luculẽtas, & maxima refertas doctrina, recitabat decoro gestu, voce virili, permixta suauitate.

Cõstãtia Alexãdri Sfortiæ vxor numeratur inter claras mulieres & excellẽtes doctrina: & erit hęc ꝑ 77. ab ĩfantia bonis disciplinis operã dedit, adeo vt ĩperata quoq; disertissimè loqueret̃, hẽbat assiduè p̃ manibus opa Hieronymi, Ambrosij, Gregorij, Ciceronis, & Lactãtij: valebat ẽt scribẽdis ex tpe carminib. nõ sine magna multorũ admiratione, ꝙ sine p̃ceptore ferebatur didicisse.

Nec defuit tam illustri fœminæ germẽ sıle. Habuit enim filiũ Baptistam noĩe, tanta doctrina, vt doctissimos quosq; sua terreret eloquentia.

De quibusdam mulieribus supradictis facit mẽtionem Politianus in nutritia.

Non illi Praxilla suos prædoctaq̃ Nossis
Contulerint, myrthisq; modos non dulcis Agacles
Non Anyte, non quæ uersus Erinna trecentos
Castalio seu melle rigat, non candida Myto,
Non Tellesilla ferox, non quæ canit Egida sene,
Pallados effusum cri men vitata Corinna.

Pro 79. his adiũgim⁹ Mariã, Aarõ & Moysi germanam q̃ prophetissa fuit, vt dicit Bergomẽsis, lib. 3.

Cõsilio & sapiẽtia Clotildis (q̃ filia regis Burgun. erat) Clodoue⁹ rex Frãciæ ei⁹ marit⁹ ꝓthocristian⁹ baptismi lauachrũ ꝓmeruit, vt refert Gaguin⁹, lib. 1. c. 8. & Bñdicti amplè in sua repetitione. in verbo, duas hñs filias. nu. 80. & 81. quem non repeto.

Refert etiam idem Bñdicti vbi supra, nu. 15. ꝙ Boetius habuit uxorem prudentissimã nomine Elphe, quæ hymnum fecit Oliuæ binæ: de Petro & Paulo apostolis.

Refert ẽt Ioannes Andreę literatissimã habuisse uxorem, q̃ sibi & Cyno legum doctori cõpatri multoties de difficilibus iuris respondebat.

Sic & Ioãnis Calderini vxor ſm̃ Panormitanum c. cum inter uniuersas. in fi. de electionibus.

Itẽ & Philippus apostolus quatuor habebat filias virgines ꝓphetãtes, ut hr̃ Actuũ 21. Et de aliis quibusdam per Benedicti in lib. hic ante allegato.

His adiungendę erunt nouẽ Musę, videlicet Calliope, Clio, Thalia, Euterpe, Melpomene, Polymnia, Erato, Terpsichore, & Vrania: quas poetę fingũt eẽ Iouis, & memorię filias, ꝙ doctum oporteat esse fœcunda memoria. & Carminum inuentrices fuerunt de quibus Textor in loco suprà allegato.

Nõ relinquẽdę sunt decẽ Sibyllę uidelicet Persicã, Cumea, Cumana, Tyburtina, Lybica, Erythrea, Hellespõtia, Delphica, Samia, Phrygea. Hę fuerunt primis seculis puellę uaticino spu afflatę, & futura p̃sagietes. quas sibyllas dixerũt: decem at scribit fuisse Varro. Cumana ꝓprio noĩe vocat̃ Amalthea, à Virgilio Deiphobe, libris hui⁹ nõ sec⁹ ac diuinis oraculis in imperij administratione populus Roman⁹ ſpusus est. Tyburtinã veteres Albuneã appellarũt. Politianus in Nutritia quasdã enumerat his uerbis.

Quin & veteres prompsere sibyllæ
Carmen, Amalthea & fati Marpesia diues,
Herophileq; Idea genus prædoctaq̃, Sabbe.
Demoq;, Phigoq̃, & veri gnara Phaennis.
Et Carmenta parens, & Manto, & Pythia longos
Themonoe commenta pedes, & filia Glauci.

Hęc textor ubi supra ponẽs noĩa plurium fœminarũm illustr. nos remittens de reliquis ad Plutar. & ad Strozam, qui his uersibus quasdam enumerat.

Magnanimam Tomyrim, fortem propone Camillam,
Et subeat menti Penthesilæa tuæ.
Adde & Amazonias reliqua de stirpe sorores,
Respice Carmentam, respice Penelopem,
Vltra nephas animo, propriaque Lucretia dextra
Inuicto occurret clara pudore tibi.
At rapidum nando transmietere Choelia Tybrim
Ausa, suis animis præmia digna tulit.
Quid te commemorem vestalis Claudia virgo,
Qua stetit attoniti vindice fratris honos?
Quisue tuum dignis nomen Cornelia tollat,
Laudibus aut animum Portia casta tuum?
Quis te prætereat generosi pectoris Ester
Non bene damnatos protinus vltra Syros.
Quisue Palestina genitam te stirpe virago
Spem taceat, patriæ subsidiumq; tuæ?
Si fortasse petes exempla recentia, nonne
Cognita perpetua laude Mathildis erit?
Sponte opibus spretis regum violanta reliquit,
Seque sacri sociam maluit esse chori.

Et Bñdicti in iã dicta sua repe. in loco supra alleg. dicit ꝙ plures aliæ fœminę Romanę, in quibus lr̃aria dignitas seruata est, usq. ad Hieron. tpa quib. oĩa fermè scripta & ęditiones dicauit suas, ut uisus sit Paulam, Blessellam, Aletam, Asellam, Cellantiam, multasq; alias non minus quàm illius temporis uiros dignas, meritasq; duxisse: quibus suos dedicaret libros, suumq; desudaret ingenium. Plures ex his

etiam

etiã enumerat Iacobus magnus suo sophologio sapientiæ, lib. 1. c. 5. vbi ponit fęminas q̃ inuenerunt quasdam artes, vt ibi per eum. Et Cęlius lib. 8. antiquarũ actionũ. c. 1. Vñ multum inuehit Franciscus patritius, li. 4. ti. 6. de institutione reipublicę. ꝙ nũc tãtã desidia torpeant mulieres nr̃æ, vt pro miraculo quodãmodo videret̃, si quas primorib. labris lr̃as attigerint, licet tanta copia doctissimarum fœminarum apud antiquos fuerit: vt ẽt inuehit Bñdicti in loco supra allegato, volẽtes inferre dolendũ, ꝙ hodie fęminæ non vacant lr̃is: quod tñ nõ videret̃ mihi esse vtile, & ipsis, & maritis, & reipublicæ, ꝓpter multas rationes quas dicere possem. Sed inde tacebo cũ tm̃ intentionis meæ sit tangere in oĩb. ea solum quæ tangunt laudẽ, honorẽ, & gloriã, nõ q̃ faciant ad dedecus, vituperiũ aut opprobrium alicuius, sed alio fortè loco de his dicemus. Et põt videri per Ioannem Neuizan in sua silua nuptiali, in octaua ampliatione suæ q̃onis, vbi ponit: an sit licitũ ducere vxorem doctã. Nescio si his debeam adiungere Semyamitam matrem Heliogabali, q̃ semper in senatu interfuit cũ alijs senatorib. & fuit in senatu p̃lata, ita ꝙ nihil ferè nisi ea disponente, senatus peragere poterat, sñiamq; suã more cæterorum de agendis dicebat: qđ mulieri nunq̃ contigisse legitur. Cõuentũ mulierũ ordinauit, quib. ptãtẽ p̃buit, & p̃stitit, vt senatorio more de morib. circa statum tractarẽt. Et huic senatui principissa fuit, vt Philipp⁹ Bergomensis in suo supplemento, lib. 8. q̃ anno Christi 224 regnabat. Refert ẽt Textor in suis epythetis. in verb. Galli. Quia apud Gallias fuerunt sapiẽtissimæ mulieres Gallicanæ, quæ ſm morem antiquũ quũ de pace belloue consultaretur, adhibebant̃. Si qua tunc inter socios incidisset controuersia, mulieres sedebant arbitræ. Propterea in fędere (quod sanxerunt cum Hannibale) voluerunt, vt si quis Gallorũ ab aliquo Carthaginensium iniuria affectus quereretur, eius rei iudex esset Carthaginẽsium magistratus. Sin Carthaginensium quisquam ab vllo Gallorum iniqui quippiam passus esset, Gallicas mulieres de ea re iudicium facere. & alibi de his dictũ est.

Decima cõsi. Nõ solũ mulieres laudant̃ ex sapiẽtia, verũ ẽt ex cõsilio: qm̃ ẽt in his quæ ad curã virorũ spectãt, sumendũ est, & ab vxoribus consiliũ, vt ex exemplis & doctrinis Augusti & Iustiniani imperatorũ ꝓbat̃. Nã Augustus, vt ait Seneca li. de clemẽtia) Liuiæ vxoris cõsilio vsus est, ẽt ĩ magnis reb. atq; eius opera innatã quandã seueritatem exutus, clemẽtiã induit. Iustinianus vero in arduis ẽt negotijs, & ad summã rerũ ptinentib. vxorẽ cõsilij participẽ fecit: vt ipse fatetur in auth. vt iudices sine quo quo suffra. §. hæc aũt oĩa. coll. 2. & ibi Accursius annotat in verbo, reuerẽdissimã. sumendum eẽ ab vxore consiliũ. & illũ tex. ẽt ad hoc põderat Io. An. in c. qui prior de reg. iu. lib. 6. in c. mercurialib. d. meus Ias. in l. j. col. 2. ad fi. ff. de legib. Albericus in l. aduersus. C. de crimine expilat. hær. & Host. in summa, ti. de matrimonio. §. 1. col. 2. ver. sed & in eo hẽt. facit etiam tex. in l. bene à Zenone. §. pe. in fin. C. de quadriẽ. præscriptione. vbi Iustinianus dicit, qui. n. suis consilijs suisq; laborib. ꝓ toto orbe terrarũ die, noctuq; laborãt, quare non habeant dignam suam p̃rogatiua fortunam. quem tex. ad hoc allega. Barbatia in cle. 1. in 6. charta. in paruis. de elec.

Exẽplo nobis ẽ ille bon⁹ pr̃ multarũ gẽtiũ Abrahã, cũ durè accepisset cõsiliũ Sarę vxoris monẽtis, vt Agar ancillã & filiũ ei⁹ eiiceret, statĩ audiuit à dño, Oĩa q̃ dixerit tibi Sara, audi vocem eius. Ge. 21. c.

Sesostrates Ægyptiorũ rex, qui cęteros oẽs gloria & rerum magnitudine excessit, vxoris cõsilio vsus, se vxorẽq; suã, & liberos partim graui inopinatoq; periculo liberauit. Nã cũ illum frater, à quo nihil tale reformidabat, inuitatũ excepisset, domũq; sicca exterius materia circunstipasset, re intellecta, extẽplò cũ vxore deliberauit. Nam & vxorem secũ duxerat, eaq; suadente, vt duos ex sex liberis super ardentẽ pyram extendens pontem faceret, super quos ipsi trãseuntes euaderent, ita fecit: & duabus tantũ filijs ita incensis, cæteri cum patre, matreque fuere seruati. Testis Herodotus in Euterpe.

Plutarchus ĩ libro de virtutibus mulierũ, narrat historiã de Pythei vxore, q̃ Xerxis tpib. claruit: de quo ẽt meminit Plinius. lib. 33. c. 10. q̃ viro oium p̃ id tempus ditissimo auro semp inhianti & auri fodinas iugiter exercenti, cũ ex peregrinatione domũ esset reuersus, & cęnam parari postulasset, aureã mẽsam apponi iussit, in qua oĩa erant ex auro fabrefacta obsonia, ac primo quidem aspectu gauisus est Pytheus, miro artificio singula elaborata cõspiciẽs. Inde aspectu, iã abundè satiatus, p̃cepit cibũ afferri. Verũ mulier cuncta q̃ postulasset, ex auro concinnata afferri iussit. Cũq; ille iracundia percitus, fames nãq; & bilis nasum conciũt, esurire se vociferat, neque se aurũ id tẽporis exposcere. Sapienter, inquit vxor, Tu nullius rei præter hanc vnam habendæ facultatem præbes. Omnis. n. virorum cura, oisque ars tuo iussu in auro fodiẽdo occupata est, vt nemo iã agros colat, nemo fruges serat, nemo arbores plãtet. Qua vxoria castigatione pmotus Pytheus, negotiũ haudquaquã penitus omittẽs, quintã duntaxat ciuium partem in opere cõtinuit, reliquos tum agri culturæ, tũ cęteris artibus operam dare præcepit.

Aurelius victor, quo loco Cõstãtij impatoris vitã describit, fęminarũ (inquit) p̃cepta sæpe maritos iuuare. Nãq; (vt de cęteris taceã) Põpeia Plotina (incredibile dictu) quãtũ auxerit gloriã Traiani, cui⁹ ꝓcuratores cũ ꝓuincias calumniis agitarent, adeo vt vn⁹ ex his diceret̃ locupletissimũ quẽq, ita cõuenire. Quare hẽs tertius? pone qđ habes. Illa maritũ castigauit, atq; increpãs, ꝙ laudis suæ esset incuriosus talem reddidit, vt postea exactiones improbas detestans, fiscum lienem vocaret, ꝙ eo crescente, artus reliqui tabescunt.

Ataulphis Gothorũ Rex ĩ aĩo habuit Romã à se receptã funditus euertere, diuersoq; vrbẽ loco statuere, Gothiãq; ꝓ Roma noĩare, a Cesarũ Augustorũq; memoria ꝓsus abolita, Ataulphi appłonem ĩ posteros trãsmittere. Verũ Placidę cõiugis seu Placidię Honorij sororis suasu adeo est mutat⁹, vt breui nõ hostis, sed amicus, nõ vrbis euersor, sed instaurator

tor si vocatus. de quo meminerunt Paulus Orosius. c.123. & Paulus diaconus de gestis Rom. lib.13.

Dominica vxor Valētis imperat. Gothos ad euertendum Constantinopolim irruentes, pacauit.

Pōpeia Plautina Iulianū imp. maritū suū auertit ab extorquēda à populo pecunia, & colligēdo fisco. testis est Sex. Aurelius. & sic reperiūtur fęminæ, quę maximi quandoque boni authores extiterunt.

Etiā narrat Seneca li.1. de clemētia. c.5. ꝙ quum quidā rex nō posset potētia quendā suū destruere inimicū, reginā cōsuluit cōiugē suam: q̃ tale regi dedit cōsiliū. Fac dn̄e qđ medici facere solēt, qà vbi vsitata remedia minimè ꝓsunt, tentāt cōtraria: si seueritate nihil ꝓfecisti, nūc tēta qūo cedat tibi clemētia: ignosce illi. Qđ ille gauisus annuit, factoq; adimpleuit, & contulit ei cōsulatum: ex quo habuit eū amicissimum fidelissimumq; hæredem. de quo ī. dicitur.

Refert ēt Cassiodorus, post Theodoricū, ī tripartita historia, lib.9.c.31. ad Theodosij Imperatoris sanctitatē multū contulisse vxorē, q̃ virū sæpius diuinas leges admonebat, eiq; frequēter dicebat: Oportet te sp̄ marite cogitare, quid dudū fuisti, quid mō sis: hęc si semper cogitaueris, ingratus benefactori non eris, sed imperium, quod suscepisti, legaliter gubernabis, & harum rerum placabis autorem.

Saxo grāmaticus ī historia Danica, li.9. tradit Regnerū Danorū regē sexagesimūsecundū Vnithserici filij mortē adeo molestè tulisse, vt obstinato ad moriendū luctu, corpus lectulo p̄ summā animi ęgritudinē affixerit. Quē vxor virilē supgressa fiduciā imbecillitatis increpitū virili adhortatione firmauit, reuocatumq; à mœrore, animū arma impēsius tractare, pdocuit: affirmans fortissimū patrē cruentos filij cineres iusti⁹ armis, q̃ lachrymis expiaturū. Ad cuius monitū Regnerus discusso mœstitiæ habitu, depositisq; doloris insignib. iacētem reuocauit audaciam, breuiq; hostē, q̃ filiū interemerat, cōprehendit: adeo (inq̄t Saxo) īterdū ab īualidis fortia roborant̄ īgenia.

Profuit & consiliū Clotildis filiæ Regis Burgūd. cōsilio cuius Clodouęus Rex Franciæ eius maritus Chr̄ianus effectus fuit: vt refert Guaguinus li.j.c.8. de gestis Francorum. & post eū G. Benedicti amplè in sua rep. c. Ray. in verbo, duas habens filias. num. 81. & dixi in præcedenti consideratione, vbi etiā de vxoribus Io. And. & Cald.

Iuguldis soror Childeberti, Hermogillum Lemigildi Gothorum regis filium, & maritum suum ad Christianam conuertit pietatem.

Profuit & cōsiliū Theodelindæ Lōgobardorum Reginæ viris suis, cū sua ipsius opera, & pia suasione Eutharim priorē maritū multò mitiorē fecisse scribit, ad verā pietatē amplexandā lōgè proniorē. Sed & Agilalphū maritū posteriorē præferocē virum dextere monendo, veritatisq; lucē oculis admouēdo, eo traxit, vt omnib. suæ gētis author fuerit à malorum dæmonū cultu, detestandaq; hæresi sese vindicandi.

Quo ēt tp̄e Brunechildis pari studio Childebertū Francorū regem ipsius virum, eo quoq; impulit, vt Tassilonē Bauariæ Regē ea lege cōstitueret, vt à Sclauorum gente bello insectanda nō prius desisteret, q̃ ad Christi fidem amplectendam subegisset.

Lacedæmonij ēt nō minus publica q̄ priuata cōsilia cū mulierib. cōmunicabant, vt scribit Plutarch⁹ tū in cōparatione Numę ac Licurgi, tū ī vita Agidis. & Arist. politico.2.c.7. multa in Lacedęmoniorum principatu à mulierib. administrabantur.

Apud priscos quoq; Athenienses nō minus famigerabilē Gręcorū gētē mulieres publicis cōsultationib. īteresse, suffragiaq; ferre solitas, testis est Varro.

Germani itē inesse sanctū aliq̄d & ꝓuidū fęminis putāt, nec aut ɔsilia earū aspernāt̄, aut r̄nsa negligūt, vt Cor. Tacitus scribit, in lib. de morib. Germaniæ.

Apud Gallos gentē nostrā, olim consuetudo fuit, vt quoties de bello eis esset, aut pace, cōsultādū, mulieres quoq; eiusmodi cōsultationib. admitterentur. Pręterea si qua aduersus socios īcideret cōtrouersia, eā ex mulierū sentētia cōponere cōsueuerāt, vt refert Plutarchus libro de virtutib. mulierū, dixi ante in p̄cedenti cōsideratione, vbi de sapientia, & prudentia mulierū. Et de cōditionib. pactis inter Hannibalem, & Gallos, ꝙ mulieres iudicabant de commissis per Gallos, dixi in finali parte in 17. cōsid. in c. aliā orbis diuisionē. versiculo, vnde & apud &c. cū versic. seq.

Socrates ī libro de republica quīto, dicit, nō omnino esse arcendum mulierū genus ab administrāda republica, si qua mō reperiat̄ idonea: quin p̄cepit. nō magistratus tātum, sed oīa, & publica, & priuata, tum pacis, tum belli studia mulierib. cum viris cōia fieri. Sed in ea re illum reprehēdit Lactantius libro diuinarum institutionum 3.c.22. Et hęc non sine ratione dicuntur, qm̄, vt in p̄cedenti consideratione dixi, aliq̄d iudicij, & discretionis habent. ꝓut facit tex. in l. cū p̄tor. §. pe. ff. de iudicijs. concordat tex. in c. infamis. 3.q.7. & probat illud Prou.13. Sapiēs mulier ędificat domum suam. & Prou.19. Domus, & diuitię dant̄ à parentib. à dn̄o aūt vxor prudens, vt refert Io. Fabri. ī rub. inst. de nuptijs. & Luc. de Penna. in l.2. col. pe. C. qn̄ & quib. quarta pars debetur. lib. 10. & dixi in cōmentarijs nostris sup cōsuetudinib. ducatus Burgūdię. titulo, Des droictz & appartenāces a gens mariez. in rub. & ēt Regū 10.c. fit mentio de quadam muliere sapiēti. facit ēt text. loquens de mulierib. in c. viduas. le premier. ibi maioris sapientię, & cōsilij existūt, 27.q.j. & in c. si aliquid 22.q.4. vbi prudentis quoque fœminę fit mentio.

Ex quibus concludit Tiraquellus ī suis legib. connubialib. in l.11. quę est, ꝙ in his etiā quę ad uirorū curam pertinet, ab uxorib. ipsi consilium sumant: ꝙ cum fœminę sint non omnino expertes sapientię, cōsilij, & prudentię, possunt salubre quandoque dare consilium. facit tex. in l. si quis decedēs. §. Papinian⁹. ff. de admini. tutorū. ideo admodum scite dicit Corneus consi.36. inc. quo ad primum consultationis articulum. col.7. versi. & constat, ꝙ illud statutum. lib.3. ꝙ non semper spernitur mulieris consilium, prout nec spreuit Io. And. consilium suę vxoris Milantię. cum illud referat in c. cum s̄m Apost. de prębēdis. vbi dicit se ab ea didicisse, ꝙ si nomina (vt pleraquę alia) in foro venderentur pulchra quidem parentibus esse magno pretio emenda, vt filiis impo-

nerent. Eandemq; vt doctã se aliquando consuluisse asserit in c. prior. col. pe. de reg. iur. in 6. in Mercuria lib. Nec ẽt spreuit Io. Cald. consilium suæ vxoris: cũ vt inquit in c. fi. de ren. & post eũ Pan. in c. cum inter vniuersas. in fi. de elect. ipsum Calderinũ cõsuluisse vxorem, an conuiuator teneatur hora prandij mittere ad conuiuas, vt veniãt: quę satis æquè respondit ad fœminas, & forenses esse mittendũ, qui se facilè ñ ingerunt: non ẽt ad alios nisi essent graues personæ. de quo etiam per Collecta. in c. à crapula. de vita & hon. cle. & Bal. in procmio Gregoriano. col. v. versi. quæro. quidam scholaris.

Aduerte ad dictũ Philippi Decij ĩ l. fœminæ, col. 2. ver. 3. postulare. ff. de re. iu. ꝗ licet mulier ꝓhibeat᷑ postulare, potest tamen in camera consulere.

Ex quib. dictis videmus certos casus ĩ quib. consilia mulierũ fuerũt salubria: ideo ĩ talib. aut similib⁹ vr̃ esse illis credẽdũ. Et inter alia aduerte ad consiliũ Sarræ, qm̃ exẽplo illi⁹, si vxor tua cõsuluerit te aggredi ad ancillã, crede illi, si sit pulchra, aliàs nõ: sed his tẽporib. mulieres hoc de raro cõtigenti consulunt.

Adde alios tres casus vltra prædictos, in quibus credendum est vxori, & non vltra.

Primus, si cum volueris egredi extra locum tuæ habitationis, & vxor tua tibi dixerit, & consuluerit, bibendum esse antequam exeas, crede illi.

Secũdus, si cũ vxori tuæ qñq; dixeris, illi te velle dare vestẽ pretiosam causa ornatus similem eius vicinæ, & dixerit alio tempore reseruãdam, crede illi.

Tertius, si cũ noctu aut diu ĩ palęstra venerea illa amplexatus semel fueris, & iterũ concũbere velis, si dixerit tibi vxor tua sat esse, crede & illi, quoniam ĩ his trib. optimum erit eius consilium: quoniam verò vr̃ de raro cõtingenti euenire, ideo videtur chari⁹ & vtilius: cum q̃ rara sunt chariora videntur.

Et pro certo nisi esset intẽtionis nostrę ĩ hoc opere recensere tm̃ quæ laudem cõcernũt, libẽter adducerem in nullo alio casu cõsilijs mulierũ esse credendũ, cũ sit fragile & debile, vt satis declarat Tiraquellus in dictis legib. connubialib. in prima l. ad quem te remitto, tanquam ad solitum de ipsis mulieribus malè dicere ferè in toto illo opere.

VNdecima cõsi. Etiã fęmina laudẽ meret᷑, & honorari debet ex virginitate. Cum virginitas ipsa dei tẽplũ sit, & qeã habet, fortitudinẽ habere dr̃, ſm Augu. de ciuitate Dei lib. 2. c. 26. tantaq; est vis ꝓbitatis, & castitatis, vt penè oĩs eius laude moueat᷑ humana natura. Et virginitas virtus est animi, comitemq; secum habet fortitudinem. 32. q. 5. c. ita ne aliqui. Et de laude, excellentia, & priuilegiis virginũ diffusè in proxima sequenti parte, in 39. cõsidera. scribit᷑. Et inter cæteras virtutes mulierũ pudicitia p̃fertur, vt hr̃ in Margarita poetica, 2. parte, tractatu. 2. orõne 17. in prin. Et de huiusmodi uirtute satis amplè hr̃ in Rosario B. de Bustis. ĩ 2. par. ser. 28. vbi de virginitate ponit in litera B. C. D. E. F. G, &c. Et in lr̃a Y antea ponitur de pudicitia, in quibus locis enumerantur aliquę, quę fuerunt laudatæ ex pudicitia, vt Susãna, & Sophoronia. Sed quia istud esset nimis fastidiosum omnes pudicas, & virgines enumerare nõ ĩsisto: cũ nõ sit ita nouũ sicut đ doctis, & magnanimitatẽ hñtib. Etiã Textor ĩ sua officina ponit quasdã virgines vestales. De laude ẽt virginũ vide Iacobum Nigrũ ĩ suo sophologio sapiẽtię, li. 10. c. 16. vbi multa ponit de virginib. Vide ẽt de laude, & eius priuilegio pulchra q̃ dicit Pan. & alij ĩ c. cãm matrimonij. extra de ꝓba. & Lud. Romanus in cõsi. suo 500. incipiẽte: vos estis lux mũdi. vbi est oratio ꝑ eũ facta in cõsilio Basiliẽ. Quæ qdẽ virginitas (si semel amissa fuerit) amplius reparari non potest, ſm Aug. vt dicit gl. in l. j. C. de rapto. virg. Cui cõcordat Oui. lib. epistolarum. Nulla inquit, reparabilis arte læsa pudicitia est, & castitas prefertur vitæ. text. in l. 2. §. initiũ. ff. de origine iuris. Etenim hęc castitas virginalis nobilior cęteris: in signũ cuius virgines Laureolã portãt c. si Paulus. 32. q. 5. imo ꝓ virginitate sua cõseruãda Daphnes Penei filia tota in Laurum conuersa fingitur. lib. j. metamorphoseos: vt ex ea Laurea corona triumphantes Imperatores Ioui pro uictoria ĩ capitolio sacrificaturi ĩ posterũ ornarentur.

Cui deus, at quoniam coniux mea non potes esse,
Arbor eris certè dixit: mea semper habebunt
Te coma, te cythara, te nostræ Laure pharetræ.
Tu ducibus lætis aderis cum læta triumphum
Vox canet, & longas visent capitolia pompas.
Tu quoque perpetuos semper gere frondis honores.

Hoc dicit Guil. Benedicti ĩ sua repe. c. Ray. in uerbo cuidã Petro tradiderunt. nu. 46. de testamẽtis. Et de laude uirginitatis uideas Osiũ episcopũ Cordubensem, qui fecit librũ unũ, & Iulianus episcopus ecclę Tholetanæ fecit librũ unũ, & Saluianus libros tres. De excellentia etiam huiusmodi uirginitatis ponit amplè Iudocus Clicthoueus in suo Anthiluthero, c. 39. Et dicit G. Benedicti in loco hic ante allegato, triplicem esse castitatem, uirginalem, s. quæ ꝓpriè uirginitas appellatur, de qua hic, & in locis suprà alleg. ubi multæ enumerantur uirgines, q̃ plura egerũt ꝓ earum uirginitate conseruanda, vt ẽt de filiab. Scedasi (quæ Hippo & Miletia dicebant᷑) in Leuctris oppido Boetiæ, quo ore laudãdæ sunt, quas traditũ (ut ait Hieronymus contra Iouinianum) absente patre duos iuuenes Spartanos p̃tereuntes iure hospitij suscepisse, qui multum uino indulgentes, uim per noctem intulere uirginibus: q̃ amissa pudicitia, nolentes super uiuere, mutuis cõciderunt uulneribus. Et ut refert Cęlius lib. antiquarum lectionũ 7. c. 28. maxima uirginitas, & castitas obseruat᷑ apud Chios. Nã nullum adulterium neq; illegitimus concubit᷑ (qđ est maximum tẽperantiæ muliebris argumẽtũ) ex Chio (ut ait) memoratur prodiisse.

Legitur quod Britona nympha Cretensis, cum esset formosa, perpetuoq; uirginitatis uoto uenationi uaçaret, ad uim & stuprum Minois regis declinandum, se in aquas dedit pręcipitem.

Item Thexena mulier à Philippi Macedonũ regis militib. ĩ mari septa, cũ nullũ salutis effugiũ videret, ĩ mare se deiecit, idq;, ne ĩ regis potestatẽ ueniret. & uide Plu. in 2 tri. castitatis. & Aug. lib. 1. de ciuitat. dei. c. 26. ubi fit mẽtio de his quæ se necauerũt, & in fluuiũ ꝓiecerũt: ut ĩlectatores suę pudicitiæ deuitarent;

rent, sed ibi commentator dicit se nullibi legisse de uirginib. Christianis, quæ sic se occiderint, q̃a Deus ꝑbuit auxiliũ virginib. vt suæ virginitatis seruarent decorẽ. Quis Luciã eripuit de tot malis? Quis Agnetẽ? Quis Apolloniã? Quis Catharinã? verè Christus Iesus ob gratiã virginitatis. Virginitatem omnib. præfert virtutib. & ad eam sequendam oẽs inuitat Petr⁹ Abbas Cluniacẽ. lib. 6. suarum epistolarum, epi. 40. q̃ est exhortatoria, & missa ad sanctimoniales Marciniacẽses (q̃ sunt in diœcesi Heduensi supra Ligerim) vt in virginitatis fœlici proposito perseuerent, exemplo sanctarum virginum, & martyrum.

Secunda verò castitas, dicitur continentiæ, seu vidualis, de qua infra prope, in 20. consid. & amplè in 3. parte sequente. in 40. consil.

Tertia est, quæ pudicitia appellatur, quæ est in legitimè coniugatis, de qua faciã consideratione sequẽtem. Et de istis trib. s. virginib. cõtinẽtib. & coniugatis facit tres ordines in ecclesia Dei gl. fi. ĩ decretali, firmiter credimus, in fi. de summa tri. &c. Christus, tñ ut ibi ait plus amat virgines q̃ alios, quia spontè tribuũt, quod sibi nõ fuerat imperatũ. Continẽtes ẽt plus Deo placent, q̃ coniugati: quia non expedit homini ad regna cœlestia tẽdẽti accipere vxorẽ. tex. est in c. qui sitit. 33. q. 5. & ea sunt in nostris officijs gratiora, quæ cũ liceret nobis ẽt non impendere, tñ cã dilectionis impendimus: vt est tex. in c. iam nũc 23. q. 1. dicit tñ tex. illius decretalis. in fi. Non solũ virgines, & continentes, verum etiam coniugati per rectã fidem, & operationem bonam placentes deo ad ęternam merentur beatitudinem peruenire.

DVodecima cõsid. sicut ornat virum fidelitas, ita mulierẽ castitas: quæ etiam est in matrimonio, vt dixi, & probat tex. in c. Nicena. ibi, honorabiles cõfessus nuptias, & castitatem, dicens esse cum propria coniuge cõcubitum. 31. dist. facit. l. mulier. §. cũ proponeret. ibi, quod & mulieris pudicitiæ, & patris voto congruebat. ff. ad Trebellianum.

Et in cõseruatione huiusmodi castitatis plurimũ laudent̃ mulieres, vt legit̃ de illa nobili Lucretia totius pudicitiæ, & castitatis gẽma à Tarquinio superbo licet vi oppressa, proximis & Collatino eius marito, cum dignitatẽ toro violato fœdare noluit, simul conuocatis gladio se transfixit.

De Penelope Vlyxis regis cõiuge pulcherrima legitur, ꝙ ob suã tutãdã pudicitiã, & marito seruãdã fidelitatẽ, multas à suis ꝓcis ptulit iniurias, tñ nulla vnquã molestia à proposito fidei mariti diuelli potuit: Lanificio & absentiã mariti solabat̃, & ꝓcos frustrabatur, quib. se cõcessurã absoluta tela pollicebat̃. Sed vt eos lõgius frustraret̃, noctu retexebat qđ inter diu texuisset. Quo factũ est, vt Penelope hęc uenusta iuuenis solatio uiri ĩ Troiano decenali bello ꝑsistentis destituta, illibati decoris, atq; intemeratæ pudicitię matronis oĩb. sp exẽplũ sãctissimũ fuit, ĩ qua pl⁹ laudat̃ mẽtis fidelitas, q̃ pudicitiæ effectus. uñ Tibull⁹.

Casta precor coniux maneas, sanctique pudoris.

Nec sis casta metu, queso, sed mente fideli.

Nam aĩus & propositũ distinguunt maleficia. l. in iuriæ. ff. de furtis. hinc teste Cęlio libr. antiquarum lectionũ septimo, c. 27. scribit Hierony. doctissimi uiri esse sñiam pudicitiam in primis esse retinẽdam, q̃m ea amissa omnis ruit uirtus, & in ea decoris mulieribris enitescit principatus. Hęc pauperem commẽdabilem facit, diuitem extollit, deformem redimit, exornat pulchram, uiros quidem cõsulatus illustrat, effert in ęternũ nomen eloquentiæ claritas militaris gloria, & ex deuictis gentib. arreptus triumphus parẽ quodãmodo Deo facit. Multa porrò sunt, quę ingeniorum fertilitati nobilitatẽ adoptẽt ꝑsignẽ. Per propria mulieris uirtus pudicitia censetur. Hęc Lucretiã Bruto æquauit, nescio an ẽt ꝑtulerit, q̃m Brutus nõ posse seruitutẽ pati à fœmina commot⁹ edidicit. Hæc ęquauit Corneliã Gracccho. Hęc parẽ altéri Bruto Portiã fecit: & ibi laudat puellas Patauinas in uerecũdia, dicẽs. Durãt ẽt in uirginib. priscę castitatis uestigia, qñ non nisi operta facie prodeunt uisendę in publicũ, uelut dicent subinde illud Hieronymi in epistola ad Demetriadem uirginẽ. Cuius dictũ qui coniugari cupiũt, bene cõsiderẽt. Illa inquit, sit tibi pulchra, illa amabilis, illa habenda pro socia, quę se nescit pulchrã, quę negligit formæ bonum, q̃ procedens in publicũ non pectus, & colla denudat, nec reuocato pallio ceruices aperit: sed uix uno oculo (qui uię necessari⁹ est) patẽte gradit̃. In hoc dignũ scitu illud occurrit: quod in Gręcorũ historia obseruatũ est. Si quidẽ apud Spartanos diu obtinuisse legimus, ut aperta facie uirgo, at cõuelata nuptę in ꝑpatulo uiserent̃. Cuius eã Charilaus reddebat rõnẽ, q̃m uirginib. uiros sibi prospicere necessariũ sit. Mulierib. aũt quos cõpararint custodire. Obseruatũ & illud Calcedonas mulieres eũ seruasse morem, ut si ĩ alienos uiros, & magistratus potissimũ inciderẽt, dimidiũ retegerent faciei: q̃a à uiduis coorta consuetudo prorepsit, & in eas quę iũctę uiris forent. Hũc morẽ ẽt apud nos in Burgũdia obseruari uidemus. Mulier aũt in signũ uerecũdię, subiectionis, & reuerẽtię debet uelare caput suũ: ut hr̃ 1. ad Cor. 11. & recitat̃ 15. q. 3. in prin. & c. hęc imago. & c. pe. 33. q. 5. unde Linus ex mandato Petri cõstituit ne qua mulier nisi uelato capite remplum ingrederetur.

Imperator ẽt pudicitiã sp esse colendam censuit. Tex. est in l. si qua illustris. ibi, ipsi pudicitię, quã sp colẽdã cẽsemus. Maximè in ingenuis, & nobilib. seu illustrib. quib. castitatis obseruãtio pręcipuũ debitũ est, vt ibi dicit tex. C. ad Orficianũ. ẽt Imperator castitatis est amator. tex. in auth. quib. modis natura efficiuntur legit. §. nouimus. coll. 6. de quo p G. Bñdic. in sua re. c. Ray. ĩ verbo, cuidã Petro tradiderũt. nu. 69. cum trib. seq. extra de testamentis, ubi dicit, ꝙ libido in potente, & honorato est deterior, & ꝙ ob uitium luxurię plures reges fuerunt interfecti, & expulsi à regno: & ibi uide pulchra exempla de castitate, & pudicitia antiquorum principum.

DEcimatertia consi. ꝙ mulieres laudantur ex clemẽtia, & liberalitate: ut hr̃ per Bern. de Bustis eodem sermo. 28. in prin. in 2. parte in litera Z, & de liberalitate reginę Sabbę exẽplificat, q̃ uenit à finib. terrę ad audiendã sapientiam Salomonis, & donauit ei 120. talẽta auri, & Aromata multa, gẽmasq; preciosas

pretiosas, vt hr 3. Reg. 10. c. Et quædam fœmina no mi ne Busa ditissima Mariũ à senatu Romanorũ ho stẽ iudicatum in suam domũ reduxit, vt refert Mar garita poetica in orone 17. s̃, all. Et vnũ actũ clemẽ tiæ narrat Seneca lib. j. de clementia. c. v. ꝙ cũ quidã rex nõ posset potentia quendam suum destruere ini micum, Reginam cõsuluit coniugem suam, quę tale regi dedit cõsilium. Fac domine, ꝙ medici facere so lent. Quia vbi visitata remedia minime ꝓsunt, tentãt contraria. Si seueritate nihil ꝓfecisti, nunc tẽta qũo cedat tibi clemẽtia. ignosce illi. qđ & factũ est, vt de hoc attestatur Benedicti in d. rep. c. Raynu. in verbo duas habens filias. nu. 19. extra de testa.

DEcimaquarta cõsi. ꝙ mulier timens Deum ip sa laudabitur, vt hr̃ ꝓuerbio ult. & Bernardinꝰ de Bustis in 2. par. sui Rosarij. sermone 28. in 2. par te illius. in litera E.

Adde ẽt, ꝙ mulier timens maritũ cõsequit̃ hono rem, qm̃ scriptum est ad Eph. v. vnusquisq; vxorem sicut seipsũ diligat: vxor aũt timeat virũ suũ. de quo à nobis dictũ est in ru. Des droictz, & appartenãces a gens mariez. in cõmentariis cõsuetudinũ ducatus Burgun. Laudẽ etem̃ consequunt̃ si viris se subiece rint, dicit Plutarchus in ꝓceptis cõnubialib. dicam alibi, & hic ante in consideratione ante proximam.

DEcimaquinta cõsi. Laus mulierũ cõsistit etiã in deuotione, & pietate, vt amplè declarat idẽ Ber nardinus de Bustis ĩ d. serm. 28. ĩ 2. par. sui Rosarii. Et ibi ponit de multis, q̃ pietate, & clemẽtia motæ, multa seruitia impenderunt sanctis. & ẽt hr̃ per Al bertũ de Eyb, ĩ sua margarita poetica. ĩ d. 2. par trac. 2. orone 17. vbi ponit de Antigona Oedippi filia, đ Claudia vestali virgine, & đ Aemilia virgine vestali, & virginib. Spartanis. Vide Franciscũ patritiũ, lib. 4. ti. 5. de institutione reipublicæ: vbi amplè comẽdat laudem mulierum in virginitate, de qua supra.

DEcimasexta consi. Gloria ẽt mulierum consistit in gratiositate, qm̃, vt habetur Prouer. 11. mu lier gratiosa ĩueniet gloriã, vt fecit Ester, quę ꝓpter eius gratiositatem fuit coniuncta matrimonio regi Assuero, repudiata Vasthi eius prima vxore. Ester j. & 2. & dicam infra. Et hæc gratiositas cõsistit in mo destia, quæ multum commendatur in mulieribꝰ, vt ĩquit Epictetus philosophus ĩ enchyridione c. 155. vbi de officio viri erga vxorẽ dicit. Monendæ igitur sunt apud nos mulieres in honore eẽ nihil ob aliud, nisi vt modestæ sint, & virum reuereant̃. Etiã cõsistit hæc gratiositas ĩ mõ, q̃ multũ in vxorib. & fœminis attenditur. & est pulcherrima virtus: vnde Hora.

Omnibus adde modum, modus est pulcherrima virtus.

Et stat vulgare ꝓuerbium, En drap couleur, En vin saueur, En aduocat eloquẽce, Et en femme cõtenãce. E diuerso si vxor non inuenerit gratiã in oculis viri, scribet libellum repudij, vt habetur Deut. 24. c.

DEcimaseptima consi. Quòd ẽt mulieres ex mise ricordia laudantur potius q̃ viri, quoniã, vt ait Arist. 8. lib. de animalib. Mulier viro misericordior est. ita dicit Bernardinus de Bustis in 2. par. sui Rosa rii. sermone 28. 2. parte. litera E. Et vbi non est mu lier, ingemiscit egens. Eccl. 36. in fi.

DEcimaoctaua cõsi. Mulieres etiam propter earũ diligentiam laudãtur, quoniam, vt habetur Pro uerb. 12. Mulier diligens corona est viro suo.

DEcimanona consi. Mulieres etiam sunt laudan dæ, quoniam sunt sagaciores viris. gl. fi. in l. si à sposo. C. de don. ante nup. in l. 2. C. de his, qui veniã æta. impet. Ioan. de Montaigne. in tractatu suo de bi gamia. 1. q. col. 20. & seq. Et prudẽtia mulieris, mul tum solet mederi vitijs maritorũ. Vt Vbertinus sup epist. Ciceronis 25. incipiente, Non potuit. & habet̃ Prouer. 14. Mulier sapiens ędificabit domum suam. Et pp mulierem bonam saluatus est vir malus. Et sa gacitas seu sapiẽtia earum ita antiquitus apud Gal los reputabatur, ꝙ cũ discordia esset, adhibebantur mulieres pro pace componenda. Et mos antiquus erat, ꝙ si qua tũc iter socios ĩcidisset ꝯtrouersia, mu lieres sedebant arbitræ. Propter qđ sanxerunt Galli cum Hannibale: vt si quis Gallorũ se à Carthaginẽ sium aliquo iniuria affectum quereret, eius rei iudex esset Carthaginensium magistratus: sin Carthaginẽ sium quisquam ab vllo Gallorum iniusti quippiam passus esset, Gallicas mulieres de ea re iudicium fa cere: vt refert Textor in suis epithetis, in verbo Galli & in hoc constat, ꝙ etiam mulieres sunt sapientes: imo ab eis est exquirendum consilium, vt constat de Iustiniano, qui q̃sijt consiliũ à Theodora eiꝰ uxo re, vt hr̃ in anth. vt iudices sine quoquo suffragio. in §. cogitatio. ver. sed neq; sufficiemus. vbi gl. in verbo, cõiugem. allegat Catonem. Barbatia in cle. j. col. 14. de ele. dominus meus Ias. in l. j. in 2. col. ff. de legi. vbi etiã allegat Io. An. dicentem se ab vxore sua didicisse bo na nomina magno pretio esse emenda.

VIgesima consi. Laudãdæ ẽt sunt mulieres in se cunda viduitate pp signũ charitatis, vt. s. ostendat vxor quantum amauerit virum. Vnde, vt refert Virg. in 4. Æneidos, dicebat Dido vidua.

Ille meos primus qui me sibi iunxit amores
Abstulit, ille habeat secum, seruetq; sepulchro.

Quos allegat Lucas de Penna in l. mulier est. 11. col. C. de incolis. vbi amplè cõmendat viduitatẽ. & Hie ronymus contra Iouinianũ scribit de Valeria nõ Romana, q̃ Seruio viro suo mortuo nulli nubere vo lebat. Cũ rogaret̃ 2m virũ accipere, rñdit se nõ posse hoc facere, q̃a primus adhuc viuebat. Quã diu. n. vi xero, vir meus p amorẽ viuet ĩ corde meo. Putabat. n. virũ sibi quẽ aĩo gestabat, à cuiꝰ memoria ne mors quidẽ eũ eripere poterat. O sniam singularẽ, & excel lẽtissima matrona dignã, qua declarat, nõn corporis illecebris, sed animi affectu m̃rimoniũ tueri. Qđ q̃ dẽ ꝓbauit Democionis Atheniẽsis filia, q̃ q̃uis vir go eẽt, cũ audiuisset Leosthenis spõsi mortẽ, q ĩ bel lo lẽniaco occubuerat, seipsam interemit: asserẽs q̃ĩ intacta eẽt corpore, tñ si alterũ cogeret̃ accipere, 2m deciperet, cũ priori aĩo nupsisset. hæc Frãciscus Pa tritius, li. 4. ti. 5. de inst. reipublicæ. vbi dicit, ꝙ licet ma ioris amoris vinculum sit, & ingenui esse animi, nõ nisi vni viro coniungi: & in hac re turturis naturam imitari; quam naturæ indagatores diligentissimi as serunt, si parem amiserit, nunquam alterius cõmix tionẽ quęrere. Et ẽt quoniam vetustissimi Romani

rea fœ-

ea fœminam corona pudicitiæ honestabant, q̃ vno contenta mr̃imonio tm̃ fuisset, perpetuaq; viduitate corrupti animi syneceritatem ostendisset. Impatiẽs.n libidinis vr̃ illa, q̃ rursus nubit, & p̃cipuè si liberos habet mr̃imonij pignora: & mortuum virũ facie ac noĩe exprimentes. Quĩ quidẽ sn̄iam Elisæ verbis ele gãtissimè exprimere videtur Maro Mantuan. cum se viduam ac desertam quereretur his versib.

Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset
Ante fugam soboles, si quis mihi paruulus aula
Luderet Aeneas, qui te tantum ore referret,
Non equidem omnino capta aut deserta uiderer.

Quid quod ea quę rursus nubit, impia ĩ liberos esse cernitur. Quos orbatos patre, & ab oĩb. destitutos, quasi in lumine vitæ negligit, eo etiã tẽpore quo ma gis parentis ope indigere videnť. Quæ rõ quidem omnib. persuadere debet, ut videtur, cũ liberis pudicitiam seruẽt, nec rursus fortunã experiãtur, à qua se mel deceptę vix meliorem sortẽ desperare possunt, cum honori ac liberis omnino malè consulant.

Auia Romanæ nobilitatis animũ ostendit, cũ ei⁹ ꝓpinqui ac necessarij ei suaderẽt, vt alteri nuberet, cũ ĩtegra adhuc ætate, & facie optima esset: inq̃t.n. se nequaquã esse factura. Nã si virũ inuenero ut an tea habui, nolo ꝑpetuo formidare, ne ꝑdam. Sin ma lũ? Quid.n. habeo malũ experiri, cũ optimũ priorẽ fuerim experta? Illusa.n. prioris fato sapienter fecisse vr̃, si maritali fortunę rursus se credere noluit.

Sed Portia minor Catonis filia firma ac consona sn̄ia declarauit quid pudicam fęminã diiudicat. Nã cùm apud eam, vt moris est, laudaretur mulier quę dam, q̃ rursus nupta est, tacete inquit. Nã neq; felix, neq; bene morata, aut pudica esse põt fœmina, q̃ secundò nubit. Laudat summopere Plutar. Corneliæ Graccorũ mr̃is viduitatẽ. Ad hanc ferè sn̄iam Cornelia filiorũ, & familiæ cura suscepta post mortẽ viri talem se prębuit, vt non malè consuluisse Tyberius videreť, qui pro eius salute occubuit. Nã Ptolomæi regis nuptias respuit. Et cũ ille regnũ, & cõmunionẽ diadematis sibi offerret, vidua q̃ regina esse maluit. Hæc Patritius vbi suprà. Et Hieronymus narrat ĩ lo co suprà alle. ꝙ Martia Catonis filia cũ nollet nubere, sed virũ defunctũ semp lugeret, ĩterrogata quem diem vltimum haberet luctus r̃ndit, quem & vitæ.

Et, vt ait Ber. de Bustis ĩ ser. 28. ĩ lr̃a T.V.X.Y.Z. Viduitas ĩ multis aliis cõmendatur. Et cõmendatio nem huius viduitatis, ẽt amplè ponit Luc. de Pen. in l. muliere s. supra al. Et ista castitas cõtinẽtialis, q̃ dr̃ viduitas, si longo tempore continuetur, non procul distat à virginitate. §. optimum itaq; est. in auth. de non eligendo secundò nubentes.

Sed, vt dicit Patricius in loco supra alle. Tolerabi lius agunt qui in primo ætatis flore ad secũdas nuptias transierũt, si liberis carent. Studẽt nãq; singula aĩalia sobolem ꝓpagare, & liberorũ gratia se colloca re potius q̃ libidinis, ęquius omnino esse videtur.

Sed si qua ĩpatiẽs libidinis esset, ne sine viro caste degere posset, optimi cõsilij esse puto, vt rursus nubat: malo si quidẽ laude viduitatis careat, quã pudicitiæ. Illa.n. sine ignominia ac turpitudine: hęc ãt nõ sine ꝓbro ac dedecore mittiť. Et propterea de iure statutũ est, ꝙ insequẽdo dictũ apostoli 1. ad Cor. 7. ĩ fi. Mortuo viro mulier nubat ĩ dño. c. cũ ꝑm. & c. super illa. extra de sec. nup. dixi ĩ ru. Des enfans de plusieurs lictz. ĩ consuetudinib. nostris. & non est p̄ntis speculationis, igiť nõ insisto. Et ẽt quia matrimoniũ est causa cõseruãdi genus humanũ, ideo facio considerationẽ sequentẽ pro laude mulierũ secundo nubẽtiũ. Sed q̃m hic loquiť de viduitate, q̃ diciť vidua, vide amplè Benedicti in sua rep. c. Raynutius. in ver bo, cuidã Petro tradiderũt, nu. 48. de testam. & ibi ĩ verbo, & vxorẽ nomine Adelasiam. vbi & viduitatis priuilegia ponit. nu. 806. cũ sequẽti. & vidua retinet priuilegia omnia defuncti mariti, quibus ipso viuẽte fruebatur: q̃a in eo gloria defuncti meritò relucet. & dicit Bal. in l. pignoris. C. de pign. actio. ꝙ vidua alicuius relicta, mortui viri est imago. Et plura scripsi ĩ. ĩ sequẽti parte. ĩ 9. cõsid. de statu viduali, & de ei⁹ laudib. & ꝙ prefert̃ ante statum coniugalem.

Vigesimaprima cõsi. Quòd ita mulieres sunt laudãdæ ꝓpter cõseruationem generis humani, ꝙ breui tp̃e periturũ esset, nisi hic muliebris sex⁹ esset.

Mulieres enim sunt quæ familias, q̃ respublicas, quæ totã deniq; conditionem restaurant. Et q̃d maius est, immortalẽ reddũt. Et ideo, vt dicit Albertus de Eyb. in sua margarita poetica, ĩ 2. par. trac. 2. ĩ ora tione 17. hęc Romanæ vrbis cõditor intelligẽs quãdo fœminis careret, cũ Sabinis bellũ graue inire nõ dubitauit. Cognoscebat enim huiusmodi imperiũ, si mulieres nõ affuissent, paucissimis esse duraturum dieb. Dicã ĩ. amplius in hoc trac. in 9. par. in 12. consideratione: vbi ponã, ꝙ coniugati tanquam existen tes in dignitate ꝑferunť cæteris non coniugatis.

Vigesimasecũda consi. Mulier ꝓpter eius pulchritudinẽ, & formositatem laudanda est. Quoniã, vt ait Albertus de Eyb. ĩ sua margarita. ĩ 2. par. tra. j. c. 4. de auctoritati. Lucij Appulij: virgo formosa, & si sit opidò pauper, tñ abundè dotata est: & propter pulchritudinem facilius maritať: de quo ẽt per Cœlium lib. 13. antiquarũ lect. c. 7. & 8. & 9. vbi amplè laudat, & extollit pulchritudinẽ, maximè in muliere. notat̃ in l. si voluntate. C. de dotis ꝓmiss. Dixi in consuetudinib. nostris ducatus Burgun. in rub. Des droictz, & apparteneñ. à gens mariez. Vbi dixi, quod mulieri formosę nubendum est. Et tm̃ pulchritudo mulieris allicit homines, ꝙ ab ea non possunt separari, vt h̃r 3. Esdr. 4. c. vbi habetur. Mulier pulchra, & fortis, & dominans regi, vt nõ possint homines à mulieribus separari. de quo per Ant. Flor. in sua sũ. j. par. lib. 1. c. 2. §. 2. vbi ponit quomodo anima signa tur per pulchram mulierẽ. Sed cauendum est, ne q̃s si tali nubat quãdoq; legat titulũ ad Cornelianum: q̃m vt ait Albertus in loco hic ante all. in 10. c. illius 2. partis, & primi tractatus. Mulier speciosa, & pulchra templum est super Cloacam ędificatam: cum lis sit cum forma iuncta pudicitiæ.

Corporis egregij miseros trepidosq; parentes
Semper habet, rara est adeo concordia formæ:
Atque pudicitiæ sanctos habet horrida mores.
Tradiderit dominus.

Et formosis lenitas sp amica fuit, Et difficile est custodire quã plurimi amãt, vt satis colligit̃ ex dictis Io. Neuizani Astensis in sua silua nuptiali, ĩ ampliatione 7. in ver. qro iuxta pdicta si sint duo. vbi ponit quid operetur pulchritudo mulieris. Et ibi dicit, ꝙ debet habere trigintaquatuor, ad hoc vt sit pulchra, quæ his versibus ibi positis continentur.

Triginta hæc habeat, quæ vult formosa vocari
Femina, sic Helenam fama fuisse refert.
Alba tria, & totidem nigra, & tria rubra puella,
Tres habeat longas res, totidemq; breues.
Tres crassas, totidem graciles, tria stricta, tot ampla.
Sint ibidem huic formæ sint quoq; parua tria.
Alba cutis, niuei dentes, albique capilli,
Nigri oculi, cunnus, nigra supercilia.
Labra, genæ atque vngues rubri, sit corpore longa,
Et longi crines, sit quoque longa manus.
Sintq; breues dentes, auris, pes, pectora lata.
Et clunes, arstent ipsa supercilia.
Cunnus, & os strictum, stringunt vbi cingula, stricta:
Sint coxæ, & collus, vuluaq; turgidula.
Subtiles digiti, crines, & labra puellis.
Paruus sit nasus, parua mamilla, caput.
Cum nullæ aut raræ sint hæ, formosa uocari
Nulla puella potest, rara puella potest.

Non aliter hic insisto circa talia, cum satis, & vltra, quàm decens sit ponatur in dicta silua nuptiali.

De his tñ supradictis, & aliis quæ faciũt ad corporalẽ pulchritudinẽ mulieris, ẽt hr̃ Cant. 4 vbi primo cõmendat̃ mulier ex pulchritudine. Secundò ex simplicitate aspectus, qđ multũ facit ad gratiositatem mulieris. Tertiò ex pulchra mẽbrorũ dispositione, & hoc est qđ dr̃: hẽt pulchrũ corpus, facit l. vel ꝓter ui, ff. de ædil. edict. Quartò ex capillis ordinatè dispositis, & cõpositis, vñ hr̃ 1. ad Corin. 11. Mulier si comã nutriat, gloria est illi. Quintò ex dentib. albis bñ ordinatis, qa dẽtes seu vngues nõ debent esse scabri, seu sordidi. Sexto vbi superiores dentes decẽti ordine correspõdẽt inferiorib. sicut gemelli ad inuicem. Septimò vbi nõ est dẽtiũ fractus, putrefactio, seu cõmotio, đ quo laudat̃ Moyses Deu. 34. qa cui os olet ex corporis vitio, morbosa est. l. qui clauum. §. fi. ff. e. Octauò vbi est rubedo in labijs, quæ rubebo iuxta albedinẽ facit ad decorẽ. Nonò vbi mulier hẽt eloquiũ dulce, & gratuitũ oib. audiẽtib. ipsum. Nam si balbascit, nõ placet, facit l. j. §. sed sciendũ. ff. eo. Vndecimo vbi hẽt collũ rectũ, & decẽter eleuatũ. Duodecimò vbi hẽt vbera cõformia nõ nimis eleuata, sed decẽter inq̃tũ facit ad oñsionẽ muliebris sexus.

Sed tñ aduertat̃, q̃ sint mulieres, & feminę memoria dignæ pp earum pulchritudinẽ: fuerũt sequẽtes.

Amaryllis puella. Virgilius.

Formosam resonare doces Amaryllida syluas.

Aegle nympha. Virg. Egl. VI.

Aegle Nayadum pulcherrima.

Atalanta puella fuit in Archadia, & Iasij filia libera li admodum forma. Ouid. lib. 8.

Venit Athalante Schenei pulcherrima virgo.
Rasilis huic summam mordebat fibula vestem.
Crinis erit simplex nodum collectus in vnum.

Talis erat, cultu facies, quam dicere verè
Virgineam in puero, puerilem in virgine posses.

Ariadne filia Mynois forma fuit elegãti, q̃ ꝓpterea Bacchus duxit in vxorẽ, eiusq; coronã stellis ornatã ĩ astra retulit. Catul. de ea & Theseo loquẽs, sic inqt,

Hunc simul, ac cupido conspexit lumine virgo,
Regia quam suaues expirans costus odores,
Lectulus in molli complexu matris alebat,
Quales auroræ perpingunt flumina Myrthos.
Aurave distinctos educit verna colores.
Non prius ex illo flagrantia declinauit,
Lumina quàm cuncto concepit corpore flammam,

Antiopa filia Nyctei, & vxor Lyci regis Thebarum speciosissimam propter formam à Ioue adamata est; ex quo Zetum, & Amphionem suscepit.

Propertius.

Tu licet Anthiope formam Nycteidos, & tu,
Sparthanam referas laudibus Hermionem.

Argia Adrasti Argiuorum regis filia, & vxor Polynicis fuit itidem mirum in modum speciosa.

Statius lib. 11. Thebaidos.

Egregiam Argiam nec formæ laude secundã Deiphilẽ.

Aeginam Asopi regis Beotię filiam ob excellentem pulchritudinem adamauit Iupiter: iacuitq; cum ea in specie ignis. Ouidius.

Aureus vt Danaen Asopida luserit ignis.

Agaristam, Clisthestis filiã adeo formosam extitisse, scribit Herod. vt ad habendas eius nuptias celebrata sint Procorum spectacula & certamina, quo speciosissimi quique Gręcię adolescentes confluxerũt.

Barynes meretricis formam commendat Horat. lib. 2. carm. dicẽs. *Vlla si iuris tibi peierati Pœna Barinæ nocuisset vnquam. Dente si nigro fieres, vel uno Turpior ungui, Crederem, sed tu simul obligasti Perfidum uotis caput, enitescis Pulchrior multò, Iuuenumque prodis publica cura.*

Bryseis fuit adeo formosa, vt Achilles amore eius conflagrauerit, eamq; quamuis ancillam, plusquam puellas omnes adamauerit. Horat. *Prius insolentem serua Brys. niueo colore Mouit Achillem.* Proper. l. 2.

Omnia formosam propter Bryseida passus,
Tantus in erepto sæuit amore dolor.

Credibile est Bersabeam Vriæ vxorem elegãti fuisse forma, quæ sapientiss. illum Regem & Prophetam sanctiss. Dauidem vsq; adeo titillauerit, vt solitę religionis oblitus, adulterio, & homicidio. (Vriam. n. deuouit morti) suam contaminauerit sanctitatem.

Vnde Stroza pater.

Ille sacri uates operis Iesseia proles
Præfecit populo quem Deus ipse suo.
Bersabeæ captus forma, tibi magne Cupido
Cessit, nec Salomon tutior ipse fuit.

Refert Philip. Ber. lib. suo 5. Chronicarum, ꝙ Ester Hebręa, Abiachil, Mardochæi fratris filia ex tribu Beniamin mulier fuit speciosissima, & omniũ oculis gratiosissima: q̃ ob eius pulchritudinẽ cũ rege Assuero matrimonio cõiũcta est. habet Ester 2. de qua dixi ĩ §. j. ĩ gl. En puissance de so mary. ĩ ti. Des Droicts & appertenẽ. in cõsuetudinib. nostris ducatus Burg.

De Chione Dedalionis filia. Idẽ Ouid. lib. 2. Met.

Nata

Nata erat huic Chione, quæ dotatissima forma,
Mille procis placuit, bis septem nubilis annis.

Cenis puella Thessala a Neptuno compressa pulcherima fuit. Idem Ouid. lib. XII. Metamor.

Clara decore fuit proles Elatea Cenis;
Tessaiidum virgo pulcherrima.

Calisto. Idem Ouid. lib. I. Fast.

Fœdera seruasset si non formosa fuisset.

Hęc non esset hic ponenda, quoniam formositas nō tendit ad eius laudem.

Celeno formosa fuit. Idem Ouid. lib. 4. Fast.

Neptuno Alcyonem & te formosa Celeno.

Calipso Oceani & Tethyos filia pulcherrima fuit. Ouidius de Ponto.

An graue sex annis pulchram fouisse Calypson,
Equoreæq; fuit concubuisse deæ?

Idem lib. II. de Arte.

Littore constiterant, illic quoque pulchra Calypso.

cydippe ab Acontio ob formam adamata est. Ouidius in Epistolis.

Aut esses formosa minus, peteret e modestè,
Audaces facie cogimur esse tua.
Tu facis hoc, oculiq; tui, quibus ignea tendunt
Sydera, qui flammæ causa fuere meæ.
Hoc faciunt flaui crines, & eburnea ceruix,
Quasq; precor veniant in mea colla manus.
Et decor & vultus sine rusticitate pudentes,
Et Thetidis quales vix reor esse pedes.
Cætera si possem laudare, beatior essem,
Nec dubio, totum quin tua pars sit opus.
Hac ego complexus, non est mirabile, forma
Si pignus volui vocis habere tuæ.

Catulla. Mart. lib. 8. *Formosissima, quæ fuere, vel sunt. O quàm te fieri Catulla vellem Formosam minus, aut magis pudicam.*

Propertius formam suę Cynthiæ sic commendat.

Et quascunque tulit formosi temporis ætas,
Cynthia non illas nomen habere sinat. Idem.
Illic formosæ veniat chorus heroinæ,
Quas dedit argiuis Dardana præda viris.
Quarum nulla tua, fuerit mihi Cynthia forma
Gratior. Idem.
Fulua coma est, longæq; manus & maxima toto
Corpore, & incedit vel Ioue digna soror. Idem.
Lilia non domina sunt magis alba mea. Idem.
Post Helenam hæc terris forma secunda redit.
Hac ego non miror si flagret nostra iuuentus,
Pulchrius hac fuerat Troia perire tibi.
Digna quidem facies, pro qua vel obiret Achilles.
Si quis vult fama tabulas anteire vetustas,
Hic dominam exemplo ponat in ante meam.

Herodotus ait Candaulis Sardiū Tyranni uxorē fœminarum omnium fuisse pulcherrimam.

Deiopea nympha. Virg. Aen. I.

Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nymphę,
Quarum quæ forma pulcherrima Deiopeam
Connubio iungam stabili propriamq; dicabo.

Dido. Idem Virg. Aen. lib. II.

En regia ad templum forma pulcherrima Dido
Incessit.

Deianira Herculis vxor. Ouid. lib. ix.

Nomine si qua suo tandem peruenit ad aures
Deianira tuas, quondam pulcherrima virgo.
Multorumq; fuit spes inuidiosa procorum.

Deiph. vxor Thydei, Adrasti filia. Stati⁹ l. xj. Theb.

Egregiam Argiam nec formæ laude secundam
Deiphilem.

Erudice Orphei vxor. Quintianus li. II. Orpheos.

Hæc fata mercurio Euridice formosa puellas
Tam visa est superare pares celestibus aulis,
Quam iucunda Venus dominas supereminet oēs. Idē.
Venerat Eurydice sparsis formosa capillis,
Cui teretes digiti, cui flaua monilia vultus,
Syderei, incerto rubris candore papillis.

De Fabula. Martialis lib. II.

Bella est nouimus & puella, verum est,
Et diues, quis enim potest negare?

Galathea nympha. Ouid. lib. XIII.

Candidior folio niuei Galathæa Ligustri,
Floridior prato, longo procerior alno,
Splendidior vitro, tenero lasciuior hædo,
Leuior assiduo detritis æquore conchis,
Solibus hybernis, æstiua gratior vmbra,
Nobilior pomis, plata no conspectior alta,
Lucidior glacie, matura dulcior vua,
Mollior & cycni plumis, & lacte coacto,
Et (si non fugias) riguo formosior horto.

Cylcera. Horatius lib. I. Carm.

Vrit me Glycere nitor splendentis Pario
Marmore purius, vrit grata proteruitas.
Et vultus nimium lubricus aspici.

Veteres fabulosè confinxerunt Gorgonem propter eximium venustatis decus mentis inopes, & stupidos reddentem spectatores in saxa deformasse, Cœlius lib. antiquarum lect. 14. c. 9.

Celebratur etiam Hermiones Menelai filiæ pulchritudo. Vnde Propertius lib. I.

Tu licet Antiope formam Nicteidos,
Et tu Spartanam referas laudibus Hermionem;

Fuit tam elegans & cōcinna Hyppodamiæ pulchritudo, vt ad impetrandas eius nuptias celebrata sint certamina Procorum. In quibus quum victor euasisset Pelops, puellam duxit vxorem. Propertius.

Nec phrygium falsò traxit candore maritum,
Aduecta externis Hypodamia rotis.
Sed facies aderat nullis obnoxia gemmis,
Qualis Apelleis est color in tabulis.

Idem lib. II. Hyppodamiam vocat Hyscomachen, ꝙ propter eam ortum sit bellum Centaurorum.

Qualis & Hyscomache Lapithe genus heroinæ
Centauris medio grata rapina mero.

Hiera fuit vxor Telephi, mulier omnium (quas Protesilaus vidit) maxima & pulcherrima.

Proposita de muliebri pulchritudine certamina plerisq; in locis legimus, sicuti in Cereris Eleusinę festo prope Alpheum, vbi victrix Herodice meruit palmam. Cœlius lib. antiquarum lect. 13. c. 9.

Hypsipyle. Statius lib. IIII.

Errantes subito pulchram in mœrore tuentur
Hypsipylē. Fuit Thoāti⁹ filia, à quo Thoātias appel.

Lauiniæ forma fuit origo belli īter Æneā & Turnū,quorū vterq; eā sibi vxorē dari volebat. Vir,li,12. Flauos eius crines,& roseas appellat genas, vbi ait,

Filia prima manu flauos Lauinia crines,
Et roseas laniata genas.

Catullus de sua Lesbia sic inquit.

Lesbia formosa est, quæ quum pulcherrima tota est,
Tum omnibus vna omnes surripuit veneres.

de Laodomia. catullus. *Quo tibi cum casu pulcherrima Laodomia.*

Lais corinthia meretrix fuit speciosiss. Ouid. 1. Ele.

Qualiter in thalamos formosa Semiramis isse
Dicitur, & multis Lais amata viris.

Lycoris corn. Galli amasia. Martial. lib. vi.

Fœmina præferri potuit tibi nulla Lycori. prop. l. j.

Et modo formosa quam multa Lycoride Gallus
Mortuus inferna vulnera lauit aqua.

Lucretiæ formā tāti fecerūt Romani, vt eā suis monumētis vbiq; celebrauerint, & vindicauerīt à mortalitate: nec solū ob eximiam pulchritudinē, verum etiā ob castitatem, ꝙ vim Tarquinij gladio sit ulta.

Lycaste Priami filia tātę fuit pulchritudinis, ut Polydamas Anthenoris ex Theāo Hecubæ sorore filiꝰ illam ex cōcubina uxorem sibi copulauerit. Fuit & alia Lycaste, q̄ ob pulchritudinē Venus vocabatur.

Lamia, autore Plutarcho, puella fuit speciosissima à Demetrio adamata, quæ & tibijs optime cecinisse dr̄. Hæc primo canendi modulandiq; suauitate gratiam sibi apud omnes comparauit.

Maia Atlantis filia. Ouid. lib. v. Fast.

Quarum Maia sua forma superasse sorores.
Traditur, & summo concubuisse Ioui.

Omphale regina Lydorum fuit facie adeo præstāti, vt ei se submiserit Hercules. Proper. lib. iii.

Omphale intantum formæ proces sit honorem,
Lydia Gygeo tincta puella lacu.
Vt qui pacato statuisset in orbe columnas,
Tam dura traheret mollia pensa manu.

Plutarchus in Lucullo scribit preciā quādā fuisse ī vrbe Roma fęminā uenustate formę nulli scđam, q̄ sua pulchritudine cethegū sibi adeo deuinxerit, ut nihil ꝓbaretur cethego, quod precia non iussisset.

Pāthea uxor fuit Acradate uiri nobilis apud persas, q̄ cyrus expugnatis Assyriorum castris duxerat captiuā. Abradota āt absente, & apud Bactrianos legatū agente, Araspe Medo seruanda tradita est, qui apud Cyrum affirmauit nōdum esse ortam, aut omnino inuentam tota Asia pulchriorem.

Sulpitiæ formam commendat Tibul. l. 4. dicēs.

Illius ex oculis quum vult exurere diuos,
Accendit geminas lampades acer amor.
Illam quicquid agit, quoquo vestigia mouit,
Componit furtim, subsequiturq; decor.
Seu soluit crines, fusis decet esse capillis,
Seu compsit, comptis est veneranda comis.
Vrit, seu Tyria voluit procedere palla,
Vrit, seu niuea candida veste venit.

Fuit etiā in Semiramide eximia pulchritudo, & facies imperio digna. Vn̄ & mortuo marito, persis imperauit usq; ad ꝓuectā filii ętatem. Ouid. l. 1. Eleg.

Qualiter in thalamos formosa semiramis isse Dicitur.

Sisigābis uxor Darii nulli suæ ætatis fęminæ pulchritudine cessit, teste curtio. Quā tn̄ uicto Dario, Alexander non solum nō uiolauit, sed & summam adhibuit curam, ne quis captiuo corpori illuderet.

Saxo Grammaticꝰ lib. 8. Danicæ historiæ scribit Suauildam reginam tantæ fuisse pulchritudinis, ut quum uincta loris exposita esset equinis calcib. obterēda, ipsis quoq; iumētis horrori fuerit artus eximio decore præditos, sordidis lacerare uestigiis.

Thysbe amasia Pyrami. Ouid. li. iiii. Metamor.

Pyramus & Thysbe iuuenum pulcherrimus alter.
Altera (quas Oriens habuit) pręlata puellis,
Contiguas habere domos.

Thetidem deam maris poetæ niueam, & formosam faciunt, quod perpetuis aquis abluatur. Catullus.

Tene Thetis tenuit pulcherrima Neptunine.

Tyro puella Salmonei filia ob formam à Neptuno adamata est. De hac propertius lib. ii.

Vobiscum est Iope, vobiscum candida Tyro.

Baptista Pius.

Carmine conspicua est Tyro Pegasæa puella. Idem.
Est Helene formosa illic, est candida Tyro.

Violantillam Stellę poetæ uxorem multis uerbis commendat Statius lib. 1. Syl. sed maximè ubi Venerem sic inducit loquentem.

Hanc ergo formæ
Egregium mirata decus, cui gloria partum
Et generis certabat honos, tellure cadentem
Excepi, fouiq; sinu, nec colla genasq;
Comere, nec pingui crinem deducere amomo
Cessauit mea nate manus, mihi dulcis imago
Prosiluit, celsæ procul aspice frontis honores.
Suggestumq; comæ, latias metire quid vltra
Emineat matres, quantum Latonia Nymphas
Virgo premit, quantumq; ego met, Nereidas exto.

Idem paulò post.

At tu pulcherrima forma,
Italidum tandem merito possessa marito.

Sunt & alię permultæ puellæ, in quibus elegans fuisse pulchitudo memorat ut pasiphae, Ariadne, Berenice, Hermione, Briseis, Penelope, Deidamia, & filia vxor Romuli, Ero, Virginia, Anaxarete, Antigone, Arachne, Arethusa, Arsinoe, Polixēa, Pelagia, Lycaste, Iocasta, Hecuba, casādra, Hesperie, cleopatra, chelia, Ilia, Sibyllę, Vestales, Heroine & aliæ ꝑpè infinitę. Quas q̄ scire uolet, authores reuoluat. Stroza pr̄ l. 6. Eroticon de quibusdam sic meminit.

Talis erat virgo Cenea, talis & altum
Per mare dicteo vecta puella boue.
Talis erat fului decepta cupidine nymbi,
Et quam sub falso lusit olore Deus,
Talis erat vatum Omphale celeberrima cantu,
Talis & Idæo rapta Lacena proco. Item Pamph.
Oebalides, Cyparissus, Hylas, Diadumenus Atys
Phrix puer, & ficto Parthenopeus equo,
Cuius & in gremio posuit miserabilis ora.
Quum Stygiæ vates iret ad antra domus.

Helenę forma poetis oībus cantatissima laudē meruisset maximā, nisi ea Troię ruinā belliq; decēnalis causam

causam attulisset. At nemo est, cui non sit odio, quũ tãtę cladis & calamitatis venit in mẽtẽ. Paris apud Ouidium formam illam Veneri comparat, dicens:

His similis vultus (quantum reminiscor) habebat,
Venit in arbitrium, quum Cithera meum.
Si tu venisses pariter certamen in illud,
In dubium veneris palma futura fuit.
Magna quidem de te rumor præconia fecit,
Nullaq́, de facie nescia terra tua est.
Nec tibi per totam Phrygiam, nec solis ab ortu,
Inter formosas altera nomen habet.
Credis & hoc nobis, minor est tua gloria vero,
Famaq́, de forma penè maligna tua est.

Propertius lib. 2.

Post Helenam hæc terris forma secunda redit:
Digna quidem facies, pro qua vel obiret Achilles,
Vel Priamus belli causa probanda fuit.

Pamphilus.

Cui modo cedebat formoso Tyndaris ore.

Baptista Pius.

Carmine formosa est Cycno generata lacena,
Qua quondam in cineres Troia superba ruit.

Isocrates orationem scripsit de laudib. Helenę: ubi cum latissime formam eius commendat.

Textor Niuern. in sua officina volẽs denotare & describere pulchritudinẽ mulieris, finxit se habere Damisellã pulchram, quã his versibus comendat.

Floricomo quid adhuc Damisella quiescis in horto?
Et roseum pubens occulit herba caput.
Egredere, atq; animos populosi pace theatri,
Vt Phrigias taceat publica fama Deas.
Fatiloquis aufer palmam, pretiumq; Sybillis:
Liuor erit formæ buccina magna tuæ.
Nec timeas, qđ sis in agro generata nucoso,
Terra vbi fructifero surgit aprica iugo.
Namq; tibi similem nullus parit angulus orbis,
Pulchrior & nulla viuit in vrbe Venus.
Præterea nunquid Dryades in montibus altis,
Nunquid in herbifero viuit Oreas agro?
Quid fuit Hippolyto, quid Apolline pulchrius, aut quid
Candidius nato Myrrha decora tuo?
His placuere tamen syluæ, montesq; supini;
Et placuit violis luxuriosus ager.
Vrbanas alij mirentur, amentq; puellas,
Tu mihi præ cunctis, ò Damisella places.
Sic, inquam, Damisella places, vt sordeat illa,
Quam peperit gelido lucida concha mari.
Et iaculatricis cultusq; decorq; Dianæ,
Atque cerebrigenæ forma venusta deæ.
His oculis si quando tuos contemplor ocellos,
Has mihi qui venas acrius igne coquunt.
Cycnigenam præ te iuro nihil esse puellam,
Qua danais cecidit Troia superba rogis.
Vror, & in modicas soluit me flamma fauillas,
Atque animo vires deficiente cadunt.
Nec solum tantis vigilem me concremat æstus,
Lampade sopitum me quoq; torret amor.
Nam mihi dum thalamo comes esse videris eodem,
Aethereo nollem proximus esse Ioui.
Multa quidem in tenero surgunt tunc gaudia somno
Felicemq; malus me facit esse sopor.
Verum ego quum falsa delusus imagine surgo,
Et somni video spem cecidisse mei:
Quas ego tunc lachrymas, & quæ suspiria mitto,
Maximus ex oculo riuus vtroque fluit.
Vis dicam Damisella, thymo mihi dulcior hyble,
Suauior atque tuo terra Cilissa croco.
Non ita flammifera Briareus torretur in AEtna,
Vt tua me facies, vt tua forma coquit.
Tu si quidem Graiæ speciosior ansere Lædæ,
Pulchrior es prima, candidiorq; niue.
Blanda tibi ceruix fragrat, quòd & Attica cera,
Et quòd virginea lilia secta manu.
Leuior est tibi frons detrita in littore concha,
Pulchrior & cycnis vnda Caystra tuis.
Si talem in vinclis Venerem Gradiue teneres,
Plus tibi quàm cœlum vincula grata forent.
Sed quem non faciunt gemipomæ ardere papillæ,
Rugosa quamuis fronte Catonis eat?
Quas ego quum video (libitinam afferte ministri)
Mammarum intuitus me facit exanimem.
Ergo breuem exangui si fudero corpore vitam,
Hoc habeat carmen, qui teget ossa, lapis.
Non iaculis, nec aquis perijt, bibitoq; veneno,
Quem breuis angusto contegit urna loco.
Hunc tu pomosa fecisti ardere papilla,
Acrior Etheis ò Damisella regis.
Cætera quid memorem uenerandæ insignia formæ?
Sunt tibi quos crines uellet habere Venus.
Inq; genis ardet rubri tibi flamma pyropi,
Molior Hybleis est tua lingua rosis.
Quis tam formoso nollet sub corpore fulcrum,
Aut (per quem incedit pes tuus) esse lapis?
O quoties uolui, mutato ut corpore pulex,
In thalamo fierem te recubante tuo.
Ipse tuis oculis (quum uult exurere diuos)
Accendit faculas deliciosus amor.
Dum loqueris, sedet in tenero tibi suada labello,
Cecropijs ungens omnia uerba fauis.
Dum rides, lepido tanta est tibi gratia risu,
Iratum vt facias ponere tela Iouem.
Dum uarias lepidis imples concentibus auras
Auriti ueniunt ad tua uerba dei.
Est in fœmineo uirtus tibi mascula sexu,
Quid sibi Saturni filia maius habet?
Nec minor est forma morum præsignis honestas,
Qua potes Argolicam uincere Penelopen.
Tota Deo incumbens, mitis, simplex, sine fastu,
Sermone atque ipso tota pudica thoro.
Tam tua te uirtus, quàm regia forma uenustat,
Quicquid agis, cœlum totaq; terra probant.
At caueas, ne (dum Nucerino ludis in agro)
Te premat ignoti subdola forma Dei.
Fecit olorinæ Lædam succumbere pennæ.
Quem timet astriferi machina tota poli.
Et Danaen lusit fictum mutatus in aurum,
In taurum Europen, in Satyrum Asterien.
Te quoque (ni caueas) eludet imagine falsa:
Vrit enim summos hæc tua forma deos.
Vrit, & ipse suo Neptunus in æquore feruet,

Teq; cupit Nymphis præposuisse suis.
Nomine cur ficto Damisellam te voco? fallor.
Verus amor nomen dissimulare nequit.
Nysia nomen habes, qd Nysum & Nirea vincas:
Quodq; tibi flaua, cedat vterq; coma.
Nulla tulit similem, ventura nec afferet ætas,
Quam tibi præponat, non habet Aula Iouis.

Addo & alis mulieres, q̃ uenustæ & decoræ phibẽt.

Maria verò uxor Herodis regis pulchritudine corporis oẽs mulieres anteire fert, ut ait Iosephus li. antiquitatũ 16. c. 9. & Aegisippus, de excidio Hierosolymitano. lib. 10. c. 38.

Rachel vxor Iacob, uirgo decora fuit facie, Ge. 29. & ob eã cãm Iacob, eã sibi delegit, ut tradit Magister snïarũ in 4. dist. 30. & Bonauẽtura ibi, ĩ expositiõe illi⁹ tex. & Pe. de Palude: qui ẽt asserũt hoiem quidẽ nec ueniaĺr peccare q̃ uxorem ducit pp pulchritudinẽ, mõ nõ sit cã principalis & pcipua ipsi⁹ mr̃imonii, sed secũdaria: &, ut loquunt, inductiua, ut illã, l. poti⁹ assumat q̃ aliã, & sequit Ang. de Clauasio ĩ sua summa, ĩ uerbo, mr̃imoniũ, uer. pe. Ant. Flo. in 1. parte tertiæ partis suæ summæ, ti. 1. c. 19. §. 4. cõcl. est, & Astesanus ĩ sua sum. lib. 8. ti. 9. art. 1. in fi. Collecta. in c. ad dissoluendũ m. extra de spon. impuberum gl. in summa. 27. q. 1. Pan. in c. tua nos in tertio notabili. de sponsalib. Imo S. Tho. in d. di. 31. ẽt super textu sentit non esse mortale pecatum, ẽt si libido pulchritudinis sit causa principalis, mõ non sit immoderata, & ut inquit effrenata. Et facit, qm̃ ut hr̃ Deut. 21. Si uideris in numero captiuorũ mulierem pulchram, & adamaueris eam, uolueris que habere uxorem, introduces eam in domum tuã. & facit illud Cantic. 1. Ostende mihi faciem tuam. Facies. n. tua decora. & hr̃ Ps. 44. Concupiscet rex decorẽ tuum. & Eccl. 36. Species mulieris exhilarat faciẽ uiri, & super oẽm cõcupiscentiam uiri superducet desiderium. & eodẽ Ecc. 26. c. sicut sol oriẽs mũdo in altissimis Dei, sic & mulieris bonæ species in ornamentum domus eius.

Et vt concludat, unum certò scias, ꝙ mulieres ĩ forma & pulchritudine fęlicitatem metiunt, sine qua uera felicitas (ut opinant) non posset esse, nihilque magis cupiũt quam esse, & uideri formosæ, & à forma ipsa laudari: nec alia laude magis delectant, neque illis quicquam gratius eo laudis genere pstari potest. Vnde uulgò ueridicè dicitur.

Vulpes amat fraudẽ, lupus agnum, fœmina laudẽ, maximè ĩ pulchritudine. Horatius primo carminum. Ode 16. ut se Tyndaridi q̃ carminib. læserat cõciliaret, ab eaq; bñuolẽtiã captaret, nihil habuit ad cõsequendum efficacius, q̃ ut formosam eã uocaret. Sic. n. suam Palinodiã exordit. O matre pulchra filia pulchrior. idẽ lib. 4. Ode 13. exprimens morẽ mulierũ, felicẽ mulierem ꝓ formosa dicit, ut inibi annotat. Mulieres enim in pulchritudine summũ bonum reponunt. unde Oui. lib. 1. de Arte amãdi:

Nec faciem, nec te pigeat laudare capillos,
Et teretes digitos, exiguumq; pedem,
Delectant etiam castas præconia formæ,
Virginibus curæ grataq; forma sua.

Faciũt & notata p Io. An. in c. j. de clerico uenatore. Idẽ quoq; Oui. in li. de Medicamine faciei, ita ait.

Virginibus cordi, grataq; forma sua est.

Idem, lib. 9. Metamor.

Nimiumque cupit formosa videri. & Virg.
Et fugit ad salices, & se cupit ante videri.

Et de hac forma & pulchritudine mulierũ olĩ plura certamina (ut ꝓpè dixi) proposita fuere, & inter alia celebratissimũ est illud (de quo in ꝓxima cõsideratione dicet) inter Iunonẽ Palladẽ & Venerẽ factũ. Etiã fęminæ uel circa mortẽ anxiæ sunt, ne pulchritudinẽ amitttãt, optãtq; pri⁹ mori, q̃ desint esse pulchrę: ut decãtat Hora. lib. carminũ 3. Ode 27. Inducens Europam moribundam, sic dicta utem:

O deorum: Si quis hæc audis, vtinam inter errem
Nuda leones, Antequàm turpis macies decentes
Occupet malas, teneræque succus
Defluat, prædæ speciosa quæro, Pascere tygres.

Et hinc uideri potest prodiisse, ꝙ fęminæ suapte natura illis inuident, quæ se formosiores esse dicunt. Vñ Ouid. lib. meta. 9. concordans ita enunciat,

Et si qua est illuc formosior, inuidet illi.

Ita recitat Andręas Tiraq̃ll⁹ ĩ suis legib. cõnubiis lib. ĩscda leg. ubi laudat pulchritudinẽ, dũmõ nõ sit ecessiua, sed mediocris, & media, & multũ uituperat deformitatẽ, attñ inquit pulchritudinẽ mulierũ illis afferre superbiã, & psumptionẽ libidinis & appetitum inordinatum Veneris: & sic magnã pt̃e uitę eis adimere: qd multis ostendit rationib. quas ñ refero, cum huic opi nõ quadrẽt. Et de cõmẽdatione pulchritudinis scripsit Cęli⁹ lib. antiquarũ lect. 13. c. 7. cũ plurib. seq. à quo multa transtulit ipse Tiraquellus, illũ tñ tacendo: & ab G. Bñdicti in d. sua rep. c. Ray. in uerbo cuidam Petro tradiderunt, ut amplè de materia. extra de testamentis.

Vigesimatertia consi. erit subsecutiua ad pcedẽtẽ de iudicio Paridis ĩter tres deas Venerẽ, s. Iunonẽ & Palladẽ (qui rñdit. Vtraq; forma me iudice sunt uenerãdę) fuerit uerum & iuxtũ iudiciũ, ita ꝗ utraq; ęqualr̃ sit extollẽda, uel ẽt si (ut aliq uolũt) malũ aureũ, hoc est Victoriã Veneri adiudicauerit, hoc errauerit, necne. Primo de hac cõtẽtione decitatissima, q̃ ĩter Iunonẽ, Palladẽ, & Venerẽ fuit, cu⁹ Paris arbiter uictoriã Veneri tribuit, ꝙ ęgerrime tulerunt Iuno, & Pallas nõ tã iratę, ꝙ eẽnt uictę à Venere, q̃ ꝙ sua formã spreta fuisset, ut mire expsit Vir. circa initium Aen. cũ ĩquit de Iunone loquẽs.

Nec dum etiam causæ irarum, sæuique dolores
Exciderant animo, manet alta mente repostum
Iudiciũ Paridis. & subdit. spretæque iniuria formæ.

Quasi per illud iudiciũ Paridis nõ satis expssisset id ꝙ erat Iunoni molesti⁹, nisi subiunxisset, Spretęque &c. sed & Homer⁹ li. 24. & ultimo Iliados narrat Iunonem ipsam & Palladẽ adeo infensas Ilio & Troianis, ob id ꝙ Paris Venerẽ illis in forma ptulisset, vt ẽt Hectoris & mortui, & ꝓcul ab ea iniuria remoti, corpus nequaquam ut cęteri Dei misererentur.

Etiã singulariter, & cum maxima põpa recitat id iudiciũ Io. le maire ĩ illustrõnib. Gallię. lib. 1. c. 30. 31. 32. & 33. ubi cõcludit, ꝙ adiudicauit malũ aureum,

reum,i. Victoriã Veneri, de pulchritudine. Sed paulò remotius recitat istã historiã Cœlius lib. antiquarũ lectionũ. c. 59. vbi ita ait ꝙ Paride electo ĩter deas de formæ pſtãtia certãtes, iudice, varia ꝓ ingenij captu afferri solere, vel ĩter eos, q vulgares, vilesq; nũcupari solẽt, & sunt, nõ me fallit, illud iure Latij donauit Cęlius ex Græcorũ Thesauris excerptũ. Parui videlicet hũc Priami filiũ educatũ pr̃is iussu, in loco quẽ Amãdrũ dixere, mox verò & Pariõ de ipsius nomẽclatura, trib. ferè annorũ decadib. Atq; inibi cũ natura ĩgeniosus foret, nec ad doctrinarũ studia inept⁹, Græcis imbutũ disciplinis, ĩ q̃b. vbi nõ parũ ꝓmouisse visus est, ẽt Veneris laudes oratione edita ꝓlibauit. In eaq; Palladi ac Iunoni pſtare cõtendit. Qñ vt vr̃. Deæ noĩe cõcupiscentias esse intelligẽdas significabat, atq; voluptates, sicut ẽt meminit Athe neus: vñ mala oĩa sese mortalib. agminatim, ac fluẽti exęstuãtis more affundãt. Atq; hĩc fabellæ occasionẽ datã, ĩter disceptãtes deas, captũ iudicẽ, datumq; Veneri malũ, id est victoriam: q̃ historia multũ differre vr̃ à sñia poetarum: sed qualitercunq; sit, finis vtriusq; tẽdit ad hoc, ꝙ Paris voluerit præferre voluptatem diuitijs, & sapientiæ, quod an bonum fuerit eius iudicium, paululum disceptabitur.

Et prius vr̃ ꝙ sic, qm̃ Aristippus cõditor sectę Cyrenaicæ voluptatẽ statuit eẽ summũ bonũ, & ita voluptate metit̃ felicitatẽ. In hãc sñiam agminatim pedib. eũt docti, pariter & indocti. Etẽm mortales eò cõcurrũt, vt inq̃t verissimè Senec. vbi audiãt laudari voluptatẽ, nec fortassis ĩmerito. Nã si teste Ari. id bonum est, quod oĩa appetunt, omnia aũt appetunt voluptatẽ, effici videtur vt voluptas sit id bonum.

Eudox⁹ quoq; philosophus, Astrologiæq; cõsultissimus voluptatẽ ex eo summũ bonũ esse putabat, quia cernebat rõnalia, irrationaliaq; vniuersa voluptatẽ affectare: hui⁹ ãt rationes ꝓbabiles videbãtur ob ipsius hoĩs modestiã ac ꝓbitatem. Nõ. n. vt voluptatis amic⁹ voluptatẽ asserere credebat̃, sed q̃a res verè ite se haberet. Nec minus manifestũ hoc eẽ ex cõtrario censebat. Etenim cũ contrariorũ contraria sint cõsequẽtia. Si dolor est, inquit, p se, omnibus fugiendus tanquam summũ malum, ita voluptas omnibus erit expetenda, tanquam summum bonum.

Hęc oĩa emanauerũt ex schola Epicuri philosophi voluptarij, q in voluptate, summũ bonũ, felicitatemq; constituebat: habet hæc secta sectatores penè infinitos, quorum (vt inquit Apostolus) Deus vẽter est, & quæ sub ventre sunt.

Hinc Philoxenus summũ bonũ collocãs in uoluptate gustatus optabat sibi dari gruis collũ, vt videlicet diutius illa voluptate bibendi edẽdiq; frueret̃.

Hinc Sardanapalus Assyriorũ rex, gulæ, & vẽtri deditissimus, natusq; heluationi, voracitatiq;, scripsit in Epitaphio se illa tm̃ habere quæ edisset, & q̃ per libidinem expletam percepisset. verba eius hæc sunt descripta in monumento.

Ede, bibe, lude, & cum te mortalẽ noris præsentibus exple
Delitiis animum, post mortem nulla voluptas.
Namque ego sum puluis, qui nuper tanta tenebam.
Hæc habeo quæ edi, quæq; exaturata libido
Hausit, at illa manent multa & præclara relicta.
Hoc sapiens vitæ mortalibus est documentum.

Hinc Xerxes ille maximus Persarũ rex repertori nouæ voluptatis cõstituit præmiũ. Claudius Tyberius Nero, tertius Cęsarum, nouũ instituit officiũ, qđ à voluptatibus dicebatur: qui pp nimiã uini auiditatẽ ꝓ Tyberio, Biberius, ꝓ Claudio Caldius, pro Nerone, Mero vocitatus est, qui noctẽ cõtinuumq; biduum epulando, bibendoq; consumpsit.

Quid memorẽ ĩgluuiẽ Vitellianã, Heliogabali & Galieni imperatorũ, multorũq, aliorũ asotiã, & luxum, qui oẽs mãcipati fuerunt à dño, vtpotè Heluones, & Gulones maximi, quales Gręco vocabulo asoti nũcupant̃. Et ista voluptate gulæ, & delitiarũ plerumq; paratur esca voluptaria libidinis, & sic voluptas cõsistit ĩ his q̃ delectãt, & maxĩè volumus, ita libido ĩ his q̃ libet & placet: & licet sint multę & multifariæ q̃ hic accumulari possẽt, tñ de his subticeo.

Deniq; inuẽtæ sunt ciuitates, & ppl̃i, q voluptatẽ veluti summũ bonũ amplexarentur, quales fuere Milesij, Sibaritę, & Tarẽtini. Olim Milesij luxu diffluẽtes eiecerũt è ciuitate Hermodorũ virũ clarissimũ, quia frugalitatis, continentiæ, & modestiæ erat amator egregius. dixerũt enim, Nemo apud nos frugi sit, nemo vnus excellat.

Apud Græcos, maximè apud Aristophanum in Pluto prouerbium est, de Milesijs vsitatũ: olim fortes fuerẽ Milesij, tanquã Luxuria & nequitia oẽ robur virilitatis perdidissent.

Sibaritæ verò ĩ Italia q̃b. vt ait Quintilian⁹ ĩ tertio, odio erat frugalitas, adeo delitijs & luxuria intẽperãtes diffluebãt, voluptatẽ veluti deã amplexãtes, vt ĩtra dies septuaginta à Crotoniatis deleti sint.

Tarẽtini in Calabria, vt nomẽ ipm ostẽdit, Molles delicatiq; & voluptuosi s̃. cũctos mortales fuerunt. Nãq; Tarẽtũ ẽt Sabinorũ lingua molle significat, teste Macrobio 3. Saturnaliũ. Vñ Tarẽtini dicti sunt f̃m M. Varronẽ. & concordat dictũ Horatij cũ ait, Et Molle Tarentũ. Et apud Tarentinos delitiæ, & voluptates illicibiles intãtum inualuerũt pp fortunas nimium secundas (quia, vt ait Tibullus.)

Luxuriam animi rebus plerunque secundis.

Vt plures ludos, festasq; celebritates, q̃ reliquos anni dies agerent, vt author est Strabo. Præterea, vt tradit Plutarchus, Balneis, cõuiuiis, Gymnasijs Tarẽtini indulgebãt: potum & lasciuias & id gen⁹ genialia immodica percolentes, ex quo Satyricus dicit.

Atq; coronatum, & petulans, madidumq; Tarentum.

Hæc Beroaldus in suo opusculo de felicitate circa principium. Et licet ꝓpè infinita congerere possem⁹ de uita voluptaria hominibusq; voluptarijs, qui hoc fine voluptatem metiuntur: tamen aurium satietati citra fastidium studendum est.

Solẽt deniq; (vt ait Beroald⁹) philosophi, q voluptatẽ p se ipsam tanq̃ summũ bonũ existimãt appetẽdã, vernis pĩgere tabulã quadã, ĩ qua voluptates ĩ sella regali, quasi q̃dã regina sedeat, eiq; virtutes veluti famulæ subiiciantur obseruantes eius nutum, vt faciant quicquid illa imperauerit: & hæc voluptia, idest voluptatis Dea dicitur.

Ex qui

Ex quibus psuasum vr̃ iudiciũ Paridis fuisse bonũ, cũ victoriã Veneri, hoc est uoluptati adiudicauerit, maximè cũ uoluptas h̃re videat̃ virtutes, penè famulas, & ei suppositas, & ad eius nutũ & imperium voluptabiles, vt hic propè dictum est.

Quicq̃d tñ sit ueritas cõtrariũ suadet, ut voluptas nõ est dicẽda summũ bonũ, & à plurimis philosophis reprobat̃ voluptas, vt quã verè scribit Beroaldus vbi s̃. Et Celius libr. 5. antiquarũ lectionũ. c. 33. circa q̃ non insisto, quia potius est quæstio de laudanda pulchritudiue & formositate quæ maior est in Venere, & sic in voluptate.

De excellẽtia verò Iunonis satis potest perpendi & cognosci ex his quæ inferius dicunt̃ in finali parte, in 54. consideratione: vbi laudant̃ pecuniæ, & diuitiæ, quia iuuant, ideo Iunoni consecrantur.

De excellentia vero Palladis & sic sapiẽtiæ, scientiæ, artis, virtutis, & ingenij (quo nihil excellentius, cum eo vniuersa regant̃) ẽt satis à nobis scriptũ est. ̃j. in 10. parte, vbi extollit̃ sapiẽtia, & ibi videre poteris pura fundamẽta ad laudẽ ipsi⁹ ultra diuitias, & voluptatẽ: & de virtute satis dixi in præcedenti parte, in 62. 63. 64. & 65. considerationibus.

VIgesimaquarta cõsid. Laudant̃ ẽt mulieres si ex bonis parẽtibus fuerint ortæ & ꝓgenitæ, maximè ex muliere ꝓba & honesta, seu bonis morib. imbuta. & istud satis expssit Io. Fabri in rubr. instit. de nup. q̃ inter cętera q̃ mouet, attẽdẽda esse ĩ vxorib⁹ ducẽdis, Illud nõ ꝑtermisit, vt vxorẽ ducam⁹ boni, pacifici, & fidelis gñis, q̃a frequẽter videm⁹ (vt ipse dicit) ñ solũ labẽ sãguinis, sed & morũ quoq; ad posteros deriuare. Quã ĩniam dicit esse verissimã Tiraquellus ĩ suis legib. cõnubialibus, in l. 3. vbi ita ait. Futuræ uxoris parẽtes, p̃riã, mores cõspicito, & hãc rõnẽ adducit. Nã licet sua cuiq; mẽs est diuino creata arbitrio, plerẹq; tñ sunt aĩ vires, q̃ simul cũ corpore à parẽtib. transfundunt̃ in filios. Sic. n. natura cõparatũ est s̃m Ficinũ, vt corpus & aĩa ꝓportione quadã armonica cõgruãt, motusq; corporis ĩ aĩam sicuti & aĩę ĩ copurs, q̃d medici astruũt, facillimè & vehemẽtissimè penetrẽt. Ioq; q̃q̃ ñ educit̃ aĩa filii, aut à corpe parẽtis, aut ab aĩa, tñ corps tale, & cũ tali quadã ꝓcliuitate à tali quodã corpore parẽtis educit. Sic vuas acerbas cõederũt p̃res, & dẽtes filiorũ obstupuerũt, vt scribit Iere. 31. c. Porro ꝓcliuitatis illi⁹ corpis aĩa ob cognationẽ quadã affectũq; erga corpus ꝓpriũ particeps quodãmõ reddit̃, psertim s̃m vim ei⁹ inferiorẽ q̃ corpori ꝓpinquat, plurimũ que cõsentit: deinde vis supior aĩæ naturali quodã amore inferiori sępè obsequit̃, fermè sicut illa corpori, obsequit̃ inq̃ quasi simil̃r, sed nõ æq; : mot⁹ ãt qui in aĩa actio est, fit in corpore passio, qui in corpore passio est, fit in aĩo sensus atq; compassio.

Ad hæc filij ipsi parẽtũ ꝓceptis ĩbuti ad eorũ cõsuetudinẽ moresq; deducũt̃. Nã cũ oĩa adolescẽtes, q̃ oculis excipiũt, simiarum instar imitant̃, ita fit ut quocũq; à parẽtib. maximè quorũ ꝓsentior ẽ, & assiduior cõuersatio, fieri viderint, ad unguẽ ẽt facere nitunt̃, & assuefaciũt, & diu seruãt: & assuefactis (tãta est uis cõsuetudinis) ꝑpetuo, ita vt primò imbuti quasi secrẽtiore quadã vi agẽte pseuerãt. Cũ cõsuetudo uideat̃ esse altera natura, ita ꝙ uincit ingeniũ, & artẽ. Luc. de Pẽ. ĩ l. missi opinatores. C. de exacto. tribu. li. x. in l. si quis posthumos. ĩ verbo cõsuetudo ff. d̃ li. & post. q̃ gl. allegat Iacob. de S. Georg. ĩ l. de quib. in fi. ff. de legib. & dixi in cõmẽtis nr̃is sup cõsuetudinib. ducat⁹ Burgun. in ꝓœ. in 1. gl. in finali par. huius opis, in l. j. cõside. Et diu seruat̃, id q̃ d̃ iu iuuentute assuefactum est, iuxta illud Horatii.

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem
Testa diu.

Et vulgò aliis uerbis dicitur.

Quod noua testa capit, inueterata sapit.

Et quod ꝓcedat in filiis, dicã in xi. par. in l. cõsid. Sed cũ hic discurrat̃ in materia q̃ tãgit fœminas, iũ dico istud potissimum obtinere in fẹminis, q̃ plerũq; mores matrum repræsentant. Neq; . n. uerisimile est, ut filia statim ab ineunte ætate turpib. m̃ris moribus imbuta, honestatẽ in grãdiori ætate sectetur, ad quam tãtum abfuit, ut mater cohortaretur, ut etiã ab ea magis & exemplo dehortaretur & uerbo: id quod intellexit Iuuenalis Saty. 6.

Scilicet expectas, vt tradat mater honestos
Aut alios mores, quam quos habet. Ex sequitur:
Vtile porrò
Filiolam turpi vetulæ producere turpem.

Iõ Ezechiel ꝓpheta c. 16. ait. Sicut m̃r ita & filia ei⁹ & in hãc sententiam glo. in c. si quis. 6. q. 1. in uerbo metiuntur. adducit uersiculum uulgatum.

Insequitur leuiter filia matris iter.

Vñ hr̃ Esdræ 4. c. 9. qualis ager, talia & semina: & quales flores, tales & tincturæ: qualis opator, talis & creatio: & qualis agricola, talis & cultura. Hinc ꝓdiit ꝓuerbiũ uulgare Gallicum. De bon plãt, plãte ta uigne. Et de preude femme, prens la fille. Vnde Horatius libro carminum 4. Ode 4.

Fortes creantur fortibus & bonis.
Est in iuuencis, est in equis patrum
Virtus: neque imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Iõ Libanius ad Solonicum scribens: Vxorẽ, inquit, cognitam ducas, cuius parentes & matrem ꝑcipuè bonis moribus præstantem noueris. Et Horat. libro carm. 3. Ode 24.

Scythas eo nomine laudat quòd illis
Dos est, magna parentum virtus.

VIgesimaquinta consi. Mulieres ex eo, ꝙ magis se continent domi, plus honorant̃, & sunt laudabiliores s̃m Thucidis sentẽtiam, qui optimã esse fœminam cẽset, de cuius laude aut vituperatione q̃ minimus apud exteros, forisque sermo habeatur: existimans probæ mulieris nomẽ itidẽ atq; corpus, domesticis parietibus cõtineri oportere: licet huic sentẽtiæ Plutarchus dissentiat in lib. de claris mulieribus, in initio, dicẽs sibi probabilius dixisse uideri Leõtium Gorgiam, qui putat mulieris ñ formã solũ, sed & egregium nomen, atq; famam d̃re apud q̃plurimos esse uulgatam. Sed ꝓ opinione Thucydidis accedit, ꝙ dominus noster Exodi xi. cap. monet uiros Hebræos ut ab amicis, mulieres autem vt à vicinis

vicinis postulent vasa aurea,& argentea,quasi uidenccet mulieres à vicinis duntaxat sint cognoscendę: nulliq; illis amici præter vicinos sunt con parandi, nec earũ fama longius,quàm ad eos deferri debeat: qđ & ibi Nicolaus de Lyra, licet obscurè annotauit.

Parthi,teste Iustino,lib.41. Fœminis non cõmertia tantũ uirorum,verum etiam conspectum interdicunt. Quod & nostra tempestate Itali maxima ex parte obseruant.ad hoc facit dictum Psalmistæ. psa. 127. Vxor(ait)tua sicut vitis abũdans,in laterib.domus tuæ. Et Chryso.in quadam in Ioannem Homilia. Mulieris est domi philosophari. Et Amb. in Lucam,lib.2. Discite(inquit) virgines non circũcursare p alienas ædes,non demorari in plateis, nõ aliquos in publico miscere sermones. Vñ Euripides in Iphigenia de fœmina loquens. Maneat(inquit) domi, pudicã.n.decet pudor. Et Plutarchus in pceptis cõnubialib.scribit. Aegyptijs mulierib.nõ vti calciamẽtis patriũ morẽ fuisse, vt se domi cõtinerẽt. Et ait Xenophon in œcomonic. Deus vxorẽ pulchriorẽ condidit, vt formã cũ pudicitia se domi cõtinendo tuereť.

Et sanè ex historijs Romanorum patet Romanas mulieres ex institutione patriæ sese domi cõtinere solitas. Quod facilè coniectari possumus: ꝙ C.Sulpitius Gallus vxorem dimiserit, quoniam eam capite aperto foris versatam cognouerat.

Et Q. Antistius,ideo repudiasse vxorem suam dicitur,ꝙ illam in publico,cum quadã libertina vulgari loquentem viderat.

Publius quoq; Sempronius sophus cõiugem repudij nota affecit,qm̃ se ignorãte ludos spectasset,ut testis est Valerius lib.6.ti. de seueritate.c.629. cum duob.seq. Et hoc clare manifestauit Cornelius Tacitus,lib.de claris oratorib.cũ de antiqs Romanis loquẽs: Iãpridẽ(ait) suus cuiq; filius ex casta perẽte natus non in cella emptę nutricis, sed gremio ac sinu matris educabatur: cuius præcipua laus erat tueri domum,& inseruire liberis.

Et facit ad hoc epitaphiũ cuiusdam Claudiæ Romanæ inter vetera monumenta repertũ,in quo quidẽ inter alia pleraq; quæ ad ipsius honorem dicunť, illud postremo adiectum est,ꝙ domũ seruauerat: veluti cætera parui essent ponderis,nisi & hoc quoque adfuisset. Epitaphium autem est huiusmodi.

Heus hospes asta paulolum.& pellige:
Hic est sepulchrum haud pulchrũ pulchrę fœminæ,
Nomen parentes nominarunt Claudiam.
Suum maritum corde dilexit suo.
Natos duos habuit,horum alterum
In terris liquit,alterum sub terra locauit.
Sermone lipido tum incessit commodo.
Casta vixit,lanam fecit,domum seruauit.
Dixi,abi.

Et ꝙ laus sit mulierib.domi se cõtinere,facit text. in l.j.C.de offi.diuer.iud.in illis verbis: quæ intra domũ considerato sexu semet cõtineat. Imo ex illo textu extrahẽte matres familias ex domo earũ,& in publico trahẽtes puniunť pęna capitali.& facit text. in auth.vt liceat mři & auiæ.§.qa verò plurima.coll.8. Vbi inter paucas causas repudiãdi vxorem hęc vna, qñ vxor nolente viro extra domũ manserit. Et dicit Spec.tit.q. fil.sunt legit.§.j.ver.quid si viro absente. ꝙ vir põt cogere vxorẽ, vt se domi cõtineat, p tex.in l.2.ff.de liberis exhibendis, facit d.l.j.& text.in d.§. quia verò, ver.itẽ si nolẽte marito.& in l.2.C.de his, q. veniã ętatis impetr. vbi fœminas cœtui publico sese demõstrare nõ decet.& in c.indẽnitatib. §. porro. de ele.lib.6.& in c.v.in princ.de iudiciis.eo. lib. vbi mulieres vagari nõ conuenit,nec virorũ cętib. imisceri.qđ extractum est ex l.maritus.C.de proc. facit ẽt tex.in l.optimã.C.de cõtrah.& cõm.stip.vbi naturalis pudor nõ pmittit mulieres sese oĩb.passim manifestare.& ĩ c.mulier.23.dist.ĩ hęc verba. Mulier,q̃uis docta,& sancta,in cõuentu docere non psumat. In quibus potissimũ notãdũ illud verbũ,sancta: ad hoc uidelicet,ut ne sanctimonia quidẽ nullum huic sexui afferat preiudiciũ obseruãda sit. facit itẽ c. mulieres.& c.de monialib.& c.quãuis incidẽs.extra. de sen.excõ.vbi si mulieres inciderint in canonẽ, si qs suadẽte.possunt ab eo ab solui,nec opus est,vt adeãt summũ pontificẽ sicut viri,qm̃ ut dicunt Pan.& alii in d.c. mulieres. Periculosum est mulieres peregre proficisci,& se virorum cœtib.immiscere.

Ex quib.& multis alijs concludit Tiraquellus in suis legib.cõnubialib.in lege decima, ꝙ laus est mulierib.se contineri domi,& ex contrario more ignominiosum est mulierib.euagari, ut ibi uide.

VIgesimasexta consi. Mulieres, & fœminæ laudãtur,& ornantur ex uerecundia,ut hr̃ Eccl.c.26. Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata, in c.7. Gratia verecundię mulieris est super aurum. Et Virg.qui cum Didonem ante Aeneæ aduentum ueluti omnibus uirtutib.fœmineis compactam depinxisset, illam maximè uerecũdia adornauit isto uersu

Tum breuiter Dido vultum demissa locuta est.

Facit tex.in l.in coniunctione.ibi: & si puella cultu uerecũdię.C.de nuptiis.ubi notat Bal.quod naturale est mulieri pp uerecũdiã tacere:& illa lex loquiť de puella q̃ p uerecũdia de nuptiis suis ĩterrogata tacet. Et de puellarũ natura est tex.in c.honoranť,ibi: nõ est uirginalis pudoris q̃rere maritum.32.q.2. Pudor ãt & uerecũdia comes est sp,& custos pudicitiæ, & castitatis. Quorũ primũ affirmat D.Ambr.li.j.officiorũ. Secundum Accu.in l.ita nobis.in j.gloss.C.de adulteriis. Ideo Ouid.ĩ epist.Sappho ad Phaonẽ,ait.

Non veniunt in idem pudor atq; amor.

Et S.Tho.lib.de regimine principũ 4.c.6.scribit, q̃ natura fœminis multa fręna imposuit: inter q̃ verecundiã annumerat. Cuius etiã sñię est Aegidius de Roma lib.eo.par.1.ti.2.quem refert Luc.de Pẽ.in l. unic.col.j.C.de mulie.in quo loco &c.lib.10.& Tiraquellus in suis legibus connubialibus, lege 9. ex quib. concludit mulieres,quo uiris sunt frigidiores atq; uerecũdiores,eo quoq; esse pudiciores.

Ob hanc uerecundiam laudauit Valerius Spurinam,lib.4.c.438 & Bap.Fulgosius,tit.de pudore li. 4. Laudauit uxorem pãthi Lacedęmonii Olimpiam Alexandri magni matrem. Alexandrinam Virginem Aegyptiam,& quandam abbatissam, & monachas à Saracenis captas.

De taciturnitate mulieris in nuptijs

VIgesimaseptima consi. Etiam nonnunquam mulieres laudantur ex constantia seu patientia. Imprimis commendãtur ex historicorum monumẽtis Leena meretrix, q̃ usq; ad mortẽ cruciata à tyrannis, non prodidit consilia Hermodij & Aristogitonis de tyrannicidio. Quamobrem Atheniẽses eã honorare volentes, ne tñ scortum celebrasse viderent, aĩal eius nomini fecere, atq; vt intelligeretur causa honoris, in opere linguã addi ab Iphicrate artifice vetuerunt. vt refert Plin. lib. 7. c. 23. & lib. 44. c. 8. Et de ea etiã meminit Eusebius, dũ ait. Harmodius, & Aristogitõ Hipparcum tyrannum interfecerunt. Leena meretrix amica eorum, cum tormentis cogeretur, vt socios proderet, linguã suam amputauit, & Tertullianus in Apologetico, c. 46. & c. vlt. & in li. ad martyres, & Bapt. Fulg. lib. 3. de potentia.

Epicharmis Libertina mulier in coniuratione aduers⁹ Neronẽ noĩata nullis cruciatib. nullisq; tormẽtis peruinci potuit, vt coniuratos proderet: tantaq; fuit fęminæ cõstãtia, vt illã nõ verbera, nõ ignes, nõ ira, eo acrius torquentiũ ne à fęmina spernerẽtur, ꝑuicerit cum obiecta denegaret: priusq; spiritu compressit, q̃ vocẽ ad detegendã cõiurationem, vt refert Corneli⁹ Tacitus, libro historiæ Augustæ 15. & Bernar. Landrianus in additione ad Albertum de Gaudino, in trac. de malefi. in rub. de quæstionib. & tormẽtis. & Ang. in trac. maleficiorũ. in verbo, fama publica. col. 34. ver. nunc videamus de tortura.

Sempronia quoq; fœmina in cõcionem ꝓducta, vt osculo attestaretur quendam ignobilẽ, vt Authore Tribuno plebis sese asserebat esse filium Tiberii Gracchi, nullis minis ad mẽdacij attestationẽ induci potuit. testis est Vale. lib. 3. ti. de cõstantia. c. 369.

Maioris constantiæ fuit Magistona Eliensis, q̃ cũ ab Aristotimo immani tyrãno vna cũ filijs, multisq; alijs fœminis in carcere obseruaret: ipsius & aliarũ mulierũ viri, parentesq; à tyrãno patria pulsi, armis eã, libertatẽq; simul repeterẽt fretus, posse exules ad pacẽ redigere tyrãnus, si vxores filijq; eorũ id ꝑ literas petijssent, carcerẽ ingressus mulieres captiuas, vt de pace scriberent humanis verbis hortatus est. Oẽs aũt ad Magistonã conuersæ, rñdendi cura ei detulerũt. Magistona verò minimè tyranni ꝑsentia mota, nõ solũ quod petebat negauit, sed ne assurrexit q̃dẽ, aut alio honore tyrannum dignata est, pariterq; cæteræ mulieres captiuæ idẽ fecerũt. Qua re adeo commotus est Aristotimus, vt statim in carcere Magistonæ filium ad occidendũ perquiri præciperet. Sed ne hoc quidem Magistonã flexit, vt à snĩa diuerteret: verũ ipsa manu apprehẽsum filiũ his tradidit: qui tyrãni iussu eũ q̃rebãt. quãquam verò ita tyrãni ira ob hoc succẽderetur, vt vix qui manu sua interimeret, tẽperare sibi posset, efficere tñ nequit, vt Magistonã comitesq; propositi pęniteret, atq; vel vnũ verbum, vt cupiebat scriberẽt, cũ plus apud eos induta semel cõstãtia q̃ carcer, tyrãniq; minæ valerẽt. hęc Baptista Fulgo. lib. 3. ti. de constantia. Sed an potius fuerit ꝑtinacia, & obstinatio, quàm magnitudo, non iudico, cũ laudare potius quàm vituperare hic studeo.

Quintilia quoq; fœmina iussu Caij Caligulæ torta cruciataq;, vt vi tormentorũ coacta consiteret cõscios coniurationis eius, quæ dicebat in Caligulam, parata fuisse, cum ad tormẽta duceretur, vnius ex cõscijs pedẽ calce premẽs, significauit eos confidere debere, & nihil de tormẽtis eius penitus timere: & q̃d significauerat euentu cõprobauit, vt q̃ tormẽtis tam deformata (cũ ob pulchritudinẽ amabilis, amicaq; multorum esset) vt ẽt ab amatorib. sine voluptate cõspiceret, nihil oĩno manifestauit, ex quo Caligula eã absolutã dimisit, pecuniarũq; dono munerauit, vt testis est Iosephus, lib. antiquit. 19. c. 1. in fin.

D. Hierony. ad Innocentium de muliere septies icta, refert iuuenem quendam imparem tormentis mentitum fuisse adulterium se commisisse, & ita morte multatum: mulierẽ verò constanter tormenta grauissima tulisse, & ea quoq. ita oĩno vicisse, vt nihil confessa fuerit. Sed si videre cupis verã constantiam mulierum, videas constantiã diuæ Catharinę, Barbaræ, Agathæ, Margaretę, Apolloniæ, & penè infinitarũ aliarũ virginum martyrũ: de quib. in catalogo sanctorum, & per Baptistam Fulg. lib. 3. ti. de patientia. vbi plures è patientia laudat, quas omnes enumerare ne equidem sufficeret volumen.

VIgesimaoctaua consi. Mulieres laudãtur, & honorant, si maritos eorum honorauerint. Vnde Ignatius in epist. quã ad Anthiochenses scripsit. Mulieres (inquit) honorificẽt viros suos sicut carnẽ suã, & ñ audeãs eat proprio noĩe vocare: & quo noĩe vocabunt, docet Sara illa sancta mulier de Abrahã viro loquẽs. Dñs (inquit) meus vetul⁹ est, ut scribit Ge. 18. & in epist. Pet. 1. c. 3. his verbis. Sic. n. aliqñ & sanctę mulieres sperantes in Deo ornabant se subiectæ ꝓpriis uiris, sicut Sara obediebat Abrahæ, dñm eũ uocãs. Quib. ad stipulat & illud Virg. lib. 4. Æneid.

Connubia nostra

Repulit, ac dominum Aeneam in regna recepit.

Ideo Marcellus scribit dñm aliqñ pro marito accipi, prout ẽt capitur in l. pe. ibi: cõsentiente domino, i. marito, secundum gl. ibi. C. de offi. dona.

Quæ cũ ita habeãt prudẽtissimæ cẽsendæ sunt q̃ maritos ita noĩant: de quib. in l. ea quę. in prin. ff. de don. inter uirũ & uxo. & ĩ l. Lucius. §. q̃ marito. ff. de leg. 2. & ita ẽt notat ad hoc illũ tex. Alb. de Ros. in l. aduersus. C. de criẽ expilatæ hæreditatis. Etiam Bersabee Dauid regẽ maritũ suũ alloquens, ita uocauit 3. Reg. 1. Dñe (ait) mi rex tu iurasti &c. Et Lucretia, de qua Ouid. lib. 2. Fastorum de marito loquens, ait.

Mittenda est domino nunc nunc, properate puellæ,

Quàm primum nostra facta lucerna manu.

Etiam Matidia diui Clementis mater, quæ Faustinianum maritum dominum quoque uocat apud ipsum Clementem, lib. recognitionum, 9. c. ult.

Et diua Natalia, quę item Adrianum maritũ dominum uocabat, ut testis est Iacobus de uoragine.

Itẽ Plutarch⁹ lib. de claris mulierib. laudat Magistonã Timoleonis uxorẽ (de qua in ꝑce. cõst. dixi) q̃ Aristotimo æliẽsiũ tyrãno ꝑcipiẽti captiuis mulierib. ĩ quarũ numero & ipsa erat, nũcios cũ lr̃is ad maritos, q̃ ælidẽ obsederãt, emittere, eosq; ut obsidione desisterẽt rogare, alioq̃n se paruos natos ĩ earũ

conspectu

conspectu prius, ipsas deinde oẽs verberib. cęsas interfectu iũ minitabant. Talib. verbis rñdit, Si quid i te virilis prudẽtiæ, aut cõsilii resideret, nõ vtiq, mulieres iuberes q̃ facto op⁹ essent, suis viris' pscribere, sed nos ad ipsos tanq̃ dños nros pmisisses pficisci.

Et ait D. Hierony. ad Celantiam de ratione rectè viuendi, vbi ita scribit. Præcipuè aũt in cõiugio venerabili, atq; immaculato apostolicæ regulæ, ordo teneatur. Seruetur imprimis viro autoritas sua, totaque a te discat domus, quãtum illi honoris debeat: tu dñm illum obsequio tuo, tu magnũ illũ tua humilitate demonstra, tantò ipsa honoratior futura, q̃tò illum amplius honoraueris. Caput.n.(vt ait apostolus) mulieris est vir. Nec aliunde magis reliquum corpus ornatur, q̃ ex capitis dignitate. Ideo si mulieres ab hoib. honorari cupiunt, & laudari (qđ sic, vt alibi dr) maritos imprimis honorent, sibiq; dñari facilè patiant, nec molestè ferãt. Cum ois penè eorum honor ac dignitas, ex honore dignitateq; virorũ pẽdeat: vix aut nunq̃ vxor honorabit, nisi & apud homines maritus in honore, pretio, æstimationeq; fuerit. Honoris.n. maritorũ vxores sunt participes, l. fœminę. ff. de senat. l. cũ te. C. de nuptijs. l. fi. C. de inco. lib. 10. l. j. & l. mulieres. C. de dign. lib. 12. in auth. de cõsulib. §. hęc itaq;. col. 4 & infra dr ista parte, in 40. consi. & dicit glo. magna in l. j. C. de in ius vocand. q vxor pp maritum honoratur. Ecõuerso verò fœminæ quæ maritis dñari volũt, vilipendunt, & eorum mariti p vilib. & abiectis habentur. Cy. in l. 2. C. de test. Alexan. consi. 156. inc. viso processu causæ vertentis in 5. vol. ver. 2. respondeo. Et Pet. de Bellapert. in l. curatorem. C. de inter. matri. mi. & ample scripsit Andreas Tiraquellus in suis legib. connubialib. in prin. in j. l. sed cum sint extra metas operis, nõ in ea re discurrimus.

VIgesimanona consi. Etiam mulierib. danda est p̃eminentia in administrandis his, quæ in domo sunt, & quæ domestica dicunt, ita q vxori debemus vltro relinquere domus principatũ, vt maritus foris sub dio, in agro, in foro, i republica oia suo arbitrio conficiat, diuitiasq; cõparet, quæ tectis recõdantur; vxor verò domi, rebusq; domesticis cõseruandis, pparandis psit, & tectis illatas diuitias custodiat, vt tradit Xenophon in œconomico Arist. lib. 2. Politi. c. 3. & libro. 3. & œconomico. libro primo capi. tertio. & Plato i Menone dicit esse vxoriam virtutẽ domũ rectè gubernare, dũ custodit domestica, viroque obedit: hinc dñæ domus vocant, vt ait Bar. in l. Titia cũ testamento. §. vlt. col. 2. ver. quæro quid si dixerit testor. iuncto ver. seq. ff. de leg. 2. quod & idem dicit ipse Bar. in consi. 56. inc. in noie dñi amen. Bar. fecit testamentum in 2. dubio, Ange. cons. 144. ad primũ dico Petrus de Anc. cõs. 237. inc. quia in primo quęsito. col. 1. & Rom. cõsi. 118. inc. quo ad primũ. Pau. cõs. 4. in 5. col. in 3. & 4. dubio, in 2. vol. & consi. 78. col. fi. eo. vol. Ideo cura domus illis est relinquenda, cui pesse debẽt, & facit illud ad Ro. vlti. c. vbi declarat, q mulieres debẽt domum bñ regere. Facit ẽt, q legit de filia Raguelis, cũ fuisset missa ad Thobiam, eius maritũ, iter cætera pcepta, quę illi data fuerũt, fuit admonita à parentib. vt domũ mariti gubernaret, tanq̃ domus gubernatio ad mulierẽ peculiariter spectaret: quod ẽt attestatur D. Paulus ad Titum. c. 2. monens fœminas, vt domus curã habeant. Quod & senserunt Io. An. & Pan. in c. literas. extra de resti. spo. scribẽtes vxoris esse proprium custodire res mariti: in quã sñia est Arist. lib. 2. œconomico. c. 1. probam aũt mulierem oib. quæ sunt ĩtus dñari oportet. & paulo infra. Et si qd intus accidat, ipsi notum sit soli. & paulo post. Viro quidem indecens videtur ea scire, quæ intra ædes fiũt. in cęteris verò oib. parere mulier viro cõtendat. Atq; iterum, turpe est viro qc quam eorũ quæ domi sunt, facere. Et licet apud aliquos aliud sit in obseruantia, vt apud ægyptios, & Getulos, tñ apud Græcos, Romanos, Gallos, Germanos, Portugalenses, cæterosq; oẽs ferè populos lege naturæ viuẽtes domesticus labor, matronalis atque vxorius fuit, & domestica negotia, & officia mulieri deputata sunt: quibus mulieres psunt. & ex his dominæ à maritis, & alijs domesticis, & familiarib. vocantur. Etenim ut à natura comparata est uiri opera ad exercitationem forẽsem, ita & mulieris ad domesticam diligentiam, & curã: hæc Tiraquellus in suis legibus connubialibus, lege nona.

Et sic dicunt doctores nostr, q si testator aliquis habens liberos, uxorẽ suã dñam suorũ bonorum relinquat, non ppea uř illi relinquere dñium, sed alimẽta tñ: cũ ea p̃eminẽtia in domo, quam & añ mortem testatoris habuerat. De quo ẽt per Bar. & alios i auth. hoc locũ. C. si secundò nup. mulier. & Bar. in cõs. 9. inc. sup eo quod q̃rit. & p doc. in d. l. Titia. §. fi. 7. alle. cũ plurib. aliis allegatis p me in cõmẽtariis nris sup cõsue. ducatus Burg. tit. dés droictz & appartenaçes à gẽs mariez. §. 6. i tex. ibi pour en iouyt in prin. & per eundem Tiraquellum in loco 3. alles ubi satis ostendit mulieres non debere euagari, nec exire domũ, nisi iusta ex causa: & quãto magis se cõtinent domi, tanto magis laudantur, & honorantur.

TRigesima cõsi. Mulieres honorant, & i hoc q si ex eis sit habendum testimonium, aut aliud, cum eis à iudicib. agendũ, mittendũ est ad domũ earũ, & in hoc priuilegiis egregiarũ personarũ utunt, ut est gl. optima, & doctores, maximè d. meus Ias. in l. ad egregias. ff. de iureiu. nec mulieres coguntur in iudicium personaliter accedere. c. mulieres. de sent. excõ. extra. Nec matrona p aliquo debito ad aliam prouinciam ire cogatur. l. 1. C. de offic. diuer. iudi. cũ auth. seq. Et uetus mos fuit cũ uirgines vestales ad iudicium uocabantur, aut audiendæ erant, q ad eas mittebatur, & domi interrogabantur, ut dicit Cornelius Tacitus, lib. 2. historiarũ, ubi exemplũ adducit de Vrgulania, quoniam periculosum est eas euagari, & peregrè proficisci. Cũm mulierum honor cõsistat in hoc, si se magis domi contineant, ut supra p pe in 25. consid. enarratum est.

TRigesimaprima consi. Mulieres ex hoc etiã laudantur, & honorantur, q uocantur & uocari debent dñæ, exemplo illorũ, qui uxores suas dominas uocabant, ut scriptum est à iurisconsultis. j. in l. uxorem. in prin. ff. de leg. 3. Peto (inquiebat Bal. ille)

K 2 à te

nō sta
delegat

à te dña vxor mea.& in l.Titia.§.qui Marco,ff.de annuis lega.ubi vir quispiam nescio qua rône motus, non solum vxorem suam quis ibi vocauit dñam,sed & sanctissimam.& in fi.§.vxori,ff. de auro & ar. leg. & ĩ auth.q̃b.modis nat.legi.§.illud quoq;.ibi : quia vir vocabat dñam &c.col.6.Et id fit gratia honoris, vt dicit Bar.consi.217.inc.fuit q̃dam de Assisio.col. vlt.& Luc.de Pen.in l.quicũq;.col.4.C.de re mil.li. 2.Bar.in l.pen.C.de don.inter virum,& vxo. Pano. in c.ex parte.in fi.extra,de for.compe.Do. meus Ias. in l.cũ filio.in positione casus.ff.de leg.j.Sic & Claudius Cæsar homo stupidi ingenij non modo Messalinam vxorem dñam vocabat,sed & alios ciues Romanos dños appellabat, Autore Suetonio. Et istud à Græcis deductũ esse vr̃,q̨ vxores suas dñas vocant, teste Homero,lib.3.Odysseæ.cũ loquit̃ de vxore Nestoris sic.Cui dña vxor lectum strauit.& li.7.in fi.in his verbis. Alcinous in interiore domo, lecto quem suis ipsa manib.vxor domina constrauerat,cubitum se recepit.Et ait Menander in Plotio seu comœdia, secundum Gellium lib.2.c.23.

Tum me cunctis notum sic faceret vxor Hera.

Et tradit Epictetus philosophus ĩ eo libro,cui est titulus,Enchiridion.c.55.;vbi de officio , & cura viri erga vxorem disserens: Mulieres (inquit)a 14. anno dominæ vocãtur.& subdit: Monẽdæ igit̃ sunt apud nos in honore eẽ,nihil ob aliud,nisi vt modestę sint, & virũ revereantur. & apud poetas plerisq; in locis vxores dñæ vocantur, vt apud Virg.6.Aeneidos.

Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.

Et apud Ouidium,lib.3.Tristium.

Nunciet huc aliquis dominam venisse,resurgam.

Et paulò post.

Nec dominæ lachrymis in nostra cadentibus ora,
Accedent animæ tempora parua meæ.

Et apud Iuuenalem.

Ferre potes dominam saluis tot restibus vllam?

Et teste Iacobo de Voragine, Adrianus vxorẽ Nataliam dñam vocare solitus erat,sicut & illa e diuerso virum dñm.Et Io.An.Milantiam vxorẽ dñam vocabat,in c.cũ scdm.col.j.de p̃bendis.& in cap.q prior. col.pe.de re.iu.lib.6.in mercurialib.Ex quib.mos ꝑcessit apud nos(sicut apud Italos & Hispanos) vt matronas vulgò damas vocemus , vt infra patet. Etiam Plinius lib.33.c.3.fœminas dñas appellat,cũ ait; Et incerta margaritarũ pondera è collo dñarũ auro pẽdentia.Itẽ Accursius in l.si ignorans.ff.locati.in l.ad egregias.ff.de iurei.in l.medicos.in verbo,deduci.& in verbo,exhiberi,C.de ꝓfessorib.& medicis,li. 10. in quib.locis de dña loquitur, hoc est muliere: quæ inuita(vt ibi ait)in iudicium deduci, vel exhiberi nõ debet p tex.in l.j.C.de offi.diuer.iud.Etiam glo.decreti vocant mulieres dñas,vt est gl.in verb.sed suas. in c.odi.24.q.1.cum dicit. Nota contra scholares,q̨ vadũt ad ecclesias,vt videant dominas,quam gl. singularizat Bar.in proœmio Clemen.in verbo,salutẽ. col.4. etiam doctores nostri scribentes in plurib.locis vocant vxores , cum de eis incidit sermo: vt Bal. consi.39.inc.tam profundè,& tam copiosè.col. fin. lib.2.& Ang.in l.vsufructuarium venari.ff.de vsufr.

Etiam viri sancti, vt Ioannes euangelista, in secunda sua epistola vocauit mulierem quandam noĩe Electã, dñam.Et Hier.in regula sanctimonialium.c.16. vocauit Eustochiam quandam mulierem, dñam.Et statuta Italiæ, vt communiter mentionem faciẽtia de mulierib.vocant eas dñas,vt refert Bar.de quodã statuto pisano,& idẽ Bar.in l.inficiando.§.infans.in fi.& ibi ẽt Ang.ĩ fi.ff.de fur.& Io.de Ana.ĩ c.fi.co.x. ver.ex p̃dictis refert.extra,de collusione detegenda.

Non tñ credo hoc indistinctè esse verũ,ꝙ oẽs mulieres dñæ vocari debeant, quicquid audaculè sentire voluerit Tiraquellus, fretus(vt ait) autoritate Plinij in loco supra alle.Cũ ibi Plinius vocat eas dñas, q̨ margaritis ornabant̃, & nõ de alijs indiscriminatĩ intelligi debet.Sed tantummodo hæ vocari debent dñę,quarũ mariti vocari possunt dñi,aut de iure,ut sunt in dignitate constituti: aut de cõi obseruantia, & cõi vsu vtendi,& loquendi,qui in his attendi debet, vt videmus in Italis,& Hispanis,& maxima parte Gallorum,qui matronas(vt dixi)dñas , seu donas vocant. Apud nos verò vt cõiter videmus.oẽs mulieres(exceptis artificum vilium,& pauperum vxorib.) dñæ vocantur, cum adiectione quadã,s.si sint mulieres mercatorum, diuitum, aut burgensiũ non habentium officium,aut dignitatem cũ adiectione nõis ꝓprij: puta dña Philiberta, dña Petronilla. Si verò mariti eorum dignitate,aut officio titulati fuerint, vocantur dñæ cum adiectione huiusmodi dignitatis mariti, ſm l.j.ff.de senatori.s.dña Balliua, si sit uxor Balliui: domina locumtenens,quando est vxor locũtenentis: domina aduocata, si sit vxor auocati fiscalis,& sic de singulis.

Sed an mariti etiam teneantur illas vocare dñas, aut simpliciter aut cũ adiectione officij, aut dignitatis,quam habẽt ex earum maritis. Bar.l.pe.C.de dona.inter vir.& vxo.& in l.si iudex. ff. de minorib.& in l.si post.§.vlti.in pen.q.ff.de bo. poss. contra tab. dicit,ꝙ non: cum,vt ait,beneficio, quod à te habeo, contra te vti non possum te inuito.Idem tenet Pan. in fi.& Fel.in c.ex parte B.col.j.extra de foro cõp.de qua regula ẽ Sozi.in l.oẽs.ff.de exceptioni.& Barba. in c.vlt.de ordine cognitionũ.do.meus Ias.in l.cũ filio supra all.Fel.in c.super eo.la secund.extra de testi. Decius in regula,fœminæ,col.2.ff.de re.iu. Antoni' Corsetus in tractatu suo de potestate regia.in 30.q. mouet hanc quæstionem in Rege, vbi uidetur tenere,quòd non tenetur rex vocare vxorem suam dominam,nisi in duobus casibus. Primò scilicet, nisi aliter se habeat consuetudo, seu communis obseruantia,quoniam illa tenenda est, vt ibi dicit. Secundò, nisi vxor sua haberet aliam dignitatem, ex qua de per se sine eo vocari possit domina, vt in filia regis, aut regina, quæ habet etiam regem in maritum. aut in filia alicuius existentis in dignitate, quæ desponsatur alteri in dignitate constituto, quoniam si ex se,& titulo proprio vocaretur domina, etiam tunc à marito domina vocari debet, ut ante discussum est.

TRigesimasecũda consid. Quoniam mulieres ornari desiderãt, vt ait G. Benedicti in rep. capitu. Ray.in verbo, cuidam Petro tradiderunt, nume.; & extra,

extra, de testa. Et Germanorum prouerbium est seu dicterium, ꝙ mulieres affectãt quatuor, s. à pulchris iuuenib. amari, pollere plurimis filijs, ornari precio sis vestib. & dominari in domib. hinc dicit Marian⁹. in c. ueniẽs. de accu. ꝙ hac potissimum voluptate, s. cultus, & ornatus gaudẽt fœminæ. Imo naturaliter appetunt ornatũ, quippe Romani nulla alia re magis q̃ auro, argento, purpura, & cætero ornatu vxores in suã ipsorũ sniam traducere, sicq; abstemias atque honestiores efficere melius potuerũt: ꝓbè q̃ dẽ mulierũ cupiditates nouerũt, quarum affectus (licet imperfecti) sp in vestib. semp in auro, semp in lapidibus pretiosis, & ornamẽtis extrinsecis gloriã ponit, vt scribit diuus Hie. in regula sanctimonialium. ca. 28. & idẽ ad Gaudentiũ de educatione Pacatulæ infantulæ, inquit, studiosum amansq; ornatus fœmineum genus est, multasq; et insignis pudicitiæ; q̃ uis nulli virorũ, tñ sibi scimus libẽter ornari. Iõ ex his dicendũ est, ꝙ seipsas ornare possint. tex. est rotũdus ĩ l. sed si vir ex lana. §. si vir vxori munus. ff. de dona. inter vir. & vxo. vbi permissa est impẽsa quam facit vir pro vxore, quo se honestius ornet: & in l. qđ aũt. §. j. & d. l. sed si vir ex lana. §. nõ vr. permittitur viro pecuniam uxori in vnguẽta dare. Nã vnguento etiã nardo feminæ vngi possunt, ex quo fiunt elegantiores, ac mundiores in conspectu dũtaxat dico marito rũ. l. in argẽto. §. vnguẽtis. ff. de au. & ar. leg. Et in his ornamẽtis debet mulier potius obedire marito suo, q̃ statuto. c. qđ deo patri. c. manifestũ. & c. hæc imago. 33. q. 5. Io. de Platea. ĩ l. vellera. C. de vestib. olobe ris. li. 9. ita edisserit G. Benedicti in sua rep. c. Rayn. in verbo, cuidã Petro tradiderũt. nu. 41. de testamẽ. Ideo vestes auratæ, & sericæ nõ prohibentur fœminis, sicut viris. l. j. & 2. C. de testib. lib. 11. & ibi glossę & doctores, vt refert Tiraquellus in suis legib. cõnubialib. in tertia lege. Imo leges expresse permittũt fœminis ex auro gemis sibi ornamẽta conficere, & deferre, vt dr̃ infra in 37. consideratione huiusce partis: viris aũt hoc expresse ꝓhibent. C. nulli licere in frænis, li. 11. vbi Bar. Bal. Ang. & Io. de Platea. secundũ q̃ sententiam Alex. Seuerus gemmas sibi oblatas vendidit, muliebre esse existimans gẽmas possidere, q̃ neq; militi dari possint, neq; à viro haberi. Ideo Bal. in l. qđ non rõne. ff. de leg. dicit, ꝙ statuta q̃ quotidie fiunt cõtra dominas ne margaritas deferant, & similia, sunt p̃ter rõnẽ, ideo nõ debent extendi. sequitur Cæpola in tra. de ser. rusticorum prædiorum. ti. de seruitute aquæ haustus. col. pe. & idẽ voluit Marianus ĩ d. c. veniẽs, col. 13. de accu. vbi ait huiusmõ di statuta maximã sapere iniquitatẽ. Et Valerius lib. 5. ti. secũdo scribit: Sancitũ fuisse à Romanis, vt fœminæ purpurea veste, & aureis segmẽtis vti possent. Et idẽ li. 2. tit. 1. inquit, vini usum olim Romanis fęminis fuisse ignotũ, ne in aliqđ dedecus ꝓlaberent: qa proximus à Libero patre intẽperantiæ gradus ad inconcessam venerẽ esse cõsueuit. Cęterùm, vt nõ tristis earũ, & horrida pudicitia, sed honesto comitatis genere tẽperata esset, indulgẽtib. maritis, & auro abũdãti, & multa purpura vsę sunt, quo formam suam cõcinniorẽ efficerẽt, summa cũ diligẽtia capillos cinere rutilarũt: & hac potissimè cultus, & ornat⁹ voluptate gaudẽt fœminæ, vt s̃. dixi. Hinc est, ꝙ fœminis cura cultus sui eripi nõ p̃t, vt dicit Corneli⁹ Celsus lib. 6. c. 5. & sunt duæ res, quæ nunquã satis ornãtur, nauis, & mulier, vt scribit Plautus in penulo.

QVadragesima cõsid. Licet mulieres ex dignitate mariti honorari debeant, vt est text. in l. mulieres, C. de dignitatib. lib. 12. vbi amplè Lucas de Pen. l. fi. C. de incolis. lib. 10. ibi, honore mulieres maritorum erigimus, genere nobilitamus. ĩ l. fi. C. de nuptiis. ibi, vxor marito concrescat, & sentiat eius fulgorem. in auth. de consulibus. §. si autem. ibi, decet enim frui eas & cõiugis claritate. sequit̃, quoniam vxores coruscant radijs maritorum. collatio. quarta. Facit ratio. quia sunt vna & eadẽ caro c. nec illud. 33. q. 5. &c. Martinus. cum similib. de cognatio. spirituali. c. debitum, extra de bigamis. c. Agathosa. in fi. 27. q. 2. faciunt quæ dicit Fel. in ca. super eo. de testi. vbi dicit, quòd honor est, incremẽtumq; vxori si nubat se potentiori. faciunt, quæ dicit Bonus de Curtili in suo tractatu de nobilitate, parte tertia. nume. 186. dicam alibi amplissimè, & iam dixi in consuetudinib. nostris ducatus Burgundiæ. in titulo, Des mains mortes. §. 8. in gl. j. Adde tamen, quia Paulus. 1. ad Corin. 11. dicit, ꝙ mulier est gloria viri. Et aduerte etiam, ꝙ licet mulier habeat dignitatem à viro, est tamen dignitas, quæ est sine administratione: quoniam dignitatem cum administratione habere non possunt. l. secũda. ff. de re. iur. quod tamen dicunt fallere in mulierib. excellentibus, de quibus in fi. C. de arb. & in c. dilecti. de arbitris. Et in abbatissis, quæ habent administrationem in suas monachas: vt no. per Bar. in rep. l. j. in oppositione. C. de dign. lib. 12. & per Cyn. in l. fi. C. de arbit. dicit tamen Iacobus Rebuffi in d. l. j. C. de dignitatib. quòd dignitas generis filiæ quæ venit à patre est excellentior, & præferri debet dignitati, & mulieri obuenienti ex parte mariti. Vt propterea, vt dicit, si filia regis nubat alicui duci, vel comiti, dicetur regalis. Et etiam si filia ducis nubat alicui militi simplici dicetur ducissa: & probatur, vt dicit

per d.l.j. Si tamē dignitas mariti sit maior, q̃ dignitas quæ eidem obuenit ex parte patris, ꝙ tūc vti poterit nobilitate viri, vt si filia ducis nubat regi, dicet regina. Et si filia militis nubat comiti, dicetur comitissa. Et vxor nobilioris minus nobili vxori præferet l.j.ff.de senatorib.& no.gl.in verb.coniugis.in auth. de consulib.§.hæc itaq;.coll.4.& dicit Bal.in l.femi næ ff.de senatorib.ꝙ fortior est nobilitas quam habet filia ab origine, quàm illa quam habet à marito: quia proprio radio, & non alieno coruscat. Et hoc bene sciunt dicere gloriosæ nostræ mulieres, de quibus taceo, cum non sit intentionis nostræ aliquid tangere hic, nisi concernat honorem: dicam latius infra in quinta parte, in 36. cōsideration. in muliere tamen dignitas esse non potest, licet radijs maritorū aut suorum parentum coruscant, sed venustas, quoniam dignitas in viris, & in mulieribus venustas. Vn̄ dicit Cicero lib. primo officiorum. Venustatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem. & vtrū que est dignitas dicit Cicero eod. libro secundo officiorum. Augustinus verò fecit librum vnum de honestate mulierum.

QVadragesimaseptima cōsid. Mulieres etiam dicuntur (sicut & viri) nobiles. primò probat, Actuum 17. ibi, & mulieres nobiles non paucæ. Secundò iure canonico per tex. in c.j. quod incipit, de Francia quidam nobilem mulierem. extra de spons. & dixi aliquid infra. in 8. par. in 39. consideratione, incipit. Nobilitati i beneficijs. & non solum ratione mariti, vt in præcedenti consideratione, sed etiam parentum. textus in l. mulieres honore maritorum erigimus, genere nobilitamus. C. de dignitati. li. 12. Nam liberi originem paternam sequuntur. l. cum legitimæ nuptię. ff. de statu hominū. etiam quo ad dignitatem, & honores. l. fęminæ. ibi, parentes vero, cū duab. ll. sequentib. ff. de senatorib. & l. exemplo. C. de decurionibus. libro decimo.

Item feminæ dicuntur præcellentes, vt est text. in c. dilecti. de arbitris, extra.

Item comparantur excelsis dignitate viris, ꝑ tex. in l. optimam. §. cum itaq;. C. de contrah. stip.

Item grauib. comparantur personis, vt supra prope. in 37. consideratione.

Item sicut ad personas egregias propter eorum dignitatem mittitur ad iuramentum præstandum vulgata l. ad personas egregias. ff. de iurei. Sic pariter ad mulieres (ne dicam dominas, vt ibi exemplificat gl.) propter honestatem, & reuerentiam secundum Bal. in c. qui testium. extra de testib. Quia non decet eas cętibus virorum commisceri, quas sexus pudicitia, ab eorum consortio fecit alienas. l. fi. C. de arbi. Nec omnibus perperam naturalis pudor sese manifestare concedit. §. cum itaq;. s̃. allegato.

Item vt testis est Papinianus in l. vxorem. in prin. ff. de lega. tertio. maritus quidā (q̇ beneficio affectionis, & pietatis semp motus fuerat erga eam) vxorem suam dominā appellat in suo testamento. & Oui.

Nam furor in dominam temeraria brachia mouit.

id est amicam, vt aliqui exponunt. sed capi potest ꝓ vxore, sicut dominus pro marito. Virg. li. 4. Æneidū. Connubia nostra Repulit, ac dominum æneam in regna recepit. vt supra satis probè dixi.

Item, Scęuola iureconsulto argutissimo autore. l. Titia. §. qui Marco. ff. de annuis legatis. vxor à marito domina sanctissima nuncupatur, vt supra amplè dictum est ista parte, in 31. consideratione inc. mulieres ex hoc etiam laudantur.

Item Iustinianus Imperator coniugem suam nomine Theodoram (cuius consilio administrationū, seu officiorum venditio reuocata fuit) reuerendissimam intitulat, vt patet in auth. vt iudices sine quoquo suffragio. §. hæc autem omnia. collat. 2. de quibus paulò ante dictum est in 37. consideratione, incipiente. honor deferendus est.

Et non solum vxor regis (licet regnum sibi non ꝑtineat) regina vocabitur, vt est casus secundum Pan. & alios in c. dilecti. extra de arbitris. cuius radijs coruscabat. l. fęminæ. ff. de senatoribus. Et rationabiliter regina appellatur, etiam secundum communem vsum loquendi, quo vxores dignitate mariti in honorem decorantur: verum etiam vidua regis relicta durante viduitate vocabitur regina. videtur pro hoc text. iūcta suprascriptione: in capitulo cum deuotissimam. cum cap. sequente. 12. quæst. secunda, & hoc modo loquendi etiam vtimur, vt quandiu vidua ꝑmanet dignitate mariti defuncti post illius mortem sicut in vita decoretur. Cùm vidua sit mariti mortui imago ipsum repræsentans, secundum Bald. in l. pignoris. C. de pignoratitia actione, pro quo est tex. in c. ex parte, extra de foro competen.

Aduerte tamen, cùm vxor tali priuilegio vtatur iure mariti, & in consequētiam dignitatis mariti est priuilegiata, ideo relicta, vel commissa vxori regis, vel comitis, licet sub nomine dignitatis regię, vel comitalis (cū dignitatem habeat ex persona mariti, & non sua) non trāsibunt ad successorem ipsa mortua: quod secus esset in rege, casus est in l. quod principio cum l. seq. ff. de lega. 2. vbi Bar. & alij.

Finis Secundæ partis Catalogi Gloriæ Mundi.

TERTIA PARS CATALOGI GLORIÆ MVNDI,

ERIT DE ORDINE COELESTIVM CORPORVM, ET DE LOCIS SPIRITVVM etiam infernalium.

QVINQVAGINTA CONSIDERATIONES HABET.



PRo expeditione huius tertię partis, q̃ eſt de ordine cęleſti, ad quẽ oẽs alij ordines ſumunt exemplũ, vt dicã in ſequẽti parte: & cœleſtibus ordine ſedes prima datur, ait Claudianus. Qm̃ licet rõne naturali iſtud non ſit bene cognoſcibile, aut ſcibile, ſm̃ illud Iob. 38. Nunquid noſti ordinẽ cœli, & pones rationẽ eius in terra? quaſi dicat nõ, ſed per reuelationẽ diuinã aliquid ſcitum eſt. vnde Paulus ſciuit per reuelationẽ. A quo B. Dionyſius, qui in ſexto capitulo cœleſtis hierarchiæ diſtinguit tres hierarchias angelorũ, ex quibus facit nouẽ ordines: & ex dictis ibi, & quæ infra dicenrur, vr̃ dicendum principaliter, ꝙ ſint duodecim ſedes principales ĩ paradiſo, videlicet ſedes ipſi⁹ Trinitatis, & deitatis. Sedes filij reſpũ humanitatis. Sedes Beatiſſimæ Virginis Mariæ. Et nouẽ alię ſedes nouẽ ordinũ. Ioannes verò vidit ſedes multas poſitas in cęlo, vt habetur Apocalyp. 4. de quibus ſtatim dicã.

CONSIDERATIO ergo prima erit, ꝙ cũ Deo ſedes p̄ ſanctos ꝓphetas attribuunt, vt Eſa. 66. cęlũ mihi ſedes eſt. Et Dan. 7. Aſpiciebã donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierũ ſedit: ꝙ Deus noſter ſedet ſup̄ thronũ & agno. Vnde hr̃ Apo. 7. Vbi dicit Ioannes, ꝙ vidit turbã magnã, quã dinumerare nemo poterat, ex oĩbus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis ſtãtes ante thronũ ĩ cõſpectu agni, amicti ſtolis albis, & palmæ in manib⁹ eorũ. Et clamabãt voce magna, dicẽtes. Salus Deo nr̃o, q̃ ſedet ſup̄ thronũ, & agno: & oẽs angeli ſtabãt in circuitu throni, & ſeniorũ, & quatuor animaliũ &c. Et ceciderũt in cõſpectu throni ĩ facies ſuas, & adorauerunt Deũ, dicentes: Bñdictio, & claritas, & ſapiẽtia, & gratiarũ actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſecula ſeculorũ, amẽ. Et habetur Eſa. 6. Vidi dominũ ſedentem ſuper ſoliũ excelſum, & eleuatũ, & plena erat domus à maieſtate eius, & ex q̃ ſub ipſo erant replebant tẽplũ: ſeraphin ſtabãt ſubter illud, ſex alę vni, & ſex alę alteri, duab. velabãt faciẽ eius &c. Et volabat alter ad alterũ: & dicebant. Sanctus ſanctus ſanctus dñs exercituũ, plena eſt oĩs terra gloria eius. Et ꝓcidebãt vigintiquatuor ſeniores ante ſedẽtẽ in throno, & adorabãt viuẽtẽ in ſecula, & emittebãt coronas ſuas ante thronũ, dicẽtes: Dignus es dñe Deus nr̃ accipere gloriã, & honorẽ, & virtutẽ, qa tu creaſti oĩa, & pp volũtatẽ erãt, & creata ſunt: vt ẽt hr̃ Apoc. 4. Et ecce ſedes poſita erat in cœlo, & ſupra ſedẽ ſedẽs, & in circuitu ſedis ſedilia 24. Et iris erat in circuitu ſedis ſimilis viſioni ſmaragdinę. Quę aũt ſint huiuſmodi ſedilia 24. Et etiã qa dr̃, & ſup̄ thronos 24. ſeniores ſedẽtes, circũamicti ſtolis albis, & in capitibus eorũ coronas aureas, qui ſint iſti 24. ſeniores, ſedentes ſup̄ throno. Et ſic an ſint adhuc ſedes exiſtentes ſup̄ thronũ illius: vide ĩ locis p̄dictis p̄ doctores ad quos te remitto, cũ ſit materia eorum. Et ſufficit mihi gñalia attingere ad ꝓpoſitũ materię meę. In ſpecie tñ de explanatione harũ ſediũ ponit conciuis & cõtemporaneus nr̃ Ioãnes de Monthelon in ſuo promptuario iuris, in verbo, vidi. in ſecũdo articulo. q̃ cũ nõ faciãt ſedes diſtinctas ab his, q̃ infra dicentur; nõ aliter inſiſto.

Sed ẽt aduertendũ eſt, ꝙ theologi multis noĩb. nuncupatum Deum laudãt, cum ipſum omniũ autorem multis prędicãt nominibus, ex omniũ creaturarum

turarum conſideratione ſumptis. Vt bonũ, Luc. 18.
Nemo bonus niſi Deus. Vt pulchrum, Can. 1. Ecce
tu pulcher es dilecte, & decorus. Sicut ſapientẽ, Iob
9. Sapiens corde eſt, & fortis robore. Sicut diligibi-
lem, Cant. 5. Guttur eius ſuauiſſimũ, & totus deſide
rabilis. Vt magnitudine excedentẽ oĩb. Ipſe.n. Deus
excelſior cęlo eſt. Et quid facies, profundior inferno.
Iob. 11. Et vnde cognoſces, lõgior terra mẽſura eius,
& latior mari: vnde ipſe Deus in ſpiritibus, & cordi-
bus veſtris eſt, ſm ꝓphetas, Sap. 7. Et ꝑ nationes in
aĩas ſanctas ſe transfert, & in corporibus, primæ ad
Cor. 6. An neſcitis qm̃ membra veſtra tẽplũ ſunt ſpi
ritus ſancti, q̃ in vobis eſt? Et paulò poſt. Glorificate,
& portate Deum in corpore veſtro. In cœlo. Pſ. 10.
Dñs in templo ſancto tuo, dñs in cœlo ſedes eius. In
terra, Iere. 22. Nunquid nõ cœlum, & terrã ego im-
pleo dicit dñs? & ſimul in eodem, hoc eſt in eadẽ na-
tura, & ſm idẽ aut eũdem eſſe. In mundo, Io. j. In mũ
do erat, & mundus per ipſum fact⁹ eſt. Circa mũdũ,
Sap. 1. Spiritus dñi repleuit orbem terrarum, & hoc
ꝙ continet oĩa ſcientiam habet vocis. Supra mũdũ,
Eſa. 66. Cœlum mihi ſedes eſt, terra aũt ſcabellum
pedũ meorũ. Super cęleſtẽ, Pſ. 112. Excelſus ſuꝑ oẽs
gẽtes dñs, & ſuper cęlos gloria eius. Superſubſtãtia-
lẽ. Ma. 6. Panẽ nr̃m ſuperſubſtãtialẽ, da nobis hodie.
Solẽ, Malac. 4. Vobis timentibus nomen meum orie
tur ſol iuſtitiæ. Stellam, Apoc. 22. ego ſum genus, &
radix Dauid, ſtella ſplẽdida, & matutina. Ignẽ, Deu.
4. & Pau. ad Heb. 12. Deus noſter ignis cõſumẽs eſt.
Et iõ dr̃ Exo. 3. Apparuit dñs Moyſi in flãma ignis,
de medio rubi. Aquam, Io. 7. Qui credit in me, ſicut
ſcriptura dicit, flumina de vẽtre eius fluẽt aquæ ui-
uę. Spiritũ roris, Oſeę 14. Ero quaſi ros. Nubẽ, Oſeæ
6. Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina, & qua
ſi ros mane pertranſiens. Lapidẽ. Pſ. 117. Lapidẽ quẽ
reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput
anguli. Petram, 1. ad Co. 10. Petra aũt erat Chriſtus.
Electrũ, Ezech. 1. Et ſplendor in circuitu eius, & de
medio eius quaſi ſpecies electri. Exiſtẽtẽ, Iob 14. Nũ
ne tu qui ſolus. Vt ſeculorũ Authorẽ. Eccl. 24. Ego
feci in cœlis, vt oriretur lumen indeficiens, & ſicut
nebula texi oẽm terrã. Rurſum eiuſdẽ libri, c. 18. q
viuit in ęternũ creauit oĩa ſimul. Lucem, Ioã. 1. De⁹
lux eſt. Vt indultorẽ vitæ, Ac. 17. In ipſo.n. viuimus,
mouemur, & ſumus. Vt ſapientiam, Sap. 5. Et tecum
ſapientia tua, quę nouit opera tua. Vt mentem, Iob
10. Licet hæc celes in corde tuo, tñ ſcio, q̃a vniuerſo
rum memineris. Vt verbum, Pſ. 32. Verbo dñi cœli
firmati ſunt, & ſpiritu oris eius oĩs virtus eorum. Vt
ſciẽtẽ, ad Heb. 4. Omnia nuda, & aperta ſunt oculis
eius, nec eſt vlla creatura inuiſibilis in cõſpectu ei⁹.
Vt theſauros oẽs totius ſcientiæ in ſe eminentiſſimè
continentem, Ad Coloſſ. 2. In quo ſunt oẽs theſauri
ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi. Vt virtutem, primę
ad Cor. 1. Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapiẽtiam.
Vt protectorem, Quoniam, vt ait Pſ. 17. In Deo meo
trãſgrediar murũ, Deus meus impolluta via eius; ꝓ
tector eſt oĩum ſperantium in ſe. Et Dei eſt adiuuare
2. Paral. 25. Vt potentem, Pſ. 23. Dñs fortis & potẽs,
dominus potẽs in prælio. Vt antiquum dierum, Da-
niel. 7. Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & anti-
quus dierũ ſedit. Vt inſeneſcibilẽ, Et hr̃ ampiè ꝑ Dio
nyſium, & Fabrum Stapulen. in commentarijs in di
cto loco. c. 10. Et immutabilem, Pſ. 101. Tu aũt idẽ
ipſe es, & anni tui non deficient. Et Malach. 3. Ego
Deus & non mutor. Vt ſalutem, Pſ. 84. Cõuerte nos
Deus ſalutaris noſter. Vt iuſtitiam, vt iuſtificationẽ,
vt redemptionẽ, primæ ad Cor. 1. Qui factus eſt no-
bis ſapiẽtia, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio.
Vnus.n. Deus eſt, Deut. 6. Audi Iſrael, dñs Deus ve-
ſter vnus eſt. Et Pau. ad Epheſ. 5. Et nihilominus tri
nus, vnus ergo in ſubſtantia, trinus ĩ pſonis. vt dicit
Aug. in lib. de trin. transſumptiuè c. fi. de conſe. diſt.
3. vbi dicit Aug. Oẽs quos potui legere, qui ante
me ſcripſerunt de trinitate, qui Deus eſt diuinorum,
librorum veterũ, & nouorũ catholici tractatus, hoc
intẽderũt docere ſm ſcripturas. Quia pr̃, & filius, &
ſpiritus ſanctus, vnius eiuſdem ſubſtantiæ inſepara-
bili æqualitate diuinã inſinuãt vnitatẽ. Iõq; nõ ſunt
tres dij, ſed vn⁹ eſt Deus, quis pater filium genuerit.
Et ideo filius nõ ſit qui pater eſt, filiusq́; à pr̃e ſit ge-
nitus, & iõ pr̃ nõ ſit qui filius. Spiritusq; ſanctus nec
pr̃ nec filius, ſed tãtũmõ patris & filij ſpiritus, & pr̃i
& filio ipſe coæqualis, & ad trinitatis pertinens uni
tatẽ. Non tñ eandem trinitatẽ natam de Maria Virgi
ne, & ſub Pontio Pilato crucifixã, & ſepultã, tertia
die reſurrexiſſe, & in cęlũ aſcẽdiſſe: ſed tãtũmodo fi
liũ. Nec eandẽ Trinitatẽ deſcẽdiſſe in ſpecie colũbæ
ſuper Ieſum baptizatũ, aut die Pẽtecoſtes poſt aſcen
ſionẽ Dñi ſonitu factu de cęlo, quaſi ferret ſlat⁹ ue-
hemens, & linguis diuiſis velut ignis, ſed tantammo
do ſpiritum ſanctum. Nec eandem Trinitatẽ, dixiſſe
de cęlo: Tu es filius meus dilectus, ſiue cũ baptizat⁹
fuerit à Ioanne, ſiue in monte, qñ cũ illo erãt tres di-
ſcipuli. Aut qñ ſonuit vox de cęlo dicẽs, Clarificaui,
& iterũ clarificabo, ſed tantũmodo patris ad filium,
vocẽ fuiſſe factam, quamuis pater filius, & ſpiritus
ſanctus ſicut inſeparabiles ſunt, ita inſeparabiliter
operent̃. Hæc ſunt verba tex. in loco ſupra allegato,
qui de hac Dei virtute in eſſentia, ſeu ſubſtãtia, & u
nitate ĩ perſonis ita loquitur. Loquit̃ ẽt ĩ c. 1. in pri.
extra de ſum. tri. & fid. cath. vbi dr̃. Firmiter credim⁹
& ſimpliciter confitemur, ꝙ vnus ſolus verus Deus,
ætern⁹ immenſus, & incõmutabilis, incomprehenſi-
bilis, & oĩpotẽs, & ineffabilis, pr̃ & filius, & ſpũs ſan-
ctus. Tres quidẽ pſonæ, ſed vna eſſentia ſubſtãtia, ſeu
natura ſimplex oĩno. Pater à nullo, fili⁹ à patre ſolo,
ac ſpiritus ſanctus pariter ab vtroq;, abſq; initio, ſp
ac ſine fine. Pr̃ generãs, fili⁹ naſcẽs, & ſpiritus ſanct⁹
ꝓcedẽs cõſubſtantiales, & coęquales, & oĩpotẽtes &
coęterni: vnũ vniuerſorũ principiũ, creator oĩum vi
ſibiliũ, & inuiſibiliũ, ſpiritualiũ, & corporaliũ. Hæc
ſunt quæ dicit tex. in d. c. j. ſupra alle. Et ẽt tex. in l. j.
circa prin. C. de ſum. tri. & fi. cath. de eadẽ vnitate, &
trinitate loquens ſic dicit. Secundum apoſtolicã di-
ſciplinam euangelicamq́; doctrinã pr̃is, & filii, & ſpi
ritus ſancti, vnã deitatem ſub pari maieſtate, & ſub
pia trinitate credamus. Sed eſt tex. multum nota. in
c. damnamus. verſi. nos autem. de ſumma trinitate,
& fide catholica. vbi dicitur. Sacro approbãte Con-
cilio

cilio credimus,& confitemur cum Petro, ꝙ vna quædā summa res est, incomprehensibilis quidē,& ineffabilis, quæ veraciter est pr̄,filius,& spiritussanctus, tres simul personæ, ac sigillatim quælibet earundē. Et ideo ī Deo solūmodo trinitas est nō quaternitas, quia quælibet illarū triū personarū est illa res, videlicet substātia, essentia, seu natura diuina, quæ solum est vniuersorū principiū, ꝑter quod aliud inueniri nō pōt:& illa res nō est generās, neq; genita, nec ꝓcedens: sed pater, qui generat,& filius qui gignitur, & spiritus sanctus qui ꝓcedit, vt distinctiones sint in ꝑsonis,& vnitas in natura. Licet igit̄ alius sit pr̄, alius filius, alius spiritus sanctus: non tamē aliud, sed id quod est pr̄ est filius,& spiritussanctus. Idē oīno, vt ſm orthodoxā,& catholicā fidē consubstātiales esse credunt. Pater.n.ab æterno filiū generādo suam substantiā ei dedit. Iuxta quod ipse testat̄. Pater qđ dedit mihi maius est oīb. Ac dici non pōt, ꝙ partē substātiæ suæ ei dederit,& partē ipse sibi retinuerit. Cum substātia patris īdiuisibilis sit, vtpotē simplex oīno: sed nec decipi, ꝙ pater in filiū trāstulerit suā substantiā generando, quasi sic dederit eam filio, ꝙ non retinuerit ipsam sibi: alioquin desijsset esse substātia. Patet ergo, ꝙ sine vlla diminutione filius nascēdo substantiā patris accepit. Et ita pr̄,& filius habēt eandē substantiā.& sic eadē res est pr̄,& filius, necnō,& spiritus sanctus ab vtroq; procedens. ita tex.ī.all. Et in hoc sequēdo textus sciētiæ nostræ nō trāscendo metas, ne videar falcē in messem alienā ponere. Sed plenius me remitto ad doctores theologiæ, de q.b. videri potest Dionysius in loco hic ante all.& post eum Faber,& Ant.Fl.in summa sua tit.30.c.2. vbi dicit, & ponit de Deo trino,& vno.

Dionysius ēt,& post eū Faber Stapulensis in suis cōmētarijs, sup c.1.de diuinis noīb.dicunt, ꝙ diuinæ sapiētiæ studiosi laudāt Deū in formis humanis circūdādo ei formas humanas. Qn̄q; ipsius oculos. Ad Heb.4. Oīa aūt nuda,& aperta sunt oculis eius. Et dicit Aug.sup Ps.136. Deus totus oculus est, quia oīa uidet. Totus man⁹ est, quia operat̄. Totus pes ē, quia vbiq; est. Qn̄q; aures, Ps.142. Dn̄e exaudi orōnem meā, aurib.ꝑcipe deprecationē meā. Qn̄q; caput,& crines. Can.5. Caput eius aurū optimū, comæ eius sicut elatæ palmarū, nigræ quasi coruus. Et Dan.7. vestimentū eius cādidū quasi nix,& capilli eius capitis quasi lana mūda. Vultus seu facies, Ps.33. Vultus āt dn̄i sup faciētes mala, ut ꝑdat de terra memoriā eorū. Et Ps.50. Auerte faciē tuā à peccatis meis,& oēs iniqtates meas dele. Man⁹. Ps.128. Man⁹ tuę dn̄e fecerūt me,& plasmauerūt me: da mihi intellectū, ut discā mādata tua. Scapulas siue humeros. Ps.90. Scapulis suis obūbrabit tibi,& sub pēnis eius sperabis. Et Deut.32. Assumpsit eū, atq; portauit ī humeris suis. Brachia. Esa.53. Quis credidit auditui nr̄o,& brachiū Dn̄i cui reuelatū ē. Etiā Ps.97. Saluauit sibi dexterā ei⁹,& brachiū sanctū ei⁹. Posteriora. Ex.34 in fi. Videbis posteriora mea, faciem autem meam videre nō poteris. Pedes. Deut.33. Et q. appropinquāt pedib.meis, accipient de doctrina illius. Etiam Esai.66. Terra autem scabellum pedum meorum. Attribuunt etiam ei alas. Ps.19. Sub umbra alarum tuarū protege me, à facie impiorum qui me afflixerunt. Etiam Deut.32. Sicut aquila prouocans ad uolādū pullos suos,& super eos uolitās expandit alas suas. Et ēt coronas illi applicant seu attribuūt, Esa.62. Et eris corona glorię ī manu Domini,& diadema regni in manu Dei tui.& Esa. decimo ea.& cetera. Dicunt ēt Theologi Deū esse omnia quæ sunt ſm quādā ei⁹ ad oīa conuenientiā atq; congruentiam, ꝙ quæcūq; proprietates particulariter,& cōtractæ sunt in reb. conditis, eodē superminēter,& absolute sunt in deo ut oīum ueritate primitiua,& exēplari. Ipse.n. est super oīa, neq; oīum debet nūcupatione aut ambitu, comprehendi, neq; noīs illius uniuersalitate concludi. Oīum.n.causa est super oīa existens. Et oīum re uera est regnū, dn̄atio,& principatus: ꝙ sapientissimè & cœlestia oīa & terrena moderatur, regit & gubernat:& circa ipsam oīum cām sunt oīa, ita ꝙ est oīa in oīb. ut amplè declarat Dionysius in d.lib. de diuinis noīb.& Commentator in commentatio primi c.libri primi: ubi dicit ꝙ laudatur in decem,& nouem nominibus vltra supradicta, vtputa ꝙ sit.

I Sacræ totius illustrationis principium omnia illuminans.
II Omniū cā cuncta ad esse ꝓducēs,& formās.
III Initium rerum omnium à quo vniuersa sunt & habent exordium.
IIII Substantia omnium per quam cuncta in suo gradu subsistunt.
V Erigens & reuocans eos qui vita spirituali exciderunt.
VI Reuocans & reformans eos, qui diuinam in se imaginem corruperunt.
VII Confirmans eos, & consolidans qui impura vexatione agitantur.
VIII Stantes corroborans, vt in bono perseueranter permaneant.
IX Accedentes ad se quasi porrecta manu subleuans, ac promouens.
X Eis qui spiritualiter illuminantur fulgor intimus,& lucidus.
XI Illis qui perficiuntur consummationis perfectionisq; princeps.
XII Eorum qui in Deum assumuntur summa diuinitas,& deifica virtus.
XIII Illorum qui simplices sunt, vera & singularis simplicitas.
XIIII Eorum qui in vnum transeunt summa virtus & vnica virtus.
XV Principiū totius vniuersi omnia superans substantiale principium.
XVI Occulti suæ diuinitatis quantum licet participationem tradens.
XVII Viuētiū vita oībus ꝓ suo gradu vitā elargiēs.
XVIII Subsistentium entitas cūctis substantiam cōmunicans.
XIX Omnis vitę ac substantię causa primitiua ac pręcipua.

Hęc omnia,& multò plura ponit ille vir diuinus, incomparabilis,& omnium viuētiū doctissimus,&

excellētissimus magister Iacobus Faber Stapulensis in cōmentarijs suis ad D. Dionysium de diuinis nominib. in 1. c. vbi dicit vltra pdicta diuinitatem esse laudandam, s. vna, trina, causa, sapiens, & pulchra summeq; benigna, quæ ibi explanat, & declarat post Dionysium: cuius dicta declarat ad demonstrandū, q̄ sit diuinitas, & deitas: & qūo laudanda, honoranda, & glorificāda, maximè in noīb. vbi ēt dicit, ꝙ theologi dicunt ipsam deitatem carere noīe. Cum Deum ipsum aiunt respondisse Iacob eū interrogantem de noīe, vt Gene. 32. dic mihi quo appellaris nomine. Cur quæris nomē meum, qđ est mirabile? Et Iud. 13 Et nesciebat mane, ꝙ angelus Dn̄i esset. Dixitq; ad eū. Quod est tibi nomē, vt si seruus tuus fuerit expletus honorem⁹ te. Cui ille r̄ndit, Cur quæris nomē meum quod est mirabile, & est supra omne nomē? Hic dr̄ Exo. c. 3. Si dixerint mihi, qđ est nomē eius, quid dicam eis? Dixit dn̄s Moysi. Ego sum, qui sum. Sic dices filiis Israel. Qui est, misit me ad vos. Et eo. c. paulo ante. Ego sum Deus patris tui, Deus Abrahā, Deus Isaac, & Deus Iacob. Et se dicit viam, vitam & veritatem, vt habetur Ioa. 14. Et lucem, Io. 8. Ego sum lux mundi, q. sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumē vitæ, & c. 12. Ego lux in mundum veni, vt oīs q. credit in me, in tenebris non maneat. Et hæc comprobat dictus Faber post dicta Dionysij in loco hic ante all. vbi etiam comprobat, ꝙ sit omnia in oīb. Iuxta dictum Apost. 1. ad Cor. 15. Cū aūt fuerint illi oīa, tunc, & ipse filius subiectus erit illi, q subierit sibi oīa, vt sit De⁹ oīa in oīb. Et nemo nouit filium nisi pr̄, neq; patrem q̄s nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare, Mat. 11. Et habetur ad Eph. 4. c. ꝙ Deus pater est oīum, qui super oēs, & ꝑ oīa, & in omnib. nobis. Et qūo etiam à philosophis describatur ponit Arch. Flo. in sua summ. in 3. part. ti. 30. §. j. Aug. ēt super illud Pr̄ nr̄, dicit, ꝙ Deus in seipso est sicut alpha, & ω. In mundo sicut rector, & author. In angelis, sicut sapor, & decor. In ecclesia, sicut paterfamilias in domo. In aīa, sicut sponsus ī thalamo. In iustis, sicut adiutor, & protector. In reprobis, sicut pauor, & horror.

Et etiam omnipotens dr̄. Genesis c. 17. Dn̄s quasi vir pugnator omnipotens nomen eius. Et dr̄ omnipotens, eo quia ipse oīum rerum est firmitas, & vigor, qui omnia potest. Oīa potestate sua comprehendens ac continens, cuncta firmans, stabiliens & consolidans. Et hoc totum mūdi opificium indisruptū, atq; indissolutū sua potentia cōseruans atq; pficiēs, vt oīum sedes oīum capax q̄ continent, cīa vna cuncta excolente virtute cōuinciens, oīa superans, & oībus, quæ ꝓuidentia reguntur mirè imperās. Et vt dicit Faber in dicto loco post Diony. c. 10. Onerosum nimium esset velle adducere quoties in sanctis eloquiis Deus omnipotens appellatur.

Et bonus appellatur, Mar. 10. Nemo bonus, nisi vnus Deus, vt perpulchrè declarat ipse Diony. eod. lib. Et Ant. Flo. in sua sum. par. 1. ti. 13. c. 2. §. 5. 6. & 7. vbi amplè de eius bonitate.

Sanctus etiam sanctorum, Rex regum, & regnantium in seculū, & in ęternum, & vltra: dn̄s dn̄orum, & deus deorū dr̄, vt dicit idē Diony. in d. suo lib. de diuinis noīb. c. 12. Quia laudare eum cōuenit infinitis noīb. pditum, Itaq; sanctitas q dē est, vt fin nos loquamur oī scelere libera pfectaq; & penitus coinquinata mūditia. Et hr̄ Dan. 9. c. Tu aūt aīaduerte sermonem, & intellige visionē &c. Et vngatur sanctus scōrum. Et in plurib. aliis locis sacrę theol. dr̄. Sanctus sanctorum, sed longum esset colligere.

Rex regum dr̄. porro, vt dicit Diony. Regnum est oīs termini & ornatus legisq; & iuris ordinisq; distributio. Et hr̄ Ps. 144. Regnū tuū regnū oīum seculorū, & dn̄atio tua in oī gn̄atione, & gn̄ationem: Et Ps. 145. Regnabit dn̄s in secula, Deus tuus in generatione, & gn̄ationem, regnans in ęternū, & vltra. Et Exo. 15. c. Sanctuariū tuū dn̄e, quod confirmauerūt manus tuæ: dn̄s regnabit in ęternum, & vltra. Apo. 19. Et habet in vestimento, & in femore, scriptum: rex regum, & dominus dominantium.

Et æternus dicitur, Baruch 4. Exacerbasti. n. eum qui fecit vos Deum æternum. Et Luc. 10. Dominus Deus vn⁹ est, ipse Deus viuēs & rex sēpiternus, q iure humano appellatur. c. 1. de summ. trin. & fid. cat. l. lege Iulia. ff. ad leg. Iul. pecul.

Dominus dn̄antium. Dn̄atio verò nō modo inter deteriores eminētia, verū quoq; honestorum ac bonorum perfecta possessio, veraq;, & incōmutabilis firmitas, vnde a libera potestate dn̄andi facienda. Et dn̄atio, & dn̄s, & dn̄ans, & dominus dominorum dicitur, vt comprobat Ps. 135. Confitemini domino dominorum, quoniā in ęternum misericordia eius. Et Apoc. 19. vt ante dictum est.

Deus deorum. Quia prospiciat cūcta prouidētia bonitateq; mirabili, & circū omnia currat, cūctaque contineat, & se oīa repleat atq; vniuerso transcendat, quæ prouidentia illius vtūtur. Hæc Dionysius.

Et ꝙ Deus deorum dicatur, habetur Ps. 49. Deus deorum locutus est, & vocauit terrā. Et Ps. 135. Cōfitemini Deo deorum, quoniam in æternum misericordia eius. Et habetur Deu. 10. Dominus Deus noster ipse est Deus deorum, & dominus dominantiū.

Et ēt magnus dn̄s dr̄, & laudabilis nimis, Ps. 47. Et benedictum nomen maiestatis eius in æternum. Ps. 71. & Esa. 54. Dn̄abitur tui qui fecit te dominus exercituum nomen eius, & redemptor tuus sanctus Israel, Deus oīs terræ vocabitur. & dicit Albe. de Rosa. in suo dictionario, in verbo, Deus. allegādo Dionysium. Quia Deus variis nominib. nuncupatur.

Quandoq;. n. dr̄ hely, i. fortis. Quandoq; eloy, i. dominus noster. Quandoq; alon, i. excelsus. Quandoq; sabaoth, i. dominus exercituum. Quādoq; adonay, i. robustus, & ad omnia sufficiens. Quandoque emanuel, i. nobiscum Deus. Quandoq; tetragrammaton, idest Dominus. Quandoq, theos, vel atheos, quod est videre, vel currere, quia omnia videt, & percurrit. & hoc vltimum ponit Archid. in c. æstimant. in prin. 11. q. 3.

Quādoq; ēt Deus abscōditus, & saluator. Esa. 45. Et incōprehēsibilis. c. j. de summ. tri. & fi. catho. iustus iudex, fortis, & patiens. Psalm. 7. De patientia cuius est bonus tex. in c. hornm, §. econtra. 1. q. 4. Et de illius

de illius benignitate videnda est singularis, & admirabilis epistola 8. Dionysij ad Demophilum monachum & ibi Faber stapulensis, vir incomparabilis, qui multũ singulariter declarat benignitatem esse cõmendandam. Et ibi eam multum commendat ipse Dionysius & Faber in commentariis suis.

Licet.n. deus diffiniri non possit, teste Cassiodoro, tamen Ioannes Ludouicus Viualdus in suo opere regali, in tra. de cognitione electorum. in 3. no. ponit 14. aut 15. diffinitiones dei, & postmodum dicit ꝙ excellẽtia deitatis tribus nominibus nominatur. & vt dicit, omnẽ sensum & omnem naturam supergreditur ſm Augu. ibi allegatum. Et vide etiã Luc. de Pena in l. j. C. de veteranis, lib. 12. vbi ponit quid sit deus, & de eius nominis interpretatione.

Quia deus laudandus sit, & laudatur in multis, habetur Psal. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. & in pluribus alijs locis, & dicam infra in vltima parte, in prima consideratione.

Quomodo autem sit laudandus, videantur Dionysius & Faber in libro de mystica theologia. Quæ cum sint nimis alta, relinquo theologis.

Quomodo glorificãdus & honorandus, Psal. 28. Afferte dñõ gloriã & honorẽ, afferte gloriã nõi ei⁹.

Quomodo magnificandus, dr̃ Deu. 32. Date magnificentiã deo vestro. Et j. Paral. 24. Tua est dñe magnificentia, & tua est gloria. & Ps. 68. Laudabo nomen dei cũ cãtico, & magnificabo eum in laude.

Quomodo benedicendus. Vide Thobiæ c. 4. vbi habetur. Omni tempore benedic deum.

Quomodo etiã honorandus, facit tex. & quæ ibi no. in clem. si dominum in sanctis. de reliquijs & veneratio. sanctorum. dicam infra in ultima parte. Solus enim adorandus est, & soli sibi sacrificium est faciendum, dicit Inn. in c. 2. de l. 2. de celebratio. missa. & Lucas de Penna in d. l. j. C. de veteranis, lib. 12.

Quomõ autem deus sit adorandus, videat Psalmo 71. Et adorabunt eum omnes reges, oẽs gentes seruient ei. Et est adorandus deus adoratiõe latriæ, quæ idẽ tm̃ d ebetur. Et sibi sacrificium fit quod ptinet ad latriam, quod est sacrificiũ verũ ſm Aug. de ciui. dei, lib. 10. c. 6. Et est oẽ opus quod agimus, vt sancta societate inhæreamus deo. Et vt dicit Ant. Flo. in sua summa, tertia par. c. 9. §. 3. Quia sic vt est triplex hominis bonũ, ita triplex sacrificium: ut ibi per eũ, & statim dicam. Et huiusmodi latria græcè, dr̃ seruitus latinè, ut dicit Ioannes de Turrecremata in eius aũt. in 11. col. 1. dist. Quæ latria sic descri bitur. Latria, est cultus Deo debitus, vel exhibitus: est voluntas impendendi Deo cultum diuinũ & debitum, & nulli alij debetur, vt dicit de Turrecremata in c. nos autem. de consecra. dist. 2. & in c. venerabiles. de consecra. dist. 3. Et hanc adorationẽ latriæ commendat nobis scriptura sacra. unde Ps. 94. Venite adoremus & procidamus ante Deum. & Ps. 95. Adorate Dominum in atrio sancto eius. Itẽ, Adorate eum omnes angeli eius. Et in infinitis locis, & ut supra dictum est Ps. 71. & Mat. 4. Dominum deum tuũ adorabis. Similiter de Christo dr̃ Lucæ 22. Qđ positis genibus adorabat, dicens: Pr̃ &c. Et dixi supra in principio, qñ dr̃ Apocalyp. 4. de vigintiquatuor seniorib. & aliis qui adorabant viuẽtẽ in sæcula sæculorum. Et Apo. 15. Quatuor seniores ceciderunt in facies suas, & adorabant. Et eiusdem 7. Omnes angeli stabãt in circuitu throni, & adorauerunt Deũ dicentes: Amen. Benedictio & clarit. &c. Et legit̃ de beato Bartholomæo, cuius nomen porto, ꝙ centies flexis genibus in die orabat Deum, & centies per noctem. Et de beato Iacobo minore legit̃, ꝙ tantũ iacebat sup genua sua orãs, ꝙ genua hẽbat vt calcaneũ, silẽm duritiẽ hñs in eis duritiei camelorum.

Et hæc gloria adorationis est, quam sibi Deus spãliter retinet. Et de hac dr̃ Esa. 42. Gloriam meam alteri non dabo. Et Ecclesiasti. 25. Bono animo redde Deo gloriã, & nõ minuas primitias manuũ tuarum. Et hæc gloria significata p thymiama. de quo Ex. 30. in fi. Sanctũ sanctorũ nobis est thymiama: talem cõpositionem nõ facietis in vsus vestros, quia sanctum Dño est. Homo quicunq; fecerit silẽm aut simile, ut odore illius perfruat̃, peribit de populis suis. Obsequium est multũ placens deo. Ecclesiasti. 35. Qui adorat deum in oblectatione suscipietur, & deprecatio illius vsq; ad nubes appropinquabit.

Et aduertẽdũ est, ꝙ licet hæc adoratio latriæ soli deo sit exhibenda, tamen exhibetur illi homini qui est filius dei: sed non inquantum est homo, sed inquantum est deus. de consecr. dist. 2. c. accesserunt, & notatur in c. venerabiles. de consecr. dist. 3. ex quibus patet ꝙ cultus deo debetur.

Qui quidem est triplex: quidam cordis, ali⁹ oris, tertius operis. Cultũ cordis vocat specialiter gl. sup illud Exodi 15. non adorabis ea neq; coles.

Aliud est, inquit, colere, aliud adorare. põt. n. inuitus adorare: vel adulando regib. idololatris, vel tormentis victus, cũ sciat quia idolum nihil est. Colere vero est toto his affectu, & studio mancipari. Et iste cultus cordis qui dr̃ interior, requirit tria ſm Isidorum, li. 8. etymologiarum: scilicet fidem, spẽ, & charitatẽ. Qm̃ ẽt, vt dicit Aug. in enchiridion. Fide, spe, & charitate, deum colimus. Et dicit Augustinus, ꝙ iste cultus consistit in cognitione dei, & dilectione, & debita subiectione. Et super illud primæ ad Corinthios 12. Alii per spiritum datur sermo sapiẽtię, alii sermo sciẽtiæ. Dicit gl. de illo uerbo, loquẽs Iob ſm unam lr̃am. 28. Ecce pietas cũ sapientia. vbi literã nostra habet. Timor domini ipse est sapientia, inquit. Et habetur Ps. 110. Initium sapientiæ timor domini. De his etiam esset nimis prolixum tangere, sed uideatur Augustinus in dictis locis.

Secũdus cultus oris, est quædam vocalis ꝓfessio maiestatis diuinæ, quam fideles faciunt frequenter orãdo, laudãdo deũ, benedicendo, gratias agendo.

Sed tertius cultus qui dr̃ operis, est cum aliquis opere recognoscit, dicens. Tu solus dominus. Et dominum istum quãtum ad personas nostras recognoscimus genuflexione, & prostratione. Esaiæ 45. Mihi curuabitur omne genu. Et Micheę 6. Curuabo genu deo excelso.

Et tale sacrificiũ quod fit opere, soli deo debetur, ut dicit Aug. lib. 10. de ciui. Dei. c. 19. & dicit tex. in

cap.

c.sacrificium.de consecr.dist.2.Qua sacrificium est sacrum signum sacrificij inuisibilis.

Sex autem sunt species sacrificij spiritualis. Primum sacrificium dr̃ cordis contriti. vnde psal.50. Qm̃ si voluisses sacrificium, dedissem: vtiq; holocaustis non delectaberis. Sacrificium deo spirit⁹ cõ tribulatus, cor contritũ & humiliatũ deus nõ despicies. Et Augustinus vbi suprà. Non vult sacrificium deus trucidati pecoris, sed cordis contriti.

Scdm̃ est sacrificiũ cordis igne diuini amoris, iflãmati, de quo Aug. Deo suauissimũ odorẽ adolem⁹, cũ i ei⁹ cõspectu pio sanctoq; amore p̃ces fundim⁹.

Tertium est sacrificiũ corporis ꝓpter deũ mortificati. ad Ro.12. Obsecro vos per misericordiã dei, vt exhibeatis corpora vestra.

Quartũ est sacrificiũ corporis ꝓ deo ꝓprio sanguine cruẽtati. unde Aug. Deo cruentas victrices damus, qñ vsq; ad sanguinem pro eius veritate dam⁹.

Quintũ est sacrificiũ laudis. Ps.49. Immola Deo sacrificium laudis. Clemen. prima, in princip. de celebra. missarum.

Sextũ sacrificiũ est misericordię, quo ꝓximo subuenimus. ad Heb. vltimo: beneficẽtiæ & cõionis nolite obliuisci. Talibus.n. hostiis promeretur deus.

Sacrificiũ septimũ est iustitiæ, id est cuiuscunq; boni operis. Psal.4. Sacrificate sacrificium iustitiæ.

Octauũ sacrificiũ est voluntatis, de quo Lucæ 2. Et in terra pax hominibus. Grego. Ante dei oculos nunq̃ est inanis vacua munere, si arca cordis plena est bona voluntate. Nil quippe offert deo dignius, volũtate bona. Et Aug. ubi suprà dicit: Sacrificium res diuina est, & op⁹ misericordiæ pp deũ, ipsa verò misericordia q̃ hoi fit, si nõ pp deũ, nõ est sacrificiũ. Etiã ad cultũ operis pertinet thurificatio, q̃ ostẽdit affectum nostrum integrè dirigendum esse in deũ.

SEcunda considera. Iesus Christus filius dei sedet ad dexterã p̃ris. Et istud põt referri ad humanã, vel diuinã naturã. Si ad humanã, tunc dicendũ est fm Aug. in li. de symbolo, ꝙ est intelligẽdũ, ut deus p̃r humanitatẽ Christi ad dexterã suã collocauerit: qm̃ deus membra non habet, vt possit dici eum habere dexteram, uel sinistram, sed est sermo metaphoricus. Quia sicut in dignitatib. humanis null⁹ apud regem uel aliquem dominum dr̃ præstantior & honoratior, quàm qui ad dexteram eius sedet: ꝓut dixi infra in 5. parte, in 5. consideratione, incipiente: alij modi. Sic etiam deo esse gratior & sublimior dicitur, qui est ad dexterã uirtutis dei patris. Id est illa humanitas est sic apud deum exaltata, q̃tũ est possibile aliquam creaturam exaltari, ita ꝙ nunquã alia sic exaltabitur. Quoniam, ut ait Psalmista psalm.8. Deus pater gloria, & honore coronauit deum filiũ suum, & constituit eum super opera manuum suarum. Et ideo dicebat beatus Stephanus cum lapidaret, Act.7. Ecce uideo cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris uirtutis dei. Et etiam ipse Christus dicebat, Matth.26. Amodo uidebitis filium hoĩs sedentem à dextris uirtutis dei.

Sed si dextera referatur ad diuinã naturã, nũc p dexteram intelligit̃ ęqualitas p̃ris & filii. Ne q̃s.n. crederet dei filium, pp assumptã humanitatẽ, esse minorẽ p̃re fm diuinitatẽ. Iõ filius dr̃ sedere ad dexteram patris: idest ad æqualitatẽ p̃ris. Iõ dicit Paul. ad Col.3. Quæ sursum quærite, ubi Christus est in dextera dei sedens. Et ad Heb.1. dicit. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portans omnia uerbo virtutis suæ, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, tantò melior angelis effect⁹ est, quãto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui.n. dixit aliqñ angelorum, filius meus es tu?&c. Et ibi, Et adorent eum omes angeli dei.

Vel aŕr & quasi in idẽ, sedere à dextris dei fm diuinitatẽ, est esse æqualem deo, vt dictũ est, sed sedere fm humanitatẽ est frui potioribus bonis dei prę cęteris creaturis, i. in maiori beatitudine. Et cũ hoc, ut dictũ est, hñs iudiciariã p̃tatẽ iudicandi viuos & mortuos. Ideo dr̃ in symbolo. Inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Quoniam iudicãtis sedes sublimior cęteris esse debet. c. episcopus, 95. dis. dixi infra in 7. parte: in 24. consideratione: incip. generalis est, &c.

Et de dignitate & excellentia Christi ponit Paul. in epistola vlt. supra alleg. ad Heb. In ipsa autẽ ostendit Paulus dignitatẽ Chr̃i, quia deus est & hõ. Diuinitatem dum ait, nouissimè locutus est nobis i filio p quem fecit, & sæcula. Qui cum sit splẽdor glorię, & figura substantiæ eius, portans omnia, id est sustẽtans verbo virtutis suæ &c.

Excellentiam humanitatis eius demõstrat dicẽs, quẽ fecit hr̃dẽ vniuersorũ, i. dñm. purgationẽ peccatorũ faciens, s. humani generis per passionẽ suã. sedet ad dexterã maiestatis in excelsis: scilicet resurgẽs, & ascẽdẽs, ad maiorẽ gradũ gloriæ, ut prædi.c. supra alleg. amplè declarat An. in sua chronica, lib. 1. ti.6. c.5. §.3. Et Christus nemini fuit subiectus 23. q.3. in prin. ut ait gl. in uer. ois aĩa. in c. magnũ xj. q.1. sed hr̃ Luc.2. Et erat subditus illis. De hmõi gloria filii dei & unigeniti, videatur carolus Bouillus super euangeliũ Ioãnis, in ver. Et uidimus gloriam eius. Ipse.n. constitutus est ad dexterã patris in cœlestibus super oẽm principatũ & p̃tatẽ, virtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro &c. ut habetur per Pau. ad Ephe.1.

Aduertendum tamẽ est ad illud quod dictũ est hic ante. Cũ apud omnes nationes vsitatissima sit consuetudo, ut qui sedet siue incedit ad dexterã alicuius, obtinet locum priorẽ. Quærit Antonius Nebrissensis in sua quinquagesimatertia q̃stione, seu annotatione 39. quid sibi uult ꝙ i psa.109. legitur, Dixit dñs dño meo, sede à dextris meis. Nã cũ psalmus ille, in sensu ẽt lr̃ali de Christo intelligat, sintque uerba patris ad filium, quid incõgruentius dici põt, aut quid magis indecorum, quã ꝙ fili⁹ priorẽ occupet locũ? Neq, solũ ibi, sed mille aliis in locis scriptura sacra testatur Christum ad dexterã patris sedere: qui tametsi natura patri est æqualis, quatñ filius, & qua homo est, cedere debuit p̃ri primã sedem. Sed, ut dicit, iste locus à theologis exponi so[-]let à dextris. i. in bonis potioribus. sed eodem teste

certè expositio nimis violenta atq; malè cohærens. Quod si ad dexterã sedere honorificẽtius est, cur in eodẽ psalmo subiungit: dñs a dextris tuis? aut quid sibi vult hæc dexterarum permutatio, quod & Augustinus subdubitauit?

Legimus ṗterea 3. Reg. c. 2. Bersabee, cũ uenisset ad Salomonẽ filium nuper regno potitum, ꝙ sedit rex sup thronũ suũ, & ꝙ positus est thronus mr̃i regis, & sedit ad dexterã illius. Illud quoq; ex psal. 44. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato. Neque. n. tantum reuerẽtiæ filius debet matri, aut spõse sponsus, vt si ad publicũ magistratũ ꝑuenerint, matri aut sponsæ in aliorũ maximè cõspectu priores sedẽdi partes cõcedant. Iure igitur factum est, ꝙ Quintus Fabius maximus consul, cũ pr̃ ꝓcul equo vehẽs illi obuiã processisset, imperauit lictori, ut iuberet patrẽ ex equo descendere, qui iussu paruit, filiũq; collaudauit, ꝙ dignitatẽ imperij retinuisset. Et ideo, ut dicit idẽ Nebrissensis, cũ hanc ordinis sedendi indignitatẽ secũ sępius reputaret, subijt sibi q̃dã suspicio aliũ fuisse apud antiquos sedẽdi ordinẽ q̃ qui sit nostris temporibus: vt videlicet qui sederet ad sinistrã esset potior eo qui sederet ad dexteram, id quod postea fuit multis argumẽtis sibi exploratũ, qđ sic cõprobat. Principio, ꝙ illi q̃ potẽtiores affectabant, siue armati, siue inermes, tũ satellites, tũ stipatores, tũ laterones siue latrones fuisse dictos. eosdẽq; apud authores dici aut tegere lat⁹, aut claudere latus, aut cingere latus. Hor. i 2. sermonũ.

Vt ne tegam spurco Damæ latus. Iuuenalis.

Diuitis hic serui claudit latus ingenuorum.

Ouidius quarto de ponto.

Dumq; latus sancti cingit tibi turba senatus.

Latus quoque intectum siue nudũ dicebatur illius quem nemo comitaretur. Ambrosius in sermone de obitu fratris sui. Quod si quando fine altero prodeundum fuit, intactum latus putares. Seneca lib. 3. epistolarum. Nudum erit latus incomitata lętitia. Is pręterea qui alium comitabatur, dictus erat ire exterior. Cui verò præstaretur comitatus ire interior. Horatius vbi supra.

Ne tamen illi

Tu comes exterior si postulet ire recuses.

Et subdit verba q̃ supra retulimus. Vt ne tegã spurco Damæ latus. Haud ita tria me gessi. Oui. li. 5. Fastorũ. Et medius iuuenũ ipsis, Ibat, & interior si comes vn⁹ erat. de sene loq̃t, cui dẽr honos à iuuenib.

Et, vt idẽ Nebrissensis dicit, atqui restat ꝓbandũ ꝙ exterior is dr̃, qui sit ad dexterã alicuius, & interior qui ad sinistrã. Seruius grãmaticus enarrans illud Virg. ex 5. Aeneidos. Radit iter lęuum interior. exponit ꝓ sinisteriore. Citatq; Ciceronẽ dicentem: in quem omnia intus. & Salustium in 2. historia. Introrsus prima Asiæ Bithinia est. vbi Cicero intus, & salustius introrsus pro sinistrorsus seu sinistro acceperunt. Horatius quoq; in 2. sermonũ ait. Interiore diẽ gyro trahit ire necesse est, ubi interiore ꝓ sinisteriore ponitur. Qđ meridies mundi pars sinistra est, quemadmodum dextra. Lucan. in 3. Phars.

Ignotum vobis Arabes venistis in orbem.

Vmbras mirati memorum non sinistras. i. meridionales, etiam in æstate. Ouidius quoq; in secũdo Metamorphoseos.

Nec te dexterior tortum declinet ad anguem.

Inter duos arctos in more fluminis labi. Et aram ad meridiem suam esse, nullus poetarum, sed neq; astrologorum ignorat. Colligit ergo Nebrissensis ex his quæ dicta sunt, eum qui sit alterius comes, claudere, aut cingere, aut tegere latus, atq; eidem ire exteriorẽ, hoc est ad dexteram illius: cuius verò latus clauditur, cingitur, tegit̃, ire interiorem, hoc est ad sinistram, qui locus erat dignitate præstantior.

Et ṗterea non comtemnenda quędã rõ sumpta ex eo ꝙ legimus Paulum apostolum datũ comitem ad dexterã Petri. qđ ab illorũ imaginib. disponẽdis pictores obseruant, & in diplomatis pontificum sigillo munitis animaduertimus, ut Paulus semp sit Petro dexter: de quo ȷ̃. dicã. Nunquid tñ tanquam in potiori loco? absit, vt apostolorũ principi alter q̃uis ṗferat̃. Nã quid sibi vult gladius ille, quẽ Paulus habet strictũ, nisi ꝙ est Petri comes, stipator, atq; satelles? Huius antiquitatis ignarus Thomas, in illud apostoli ad Gala. 1. Qui suscitauit eũ à mortuis, cũ ñ hẽret quid diceret, ad cõmẽtũ illud cõfugit, quia pñs, inquit, vita, significatur per sinistrã. Futura uerò p dexterã, inquã, ista est cœlestis & spiritualis, illa uerò tpalis. Iõ Petr⁹ quia uocat⁹ à Christo adhuc in carne mortali posito, ponit̃ in bulla parte in sinistra. Paulus uerò quia vocatus à Christo iã glorificato, ponit̃ in dextera parte. Diximus amplè ȷ̃. ista parte. in 31. consi. Reliquũ est, vt ad qõnẽ Augustini de ꝑmutatione dexterarũ rñdeat̃. Ille namq;, ut est in reb. q̃ ad nostrã religionẽ pertinẽt, nihil affirmantis academię imitator, uĩ illa nõ penitus explicasse, sed vt dicit Nebrissen. ex his q̃ superiorib. dicta sunt rñdẽdũ est, ꝙ aut pr̃ sedet in throno maiestatis suæ, & ita iubet filiũ sibi à dextris, hoc ẽ ĩ scđo loco sedere: aut ṗstat se filio tanq̃ stipatorẽ, ꝓtectorẽq;, & tũc reponit filiũ in primo, hoc est in tutiori loco, & sic dictũ est. dominus a dextris tuis. vnde subdit: Confregit in die iræ suæ reges. atq; iterum in Ps. 15. Prouidebam domino in conspectu meo semper, quoniã à dextris est mihi ne commouear. Faciunt quæ dixi in prima parte, in 25. concl. quæ incipit: licet uasallus. & in nonagesima sexta conclusi. incipien. arma etiam. 38. consi.

Tu dic vltra Nebrissen. cõcordãdo oĩa ṗdicta, ꝙ aut est qõ de trib. eiusdẽ dignitatis, aut de quib. põt esse dubiũ: & tũc q̃ medius est, in digniori loco est, & qui à dextris eo dignior qui à sinistris, ut patet in dictis cõclusionib. Qñ uerò est qõ de duob. tm̃, quorũ vn⁹ comitat̃ alterũ, tũc qui est ad sinistrã dr̃ esse prim⁹ & in priori loco, cu latus cingat, claudat, aut tegat, vt supra dictum est. Intellige, i. post illum cui cingitur, clauditur, aut tegitur latus: qm̃ ex illo dat̃ prior locus existenti ad latus & cingenti, seu claudenti & tegenti, & ita credo esse intelligenda dicta Nebrissen. ex dictis ẽt supra in prima parte, vbi ponit̃ qui dicantur habere priorẽ locum & digniorẽ.

Vel meli⁹ dic, ꝙ sedere filiũ à dextris nihil aliud est,

est, quã conregnare patri: sicut ille qui consideret regi ad dexterã, assidet ei in regnando & iudicando ſm Aug. & Thomam in ultima part. q. 7. allegatos per Io. de Terrarubea, in tractatu suo, Vinea ecclesiæ, intitulato, ar. 2. primi tract. in 4. conclusione ĩ q̃ expositio mihi ur̃ verior & sanior.

Tertia cõsiderõ erit de spũ sancto, cuius est vna deitas, & essentia cũ p̃re, & filio. Ita q̃ rõne deitatis pr̃ nõ est maior filio, filius nõ est maior spiritu sancto, sed sunt æquales. Et cũ sint tres psonæ, rõne psonæ sedebit ad sinistrã p̃ris, eo quia filius sedet ad dexterã. Nõ p hoc q̃ spiritus sanctus sit minor, quia vt dixi, nulla est maioritas, & minoritas inter patrẽ, & filiũ, & spiritũ sanctũ. Sed ut ſm sedes naturales, si essent tres æquales qui vellẽt sedere in vno loco, vnus eẽt ĩ medio, & alij duo ad latera, vnus ad dexterã, alter ad sinistrã: iõ ẽt hoc mõ dicemus ĩ trinitate, vbi sunt tres psonę æquales, q̃ sedebũt hoc mõ. Et vnaq̃q; psona ĩ sua sede æqualr̃ opat̃ effectũ deitatis, nõ q̃ unus sit melior altero, sed æqualis: & pcedit spũs sctũs à p̃re & filio, c. j. de sum. tri. & fi. cath. hr̃ ĩ c. de spiritu. & in c. saluator. de conse. di. 5. & in c. fi. de conse. di. 3. Et dr̃ in Credo in unũ deũ, qđ in missa cãtat̃, ibi: Qui ex patre filioq; pcedit. & in ps. Quicunq. vult. Et pp multos effectus dr̃ spiritus intelligentiæ. Sanctus, vnicus, multiplex, subtilis, mobilis, disertus, incoinquinatus, certus, suauis, amãs bonũ actũ, qui nullũ vetat benefacere, humanus, benignus, stabilis, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, vt per Bernardinum de Bustis ĩ in 2. parte rosarij, sermone 38. in litera xx.

Quarta cõside. Sancta dei genitrix virgo semper Maria est supra apostolos, angelos & archãgelos, ut dicit gl. in l. oẽs dies. ĩ ver. apostolicæ. C. de ferijs. Et canit mater ecclesia, q̃ exaltata est sup choros angelorũ: qđ probat Albertus. Omnes chori angelorum sunt de aliqua hierarchia: sed ipsa exaltata ẽ sup choros angelorũ, ergo ipsa ẽ super oẽm hierarchiã. Et facit, put dr̃, qñ beata virgo Maria plus distat à seraphin dignitate, & gloria, quàm seraphin à cherubin. Sed p excellẽtiã dignitatis ordinatur seraphin sup cherubin vno ordine, ergo beata virgo Maria erit super seraphin vno ordine, ergo sup hierarchiã angelorũ. Et ẽt quia mr̃ dei, iõ thronus eius poni dẽt iuxta thronũ dei, vt hr̃ 3. Reg. 2. c. Positus est thronus mr̃is eius iuxta thronum regis. Et à dextris dei sedere dẽt, iuxta Psal. psal. 49. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato.

Et q̃ sit super hierarchias oĩum angeorũ, & super choros, satis pbat̃ per Barth. sibillã in suo speculo q̃stionũ peregrinarum: in c. 10. secundæ decadis. ver. secunda quæstiuncula est. Et amplissimè cõprobat ex multis Anto. Flo. in sua summa. 4. parte. ti. 15. §. 15. vbi ponẽdo duodecimũ priuilegiũ illius, dicit Mariã vltra oẽs creaturas mũdi eẽ honorãdã & priuilegiatã duodecĩ priuilegijs. Et ibi cũ beato Aug. De te o virgo Maria quid dicam pauper ingenio? Cum quicquid dixero, minor laus est quã tua dignitas mereatur. Et quibus te laudibus efferam nescio. Si cęlũ appellẽ, altior es, & quę cœli capere nõ poterant, tuo gremio cõtulisti. Si mr̃em gẽtiũ dicã, excedit. Si formã dei appellẽ, digna existis. Si dominã angelorũ vocẽ, per oĩa cõprobaris, quia dña angelorum es. ergo super omnes angelos exaltata.

Petrus Comestor cõpilator historiæ scholasticę hos sequentes versus in laudem uirginis eleganter composuit: ut refert Ant. in tertia parte suarum historiarum, titu. 18. c. 8.

Si fieri posset quòd arenæ, puluis, & vndæ,
Vndarum guttæ, rosa, gemmæ, lilia, flammæ,
Aethera, cœlicolæ, nix, grando, sexus vterque,
Cum ventis pennæ volucrum, pecudum genus omne,
Siluarum rami, frondes, auium quoque pennę,
Gramina, ros, stellę, pisces, angues, & aristæ,
Et lapides, montes, conualles, terra, dracones,
Linguæ cuncta forent, minime depromere possent
Quæ sit vel quanta est virgo regina Maria,
Quę tua sit pietas, nec litera, nec dabit ætas.

Si ergo tot & tales uiri laudẽ sufficiẽtẽ & condignã dicere nec referre possint, quid ego miserrimus paucissimi ingenii faciã? nihil aliud, nisi de his ad illos me remittã, maxiè ad dicta ipsius Ant. ĩ d. 4. parte, lib. 10. c. 43. ĩ sermõe de assumptione: vbi ponit q̃uo hẽt oẽs pprietates oĩũ ordinũ cœlestiũ hierarchiarum, & illas omnes excedit. Et post dicta Anselmi de laudibus Mariæ dicã in seq. O fœmina mirabilr̃ singularis & singulariter mirabilis, per q̃ elementa renouatur, angeli reintegrant̃, inferna eneruantur, hoies saluantur. O fęmina plena & sp plena gratia. de cuius plenitudinis exũdãtia respersa resultat oĩs creatura. O uirgo bñdicta, per cuius beatitudinem benedicitur omnis creatura, & nõ solum creatura à creatore, sed et creator à creatura laudat̃. O Maria dulcissima sempq; beatissima, si oĩs peccator ad te cõuersus, & à te sit despectus, necesse est ut terreat̃: si omnis pctõr ad te cõuersus & a te cõspectus, impossibile est ut pereat. Et idẽ Anselmus de cõceptu uirginali ca. 12. & 13. Nihil dominæ est æquale, nihil cõparabile. Omne enim quod est, aut supra te est, aut infra te est: quod supra te est, solus deus est: qđ infra te est, omne quod deus non est. Ideo dicam cũ Baptista Mantuano, lib. 1. Parthenices, cap. 2.

Nulli adeo uiuax animi solertia, nulli
Tam felix aderit folrentis gloria linguæ,
Vt Mariæ possit laudes æquare loquendo.
Quæ data sunt illi nunquam mortalibus vllis
Antea concessit, nec post concedet olympus:

Et ideo etiam Diony. uidens Mariam, ait.

O quam te memorem virgo, nanq; haud tibi uultus
Mortalis, nec lex hominum sonat, o dea, certè
An Phœbi soror, an nympharum sanguinis vna
Sis felix, nostrisq; leues quemcunque laborem.

Idcirco ego minimus aduocatorum & scribẽtium te Mariam omnium Christianorum aduocatam salutando, supplex dico.

Humanæ cum sis tutrix pia virgo cohortis.
Quam sterilis genuit nobilis Anna sinu.
Ad te nunc humili conuerto mente salutes,
Quas pius excelsa Gabriel arce tulit.
Te facilem concede precor, tu vota rogantis.

Suscipe

Suscipe, nec fusas despice virgo preces.
Tu dextrum mundi sydus, tu lumen honoris.
Per quam Iessei stipitis vmbra nitet.
Tu decoris speculum, nostræ spes sola salutis,
Qua duce flagranti pectore mæror abest.
Tu regina poli, cunctiq; medela reatus,
Diceris & celsæ ianua certa domus.
Quæ fuerat vetito virgo castissima morsu,
Clausa prius iussu panditur illa tuo.
Non opus est tenui præconia ludere versu.
Pro tantis nostras laudibus ecce preces.
Fac quæso portus veniant ad vela secundos,
Nostra nec immenso fluctuet amne ratis.
Per dubios pelagi fluctus per saxa per hostes
Currimus, inferno porrige diua manum.
Ad te conuersus stigiæ non cæca churibdis.
Antraque nec dura corruat hoste timet.
Quid memorem nostro præceps illabere cordi,
Fulgeat eloquio linguaque nostra graui.
Pelle procul mortis uolitantia tela sinistræ,
Nec mea sordescant crimine corda precor.
Fac sanas habeam sano cum corpore mentes,
Nec careat salubri debile pectus ope.
Et corpus Lachesis cum strauerit en se, fruatur.
Protinus aspectu spiritus ipse tuo.
Protege quæ cecini gressu sed ille citato,
Pergat in extremum Zoilus alter humum.
Te duce non timuit vultus nunc musa minaces
Nostra, sed expulso leta pauore canis.

Et cum Ecclesia catholica deuote dicam.

Tu spes certa miserorum. Vera mater orphanorum.
Tu leuamen oppressorum. Medicamen infirmorum
Omnibus es omnia. Te rogamus voto pari,
Laude digna singulari. Vt errantes in hoc mari
Nos in portu salutari. Tua sistat gratia. Amen.

QVinta cōsid. post supradictas psonas ponūtur angeli: quoniam ex quo dicit sanctus Tho. in prima par. summæ, q. 66. art. 3. Angeli sunt in celo collocati, nō solū vt æternaliter contemplantes, sed etiam vt generaliter præsidentes, quia præsunt omni corporeæ naturæ, ideo in supremo loco debent collocari, post Christū tñ, qui præest omnibus Principatibus, Potestatibus, & Virtutibus, & Dominationibus, vt hr̄ p Paulū ad Ephe. j. c. quorū collectio distincta est in triplicē Hierarchiā, & q̄libet Hierarchia in tres ordines. vnde Gre. in moralib. Nouem sunt ordines angelorū, cū p sacra eloquia, Angeli, Archāgeli, Dominationes, Virtutes, Principatus, Potestates, Throni, Cherubin, & Seraphin, aperta narratione memorant. Et supnorū ciuiū quātæ sint distinctiones ostenditur, de pœ. dist. 2. c. prin. §. nouē.

In prima igit̄ & suprema Hierarchia ponūnt Seraphin vt supremi, deinde Cherubin, & Throni. In media ponuntur Dñationes, Principatus, & Potestates. Et in tertia Virtutes, Archāgeli, & Angeli, scd̄m Gregoriū. Et in hmōi ordine relucet mysteriū trinitatis. Nā ex vnitate Hierarchiæ inuenitur vnitas diuinæ essentie. In tripartito ordine ostēditur trinitas personarū, & ipse quidem deus trinitas, qui omnia operatur in singulis diuidēs put vult. Amat in Seraphin vt charitas. Nouit ī Cherubin, vt veritas. Sedet in Thronis, vt æquitas. Dominatur in Dominationibus, vt maiestas. Regit in principatib. vt principiū. Tuet̄ vt virtus, ī virtutib. Reuelat ut lux, in Archangelis. Assistit vt pietas, in Angelis. Et in prima Hierarchia æquitas ī Thronis refertur ad patrē, cognitio veritatis in Cherubin ad filiū, ardor amoris ī Seraphin ad spiritum sanctū. In secūda Hierarchia maiestas dominationis ad patrem, rectitudo principādi ad filiū, sal⁹ in tuēdo ptātē ad spiritum sanctū. In tertia operatio virtutum ad p̄rem, reuelatio lucis ad filium, inspiratio intellectus ad spūm sanctū.

In quolibet ēt angelo relucet vestigiū trinitatis. Nā in quolibet est tria necessario indistinctè repiri, s̄m Dony. s. essētia, virt⁹ seu potētia, & opatio: & tñ in vno sunt, & sic oēs angeli benedicunt dñm, trinitatē, & vnitatē insinuantes, s. eorū cōditionib. ita dicit Ant. Flo. in sua summa, 3. par. ti. 31. c. 6. §. 1.

Et, ut dicit Thomas j. parte per totum. & 2. di. q. 1. Hierarchia est diuin⁹ ordo s̄m sciētiā, & actionē, in assimilatione dei. & ibi amplè ponit, q in qualibet Hierarchia sunt tres ordines, & in quolibet ordine sunt multi angeli, & angeli vnius ordinis non sunt æquales: & ibi ēt ponit q homines assumunt ad oēs ordines angelorū. Angelus tñ inferioris ordinis nō assumetur ad superiorē. Etiā dicit ibidē, q minimus ordo angelorum est superior supremo nr̄æ Hierarchię, quod quomō intelligatur, vide ne sint cōtraria ea quæ dicuntur, in quantum dr̄ q in quolibet ordine assumunt hoīes, vt infra ēt dictur⁹ sū.

Et, ut dicit Raymundus Sebnudius in suo dialogo quarto. c. 42. oīno necesse est credere in maximo atq; incōprehensibili numero angelos esse: in multitudine. n. ministrorū dignitas principis, & in paucitate plebis, ignominia principis, iōq; milia milia ministrāt ei, & decies milies cētena milia assistūt ei. Itaq; si in natura corporea sunt īnumeræ species lapidū, herbarū, arborū, pisciū, auiū, quadrupedū, & īnumera indiuidua hoīum, erunt ēt īfinitæ spēs angelorū. At nc putem⁹ hāc multitudinē cōfusam eē, iō oportet scire, q īter angelos ē ordo pulcherrim⁹, discretiss. iocūdissim⁹. Videm⁹. n. q ī reb⁹ corpeis ē ordo mirabilis: sunt. n. q̄dā supiora, q̄dā inferiora, & q̄dā his media. Elemētata, & oīa inanimata sunt īfima, uegetatiua media, sensitiua suprema. Sup hæc oīa est homo oīum sublimissimus. Hēt tñ ēt humana natura multiplicē statū s̄m superius & inferius. In hoībus. n. sunt agricolæ, mercatores, burgēses, nobiles, milites, barones, comites, duces, reges: & unus oīum imperator. in statu ecclīastico sunt rectores, diaconi, & archidiaconi, decani, præpositi, abbates, epī, archiepī, patriarchæ: & sup oēs papa aplīcus. Si igr̄ tā decor⁹ ē ordo ī his rebus inferioribus, multò ampli⁹ ī illis nobiliss. altissimisq; spiritib⁹ erit ordo mirabilis, artificiosus, iocūd⁹. Sūt. n. īter eos tres hierarchiæ. i. tres sacri principat⁹, & ī qualibet hierarchia sunt īfimi, sunt medii, sunt supremi, & hæc ordinatissima cuiuslibet hierarchiæ multitudo ad vnū tēdit oīum supmū. In elemētis, vt videm⁹, ignis est dignior, in gn̄e piscium Delphin, ī auib. Aqla, in

bestiis

bestiis Leo, in hominibus imperator: oīa tendūt ad vnum caput. Ita quoq; in angelis æstimandum est.

Sexta consideratio. Seraphin tanquam excellētes sunt in primo loco ac supremo ordine angelorū, & ī prima hierarchia & supiori, cū tres sint hierarchiæ cęlestes, quas distīguit Dionysius in sua hierar. lib. 9. in supremā, mediā, & infimā: vt hic añ dictū ē. Et dr̄ hierarchia à hierar qđ ē sacrū, & archos princeps, quasi sacer principat⁹. Et vt dictū est, sunt tres hierarchiæ, ī quarū qualibet sunt tres ordines, & sic ī toto sunt nouē ordines angelorū seu spirituū beatorū chori. Et in suprema sunt Seraphin, Cherubin, & Throni. In Media sunt Dn̄ationes, Virtutes, & Potestates. In infima sunt principatus, Archangeli, & Angeli. Et de singulis vidēdo incipiemus à Seraphin tanquā supiori & excellēti, cū tales excellūt ī hoc qđ est oīum supremū ipsi Deo vniri. Quia nomen Seraphin nō imponit̄ tm̄ à charitate, sed à charitatis excessu, qm̄ importat nomē ardoris, vel incendij, ut inquit Dionysius, relatiue Barth. Anglici in suo lib. de proprietatibus rerum, lib. 2. Pulchrè, inquit, prima cęlestium hierarchiarum excellentissimis essentiis sanctificat ordinem habens omnibus circa Deum immediatè collocatum.

Et isti nouem ordines, qui sunt in ecclesia triumphant, idesignantur per nouem lapides, de quib. in c. principium. de pœ. d. 2. Sic ēt in ecclesia militāti sunt nouē ordines, de quib. ī c. cleros. 21. dist. Et sic ecclesiæ duplex est ordo, vt dicit Luc. de Pen. in l. ordinem. C. de consulibus & nō spargendis, lib. 12. Et primus ordo ecclesiæ triumphantis est Seraphin.

Dionysius. n. exponit nomē Seraphin ſm̄ ꝓprietates ignis, ī quo est excessus caliditatis: ī ipso. n. igne tria sunt. Primò ꝙ sp tēdit sursum & ꝙ est cōtinu⁹: ꝑ qđ significat̄, ꝙ ille ordo indeclinabiliter mouet̄ in Deū. Secundo eius uirtus actiua est, quia calidus cum quadā acuitate, & est maxime penetratiuus in agendo, & pertingit vsq; ad minima cum quodam excedēti feruore. Et ꝑ hoc significant̄ actiones angelorū huius ordinis, quas in subditos potenter exercēt, eos in silem feruorē excitando, & totalr̄ eos per incendiū purgando. Tertio est in igne claritas, & hi angeli habēt in se inextinguibilem lucem etiā alios perfectè illuminādo. vnde Gregorius, Seraphin vocantur illa agmina, quæ ex singulari propinquitate conditoris sui incorruptibili ardent amore.

Et hi nobis mittuntur ad cordiū nostrorū inflāmationē, ut dicit Bernardinus de Bustis in 2. parte sui rosarii, sermone x. in lr̄a H, ut patet 4. Reg. 2. ca. In angelis q. ī curru igneo, equis igneis apparuerūt Eliæ, quē trastulerunt in cęlū tāquā vnum de Seraphin. & Esa. 6. ubi dr̄. Apparuit & volauit ad me un⁹ de Seraphin, qui deuotos & cōtēplatiuos īcēdūt & inflāmāt in feruore & amore diuinorū: vn̄ dicuntur hr̄e sex alas, duas quib. uolāt, duas quib. se tegūt superi⁹, & duas quib. se tegūt īferi⁹, vultū habentes igneum & rubrum, & in amore diuorū inflāmatū.

Si tn̄ isti de superiori ordine mittunt̄ ad nos, & qūo, vide Ant. Flo. in sum. in 3. par. ti. 31. c. 6. §. 4.

Ad hunc ordinē transferunt̄ hoīes in hoc mundo rapti ad diuina, oīa exponētes pp amorē diuinū, cupiētes oēs saluos fieri ī dilectione ꝓximorū, & de eorū salute tanq̄ de sua gaudentes. Quidā. n. sunt in igne charitatis ita cōuersi, & ī solo Dei desiderio ita anhelātes, ꝙ oīa hui⁹ mūdi pp Deū ita cōtenūt, qui ad hūc ordinē assumunt̄, teste Greg. Qui supnæ cōtēplationis amore accēsi in solo cōditoris sui desiderio anhelāt, nihil ī hoc mūdo iā cupiunt, solo æternitatis amore pascunt̄, terrena quæq; abiiciunt, cuncta tpalia mēte cōscēdūt, imo trāscēdūt, amant & ardēt, atq; ī ipso suo ardore requiescūt: amādo ardēt, loquēdo accēdūt, & quoscūq; verbo tāgūt, ardere ꝓtinus in Dei amore faciunt, qui intra Seraphin numerum sortem suæ vocationis acceperunt.

Et isti sunt maiores & excellentiores oīb. aliis de ꝓpè diuina secreta cognoscētes, quib. ipsi inflāmati aliis reuelare gaudent. Cū quib. stabunt oēs ꝑsonæ charitate diuina inflāmatæ super oēs alios, quia maior horū est charitas 1. ad Cor. 13. Quia sicut lucerna ad ignē liquescit, & cera fluit, si talia sunt intātū in Dei amore ardentes, ꝙ statim qñ de Deo cogitāt, q̄ magna opera eius, q̄ magna virtus, misericordia, & miseratio eius statim fluunt in lachrymis cōsiderādo ei⁹ bonitatē, & quāta eis contulit, & ꝓ eis fecerit delectabilr̄ sustinent oēs labores: qui in hoc ordine collocantur & solemnitate coronātur, Deo propinquiores inter ciues cœlestes.

Ad hunc. n. ordinē assumentur legis naturæ prophetæ, legis Mosaycę, & apl̄i seu eremitæ aut eis succedentes in lege gratiæ, qui vitā ꝓpriā cōtēpserunt ex nimia charitate pp salutē ꝓpinquorū summi Pōtifices, & supmi pricipes. Qm̄, vt dicit S. Tho. in li. ad regem Cypri, Veri reges & principes supremum gradum tenent in beatitudine cœlesti. relatus ꝑ Io. Ludouicum Viual. in suo opere regali. in ꝓlog. tractatus, de cognitione electorum.

Sed ad declarationē sequētiū notandū est, ꝙ qñ creauit De⁹ cęlū, statim angelis repleuit, quia simul creati sunt angeli, & cęlū angelis repletum, imo oīa creata sunt simul. ait gl. in uerbo, simul. de sum. tri. & fi. catho. in prin. extra. Et ipsos angelos distinxit ꝑ tres hierarchias, & nouē choros siue ordines ſm̄ illud Io. 14. In domo pr̄is mei multæ māsiones. & in c. nouit. &c. ī domo de pę. di. 4. Qm̄ ī quolibet ordine sūt sex mille sexcētæ & sexagita sex māsiones. In qualibet māsiōe pn̄t eē tot regna, tot ducat⁹, tot comitat⁹, tot natiōes, tot ꝓuincię, tot ciuitates, tot dom⁹. Et ī qualibet domo tot sedes seu loca, s. sex mille sexcēta & sexaginta sex. Et in qualibet sede seu loco, de quo dr̄: Noīa uestra scripta sunt ī cęlis. ē aīa. Et qñ oīa illa loca replebunt̄, tūc (vt opinantur nonnulli doctores deuoti hāc calculationē piè ponētes & credentes) adueniet extremum iudiciū. Et in quarum qualibet constituit unum principem, & in primo isto ordine Seraphin constituit luciferum, & in quolibet alio posuit aliū tanq̄ capitaneū, vt ĩ. dicetur. Qui quidē lucifer suā pulchritudine cōspiciens, inde supbiuit, dicēs: Ponā thronū meū ī aquilone, & ero similis altissimo. Et suum intentum inferiorib. notū fecit, qui quāto plus ei cōsenserunt, magis pecca-

peccauerunt: ita ꝙ traxit secũ tertiã partem de quolibet ordine, imo numerum nobis infinitũ seu infinitã multitudinẽ: contra quos debellauit Michael.

Et ab hoc ordine cecidit vsq; ad vltimũ, & ĩferiorẽ inferni carcerẽ cũ suis cõplicib. Lucifer princeps omniũ prædictorũ, ſm Magistrũ sentẽtiarum, lib. 2. q eminentiã suæ naturæ, & ꝓfunditatem suæ sapiẽtiæ ꝑpẽdẽs, in suũ creatorẽ superbiuit, & ut deus esse voluit. Nõ quidẽ per imitationẽ iustitiæ, sed ꝑ ęqualitatẽ personæ: & quantò deo factori suo cõtradixit, & cæteris erat altior, & pulchrior, tãtò factus est cæteris inferior, turpior, & miserior, & descẽdit in profundũ inferni, ſm illud Lu. 10. Videbã satanã tãquã fulgur de cœlo cadẽtem. Et istud rationabile fuit: cũ in quo quis peccat, in eo torqueri debet. gl. fi. in c. si quis. 94. dist. & maximè in illo qui sedem sibi nõ cõueniẽtẽ petit, & in supremo loco se pònere vult qui sibi nõ debetur, in eo punitur, ꝙ ponitur in remotiori, vt habetur. l. j. C. vt dignitatũ ordo seruetur. li. 12. facit tex. in c. præcipimus. 93. dist. & Bal. in cõs. 237. in j. vol. licet tex. in l. neminẽ. C. de offi. mag. offi. vtatur maiori benignitate, vt s̃. dixi, in j. par.

Et ideo ex quo ipse fuit occasio pc̃ti aliorũ, ideo magis punit̃, & in loco inferiori: cui loquit̃ Esa. 14. dicendo admiratiuè. Q̃uo cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? qui dixisti in corde tuo. In cęlũ cõscẽdã, sup astra cęli exaltabo soliũ meũ, & similis ero altissimo: veruntamen ad inferna detraheris in ꝓfundũ laci. Qui te viderint ad te inclinabuntur, te que ꝓspicient. i. qui te viderunt ꝑ cõsensum pc̃ti ad te inclinabuntur, & ad tuos, qui tibi cõsenserunt.

Ad quẽ descẽdũt supbi, ĩflati, nequissimi blasphematores dei sui creatoris. & oẽs in statu supremo in hoc mũdo existentes. vt sunt reges, imperatores, papa, & alij superiores principatus, si cõtingat eos ad ĩferna descendere, erunt in dicto inferiori carcere cũ Lucifero, & suis cõplicib. q erant illius ordinis seraphin. Et à lucifero corã deo accusabuntur, ſm quod scriptũ est Eze. 22. de quo Ber. de Bust. in j. par. Ros. ser. 10. in j. par. in lr̃a L, De plurib. aũt principib. dubitare possumus de eorũ saluatione, imò plus credẽdũ, & ꝓ̃sumendũ est de eorũ dãnatione, cũ malè vixerint, & mala morte dies suos finierint, ne sint in hoc loco collocati: de aliquib. dicã ĩ. in sexto ordine chori angelorũ, vbi ponã de luxuriosis: hic verò pònam de alis, qui malè uixerunt, & pessima morte vitam suã finierũt: vt de Nembroth habetur, qui fuit oppressor, & tyrãnus, & morte infelici consumatus est.

Pharao rex Ægypti ignorãs deũ idololatra, & oppressor decies cõtumax dño deo, & seruo suo Moysi, in mari rubro submersus est cũ exercitu suo. Exodi 14. & c. Nabuchodonosor 24. q. 4. De pluribus aũt alijs infra dicã in 5. par. in prin. Sed qm̃ hic ante dictũ est, ꝙ Lucifer descendit ad infimũ locũ inferni, ex quo vr̃ ꝙ in hoc sit ordo, aduertendũ est, ꝙ in inferno est ordo triplex ſm aliq̃d & ſm aliq̃d nõ est ordo ĩferno. Est ergo ordo primò diuinæ iustitiæ, qa si dicit Pau. ad Rom. 13. ibi: quæ à deo sunt ordinata. sunt peccatores in supplicijs ordinantur, vt nunquã sit dedecus culpæ sine decore iustitiæ, vnde ita pulchrè, & ordinatè stat peccator ĩ inferno, sicut in annulo gemma, & latro in furca, sicut seruus in cloaca. Secũdò ordo est culpæ: quia illi qui fuerunt similes in culpa, sociabuntur in pœna. vnde sup illud Mat. 13. Alligate ea in fasciculos ad comburendũ. dicit Gre. Fasciculos ad cõburendũ ligare est, hos qui æterno, igni tradendi sunt pares paribus associare: & quos similis culpa inquinat; par ẽt pęna cõstringat, iuxta tex. in l. si quenquã. in fi. C. de epi. & cle. Tertiò est ibi ordo pœnę: quia nõ oẽs æqualiter puniẽtur, sed iuxta mensurã peccati datur mẽsura supplicii. Deu. 35. Pro mensura peccati erit plagarũ modus, & in c. pe. 11. q. 3. & in c. frater. 17. q. 4. & plenè in c. si qui episcopi. j. Et hæc dixi, vt intelligantur ea quæ hic dicũtur de locis infernalibus, & de illis qui in illis collocantur. Sed tamen nullus est ordo in inferno quo ad elementa, quo ad loca, & quo ad actiua, & passiua, vt declarat Ioannes de Sancto Geminiano in suis sermonibus funebribus. distinctione quarta, sermone 7. in litera E.

Septima consid. Chorus cherubin dicitur octauus ascendendo, & plenitudo scientiæ interpretatur: quia à quodam excessu scientiæ imponitur, qui sup eminenter diuina secreta seu mysteria cognoscunt. Et hoc, vt ait Gre. quantum ad quatuor,

Primò quantũ ad pfectã dei visionẽ, qua etiam cętera cognoscunt. Ait. n. Greg. quid est, quod non vident, qui videntem omnia vident?

Secundò ad plenã diuini luminis susceptionem, quo mediante vidẽt diuinã essentiam. vnde Psalmi. In lumine tuo videbimus lumen. species. n. glorię domini super cherubin erat. Ezech. 10.

Tertiò quantũ ad hoc, qđ in ipso deo cõtẽplãtur pulchritudinẽ oĩum rerũ à deo deriuatam, qm̃ ipse deus est causa omniũ rerũ ꝓductarũ. vnde Gene. 2. Et vidit De⁹ cuncta quę fecerat, & erãt valde bona.

Quartò quantũ ad hoc, ꝙ ipsi pleni existẽtes huiusmodi cognitione rerũ, & primę causæ q̃ deus est, ipsam copiosè in alios effundũt. vnde ait Gre. Cherubin plenitudo scientiæ dr̃: & sublimiora illa agmina cherubin vocata sunt, quantò pfectiori plena sunt scientia, tantò claritatẽ dei uicinius cõtemplantur. Et hi nobis mittuntur ad sciẽtiarũ eruditionẽ, vt patet Apoc. 10. in angelo q̃ habebat librũ in manu. & Apoc. 8. In angelo à cuius claritate terra illuminata est, i. homines sunt in doctrina eruditi. & Apoc. 21. dicit Ioan. Sustulit me angelus in spiritu in montem magnũ, & altum, & ostendit mihi ciuitatẽ sanctam Ierem. & Actuũ. 10. Q̃uo angelus illuminauit in fide Corn. Cẽturionẽ. & Apoc. 1. hr̃ ꝙ Deus ꝑ angelum suũ reuelauit Apocalypsim seruo suo Io. Et hęc hñr ꝑ Ber. de Bust. in ser. 11. ĩ 2. par. sui Rosarij. in 2. par. illius ser. in lr̃a H. Et hi illuminãt sanctos ecclę doct. & tpe ꝓ̃terito illuminauerũt ꝓ̃dicatores, & apl̃os q̃bus dicebat̃. Ante reges, & ꝓ̃sides ducemini ꝑꝑ me, & eritis illis, & gẽtib. in testimoniũ: sed data est eis sapĩa, ita ꝙ resistere nõ poterãt spiritui, q̃ loquebat̃ ĩ eis. Et oẽs isti assument̃ ad illũ ordinẽ. Et ẽt doctores iuriũ q̃ ad iustitiã erudiũt, tanq̃ se dantes contemplationi diuinarũ sciarũ, vt est scia iurium. authẽ. habita. C.

M

ta.C. ne filius ꝑ parte.l.leges sacratissimæ.C.de leg. Quæ ꝑ ora principũ diuinitus est promulgata, eas. s.scientias docendo, addiscẽdo, tã in cõsulẽdo, q̃ in ꝑdicando habentes claritatẽ intellectus, cæteros illuminátes, vt est scientia iuris ciuilis, ꝑ quas totus mũdus illuminatur.d.auth.habit.§.j. De quib. ẽt Dan. 12. Qui docti fuerũt fulgebunt quasi splẽdor firmaméti, & q. ad iustitiã erudierint plurimos, quasi stellæ in ꝑpetuas æternitates. Et euang. verbum ait: Qui fecerit vnũ de his mãdatis, minimus vocabitur: qui aũt fecerit, & docuerit, magnus vocabit̃ in regno cœlorũ. Hi sunt qui pro scia acquirẽda oĩa postposuerũt, totaliter inferius illuminati ad expositionẽ sacrarũ lrarũ vacauerũt: diuitijs renũtiãtes mũdanis, & q̃ de diuiti. paupes effecti sũt exules, vita suã multis ꝑiculis exponẽtes, à vilissimis ꝑsonis ẽt pluries iniuriã patiẽtes, soli deo, ei9 doctrinæ, & sapiẽtię vacauerũt.

Ad hũc ẽt ordinẽ assumunt̃ cardinales, & patriarchæ, cũ in ecclia militãte faciãt ſm ordinẽ, videlicet primũ post põtificẽ: cũ ordo ecclesię militãtis regulari debeat ſm ordinẽ ecclesiæ triũphantis. Et ẽt q̃a tanquã proximiores summo pontifici in officio sacerdotali eidẽ tanq̃ fratres coadiutores existunt.c. fundamẽta.de ele.in 6. Ideo tanq̃ digniores, & maiores in ecclesia militãti, sic ẽt in ecclesia triumphanti. Et sic ẽt quia reges alios superiores recognoscentes, hoc est nõ existẽtes supremi in eorũ regnis, cum tales nõsint supperillustres, sed tm̃ illustres æquiparant̃ cardinalibus, & patriarchis, vt dicit d.meus Ias.in l. j.in 3.col.de offi.eius cui man. est iur.ff. Ideo ẽt erũt in hoc ordine si bene agant, & fuerint tales, ꝙ fuerĩt scia, & doctrina diuina illuminati, ꝓut fuit Salomõ de quo Sap.9.de quo tñ dubitatur, an sit damnatus an saluatus. De quo videatur Io.Lud. Vi. de monte regali, in suo opere regali, & infra dicam.

Ab hoc ordine cecidit vsq; ad octauum locũ carceris inferni quidã dæmõ nomine Satã, seu Satanas, qui aduersarius interpretatur: qui penitus humano generi aduersatur, nitens ꝑducere ad ignorãtiã pcti, vt ꝑducat in damnationẽ, vt habetur Zach.3. Et Satan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei: & cum eo tertia pars illius ordinis Cherubin. Et cum his dãnabuntur oẽs hæretici: de quibus habetur in c. quidã hæretici.24.q.3. Et qui sequuntur opiniones illorũ, & aliorũ hæreticorũ: & alij literati qui male sanctas scripturas interpretabuntur, diuersos introducẽtes errores, & oẽs illis adhærentes. Ac tpe nostro, dubitãdũ est, ꝙ quidã Lutherus Alaman9, qui infinitos resuscitauit, & seminauit errores, & hæreses, non fuerit cã dãnationis plurimorũ: q. tanq̃ Antichristi erũt ꝑcones, & ꝑdicatores malã doctrinã seminãtes. Doctores ẽt iuris, qui malas opiniones cõtra ius, & æquitatẽ dederunt, & ꝯ determinationẽ ecclię consuluerũt. Vñ dubitãdũ est de Dyno, qui ex quo ꝯ ecclesiã semel cõsuluit, fuit dãnatus, vt cuidã eremitæ viro sancto fuit reuelatũ, vt refert G.Bene.in sua repe.c.Ray.in verb.testam.j.nu.6.de test.extra.

Cũ his ẽt collocabunt̃ principes illustres dãnati, vt sũt reges nõ supremi, sed supiores recognoscẽtes, & existẽtes immediate post supremos à paritate loci eorũ in mũdo, &, vt dictum est, in ordine celesti.

Octaua cõsid. Tertius ordo angelorum seu beatorũ spirituũ descendẽdo, & septimus ascendẽdo, est ordo thronorũ, q̃ à thronis ordo dr̃ à dono iudicij, eo ꝙ deus in eis sedeat, & iudicia sua discernat, & cuncta subiecta per illos disponat: vt dicit Isi do. & ꝑ cõuenientiã dicitur ad sedes materiales, in q̃bus quatuor cõsiderantur. Primò situs, qua sedes super terrã eleuantur, & sic throni eleuantur vsque ad hoc, qđ in deo imediatè rationes rerum cognoscũt. Secũdo firmitas, quia in sedibus materialibus aliq̃s ꝼmiter sedet, sed throni à cõtrario firmantur in deo. Tertiò susceptibilitas, quia sedes suscipit sedentẽ, & in ea deferri põt: sic throni suscipiunt deum in seipsis, & cũ quodãmodo ad inferiores deferũt. Quartò capacitas, quia sedes ex una parte est apta ad suscipiẽdũ sedentẽ: sic throni ꝑ promptitudinẽ sunt aperti, ad suscipiendũ deũ, & ad sibi famulandũ. vñ ait Gre. Throni dei sunt hi qui tanta deitatis gr̃a replentur, vt in eis sedeat dñs, & per eos iudicia sua discernat. Throni.n. nobis mitti dñr ad iudicij informationẽ hñt.n. informare iudices, vt legẽ intelligant, vt dicit̃ Act.8. Accepistis legẽ ĩ dispõne angelorũ. Et ad Gal. 3. Lex ordinata fuit per angelũ ĩ manu mediatoris. Et dicit Bar. Ang. de prop. rerũ, lib. 2. ver. Tertius ordo est, ꝙ illi angeli in quibus singulariter relucet certitudo iudicij diuini, throni nuncupantur. Et ideo à Beato Dio. sedes altæ, & altissimæ dicuntur. Altæ, quia pp diuinã autoritatẽ quasi ad iudicandum ordinãtur. [A]ltiores, quia ſm iustitiæ regulã incitantur ad iudicandũ. Altissimæ, q̃a immediatius altissimo deo dispõne hierarchica collocãtur. Sedes cõpactæ ẽt dicunt̃, q̃a aptæ, & cõuenienter iũctę quo ad iunctura, & cõuenientiã diuinorũ iudiciorũ. Cõueniẽs .n.est, & aptũ, vt ex culpa pęnã quis patiatur, & ex iustitia gloriã, ex qualitate operis qualitatẽ retributionis quilibet sortiatur. Vñ cõuenit, & aptè cohæret pœna culpę, & gloria iustitiæ, l.capitaliũ.§.famosos & l.aut facta.§.fi.ff.de pœnis. Nã si culpa & gloria, pœna & iustitia cõuenirẽt, coaptatã sedẽ inuicẽ non hẽrẽt: cõpactio itaq; sedium, æq̃tas est iudiciorum.

Ad hunc.n. ordinẽ assumunt̃ archiepiscopi, & episcopi tanq̃ iudicantes duodecim trib. Israel, cum in partẽ solicitudinis sint vocati.c. cũ ex eo. de aucto. & vsu pallij.c.decret.2.q.6. Et oẽs principes qui obtinẽt secundã sedẽ post maiorẽ: vt sunt duces, comites, & marchiones, q. solũ habent regẽ recognoscẽtes superiorem, cum sint tales in tertio gradu: & ẽt primi magistratus, vt sunt cancellarii, qui præfecti prætorio simpliciter dicunt̃, & ẽt quæstores & oẽs hñtes primam cognitionẽ iudicãdi, hoc est supremam. Quoniã tales ęquiparant̃, & sunt ẽt illustres, vt satis declarat amplè d.meus Ias.in l.j.col.4.de offic. eius cui man.est iuris.ff. Et generaliter oẽs pastores ecclesię habentes oues sibi cõmissas, qui bene eorum ecclias rexerunt, in secũdo gradu post primum erunt collocati ĩ ordine, argõ similitudinis iã supradictæ.

Ab hoc ordine vsq; ad septimum inferni carcere cecidit quidã principalis capitane9 dęmon, qui dicitur Belial seu Berith, q̃ interpretat̃ sine dñio: q̃ cum suis so-

Satanas.

Berith.

suis socijs tentat de ira, qua nititur peruertere iustũ iudiciũ, ꝙ quatuor modis corrũpit, timore. s. pmio, odio, & amore. c. quatuor modis. 11. q. 3. Et ẽt tentat iudices & ecclesiasticos prælatos, qui non curant de subditis, populũ nõ erudiũt, fidẽ catholicã perire permittunt, suis põpis ex bonis ecclesiæ gloriãtur, & incedũt. infinita & innumerabilia possident beneficia, & lanã grat..ter accipiũt, in bonis deducunt dies suos, & in puncto ad inferna descẽdũt cũ simoniacis & schismaticis, & talib. cæteris, quos ad veritatem ecclię p suã negligẽtiã nõ reducũt, & cũ eis patient oẽs tales principes, & iudices superiores, de quibus hic ante dictũ est ad instar similitudinis iam factę.

Nona consid. Media hierarchia cõtinet tres ordines, s. dominationũ, potestatum, & principatuũ. Et primus ordo istorum qui dicit quartus habendo respectũ ad hierarchias, & sextus locus habendo respectũ ad dictas sedes, dr̃ Dñationũ chorus, ad quos pertinet diffinire ea quæ agẽda sunt, dicẽte Gregorio: Quædã angelorum agmina, pro eo ꝙ eis cætera ad obediẽdum subiecta sunt, Dñationes vocant. Nomẽ. n. dñationũ tria significare dicit. Primo. n. significat q̃dã libertatẽ, q̃ est a seruili cõditione sicut plebs subijcit, & a tyrãnica oppressione, q̃ ẽt interdũ maiores patiunt. Secũdo significat quãdã rigidã, & inflexibilẽ gubernationẽ, q̃ ad nullũ seruilẽ actum iclinat, neq; ad statũ aliquẽ seu actũ subiectorũ vel oppressorũ à tyrãnis. Tertio significat dñatio appetitũ, & participationem veri dñij, ꝙ est in deo, sicut sunt dñi curiæ regalis. Et sicut dñationes imperant diuina ministeria alijs angelis. Zac. 2. vbi vnꝰ angelus imperauit alteri dicẽdo: Curre, & loq̃re ad puerũ istũ.

Et ſm Isidorũ, horũ angelorũ ministeriũ est seruili timore deposito in deũ moueri, & absq; reflexione ad cõmodũ tpale, & incessanter famulari, q̃ singulari excellẽtia inuisibilẽ annũciationẽ in subiectis ordinibus imperio solo formãt. Et, vt dicit Greg. in bello spirituali, officiũ eorum est instruere qualiter oporteat hoĩes p̃lationis officiũ exercere. Suggerunt ẽt p̃latis qualiter sine tyrãnide, & subiectorũ oppressione debeãt se habere. Et, vt dicit Ber. de Bust. in 2. parte sui rosarij. ser. 12. 2. parte litera H. Operant ad sensum sub dñio rõnis subiugationũ, vnde Gen. 16. Angelus dicit Agar, vt ad dñam suã rediret, & se ei humiliaret. Et sunt angeli istius ordinis immunes ab oĩ impressione, vt libere ad summum eleuentur, & nulli infra summũ subijciant. Vnde ita deo subsunt, ꝙ nulli inferiori subijciuntur, & p vniuersalẽ excellentiã supra oẽm subiectionẽ eleuantur: ita tñ, ꝙ p nullã violentiã aut tyrannidem ad oppressionẽ inferiorũ inclinant. vñ dicit Dio. ĩ sua hierarchia, ꝙ secũdũ dissimilitudinẽ tyrãnidis dñiorũ exercẽt seueritatẽ: habẽt in ptãte & cũ seueritate liberalitatẽ in benignitate: & dũ a dñationibus potestas exercet, liberalitas circa inferiores nõ tollitur. Per istã tñ liberalitatẽ eorũ ptãs nullo mõ minorat, imo deo se confirmantes regulã & legẽ suæ p̃sidentiæ quantũ possibile est imitant, vt ait Barth. Anglici ĩ d. lib. 2. de propr. rerum.

Ad hunc ordinẽ assumunt alii inferiores pręlati ab episcopo, q̃ nulli alij subiiciunt q̃ supremo principi, vt sunt abbates exẽpti ab oĩ iurisdictione: qui licet nõ sint immediati ad summũ pontificẽ, in ordine tñ nulli alii superiori quam supremo subiiciunt. Et ẽt a simili inferiores principes, vt sunt comites, q̃ licet nõ sint immediati post supremũ principem, tñ nulli alij principi, puta duci aut regi superiorẽ recognoscẽti, præterq̃ supremo principi, puta imperatori aut regi nõ recognoscẽti superiorẽ, subiiciuntur. Cũ tales dominẽtur inferiorib. eisdẽ iustitiã administrãdo, & eos ab oppressionibus, violẽtijs, & tyrannide præseruãt. Et ẽt hi qui nõ permittunt in se vitia dñari, sed vitijs dñant: ita ꝙ non pmittunt turpia in se, sed oĩa honesta regnare, in quib. sensualitas nullo mõ rõni dñatur, sed econtra rõ ipsa dñatur sensualitati, quæ quidẽ rõ refrenat in mortali corpore oẽm appetitũ inordinatũ, quẽ reducit ad debitã regulam pœnitentiã agẽtes, & corpus suũ in seruitutẽ redigẽtes. Et tales pricipes supradicti, q̃ in oĩ iustitia, & æq̃tate vitã suã p̃siderũt neminẽ lędẽtes, nihil alienum vsurpãtes, vnicuique qd̃ suũ erat reddiderũt, plus affectati æquitati, iustitię, & reipublicę vtilitati quam ꝓprio ꝓfectui: q̃ subditos in oĩ zelo iustitię nutrierũt, & defenderũt, ñ aliena rapiẽtes, sed suis iurib. & redditib. neminem lęserũt zelo iustitię feruentes.

Quibus etiam comparandi sunt omnes pręsides parlamentorũ, & supremarum curiarũ, qui licet nõ sint primi in ordine post principẽ, nulli tñ alii subsunt in dominatione. Inferioribus dominantur, eis autoritate supremi principis iustitiã administrãdo.

Ab hoc ordine cecidit vsq; ad sextum inferni carcerem, quem inhabitat cum sociis suis quidã dęmõ nomine Astaroth seu Veemoth, & bestia interpretatur, & tentat de multis, vt hr̃ Iob. 41. Vbi dicit, ꝙ nõ est sup terrã potestas quę cõparet ei, qui factus est, nullũ timet, & oẽ sublime videt. Et ipse est rex super vniuersos filios supbiæ. Tẽtat ẽt de accidia, & pigritia, & de malitia eius ponit Iob 40. & 41. Et cum talib. damnãtur tales, in tali statu, vt dictũ est existẽtes sup bi, quorũ est res, accidiosi, & pigri. qui præ pigritia pmittunt in suo corpore humano diuersa vitia, qui ita sunt delicati & impinguati, ꝙ ex sua consuetudine ad vitia, ipsis resistere, & obuiare nesciũt, aut nolunt, sed ipsis longo tempore inuoluti, & dormiẽtes sicut porcus in uolutabro, iam ex consuetudine ducti, eos pigeret à peccato cessare.

Et ẽt prædicti pręlati inferiores, qui suos inferiores nõ bñ regũt, sed p lasciuiã, pigritiã, & negligẽtiã, eos viuere contra eorum regulas sinunt, & permittunt eis in peccatis consuetis remanere.

Et p̃dicti principes tẽporales, qui populũ suũ p suos officiarios opprimẽtes, ad iustitiã zelũ nõ habẽtes, pauperib. subditis nõ cõpatiẽtes, iustitię non vacantes, exactionibus ĩdebitis, & insolitis intendẽtes, lubricis actibus ĩtricati, venationibus dediti, de paupibus subditis nõ curãt: pp̃i opp̃ florib. eis adulantibus oĩno fauent, & placent. Et etiã pręsidentes in curiis supmis, qui iustitiã nõ administrãt, & retardant.

De isto dęmone quos tẽtabit, ample ponit Bern. de Bustis in 1. par. sui Rof. in sermo. 10. i litera P. vbi dicit, tẽtabit clericos, presbyteros, ep̃os, archiepiscopos

Astaroth seu Veemoth.

pos, Cardinales, & omnes simoniacos, & plures alios vt ibi dicit, quos vide & cogita tu.

DEcima cōside. Quintus ordo in choro angelorū dicitur Principatus, qui est octaua ædes, habendo respectū ad supra dicta. Et hic ordo s̄m sanctos, docet homines inferioris gradus exhibere reuerētiā maioribus existentib. in statu altioris dignitatis: vt puta regibus, principib. & prælatis. De angelis istius ordinis dicit Dion. Ad principatus pertinet vniuersalis ducatus & regimē ductiuū ad Dei similitudinē: quia isti angeli hēnt ex officio, vt alios inferiores ordinaliter reducāt ad deū, & doceāt ipsum reuereri in seipso, & proximo, specialiter in prælato: q̄ s̄m Dion. ideo dicunt principatus, quia habent alios reuertere, & reducere ad primū, & principale principiū, s. deū, quē ipsi, ꝓut possibile est, imitant, & quātū in fas est in p̄sidēdi officio principi assimilant: &, vt dicit Isid. li. 7. Pricipatus sunt qui angelorū agminibus præsunt, q. ꝓ eo, ꝙ subditos angelos ad explēdū mysteriū ordināt, & disponūt, principatus vocabulū acceperūt. Nā alij sunt q̄ administrant, alij qui assistūt. Milia. n. miliū administrabant, & decies cētena milia assistebāt, Dan. 7. Hæc dicit Bar. angli. in loco hic ante al. Et qm̄, vt dicit Gre. Principari est inter reliquos esse prior: qa primus est in executione eorū q̄ imperant, illi. n. q̄ alios ducunt, primi inter eos existētes principes dicuntur & uocātur. Iuxta illud Ps. Præuenerunt principes coniuncti psallentibus.

Qūo āt capiat princeps, videat glo. in ver. regū in clem. vnica. de baptismo. Et hi ēt angeli q̄ bonis spiritibus principantur dn̄r principes, & ad loca determinata, vel negotia regis deputantur, ꝑ modum legatorū mittunt ad ista inferiora ad prīcipum īstructionē, eruditionē, ꝓtectionē, seu defensionē: vt habet Iosue 9. Ego sum princeps exercitus. & Dan. 10. Vbi ponuntur tres principes. s. Persarū, Medorū, & Græcorū, quos omnes angelus dn̄i instruxit: vt dicit Ber. de Bustis in ser. 11. iā supra alleg. Habent. n. p̄sidem vni regno, vni nationi, ꝓuinciæ seu eorum communitati, maximè principali personæ illius communitatis, vt patet Dani. 10. vbi dr̄, quod princeps Persarū. s. angelus illius regni resistit angelo Danielis viginti duobus diebus, de quo infra dicam.

Ad hunc ordinē assumūtur prælati inferiores, vt sunt abbates subditi epis, & abbatibus exempti. qui suos religiosos īstruūt, & docēt, qūo sit in regula, & fide Christiana, & catholica viuēdū, & quæ sint obseruāda. Et p̄lati inferiores seculares, vt sunt decani, p̄positi, & alij in ecclesijs collegiatis, qui docēt, & instruūt īferiores in eorū mō viuēdi, & s̄m eorū regulas eis datas a superiore. Et principes inferiores, vt sunt comites, marchiones, & alij habētes superiores & existētes administratores vnius ꝓuinciæ ad illam instruendā, vt viuat s̄m regulas & ordinationes supremi principis, & eā defendēdi ab opp̄ssioni, īferiorū, & oīum aliorū subditorū: inter quos cōnumerandi sūt gubernatores ꝓuinciarū, si b̄n rexerint ppl̄m eis cōmissum: timēdū est tn̄ ne ille locus sit diu vacuꝰ, & nō repletꝰ nisi alij ibi assumerent. Sed assumūtur ēt Doctores, Prædicatores, Cōfessores, & alij sacerdotes in dignitate cōstituti, habentes administratione, & gubernationē, vt hr̄ Malachiæ c. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiā, & legē requirēt ex ore eius, quia angelus dn̄i exercituū est. Et ēt viri deuoti & charitate fęcūdi de bonis alterius gaudentes, qui obseruauerūt illud præceptū: Diliges dn̄m deū tuū, & ꝓximū tuū sicut teipsum; eis iustitiā administrando ex mādato pricipis supremi cui subsunt. Ex quo cōsiliarij parlamētorū existētes in pari loco, & dignitate cū talib. & supradictis principibus q̄bus comparātur, vt dicā ī 15. par. ad hūc ordinē assumunt, & ī ordine collocabūtur, si maiora nō habuerīt merita.

Ab hoc ordine vsq; ad quintū inferi carcerē cecidit quidā principalis dæmō noīe Leuiathan, cū oīb. suis cōplicib. q̄ oēs tētat tā de superbia, ira, q̄ auaritia, cū quib. collocabuntur oēs prælati īferiores, qui ob eorū sūpbiā male tractāt suos subditos, & inferiores eis a sūpiore cōmissos, prīcipes suos subditos nō custodiētes, instruētes, nec defendētes, nisi ad eos excoriandū, & opprimēdū, qui tales sunt similes cete, in mari, quæ aleca defendit ab alijs piscib. sed p̄ se ea deuorat: quib. minatur dn̄s Esa. 27. In die illa visitabit dn̄s in gladio suo, & grādi & forti sūp Leuiathā, serpētē ueterē super Leuiathā serpentē tortuosum, & occidet cetū qui in mari est, & præsertim vbi dn̄i, & principes subditos in personā offendunt, quos rōnabiliter verberare nō possunt, s̄m Bartolum in l. cū satis. C. de agricolis & cēsitis. li. 11. Nec aliàs opprimi aut bonis damnificari, vel iiuriari, per tex. in l. cū satis §. caueat. & ibi Io. de Plat. C. eodem. vt ait Catilina in secūda respōsione cōtra Cic. Nec vllā pōtillustribus viris in abiectis hoīb. vltrò laudē afferre.

O deus omnipotēs quid hodie dicēdum est in principib. huius seculi, de quibus omisi dicere in 4. consideratione, cùm ibi tm̄ collocantur supremi principes, & in illo carcere inferni vltimo iuxta luciferum collocātur? Nōne reperiētur, qui potestate abutunt, in subditos eos opprimēdo, quos defendere debent? Nōne sunt effęminati, qui filias & uxores subditorum violāt? vt olim fuit quidā Rex Frāciæ noīatꝰ Childericus, quē Zach. summꝰ pōtifex suo regno priuauit, de quo ī c. alius. 15. q. 6. iūcta gl. ibi in ver. inutilis.

Refert etiam Gaguinus, li. 1. historiarū, Childericum ob illam rem regno fuisse pulsum.

Aduertendū est tn̄, ꝙ ēt deus ob punitionē pctōrū subditorū dat ppl̄s regē effęminatum, vt habetur Esa. 3. Et dabo pueros principes eorū, & effęminati dn̄abuntur. Et Iob 36. Morietur in tēpore eorum, & vita eorū inter effœminatos. De hoc vitio dicā alibi, cū hic tm̄ sit quæstio de principibus deprędantibus suos subditos, & abūdāt tabernacula p̄donum, dicit Iob 12. & Esa. 3. Vos. n. depasti estis vineā meā, & rapina pauperis in domo vestra. & tales deprędabunt in inferno. Iuxta illud ꝓphetę Esa. 33. Vę qui deprædaris, quoniā tu ipse deprędaberis. & Psal mistæ. Et qui deuorant escā meā sicut panis &c. Quoniam ēt

Non habet euentus sordida præda bonos.

Nec immerito, cum inter cętera, quæ clamant ad deum, est vox subditorum oppressorum; iuxta illud Iacob. 3. & quod vulgariter, & communiter dicitur.

Clamitat

Clamitat ad cœlum vox sanguinis,& oppressorum.

Tales.n.populi oppressores sunt causa,propter q̃ bella fiunt.secundũ tex.& gl.in d.c.ad apostolicę. de re iu.lib.6.Vt qui iustitia ꝓpter potētiā reprimi non possunt,bello clade cũ sonitu in hoc seculo pereant. Cũ de talib. cōcludat Iob 27. Hæc est pars hominis impij apud deum,& hæreditas violentorum, quam ab oipotēte suscipiēt.Si multiplicati fuerint, filij ei⁹ in gladio erũt,& nepotes eius nō saturabũtur pane: q reliqui fuerint ex eo sepelientur in interitu, & viduæ illius nō plorabũt.Et ēt hr̃ amplius Esaię 13.Et tales in inferno collocabunt̃ in hoc carcere, iuxta illud Apostoli.1.ad Cor.6. Neq; auari, neq; rapaces regnũ Dei possidebũt:imo iudiciũ durissimũ his, q̃ p̄sunt fiet,& potētes potēter tormenta sustinebunt, seu patientur.Sapien.6.& Ps.7.cōcluditur.Conuertetur dolor eius in caput eius,& in verticē ipsius iniqtas eius descendet.Prout ab Angelo fuit Carolo Caluo Francorũ regi diuinitus mōstratum.De quo Gaguinus lib.5.c.1.Prout refert etiam Benedicti in sua rep.c.Raynutius.in verbo.condidit.1.in fi. de testamen.extra.

VNdecima consi.Ordo sextus chori Angelorum, dicitur potestatum,& est nona sedes habēdo respectum ad supradicta.Et dicuntur potestates secũdum Isidorum,quia eis virtutes diuersæ sunt subiectæ,& ideo potestatum nomine nuncupantur,quia maligni spiritus eorum potestate coercentur.

Ad rōnem.n. gubernationis ptinet ordinare qualiter ea,q̃ pręcepta, vel diffinita sũt impleri possint, vt alij exequant̃:& hoc ptinet ad potestates. Nomē enim potestatis quandā ordinationē designat, secũdũ illud Apost.ad Roma. 13. Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit.Et ideo Dion.dicit, ꝙ nomē potestatũ quandā ordinationē significat circa susceptionē diuinorũ,& circa actiones diuinas,quas superiores,ĩ inferiores agũt eas sursum ducēdo. Ad ordinē ergo potestatũ ptinet qũo à subditis sunt agenda. Et horũ officiũ est f̃m Greg. illos qui in bello spirituali desudāt cōfortare,& p hos arcent̃ mali sp̃us,& ne violentiā inferāt.Et vt boni victoriā obtineāt,eos ab aduersarijs defendant,sicut p potestates terrenas malefactores arcent̃, ne violētiā aut vim bonis inferāt,vñ Greg.Potestates uocant̃ hi qui hoc potētius, p̄ cæteris p̄ceperint,vt eorũ ditioni potestates aduersæ subiectæ sint.Et mittunt̃ nobis ad dæmonum & tentationum repressionem,vt patet Exodi 13. angelus domini interposuit se inter Ægyptios persequentes filios Israel,& ipsum exercitum.Sicut etiā Thobiæ 8.dicitur.Quia Raphael religauit dæmonem in deserto superiori,ne noceret Thobię.Quæ autem dicat de his potestatib.Bartholo.Anglici in suo lib. 2. de proprietatib.post Dionysium vide eundem.

Ad hũc ordinē sextũ in ordine angelorũ, & nonũ in ordine supradicto,post hāc vitā assumunt̃ hoĩes,ĩ hac mortali vita degētes in oĩ castitate uitæ: q aliqñ à corporib. à dæmone obsessis dæmones expellunt, peccata purgāt suis sanctis orationib. & aliis sanctis operib.à mentib⁹ hominum dæmones arcent, hoĩes suo bono exēplo quasi viuere cōpellũt. Assumuntur sancti,& sanctæ Virgines,& alij casti,& ĩ castitate viuentes ĩ omni morũ honestate,& sanctimonia vitæ: qm̃ virginitas replet cœlũ.c.nuptiæ.in prin.32.q.1.

Ab hoc ordine cecidit quidā dęmō vocatus Beelphegor,qui alio noĩe vocat̃ Priapus,q̃ est De⁹ hortorũ,qui cũ suis cōplicib.tenet̃ in carcere inferni.Et est capitaneus omniũ dęmonũ,qui tentāt de luxuria,cũ quib.patient̃ in illo carcere inferni luxuriosi, & oēs lubrici,vt puta corruptę virgines,adulteri: vt habet̃ 1.ad Corin.6. Adulteri regnũ dei nō possidebũt. & Apocalyp.21. Erit pars eorũ in stagno sulphure, & igne vincti.& Oseæ.7.Oēs adulterātes quasi cliban⁹ succensus.Pessimũ est.n.vitiũ alterius vxorē adulterari, f̃m Ang.per illum tex.in §.2.in auth.de mona. imo abominabile est in muliere seu fœmina plus q̃ in viro: quia maior castitas ēt f̃m mores hominum exigit à fœminis,l.palā.§.qui in adulterio.vbi gloss. ff.de ri.nu.pe.C.de Orfi.& satis no.Deute.32.vt per plura cōprobat G.Bene.in sua rep.c.Ray.in uer. cũ dā Petro tradiderũt.nu.53.de testa.extra.& ibidem. nu.68.ꝙ quāuis oĩb.libidinis amor turpis sit,nunq̃ tñ deterior q̃ in honorato,quia quanto nobilior tāto nocibilior, f̃m Alb.mag.Licet.n. ĩ serico, & lana eadē libido versēt: dignitas tñ p̄sonę habet libidinis aggrauar̃ delictũ.c.cũ quidā.de iureiu.l.presbyteri. C.de epi.& cle.Illustribus.n.vt dicit, castitatis obseruatio præcipuum debitũ,& ob vitium luxuriæ plures principes fuerunt à regno remoti.

Sichem princeps magnus, quia oppressit virginē Dynam,à filijs Iacob cum esset in dolore circuncisionis interfectus est,Genesis 34.

Rex Salomō dñi amantissimus,plen⁹ sapiētia, diuitijs,& potētia sup oēs reges,ĩ senectute deprauat⁹ mulieres adamauit alienigenas, & recessit cor à dño ꝓpter mulieres,& secutus est deos alienos,& factus est idololatra,mulierũ taliũ amore.Habuit.n.70. sicut reginas,& tercētũ cōcubinas: & ideo suscitauit sibi de⁹ aduersarios Adad Idumęũ,& Ieroboā suum seruum,qui afflixerunt eum vehementer, & in senectute sua mulieribus deprauatus mortu⁹: & sic scriptura de eo malè sentit. 3.Reg.18.& 32.q.4.ca.Salomon.de pœni.d.c.2.c.si.enim.versi.Salomon.

DVodecima consi.Post illos sex ordines chori angelorum cōtētos in duab.primis hierarchijs,est tertia hierarchia,q̃ dr̃ Epyphonia,tres cōtinēs ordines inferiores,s.virtutes,archangelos, & angelos.Et hęc inferior hierarchia sic describit̃.Inferior hierarchia est diuinũ participiũ naturæ legib. occurrēs,secreta reuelās,ꝓ capacitate discreta. Naturæ legibus occurrēs: hoc ptinet ad virtutes quæ ptātē habent faciēdi miracula,& curādi morbos, & lāguores. Secreta reuelās: hoc ptinet ad archāgelos, & angelos. Pro capacitate discreta: hoc ptinet, & refert̃ ad archāgelorum dr̃iam & angelorum: qa maiores vt archāgeli,maiora,minores,vt angeli,minora reuelāt.p angelos.n.reuelāt ꝓphetiarũ maiora secreta, vt illud, Ecce virgo concipiet,& pariet filiũ, &c. Per angelos āt minora. Vt illud Dauid.Ep̄atũ eius accipiet alter.

DEcimatertia cōsid.Septimus ordo angelorũ, q ē decimus ĩ ordine nostro s̃.posito, dr̃ virtutũ.

Virtutes enim sunt angelorum agmina, ministeria, habentia ad virtutes, & miracula facienda, vt habet amplè per Barth. Anglici, in secundo lib. de proprietate rerum. ver. 7. est ordo. Et sicut ad ratioñe pertinet ꝓbere facultatē adiplēdi, sicut ꝓsidentes, balliui, & alij potestates dāt mandata adimplendi legū præcepta, qđ ad virtutes pertinet, fm qđ virtus importat quēdā excessum fortitudinis: & sic dicit Dionysius, ꝙ nomē virtutū significat quādā virilē, & in cōcussam fortitudinē ad oēs operationes diuinas ei cōuenientes, & ad suscipiendū diuina, ita ꝙ significat, ꝙ sine aliquo timore aggrediunt̄ oīa quæ ad eos ptinēt, quod vr̄ ad animi fortitudinē pertinere. Isti. n. sunt iustitiarij in domo regis, quorū est ardua operari. Vnde dicit Greg. Virtutes vocant̄ ēt illi spiritus p signa & miracula, q̄ frequēter fiunt, & nobis mittūtur ad miraculorū cooperationē: vt patet Thob. 11. vbi dr̄ ꝙ Angelus Raphael Thobiā seniorē illuminauit, cuius filiū à piscis deglutitione eripuit. Similiter & Danielē in lacu profundi inter leones rapidos ab eis liberauit, & viuū ꝓseruauit, vt hr̄ Danielis 6. Deꝰ meus misit angelū suū, & cōclusit ora leonū, & non nocuerūt mihi, qa corā ipso iustitia inuēta est ī me. Ex quib. dicendū est, ꝙ oēs iustitiarj inferiores mandata iustitiæ adimplētes, & iustitiā administrantes, in q̄b. iustitia inuenta erit, in hoc ordine assument̄.

Et, vt dicit Gre. Hoīes hic viuētes virtuosi oīb. virtutib. ꝓpollētes, ita ꝙ tm̄ à deo illuminati, ꝙ ex eorū sanctitate vitę faciūt miracula suis ꝓcibꝰ deo fusis, & operib. virtuosis adhibitis, ī hoc ordine collocabūtur, sicut fuerūt multi sancti, q miraculis claruerūt.

Ab hoc ordine cecidit quidā demō nomine Beelzebub, qui interpretatur princeps muscarū: quia illi idolo sacrificatur de sanguine, aspergēdo sanguinem supra ipsum, idcirco muscæ adhæret sibi: quod idolū primus adinueuit Ninus rex Niniue, in honorem patris sui, qui Belus dicebat̄. Qui quidē cū suis collegis tentant de inuidia: & ideo omnes iuidi de bono alicuius erunt in tertio carcere inferni cum ipsis, & ēt iustitiarij, nō cū virilitate & fortitudine iustitiā administrantes, & indeuoti doctores, & cōfessores, seu ꝓdicatores, aut quicūq; alij inferiores sua officia nō viriliter exercētes. Et, vt dicit Bernardinus de Bustis in prima parte Rosarij sermone decimo. ī litera O, Tentabit ēt hæreticos, īcatatores, diuinatores, maleficos, & sortilegos, q̄ cū eo collocabūt, vt ibi amplè.

DEcimaquarta cōside. Octauus ordo Angelorū, qui est vndecimus ī ordine nostro suprapositо, dr̄ ordo Archangelorū: qui fm Isid. summi nuntij, vel principes nuntiorū interpretantur, & primatum tenent inter Angelos. Cum dicitur ab archos, quod est priceps, & angelus, quasi angelorū princeps. Sūt enim duces, & pricipes, sub quorum ordine vnicuiq; Angelorum officia deputata sunt. Nam Archangeli Angelis ꝓsunt, vt patet in Zacharia, vbi Angelus maior dicit minori: Vade, & doce puerum istum.

Horum. n. officium est maiora Dei secreta nobis hic inferius nūtiare, sicut Gabriel nūtiauit beatę Mariæ virgini incarnationē filij Dei. Et etiam mittūtur, ad eruditionē rectorū, vt Gabriel, qui etiam missus fuit ad Zachariam pontificem, & ipsum docuit, qđ esset pater Ioannis Baptistæ, vt canit ecclesia.

Nuntius celso veniens Olympo,
Te patri magnum fore nasciturum,
Nomen, & vitæ seriem gerendæ.
Ordine promit.

Et Raphael ēt tanquam medicina Dei ad Thobiam missus fuit, q̄ eius oculis curationē adhibuit, & cęcitatē abstulit, & detersit, vt refert Isi. li. 8. Et fm Dionysiū, officiū arcangelorū est ēt ꝓphetias reuelare, dæmones hominib. dominantes arcere, ne vlterius plus lædāt. Archāgeli ēt angelis superpositi eis sunt digniores, & annūciatione sūt priores cęteris, qa sūt perfectiores, vt pulchrè declarat Barth. Anglici in loco hic ante alle. Et tales dnr̄ deputati ad regimē, seu custodiā vnius multitudinis, vt puta vnius familiæ domus, vnius prosapiæ seu ꝓplis, vnius villæ, seu parochiæ, cū tn̄ angelis singularū personarum de illa multitudine. Nā misericors Deus humanā fragilitatē cognoscēs esse inexpertā, & ineptā ad bellandū, & resistēdum dęmoni īfernali, de quo veritas diuina in euang. dicit, ꝙ nō est potestas sub cœlo, q̄ comparet̄ illi, quē alibi vocat principē hū ius mundi, dicens: Venit. n. princeps mundi huius. s. diabolus, & in me nō habet quicquā: ne à tanto & tā forte principe, q est leo rugiēs q̄rens quē deuoret, natura humana in aliquo decipiatur, dedit vnicuiq; hominum vnum angelum magistrum, directorē, & cōseruatorē, scientē oīa necessaria ꝓ humana salute, & de primo q dat̄ omnibus de primo ordine, dicam in consi. sequenti.

Sed quia ēt habenti dignitatem dat̄ alius angelus de maiori ordine fm dignitatē illius cui datur, ideo in hoc tantum insistēdo dico, ꝙ archangeli dantur cōmunitati, familię, domui, ꝓsapię, aut principi, seu gubernatori. vt de Eliseo 3. Reg. 4. ca. ꝙ angelorum multitudinem habuit ad sui defensionē. Habuit. n. vt singularis persona vnum, & vt ꝓpheta alium, & secundum suas dignitates alios. Et, vt ait Bernardus in quodā suo sermone. Beata Virgo Maria plurimas angelorū legiones habuit ad sui protectionem, & custodiam, & qui ei tanquam dn̄æ deseruirent, ut ei cōueniret, quod habetur Ps. 90. Angelis suis Deus mādauit de te, vt custodirent te in omnibus viis tuis.

Singulis enim regnis, & ꝓsidentib. seu principatibus supremis ꝓsunt angeli de superiori ordine ītermedio ris hierarchiæ ad custodiā solū illorū. Et isti sunt pricipaliter custodes regum, & regnorū. Et ideo aliquādo accipiunt̄ pro regib. & regnis quibus ꝓsunt, eo, q̄a rationabiliter procurāt bonū gentiū sibi cōmissarum ex earū meritis. Nā q̄libet angelꝰ offert deo merita suæ gētis cui præest, ꝓpter quod videntur tales angeli sibijnuicem q̄nque cōtrariari, & resistere, quoties duo regna quibus ꝓsunt diuersi angeli sunt in cōtradictione. Et hoc est quod dr̄ Danielis decimo: vbi Danieli dicit Gabriel. Princeps, i. angelus regni Persarum resistit mihi viginti, & uno diebus. Et permanēt illi angeli in tali resistētia, non ꝙ inter ipsos sit cōtrarietas voluntatum simpliciter, sed quia futura ignorāt, donec sciāt determinatiouē diuinæ uolūtatis de futura istius, vel alterius gentis subiectione.

Sed

Sed quam primũ sciunt diuinã voluntatẽ per reuelationẽ, vel effectus positionẽ, tunc concorditer adprobant diuinam sententiam, cum voluntates eorũ semp sint cõformes diuinæ volũtati, vt declarat beatus Thõ. in j. par. q. 113. art. 8. & idem Thomas in 2. sent. d. 11. & Nicolaus de Lyra Apoc. 10. In verb. & angelus. & ĩ verb. audiui angelũ. & ibidẽ 16. c. & clarius Dani. 10. & Geg. li. 4. mor. 31. & li. 17. c. 7.

Et huius regni & regis Frãciç custodia & ꝓtectio attribuit Michaeli archãgelo qui olim princeps fuit synagogæ. Sed nũc cõstitutus est à deo in principem ecclesiæ, cuius s. cęteros seculi princeps brachiũ dextrũ & ꝑpotẽs fuit vsq; nunc, & ad hunc regẽ Frãciscũ huius nominis primũ, Christianissimus, tunc dictus res noster Franciæ, vt dicã infra in 5. par. in 31. cõsideratione, vbi ponã quõ reges Franciæ semp ꝓfuerunt in ecclesia: multaq; pro ecclesia fecerunt, q̃ alij princeps Christiani nõ fecerũt. Ideo dat⁹ eis Michael ꝓ custodia sua & sui regni. Nõ ergo immeritò & sine cã regnum Franciæ vsq; ad hæc tpa floruit & augmẽtatũ fuit, tanq̃ ab ipsomet deo institutũ, protectum, & custoditum vsq; ad hæc tpa, ut satis declarat G. Benedicti in sua repetitione c. Rayn. in uerbo duas habens filias. de testamentis, extra.

Nam, vt ait Gregorius, quoties miræ virtutis aliquid agit, Michael mitti phibetur, vt ex ipso actu & nomine detur intelligi, ꝙ nullus facere põt qđ facere præualet deus. Idcirco eidem Michaeli plura quę sunt miræ virtutis attribuuntur, vt de pugna ei data cũ dracone, đ qua Apocalypsis 12. ob qđ iter sanctorum acies angelorum Christi signifer hr̃, & paradisi præpositus nominatur. Ita ꝙ quoties de ipso fit festum, de omnibus angelis etiam solennizatur.

In signum cuius regis & regni Franciæ protectionis post primã Michaelis in terra ecclesiæ Romanæ in mõte gargano Apuliç miraculosam apparitionẽ ĩ suiq; honoris tẽpli dedicationẽ, facta fuit apparitio scđa in regno Franciæ in loco qui Tumba dr̃ iuxta mare, sex milibus ab vrbe Abricensi circa an. Dñi 707. vbi Michael episcopo prædictę ciuitatis apparuit, iubens vt in prædicto loco ecclesiam cõstrueret, & sicut fit in terra ecclesiæ, scilicet in monte Gargano: ita & ibi in sui memoriam cœlebraret, qui locũ incolere, regnumq; tutum seruare statuerat. De quo meminit Guaguinus, lib. 3. c. 4. Eodem, inquit, ꝓpè tempore Aubertus Abriacensis Pontifex in colle altissimo sancti Michaelis cœnobium exędificauit, cũ ageretur annus salutis 709. Quæ oĩa prudenter considerans Ludouicus undecimus pr̃ Caroli 8. rex Frãciæ in honorem Michaelis archangeli protectoris sui ordinem militarem sancti Michaelis dictum, cũ sit princeps, & præpositus cœlestis militiæ: quia pugnauit cum dracone, & data est ei talis potestas, instituit perpetuo & fundauit, certo militum numero quorum rex primus est decreto & determinato, de quibus infra dicturus sum.

De quo Michaele dicere potuerũt reges Christianissimi, qđ hr̃ Danielis 10. c. Ecce Michael unus de principib⁹ primus venit ĩ adiutoriũ meũ & c. in fi. Nemo est auditor meus in oĩbus his, nisi Michael princeps uester. Et ad hũc ordinẽ assumunt oẽs eleemosynarii & sobrij, qui sua bona eleemosynis erogauerũt, qui pauperibus subuenerunt, ægrotis peregrinis & indigentibus, hospitalia uisitauerunt, ecclesias reparauerunt de suis bonis, & pro defunctis orauerunt & orare fecerunt.

Assumunt etiam dñi tpales, habentes custodiam suorũ subiectorũ, & inferiores curati, & viri ecclesiastici habentes custodiã aĩarum, & eis annuntiantes verba dei, decẽ ꝑcepta legis, & euangelia, & ꝑdicationes, qui sunt nuncii dei & verborum ipsius.

Ab hoc ordine cecidit ille demũ, qui Asmodeus alio noĩe Belsephon dr̃, qui fm̃ carcerẽ inferni cum oĩbus sibi adhęrentibus tenet: cũ quibus ipse tentat de gula, ita ꝙ gulosi, tabernarii, & ebriosi, & sic de silibus erunt de isto scđo carcere inferni. Siłr & carnium voraces, qui mane surgũt ad ebrietatẽ, & sunt potentes ad bibendũ. de quibus hr̃ Esa. 5. Vę qui cõsurgitis mane ad ebrietatẽ, & tandẽ vsq; ad uesperũ, vt uino ęstuetis, qm̃, ut plurimũ talis ebrietas ẽ peccatum mortale ꝓpter assiduitatẽ. notat in c. vnũ orarium. §. alias ea demũ, 25. distin. & Host. in summa, de tempo. ordi. col. 6. uersiculi, tertia regula.

Similiter oẽs habentes custodiam aliquorum, ut sunt dñi tpales & curati, qui subditis non nunciant quę habent in mandatis, tam in administrando eis iustitiam, seu iurisdictionẽ, q̃ in prędicando, & annunciando uerbum diuinũ diebus festiuis, sed sunt negligentes: aut alias non ita nunciant, prout tenentur, in hoc carcere collocabuntur.

Decimaquinta consid. Nonus ordo chori cœlestis, seu spirituũ cęlestiũ dr̃ angelorũ, & est vltima sedes hñdo respectum ad ea quę dicta sunt hic añ in 5. part. Et iste ordo angelorũ est deputatus ad voluntatem domini, populis nunciandam.

Angeli autem uocabulum nomen est officii non naturæ. Nam angelus nuncupatur, vt dicit Arch. in c. fatendum 13. q. 2. & iuxta illud: Qui facis angelos spiritus, & ministros ignem vrentem.

Angelis verò pictorũ solertia pẽnas fingũt, vt eorũ discursum celerẽ significẽt, sicut & iuxta poetarũ fabulas vẽti pennas habere dñtur, sicut dicitur. Qui ambulat super pennas ventorum. & hæc. secundum Isidorum. Dionysius aute dicit, ꝙ angeli inferioris ordinis nõ participãt ordinẽ superiorem illuminationum. Non enim participãt cum ipsis, sed ex ipsis. Nam angeli superiores primo loco diuinas illuminationes suscipiunt, & illas postmodũ ad aliorum notitiam deferunt, qui & primi nũcij dicunt. Sed an de superioribus quatuor ordinibus etiã mittantur ad nos, uide Ant. Florentinum in sua summa in 3. par. ti. 31. c. 6. §. 4. versi. quantum ad quartum. vbi exponit illud Esaię 6. Et volauit ad me vnus de seraphin, qui est de ordine superiori.

Et isti posteriores & vltimi, homines ad diuinã cõstitutionem adducũt, & subleuant, & vt isti viuãt, informãt. Vñ, quis isti inferiores angeli, etsi non habẽt alios angelos sub se inferiores, quibus ꝑsunt, habẽt tñ sub se hominũ ordines, quibus ꝑsunt, quos ordinant & disponunt: sursum eleuantur & extenduntur,

tur, per dilectionẽ dei in semetipsis formant, per custodiam sub se progrediuntur, per illorum tutelam, quorum ministerio deputantur.

Vñ quilibet hẽt vnũ bonũ angelũ ab ortu suæ natiuitatis, vt dicit Archidiaconus in c. fatẽdũ. 13. q. 3. Imo Adã & Antichristus, vt dicit Ant. Flore. in sua sum. pár. 3. c. 6. §. 4. vti dicit, ꝙ Antichristꝰ hẽt ẽt bonum angelũ. & in §. v dicit, ꝙ iste angelus non est in ventre matris, sed statim postquã ortus est ex ventre matris, ſm Iacobum de Voragine, & ſm Tho.

Quod etiã cognouerunt gentiles: vnde Aristoteles in libro de secretis secretorum ad Alexandrũ. Ne scis, inquit, ꝙ teste Hermogene duo sunt spiritꝰ, qui te custodiũt, quorũ vnus stat ad dexterã, & alius ad sinistrã, custodiẽtes & scientes opera tua, & referentes factori tuo quicquid feceris. Hoc solũ in veritate dẽt te, ò Alexãder, retrahere ab oĩ inhonesto opere. Per quos angelos intelligit vnũ bonũ qui stat ad dexterã, & aliũ qui stat ad sinistrã, s. angelũ Satanæ quærentem hoĩem tanquã leonẽ deuorare. Vel qui erat rex & prælatus, duos habebat bonos angelos custodes, vt dicit Bernar. de Bustis. in 2. parte sui Rosarii. in sermone 11. parte 2. in litera D. Qui certũ est imperatores & reges duos habere angelos custodes. Vnũ, videlicet rõne singularis ꝑsonæ, sicut hñt cœteri hoĩes. De quo hr̃ Mat. 18. ibi. Videte ne contemnatis vnũ ex his pusillis. Dico. n. vobis, quia angeli eorũ semper vident faciẽ patris mei, qui in cęlis est.

Et isti angeli sunt de ordine inferiori, quorum custodia habet multos effectus, vt statim dicam. Et iste angelus custodit, vt alij angeli.

Alterũ verò angelum hñt rõne dignitatis, vel officij regalis, vt de Eliseo legit̃ 3. regũ, 4. c. ꝙ angelorũ multitudinẽ habuit ad sui defensionẽ, ut infra dicã. Et iste scđs angelus, qui dat̃ rõne dignitatis, illuminat, vt tenet sanctus Thomas 2. distin. 11. q. 12.

Singulis enim regnis ꝓsunt angeli de suꝑiori ordine inferioris hierarchiæ. qui dicũtur ſm aliquos, Principatus, & ſm alios, Virtutes. Et isti sunt principalr̃ custodes regũ & regnorũ. Iõ aliqñ accipiuntur pro regibus & regnis quibus præsunt, eo quia rationabiliter procurant bonum gentium sibi commissarum ex earum meritis, vt infra dicam.

Et, vt dr̃ ad Hebræos primo, Oẽs administratorij spiritus sunt, missi in adiutorium eorũ, qui hæreditatem capiunt salutis: pp septem, quæ Deus circa nos operatur, quæ ponit Anto. Florentinus in sua historia, prima parte. ti. 6. ca. 1. §. j. vbi ponit circa quæ operantur angeli apud nos.

Decimasexta consideratio. Istorum angelorũ ẽt multiplex est effectus, quos ponit Bernardinus de Bust. in secunda par. sui Rosarij allegati, in sermone 13. in 2. par. in litera CDEF, vsq; ad lrãm M, vbi ponit duodecim officia q̃ habent angeli erga nos. Et quosdã ẽt ponit Discipulus, in suis sermonibus in sermone de angelis, sermone 32. vbi dicit, ꝙ pp illa officia q̃ habent apud nos, debent à nobis honorari. Eosdẽ effectus etiã describit Bartholomæus Anglici, in suo 2. lib. de propr. rerum. Etiam Bernar. de Parentinis, in suo elucidario, in quarta parte, ibi: Quæritur quarto. & Ant. Floren. in loco supra alleg. §. v. Ego aũt alio stylo, vt melius & plenius à rudibus intelligantur, & magis succinctè & clarè ponã effectus custodiæ angelorum, quam habẽt in nobis. Et dico, quòd angelus noster datus est nobis ad custodiã ad multos effectus sequentes.

Primò vt ab ĩsidiis diaboli nos præseruet, ut satis notat̃ Iudith 13. Viuit dñs, quia custodit me angelꝰ eius, & hinc eũtẽ, & ibi cõmorãtẽ, & inde huc reuertentem. Et Genesis 32. Cum Iacob Esau ualde timeret, angelos sibi obuios habuit, ipsum adiuuare paratos, qui ait: Castra Dei sunt hæc.

Scđò custodit nos cõtra dæmonũ tẽtamina, velut pastor solicitè custodit oues suas à luporũ morsibꝰ. Chrs. n. est uerꝰ pastor, qui cũ mittit oues suas, idest aĩas in hęc inferiora, mittit custodes angelos ad custodiẽdũ eas. Vñ angeli dei custodierũt & liberauerunt Loth de periculo Sodomorum. Gen. 19.

Tertiò nos qñque à periculo mortis liberat, ut de Isaac filio Abrahæ, quem angelus à morte liberauit. Genesis 22.

Quartò nos ꝓseruat à pœnis humanis, ut hr̃ Danielis tertio: ubi angelus custodiuit tres pueros à flamma ignis ardẽtis, & ẽt à morte. Et dicit ibi tex. Angelus dñi descẽdit de cęlo cũ Azaria & sociis eiꝰ in fornacẽ, & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quasi uentum roris flantem.

Quintò bonꝰ angelꝰ orõnes nr̃as Deo repñtat, ut dr̃ Thobię 12. quãdo orabat cũ lachrymis, & sepeliebat mortuos. Ego obtuli orationẽ tuã Deo. & Dan. 9. dicebat angelus Danieli. Ab exordio precum tuarum, egressus est sermo: ego aũt veni, ut idicarẽ, qm̃ uir desideriorũ es: sed angelus Persarum restitit mihi 21. dieb. Vnde Bern. Discurrit angelus medius inter dilectum & dilectam, uota offerens, referẽs dona: excitat istam, placat illum.

Sextò nos ĩ tristitia positos cõfortat, & corruẽtes releuat, Thob. 5. c. Forti aĩo esto, in ꝓximo est ut a domino cureris. Vnde cũ Daniel corruisset in terrã, tetigit eum Angelus dñi, dicẽs, Noli timere, pax tibi confortare & esto robustus uir desideriorum.

Septimò bonus angelus nos à dęmone tentatos, cõsulit & ꝓtegit: imo contra multos dęmonũ insultus nos defendit, & patet de B. Michaele tp̃e legis Moysi, & ante patet, qui princeps synagogę eam q̃diu durauit, fortiter defendit. Daniel j. Nemo mihi adiutor ẽ, nisi princeps Michael. Circa q̃ synagogã eã ꝓtegẽdo, primo mirãda fecit, quia ipse fuit ille angelꝰ qui plagas Aegy. intulit. Qui mare diuisit. Qui in colũna nubis, & igni, ꝑpl̃m Israeliticũ antecessit. Qui in terrã ꝓmissionis populum itroduxit.

Scđo fecit stupẽda: sciẽs. n. diabolꝰ Iudęos ad idolatriam proruptos, uolebat corpus Moysi honorificè sepelliri, ut Iudæi suas idololatrias exercerent: sed Michael uictoriam obtinuit cõtra diabolum, & corpus Moysi ab oĩb. abscondit. Vnde in epistola canonica Iudę, & transumptiuè in ca. si igitur. 24. q. 3. Cum Michael archangelus condisputans altercaretur de Moysi corpore, non ausus est iudicium inferre blasphemię: sed dicit, imperet tibi Deus,

Tertiò

Tertiò, ptexit illos de synagoga, vt patet 2. Re. 6. c. Et hr in c. reuera. de cōse. dist. 2. vbi est historia de Syris, qui obsederant ciuitatē Samariæ: tūc dixit Eliseus, plures nobiscum sunt, quā cum illis. Et loquebatur de angelis, quorū erat Michael qui pcussit Syrios cæcitate, quos Eliseus duxit in medium ciuitatis in Samariam, ipsis non videntibus.

Quartò adiuuit eos qui erant de synagoga. Dr. n. Dan. 10. c. ex persona Gabrielis archangeli. Princeps regni Persarum resistit mihi 21. diebus. Et ecce Michael vnus de principib. primus venit in adiutoriū meū. Et in fine illius c. Et nemo est adiutor meus in omnib. his, nisi Michael princeps vester. Greg. verò lib. 17. Moralium dicit, q princeps regni Persarum erat bonus angelus, custodiæ illius regni deputatus (cum quodlibet regnū, natio, aut prouincia habeat vnum bonum angelum ad sui custodiā deputatū) qui resistebat pro regno suo contra Gabrielem archangelū, cui populus Israel in Perside erat cōmissus, qui laborabat pro populi deliberatione, quē toto posse angelus Persarū impedire nitebatur. Et uide infra in 9. parte, in 45. consid.

Sed qūo hoc q vnus angelus dicatur alteri resistere aut pugnare pro sibi commissis? Nā ut dicit S. Th. in 1. par. q. 113. relatus per Ant. Flo. in sua summa in 3. par. ti. 31. c. 6. §. 7. Diuersa iudicia circa diuersa regna, & diuersos homines varia exercēt p angelos q ī suis actiōib. seu opib. regulant̄ s̄m diuinā iniā. Sed aliqn̄ cōtigit, q īdiuersis regnis, ul' ī diuersis hoīb. cōtraria merita, ul' d̄merita īueniūt, vt vnº alteri subdat̄, vel p̄ferat̄. Quid aūt sup hoc ordo diuinæ prouidentiç hēat disponere, non possunt ipsi angeli cognoscere, nisi Deo reuelātc. Et tunc necesse est ipsis angelis, q super hoc consulant sapientiam diuinam, & eius agnoscant super hæc voluntatem, quā cognitam adimplere studeant.

Ex quo patet, q īquātū d̄ cōtrariis meritis, & sibi repugnantibus diuinam consulunt voluntatem, dicuntur sibi inuicem resistere. Non quia sint eorū voluntates contrariæ: qua in hoc omnes concordant, q Dei sententia & voluntas impleatur, sed quia ea de quibus consulunt, sunt contraria.

Et cū fuerit dux synagogæ tm̄ quantum durauit, post illā sepultā, fuit dux & custos ecclesiæ catholicç & Christianæ, & huius regni, & regis Frāciç dr̄ data custodia & protectio attributa tanquā supra cæteros seculi principes brachiū dextrū ecclesiæ catholicæ tenentis: & in illa fide conseruāda, manutenēda, & defendenda p̄potētis. Nā, vt ait Greg. Quoties miræ virtutis aliquid agitur, Michael mitti phibet̄, ut ex ipso actu, & noīe det̄ ītelligi, q facere p̄ualet Deº. Iō eidem Michaeli plura q̄ sunt meræ uirtutis attribuunt̄ ob quod inter sanctorum acies angelorum Christi signifer hr̄, & paradisi p̄positus nominat̄, in signum cuius & reges Franciæ protectionis post primam Michaelis in terra ecclesiæ Romanæ, s. in monte Gargano Apuliæ miraculosam apparitionem, in suiq; honoré tépli dedicationé, facta fuit apparitio s̄cda in regno Franciæ, in loco qui Tumba dr̄, iuxta mare sex milib. ab vrbe Abriacensi, circa annū Dñi 707. vbi Michael epō p̄dictæ ciuitatis apparuit, iubēs, vt ī p̄dicto loco ecclesiā cōstrueret, & sicut fit in in terra ecclesiç ī mōte Gargano, ita & ibi in sui memoriā celebraret, q locū īcolere, regnūq; tutū seruare statuerat, vt plenè hr̄ in eius legēda, de quo ēt meminit Gaguinus in suis chronicis, lib. 5. c. 4. Eodem, inquit, propè tpe Aubertus Abriacensis pontifex in colle altissimo S. Michaelis cęnobiū exædificauit: cū ageret annus salutis 709. vt refert G. Bñdicti ī sua repe. c. Rayn. in uerbo. Adiectæ impuberi. nu. 46. A quo tpe apprehēdit serpētē antiquū, qui est diabolº & ligauit eū p annos mille, & misit eū in abyssum, & clausit, & signauit sup illū, vt nō seducat amplius gentes, donec consumment mille anni. Apocal. 20. A quo quidē tpe vsq; nūc sp floruit regnū Frāciæ in fide Christiana plusquam alii principatus. Ita q, vt ex historiis & rebus gestis Gallorū, & aliarū prouinciarū, reperiunt adhuc plures prīcipes, & plura regna, in quib. sunt Iudęi manentes, & residētes, & plures sunt hęretici, qui non arcentur, neq; puniūtur à principib. sed tolerantur. Imo, quod plus est sustinentur: vt nunc est de quodam Lutero Alamano, qui multas hr̄ses in Alamania seminauit: q̄ adhuc nisi fuissent acriter eius sectatores puniti per curias nostras parlamen tales, in quibus viget omnis excellentia iustitię, plures nostrates ad īferna deduxissēt. Sed fuerunt ita extirpatę hmōi hęreses, q nō est amplius tā audax, qui ausus sit de his uerbum proponere, nec aliquod eius dictum propalare. Et nimirum si tales hereses non possunt pullulari in Francia, quia diabolus ligatus est per Michaelem, ut nō seducat amplius gentes, donec consumentur mille anni.

Hic. n. Michael si ī sinagoga mirabilia fecit, vt dcm̄ ē, multo maiora & mirabilia ī hoc regno fecit. Fuit ille qui ampullā oleo plenā in baptismo Clodouęi regis Frācorū primi Christiani, medio Clotildis eiº vxoris, filiæ regis Burgund. quo adhuc hodie liniri solent Reges Franciæ cum sacrant̄ & vngunt̄, vt dicit Gag. lib. 1. c. 8. quod creditū est spiritus Dei ministerio id perpetratum. Et iō per Michaelem, cum sit princeps Ecclesię Cath. cui tunc credidit dictº Rex Clodouæº. Scdō Alemanos fugauit ministerio Dei. Ex quo creditum est angelum Mich. ibidē adesse, ut de eo dici p̄t illud qđ dr̄ 4. Reg. 6. Plures nobiscum sunt, q̄ cum illis. Ipse fuit ille qui ceruum duxit ad trāseundum vadum, cū Clodoueº dolēs exercitum suum debellare volētē cōtra Gothum hęreticū, orationem Deo habuit in hunc modum.

Devs, īquit, optime in tribulationibus adiutor, sanç religioni tuç q̄ tueor, ne differ de hr̄tico Gotho sumere vltionē, da fluuium uadabilē. Hoc p̄cantem Clodouęum nō est aspernatus Deus: ad primā, n. īsequētis diei lucē, ceruus ē sylua nemine inclamante in conspectum se prorupit, qui magnis inde militum uocib. excitº fluuium enatās, quasi itineris explorator, uadum mōstrauit, quē Deus conducere faciebat p Michaelē tanq̄ protectorem & defensorem Ecclesiæ Cathol. cui tunc Clodouæus credebat, & contra hæreticum pugnabat, prout credendum est. Et, ut dicit Gaguinus eodem loco, hunc secuti milites

tes in vlteriorem fluentis ripam, qua ceruus traiecerat, euadunt.

De hmôi regis conuersione, & eius miraculis in eius conuersione factis, videat Ioannes Ludouicus Viualdus de monte regali, ordinis pdicatorũ, in tractatu de triũpho triũ liliorũ Fráciæ, regi Ludouico XII. directo: quẽ refert de verbo ad uerbum G. Benedicti in sua solẽni repe. c. Ray. in verbo, duas habens filias. nu. 86. vsque ad nu. 116. & per 20. co. & ultra. extra de testamentis. vbi multa miracula ponit, quæ fuerunt facta in huiusmodi conuersione. Et multa pulchra gesta regum Francorum contra infideles, cõtra quos fuerunt ꝓtecti & adiuuati pro fide Catholica sustinenda, & defendenda, augmentanda p Michaelem archangelum principem ecclesiæ catholicæ: quod ita credendum est, cum talia sine auxilio illius fieri non potuissent. Dicam alibi de excellentia huius regni, & regis Franciæ.

Itẽ idẽ Michael pluries & multoties ꝓtexit reges Fráciæ vsq; ad hæc tpa ab inimicis, cõtra ipos inimicos eis victoriã dãdo, vt videri potest de pluribus p dictũ Bndicti in loco hic ante allegato. quæ essent nimis longa, & fortè tædiosa ad recitandum.

Illuminauit ẽt taľr reges Fráciæ, ꝙ oẽs hæreses ab eorũ regno extirpauerũt, & oẽs Iudæos fugauerũt, vt dictum est hic añ, & videri pôt p dictũ Viualdum ĩ pdicto suo tractatu: & eundẽ Benedicti ĩ iam dicta repe. c. Ray. in uerbo, duas habens filias. nu. 93. vsq; ad nu. 100. Et de huiusmodi illuminatione Michaelis, dicam infra in sequenti effectu angelorum.

Octauò ergo bonus angelus noster nos illuminat in Dei & fidei catholicæ secretis, & ab errore ad verũ lumẽ nos reducit. intellectus. n. nr̃ ista alta capere nõ pôt, cũ se hẽat ad secreta cęlestia, sicut oculus noctuæ ad lumẽ solis: tunc angelus nr̃ secreto illuminat intellectũ nr̃m, & manuducit in cognitionẽ diuinorũ arcanorũ per fidẽ, & cognitionẽ. Vnde Zach. 4. Reuersus est angelus qui loquebatur in me, & suscitauit quasi vnũ qui suscitatur de graui somno. Vnde superiores angeli, qui plura de arcanis cognoscũt q̃ inferiores, illuminant ipsos inferiores secreta diuina q̃ eis nouerunt reuelando, & eis manifestãdo talia secreta q̃ hic inferiora vsq; ad diem iudicij cõcernunt, dicuntur eos illuminare, & eis loqui. q̃ secreta diuina si nobis sint reuelãda, tũc reuelãt ꝓ salute nostra, & inferiores q̃ erga nos gerentur referunt. Et sic superiorib. loqui dicunť, vt dicit Tho. in 1. part. suæ summæ. q. 113. Vnde virgo Maria fuit illuminata, cũ prius diceret: Ecce virũ nõ ꝓposui cognoscere, turbata de angelico sermone. statim post adiunxit: Ecce ancilla dñi &c. vt hr̃ Luc. 1. Silr Iacob vidẽs scalã in qua ascendebant & descendebant angeli, in cuius cacumine erat dñs innixus, per quã significať descensus Dei in mundum, & unitais trinitatis in lapidib. capiti suo appositis in vnum coniunctis, illico illuminatus dixit: Terribilis est locus iste, nõ est in eo nisi domus Dei & porta cœli, Gen. 28.

Nonò nos ab aduersis inimicis defendit, & aduersos indiuisibiles deuincit. vñ hr̃ Apoc. 12. Prælium factũ est in cęlo, & Michael & angeli eius pliabãtur, & pugnauit Michael cũ dracone, & fecit victoriam. Et, ut dicit S. Tho. ĩ loco s̃. alleg. S. Michael in plio habito cũ Lucifero fuit dux & prĩceps, iõ dr̃ de ordine Principatuũ, & ipm Luciferũ cũ angelis suis de cœlo in hunc caliginosum aerẽ, & in ꝓfundũ abyssi deiixit: vnde cãtat ecclesia. Collaudemus venerãtes oẽs cęli milites, sed pcipuẽ primatẽ cœlestis exercitꝰ, Michaelẽ ĩ uirtute cõterẽtẽ zabulon, s. luciferum. Qui quidẽ Michael erit ẽt destructor Antichri, put ẽt destruxit luciferũ: vt dicit glossator sup illud Apoca. 13. Vidi vnũ de capitib. eius occisum. Antichrs. n. mortuũ se finget, & p triduũ latẽs postea apparebit, dicẽs se eẽ suscitatũ. Et ferẽtib. eũ dæmonib. in aere ascẽdet, & vniuersis mirantib. adorabũt eũ, tandẽ dũ stabit in papilione suo in monte Oliueti, Michael eũ occidet, vt dicit gl. super illud 2. Thes. 2. Quem Deꝰ interficiet spiritu oris sui.

Decimo bonus angelus nos cõsolať nobis panẽ & vinum ministrando tpe necessitatis. De hoc hẽmus 3. Reg. 19. vbi dr̃, Quod cũ Elias dormiret in vmbrã iuniperi, fugiẽs à facie idololatræ Iezabel, Deus misit sibi angelũ dicẽtẽ, Surge, & veni, comede, grãdis. n. restat tibi via. Surrexit, comedit, & bibit, & in uirtute illius cibi ambulauit vsq; ad montẽ Dei Oreb. Et hr̃ Dan. 14. Qũo angelus dñi portauit Abacuch, à Ierusalem in Babyloniam, & panem & aquam, quę suis messorib. in agro deferebat, Danieli inter leones existenti detulit, ut ex illo reficeretur qui longo tempore ieiunauerat, quem angelus consolatus est. & hr̃ Luc. 23. & Gene. 16.

Vndecimò docet orare, pęnitẽtiã agere, dæmonẽ ligare, & compescere vxorem. vt hr̃ Thob. 5. & 11. qũo angelus Raphael docuit Thobiã iuniorem pdicta. Et iõ cũ inter alia quis vult uxorẽ ducere, debet consulere angelum suum, qui eum docebit habere prudentem, cum à dño datur uxor prudẽs, & dotes & diuitiæ à parentibus. ut habetur Prouer. 19. Et dixi in rubr. Des droictz & appertenances à gens mariez. in consuetud. Burgundiæ.

Duodecimò impedimentum boni, & occasionẽ mali remouet, & ad bonum reuocat, ut hẽmus exẽplum Gen. 21. Quod angelus reuocauit Agar fugiẽtem dñam suam, & ad humilitatem & bonum reduxit. Et Exo. 12. vbi angelus percussit primogenita Aegypti, ut tolleret eis occasionem mali.

Decimotertiò excitat nos à somno culpæ, ut hr̃ Zach. 4. De angelo qui excitauit zachariã, ubi dicit, Angelus dñi excitauit me quasi hoiem qui excitať à somno. & Act. 12. quando angelus percusso latere Petri excitauit eũ, dicẽs, Surge velociter.

Decimoquartò a cõtrariis potestatib. nos defendit, hostes uisibiles etiam percutiendo. Psal. 33. Immittit angelus domini in circuitu timentium eũ, & eripiet eos. & 4. Reg. 19. venit angelus domini, & percussit in castris Assyriorũ 80. millia. Et cõtra hostes nos adiuuant. Gen. 31. & 2. Maccab. penul.

Decimoquintò peccata pterita increpat, ut ab eis recedamus. Nu. 2. ubi cum angelus filios Israel de preuaricatiõe ĩcrepasset, ipsi eleuauerũt uocẽ cũ fletu.

Decimosextò à peccato psenti nos eripit bonus angelus,

angelus, vt patet ĩ eductione Loth & vxoris eius de Sodomitis, i. de peccati consuetudine. Gen. 19.

Decimoseptimo impedit angelus peccatum futurum ne fiat, vt patet Num. 22. In Balaam, qui ad maledicendum Israel pergens, ab angelo est impeditus.

Decimooctauo purgat labia nr̃a ad cõsolationem angelus nr̃ bonus, Esa. 6. ibi: Et volauit ad me vnus de seraphin, & in manu eius calculus, quẽ forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigi labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.

Decimononò secreta Dei reuelat. Thob. 12. Dicit Raphael angelus: Manifestabo vobis intentionem: & non abscondam à vobis sermonem occultum & instruit in ambiguis vt certificemur. Dan. 9. & 10.

Vigesimò bonus angelus increpat malos, ne amplius malũ cõmittãt, & de malis cõmissis, Num. 22. Cur verberasti tertio asinã tuam? & Apoc. 18. Angelus increpat Babylonem & multitudinẽ eius, eique comminatur. Exite, exite de illa populus meus, & ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eorum non accipiatis.

Vigesimoprimo gaudẽt angeli de satisfactione, & reductione ad pœnitentiam, vt hr̃ Luc. 10. Gaudiũ est angelis super vno peccatore pœnitentiam agente.

Vigesimosecundò concupiscentiam debilitat, vt patet Gene. 32. vbi angelus tetigit neruum femoris Iacob, & emarcuit.

Vigesimotertiò memoriam passionis Christi nr̃is mentib imprimit, ut patet Ezech. 9. Transi per mediam ciuitatem in medio Ierusalem, & signa Thau super frontes virorũ gementium & dolentium sup cunctis abominationibus, q̃ fiunt in medio eius.

Vigesimoquartò angeli orant ꝓ nobis, imo totã terrã circueundo compescunt. Zachariæ c. 1. Oĩs terra habitatur & quiescit. Illic erat angelus, & luctuosam ad Deũ fundit precem. Dñe exercituũ (inquit) vsq; quo tu nõ misereberis Ierusalẽ & vrbium Iuda, quib. iratus es? iste iã septuagesimus ann⁹ est, & meruit angelus petitionis suæ consolationem audire.

Vigesimoquintò angeli ẽt nostris duris casibus, calamitatibusq; spiritualiter cõpatiuntur. Esa. c. 33. Ecce videntes clamabũt, angeli pacis amare flebunt, dissipatæ sunt viæ, cessauit transiens per semitam, irritum factum est pactum &c. Et dicit Iacob. Fabri in cõmentariis diui Dionysij epist. 8. vbi ponit de benigna cura prouidentiaq; angelorum circa gentes.

Vigesimosextò & vltimò bonus angelus nr̃ portat aĩas nr̃as de corporib. nostris egrediẽtes in cœlo, & eas ibi ẜm sua merita collocat in loco in eis debito, ẜm qđ dr̃. Noĩa eorũ scripta sunt in cęlis. & hr̃ Luc. 16. Factum est vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. vñ archãgelus Michael multa habet officia in cœlis, vt ante dixi.

Inter alia tñ hẽt officiũ põderãdi aĩas. Iõ in ecclesiis pingitur põderãs aĩas: quia Dan. 5. dr̃. Appẽsus est in statera, & inuentus est minus habens.

Hẽt ẽt officiũ portãdi eas, & collocãdi in paradiso. vnde cantat ecclesia. Venit Michael archangelus cum multitudine angelorum, cui tradit Deus aĩas sanctorũ, vt perduceret eas in paradisum exultationis: quia data est ei ptãs sup aĩas sanctorũ. Cũ. n. q̃s moritur, assistunt boni angeli pariter & mali, merita aut demerita expectãtes, & qñ inuẽtus est dign⁹, tũc bonus angelus valdè reuerẽter portat cum multitudine angelorũ ad gloriã beatorũ, p̃sentãs eã Deo altissimo creatori suo, vt de tãto bono, & excellẽti gaudio referat grãrũ actiones: & deinde refert eã ad locũ sibi ab æterno assignatũ, quia noĩa saluãdorũ scripta sunt in cęlis. Et tunc verum est qđ nr̃a mater ecclesia cantat. Gaudent in cęlis aĩę sanctorũ, qui Christi vestigia sunt secuti. Et quia pro ei⁹ amore sanguinẽ suũ fuderũt, & multa alia passi sunt, iõ cũ Christo regnãt sine fine, & exultant. Ex quorum salute gaudet tota cœlestis curia, imo cum magno gaudio egrediuntur, Esa. 55. In lætitia egrediemini, & in pace deducemini.

O quãta aĩæ dignitas ẽ, & quãtũ eã diligit De⁹, qñ talẽ in vita sua assignat sibi custodẽ, & ĩ morte securũ directorẽ, cui tota applaudet cęlestis curia: vt dr̃ Esaiæ vbi s̃. mõtes & colles cãtabunt corã vobis laudẽ, & oĩa ligna regionis plaudẽt manu. i. angeli maiores & minores gaudẽt & exultabũt in aduẽtu sanctarum animarum in gloria, ita ꝙ accrescit eis quoddã gaudium accidentale usq; ad diem iudicij.

O q̃ solicitè & diligẽter oĩ die, oĩ hora, & oĩ loco nos tali, & tã potẽti custodi debemus cõmendare, & nos & oĩa bona nr̃a tpalia, & spiritualia cõmittere: fruct⁹, agros, pecora, gesta, actus, opa, liberos, ac totã familiã. Imo & nutrices sero & mane: & qñ lactãtes pueros in cunis decubãt & reponunt, dẽnt Deo, virgini Mariæ, suo bono angelo, pr̃no, & oib. aliis sanctis Dei pro posse diligẽter & deuotè cũ crucis signaculo cõmittere, ex quo sctũs angel⁹ tãtã hẽt ptãtẽ custodiẽdi nos, nõ ĩmerito de eo cãtat ecclesia. Quo custode procul pelle rex Christe piissime, oẽ nephas inimici, corde, & corpore paradiso redde tuo nos tua sola clementia. Et ꝑpea mihi uisum fuit, & consului multis, ꝙ quilibet bonus Christianus notabilis alicuius dignitatis, qui uult habere aliquem lectũ seu torum triumphalem, ꝙ triumphum sui lecti dẽt cõuertere in hunc modum. Videlicet, ꝙ in coopertorio lecti seu cussa debet esse triumphus trinitatis in medio, cum quatuor euangelistis in forma quatuor aialium à quatuor laterib. ẜm qđ figuratũ est Apoca. 4. & in capite lecti sint hæc scripta. In manus tuas dñe cõmendo spiritum meum, Redemisti me domine Deus ueritatis. Et in uno latere à parte dextra sit crucifixus in uno angulo lateris, & sint ante eum hi duo uersus, quos teneat quidam homo pictus in formam rogantis, & dicat:

Ore tuo Christe benedictus sit torus iste:
Dormiat in Christo, qui toro iacet in isto.

Et ex alio latere in parte sinistra sit in parte superiori virgo Maria: & in parte inferiori illius lateris sit mulier etiam depicta in formam deprecantis, quæ teneat hos uersus.

Vt me pausantem conserues & vigilantem:
Me tibi virgo pia semper commendo Maria.

Et in pendulis lecti in pendente superiori sint duo angeli,

angeli, vnusquisque in angulo: in medio quorum erunt hi duo versus sequentes.

Angele qui meus es custos, pietate superna,
Me tibi commissum serua, defende, guberna.

Quos oẽs versus vnusquisq; bon⁹ catholic⁹ dẽt dicere singulis dieb. pluries, maxiẽ cũ vadit ad dormiẽdũ cũ Pr̃ nr̃, & Aue Maria: si saltẽ vacare nõ possit plurib. aliis orõnib. saltẽ hẽat ĩ mẽte, corde, voce, & oratione p̃dicta, ut aliquid mereat' cum non sufficit abstinere à malo, nisi fiat qđ bonum est c. de forma. 22. q. 5. cõcordat tex. in c. cupiẽtes. de pœnis in clemẽtinis. notatur in l. in illa stipulatione. ff. de verb. obl.

Decimaseptima cõsi. Redeũdo vñ digressi sum⁹, ad istũ ordinẽ angelorũ vltimũ assumũtur oẽs pueri baptizati, q ĩ merito passiõis Chr̃i & fide parẽtũ in gr̃a baptizati decedũt: q̃a, ut dr̃ Mat. 22. Erunt hoĩes sicut angeli Dei ĩ cęlo: quia p donũ gr̃æ hoĩes p̃nt mereri tãtã gloriã, ꝙ ẽt angelis singulorum ordinum æq̃nt, & hæc uocãtur assumi seu locari in ordines angelorum. Dicit. n. Aug. super Ezech. Sunt nonnulli qui parua capiunt, sed tñ hoc nunciare fratrib. non desistunt, & hi in angelorum numerum cernuntur. Multi enim sunt simplices & illiterati, & tamen uerbo & exemplo quantum possunt alios ædificant, qui inter angelos collocabuntur.

Item sunt nonnulli qui hic bñ regunt seipsos, uxorẽ, totã familiã, liberos, singulaq, negotia, cuncta ordinantes ad Dei honorẽ, timorẽ, & amorẽ, sicut faciebat Thobias: fili pauperem uitã gerimus, multa bona habebimus si timuerimus Deũ. Tales silr̃ si maiora nõ habuerint merita inter angelos collocabũtur, & ẽt simplices qui pęnitentiã egerunt carnem suam affligẽdo pro peccatis, inter angelos collocabuntur.

Ab hoc ordine cecidit quidam principalis dęmõ, qui uocatur Mammone, cumplurib. aliis suis complicibus, qui tentant de auaritia, quos dñs paupertate pcussit, Matt. 6. Et ad illũ carcerem inferni superiorem descendunt oẽs auari, vsurarij, & eis siles. Et de quib⁹ tentet huiusmodi dęmon, uide Bernardinum de Bustis in prima pte sui Rosarij, sermone decimo, in litera M, ubi ample.

Demon mammone

Ex quib. patet, ꝙ sicut in cęlo, s. cœlesti sunt nouẽ ordines angelorũ, qui mãsiones dici possunt, ita ĩ inferno sunt nouem carceres, in quib. sunt dęmones q̃ recipiunt dãnatos de plurib. peccatis ſm eorũ grauitatem, & ſm qđ s̃. dictũ est, ut recitat amplè Vincẽtius in suis collationib. Et alij p̃sunt alijs: cum dęmones pręsint dęmonibus, ut etiam suprà dixi.

Decimaoctaua consideratio erit talis. Cũ in paradiso sint nouem ordines, & in quolibet ordine sint sex milia sexcenta sexaginta sex mansiones, & in qualibet mãsione possint esse tot regna, tot ducatus, tot comitatus, tot nationes, tot prouinciæ, tot ciuitates, tot domus: & in qualibet domo tot sedes seu loca, s. sex milia sexcẽta sexaginta sex, & in qualibet sede seu loco, de quo dr̃, noĩa uestra scripta sunt in cęlis, & una aĩa: q̃n oĩa illa loca replebuntur, tunc, ut opinantur nonnulli doctores deuoti hãc calculationem piè ponentes & credentes, adueniet extremũ iudiciũ: sed quia ista non sunt p̃ntis speculationis, nec etiam, ut dicit Bernardinus de Bustis in 2. parte sui Rosarij, sermone 19. 2 par. in litera L, non potest dari nec dici certus numerus angelorum ex plurib. per eum ibi allegatis, non aliter in isto. Plures tñ sunt angeli boni quàm mali, prout hr̃ Paral. 32. ut ibi dr̃. Et etiam habetur in sermonib. Discipuli, sermone 88. ꝙ certus numerus angelorum dari nec numerari potest. & ibi amplè ponit illos nouem ordines angelorum supra positos, & quomodo & qualiter aĩæ collocantur in illis ordinibus ſm dignitatem illarum.

Quia tñ dictum est, ꝙ ẽt mali angeli sunt in inferno, & habent carceres & officia distincta, quærit Robertus de Licio in sermone 11. c. 1. in feria 4. septuagesimæ. uer. 2. Vtrum mali angeli sint in inferno. Et respondet ſm Bonauenturam. di. 6. art. q. 1. lib. 2. cũ Alexãdro de Halis in 2. uo. summæ. q. 96. ꝙ locus dęmonum post lapsum usq; ad diem iudicij, no est locus subterraneus quem uocamus infernum, sed aer caliginosus, in quo generalr̃ dæmonum habitat multitudo: & utrum aliqui sint detrusi in inferno, dicit se nescire nec inuenire determinatum à sanctis. dicit tñ bene credere ꝙ aliqui descendunt ad torquendas animas, secundum ꝙ habent in se deputata maledictionis officia. Si ẽt in p̃dicto aere puniantur pœna ignis ut dicit, diuersi diuersa sentiũt. Quidã dñt ꝙ sic, licet minus intense quã post iudicium. Alii autẽ dicũt ꝙ talis pęna eis differtur usq, ad iudicium, & interim grauem pœnam suscipiunt ex eo ꝙ sunt in isto aere caliginoso: quia locus in quo conditi sunt, erat cęlum empyreum, qđ est luminosum, & est eorum locus naturalis, ad quẽ nõ p̃nt ampli⁹ reuerti.

De his oĩbus supradictis me remitto ad doctores theologos (quorum est talia nosse) q̃m melius est tacere q̃ male loqui: & in reliquis ab articulis fidei in quib. firmiter credimus & simplr̃ cõfitemur, credo p̃ut sancta mater Dei ecclesia credit. Et q̃ hic ante dixi intelligo me dixisse sub benigna correctione dominorum theologorum, & sub protestationib. q̃ si sit dictum, quod habeat in se aliquid dubium, aut quod non sit bene dictum, ꝙ habeatur pro non dicto nec scripto, & sic me submitto limæ & correctioni prædictorum dominorum theologorum.

Decimanona consid. erit p modũ q̃onis: An possit dari decim⁹ ordo angelorũ ĩ paradiso? Et p decisione huius dubij uidẽdũ esset qđ dicit Ioan. de Turrecr. in c. hi duo. de cõsec. dis. 1. ubi innuendo ex illo tex. dicit uideri, ꝙ sint ul' fuerint decem ordines angelorum. Itẽ dicit magister Sñiarũ in scđo. d. 9. testatur ꝙ scriptura testatur decimum ordinẽ ex hominib. esse restaurãdum, ergo ita est: quia, ut dicit Aug. Maior est scripturæ autoritas, q̃ omnis humani generis perspicuitas, ibi arguit in oppositum, tandẽ cõcludit ſm mentẽ theologorũ, q̃ doctrinis sanctorũ est magis consona, ꝙ oẽs electi assumuntur ad ordines angelorum: quidã, s. ad superiores, quidam ad inferiores, & quidam ad mediocres pro diuersitate suorum meritorum: sed beata Maria super omnes, ut dixi supra in hac parte, in 3. consideratione.

Et istud cõprobat diuersis rationib. Primò vt dicit, ad hoc est glos sup illud Psalmo 44. Constitues

eos

eos principes super omnem terram. quæ dicit: elegit pauperes, vt exaltet ad ordines cœli qui sunt ex hominibus, & angelis: ergo homines assumuntur ad ordines angelorum.

Secūdò ad idem est gl. Deut. 11. super illud. Omnem locum quem calcauerit pes vester, vester erit, q̃ dicit, si diabolum vincere potero, si meruero, vt De⁹ conterat eum sub pedibus meis, consequenter locū eius habebo in cęlo.

Tertiò hæc idē gl. Deut. 33. sup illud. Eiiciet à facie tua inimicū, dicetq; cōteret. Et sup illud ad Ro. 11. Dn̄s cōteret satan sub pedibus vestris velociter.

Item B. Dionysius dicit in 1. c. de diuinis noīb. ꝙ homines angelorum gloriam sortiētur. Item Gre. in homilia de centum ouibus dicit, ꝙ hoīes ꝼm diuersitatem meritorum ad diuersos ordines transferētur angelorum. Hæc de Turrecr. vbi respondet ad obiecta in oppositū. Videatur etiam de hac materia Bar. Sibilla in speculo peregrinarum. q. in prima quęstiūcula decimi c. secundæ decadis: vbi dicit, ꝙ opinio dicentium posse dari decimum ordinem videtur sapere hæresim: dicit tñ ibi in fi. vnum singulare, ꝙ meritum hominis, est efficacius merito angelorum, qđ comprobat quatuor rationibus.

Vigesima consi. Nedum angeli habent sedes, & loca in cęlo: sed etiam beati, & ibi honorātur, glorificantur, & laudantur, ita ꝙ vnus præfertur alteri, & vnus maiorem sedem habet altero. Non ꝙ vnus, sit supra caput alterius sicut in solario, sed sunt in cęlo empyreo, sicut si esset mons rotundus, & aliquis esset in culmine, & alij circūcirca. Et isti sunt de quibus dr̄ Ps. 83. Beati qui habitant in domo tua dn̄e. Gloria. n. est oīb. sanctis eius, Ps. 149. Qui sunt ciues sanctorum, & domestici Dei, inter quos nulla est inuidia: sed vnusquisq; ita gaudet de reuerentia alterius sicut de sua, vt dicit Aug. in epist. ad Cyrillū. Noueris quòd reuerentia quæ singulis sanctorum exhibetur, ceteris omnibus exhibetur: nec putes, ꝙ in cęlo sit aliqua inuidia, vt in mūdo. Sicut. n. in mundo quilibet hoīum cæteris præesse magis vellet, q̃ subesse: ita in cęlo per charitatem ineffabilem qua se inuicem diligunt beatæ animę quilibet sanctorum ita alterius gloria gaudet sicut sua, quoniā vellet quisque maior vt quilq; minor sibi esset æqualis. & penè maior, quia gloria eius esset sua. Nam minor ita maiori gloria gaudet sicut si eam haberet, imo potius de sua si fas esset, sibi impartiret: vnde gloria singulorū est gloria cūctorū. hęc ille. Et hæc recitat Ber. de Bust. in 2. par. sui Rosarij, ser. 19. in 2. part. in litera N.

Sunt tamen in multiplici passionum genere glorię, qm̄, vt ait Aug. in ser. de martyrib. Sanctorum societate cęlum exultat, quarum patrocinijs terra lętatᷓ quorū triumphis ęcclesia sancta coronatur, quorū gloria multiplici passionum genere adornatur: & q̃ nescit dispositionem beatorum in patria cęlesti pōt sic imaginari, ꝙ deitas est ī supremo culmine. & post eam Beata Virgo Maria, vt dixi supra: & postea angeli iuxta grad⁹, & ordines supra positos, & descriptos, & post angelos sancti iuxta eorum gradum, quia angeli sunt in superiore loco ante sanctos, vt dicit S. Tho. in j. par. suæ summę. q. 66. art. 3.

Aduertendum est etiam ad id, quod dicitur Ioan. 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Et Hieronymus fecit librum vnum de 42. mansionib. & Ambrosius vnum, & Richardus de S. Victore.

Altitudinem autem cœli, & magnitudinem si q̄s contemplari voluerit, debet primò considerare magnitudinem terræ, & aliorum elementorum, quę singula exced unt se inuicem in decuplo: & post modū considerare latitudinem orbis, quæ est maior in decuplo omnibus elementis simul. Quę cuius sint magnitudinis, ponit Bern. de Bustis in 2. parte sui Rosarii, serm. 10. par. 2. litera Y.

Deinde extendere considerationem suam vsq; ad cœlum empyreum, discurrendo mente magnitudinem aliorum nouem cœlorum, quorum singuli excedunt inferiores omnes in decuplo secundum mathematicos: & sic aliqualiter intelliget magnitudinem, & altitudinem ipsius decimi cœli, s. empyrei, quod excedit in decuplo omnes alios: & similiter poterit inuestigare aliquo modo pulchritudinem illius cœli, considerando pulchritudinem omnium prædictorum elementorum, & cœlorum, quorum quodlibet in decuplo quo ad formositatem, & speciositatem: tunc intelliget ꝙ inexplicabilis est pulchritudo illius cœli empyrei, in quo collocantur sancti in visione glorię. Eccl. 43. De cuius excellētia amplè Ber. de Bustis in dicto serm. 19. s̄. alle. & in litera S, ponit quomodo ibi collocantur patriarchę, apostoli, martyres, confessores, & virgines, quę cum sint nimium ꝓlixa, nihil aliud de collatione illorum, & prælatione hic dicam, nisi forte statim de duob. videlicet de Ioanne Baptista utrum præcedat Adam, & de Petro, ꝙ præcedat omnes apostolos tanquam princeps illorum, & primatum habens inter eos.

Vigesimaprima cōsi. Deus dabit gloriā sanctis in gloria. Probat mirabilib. rōnib. Raymun. Lullius in suo introductorio artis gn̄alis in arbore apostolicali: vbi dicit, ꝙ Deus creauit mundū cum magnitudine bonitatis, æternitatis, potestatis, sapiētiæ, voluntatis, gloriæ, & veritatis: & ita sua magnitudo est, ita rō ꝙ Deus creauit mūdū rōne glorię, sicut rōne bonitatis. Est ergo finis mūdi ita magnus ꝑ gloriā sicut ꝑ bonitatē: sufficit ergo veritas ad gloriandum hoīes in gloria, vt magnitudo tm̄ sufficere possit fini gloriæ sicut fini bonitatis. Est ergo probatū, ꝙ Deus q̃ creauit mundū dabit gloriā hominib. bonis. Et, vt dicit idē Raymū. Lullius ibi. Iste passus est placēs ad intelligendū, qm̄ intellectus gaudet in attingēdo veritatē gloriæ, quā expectat: gaudet ēt in nouo modo probationis, quā, vt ipse dixit, dat ꝼm tabulam generalē hoc modo, videlicet: In deo est gloria, & ipse est gloria: & si nō daret gloriā illis qui suam gloriam diligunt, iniuriā faceret amabilitati suæ glorię, & amatiuitati illorum qui suam gloriam diligunt, & sic esset iniustus, & auarus amabilitati suæ, & amatiuitati illorū qui suā gloriā diligunt. Et idem sequeretur de sua memorabilitate, intelligibilitate, memoratiuitate, & intellectiuitate hominum, quæ iniuria est impossibilis. Dabit ergo Deus gloriam omnibus il-

Iis, qui moriuntur in ſtatu bonitatis, virtutis, & veritatis, & qui ipſum diligunt, & ſuam gloriam ſperant. Et ibidē amplius ponit, an Deus glorificabit hoīem, cum medio, vel ſine medio, & cum pura concordantia, & ſine contrarietate, vt ibi per eum.

VIgeſimaſecunda conſid. Sancti ēt ſunt honorādi, & venerandi in terris prout in cœlo, & feſtiuitates eorum ſunt ſolēnizandæ: quod ꝓbatur ratione, autoritate, & exemplo. Et primò ratione ꝓbandum eſt: quia ſm̄ Io. de Turrec. in cap. 1. de conſec. diſt. 3. allegando Guil. Altiſiodoren. in ſua ſumma de officio, propter ſex cauſas feſtiuitates ſanctorum in terris ſunt faciendæ.

Prima eſt pp honorem diuinæ maieſtatis. Cū.n. honorem ſanctis impēdimus, Deum in ſanctis honoramus, & ipſum in eis mirabilem prædicamus: quia qui ſanctis honorem tribuit, illum ſpecialiter honorat, qui eos ſanctificauit.

Secunda eſt propter auxiliū noſtræ infirmitatis. Quia.n. per nos ſalutē habere nō poſſumus, iō ſanctorū interceſſionib. indigemus: à quib. vt adiuuari mereamur, meritò ipſos honorare debemus. Legit. n. 3. Reg. 1. ꝙ Berſabee, q̄ interpretatur puteus ſatietatis. i. eccleſia triumphans, filio ſuo, i. eccleſiæ militanti regnum ſuis precib. obtinuit.

Tertia eſt pp augmentum noſtræ ſecuritatis ad ſpei noſtræ ſubleuationē, vt p ſanctorū gloriā, q̄ nobis in eorū feſtiuitate ꝓponitur, noſtra ſpes, & ſecuritas augeat. Si.n. hoīes mortales nobis ſiſes potuerūt ita p ſua merita ſublimari, cōſtat q̄a nos ſilr̄ poterimus: cùm manus domini breuiata non ſit.

Quarta eſt pp exemplum nr̄æ imitationis. Cū.n. eorum feſtiuitates recenſentur, ad eorum imitationē prouocamur, vt ſ. eorū exemplo terrena cōtemnamus, & cęleſtia deſideremus, vbi ſunt collocati. Qm̄ cū ipſorū virtutes in die ſolēnitatis eorū noſtræ mentis oculis obiiciuntur, ardenter accēdimur ad honorificentiam illorum. Et iō dicit Leo Papa in quodā ſer. de martyrib. Quotieſcūq; fratres chariſſimi ſanctorū martyrum ſolennia celebramus, ita ipſis intercedētib. expectemus à dn̄o cōſequi tpalia bn̄ficia: vt ipſos martyres imitādo accipere mereamur æterna: qm̄, vt dicit Pau. 2. ad Cor. 1. Si fuerimus ſocij paſſionum, erimus & conſolationum.

Quinta eſt pp debitum mutuæ viciſſitudinis. Sancti.n. de nobis in cęlo feſtum faciunt, quia gaudium eſt angelis Dei, & aīab. ſanctis ſuper uno peccatore pęnitentiā agente: vt igitur viciſſitudinem rependamus, iuſtum eſt, vt quia ipſi de nobis feſtum agunt in cœlis, & nos de ipſis feſtum agamus in terris.

Sexta eſt pp ꝓcurationem noſtri honoris. Cū. n. ſanctos honoramus, tunc noſtrā rē agimus, & nr̄m honorē ꝓcuramus: quia eorū feſtiuitas eſt noſtra dignitas. Nā cum honoramus fratres nr̄os, honoramꝰ noſmetipſos. Vnde apoſt. Oīa veſtra ſunt, vos autem Chriſti. Charitas.n. oīa facit cōia, quæ honores inuicē ꝑuenire facit. & neceſſitatib. ſanctorū cōicare: vt dicit Apoſt. ad Ro. 12. Dicit ēt Ioā. de Turrecrem. ꝙ alias rōnes ponit Damaſce. lib. 4. c. 7. quare, ſ. ſancti, & eorum corpora ſeu eorum reliquiæ debeant honorari: quarum quædam ſumunt quo ad eorum dignitatē, quædā quo ad eorum precioſitatē corporū. Dignitas aūt eorū, vt ibidem dicit, quadruplex eſt, qm̄ ipſi ſunt amici Dei, & filij Dei, hæredes Dei, & duces noſtri: quantū verò ad corporum eorum precioſitatē ponit ēt idem quatuor, & Aug. addit quintum, per quæ manifeſtatur precioſitas corporum, ſ. ſanctorum ſiue reliquiarū. Ipſa.n. corpora ſanctorū fuerunt promptuarium Dei, tēplū Chriſti, alabaſtrū ſpiritualis vnguenti, fontes diuini, & organū ſpiritꝰ ſancti: pp quæ ſancti meritò veniunt colendi: & ibi reſpondet ad quædam argumenta in contrarium.

Pro ſeptima ergo ratione dicēdum eſt, ꝙ inſignis eminentia virtutis, & ſanctimoniæ, qua hic vitam agentes mirificè claruerunt, debet nos mouere ad venerandum, & honorandum ſanctos.

Nemo ſiquidem eſt qui non norit virtuti honorem deberi, & his qui virtute ſunt præditi. l. fina. in prin. C. de ſtatuis, & imaginib. & dixi ſupra, & dicā infra in multis locis: quantoq; excellētior fuerit virtus, tanto præclariore afficienda eſt honore.

Atqui nullus eſt ſanctorum ordo, & gradus, & in quouis ordine nullus reponit ſanctos, q̄ nō eximio virtutis ſplēdore corruſcauerit, quiq; non miro bonorū operū ornatu refulſerit. qm̄, vt dicit Paulus ad Heb. 11. Sancti p fidē vicerūt regna, operati ſunt iuſtitiā, adepti ſunt repromiſſiones, fortes facti ſunt in bello, nō corporali tm̄, ſed & ſpirituali cōtra dęmonē, mūdū, & carnē, quē triplicē hoſtē virtute dextra fuderūt. Et Pau. in eadē epiſt. antiquos veteris inſtituti patres claro celebrauit encomio: illuſtreſq; eorū virtutes, & noīa catalogoquoq; ſacro recēſuit. Et hr̄ Ecc. 44. Laudemus viros glorioſos, & parentes nr̄os in generatione ſua: & poſt deſcriptas generationum illorū laudes mox ſubnectit. Oēs iſti in generationib. gentis ſuæ gloriam adepti ſunt, & in diebus ſuis habentur in laudibus, qui de illis nati ſunt reliquerūt nomen narrandi laudes eorum, & ſemē eorū & gloria eorum non derelinquetur, & ibi, & in c. ſe. Ecc. c. 45. ponit laudes antiquorum patrum.

VIgeſimatertia conſi. Sanctos etiam honorandos, laudandos, & glorificandos, autoritate ſacrę ſcripturæ, eccleſiæ catholicæ, conſtitutionis ſummorū pōtificum, & principum ſeculariū, doctiſſimorumq; ſcriptorum comprobatur.

Primò.n. autoritate ſacræ ſcripturæ, cùm, vt habetur Pſ. 150. Laudate dn̄m in ſanctis eiꝰ. & Pſ. 32. Rectos decet collaudatio. Et habemus Eccl. 20. & 44. Laudemus viros glorioſos, & patres nr̄os in gn̄atione ſua. & hr̄ Io. 12. Si q́s mihi miniſtrauerit, honorificabit eū pr̄ meus q̄ eſt ī cęlis. Cū ergo ſancti honorent à Deo, ęquum eſt, vt honorētur ēt ab hoīb. cum is gloria, & honore dignus ſit, quē prīceps honorat. tex. in l. reſtituēdæ. in fi. C. de aduocatis diuerſorum iudic. vbi ſic dicit text. Qui à nobis digni iudicati, hi multò magis in anterioribus quoque iudicādi ſunt. dicam plenius infra in vltima parte. Quem ergo dominus honorificat, æquum eſt, & ſeruos eius eundem honorare, vt eo ipſo conformes ſint domino ſuo, bonitatique eius reſpondeant. Improbus enim

videtur

videtur qui dedignatur eũ honore prosequi, quẽ dominus suus honorificat.c.1.9 4.dist.l.j.C. de dome. & protect.Et perinde atq; rebellis censetur regi necnon iniurius,qui amicum eius summo affectum honore à regia maiestate recusat honorare,facit l.si imperialis.C.de legib.& l.fi.ĩ fi,C.de priuile.eor.qui in sacro palatio militant.li.2 3.& dixi amplè alibi.

Cùm ergo deus sanctos honorificet,quare ergo illos nõ honorabim⁹, vt cõformemur volũtati Dei,& ne illi resistere,nec cõtra iudiciũ facere dicamur:iuxta illud Damas.in lib.4.de fide orthodoxa.Honor erga gratos,& benignos conseruos beneuolentiæ erga cõmunem dominum indiciũ est.Nonne etiã dicit ꝓpheta psal.48.Mihi autem honorati sunt amici tui deus,nimis confortatus est principatus eorũ.Vbi vocat eos amicos dei,quos dñs in euãgelio eadẽ dignatus est appellatione nominare,cum inquit: Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego pręcipio vobis: iam non dicã vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dñs eius.Vos aũt dixi amicos,quia oĩa q̃ audiui à patre meo nota feci vobis.Et ẽt hr̃ Eccl.54.Laudem⁹, viros gloriosos,& parẽtes nostros in gñatione sua.dixi supra,& dicã amplius.& hoc est: qm̃ qui bonum operant̃,gloriã,& honorem inueniẽt,ad Rom.2.

Secundò probat̃ autoritate ecclesiæ,q̃ hac consuetudine immemoriali ex sua ordinatione vniuersali ꝓcedente tot festa,& festiuitates sanctorum introduxit,& ordinauit,quæ quotidie coram nobis vidẽtur, & de quibus habetur in c.fi. & alijs capitulis de ferijs.& in c.j.de consec.dist.3.vbi habetur ex concilio Lugdũ.Et sic est Sancta mr̃ Ecclesia in Spiritu Sãcto congregata, in medio quorum ibi existente nomen ecclesiæ erat populus, iuxta illud. Vbicunque duo aut tres ĩ nomine meo erunt congregati, ibi in medio illorum ero.Matth.18.

Tertiò probatur autoritate summorũ Pontificũ, vt habetur in c.fi.de ferijs. Vbi ponit multas festiuitates sanctorum,q̃ honorari debent,& ꝓbatur c.gloriosus deus in sanctis suis.de reliq̃js, & veneratione sanctorũ.in sexto.Vbi ponitur constitutio Bonifacij VIII,qui ordinauit plures solennitates pluriũ sanctorũ ibi descriptorũ,facit cle.si domini.de reliq̃js, & vener.sanctorũ.Vbi Clemens V,in concilio Viennen.approbauit,& confirmauit ordinationẽ Vrbani IIII.de celebritate sacramenti euchar.Eusebius etiã solẽnitatẽ sanctę crucis,q̃ ipso sedente in Pontificatu facta fuerat,mãdauit obseruandã.c. crucis domini.de consecr.dist.3.Et ibi Io.de Turrecr.ponit rationes quare adoratur crux.& Ant. Flo. in sua summa, par.3.ti.109.§.v.vbi allegat S.Tho.

Etiam Sergius primus,festum purificationis Beatę Marię Virginis cereis accensis, & sacerdotali ordine consecratis celebrandum sanxit.

Et Inno.octauus natiuitatis eiusdẽ gloriosę virginis solennitati præcipuę adiungendas statuit.

Et sacrosancta Basilien. synodus in decreto quadragesimę sessionis festum sanctę conceptionis eiusdem virginis statuit.

Quas quidẽ cõstitutiones vniuersalis ecclesię cõsuetudo,& omniũ Christianorũ approbauit. Cuius quidẽ consuetudinis nõ leuis est autoritas, ĩmo magna.c.in his.& c.cõsuetudinis.11.d.Pan.in c.cõsuetudinis.extra de consue.Et ibi apostil.Barth.& Corseti.Et quantum consuetudini tribuendũ sit in sanctionibus ecclesiasticis,ponitur in c.ecclesiarum,in 11.d.& in c.catholica,eadẽ d.vbi dr̃,Ecclesia catholica per orbem terrarũ diffusa tribus modis ꝓbat̃ existere.Quicquid enim in ea tenetur, aut autoritas est scripturarũ,aut traditio vniuersalis, aut certè ꝓpria & particularis ĩstructio &c.Et dicit tex.in d.c. in his reb⁹ de quibus nil certi statuit diuina scriptura, mos populi Dei,& instituta maiorum pro lege seruanda. Cùm ergo hic in hac veneratione sanctorũ nõ solum sit mos populi,sed ẽt diuina scriptura, autoritas ecclesiæ vniuersalis,& summorum Põtificũ,nõ est dubium,ꝙ illa vniuersalis cõsuetudo nos astringit ad honorandũ,venerandũ,& laudandũ sanctos vltra rationes supra dictas,in præced.consi.adductas.

Quartò etiam solennitates sanctorum sunt celebrandæ,& honorandi sunt sancti in eorum festiuitatibus autoritate principum secularium,videlicet Valentiniani.& Theodosij imperatorum,qui ordinauerunt commemorationem duodecim apostolorum, esse celebrandam.vt in l.omnes dies.C.de ferijs.

Quintò,& vltimò ꝓbatur autoritatibus plurium doctorũ,qui tenent decisiuè sanctos esse venerãdos, honorãdos,& glorificandos.In primis dicit Amb.in quodam serm.de sanctis martyrib.Cùm omniũ sanctorum martyrum fratres deuotissimè natalem celebrare debemus,tum eorum præcipuè solẽnitas tota nobis veneratione curãda est, qui in nostris domicilijs propriũ sanguinẽ profuderunt, & ibi: Cũcti igitur martyres percolendi sunt.& statim post.ideo fratres veneremur eos in seculo,quos defensores habere possumus in futuro.& dicit Hieron.in epistol. ad Riparium alle.per Ant.Fl.in sua sum.par.3.ti.12.c.9.in prin.Honoramus autem martyrum reliquias,vt ei⁹ cuius martyres adoramus,honoremus seruos, & honor seruorũ redundet in dñm.& idem Hieron. in sermone de assump.B.Mariæ virginis,dicit. Si deum fratres charissimi,ore ꝓphetico in sanctis suis laudare iubemur,multò magis in veneratione Beatæ Mariæ.Et Aug.in serm.de nat.B.Io.Baptistæ,dicit. Post illũ sacrosanctum Dñi natalis diẽ, nullius hominũ natiuitatẽ legimus celebrari,nisi solius Beati Ioã.Baptistæ. In alijs sanctis, & electis dei nouimus illum diem coli quo illos post consumationẽ laborũ, & deuictum triũphatumq; mundum in perpetuas æternitates p̃sens hæc vita parturit:in alijs cõsumata vltimi diei merita celebrantur.In hac prima dies & ipsa ẽt hominis cõsecrant̃,eo q̃a p hũc dñs aduẽtũ suũ ne subitò hoĩes ĩsperatũ nõ agnoscerent, volunt esse testatũ.Et idẽ Aug.in serm.de Assumpt.Beatę Marię dicit illũ diem Venerabilẽ cunctis aliis honorandũ: hũc satis p̃posterum iudicandũ esse,vt cũ Sãctorum celebramus victorias martyrũ, illius solẽnitatẽ illis nõ præferamus,q̃ huic mundo edidit principẽ martyrũ, & per quam meruimus autorẽ vitæ suscipere. Et etiam dicit Floren.in sua sum.par.3 tit.12. c.7.§. 2. ꝙ sancti sunt adorandi non ea adoratione qua

adoratur deus, ſ. latriæ: id eſt non eos adorantes, vt creatores, vel datores gratiarũ, ſed vt participãtes dei bonitatẽ per gratiã, vel vanãgloriam, & vt noſtri interceſſores: & ſic, vt dicit, Abrahã angelos adorauit, Gene. 18. Et Cornelius centurio Petrum, Actu. 10.

Sãctus Dionyſius ẽt ĩ ſua eccleſiaſtica hierarchia, c. 3. 3. par. dicit verba ſequẽtia. Enimuero ſanctorũ, poſt pacẽ illã nominũ prædicatio, eos ꝑconio attollit, qui piè ſanctèq; vixerunt, & ad finẽ vſq; virtutis vitã conſtanter nuſquã ab ea deflectendo tenuerunt. Nos quidẽ ad imitandũ beatiſſimũ illorũ habitũ, atque ad diuina appetẽda præmia prouocãs ac ducẽs. illos ãt veluti viuẽtes ꝑdicãs, qui (vt theologia ait) nõ morti, ſed in diuinã penitus vitam ex morte tranſlati ſunt. Et dicit ẽt S. Bernardus in ſermone de ſolẽnitate omniũ ſanctorũ, in prin. Feſtiuitas omniũ ſanctorũ hodie celebratur, & dignũ eſt, vt cum omni deuotione celebretur. Et amplè Io. Damaſcenus in lib. de fide orthodoxa, c. 16. dicit, & tenet ſanctos eſſe horãdos, vt amicos Chriſti. Io. 15. Vos amici mei eſtis, vt dictũ eſt ſupra. Vt filios, & hæredes dei, vt hr̃ Ioã. 1. Quicũq; autem receperũt eum, dedit eis poteſtatẽ filios dei fieri. Et hr̃ ad Ro. 8. Si aũt filij, & hæredes quidẽ dei, cohæredes ãt Chriſti. Et ibi amplè declarat Damaſcenus ſanctos eſſe venerandos ꝑ ſingulos ſanctorũ ordines apta ꝓgreſſione, deiparam, vt propriè, & verè Dei matrem honoremus, de qua ſ. dixi. Precurſorẽ Ioãnẽ, vt præcurſorẽ, & Baptiſtã miſſum, & martyrẽ: de quo ĩ. dicam, Apoſtolos, vt frẽs dñi, & inſpectores, & miniſtros, in paſſionib. eius: videat ibi amplè Damaſcen. & de laudibus ſanctorum fecit Rupertus de Licio librum unum.

VIgeſimaquarta cõſi. Etiã, ꝙ ſancti ſint honorãdi, demonſtrabit quibuſdã exẽplis, q̃ poſuit Iudoc⁹ Clictoueus in ſuo tractatu de veneratione ſanctorũ, compoſitus ad reprobandũ errores aliquorũ, & maxime Lutheri Alamani, & quorundam ſequacium.

Et in primis adducit exemplum de ſancto Patriarcha Ioſeph. qui, vt hr̃ Gen. 41. Vbi poſtquã interpretatus fuit ſomniũ Pharaonis regis ægypti, ſuggeſſeritq; cõſilium quo futuræ fami ſeptenni occurreret dixit ei Pharao: tu eris ſuper domũ meam, & ad tui oris imperiũ cunctus populus obediet, vno tanto regni ſolio te ꝑcedam: ecce conſtitui te ſuper vniuerſam terrã ægypti, Tulitq; Pharao anulũ aureum de manu ſua, & dedit in manu eius, veſtiuitq; eum ſtola byſſina, & collo torquem aureum circũpoſuit, fecitq; eum aſcendere ſuper currum ſuum ſecũdũ clamante ꝑcone, vt omnes coram eo genuflecterent, & præpoſitum eſſe ſcirent vniuerſæ terræ ægypti.

Certè ergo, vt dicit idẽ Iudocus Clicthoueus, Ioſeph ob nimiã animi ſagacitatem, & prudentiã à Pharaone in excelſum dignitatis culmen à carcere ſublatus nõ abſurdè ſanctorũ quẽlibet nobis ſignificat, ob vitæ ſanctimoniã præclaraq; opera ex huius mundi ergaſtulo in ſublimem thronũ regni cęleſtis euectũ; à deo ſuper omnia bona domini ſui conſtitutum, ꝙ ſeru⁹ fidelis, & prudẽs ĩ vita fuerit, iuxta illud Lucæ 12. Nũc deus ſplẽdida immortalitatis adornatũ ſtola, coronaq; rutila decoratũ publico eccleſiæ præconio vult à cunctis ẽt pia veneratione coli, vt celſitudo gloriæ eius ac ſublimitas omnib. innoteſcat, quẽ admodum Pharao ipſum Ioſeph à cunctis regni ſui incolis voluit ſublimen regio curru honorari.

Pro ſecundo exẽplo adducit hiſtoria Mardochęi, de qua hr̃ Eſter 6. Qui ob detectas inſidias duorum eunuchorũ regis Perſarũ, q̃ conſpirauerãt ĩ necẽ Aſſueri indutus ſtola purpurea, & ĩpoſitus equo regio, circũduct⁹ eſt iubẽte rege ꝑ plateas ciuitatis ab Amã vno ex primorib. eius clamãte in ꝓpatulo. Sic honorabit quẽcunq; rex voluerit honorare. Ecce Mardochæus vir ſpectabilis ꝓbitatis ac fidei, nõ ſolũ ſtolã accepit regiã, & ſplẽdidis veſtibus magnificè eſt amictus, ſed & equo regio ĩuectus ſui honoris publicum habuit ꝑconẽ palã buccinantẽ: Hoc honore cõdign⁹ eſt, quẽ rex voluerit honorare. Qđ vt dicit Iudocus Chlictoueus, planè nobis inſinuat ſanctos ipſos ꝑ ĩeloquibilẽ illã gloriã, qua exaltant ĩ cœlis, ẽt diuino bñplacito, & ordinatione ĩ terris honorãdos eẽ, quo aliis pateſcat magnitudo honorificẽtiæ, quam obtinẽt ĩ cœlis: de qua ſtatim aliqđ dicã ſummatim.

Pro tertio exemplo huius noſtræ materiæ adducit illud Dan. 2. qđ ponit Iudocus ĩ dicto loco de Daniele, q̇ poſtquã Babylonis regis ſomniũ, qđ eius animo exciderat enarrauit, & ſapiẽter vt cęlitus fuerat ſibi inſpiratũ interpretatus eſt: Rex ipſe nouitate reſerationis tantorũ myſteriorũ attonitus pariter, & ꝑmotus, illũ in ſublime, vt dicit ſcriptura, extulit: & munera multa, & magna dedit ei, & cõſtituit eũ pricipẽ ſup oẽs prouincias Babilonis, & ꝑfectũ, & magiſtrũ ſup oẽs ſapiẽtes Babylonis. Nimirũ hęc Dan. ſublimatio à rege, aptè nobis ſignificat exaltationẽ, illã ſanctorũ in regno cęleſti, quia ob actæ vitæ ſanctitatem ſubuehũtur ad ſedes æthereas, ac glorificantur. Et hęc honorificẽtia de qua ſ. clarè nobis inuit pręclarũ honorẽ ex dei decreto, & ſanctione à mortalib. exhibẽdũ ſanctis, q̧ ita à deo honorant in cœlis.

Pro quartò exemplo inſequẽdo prænominatũ Iudocum inferemus, q̃ eſt Dan. 5. qui cũ ſcripturã manus apparentis regi Balthaſar ĩ cõuiuio, diuinitusq; exarantis q̃ vẽtura erãt, legiſſet, & interpretatus fuiſſet, rege iubente ĩdutus eſt purpura, & circũdata eſt torques aurea collo eius, vt ſacra refert hiſtoria: ꝑdicatumq; eſt de eo, ꝙ haberet poteſtatem tertius in regno. Et vt dicit Iudocus, hęc ẽt Danielis honoratio, ſm regis pollicitationem, cuiuſuis ſancti in cœleſtẽ tranſlati curiam, deſignat glorificationem. Prędicatio vero illa de pricipatu eiuſdẽ ꝓphetę tertio poſt regem loco obtinendo in regno, nobis publicam inſinuat venerationem, qua ſanctum quemlibet in cœlo glorificatum vult deus etiam ĩ terris piè honorificari. Et de huiuſmodi veneratione ſanctorum, vide eundem Clicthoueũ in ſuo ꝓpugnaculo eccleſię aduerſus Lutherañ. li. 1. de forma miſſę. c. 14. 15.

VIgeſimaquinta cõſi. Feſta ſanctorum celebrant ab eccleſia die qua mortui ſunt, & non die qua nati ſunt: quia illa die qua moriunt, naſcunt ad gloriam. gl. in l. cũ quidam. ff. de annuis legat. Gl. inſtit. de ingenuis, in fin. Ludouicus Romanus ſingulari ſuo 34. adde & aliam gloſam in capit. non licet. 33. q. 4.

q.4. Et vide Pan. in c. licet. in 7. not. de ferijs. Et hoc est qđ intẽdit Ecc. 7. Vbi in principio dicit, ꝙ melior est dies mortis. s. iustorũ, q̃ tũc viuere icipiũt, quàm dies natiuitatis. Propter quod vetus Gallorum mos fuit pecunias aliq̃n credere, & mutuo dare sibi reddẽdas apud inferos: quia cũ ex doctrina Druydũ Põtificũ suorũ de quib. Cæsar in commen. suis de bello Gallico, li. 6. plenè meminit, animas crederẽt immortales, sicut Pythagoras palliatus, i. Grecus pallio more Grecorũ indutus credidit: & sic maius premiũ ex charitate à diis immortalibus cõsequi sperabãt post mortẽ perpetuò viuituri. De quibus Valer. li. 2. de institutis antiq. & sic nõ abs re, quinimo prudẽtissimè & catholicè ꝓspexit ecclesia, ꝙ mors sanctorum vocatur eorũ natalitiũ, ẽm Lyrã vbi. s̃. In cuius vestigiũ cygnus cãtat dũ est moriturus ẽm Martia. ibi.

Dulcia defecta modulatrix carmina lingua:
Cantator cygnus funeris ipse sui.

Ideo sapiẽs debet lætari cũ moritur melius viuitur⁹ vt amplè declarat G. Benedicti in sua rep. c. Raynut. in verb. testamentũ. nu. 17. de testa. Fallit tñ in virgine Maria, & beato Ioan. Bap. quorũ natiuitates celebrant, cũ fuerint sãctificati in vtero à ventre matris. Et sunt tm̃ quatuor qui fuerunt sanctificati in vtero à vẽtre matris, vt Iob, Ieremias, Beata uirgo Maria, & Io. Bap. vt ait Petrus de monte episcopus Brix. in suo dictionario, in verb. sanctitas. §. quatuor. alleg. c. nisi. in gl. 2. extra de renunciatione.

Vigesimasexta cõsi. Credo, ꝙ Adã tanq̃ pater omnium, & primus patriarcha sit primus post Mariã. Et ita videtur tenere Barth. Veronen. in tract. de Imperatore militũ eligendo. in verb. rõne dignitatis. vbi allegat Dantẽ 32. c. Paradisi hoc ponentem.

Quei due che seggon la su piu felici,
Per esser propinquissimi ad Augusta,
Son d'esta rosa quasi due radici.
Colui che da sinistra le s'aggiusta,
E'l padre per lo cui ardito gusto,
L'humana specie tanto amaro gusta.
Dal destro, uedi quel padre uetusto
Di Santa Chiesia, à cui Christo le chiaui
Raccomandò di questo fior uetusto.

Vigesimaseptima cõsi. In ordine sanctorum in paradiso vr̃ ꝙ patriarche, seu prophetæ sint pferẽdi, & oĩb. aliis sanctis anteponendi: cum, vt videmus in actibus ecclesiasticis maximè in letaniis ꝑponunt apostolis, & inter illos Ioan. Bap. vr̃ esse maior: q̃m, vt habetur Matt. 11. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioan. Bap. quod testimonium est ipsius Iesu qui de eo dicit, ex quo illi credẽdum est.

Ipse. n. patriarcha fuit, & propheta, & plusquã ꝓpheta. De cuius laude, & gloria in celo, & mundo, & de alijs patriarchis, & ꝓphetis videatur amplè Ant. Florẽ, in sua sum. in 3. par. ti. 31. c. 7. p totum: ad quẽ recurras in materia laudis, & excellẽtie patriarcharũ, ꝓphetarũ, & Ioan. Bap. & in fin. illius. c. ponitur, qũo fuit propheta de preterito, presenti, futuro, & p uisionẽ intellectualẽ, sensibilẽ, & imaginariam.

Vigesimaoctaua consi. erit ex dictis Gabrielis Barlette in sermone pro festo sancti Ioannis Bapti. qui quærit de dubio. Vtrum iuxta verbum Christi, Matth. 11. & Luce 7. Inter natos mulierũ nõ surrexit maior Ioã. Bap. Ioãnes Bap. sit oĩbus sãctis maior? & circa hoc adducit quadruplicem opinionem.

Prima est, vt dicit, ꝙ apostoli sunt maiores, & rõnẽ esse dicit. Ex quo illi sunt maiores omnibus sanctis, qui abundantius sup oẽs habuerunt spiritũ sanctum, sed apostoli fuerũt huiusmodi: q̃m, vt dicit S. Tho. super illud Rom. 8. Nos ipsi primitias spiritus habentes, dicũt Apostoli, & tpe prius, & ceteris abũdantius spiritum sanctũ habuerunt. Ideo prima parte. q. 44. articulo 7. in primo sententiarũ, dist. 16. articulo secundo Ioannes Scotus in 4. & Duran. eiusdẽ ordin. Apostoli sunt preferẽdi omnibus sanctis, tanq̃ abundantius spiritum sanctum habentes.

Secunda opin. ꝙ Ioãnes euangelista, & si non sit maior, tñ æqualis: & ratio huius est, quia ꝓrogatiuæ quæ sunt Ioan. Baptistæ concessæ, etiam Ioanni euãgelistæ. Et secundũ Petrũ Damianum sunt quinque.

Prima, quia Ioannes fuit virgo, & Ioannes euangelista similiter: qui corrumpi nõ potuit in terra pp eius virginitatem, nec etiam dominus permisit corpus eius in feruentis olei dolio destrui.

Secũda, quia Ioã. Bapt. fuit germanus Christi, filius Helisabeth cognatæ Virg. Mariæ. Io. euangeli. in hoc excessit eũ, quia fuit nepos eius, videlicet filius Salome sororis matris.

Tertia, quia Io. Baptista fuit sanctificatus in ventro matris, Luc. 1. Spiritu sanctũ replebitur adhuc ex vtero matris: & Ioannes Euangelista, licet non fuerit sanctificatus in vtero matris, tamen accepit spiritũ sanctũ tempore Pẽtecostes cum alijs apostolis.

Quarta, quia Ioan. Bap. fuit propheta. Ioan. j. Post me venturus est, qui añ me factus est. Et ẽt prophetizauit in vtero, Luc. j. Exultauit infans ĩ vtero meo. Et plus quàm propheta, Ioan. j. Ecce agnus dei. Ioãnes euangelista fuit propheta in Apo. quia futura ꝓnũciat. Et plus quã ꝓpheta, quia fuit apostolus, q̃ excedit oẽs, cũ abundantius habuerit spiritũ sanctum. Et Apos. i. missus. Vñ Ioã. 1. Fuit hõ missus à deo.

Quinta, quia Ioan. Bapti. fuit martyr, ab Herode decollatus. Ioã. euangelista fuit martyr mortaliter: quia, vt dicit Petrus Damianus, ille qui perforauit cor Mariæ, illemet cor Ioan. euangelistæ perforauit, vnde videtur, ꝙ ad minus æqualis erit Ioanni Bapt. & sic Christi verba, inter natos &c. non essent vera. Istas ẽt rationes, & cõparationes refert Robertus de Litio, in quodã sermone de S. Ioanne euã. & conclu dit, quis istorũ sit maior, vel minor, non est curandũ cum bene cõcordes sint in cœlis. ideo non est disputãdũ de eis in terra: pro quo recitat ibi miraculum. Et, vt dicit Dominicus post Io. And. in c. vnico de reliquiis, & veneratione sanctorum, in 6. Periculosum est de meritis sanctorum disputare.

Tertia opinio, vt dicit idẽ Barlette, ꝙ Moyses fuit eximius ꝓphetarum: quia Ecclesiastici 44. dicitur. Nõ est inuẽtus similis illi, qui cõseruaret legẽ excelsi.

Quarta opinio est, ꝙ fuit Adã, qui creatus est nõ genitus, & pater omniũ. Hinc dicit Petrarcha, ꝙ est primus post Virginem Mariam: de quo Bartholo-

meus Veronen. in tract. de Imperatore militum eligendo. in verbo, ratione dignitatis, sed tamē de Adā non est bona argumentatio, eo quia non surrexit inter natos mulierum, sed à Deo creatus, & ideo non comprehensus in dicto Christi.

Quinta opinio est Iesu Christi (cum quo sub venia nos erimus) vt dicit Barlette in dicto loco, quia vera: cū qua opinio est Tho. 2.2.q.174. artic. 4. ꝙ inter natos mulierum non surrexit maior Io. Baptista, vt habetur Matth. 11. Quā cōclusionem comprobat idem Barlette in dicto loco triplici ratione, quæ extrahuntur à doctoribus.

Primò ratione diuinalis pręnominationis: qm̄, vt dicit S. Tho. 3. par. q. 27. art. 5. ꝙ diuina prouidētia, quoties mittere voluit aliquē sanctum virum in mūdo pro vniuersali pręparatione, voluit illum prius mūdo ostendere duplici modo. Primò verbo ꝓphetico. Secūdo signo diuino: quod patet triplici lege. Primò in l. naturę, qn̄ misit Noe in impositione nominis. Gen. 5. dicit. Pater eius Lamech, vocabitur nomē eius Noe. Iste cōsolabitur nos ab operibus manuū nostrarū in terra, cui maledixit dn̄s. Secūdò in lege scripturę de Moyse p signū diuinū, qn̄ in terrā, proiecit coronā regis. Tertio in lege gratię tempore Christi, qn̄ missus est Ioan. Bap. q ostensus est verbo prophetico per angelū, Luc. 1. Erit magnus corā domino. Et ista magnitudo fuit in plurib. s. circa eius aduentū, in eius conceptione, & in eius natiuitate. Et circa laudē illius quam habuit ab ipso Christo, q eum laudauit in constantia, in austeritate, in prophetia, & in perseuerantia, vt ibi dicit Barlette.

Et ex quo sequit̃ secundò, ꝙ fuit maior inter natos mulierum ex diuina commendatione, ex qua sumuntur laudes, & magnificentię ipsius, quas ponit idem Gabriel in dicto loco. ver. Secundum dicitur.

Ex quo & tertio sequit̃, ꝙ infusę sunt, & fuerunt, in Ioāne infinitę gratię: qm̄ fuit angelus, fuit patriarcha, fuit propheta, & plus quàm propheta, magnus corā dn̄o, Apostolus, martyr, confessor, virgo, eremita. & ibi cōcludit illū omnibus cęteris prępositum: qđ credo esse verū, & sum in hac opinione, ꝙ post Mariā est primus in cœlo, & habet proximiorem sedē, & sedet ante oēs, & quoscūq;: quia magis dilect⁹ à Deo pp eius gratā virginitatē, pp eius gratā humilitatē, & pp eius gratā charitatē: q̃ tria ibi amplè explicat, & declarat idē Gab. ĩ fine ibi: Tertiū dicit̃ &c.

Et de eodē, & eius excellentia videatur ēt Ioānes Ludouicus Viualdus in suo opere regali, in tract. de pugna partis sensitiuę, in 4. notab. vbi etiam amplè. Et ibidem etiam uide de laude, & excellentia oīum patriarcharum, & prophetarum, quos videre poteris cum de unoquoque veniet ad propositum.

Legimus & de Ioan. Bapt. ꝙ triplex mirabile munus gratię habuit in vtero adhuc existēs. Primò gratiam qua in utero sanctificatus fuit: vnde fuit ante sanctus, quàm natus, in quo cum Ieremia conuenit. Secundò gratiā habuit, qua in vtero prophetare meruit: qm̄ in utero matris exultās Deū adesse cognonit. Tertiò gratiā habuit, qua suis meritis matri prophetię spiritū tradidit. De quib. amplè G. Bened, in sua rep. c. Ray. in verb. & soboles q̃ gestabat. nu. 22. extra de test. vbi cōcludit ex verbo Chr̄i, ꝙ null⁹ surrexit maior Ioā. Bap. ĩter natos mulierū corruptarū.

Vigesimanona cōsi. Ex primoribus ecclesiæ tā militātis, quā triūphantis censentur apostoli, q ēt vn̄r pręferri debere patriarchis & prophetis. Qm̄, vt hr̄ ad Ephe. 4. ponit apostolus narrando dona collata à Christo in ædificationē corporis sui, i. ecclesiæ. Primò ponit apostolos, deinde omnibus loquēs, ait: Estis ciues sanctorū, & domestici dei superædificati supra fundamentum apostolorum, & prophetarum ipso summo angulari lapide Chr̄o IESV. s. doctrinā eorum vtrunq; siue testamentum, siue populum Iudæorum, & gentiū. Christus lapis angularis dictus, quia vtrunq; in se cōiungit: & ideo se excusat, & rōnem reddit Ant. Flo. in 3. par. suæ summæ. tit. 31. c. 8. ꝙ prius de ꝓphetis quā de apl̄is scripserit, & eos in ordine suæ scripturæ præposuerit, reddens rōnem solam, eo quia tēpore præcesserunt apostolos.

Sed videtur ꝙ sunt præferendi tanquā principes populorū, vt habetur Ps. 46. Principes populorū cōgregati sunt cū deo Abraham. & ps. 44. Constitues eos principes sup oēm terrā. Et de his habet̃ Apoc. vlt. cū dr̄. Quod murus ciuitatis, s. supernæ Ierusalē est habens duodecim fundamenta, & in eis duodecim nomina apostolorum & agni, & post cherubin, & seraphin incessabili voce clamantia, Sanctus &c. dn̄m laudat in cœlis gloriosus apostolorū chorus, quorū dignitas est veneranda; qm̄, vt canit ecclesia, Ecclesiarū sunt principes, belli triumphantis duces, cœlestis aulæ milites, & vera mūdi lumina. Et quilibet habuit principatum sibi à deo decretum magnæ prouinciæ vel regni.

Nā Andreas fuit princeps ppl̄i Achaiēsis ĩ Gręc.

Iacobus maior princeps populi Hispaniæ, & qđ sibi defuit honoris in mundo, quia in capite anni à passione Christi in Iudæa decapitatus est, hoc deus suppleuit post mortem, quia in maiori veneratione est corpus eius, quàm alicuius apostoli.

Thomas princeps Indiani populi, quem conuertit Iacobus minor Ierosolymorum populum regens primus ibi archiepiscopus fuit, & primus missam cātauit seu legit, vt in c. fi. 66. dist.

Phili. Syriam, seu Scythiā specialiter gubernauit.

Bartholomeus (cuius nomē porro) Armeniam, & Licaoniā. De cuius vita, & martyrio ponit Ant. Flo. in sua historia, parte prima, titulo sexto, c. 12. cuius verba hic inserere volui ad laudē, & decorem ipsius & nominis eiusdē. Dicit. n. ꝙ Batholomæus interpretatur filius suspendentis me, vel filius suspendentis aquas. De eo dicit Dionysius ĩ libro de mistica theologia. Diuus Barth. dicit multam esse theologiam, & minimam, & euangelium latum esse, & magnum, & rursus concisum: vult dicere, ꝙ vna consideratione, omnia possunt de Deo affirmari, & alia magis propriè de deo negari. Euangelium est concisum, i. breue quo ad finē, qui est fides Christi, & charitas. Latū autē, & magnum ratione materiæ propter innumera documenta, & mysteria comprehensa.

Hic vnus fuit ex senatoribus ecclesię apl̄is Christi,

sti, vt patet Luc. 9. & 6. Mar. 3. & Mar. 10. & dicā infra in consideratione seq. & post aduentum Christi intrauit in Indiam q̄ est in fine orbis, & ad quandam ciuitatē deueniens habitare cœpit in tēplo, vbi colebatur deus Astaroth. Diabolus aūt habitans in illo idolo ita decipiebat hoīes, immittens quasdam infirmitates, vt ipsi infirmi pro sui liberatione sacrificia idolo offerrēt, quo facto diabolus ab illa passione illata cessabat. Cum aūt tēplum Astaroth languentib. esset plenum, & q̄rentibus, vt solitum erat, nullū diabolus p idolum daret rñsum, pgūt ad vicinā ciuitatē vb colebat Berith, interrogātes eū quare Deus suus eis non daret responsa, Berith rñdit: Deus vester catenis igneis religatus est, ita vt nec loqui, nec respirare valeat, ex quo Apost. dei ciuitatē vestrā ingressus est. Aiunt illi, Quis est iste Bartholomeus? Inq̄t, Amicus dei oīpotentis est, & ad hāc ꝓuinciā venit, vt euacuaret oēs deos Indiæ. At illi, Da nobis signū eius, in quo valeamus eū discernere inter tot milia hoīum, & cognoscere eū. Quib. dęmō ait, Capilli ei⁹ nigri & crispi, caro candida, oculi grandes, nares æquales, & directæ, barba ꝓlixa, hñs paucos capillos canos, statura æqualis, colobio albo, clauato, purpura vestit: induit pallio albo, qđ p singulos angulos gēmas habet purpureas. Vigintisex anni sunt ex q̄b⁹ vestiméta ei⁹ & sandalia nec veterascūt, nec sordescūt: cēties p diē orat, centies p noctē: angeli dei eū comitant, qui nec eū sinunt fatigari, semp eodē vultu & aīo lętus & hilaris pseuerat. Oīa p̄uidet, oīa nouit, oīum linguarū notitiā hēt: & qđ nunc loquor vobiscū, ipse iam nouit. Cum eū q̄sieritis, si uolet ostendet se vobis, si noluerit, non poteritis inuenire: rogo aūt vos, ut cū eū inueneritis, deprecemini eū ne huc veniat, & similia Astharoth mihi faciat. Euntes ergo, cum p duos dies solicitē q̄sijssent, nec īuenire possent, altera die quidā dęmoniac⁹ ambulās iuxta eū clamauit, dicēs, Apostole dei Barth. īcēdūt me orōnes tuę. Cui Barth. Obmutesce, & exi ab eo. Qui subito liberat⁹ est. Audiēs aūt hæc Rex illi⁹ ꝓuinciæ noīe Polemi⁹. Cū hēt filiā lunaticā, misit ad illū rogās, vt ueniret & sanaret filiam suā dęmoniacā. Apl'us vero accedēs ad palatiū regis, cū vidisset illā cathenis ligatā, eo q appropinquātes sibi morsibus lacerabat, iussit eā solui: cū ministri timerent hæc agere, dicit: Ego dæmoniū illud ligatū teneo, & vos timetis, quā solutā subitō à diabolo liberauit. Misit aūt rex Polemius multos camelos oneratos auro & arg. & lapidib. p̄ciosis, ut q̄rētes dei apl'm ei p̄dicta ex munere regio offerrēt. Cū ergo inuenire nō potuissent, reuersi sunt ad regem. Ipse uero apl'us mane sequēti, cum rex solus esset in cubiculo apparuit, dicens. Et quid per totam diem hesternam me fecisti q̄rere cum auro & lapidibus preciosis? Hęc necessaria sunt his qui terrena & carnalia cupiunt: ego aūt nil mundanum requiro. Tunc apost. loquēs ei de mysterio nr̄æ redēptionis, ostendit ei Christum diabolum vicisse per mirabilem congruentiam, potentiam, & sapientiā, & iustitiam. Quib. declaratis, dicit apost. Si baptizari disponis, ego tibi & populo dabo Deum uestrū cathenis religatum. Qđ cum affirmasset se facere paratum die sequenti, congregatis sacerdotib. Astaroth & pp'lo ad tēplum, cum sacerdotes ei īmolarēt in p̄ntia regis & populi, dęmō in statua clamare cœpit, & dicere. Cessate miseri mihi sacrificia offerre, ne peiora, q̄ ego patiamini tormēta. Qui catenis igneis religatus sum ab angelis Iesu Christi, qui crucifixus est à Iudęis putātib. eum à morte detineri: ipse autem IESVS per mortem regiam nostrā deuicit, & principem mortis dñm nr̄m vinxit. Statimq; oēs miserūt funes, vt simulachrum euerterēt, sed non valuerunt. Apostolus autem præcipit dęmoni, vt idolū illud cōminueret, & oīa illa simulachra tēpli per seipsum confrigeret: quod & factū est. oēs infirmi qui erant in templo sanati sunt orante ꝓ eis apostolo, qui & templum Christo dedicauit. Sed & angelus dñi circumuolans templū in humana specie apparens, in quatuor angulis templi signum crucis insculpsit, dicens. Sicut sanati sunt infirmi ab apostolo à languorib. suis, ita sit hoc templum mundatū ab immundicijs & habitatore eius diabolo: sed antequā pgat in desertum (quo apostolus eum ire præcepit) ostēdā vobis eius horribilitatem quem uideatis non timeatis: sed signum illud quod insculpsi in tēplo frontib. vestris imprimite. Tūc viderunt omnes Aethiopē fuligine nigriorem, facie acuta, barba ꝓlixa, crinib. vsq; ad pedes ꝓtensis, oculis igneis scintillas vt ferrum igneum emittentib. flāmas sulphureas ex narib. spirantem, catenis igneis vinctum retrò manib. Et dicit ei angelus dñi. Quia apostolo obediens oīa idola templi cōfregisti, soluā te, & pge in desertū locū, vbi nullus hoīum morat, ibi māsurus vsque ad diē iudicij. Qui cum magno strepitu & vlulatu disparuit, angelus cūctis vidētib. ad cęlū ascendit. Rex verò Polemius cū vxore & filiis & oī familia baptizatus est, multusq; pp'ls cum eo, qui ēt Polemius relicto regno apl'i discipulus effectus est. Pōtifices verò idolorū ad Astyagē regē fratrē dicti Polemij cōuenerūt, & de deorū suorū iniuria ac tēpli mutatione, ac fratris sui p artē magicā deceptione cōtra apl'm conquesti sunt. Astyages aūt vehemēter irat⁹, misit mille viros armatos ad quærendū apl'm, & captū ducendum ante ipsum. Eo autem adducto corā se, ait Astyages. Tu es qui euertisti fratrem meū? Cui Apl's, Ego non euerti, sed conuerti fratrem tuū. Et Astyages. Sicut tu fecisti fratrem meū relinquere Deū suum, & tuo sacrificare, ita ego faciā te Deū tuum deserere, & meū adorare. Apl's verò ait ad eum. Ego Deum quē adorabat frater tuus ligaui, & ligatū ostēdi, & eū cōfringere statuam feci: si ita tu feceris Deo meo, poteris me ad simulachrum prouocare. Si ego verò Deos tuos cōminuā, & tu crede Deo meo. Hæc eo dicēte, nunciatum est regi, q Deus suus Baldach cōminut⁹ cecidisset in terrā. Qđ audiens rex præ tristitia scidit purpuram, qua erat indutus. Et apl'm iussit fustib. cędi, & cęsum viuū excoriari, & demū excoriatū decapitari mādauit. Sicq; p martyrij palmā ad cęlū volauit. Fideles aūt corpus apostoli accipientes honorificè sepelierunt. Astyages autem & pontifices idolorū arrepti à dæmonib. suffocati sunt. Polemius verò factus episcopus, viginti annis laudabiliter ecclesiam rexit, & virtutibus plenus in domino requieuit.

Quia

Quia verò de morte eius varia est opinio. Nam B. Dorotheus dicit, quod Bar. in Albano ciuitate magna Armeniæ crucifixus est capite deorsum. Beat⁹ verò Theod. ꝙ fuit excoriatus, ab alijs asseritur ꝙ fuerit decollatus: q̃ ita possunt concordari, ꝙ fuerit primò excoriatus, exinde crucifixus, demum nōdū mortuus decapitatus. Post aliquod tempus corp⁹ B. Barthol. ad insulam Liparitanam circa Siciliam translatum est: infideles aūt insulā illam inuadētes, & oīno deuastātes circa an. Dñi 331. ossa Apostoli per plateam sparserunt, sed iussu ipsius Apl̃i apparentis vni sancto viro in somnis, & designata q̃ essent ossa, s. splēdentia vt ignis, collecta sunt, & Beneuentū Metropolim in regno Apuliæ ab ipso delata, & cōiter tenetur corpus eius haberi Beneuēti, licet & Romani asserant se illud habere. Hæc dicit Ant. Flo. in sua hist. par. 1. ti. 6. c. 12. sed in par. 2. ti. 24. c. 4. §. v. dicit illam trāslationem fuisse tempore imperii Caroli, qui fuit 706. ab incarnatione Dñi, & ibi ponit ample modū exhortationis factæ viro sancto, vt eius ossa cōgregaret, qui bis recusauit: & ꝙ miraculosè nauis vbi ossa eius erant, euasit ab incursu infidelium. Redeūdo ergo ad propositum vnde digressi fueramus, dignitates apostolorum conscribamus.

Mattheus Aethiopiam nigram, candidā doctrina fidei effecit.

Simon prius Mesopotamiam.

Thadeus eius germanus Aegyptum simul ambo per fidem illustrarunt.

Matthias Iudæam in sortem accepit, & primus legitur ordinatus in clericum per apostolos. tex. & ibi gl. in clericos. 21. distin.

Ioānes euang. Asiam, cuius septē ecclesiis Apoca. scripsit, & à quibusdā viuus adhuc opinatē creditur in paradisum terrestrem translatus, vt cū Enoch & Elia contra Antichristum p̄dicet, vt de statu legis euang. habeat testis Io. sicut de statu legis naturæ Enoch, & de lege Mosaica Elias hñr: qđ tenet d. Ioan. Dñici in quodam suo dialogo, allegato p Anto. Flo. in sum. 3. par. ti. 31. c. 8. §. 1. vbi p̄dicta de apl̃is dicit, subiūgēs tñ qđ cōius creditur in patria cū cęteris in corpore, & anima. quia corpus eius inuenitur, vl̃ in aīa tm̃, exponentes illud, Sic eum volo manere donec veniam. Io. vlt. quia non ad aduentum vel ad iudicium refertur, sed ad aduentum in regno ecclesiæ iā per orbem diffuso. Ipse veniet pro eo sine martyrio in pace migraturus.

Paulus princeps fuit totius ferè orbis p̄dicando.

Sed Petrus non solum pontifex Galatiæ, Cappadociæ, Antiochiæ, ubi p̄dicauit & Romæ, sed absolute princeps fuit totius ecclesiæ autoritate & iurisdictione plenaria sibi tradita, non ab apostolis cęteris, vel conciliis, sed à domino Iesu Christo, vt infra plene in sequenti consideratione dicam.

Principes ergo apl̃i fuerunt ecclesiarum, & pp̄lorū facti à dño Iesu Chr̃o, vt ecclesias gubernarent & ordinarēt circa diuinum cultum, populos meritis & virtutum exēplis ad salutem traherent, debellādo hostes interiores vitiorum, doctrina & miraculis orbē illustrarent, quod qūo fit: ample demonstrat. Ant. Flo. in sua sum. par. 3. ti. 31. c. 8. v. 1. vbi ample p eos de symbolo per eos composito.

Itē ēt tanq̃ iudices duodecim tribus Israel, sedentes cū filio hoīs in sede maiestatis suæ, put sunt duodecim apl̃i qui secuti fuerunt Chr̃m in regeneratione, vt hr̃ Mat. 19. & Luc. 22. Et isti habent iudicium approbationis, ut dicit Arch. 8. q. 1. c. uereor. Et dēnt oēs alios præcedere, quoniam iudices cæteris sunt p̄ponendi, & in altiori sede, vt dixi infra in 7. parte. in prima consider. vbi dixi, ꝙ iudices debent hr̃e sublimiorem locum. facit. c. episcopus. 93. dist. Ex quo ergo apostoli fuerunt & principes nostri constituti, & iudices, debent quoscunq; præcedere, vt dictum est, igitur &c.

Et iste numerus duodenarius apostolorum p multas figuras diuinarum scripturarum mirabiliter præsignatus fuit, & a domino consecratus.

Primò per duodecim filios Iacob, omnes uno patre genitos, Genesis 25. & iterum 42. c.

Secūdò per duodecim fontes aquarum, quos in deserto Elim inuenerunt filii Israel, Exo. 15. & Nume. 33. c.

Tertio p duodecim lapides p̄ciosos, quos præcepit dñs ut ponerentur in ueste Aaron, Exod. 27. c.

Quartò p duodecim principes electos de duodecim tribubus Isr̃l, singulos p singulas trib. Ios. 3. c.

Quintò per duodecim durissimos lapides, quos p̄cepit poni Iosue in loco castrorum, ubi fixit tentoria, Iosue 4. cap.

Sextò per duodecim panes propositionis qui ponebantur super mensam in conspectu Domini, Leuit. 24. cap. & Exo. 25. cap.

Septimò per duodecim exploratores quos misit Moyses ad considerandam terram, quā daturus erat Dominus filiis Israel, Num. 13. cap.

Octauò per duodecim boues qui sustentabāt mare æneum. 3. Reg. 7. cap.

Nonò per duodecim præfectos quos posuit Salomon super omnem populum Israel. 3. Reg. 4. c.

Decimò p duodecim lapides quos tulit Elias iuxta numerum filiorum Israel, & ædificauit de lapidib. altare in nomine domini. 3. Reg. 18. c.

Vndecimò per duodecim stellas fulgentes in corona sponsæ, s. ecclesię, Apoc. 12. cap.

Duodecimò per duodecim portas ciuitatis Ierusalem, quas uidit Ioannes, Apoc. 21.

Tertiodecimò p duodecim fundamenta supnæ ciuitatis q̃ uidit Io. & in ipsis nomina apl̃orū & agni, de quibus iam dixi supra, & habetur Apoc. 21.

Decimoquarto p duodecim horas diei. Chr̃s est dies, de qua inquit Dauid, Ps. 83. Melior est dies vna in atriis tuis sup milia. Hic autē dies hēt duodecim horas, s. apostolos. Vñ ipse Ioānis vndecimo, ait: Nōne duodecim horæ sunt diei? In quo uerbo dominus Iesus non Iudam, sed successorē eius p̄uidebat. Hæc dicit Ioannes Ludouicus Viualdus in suo opere regali, in tractatu de pugna partis sensitiuæ & intellectualis, in quarto nota, vbi plenè ponit de excellentia omnium apostolorum in genere & in particulari, ideo eum videas ibi.

Trige-

TRigesima cōsi. Petrus apostolus, qui fuit inter apostolos dñi primus, obtinuit primatū ī ecclesia, & cōstitutus fuit princeps totius ecclesiæ: & iō primatū & primum locum in ecclesia triumphāte, hoc est in cęlo empyreo. Et ꝙ cōstitutus fuerit princeps totius ecclesiæ & apostolorum, probatur autoritate sacræ scripturæ in duodecim locis.

Primò Mat. 16. vbi dr̄: Tu es Petrus, & sup hanc petrā ædificabo ecclesiā meā: petra.n dr̄, ꝙ primus in nationibus fundamenta fidei posuerit, & tanquā saxum immobile totius operis Christiani cōpagem molemq; contineat. c. fidelior. 50. d. faciūt hæc verba tex. vt in beatissimo Petro oīum apostolorū summo principat' collocaret. Et in c. pceptis. 11. d. ibi: Cura & totius ecclesiæ principatus cōmittit'. & in c. cōsiderandū. ibi: Et tūc pposuit cæteris. 50. d. Et iō dr̄ Romana ecclesia caput esse omnium ecclesiarum, cum nō ab apostolis, sed à summo deo primatum obtinuit. c. in nouo. cū c. seq. 21. d. c. sacrosancta. 22. d. & c. cum beatissimus. 24. q. 1. & probatur in c. rogamus. 24. q. 1. ꝙ Petrus fuit caput ecclesiæ, cuius sedes iussu dei ab Antiochia fuit translata Romæ, & vt dicit tex. in c. cuncta per mundū. 9. q. 3. Petrus voce dñi principatū ecclesiæ tenuit. probant ēt tex. in c. relatū 9. q. j. & in c. audiuimus. ver. vnde cū omnibus. 24. q. j. & in c. Paulus. & c. Petrus. 2. q. 7.

Scđs locus sacrę scripturæ Ioānis vltimo, vbi dr̄, Pasce oues meas. Ex quo dicto probatur primatus & principatus seu platio Petri ponderando verba. p quo in c. significasti. in principio. & ibi glo. de electio. extra. & glossa fi. in c. considerādū. l. d. & glossa in verbo, tu es. in c. in nouo. 21. d. Quāuis enim Dominus noster IESVS CHRISTVS, omnib, apostolis in communi claues dederit, vt habetur Ioan. 20. & Matth. 18. Similiter omnibus discipulis præcepit pdicare: Marci vlt. & Mat. vlt. In his tamen non fuit datū regimen, sicut per hęc verba, Pasce oues meas, vt in c. in nouo. 31. d. quoniam reges dicūtur pastores. 3. Reg. 22. Vidi cunctum populum Israel dispersum in montibus, quasi oues non habentes pastorē. & Esa. 44. qui dico Cyro pastor meus, & omnē voluntatem meā cōplebis. Nemo nō nouit Cyrū potētissimū fuisse regē. qui Astiage auo materno interfecto transtulit regnū à Medis in Persas, & pbat Esa. 46. Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam. vbi taxat pastores velut maiores regentes, nō solum superintendentes. & Iere. 2. Sacerdotes non dixerunt vbi est dñs, & tenentes legē nesciuerunt me, & pastores pu aricati sunt in me. & in c. seq. & dabo vobis pastores iuxta cor meū, & pascent vos sciā & doctrina. Ipse quoq; cui data est ptās in cęlo & ī terra, & qui est rex regum & dñs dominantium, vt habetur Ps. 144. dixi supra in parte pręcedenti, in j. consid. est pastor bonus, ut hr̄ Ioā. 10. cuius Petrus dr̄ vicarius in terris, vt est tex. in c. 3. §. 1. de trāslatione epis. Similiter papa gerit vicem dei in terris, c. 2. circa principium de trāslatione epi. extra. & c. ad apostolicę. §. nos itaq; de snia & re iudi. in 6. & cle. 1. §. ideoq; de magistris. & Iesus dedit Petro claues regni cęlorū, ut habetur Mat. 16. in nouo. cum c. seq. 21. d.

Et qñ in sacra scriptura fit mentio de pastorib. indubitatè intelligit' loqui de regentib. & principib. vt 22. c. Ieremię, dicēdo. Oēs pastores tuos pascet vēt°. & eodē loco c. 23. Vę pastoribus qui dispergunt & dilacerant gregē pascuę meæ, dicit dñs. Iō hoc dicit dñs deus ad pastores, qui pascunt populum meum. Vos dispergistis gregē meū, & eiecistis eos, & nō visitastis eos. in quibus oīb. locis apparet eos pastores appellatos, quia aliis pręfuerunt in regimine & dignitate: quare Petro constituto pastori primatus plationis & regiminis ei datus est.

Istud ēt probat Ezechielis 24. quē ad hoc allegat Cyprian° ī epi. 13. ad Stephanū Papā li. 3. Ait dñs: Fili hoīs ppheta de pastorib. Israel, ppheta & dices pastorib. Dicit dñs deus, Væ pastorib. Israel, qui pascebāt semetipsos: nōne greges à pastorib. pascunt? &c. Et habetur etiam Zach, 10. Ex quibus constat, ꝙ cū soli Petro fuerit data ptās pastoris, nec dictum fuerit aliis, pasce oues meas, ꝙ ipse fuit platus apostolorum: quod cōprobat' in c. hi qui. 50. d. & in c. si post. eadē d. & in c. solite. de maiori. & obed. in c. significasti, de ele. in c. fundamenta. de elec. in 6. & in c. fidelior. 50. d. Et canit ecclesia catholica, cui credē dum est, Tu es pastor ouium, princeps apostolorū, tibi tradidit deus omnia regna mundi, & ideo tradite sunt tibi claues regni cœlorum.

Terti° loc° sacræ scripturæ ē Lucæ 22. vbi sic dr̄, Ait dñs Simoni: Simō, ecce satanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticū. Ego aūt rogaui p te, vt nō deficiat fides tua, & tu aliqn̄ cōuersus cōfirma fratres tuos. De intellectu quorū verborū Aug. in q. 75. de qōnib. veteris & noui testamenti. & facit tex. in c. 1. 21. d. & ibi amplè Io. de Turrecr. ponit potestatem summi pontificis & platorum vltra simplicē sacerdotem ratione iurisdictionis. facit ēt tex. in c. maiores. de baptismo. ubi ēt ponit', ꝙ Dñs orauit pro Petro, ne deficeret fides ei°: q̄ verba bene pōderata denotant, ꝙ Petr° habuit primatū oīum à deo. Primò enim nominatim eū appellat Simō, quasi ex aliis eū vocando, & disiunctim alloquendo: Simō ait. Deinde ꝙ cōem futurā pdixit eorū tentationē, expetiuit vos: deinde tertiò reuertit' specialiter dicendo, Ego rogaui p te, nō dixit, p vobis. Et iterum, vt nō deficiat fides tua: nō uestra. Et ne aliquid dubitationis subesset, addit. Et, tu, ī præsentia aliorū apostolorū: & ut īdubitatissimē ab aliis eēt distinct°, addit: cōfirma frēs tuos. q̄ erāt discipuli, & apli, ac si apertissimè diceret Christ°: Ego tui, tu aliorū curā habeas.

Quartus locus euāgelicus p primatu Petri inter apostolos est, Mat. 17. vbi Petr° iussus est dare didrachmā p dño & pro se, cū dicat': Et cū venerunt Canaū, accesserunt qui didrachmā petebant, ad Petrū, & dixerūt ei; Magister nō solut didrachmā. Et ibi, Et cū intrasset domū, puenit ad eū Iesus, dicēs. Quid tibi vr̄ Simō? Reges terræ à quibus accipiunt tributū uel cēsum, à filiis suis, an ab alienis? Et ille dixit, Ab alienis. Dixit illi Iesus. Ergo liberi sunt filii. Vt āt non scandalizemus eos, uade ad mare, & mitte hamum: & eū piscē qui primus ascenderit, tolle, & apto ore eius inuenies staterā, illā sumēs da eis pro me & te,

& te. Ex quibus verbis, & eo quia apostoli statim in his verbis dixerunt. Quis putas maior est in regno cęlorũ? Beatus Hierony. declarans p̃dicta verba, & sensum literę, dixit, ꝙ etiam hęc fuit mens apostolorum. & etiam B. Ambrosius, de quo habetur ĩ c. est aliud. 24. q. 1. & etiã Aug. in quęstionibus veteris & noui testamenti. q. 75. vbi per hęc verba multũ ponderauit primatum Petri inter apostolos.

Probat̃ & vlterius ex trina nominatione apostolorum per tres Euangelistas facta, videlicet Ma. 10. vbi sic nominantur.

Petrus, Andręas, Philipp⁹, Bartholome⁹, Iacob⁹, Zebedęi, Ioannes, Thomas, Matthęus, Iacobus Alphęi, Thadæus, Simon Cananeus, Iudas Scarioth.

Marci 3. Petr⁹, Iacob⁹ Zebedęi, Ioãnes, Andreas, Philippus, Bartholomęus, Matthęus, Thomas, Iac. Alphęi, Thadęus, Simõ Cananeus, Iudas Scarioth.

Lucę 6. Petrus, Andręas, Iacobus, Ioãnes, Philippus, Bartholomęus, Matthęus, Thomas, Iacob⁹ Alphęi, Simon Zelotes, Iudas Iacobi, Iudas Scarioth.

Vbi semp sunt in numero duodenario, & tñ semper Petrus est primus: & nõ primus rõne primę vocationis, quia Andręas fuit primò vocat⁹. Et dr̃ ĩ sermonib⁹ discipuli, serm. 38. de sanctis Iacobo & Philip. in ser. de sanctis Petro & Pau. Et semp doc. theologi intellexerunt de primatu ratione pręlationis, & principatus, ideo & nos ita intelligimus.

Sextus locus est Io. 21. vbi hr̃. Simõ Petrus cum audisset, quia dñs est, tunica se succinxit: erat. n. nudus, & misit se ĩ mare. Alii aũt discipuli nauigio uener ũt. Nõ. n. lõgè erat à terra, sed quasi cubitis ducẽtis trahẽtes retia, &c. qđ singulariter declarat, & ita intelligit Ber. de Bustis, li. 2. de consi. ad Eugenium.

Septimus hr̃ Luc. 5. quẽ ad hoc adducit Ambrosius relatus per Gratianũ 24. q. 1. c. nõ turbatur. deniq;, vt dicit tex. & si alijs imperatur vt laxent retia sua, soli tamen Petro dr̃, duc in altum, hoc est in ꝓfundum disputationum. Quid. n. est tã altũ, q̃ altitudinẽ diuitiarũ videre, scire filiũ dei, & ꝓfessionem diuinę gñationis assumere, licet mens humana plenæ rõnis nõ q̃at iuestigatione cõprehẽdere: fidei tñ penitudo cõplectit̃? Et ibi dicit Io. de Turr. ꝙ licet dederit omnibus potestatem prædicandi, non tamẽ omnibus, sed soli Petro dedit altas quæstiones circa fidem determinare, & in lucem veritatis ducere.

Octauus hr̃ Mat. 18. quem ibi declarat Chrysost.

Nonus hr̃ Mar. 14. cum soli Petro dixerit Christus. Simõ dormis, nõ potuisti vna hora uigilare mecum? quasi dominus uoluerit ostendere ipsum præcæteris ex commisso sibi officio debuisse vigilare.

Decimus hr̃ Ioã. 6. dũ multi discipulorũ abiissent retrò: dixit Iesus ad duodecim, Nunquid & uos vultis abire? Respondens ei Simon Petrus, Dñe ad quẽ ibimus? & dicit gl. vnus pro omnibus respondet.

Vndecimus hr̃ Luc. 21. de amputatione auriculæ Malchi à Petro facta: quod declarat Grego. Papa relatus per Gratianum. c. si Petrus. 24. q. 1.

Duodecimus & ultimus locus est Io. vltimo, vbi dñs dicit ad Petrum. Amẽ amẽ dico tibi, cũ esses iunior, cingebas te, & ambulabas ubi volebas: cum autem senueris, extende manus tuas, & alius cinget te, & ducet te quo tu non uis. Et ĩ. dicit ei. Seq̃re me. qđ non mõ intellexit de genere martirij, sed & ordine magisterij, ut ait Teophi. Inde quidã recẽtior ait. Sequere me gerendo uices meas, & in officio pastorali & martyrio. Et hæc sunt quæ satis probãt, ꝙ Petrus inter apostolos obtinet primatũ, tãquã pastor inter eos. Et qm̃ summi Pontifices sunt successores Petri, ideo obtinẽt primatũ in ecclesia militãte, put Christus: cuius uicarii sunt, in ecclesia triumphante. Dicam infra in parte seq. Et nota ꝙ Christus simpliciter magis dilexit Ioannem euangelistã q̃ Petrũ ex pluribus priuilegijs ei concessis, ut ait Ant. Floren. in 4. parte suæ sum. ti. 10. c. quarto, §. 3. & nullus alius ita familiaris & continuus cum Christo.

Trigesimaprima consideratio. Ambrosius recitatus in c. beati. 2. q. 7. dicit, Beatus Petr⁹ & Paulus eminẽt inter uniuersos apostolos, & speciali quadam p̃rogatiua p̃cellũt: uerum inter ipsos quis cui p̃ponat̃ incertũ est. Puto. n. illos æquales esse meritis, qui ęquales sunt passione, & siñ eos fidei deuotione vixisse, quos simul uidemus ad martyrii gloriã p̃uenisse. Non. n. sine cã factũ putamus, ꝙ una die passi sunt, uno loco, sub uno p̃secutore. Vna die, ut ad Christũ pariter peruenirẽt. In uno loco, ne alteri Roma deesset. Sub uno p̃secutore, ut ęqualis crudelitas utrunq; constringeret. Dies ergo pro merito, locus ꝓ gloria, persecutor decretus est ꝓ uirtute &c. Et ẽt Pelagius Papa in c. q̃uis. 21. d. Sic quãuis uniuersę p urbem catholicę & apost. cõstitutę ecclesię, unus thalamus Christi sit: tñ sancta Rom. ecclesia catholica & apost. nullis synodicis constitutis cęteris ecclesiis p̃lata est, sed euangelica uoce Dñi & Saluatoris nr̃i primatũ obtinuit. Tu es, inquit, Petrus, & sup hãc petrã ædificabo ecclesiã meam. Cui data est ẽt societas beatissimi Pauli uasis electionis, qui nõ diuerso (sicut hr̃tici garriũt) sed uno tẽpore, una eademq; die gloriosa morte cum Petro in urbe Romana sub cęsare Nerone agonizans coronatus est, & supradictã pariter Rom. ecclesiã christo domino consecrarunt, eamq; oĩbus urbibus in uniuerso mũdo sua p̃sentia ac uenerando triũpho prętulerunt.

QVadrageſimaſecunda cõſi.incipit de pueris baptizatis,qui ſtatim baptiſmate ſuſcepto decedunt anteq̃ mereantur,vbi collocabuntur in paradiſo,& an ex ſolo baptiſmo poſſit vnus plus hẽre gratiæ quã alius:hoc eſt an plus poſſit operari baptiſmꝰ in vno q̃ in aliquo ad remiſſionẽ culpæ & pœnæ, quo ad diminutionẽ pœnæ,& quo ad effectũ gr̃e.In hoc Io.de Turrecr.in c.cũ tantũ.de conſe.di.4.ex dictis S.Tho.ſed prius aduertatur, ꝙ nemo poteſt ſaluari,nec vitam cœleſtẽ conſequi, niſi fuerit baptizatus,vt hr̃ Io.3.Niſi quis renatꝰ fuerit ex aqua & ſpirituſancto non poteſt introire in regnum dei, & hr̃ in c.non poteſt,de conſecr.diſt.4.& ibi Io.de Turrecr.& omnes baptizati ratione remiſſionis culpæ originalis q̃ baptiſmo purgatur,gratiam Dei cęleſtis accipiunt.c.non poteſt.& ibi Ioan.de Turrecr.de pœni.d.1.& in c.per baptiſmum.& in c.nõ licet.de cõſecr.diſt.4.& in hoc concludit duabus concluſionibus in d.c.cum tantum.ꝙ æqualiter operatur effectũ remiſſionis culpæ & pœnæ in oĩbus,& continet perfectionẽ ſalutis,ad quã Deꝰ omnes hoĩes vocat, vt dicit Io.de Turre.in c.ex quo.de conſecratio.diſt. 4.infudit etiam gratiam,ut per eundem in c.ꝓpriè, loco palle.Sed nunc uidendum eſt, qũo hæc gratia infundatur,an plus in vno q̃ in alio.idẽ Io.de Turrecre.in c.cum tantum.ſupra allegato.diſtinguit inter adultos & pueros, & dicit quod inter adultos non æqualiter ſe habet,ſed ſecundum maius & minus: ꝓut quidam cum maiori fide & deuotione accedũt ad ipſum ſacramentum baptiſmi ſuſcipiendũ q̃ alii, & hoc cõprobat ex dictis Dam.dicẽtis ſic,Peccatorũ remiſſio cunctis æqualiter in baptiſmo dat: gr̃a aũt ſpiritus ſancti ſm proportionem fidei & purgationem,ſed non omnes cum ęquali fide,nec æqualiter præparati ad baptiſmum accedunt,ergo non oẽs ad baptiſmum accedentes æqualiter gratiam conſequũtur,& iſta eſt alia ex ſuis concluſionibus.

Alia eſt concluſio in pueris,in quibus cõcludit ꝙ baptiſmus de communi lege æqualem effectum gratiæ hẽt:qđ probat ex dictis S.Tho.in 4.ſent.d.4.cũ ait,In pueris baptizatis nihil ex parte eorũ requirit, ſed habent pro diſpoſitione ad ſalutem fidem eccleſiæ,& pro effectiuo ſalutis virtutem paſſionis Chriſti,q̃ operatur in baptiſmo:ſed hæc duo æqualr̃ ad omnes pueros ſe habent,ergo ipſi pueri nõ differũt quantũ ad effectum baptiſmi ſuſcipiendum,ſed omnes æqualem gratiam ſuſcipiunt.Ideo inter iſtos nõ diſceptandum de prioritate aut poſterioritate,cum omnes ſimul ſimili gratia & æquali fruantur.

QVadrageſimatertia cõſi.erit de pueris decedentibus ſine merito & abſq; baptiſmate, ĩ quo loco ĩ iudico vniuerſali collocabũt: an à dextris, uel ſiniſtris cõparebũt.S.Tho.in 4.ſen.d.47.art.3.& B. Vincentius in ſuis ſermon.dicunt, ꝙ in iudicio dñi tales pueri cõparebũt: ſed nõ ſedebũt neq; à dextris neq, à ſiniſtris(cum electi boni erunt à dextris,& dãnati mali à ſiniſtris)ſed tales pueri cum peccato originali mortui nõ ſunt ſimpliciter mali nec boni, iõ in medio inferius collocabuntur,& videbunt gloriã iudicis, & vindictam exquirent eorum qui cãm eis dederunt ꝑditionis gloriæ & diuinæ uiſionis:& oẽs huiuſmodi paruuli ſiue ſint filij Chriſtianorũ, ſiue Iudæorum,ſiue Gentilium,ſiue in vtero, ſiue extra vterũ deceſſerint ſine baptiſmate,reſurgẽt cũ corporibus integris in menſurã ętatis plenitudinis Chriſti xxx an.vel circa,vt hr̃ ad Eph.4.ſicut & alii mortui, & ita refert & tenet Barth.Sybillæ ĩ ſuo ſpeculo peꝛgrinarũ q̃onum,in ſexta quæſtiuncula quintę q.tertii capitis primę decadis.ſed in loco ſeu receptaculo limbi collocabunt,in quo eſt carẽtia gr̃e,& pœna damni æternalis,ſed non pœna ſenſus,ſecundum Petrum de Tarant.& Tho.in 4.diſt.31.

Sed altius iſta repetendo q̃reres,cũ ſint in limbo, & nõ ĩ paradiſo,an puniant aliqua pęna,& qua?Et ĩ hoc dicẽdũ eſt ſm Tho.in loco inferius alleg.ꝙ pœna cõueniens puerorũ qui ſine baptiſmate cum ſolo peccato originali deceſſerũt,eſt ſubtractio gr̃æ: & ꝑ cõſequẽs carẽtia diuinę uiſionis,vt dictum eſt, ad q̃ homo ꝑ gratiã ordinat.Sed vlterius videndũ eſt, an tales pueri ſentient aliquẽ dolorem vel afflictionem interiorem ex carentia viſionis diuinę . Rñderi põt ſm qđ aliqui dñt,ꝙ tales pueri in limbo ex carentia viſionis dei nullã afflictionẽ interiorẽ ſentiunt:rationẽ aſſignãt.Quia vbi nulla eſt cognitio & cogitatio boni ꝑp ſe facti,ibi nulla eſt afflictio:ſed aĩę puerorũ cũ ſolo originali decedẽtium ſunt in tantis tenebris ignorãtię cõſtituti,ꝙ neſciunt ſe ad beatitudinẽ creatos,nec aliquid de beatitudine cogitãt,iõ dicũt nullã illos pati afflictionẽ.Sed S.Tho.dicit hanc rationem nõ valere.Primò,quia cognitio naturalis magis viget in aĩa ſeparata,quam in aĩa hic cõiũcta. Ergo cum in pueris illis non ſit peccatũ ꝑſonale,nõ debetur eis vt detrimentum aliquod patiant in naturalibus,ſ.in naturali cognitione.Item(ut dicit) ſm hoc illi qui ſunt in inferno, eſſent melioris cognitionis, quantum ad intellectum,quã pueri in limbo. Nam qui ſunt in inferno,non ſunt in tenebris ignorantię, pueri aũt ſecundum iſtos ſic:& ita damnati melioris conditionis forent quam pueri huiuſmodi, quia nullus eſt(vt ait Aug.)qui non mallet dolorem pati cum ſana mẽte,quã gaudere inſanus. Ideo aſſignat alia ratio,quare pueri in limbo ex carentia uiſionis diuinę non habeant interiorem dolorem, uel afflictionem,quæ talis eſt.Duplex cognitio de beatitudine poteſt hẽri,naturalis,ſ.& ſupernaturalis. Animæ

mæ autẽ infantiũ in limbo cognitione quadam naturali non carent, quæ debetur animæ separatæ scdm naturã suam. imo augetur cognitio eorũ naturalis, cum intret medium cognoscendi intellectũ separatorũ. Ideo de deo, & de creaturis magnã scientiã habent naturaliter, & maiorẽ q̃ vnquã philosophus in mundo habuerit. Cognoscũt.n. naturaliter se ad beatitudinẽ factos, & ꝙ beatitudo cõsistit in adeptione pfecti boni: sed non ꝙ tale bonũ sit gloria quã sancti in cœlo possident. Id aũt quod per naturam habetur, possi detur absque dolore: ex hac igitur parte pueri in limbo nõ dolent. Est aũt & alia cognitio de beatitudine, q̃ hr̃ supernaturaliter, q̃ hic in nobis p fidẽ plantatur: q̃ est de gloria & fruitione sanctorũ in cœlo: quã nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoĩs naturaliter ascẽdit. 1. ad Corin. 2. Quam deus nobis reuelauit per spiritum sanctum. ad Ro. 1. quæ quidem reuelatio hr̃ per fidem in nobis hic plantatam in sacramentis, vel frequentatis actibus Christianis. Pueri autem in limbo nec fidem de beatitudine in actu habuerunt, nec sacramenta fidei susceperunt, nec per reuelationẽ. ergo nec de carentia ei⁹ dolẽt. Nemo.n. dolet de eo quo se priuari nescit: vel de pditione eius qđ ad ipsum non tãgit aut pertinet. Quia tñ pueri in limbo non impediũtur à pfecta cognitione naturali primæ causę, & dei, & aliarũ rerũ ex immersione & afflictiõe pęnarũ, sensus ignis & vermium conscientiæ & dęmonũ, vt fit in damnatis, iõ de cognitione tali naturali ipsius dei & creaturarũ, gradũ aliquẽ delectationis hñt Quilibet.n. in cognitione ueritatis naturalr̃ delectat̃: vñ in hac delectatione pueri laudãt & laudabũt, reassumptis corporibus, deũ cãm causarũ oĩum rerũ ab eis naturaliter cognitarũ, qđ dãnatis nõ accidit, nec accidet: q̃a vermis eorũ viuit & nõ morietur. nec vnquã ab ĩferno deerũt demones, nec ignis ibi à torrẽdo in æternũ deficiet. hæc S. Tho. in q. disputatis de malo. & in 2. senten. d. 32. q. 2. & ad prædicta facit text. in c. firmissime. de consecr. d. 4. vbi Io. de Turrecr. ẽt disputat, an tales pueri puniantur pœna sensibili.

QVadragesimaquarta cõsi. de reliquijs sanctorũ ostendit, q̃ ẽt sunt honorãdæ, & venerandæ, ut hr̃ in rubro & nigro, de reliquiis & veneratione sanctorũ in antiquis, & in libro sexto, & in clemẽtinis. Et vt dicit S. Tho. in tertia par. q. 25. ar. vltimo. Adorare, i. venerari debem⁹ reliquias sanctorũ. Nam, ut ait Ant. Floren. ĩ 3. par. suę sum. tit. 12. c. 9. in princ. Qui habet affectũ ad aliquẽ, etiã ea quæ de ipso post mortẽ requiruntur, veneratur, nõ solum corpus, aut partes eius corporis, sed ẽt exteriora aliqua eius: puta vestes & hmõi. Nã, vt author est Herodot⁹, Mycerin⁹ rex Aegy. filiã q̃ habebat vnicã adeo dilexit, ut mortuę cadauer incluserit aureo bouis simulachro, qđ in templis ꝓximẽ deos posuit, floribusque ornauit quotidie, admota noctu perpetua lucerna.

Itẽ Attedius melior, duos habuit liberos, Blesũ, & Glauciã noĩe, quos adeo dilexit, vt dicti Blesi mortui natalẽ singulis annis celebraret. Martialis lib. 8.

Præstas hoc melior sciente fama.
Qui solennibus anxius sepulti.
Nomen non sinis interire Blesi.
Et de munifica profusus arca,
Ad natalitium diem colendum,
Scribarum memori, pieq; turbæ.
Quod donas, facies ipse Blesianum.

Item Vrbinũ in agro Reatino delitescẽtem, cũm milites ad mortem inquirerent, seruus eius dñi ornamentis indutus in eiusdẽ cubile se reclinauit, vt irruentes hostes Vrbinũ esse suspicarentur, & ita primo impetu iugularent. In cuius rei monumẽtũ, Vrbinus mortuo erexit statuã, cum titulo, & inscriptione, q̃ tam memorabilem testaret̃ amorẽ & fidelitatẽ.

Item fidẽ facit in hoc Arthemisia, q̃ Mausolo marito mortuo sepulchrum memorabile fecit, vt infra. in vltima par. in 75. consideratione dicitur.

Itẽ Iuli⁹ Cæsar Syllanæ factionis inimicus, adeo partes marianas fouebat, vt deiecta trophea restituerit, statuasq; noctu erexerit in capitolio.

Item Phydias statuarius Agorantum Parium discipulum suum adeo dilexit, vt nomen eius suis operibus plerunque inscripserit.

Item Nicomedes rex Bithyniæ tam propenso fuit in Romanos animo, vt raso capite pyleum sumpserit, & se Romanorum libertum vocauerit.

Cum aũt sanctos dei ĩ veneratione dẽam⁹ hr̃e tanquã mẽbra Chr̃i Dei filij & amicos, & intercessores nr̃os, s̃. ista parte dictũ est: iõ eorum reliquias qualescũq; honore cõgruo in eorũ memoria venerari debemus, pcipuẽ eorũ corpora q̃ fuerũt tẽplũ Dei, & organa Spiritus sancti in eis habitãtis & operãtis, & sunt corpori Chr̃i configurãda p gloriã resurrectionis. Vñ & ipse deus huiusmodi reliquias cõuenientẽr honorat, in eorũ pñtia miracula faciẽdo. Et, vt dicit Hiero. ad Ripariũ. Nos nec martyrum reliquias, nec angelos adoram⁹, s. adoratione latrię: honoram⁹ aũt martyrũ reliquias, vt eũ, cui⁹ martyres adoram⁹ honorem⁹ seruos, vt honor seruorũ redũdet in dñm. Et hr̃ Ps. 75. Et reliquiæ cogitationis diẽ festum agẽt tibi: qm̃ grata est apud deũ ea q̃ à nobis sic hr̃ pteritorũ nr̃orũ bonorũ recordatio, vt de his non in bonis, sed in dño gloriemur. Et ita remunerant̃ à deo bonorũ reliquiæ & vtilis est ipsorum memoria: quemadmodum ẽt dicimus in iure humano, ꝙ memorię seu reliquię pristinæ qualitatis bonæ multũ operant̃, vt p multa cõprobat Fel. in c. quæ in ecclesiarũ. col. 29. versi. fallit quinto. extra de constitutio. dicã latius infra in 3. par. in 36. consi. vbi de huiusmodi memoria pristinæ dignitatis scribitur. Et ad istud ꝓpositũ lo. de Montolon ciuis & contemporaneus noster ĩ suo promptuario iuris. in uerbo, reliquiæ. adducit decisiones Fel. in d. c. q̃ in ecclesiarum. Non tamen, ut dicit, sunt in publico uenerandæ, nisi prius approbatæ per summum pontificem, & per sedem apostolicam canonizatę. qđ quõ fiat, & q̃ requirant̃, hr̃ in c. 1. de reliquijs & uene. sancto. in antiquis. de qua materia canonizationis sanctorum fient aliquæ considerationes in sequentibus.

QVadragesimaquinta consid. Non solum sancti uenerandi & honorandi sunt, sed etiã eorũ imagines uenerandæ sunt propter illos c. per latum. & c. ue

De canonicate Sanchez

& capi. venerabiles. de consecr. dist. 3. & ibi gl. i ver. fregisse. & in verb. cultu. & p gl. in verbo. in deuotio nis. in cap. si canonici. de offic. ord. in 6. Et, vt scribit Ouid. de ponto. lib. 2.

Felices illi qui non simulachra, sed ipsos.
Quiq; Deū croā corpora uera vidēt, &c. Et sequit:
Sic homines mouere deos quos arduus æther
Occulit, & colitur pro Ioue forma Iouis.

Et videatur Cardi. in clemen. unica. versi. O excellen tissimū. de reliq. & vener. sanctorum. & in duob. canonibus supra alleg. satis probatur, ꝙ licitū est in ecclesia dei facere imagines Christi & sanctorum, quę sunt venerandæ: & causas ibi vide, quicquid audeāt dicere quidam hæretici insequentes damnabiles opiniones Lutheri hrtici, quem deus in sensum bonū reducat, ad suas infinitas hęreses seminatas extirpandum, & annihilandum.

Et amplè per Ioan. Damascenū, & cōmentatorē, ibi in suo opere theologali, lib. 4. c. 17. vbi dicit quō imagines sanctorū ēt antiquo tempore fuerūt approbatæ, & ēt certo tpe reprobatæ, videlicet tēpore Leonis III. imperatoris, & Greg. II. summi pon. p Ant. Flo. 3. suæ sum. par. ti. 12. c. 9. §. 1. 2. & 4. vbi expresse scribit de vener. imaginum.

QVadragesima sexta consi. Quoniam ante dictū est de veneratione & honore sanctorum, sciendum est qui dicantur sancti, & in hoc sic distinguendū est: aut consideramus hanc ecclesiā militātem, & sic in hoc seculo viuentes. Aut ecclesiam triumphante, & cōseques eos q de hac vita migrauerunt, & cū ambo sint laudādi & venerādi de ambobus dicetur.

Primò de his qui in hoc seculo sunt viuētes, qui vident esse oēs mundè ac virtuosè viuētes, qui merito sancti dici pnt. & ita intelligit ꝙ hr in c. tenere de bet. 31. distinctione, & Leuitic. 31. & 1. petri cap. 1. vbi dr. Sācti estote qm ego sctūs sum dñs de⁹ vester. & in cap. proposuisti. & c. plurimos. 82. di. & est tex. in c. non oportet. 81. dist. & ibi Arch. & facit tex. in c. Maximianus. ibi: quia qui sancti non sunt sancta tractare nō possunt ea. dist. quem ita intellexit Arch. in d. c. tenere. facit etiam tex. in ca. non vos. ver. quis. n. sanctum dubitet. 4. dis. & ps. 17. cū sancto sctūs eris, & cum innocente innocens eris. Et illud. Non. n. loca sed vita & mores sanctorum faciunt sacerdotem. de quo in prin. 4. dist. & in c. multi. & in c. non est facile, ea distin. Et Eccl. 27. Cum viro sancto assiduus esto. & facit tex. in c. sancta quippe rusticitas. 2. q. 7. Et facit satis tex. in l. sanctum. ff. de rer. diuisione. vbi sanctum dr quod ab iniuria hominum defensum est atq; munitum. Facit tex. iuncta gl. in verbo. sanctificetur. de successio. ab intest. Et dicit Gemini. in c. nō decet. de immunit. ecclesi. in 6. ꝙ loca sacra sunt sancta, i. firmata pœnis & statutis contra delinquentes, in illis, vt in auth. vt liceat matri. & auiæ. §. pen. inci. quia vero. colla. 8. & in §. sanctæ. insti. de rerum diuisione, & l. si quis in hoc genus. C. de epi. & cleri. p id quod habetur in cap. imprimis. 2. q. 1. Et facit ad ꝓpositum, & ad dictas duas significationes id quod dicit S. Tho. 2. 2. q. 8. art. vlt. ꝙ nomē sanctitatis duo importare videtur. Vno modo mundiciem, & huic significationi cōpetit nomen Græcum. Alio mō importat firmitatem: vnde apud antiquos sancta dicebantur, quę legibus erant munita, vt uiolari nō deberent. Vnde aliquid dicitur esse sanctum, quia est lege firmatum, vt dicit Vlp. in l. sacra. §. ꝓpriè. ff. de re. diui. vel etiam (vt dicit S. Tho. in loco ante alle.) hoc nomen sanctus ſm latinos ad mundiciē pertinet, vt intelligatur sanctus, quasi sanguine tinctus: eo ꝙ antiquitus illi qui uolebant purificari, sanguine hostiæ tingebantur, vt dicit Isid. in lib. 10. Etymologiarū. c. inci. Sapiens &c. & utraq; significatio competit, ut sanctitas attribuatur his quæ diuino cultui applicātur, ita ꝙ non solum homines, sed etiam templū, uasa & alia huiusmodi sanctificari dicuntur, ex hoc ꝙ cultui diuino applicentur. Hinc etiam dicunt sancta sanctorum, de quibus per panor. in c. 1. de vita & honest. cle. Mundicia. n. necessaria est ad hoc, ꝙ omnes deo applicentur: nam mēs humana inquinatur ex hoc ꝙ inferioribus rebus coniungitur, sicut quælibet res ex immixtione peioris sordescit, vt argentū ex immixtione plumbi. oportet autem ꝙ mēs ab inferioribus rebus abstrahatur ad hoc ꝙ supremæ rei possit coniungi, & ideo mens sine mundicia deo applicari non potest. Vnde ad Hebr. penul. dicit, Pacē sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum.

Firmitas ēt exigitur, ꝙ mens deo applicetur. Applicatur. n. ei sicut ultimo fini, & primo principio: huiusmodi autem oportet, maximè immobilia esse. Vnde dicebat Apost. ad Ro. 8. Certus sum, ꝙ neque mors neq; vita separabit me à charitate dei. sic ergo sanctitas siue sanctimonia, quod idē est, p Arch. in c. uictor. 3. di. dr per quā mens homini seipsam & suos actus applicat deo, ideo Iurisc. in d. l. sanctū. ff. de rerum diuisione. quod sanctum dictum est à sagminibus. Sunt autē sagmina herbæ quædam quas legati populi Romani ferre solebant, ne quis eos uiolaret. Sicut legati græcorum ferunt ea quæ dicuntur ceritia. Vnde, ut dicit ibi gl. in uerb. uiolaret, legati dicuntur sancti per l. fi. in prin. ff. de leg. hinc descēdit uerbum, sanctio inuiolabilis, & ab iniuria hominū tuta legalis statuitio. & ita intelligitur. l. sanctio legū ff. de pœnis. & sumitur multipliciter, ut habet in prima gl. in proę. Digestorum. & notatur per Arch. i c. statutum. de resc. lib. 6. & uide Diony. de diuinis nominib. ca. 12. Et ista sanctitas in multis honoratur, i. priuilegiatur, ut infra in ult. consideratione.

Aut uerò cōsideramus ecclesiā triumphātē, & sic omnes habitantes in cęlesti patria non solū animas beatorū, sed ēt ipsas intelligētias, hoc est angelos sanctos dici debere, cum omni refulgeant mūdicia: imo nō possent esse immundi, alias essent imperfecti; q̄ imperfectio, in cęlo nō admittit, ubi est deus qui est summum bonum, & ens perfectissimū, quo oēs beati fruuntur: Vnde meritò eos sanctos appellamus, imo deus ipse dr sanctus, ut ample dixi. s. ista par. in 1. consideratione, & habetur psal. 15. Nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem.

Aduerte tñ, quoniā apud nos sanctus, & beatus differunt: qm beatus dicitur cuius nec dies mortis,

nec officiũ in eius memoriam celebratur. Nec ẽt sibi
ecclesia dedicatur. Sanctus verò non dicitur nisi prę
cedente canonizatione inducta ab ecclesia,& secun-
dũ formã ab ecclesia traditã, de qua infra dicetur.&
ita cõis vsus loquendi obseruat, qui in multis atten-
ditur. l. librorũ.§. quod tamen Cassius.ff. de leg. 3.&
ibi Bar.& in l. cum de lanionis.§. asinam molendina
riam.ff. de fundo instru. instrumentoq; legato. Feli-
nus amplè post Ant. de Butrio in procœ. decret.

Quandoque tñ etiam canonizati dicuntur beati,
vt ĩ c. ibi: qui beato Petro æternæ vitæ clauigero 22.
dist. in c. non nos B. Petrum. 40. di. unde omnis san-
ctus canonizatus dici potest beatus, sed nõ econtra.

In vita verò quis nõ potest dici beatus ẽm Tho.
in 1. par. q. 12. arti. 10.& 11.& 2 2. q. 233. ar. 2.& in
4. dist. 42. Nã beatitudo idẽ est quod vita æterna, qđ
est pax,& regnũ celorũ, ẽm Tho. in 4. d. 49. art. 7. 8.
& 9. Et ẽm Albericũ de Rosate in suo dictionario, ĩ
verbo, beatitudo. nihil aliud est beatitudo, quam re-
uelatio magni Dei & saluatoris nostri Iesu Christi,
vt in c. ieiunium. de consec. dist. 5. quo etiã per Tho.
2.2. q. 156. in vltimo articu. vel ẽm Boeti. in 3. libr.
de consol. philosophiæ c. 3. Beatitudo est status om-
nium bonorum aggregatione perfectus.& ibidẽ bea
titudinem summum bonum esse diffinit. ad hoc po
test allegari illud Ouid. Meta. *Diciq; beatus*

Ante obitum nemo, supremaq; funera debet.

Beare. n. est beatum facere. i. prodesse. tex. est in l. bo-
norum.ff. de ver. sig. impropriè tamen in hac vita di-
ci potest beatitudo, prout loquitur dict. l. bonorũ.
& l. iniquum. C. qui acc. non pos. vbi dicit litera. Ini
quum longè a beatitudine seculi vestri esse credim⁹.
& ita intelligitur illa beatitudo, quæ summis pontifi
cibus attribuitur.& tex. in c. legi. in fi. ibi: beatitudo
tua. 16. q. 1. ẽt in uita dicimus sanctitatem, vt añ di-
xi. etiam dr̃ Papa, qui & sanctissimus dr̃,& de epõ &
de principe, vt infra, in 4.& 5. partibus, vbi de Papa,
Episcopo, Imperatore,& Rege nostro Frãcorum di-
xi. Sed prout in hac parte intelligimus, sanctus dr̃,
qui est ab ecclesia canonizatus, aut canonizatione ec
clesiastica confirmatus & approbatus, secundum qđ
accipitur in cap. sanctorum. in princ. 70. distin.& in
rub.& textu, de reliquijs & veneratione sanctorum.
in decretalibus:& lib. sexto.& habetur in capi. 1. de
vita & honesta. clericor. in antiquis. Sic quòd non
licet aliquem venerari pro sancto, nisi sit appro-
batus à summo pontifice,& sic canonizatus, vt sta-
tim dicam.

QVadragesimaseptima consideratio. Nũc ad ma
teriam canonizationis cõdescendamus, in qua
dico solus Papa potest canonizare sanctũ, & ista est
opinio Panormitani & Imolæ in c. fi. de feriis. p tex.
in c. j. in fine. de reliquiis & veneratione sanctorum.
extra. vbi expresè cauetur, ꝙ sine speciali licentia pa
pæ quis canonizari non potest, idem Imol. in c. uene
rabili. de testibus. extra. Host. in summa. eodem ti. de
reliquiis & veneratione sanctorum. Ant. Flo. in ter-
tia parte suæ sum. ti. 22. c. 5.§. 5.& pro hac opinione
Ioan. Andr. in c. vnico. in verbo, sedis. de reliquijs &
veneratione sanctorum, in sexto. adducit quinq; rõ-
nes post dictam gl. quæ ibi videri possunt: quibus ac
cedat, ꝙ papa reprę̃sentat deum in terris,& tenet ei⁹
vices. c. quãto. de translatione episcopi. c. ut nostrũ.
vt ecclesiastica beneficia sine diminutione conferan
tur c. fundamenta.§. docet. de elect. libro sexto. cle.
1.§. 1. de magistris. Specula. ti. de legato.§. nũc est sciẽ
dum. ver. 89.& gl. in verbo, quod deo. in c. serpẽs. de
pœni. dist. 1. Et fuit de mente Thomæ in trac. suo cõ
tra Græcorum errores. c. 71. inquantũ allegat Chry-
sostomum super homilia, di. 85. dicentẽ de Christo.
Iacobum localiter in loco terminauit, Petrum autẽ
totius orbis magistrum & doctorẽ. ubi latius per ip-
sum,& dixi ante:& idem uoluit in tertia parte sum-
mæ, q. 8. ar. 1.& in quarto senten. di. 15. dicens papã
esse caput uniuersalis ecclesiæ. facit c. in nouo. cũ c.
seq. 21. dist. Et idem in tra. contra impugnantes reli-
gionem.& Scotus in tractatu de perfectione statuũ,
q. 9. dicit, ꝙ Papa est Vicarius Christi, non solum in
quantum Christus fuit ecclesię prę̃latus, sed inquã-
tum fuit totius mundi dñs,& ꝙ iustè de statu & bo
nis hominum potest ordinare. Et dicit Thomas in
quarto sent. dist. 19. ꝙ papa habet plenitudinem po
testatis in uniuerso, sicut rex in regno. Et idem in tra
ctatu de errore Græcorum, consilio 72. tenet, ꝙ de
necessitate salutis est subesse Romano pontifici:&
allegat Cirillum in libro thesaurorum,& Maxima-
num in epistola directa orientalibus. unde dicit Ho
stien. in d. c. quanto. ꝙ Deus & Papa faciunt vnum
& idem tribunal.& dicit Bal. in l. Barbarius Philip-
pus. ff. de officio prætoris. ꝙ papa est supremus dei
uicarius,& qui contrarium dicit, mentitur:& in fi-
nalibus uerbis dicit, ꝙ papa est omnia,& sup omnia
in spiritualibus. dixi supra ista parte 30. consideratio
ne. uersi. secũdus locus. circa fi.& infra in quinta par-
te, in septima consideratione. Ex quo cũ sit uicarius
supremus dei,& sit in locum eius in hoc mũdo sub-
rogatus, tãquam sapiat naturam eius qui canonizat
sanctos ĩ ecclesia triũphãte, sic canonizabit ĩ eccle[s]ia
militãte:& ista est cõis sententia, ut dicit Imol. in c.
c. fi. extra de ferijs. Et ita etiam tenet Ioan. de Turre-
cremata in c. 1. de conse. dist. 3. ubi dicit, ꝙ canoniza
tio sanctorum rationabiliter reseruatur summo Pō-
tifici triplici ratione, quas ibi uide.

Nec in hoc requiritur consensus Cardinaliũ. gl.
in uerb. cõtingeret. in d. c. fundamenta. in §. decet. de
elec. in 6. ita ẽt tenet Io. And.& Dñicus in c. sup eo.
de hære. li. 6. Sali. in rub. C. de legibus, allegans nota
ta p Archi. in c. quæ ad perpetuam,& in c. sunt qui-
dam. 25. q. 1.& in c. quamuis. de officio ordinarii. in
sexto. cmu hoc pẽdeat ex illa dubitatione, an Papa
possit ardua sine cõsilio Cardinalium: de qua ampl.
Barb. in consi. 1. in 1. uol.& in tra. de præstantia Car
din. Cùm canonizare sanctum sit quid arduum, u
dicit Io. And. in d. c. unico. de reliquijs & ueneratio
ne sanct. in 6. hanc etiam partem tenet Anto. Flo. in
sua sum. in 2. par. 3. par. in 14. charta.

Martinus Laudensis in tract. de Cardinalibus, q.
88. uidetur tenere contrarium:& illud idem tenet
Ioan. Monachi. in d. c. super eo. Cardi. Floren. in c.
petitio.& ibi Io. de Anania, de homicidio idem C.
di...

di.in c.2.de clericis non residentibus. Bal.in l.cũ Ia. C.de bon.q li.& in l.fin.C.de diuer.rescrip. Et pro certo istud est mare magnum: sed ad ꝓpositũ, bonũ est, ꝙ Papa faciat ex consilio, non ꝙ teneatur ad hoc, nec illud sequi.

QVadragesimaoctaua consid. Episcopus an possit decernere in sua diœcesi aliquẽ sanctũ venerari & feriari seu solẽnitatem celebrari sine populo? Vr ꝙ sic, prout visus est aliquando tenuisse Anto.de Bu.in c.fi.de feriis.extra.sed post mutauit opinionẽ. sed istam etiam opinionem tenet Pano.in d.c.fi.per textum ibi,& in ca.j.de consecra.dist.3.vbi expresse dicunt textus: Cæterisq; solennitatibus, quas singuli episcopi in suis diœcesibus cum clero & populo duxerunt solenniter venerandas. Et ita etiam tenet ibi Barba.vbi dicit, ꝙ Ant.de Butrio non bene dicit, dicendo ꝙ ille textus habet duas lecturas: quia, ut dicit Papa in d.c.fin.ponit verba d.c.1.& sic declarat qualiter debeat intelligi ille textus: aliàs si eẽt dubiꝰ non mereretur ad hoc allegari: qm̃ vt inquit Philosophus, Quod multipliciter exponitur, eius veritas ignoratur. Refert Bal.in l.nec quicquam.§.vbi decretum.ff.de officio proconsulis. Et facit qm̃, ut ait gl.in verbo, usuris.in clemen.dispendiosam. de iudiciis. Papa non potest tollere ordinem iudiciariũ in foro seculari, sed bene potest in foro suo. quam glo. pro singulari allegat Bal.in l.eos.§.fi.de usu.Iõ licet eps possit decernere aliquem sanctum in suis ecclesijs uenerandum sine populo, non tamen populo ꝓcipere, ut ueneretur abstinẽdo ab operibus, sine eius consensu, cum de eius præiudicio agatur. Quoniam in his in quibus uersatur ꝑiudicium populi, aut subditorum, non potest statuere episcopus, sine eius cõsensu, uel saltem eis præsentibus, ut dicit Imola in c.uestra.extra de locato.& in c.fi.de officio legati.& confirmat Federicus de Senis consi.17.alleg.p Imo. in d.c.uestra. Ita etiam tenent ipse Imo.in d.cap.fi.& Arch.in d.c.1.de consecra.distin.3. Dicit tamen Abbas in d.c.fi.ꝙ si populi contradictio non sit ex iusta causa,& episcopus moueatur aliquibꝰ iustis causis, ꝙ poterit hoc facere non obstante cõtradictione populi: puta (ut dicit) si decernat quem sanctum uenerãdum qui fuerit ortus de loco, pro ut uř sentire gl. ult.in d.ca.1.de consecr.d.3.& quod in simili dicit Arch.in c.ut animarum.de consti.in 6.& tex.in c.1. de his quæ fiunt à maiori par.c: Et idem etiam dicit Barb.in d.c.fi.ꝙ si episcopus habeat iustam causam, puta quia sanctus sit oriundus de loco, ꝙ potest etiã inuito populo decernere illum uenerãdum: qm̃ ꝑ sanctimoniam recedimus à legibus communibus: quia dicit esse gloria patriæ suæ. Allegat in argumentum textum singularem iuncta doctrina Bal.in l.sed & reprobari.§.fi, ibi: ualde tamen disciplinatos.ff.de excu.tutorum.

Quicquid tñ dicant Panor, Imo,& Barb, uř ꝙ opinio Ant.de Bu.sit uerior per rationem per eum allegatam. Cum in his quæ tendunt in fauorem aĩæ quilibet est subiectus episcopo, c.cum sit generale.de foro comp.c.nouit.de iudiciis, c.per uenerabilem. qui filij sint legi.extra. Et huic rationi non respon.Pan. Facit, qm̃ quo ad actus spirituales peragẽdos, cõsensus laicorum non dẽt esse in consideratione, sicut uidemus in electionibus faciendis de prælatis ecclesiarum, ut in c.Messana, c.sacrosan, de elec. cum pluribus alijs, facit qd hř in c.2.de institutio.& in ca.fi. de rebus ecclesiæ non alienandis,& in c.ecclesia, de cõstitutio. Ergo in hoc casu ubi est q̃stio de actu spirituali, non est necessarius consensus populi tanquam laicalis.

Et ad textus allegatos pro opinione Panor.& sequacium respondeo, ꝙ textus non dicunt, ꝙ ueneratio sanctorum sit inducenda & decernenda per episcopum cum clero,& populo: sed dicunt, ꝙ festiuitates sanctorum sunt uenerandæ per episcopum cũ clero & populo, quod aliud est, prout dicit ibi Bal. q hoc cognouit, cum dicit: non intelligas, ꝙ isti possint has festiuitates inducere, sed inductas pñt feriare.s.clerici respectu officij celebrandi in ecclesia,& populi respectu artis non exercendæ illo die.

Vel aliter dici põt, ꝙ dictio, cum ibi posita, cũ dicit quas singuli episcopi in suis diœcesibus cum clero,& ꝑplo, nõ cõiungit principaliter, sed accessoriè. l.1.& 2.ff.de penu legata.notatur in §.si quis ancillas.insti.de legatis.facit quod dicit Bar.in auth.ingressi.col.pen.C.de sacros.eccl.ubi facit differentiã, an quis dedicat se cũ suis bonis, an se & sua bona, quia dictio,&, coniungit principalr: & actio, cũ, accessoriè.d.l.1.& 2. Ex quo cũ in illo textu illa cõiunctio cleri & ppli nõ fiat principaliter sed accessoriè, nõ est dicẽdũ ꝙ cõsensus eorũ dẽat interuenire principaliter,& sic necessariò, sed solũ per quãdã cõsequẽtiã tanq̃ accessoriè ad ipm epm, qui in spiritualibus est caput,& principalis omnium in sua diœc.ca.oẽs basilicæ.16.q.7.& in c.regenda.10.q.1.

QVadragesimanona cõsi. Duo requirunt ad hoc, ut quis possit sanctus canonizari, uitæ.s.sanctitas ꝑteritæ,& ꝙ deus in eius ꝑsona, siue in uita, siue operatus fuerit miracula:& in hoc sola sanctitas uitæ quo ad actum canonizandi nõ sufficit, qm̃ põt esse ficta uel simulata,& nõ ad bonũ finẽ, sed potius appetitu inanis gloriæ.s.ut ut diceret bonus, licet non esset, ut sunt hypocritæ, iuxta dictum Mat. 7. Incedunt induti pellibus ouiũ, intus uero sunt lupi rapaces. Vñ hmõi uita nõ est meritoria, imo dẽmeritoria: & contra tales exclamat Pau.in episto.5. Vide quãtũ bonũ est charitas, si ita martyriũ ferimꝰ, ut nr̃as uelimꝰ reliquias ab hoib, honorari,& si opinionẽ uulgi sectãtes trepidi sanguinẽ fuderimus,& substãtiã nostrã vsq; ad mediẽtatẽ ꝑpriã dederimꝰ, huic operi nõ tã ꝑmiũ q̃ pœna debebit,& pñdiæ magis tormẽta sunt q̃ corona uictoriæ. de quo trãsumptiue in c.uide 1.q.1. Iõ dicit ibi glo.1.ꝙ dare eleemosynã ad uanã gloriã peccatũ est, ar, c.militare.23. q.1. Vñ dr in euãgelio Mat.j. Cũ facis eleemosynam, noli tuba canere añ te. Et eodẽ loco in fine. Nesciat sinistra qd faciat dextera. Et hæc bonitas uitæ considerat in multis laboribꝰ, in morib.castris, in strenuis actibus c.miramur.61.di.Et hoc oportet pñti testificatiõe ꝑdicari,& bonæ famæ ꝑconiis nõ taceri, c.4. 13.q.2. Maxime q̃ri dẽt de simplicitate & humilitate,

te: Quia superbis Deus resistit, humilibus autẽ dat gratiam. Iacob. 4.

Item debet inquiri, an in vita psecutiones passus fuerit c. omnis qui. 7. q. 1. & an passus ex charitate. c. fi. inci. Ibi adunati. in loco ante alleg. & d. c. vide quãtum bonum. Ista probantur per doct. in c. 1. de reliquis & veneratione sanctorum. extra. per Io. And. & & alios doc. in c. vnico. eo. ti. in 6.

Et ad pbationẽ vitæ laudabilis canonizãdi in cõfessorib⁹ adduci põt, qđ dr̃ de episcopo cõfirmãdo, ſm Host. in sum. de ele. §. quis eligit. versi. canon tñ antiquus. dicens, ꝙ debet esse natura prudens, docilis, moribus temperatus, vita castus, sobrius, suis negotijs semper cauens, humilis, affabilis, misericors, literatus, in lege Domini instructus, ĩ scripturarũ sensibus acutus, in dogmatibus ecclesiasticis exercitat⁹, & ante omnia fidei documenta simplicibus asserẽs, s. patrem, & filium, & spiritum sanctum & c. cap. qui episcopus 23. distin. & c. fin. 50. dist. In martyribus. n. non fit tanta examinatio, sed quæritur tantum de miraculis & causa propter quam passi sunt. argu. c. catheccuminum. & c. baptismi vicem. de cõse. dist. 4. secundum Host. in sum. de reliquiis & uener. sanctorum. ver. & hæc intelligas. Sufficit tamen ista sanctitas vitæ ad meritum animæ canonizandi secundum Aug. in c. teneamus. 1. q. 1.

Secundò (vt dixi) requiritur vt ad sanctum canonizandum sit miraculum, vt notant doctores in loco supra allegato. & in hoc requiruntur quatuor.

Primò ꝙ ex deo, non ex arte vel diabolo contingat, qm̃ aliqñ ẽt miracula fiunt per malos: iõ necesse est martyres à deo impetrasse quæ manda t. c. si quis præpostera. quinquagesima dis. & hoc casu procedit illud quod dr̃, ꝙ facere miracula est donum spiritus sancti, vt in cap. quærendum. de pœni. d. 2. & ibi notatur. aliàs non est miraculum, sicut fecerunt magi Pharaonis, qui fecerunt ranas & serpentes conuertẽtes eorũ uirgas, sicut faciebat Moyses, de quibus in c. nec mirum. 26. quę. 5. & illud proprie dicitur prestigium. c re vera. & ibi Archi. de consec. dist. 2.

Secundò requiritur, ꝙ sit contra naturam, sicut dictum est de virga Moysi mutata in serpentẽ, & de asina loquente ad Balaam: de quibus in d. c. re vera. & in c. cum ex iniuncto. de hæreticis. & in d. c. re vera. ponitur de virtute dictę virgę, de qua etiam habetur Exo. 4. 8. 14. 16. 17. & Iosue 3. & 4.

Tertiò requiritur ꝙ non vi verborum, sed ex hominum merito illud contingat. Nam panis & vinũ potestate, & uirtute uerborum transubstantiatur in corpus & sanguinem. c. cũ Marthe. extra de celebra. miss. & sic requiritur ꝙ miraculum sit euidens, non autem latens, & credibile, ut est eucharistia.

Quartò requiritur ꝙ sit ad corroborationẽ fidei. Herba. n. ministerio hominis transit in vitrum, & nil ad corroborationem fidei: iõ ad canonizationẽ nisi hec quatuor cõcurrerent in miraculo, nõ pdessent, quia non esset miraculum, sed potius miraculosum, ut dicit Io. An. in d. c. vnico. de reliquiis & ueneratione sanctorum. in uerbo sedis. circa finem. & Host. in summa supra al. uer. item quęrendum est de miraculis. Arch. in d. c. teneamus. 1. q. 1. Host. Ioan. Andr. & alij in c. venerabili. de testib. ext.

QVinquagesima consideratio, in qua de forma canonizationis sanctorum scribit, & sequendo doctrinas doctorũ in dicto c. primo, de reliquiis, & ueneratione sanctorũ. in antiquis. reperio ad hoc duodecim esse requisita, quę seruari debent, secundũ ordinem infrascriptum.

Primò debet expectari ꝙ aliquę psonę honestę, & authenticę denuncient factum Rom. Põtifici, & supplicent pro canonizatione faciẽda, & hoc nõ semel, sed pluries & instanter: sicut notat de cessione & petitione pallii. c. quidam cedendi. extra de renuntiation. ca. cum post petitam. de elect. non. n. consueuit statim moueri ad committendum talem inquisitionem Rom. Pontifex, sed potius expectare quamdiu pulsetur, & famam accedere, & utrum miracula crescant & cõtinuẽtur anquàm inquisitionem committat, & bene, cum miracula seu miraculosa quandoq; fiant per malos, cap. teneamus. & cap. nec mirum. uigesimasexta quęstione quinta. gl. & doct. in cap. cum ex iniuncto. de hęret. Bal. in c. uenerabili. de testibus. extra. Vnde cauendum est ne populus decipiatur, vt in cap. fin. extra de reliquiis & uenera. sanctorum. & quia circa maiora, maius periculum uertitur, iõ cautius est agendum, c. quiescamus. 42. distin. ca. miramur. 61. distinct. cap. nuper. 7. quęst. 2. cap. ubi periculum. in prin. de elect. in 6. & in l. 1. §. sed & si quis. ff. de Carbo. edicto. dicunt tamen aliqui, quòd si fiat elusio, uix possunt continuari miracula ultra quadraginta dies.

Secundum est requisitum, quòd si continuentur supplicationũ instãtiæ, & fama & miraculorum cõtinuatio perdurare dicatur, consueuit Roman. Pontifex hoc proponere intra fratres, & aliquibus episcopis patriæ illius, qui dr̃ sanctus vel cõuicinię, uel aliis personis honestis & incorruptibilibus committere ut inquirant de fama, & deuotione populi, & de miraculis, & aliis, quę sunt eidem nuncianda in genere & non in specie, & quo ad famam, & non quo ad veritatem, & ꝙ scribant quę inuenerint, & an eis uideatur quòd super ueritate eorundem sit inquisitio committenda.

Tertium est, si tales describunt talia per quæ uideatur quòd inquisitio ueritatis sit committenda, requirit iterum summus pontifex fratrum consilia, & diffinit, utrum sit inquisitio committenda, uel non.

Quartum, ꝙ si inquisitio ei committenda uidetur, iterum rescribit eisdem, uel aliis, ꝙ iterum ueritatem requirant, primò de fama, secundo de uita, tertiò de miraculis exactè, diligenter, fideliter, & prudenter, ſm articulos & interrogatoria, quæ sub bulla sua transmittit: de quo notatur in ca. uenerabili. de testibus. extra. & quod inuenerunt remittant suis sigillis inclusum.

Quintum, ꝙ remissa inquisitione committatur examinatio in curia aliquibus capellanis, uel aliis personis authenticis, & discretis, quę etiam forment rubricas.

Sextum

Sextum, ꝙ rubricæ sic factæ exacta diligentia examinentur per dominum Papam, & eius fratres, & requirat Papa consilia eorundem, an scilicet videantur probata talia propter quæ sit canonizatio non immerito facienda.

Septimum, quòd si videtur Papæ, quòd sit facienda, hoc secretè diffinit inter fratres: pro hoc facit quod in simili dicitur de substantia ex forma electionis, vt notant doctores in cap. quia propter. de elect. & ibi glo. in verbo, maior.

Octauum, ꝙ coadunatis episcopis qui sunt præsentes in curia narret publicè in cõsistorio ea q̃ acta sunt, & probata, secreta diffinitione iam facta suppressã, & requirat consilium prælatorum: facit gloss. in verbo, consilio. in c. Anastasius. 19. dist. quæ dicit, ꝙ Papa tenetur requirere consilium episcoporum, vbi de fide agitur: quam glo. sequuntur ibi Dominicus & Card. etiã facit, quod dicit Panormitan. in capitulo significasti, de electio.

Nonum, ꝙ assignatur certa dies, vt omnes conueniant ad certam ecclesiam, in qua accendentur cerei multi, & sternitur tapetis ecclesia, & paratur: & illuc cõueniũt Papa, fratres, & totus clerus, & facit sermonem summus Põtifex ꝓcessum recitans, & probata, inducẽs populum ad orandum, ꝙ Deus non permittat eos errare in hoc negocio.

Decimum, quod flexis genibus fiat deuota oratio, & cantetur: Veni sancte spiritus, vel alius hymnus siue antiphona conueniens.

Vndecimum, ꝙ surgat Papa ab oratione, & diffiniat illum de quo agitur sanctum esse, & sanctorum catalogo conscribendum, & festum suum tali die colendum, inquantum dicitur sanctorum catalogo cõscribẽdum. Facit pro hoc glo. notabilis, in l. eos, in verbo, qui. C. de offi. magistri militum. quæ dicit, ꝙ qui non sunt scripti in matricula, sunt tanquam priuati. Ideo dicit Ang. in authẽ. de mandatis principum. §. penul. in c. siquidem. post gloss. ibi in dicto verbo, colla. 3. quod solum militibus scriptis in matricula danda sunt priuilegia militaria. Vnde dicit Bald. in l. diximus. in fin. ff. de excusa. tutor. quod mercator non descriptus in matricula nõ gaudet priuilegio mercatorum. facit cap. si Romanorum. decimanona dist. vbi probatur, quod qui non reperitur scriptus inter alios de vniuersitate, non præsumitur esse de uniuersitate.

Duodecimum, & vltimum requisitum est, quod cantetur, Te Deum laudamus. & celebret Papa missam solenniter in honorem eiusdem sancti. Et in hoc ꝙ dicit, ꝙ cantatur, Te Deum laudamus. facit, q̃a Ecclesia, quotidie in officio in fine horæ matutinæ cantat illud canticum. Idem fit peracta episcopi electione secũdum Specul. ti. de elect. §. j. versi. consequenter. In fine enim cuiuslibet operis laudandus est Deus, & gratiæ sunt ei agendæ: sicut facit tam in fine celebrationis missę, quã in fine horarum canonicarum. dum dicit, Deo gratias, facit. c. de hymnis. de consecr. dist. 1. & ibi glo. in verbo, & hymno vult quòd clerici post assumptionem cibi debent agere gratias Deo. allegat cap. vlt. §. edent. 44. dist. facit quod notatur in gloss. fin. in cap. firmissimè. 15. q. prima.

Dicit tamen Ioan. And. in d. c. vnico. de reliquijs, & veneratione sanctorum. in sexto. ꝙ hic ordo hactenus non semper vsque ad vnguem, est seruatus, maximè q̃n agebatur de martyrizatis pro fide. Nam tales consueuerunt facilius, & leuius expedire: & ita dicit tenere Hostien. Ex quo videtur concludere, quòd hęc forma (licet congrua, & honesta) per Papam de necessitate nõ est obseruanda. Et, ut ex prędictis apparet, probitas uitę, & legalitas, seu bona vita operatur ad sanctitatem consequẽdam, quę quidem sanctitas, seu probitas aut legalitas maxima operatur in multis. Primò, vt hic ante dictum est.


Secundò, ꝙ licet aliàs electio, nec actiuè, nec passiuè cadat in laicum in spiritualib. vt de hoc sunt tex. in c. sacrosancta. & c. Messana. de elect. extra. tamen laicus vitę sanctitatis, & legalitatis maximè potest eligi in episcopum. tex. est in c. statuimus. §. his omnibus 61. distin. & dat exemplum in beatis Seuero, Nicolao, & Ambrosio. illum tex. ad hoc magni facit Andr. Barb. ĩ c. cùm adeo. in gl. pe. de resc. col. v. & ibi Felyn. in c. super his. in vlti. col. extra de accusa.

Tertiò facit, quia licet Iudæus factus Christianus in egritudine non possit presbyter ordinari, tamẽ fallit ratione sanctitatis vitæ. text. est singularis in cap. 1. 57. dist. Lud. Rom. sing. suo 423. Multa ad hoc sunt cumulata per doctores modernos, videlicet per Fel. in c. sup his. in fi. de accusationib. & in d. c. cum adeo. & in cap. causam. 2. extra de off. deleg. per dominum meum Iasonem in l. iubemus. columm. 2. C. de iudicijs. & in repe. l. admonendi. ff. de iureiurando, & in l. sciendum. colũ. 8. ff. de verborum obligationibus. quæ cùm ibi satis sint congesta, non repeto.

Tertiæ partis Catalogi Gloriæ Mundi, Finis.

QVARTA HVIVS LIBRI PARS ERIT DE LAVDE, GLORIA, HONORE, & ordine Ecclesiasticarum personarum inter se: & ad omnes alios huiusmodi status.

VNAM ET OCTOGINTA CONSIDERATIONES HABET.



PRo cuius expeditione premitto. Cum hæ & omnes huiusmodi hierarchiæ, spirituales & temporales, seu ordines huius mundi, loquẽdo grosso modo, possunt illo mō distingui quo distinctæ fuerunt prædictæ hierarchiæ, s. ꝑ tres hierarchias cum suis ordinibus: & aliquo modo ꝑ simile videri potest in terreno principatu ministrorũ, qui sunt sub vno principe. Triplex est differentia, hoc est triplices sunt hierarchię seu gradus. Nam quidam operantur immediate circa personam principis. Quidã autem deputantur ad alia officia, puta ad regimen principatus in communi. Quidam vero ad regimen alicuius partis.

Primus assimilatur primæ hierarchiæ. Secundus secundæ. Tertius tertiæ. Sed in qualibet hierarchia sunt tres ordines, quorum sufficientia sic pōt haberi. Quia uidemus, ꝙ inter ministros qui circa principis personã operantur est triplex differentia, in statu, s. spirituali. i. ecclesiæ militantis.

Quidam sunt sicut assessores, vt sunt domini patriarchæ, & his similes: sunt illi de ordine superiori, s. Seraphin, quod interpretatur ardens in amore.

Quidam sunt sicut consiliarij, vt sunt domini Cardinales, & his similes sunt illi de secundo ordine, qui di[cuntur] Cherubin, quod interpretatur plenitudo scientiæ: qu[o]niam sciunt omnia quæ fiunt in ecclesia militante tri[um]phante.

Quidam sunt cubicularij, & seruiẽtes in domo principis, & his similes sunt illi de ordine qui dicũtur throni. In statu verò temporali sunt in regno nostro pares Franciæ in primo ordine, in secundo Duces, & alij principes, in tertio verò sunt camerarij, & alij officiarij regis immediatè personam eius seruientes, vt sunt magister domus, & alij supremi huius ordinis, sub quibus multos connumerabimus in discursu huius libri suis locis, vel in iurisdictione sunt Cancellarius, & Conestabilis in primo ordine, in secundo consiliarij magni consilii, & magistri Requestarum, in tertio Pręsides & Consiliarii curiarum parlamentalium: & isti etiam possunt poni in secunda hierarchia.

Quantum ad secundam hierarchiam sciendum est, ꝙ inter illas quæ deputantur ad regimen communem totius principatus, est etiam triplex differentia.

Nam ad hoc, quod regimen alicuius communitatis benè, & pacificè dispensetur, sunt aliqui tanquam sententiantes quid vnicuiq; debeatur. Veruntamen quia sententia debet esse efficax, & recta, ideo indiget auxiliante vel adiuuante: ideo sunt alii sententiam exequentes, & executionem facientes, vt nihil sit impossibile quod per sententiam determinatur.

Item sunt alii vt sententia sit recta tanquam dirigentes consulentes, & imperant primis. assimilatur tertius ordo secundę hierarchiæ, qui dicuntur potestates, sunt Comites, & alii inferiores Barones. Et isti in statu spūali assimilari possunt Abbatibus, & aliis dignitatib. immediatè seq. post episcopales: in statu verò tēporali sunt Comites, & alii inferiores Barones.

Secũdis verò secundus, vel medius ordo, q dr̄ principatus. Et isti in statu spirituali sunt epī, in statu uerò temporali sunt duces, alii supra comites, & marchiones.

Tertiis assimilat̄ primus ordo secundæ hierarchię, q dr̄ dñationes, quib. attribuitur dirigere, & imperare omnibus ministeriis diuinis. Sic in statu spirituali Archiep[iscopi] in suis prouinciis qui dirigunt, & imperant in oīb. ministeriis ecclesiasticis, reges, & alii principes inferiores à supremo principe, q̄ suas ꝓuincias gubernant, inter quos sunt multi, vt dictum est s̄, & dicam ĩ.

Quantum ad tertiam sciendum est, ꝙ inter illos q[ui] habent potestatem limitatã, & determinatã ad aliquam partem principatus triplex est ēt differentia. Quidam ad vnam prouinciam sunt in statu spirituali Archidiaconi, & alii inferiores prelati habentes administrationem, de quibus infra dicam: & in statu temporali, Barones habentes sub se plures subditos.

Quidam

Quidam ad aliquam partem prouinciæ, vt sunt in statu spirituali curati. in statu temporali Senescalli, & Balliui, & his similes.

Quidam autem ad hominem vnum, & hoc dupliciter: aut quantum ad bonum commune multorũ, quod expletur per vnam personã, sicut conceptio virginis, vel sicut in statu spirituali sunt religiosi p̄dicatores, in statu tẽporali, vt sunt inferiores omnes habentes administrationem à superiorib. iudicibus.

Aut quantum ad ea quæ pertinent ad ipsum tm̃, ut quilibet simplex sacerdos in statu spirituali, & in statu temporali quilibet simplex homo. Primi, s. virtutes q̃ sũt de primo ordine tertiæ hierarchiæ assimilant̃ primis noĩati: secundis. s. archangelis assimilantur secundi, & tertijs tertij, ut dictum est. Hęc oĩa uideri poterunt clarius in discursu duarum partium sequentium. Et hãc æquiparationem, & assimilationem in quibusdam videtur facere Bernar. de Placentinis in suo Elucidario missæ, in præfatione generali: &, vt dicit Host. in summa de ordinatis ab ep̃o q̃ renunciauit ep̃atui. §. j. ꝙ sunt nouem ordines in ecclesia militante ad instar ecclesiæ triumphantis, vbi sunt nouẽ ordines angelorum. facit tex. in c. ad hoc. 89. dist. & de diuersitate graduum, & ordinum in ecclesia Dei quomodo sit cõueniens ponit Iudocus in suo Antiluthero, lib. 2. & 3. ubi amplè.

PRo secunda consideratione præmittendum est, ꝙ status ecclesiasticus in omnibus statui temporali est præferendus: cum sacerdotes sint honorandi ab omnibus ex quinque causis, seu ex quinque rationibus.

Primò ratione institutionis, quia instituti sunt in terris non ab homine, sed ab ipso Deo, imò tãquam veri Xp̃i vicarij, non solum in lege euangelica, sed ẽt in lege veteri. Primus enim sacerdos, qui, iubẽte dñ̃o victimas obtulit in ueteri testamento, dr̃ fuisse Aarõ, vt patet Ge. 14. sil̃r & Melchisedech in lege naturæ, dictus rex Salem, dicebatur sacerdos Dei altissimi, q̃ primò panem, & vinum obtulit, vt patet Gene. 14. & notat. 21. dist. c. deniq;. Sed in lege nostra Iesus Christus, volẽs exire de hoc mundo, rediens ad patrẽ suũ, die Iouis sancta sacerdotes istituit, & vicarios in vniuerso orbe ordinauit, dicendo: Ite in vniuersum mũdum docentes omnes gentes & baptizantes eos &c. Quos regibus, & principib. totius orbis præesse voluit, tanquam excellentiores, inter quos adhuc vnũ caput, & summum vicarium ordinauit, s. B. Petrum in tota ecclesia catholica, quando dixit ei Ioan. 2. Simon Petre amas me? Respondit ei Petrus. Domine, cùm scis omnia, tu scis quia amo te. Et dixit ei dominus. Pasce oues meas, Quia tu es Petrus, & super hãc petram ædificabo ecclesiam meam, & tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcunque ligaueris super terra, erit ligatum, & in cœlis. Et quomodo Petro in personam aliorum sit data potestas sacerdotibus, & maximè eius uicario, dicam infra in consi. 6. ubi ponam de præcedentia, excellentia, & honore summi pontificis supra alios huius mundi homines. Sed redeundo ad propositum, magna est ergo dignitas sacerdotalis, quæ vicẽ dñi nostri Iesu Christi in animabꝰ pascẽdis atq; regendis in terra hẽt & obtinet à sui prima instõne: ideo Eccl. 7. ad eorum honorẽ hortatur sapiens dicẽdo. In tota anima tua time Deum, & sacerdotes illius sanctifica. Honora Deum ex tota anima tua, & sacerdotes illius honorifica. Et contra eos spernẽtes ait dominus, Luc. 10. Qui vos spernit, me spernit. Est. n. huiusmodi dignitas spiritualis. Et ideo quantò spiritus nobilior est corpore, tantò sacerdotalis dignitas nobilior est quacunque, ca. inter corporalia. extra de transla. epi. Et hoc est quod notatur 96. dist. c. duo quidem. vbi sic habetur. Aurum non tam preciosius plũbo, quã regia potestate sit ordo sacerdotalis altior. de quo per Alber. de Rosa. in l. gloriosissimo. C. de summ. trinit. & fide Catho. Barba. in cap. nouit, nume. 142. 143. de iud. Præpositus in cap. ad verum. 96. dist. Et etiam habetur eadẽ 96. dist. c. quis dubitat sacerdotes Christi regum, & principum, omniumque fidelium patres, & magistros cẽseri: imò per sacerdotium iubẽte domino regalis dignitas est ordinata. Vnde 1. Reg. 8. dicit dominus ad Samuelem sacerdotem. Audi uocem eorum, scilicet filiorum Israel petentium habere superiorem, puta regem. Et constitues super eos regem. Inde est, quòd spiritualis potestas terrenam potestatem habet instituere, vt sit: & iudicare si bona non sit: quod probatur per Apostolum dicentem ad Cor. 7. nescitis quoniam angelos iudicauimus, quantò magis secularia. Quod etiam notatur in c. per venerabilem. extra, q̃ filij sunt leg. & 9. quæst. 3. cap. nemo. de qua quidem dignitate ait Petrus. 1. Petri 2. Vos estis genꝰ electũ, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annuncietis eius, qui uos vocauit in admirabile lumen suum Christus Iesus de tenebris. De quo dictus ciuis, & contemporaneus noster Ioannes de Monthelono in suo promptuario iuris, in verbo, sacerdos.

Tanta equidem est ista sacerdotalis dignitas, vt nedum tp̃ibus nostris, sed etiam tp̃e Romanorum, & magnorũ magistratuũ nulli Imp̃atores, aut reges fuerũt nisi sacerdotes. vnde di. 21. c. cleros. Ante aũt qui Põtifex, & reges erãt, dr̃. Nam maiorum hęc erat consuetudo, vt rex esset & sacerdos, & Pontifex: vnde & Romani imper. & Pontifices dicebantur.

Sed heu quid dicendum de nobilibus, & burgẽsibus, qui de presbyteris faciunt suos receptores, suos pincernas, & coquos, & stabularios, quorũ manus sacratę scm̃ sc̃tõrũ corpus dñicũ quotidie cõtrectãt, cuius expleto officio ad ista applicant̃ vilissima? Cõtra quos dicit ap̃ls, ꝙ nemo militans Deo secularib. negotijs se implicet. Et Esa. 61. Vos sacerdotes dñi uocabimini ministri dñi dei nr̃i, & non hoĩum in his secularib. immundis negotijs. Et habetur 11. q. 3. c. absit, vt quicquam sinistrum de eis arbitremur, qui apostolico gradu succedentes Christi corpus sacro ore conficiunt, p̃ quos nos Chr̃iani sumus, q̃ claues regni cęlorũ habẽtes ante iudicii diẽ iudicant. Ita ꝙ in ueteri lege hr̃, Quòd quicũq; sacerdotib. non obtẽperasset, aut extra castra positus lapidabatur à populo, aut gladio ceruice subiecta cõtẽptum expiabat cruore. Deut. 17. 16. quæst. 1. c. si clericatus dicitur.

Qui ſuperbierit nolẽs obedire ſacerdotis ĩperio, q̃ eo tpe miniſtrat dño deo tuo, & decreto iudicis, morietᷣ hõ ille &c. Et hr̃ in c. ſacerdotes. 6. q. 1. vbi Hieron. dicit, Non eſt humilitatis meæ neq; menſuræ iudicare de cæteris, neq; de miniſtris eccleſiarum ſiniſtrũ quippiã dicere. Et hr̃ in c. ſacerdotib. 2. q̃o. 3. Quòd ſacerdotes qui proprio ore corpus domini conficiũt ab oĩb. ſunt timendi, non dilacerandi nec detrahendi. Et B. Greg. Munatio Imperatori ſic ſcribit, dicẽs. Sacerdotibus non ex terrena poteſtate dominus noſter citius indignetur, ſed excellenti conſideratione propter eum cuius ſunt ſerui, ita eis dominetur, vt ẽt debitam reuerentiam impendat. Nam in diuinis eloquijs ſacerdotes aliquando dij, aliquando angeli nũcupantur. Qm̃ ſcriptum eſt Exo. 22. Dijs non detrahes. i. ſacerdotib. vt exponit tex. ĩ c. ſacerdotib. 11. q. 1. & ĩ c. cũ ex iniũcto. circa med. de hæret. & ĩ c. futurẽ. xii. q. j. Et ꝓpheta Mala. 3. Labia ſacerdotis cuſtodiũt ſciẽtiã, iuſtitiã, & legẽ requirũt ex ore eius, quia angelus dñi exercituum eſt. Vocãtur etiam miniſtri Dei: unde dicitᷣ Eſa. 61. Vos ſacerdotes dñi vocabimini miniſtri dei. Alijs noĩb. vocantur, quæ colligũtur in c. 1. 43. diſt. Paſtor. n. eſt, quia paſtor dum lupũ vidit venientem non debet aufugere, i. loquenda tacere, & ſic aliorum vitia palpare. Canis etiam dr̃: quia latratu prædicationis debet lupos arcere à gregibus, ne cadat ſuper eas. vnde illud Eſa. 55. Canes muti non ualentes latrare. Propheta etiam dr̃, quia miniſteria ſacræ ſcrip. exponere debet. hoc eſt. n. prophetare, ut gl. j. ad Corin. 14. Et plura alia vide per Io. de Turre. in ſumma, diſt. 43. verſi. hæc autem. & dicit Archid. in c. quiſquis. 12. q. 3. ꝙ ſacerdotes quandoque vocãtur Chriſti, i. vncti, quandoq; dij, qñque angeli, qñq; vicarij, ſeu miniſtri dei. 33. q. 5. c. ul. qñq; ſucceſſores Apl̃orum. c̃. abſit. 11. q. 3. qñq; ſucceſſores diſcipulorum. c. cor epi. 68. di. Ex quo ergo ſunt multum honorandi, & reuerendi, quos non ſolum reueriti ſunt princeps fideles, vt j̃. dicam, imo ẽt ĩfideles.

Recitat. n. magiſter hiſtoriarum, ꝙ cùm Alex. capta Gaza iret Ieruſalem, ſacerdos orabat ꝓ gẽte ſua: cui dñs apparens in ſomnis ait, ne diffideret, ſed in Deo altiſſimo cõfideret. & ciuitatem cereis ornaret, & Pontificalibus indutus, Alexandro obuiam pergeret. Quo adueniente ſic fecit, cum ſacerdotibus, & ciuium multitudine. Quem cùm Alex. Magnus videret Pontificalibus indutum, & laminam deſuper caput eius videret, in qua erat ſcriptum nomen Domini *Tetagrammaton*, deſcẽdit de equo, ſolus cum ſacerdote abijt in ciuitatem ſanctam, & in Salomonis tẽplo nomẽ dñi Dei cœli, & terræ adorauit, cuius principatum ſic indutus ſacerdos ſacris indumentis tenet: & querẽtibus ſuis militib. cur ſic feciſſet in hac ciuitate, & huic ſacerdoti, & non alijs, ſic reſpondit. Quia in ſomno Deum in tali habitu vidi, q̃ mihi prĩcipatum Perſarum daturum ſe promiſit. Et de hac hiſtoria aliquid recitat Benedicti in ſua repe. c. Ray. in ver. & uxorem noĩe Adelaſiam. nu. 284. de teſta. Ex ſupradictis. n. ſatis patet, ꝙ ſacerdotes ſunt honorandi ex ſui inſtõne, cũ ex illa ſint ſubrogati in locũ paſtorum Chriſti animarum, & ſic repreſentãt perſonam Chriſti. Iõ dr̃ in c. ouis. 6. q. 1. Oues paſtorem ſuum non reprehendant, plebs epm̃ ſuum non accuſet, nec vulgus eum accuſet: quia non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum. Vide Bernar. de Buſtis in 2. par. ſui Roſarij, ſer. 25. in litera M, vbi etiam recitat hiſtoriã prædictam.

Tertia conſideratio, ꝙ ſacerdotes ſunt honorãdi rõne meditationis: qm̃, vt ait S. Th. in 3. par. relatus per Io. de Turrec. in c. ſacerdos. de conſec. diſt. 2. Proprium ſacerdotis eſt eſſe mediatorẽ inter Deũ, & populum, inquantum, ſ. diuina populo tradit: vñ ſacerdos dr̃ quaſi ſacra dans, ſm̃ illud Malac. 2. Legẽ requirent ex ore eius, ſ. ſacerdotis. Et iterum inquantum p̃ces populi Deo offerunt & pro peccatis populi Deo aliqualiter ſatis faciunt. vnde Apoſt. dicit ad Heb. Omnis pontifex ex hoĩbus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona, & ſacrificia pro peccatis. Et etiam, vt dicit S. Th. in 4. diſt. 14. & 25. Sacerdotes orant pro nobis, vt Deus noſtri miſereatur, & nobiſcum pacificetur: vt patet de celeb. miſſ. c. presbyter. 21. diſt. c. 1. & 2. & hr̃ plenè per Bernar. de Buſtis in 2. par. Roſarij, ſerm. 25. in litera N, Et, vt practicè loquamur, ſacerdotes ſunt quaſi os cõe populi, quo plures Deo loquuntur. Et ideo ſemper in ſuis publicis orationib. dicunt, quæſumus, & nõ q̃ſo: oremus, & nõ oro &c. Sunt. n. tanquam publica perſona, ſemper pro populo orantes ex vinculo charitatis.

Sicut. n. angelus eſt medium inter Deum, & aĩam ſeu populum, ſic & ſacerdos huius mediationis tenet officium atq; exercitium. Vnde, vt dixi, ſacerdos dicitur quaſi ſacra dans, ſacra docens, *ſacer dux*, vt dicit Anto. Flor. in 3. parte ſummæ, *ti. 14. c. 7. §. 1.* & continentur hæc in his verbis.

Sacris dotatus, vel ſacris deditus, atq; ſacra dans,
Sacra docens, ſacra dos, vel dux ſacer eſto ſacerdos.

Etiam licet ſit peccator, tamẽ ex officio in alios transfundere debet, ut dicit Magiſter ſentẽtiarum in quarto, diſt. 9.

Qvarta conſi. Sacerdotes ſunt honorãdi ratione principalitatis, & vtilitatis: quia principales ſunt apud homines pro eorum ſalute procuranda. Sicut enim officium capitis eſt influere ſingulis mẽbris vitam, & ſenſum, quibus corpus regitur, & in ſuo eſſe manutenetur: ſic & ſacerdos ſacræ ſcripturæ ſenſum in uerbo Dei contentum, & uitam diuinæ gratiæ, & ſalutiferæ licet Dei populo ex officio ſibi credito diſpenſare, & adminiſtrare. Ideo dr̃ ſacerdos, quaſi ſacra dos, aut ſacra dans, ut dictum eſt.

Et ideo vtilitatis: quia utiles ſunt in populo Chriſtiano, quem à manibus peccatorum, & ſordib. conſcientiarum immundarũ purgãt, & tãquã ſpirituales medici à variis ſanãt languorib. Sunt. n. ſummi regis ſeruitores, & filii excelſi, pſal. dicente. Dii eſtis, & filii excelſi omnes. ſuper quib. Deus, & ſuper faciem eorum imponit honorem ſuum, Eccl. 4. cap.

Et vt quidam dicunt, legitur B. Franciſcum dixiſſe, quòd ſi obuiaret ſimul angelo, & ſacerdoti, plus debitã reuerẽtiam viro ſacerdoti inferret, q̃ angelo Dei. Multi tñ ſunt mordẽtes ſacerdotes propter vitia ali-

tia alia aliquorum: sed vadant ad Gregoriū, de quo in c. multi secularium. 1. q. 1.

Sed quicqd sit, aut qd de eis dici possit periculosius, & damnosius esset non habere sacerdotes, q̃ habere etiam malos. Quoniã, vt etiam dicit S. Tho. 3. par. sum. q. 82. ꝙ etiam oratio sacerdotis peccatoris prodest populo, cùm orat tãquam persona publica.

Quid enim modernis temporibus sequeret, si cessaret verbū dei à populo, qđ à multis ecclesiasticis, licet peccatoribus, quotidie in ecclesijs populo proponitur, qui velut spina rosam producunt? Igitur verbum dei à spina mali extrahe, & odorē eius carpe.

Quid si cessarent etiam tantæ missæ à malis ecclesiasticis fortassis quotidie celebratæ?

Quis tam, tanta, & etiam tot traderet quotidie populo Christiano sanctissima sacramenta, quibus ad dn̄m post offensam reuertimur, & ab eo tã benignè, suscipimur, & ideo lucem debeant coram homnib. exhibere? Matt. 5. Ita ꝙ nō auaritiæ studere dēnt, nec alijs vitijs. Contra quos inuehit Hiere. 6.

Veruntamen quantūcunque sint mali, tamē quia ministri dei sunt, & personã eius representantes, p̄cipuè in baptizando, in absoluēdo, in confitēdo, in administrãdo sacramenta ecclesiastica, sunt sp honorãdi. Cùm. n. mittitur à rege, nō attendit ad qualitatē eius, sed ad dignitatē mittētis. hæc dicit Ant. Floren. 13. par. suæ sum. ti. 14. c. 7. §. j. in fi. vbi ponit quomodo sunt honorãdi, & maxime propter necessitatem, cū sacerdotiū fuerit necessariū pro vtilitate reipubli. vt dicit Io. de Turrec. in c. ius publicum. 1. dist.

QVinta consi. Sacerdotes sunt honorãdi exemplo sacerdotum paganorū, & infideliū. Si enim tales honorabant, & venerabantur propter figurã sacrificiorū, quæ suis manibus tractabant, quãto magis nunc sunt honore digni propter dignitatē verorū sacramentorū, quę veraciter ministrant? Vn̄ & dominus noster, Luc. 16. cùm decē leprosos curasset, dixit eis. Itē, ostēdite vos sacerdotibus. & 93. d. dr̄. Dn̄s noster Iesus Christus rex, iudex, & deus noster vsque ad diem passionis seruauit honorem pontificibus & sacerdotibus, quamuis illi nec timorē dei, nec agnitionem seruassent. Nã cùm leprosum mundasset, dixit illi: vade, & monstra te sacerdoti, & offer munus. Nã humilitatē humilis nos docuit. Sacerdotē appellat, quem sacrilegū esse sciebat. Nonne infidelissim⁹ q̃ deos ligneos, & lapideos colebat, etiã sacerdotibus honorē tribuebat? Imo ēt licet nequissim⁹, voluit sacerdotes Iudæorū in ægypto educari de suo ærario publico. c. nō minus. de immun. ecc. De huiusmodi honore, sacerdotib. attribuēdo, dicit Ambrosius. Honor, fides, & sublimitas episcopalis, imo & sacerdotalis nullis poterit cōparationib. adæquari. Si regū fulgori cōpares, & pricipū diademati. i. regiæ potestati, longē erit inferius, quasi plūbi metallū ad auri fulgorē cōpares, cum videas regū colla, & principum sub mitti genib. sacerdotū, & osculata eorum dextra credunt eorum orationibus se cōicari, & posse iuuari. de q̃b. ait Greg. 96. d. c. Quis dubitet sacerdotes Xp̄i regū, & principum, omniumq; fideliū patres, & magistros cēseri? Ideo q eos accusant, & damnant, dei ordinationem accusant, vt habetur in c. in scripturis. 96. d. de Constantino impetatore fidelissimo. qui cū concilium sacerdotum in ecclesia congregasset, seu conuocasset, tãtum eos reueritus est, ꝙ nec ausus est, primum locum inter eos tenere, nec se presbyterorū commiscere sedib. sed nouissimã occupauit. Cōsiliationes verò, & rationes quas ab eis approbatas audiuit, ita veneratus est, ac si de diuino maiestatis iudicio vidisset. De quo narrat ēt historia scholastica: qa cū ei fuissent scriptæ accusationes cōtra episcopos, libellos quidē accusationū accepit, & eosdē qui accusati fuerãt episcopos cōuocatos, in cōspectu eorū libellos incendit, & in ignem p̄iecit, dicēs. Vos causas vestras iudicate, & disponite, qa non est dignum, ꝙ nos iudicemus deos. de quo suprà dicit in scripturis. Et nō est dubiū, ꝙ in personis eorū sunt à laicis honorãdi, ita ꝙ nō licet eos tãgere nec cognitionē cãrum eorū accipere, nec ēt quo ad bona eorū molestiã inferre. De q̃bus oĩbus cum sint amplissimè tractata, qūo rex noster in aliquibus habet cognitionē, & qūo vtatur, vide amplè Guliel. Benedicti in sua repe. cap. Rain. in verbo, & vxorem noīe Adelasiam. in quinq; amplissimis decisionibus seu conclusionibus ibi positis, de testamētis. q̃ cùm sint quodãmodo extra materiã, nihil aliud dico. Et ēt dixi in cōmento consuetudinum ducatus Burgund. in ti. De iustices & droictz dicelles. §. vj. in gl. S'il n'a grace du Prince.

SExta cōsid. est, ꝙ sacerdotes sunt honorandi vltra oēs alias personas huius mundi propter eorū potestatē quã habēt, q̃ excedit oēs alias potestates. Ipsi enim soli habent potestatē corpus Christi cōficere, q̃ nulli alteri creaturæ pōt conuenire, cuiuscunq; ordinis vel dignitatis existat, vt declarat Io. Scotus in 4. d. 13. Alex. de Hales in 4. par. sum. in tract. de eucharistia. Bonauētura ĩ 4. sen. d. 13. Richardus ibi art. 1. q. 2. tex. in c. 1. §. vna verò, extra de summa trinita. & fid. catholic. c. perlectis. 25. d. Tanta est. n. sacerdotū potestas & virtus, ꝙ omnes dæmones infernales superat: & tamen vnus ex minimis eorū maiorē habet p̄tatem, q̃ omnes hoīes mundi. Quoniã secundum doctrinã Scoti, in 2. vnus minimus angelorū siue bonorū siue malorū, posset ex sua naturali p̄tate mouere vnum cœlū, dn̄o permittente. Et tamē vnus minimus sacerdos habet maiorem potestatē omnibus illis. Nituntur. n. dæmones cœlū claudere peccatoribus: sed postq̃ clausum est, sacerdos sacramentū pœnitentiæ ministrãdo, cęlū p confessionem aperit, ita, ꝙ qn̄ vnus peccator est à sacerdote absolutus, totus infern⁹ illi peccatori paradisum clausum tenere nō posset. In cuius signū cùm sacerdotes ab episcopo ordinantur, potestas clauiū cū eodē gradu sacerdotali ministratur, vt habetur 4. sent. d. 19. Quod & Petro dn̄s annuit, cū dicit. Tibi dabo claues regni celorū, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, &c.

Secundò sacerdotalis dignitas superat oēm p̄tatē angelorū: quia, vt dictū est prius, licet vnus angelus possit unū cœlum mouere, tamen non pōt vnum ipsorum cœlorū ad terram trãsferre, sicut radius solis emissus ab ipso ĩ terrã. Sacerdos cito, & subito corpus Xp̄i verū trahit à cœlo summo ad terrã in altari

tāta tpis breuitate, & tam cito, sicut fit lucis solaris diffusio, vt habetur in 4.sententiarum, d.19. imo verè superat potestatē archāgelorum, quorum potestas & officium est mittere ipsos angelos ad terrā, vt ait Dyonisius in angelica hierarchia: sic & sacerdos pōt eos trāsmittere de cœlo ad terrā cum dignissi ma celebrat sacramēta, in quib. Christū gloriosum de suis cœlis manib. tractando facit descēdere, vt dicitur in quarto sent. d.11. Agnoscens Augustinus, & videns hāc dignitatem in li. de ecclesiasticis dignitatibus, inquit: O sacerdos dei, si altitudinē cœli contemplaris altior es. Si pulchritudinē solis lunæ, & stellarum reuereris, pulchrior es. Si descretionē angelorū, discretior es. Si omnium dñorum sublimitatē, sublimior es: solo tuo creatore iferior es: Bernardus quoq; in sermone de octaua parte, ait: O quātā dignitatē & q̄tā nobilitatē quantumq; donū contulit vobis deus.

O sacerdotes p̄rogatiuam.n. ordinis vestri p̄tulit deus oīb. regibus, & imperatoribus terræ, p̄tulit ordinē uestrū oībus ordinibus mūdi: imo, vt altius loquar, p̄tulit vos deus omnib. ordinibus angelorū, oībus angelicæ Hierarchiæ. Sicut.n. non angelos sed sinū Abrahæ apprehendit ad faciendā redemptionem, sic nō angelis, sed hominib. solisq; sacerdotib⁹. commisit dominici corporis, & sanguinis consecrationē.

Item etiam excedunt potestatem Virginis Mariæ, cui non inuenitur data hæc potestas, vt amplè denotatur p Ber. de Bustis in 2. par. sui Rosarij serm. 25. in litera O.P.Q, vbi ponit de potestate sacerdotū, & ibi quō sunt honorandi, etiam si sint mali. O igitur veneranda sacerdotis dignitas in terra, in cuius manu velut in utero beatæ Mariæ Virginis filius Dei incarnat᷑. O cœleste mysteriū, per qđ pater, & filius, & spiritus sanctus tanta mirabilia operat᷑, ita φ subito idē dn̄s qui in cœlis residet, in manib. sacerdotis sacrificat᷑. De quo angelus admiratur, horret infernus, cōtremiscit diabolus: quā reuereri ēt plurimū debet omnis humana atq; mūdana celsitudo. Hęc sunt verba Bernardi, q̄ recitat Bernardinus de Bustis, in suo Rosario, in 2. par. in serm. 13. in principio illius sermonis. Et dicit, φ quantū sint venerandi sacerdotes, apparuit ex visione cuiusdā pueri Mantuani, qui à septē annis vsq; ad duodecimū, quasi quotidie ī missa vidit sacerdotē corporis, & sanguinis dominici circūdatum à duobus angelis, qui in capite eius tenebant vnā pulchrā coronā, donec recepisset sacramentum illud benedictū. Et dicit Io. Gerson li. 4. de imitatione Christi. c. 5. Qn̄ sacerdos celebrat, deū honorat, angelos lętificat, ecclesiā ædificat, viuos adiuuat, defunctis requiē p̄stāt, & se oīū bonorū participē facit. Quæ oīa cōsiderans beatus Franciscus allegatus per Bernardinū de Bustis ī quadā epistola sua directa capitulo generali scripsit frattribus suis, dicēdo. Audite fratres, si beata Virgo Maria sic honorat᷑, vt dignum est, q̄a Christū portauit in vtero, & si beatus Ioānes cōtremuit, & nō ausus est cōtingere Dei verticē. Si sepulchrū Christi ī quo per aliquod tēpus iacuit sic venerat᷑, quantū debēt esse hō sanctus, iustus, & dignus, qui nō iā moriturū, sed ī æternū viuentē, & glorificatum, in quē desiderant angeli conspicere contrectat manibus, corde, & ore sumit, & alijs ad sumendū p̄bet? Videte ergo dignitatē vestrā sacerdotes, & sancti estote, quoniā dominus deus vester sanctus est, & sacerdos in æternū secundum ordinem Melchisedech. Imo ēt fuit sacerdos ex 22. deputatus in templo Salomonis, prout dicit Lactantius referēdo quoddam dictum mirabile de quodā Iudæo, quē tentabat q̄dā Philosophus Christianus ad fidē allicere Christianā. Quod quidem mirabile refert etiā quidā nouus doctor in suo tractatu de doctoribus, q̄ dicitur Petrus de Lesuanderie, in 4. par. q. 86. sic dicens.

Tēpore Iustiniani īperatoris Christianissimi fact᷑ est homo q̄dā inter Iudæos princeps, & nomē Theodosius erat. Is & cùm imperatori, & plerisq; notus esset, tū vel maximè Philosopho cuidā amicus atq; familiaris, cum & sæpe à Philosopho adhortat⁹ fuisset Theodosius ut Christianā fidē missa Iudaica pfidia seq̄ret᷑, tū verò impēsius die quadā ad eū sic est locutus. Quamobrē, inq̄t, Theodosi, cum uir sis sapiēs, & apprimè peritus legis, & p̄phetiarū, sciasq; oīa legis & p̄phetiarū in Iesu dn̄o cōsummata fuisse, Christianam verā religionē nō sequeris, q̄ te ad salutē rectà via pducere pōt? Mihi.n. psuadeo, φ ignorantia scripturarū te nō teneat. Propterea crede ī Saluatorem Dn̄m nostrū Iesum Christū, ne in pfidia pmanēs, re⁹ efficiaris æternæ pœnæ. Ad quē Iudæus. Grās, ait, ago habeoq; tibi Philosophe, φ salutē q̄ritans magnopere me Christianū conaris efficere. Quapp tāq̄ si corā deo essem, qui nouit secreta cordiū, syncere ac sine dolo cum omni veritate verba hæc tibi faciam. Qđ itaq; Iesus à lege p̄phetisq; prophetizatus, etiā à uobis Christianis adoratus aduenit certus admodū sū, tibiq; tanquam uero amico p̄fiteor. Sed humana quadā opinione detēt⁹, Christianus nō fio. Et ob hoc memet contemno. Nūc.n. cùm sim Iudęus, princeps sum Iudæorū, in maximis honorib. in plurimis facultatib. in oībus deniq; q̄ ad uitā bene degendā pertinet, cōstitutus. Factus aūt Christianus oīb. his priuarer, q̄ in uita humana iudicant bona. Nā & si patriarcha uniuersalis ecclesiæ essem, nō me putarē tot tantisq; fruiturū bonis. Ne igit᷑ præsentibus bonis priuer, futurā contemno vitam, & malè quidem agens, vt uerè verbis meis fidem faciā. confisus in nostra ppetua beniuolētia, aperiā tibi maximū arcanū inter nos Hebræos abscōditū. Ex quo certe scimus Xp̄m à uobis adoratū, illū esse quē lex atq; prophetæ pconizauerunt; nō solum ex his, q̄ de illo scripta sunt, etiā ex scripto inter nos mysterio absconditum.

Mysterium itaq; hoc est.

Antiquis tēporibus, cùm templum in Ierusalē cōstruebat᷑, mos erat Iudæis uigintiduos sacerdotes in tēplo cōstituer᷑, s. tot numero, quot literas habemus, vnde, & diuinos codices uigintiduo numeramus. Erat igit᷑ in tēplo codex, in quo vniuscuiusq; nomen sacerdotis, cognomenq; scribebat᷑: itē patris atq; matris. Mortuo verò aliquo sacerdote, reliqui in tēplo cōueniebāt, eligebātq; aliū in demortui locū, numerum sacerdotalē adimplētes, electūq; in codice scribebāt. Verbi gratia: Calēdis Septēbris decessit Isaac, Beniamin, Abrahæ, Saræq; filius: subrogat⁹ ē in e⁹ locum

locũ Samuel Ezechiel Salomonis Vrieq; filius. Hac itaq; cõsuetudine inter Hebræos durante, euenit eo tpe quo Iesus in Iudæa erat vnũ ex 22. sacerdotibus diẽ suũ obiisse, anteq̃ cœpisset se notũ facere, docere que vt in sese crederẽt. Cõuenientibus itaq; sacerdotib⁹ ad electionẽ, & unoquoq; ex sñia digniorẽ ꝓponẽte, reliquisq́, nõ approbãtib⁹, ꝙ neminẽ ad ĩtegrã pfectãq; sacerdotalẽ virtutẽ inueniebãt. Quippe aut prudẽs erat, bonisq; morib⁹ vitaq; modesta ꝓbat⁹, sed ignorãtia legis, ac ꝓphetarũ indignũ sacerdotio iudicãtes: aut ẽ diuerso vir eruditus, sed haud ꝓbatæ vitæ. Hoc itaq; mõ multis improbatis vn⁹ ad electionẽ assurgẽs, sic est locutus: Multos, inquit, p̃res nominastis, sed dignum neminem iudicastis. Ego vero Iesum filiũ Ioseph ꝓpono, eligoq; ætate quidẽ iuuenẽ, cæterùm & vita honestissima, & bonis ac integerrimis moribus & doctrina pfecta, egregiè ornatũ. Mea.n. sñia nemo vnq̃ par huic visus ẽ, aut ĩ scripturarũ eruditione, aut ĩ vitæ morũq; ĩtegritate, qd oĩbus Ierusalẽ habitãtib⁹ clarũ ac manifestũ est. Hac oñone audita, reliqui sacerdotes sñiam ꝓbauerunt, Iesumq; in sacerdotẽ receperunt, dignissimũ oĩum sacerdotio iudicãtes. Dicebãt tñ quidã eũ nõ esse de genere Leui, sed ex tribu Iuda, credẽtes filiũ esse Ioseph, qui ex tribu Iuda erat. Non.n. licebat cuiquã sacerdotalẽ dignitatem assequi, nisi esset ex tribu Leui. Sacerdos vero qui eũ ꝓposuerat rñdens, mixtũ affirmauit genus esse. Multis.n. antea seculis mixtionem quandã factam fuisse duarum tribuum, & exinde genus Ioseph descendere. Hoc dicto approbantes reliqui sacerdotes Iesum in defuncti sacerdotis locũ sacerdotẽ cõstituere: consuetudine itaq; existente, nõ solũ nomẽ creati sacerdotis in codice scribere, uerũ ẽt p̃ris atq; matris, oportuit eos parentes vocare, & ab ipsis sua noĩa scire. Sacerdos qui Iesum ꝓposuit patrẽ eius Ioseph decessisse dixit, solũq; matrẽ uiuere: m̃re in cõsilio accersita, rogataq; nomẽ ꝓferre, testarĩq; an Iesus eius filius est, & quo p̃re genitus. Maria respondit, Iesum filiũ esse meũ fateor, ego.n. peperi eũ, cuius rei testes fide dignos adducere possum eos qui in partu meo affuerũt. Quia aũt patrẽ in terris non habet, vel in hoc dignoscere potestis: virginem.n. me existentem in Galilæa angelus dñi nõ dormientem, sed vigilantem inueniens euãgelizauit mihi ex spiritu sancto me cõcipere filium, cuius nomẽ iussit vocare IESVM. Virgo itaq; cõcepi, virgo peperi, & virgo permansi. His auditis accersitisq; obstetricib. fidelissimis, iusserunt sacerdotes, vt q̃ diligenter perscrutarent̃ si Maria virgo esset. Obstetrices re uera inuenta affirmarunt virginem esse: hi ẽt adducti qui in partu testificati sunt Iesum Mariæ filiũ eẽ. Stupẽtib. itaq; sacerdotibus de his q̃ de partu Mariç testificabãt, iterũ rogata est ab eisdẽ, qui dixerũt: fare, age, cõfidenter ore tuo Maria, cuius ac cuius est filius, ut sic eum scribamus. Quos.n. nobis dixeris parẽtes, illos & non alios conscribemus. Maria aũt rñdens verè ait. Ego.n. peperi inscia in terra de patre eius. Sed ab angelo audiui esse filiũ Dei. Filius est ergo mei innuptæ Mariæ virginis & filius Dei. His dictis codicem adduxerunt, & conscripserũt. Die tali, talis sacerdos decessit, fili⁹ talis ac talis. In eius locũ oĩb. suffragiis subrogat⁹ est sacerdos Iesus filius Dei viui, & Mariæ virginis. Hic codex in destructione Ierusalẽ diligẽtia principũ Iudæorũ saluat⁹ est. & nũc est Tyberiade paucis admodũ Iudęis, & illis quidem fidelib⁹ hãc rẽ sciẽtib. Mihi uerò tanq̃ principi magistro gẽtis reuelatũ est. Non.n. solũ ex lege atq; ꝓphetis cognoscimus, certiq. sumus Xp̃m à vobis Christianis adoratũ filiũ esse Dei uiui, qui propter salutẽ mũdi in terram descẽdit: verum etiam ex scriptione q̃ vsq; ad hodiernum diem permanet in Tyberiade.

His à Iudeo relatis, mox Christianus diuino zelo cõmot⁹ ad sacratissimũ imperatorẽ ꝓficisci voluit, eiq; oẽm rem pandere, vt supradictũ codicem ex Tyberiade missis illuc legatis acciperet ad arguẽdũ Iudęorũ pfidiã. At Iudęus: rẽ inquit, prorsus ĩpossibilẽ aggredi conaris. Oĩa.n. Iudæi magis patient̃, quam hmõdi codicẽ tradãt. Qđ si vis maior eos superauerit, codicẽ corrũpẽt. Noli igit̃ esse cã magnorũ malorũ. Ego.n. tibi hmõdi rẽ tanquã vero amico cõicaui, vt cognoscere posses me fidẽ Christianã nõ ignorãtia relinquere, sed vana quadã gloria. Philosoph⁹ itaq; vera esse credẽs q̃ à Iudæo audiuerat, imperatori q̃dẽ nũciauit nihil, ne imperator Christianissimus frustra graue susciperet bellum: plerisq; uerò amicorũ rẽ oẽm ordine narrauit, quibus referẽtibus nos quoq; oĩa accepimus. Curauimus perquã diligẽter inuestigare cui verã narrationẽ Iudęus retulerit de hmõi scriptione sacerdotis, & inuenimus Iosephum in historia de captiuitate Iudęorum, cuius sępè meminit Eusebius Cæsariensis in ecclesiastica historia de captiuitate, dicẽte in cõmẽtariis suis, ꝙ Iesus in tẽplo cum reliquiis sacerdotibus sanctificabat. Hoc itaq; apud Iosephũ ĩuenietis virũ antiquũ, & parum post ap̃los florẽtẽ. Quæsiuimus ẽt ĩuenire hũc sermonẽ in sacra scrip. confirmatũ: inuenimus igit̃ ĩ sanctissimo euãgelio Lucæ, ꝙ cum esset ingressus Iesus synagogã Iudęorum, datus est liber, & legit Esaiam prophetã dicẽtem. Spiritus dñi sup me, cuius gr̃a vnxit me, & euangelizare pauperibus misit me. Quare aiaduertim⁹, ꝙ nisi ordinem aliquem sacrum habuisset Iesus in Iudæos, sibi datus non fuisset liber, vt in synagoga legeret ad audientiam populi. Nam neq; nobis Christianis licet in ecclesia sine aliquo sacro ordine legere. Quamobrem credere licet verã esse Iudęi narrationem. Hæc sunt quę dicuntur per Lactantium, & narrantur de uerbo ad uerbum. Qui ẽt de Christo vltra ea quę sunt scripta apud nos, ponit duas epistolas, mentionem de eo facientes, & de eius vera cõuersatione, statura, & gestis. Vna videlicet Lentuli ad senatum Rom. altera Pilati, ad Claudiũ Tyberiũ imperatorem, quas inserere hic uolui, licet quodãmodo extra propositum.

Prima videlicet Lẽtuli ad senatũ Ro. hęc est. Apparuit istis tẽporibus, & adhuc est homo magnæ uirtutis noĩatus Christus IESVS, qui dr̃ à gentibus propheta uirtutis, quẽ eius discipuli vocant filium Dei, suscitans mortuos, & sanans omnes languores. Homo quidem staturæ proceræ, mediocris, & spectabilis, vultum habens venerabilẽ, quem intuentes possunt,

sunt diligere & formidare, capillos habẽs coloris nucis auellanæ ꝑmaturæ, & planos ferè vsq; ad aures, ab aurib⁹ verò cincinos crispos aliquãtulũ ceruleiores & fulgẽtiores ab humeris vẽtilãtes, discrimen habens in medio capitis: iuxta morẽ Nazareorũ: frõtẽ planã & serenis. cũ facie sine ruga & macula aliqua, quam rubor moderatus venustat. Nasi & oris nulla est prorsus reprehẽsio, barbã habẽs copiosam, & impuberẽ, capillis cõcolorẽ nõ lõgam, sed ĩ medio bifurcatã. Aspectũ habens simplicẽ & maturũ, oculis glaucis, variis & claris existentibus: in increpatione terribilis, in admonitione blandus & amabilis, hilaris seruata grauitate, q̃ nunquã visus est ridere, flere aũt sic. In statura corporis ꝓpagatus rectus, manus hñs & brachia visu delectabilia, in colloquio grauis, rarus & modestus, speciosus ĩter filios hoĩum. Et in hoc vltĩo cõcordat cũ ꝓpheta Dauid, ps. 44. Speciosus forma p̃ filijs hoĩum. Ista ꝓ certo est singularis & admirabilis descriptio illi⁹ & multũ honoranda. De qua vide ẽt Bñd. in rep. c. Rayn. in verbo. mortuo itaque testatore. le premier. numero. 275. de testam.

Alia ẽ epistola Pilati ad p̃dictũ Claudiũ Tyberiũ q̃ talis est. Pontius Pilatus Claudio Tyberio salutẽ. Nuper accidit ꝙ ipse probaui Iudæos per inuidiã se suosq; posteros crudeli dãnatione pemisse. Cũ.n. ꝓmissum haberent patres eorum, ꝙ deus illorũ mitteret illis per virginẽ sanctum suũ filium, qui rex eorũ meritò diceret, hũc me p̃sente misit in Iudeam. Quẽ cũ vidissent cęcos illuminasse, leprosos mũdasse, paralyticos curasse, dęmones effugasse, uentis imperasse, pedibusq; siccis super undas maris ambulasse, & alia multa mirabilia fecisse: & oĩs populus Iudęorũ dicit eum esse Dei filiũ, principes sacerdotũ ĩuidiam passi sunt cõtra eũ. Hũc itaq. mihi tradiderũt, & alia ꝓ aliis mentientes, eum magum esse ac contra legẽ eorũ agere dixerunt. Ego aũt ita esse credidi, eũq; flagellatũ eorũ arbitrio tradidi, qui eũ crucifixerũt, & sepulchro custodes adhibuerũt: at ille militib. custodiẽtibus, die tertia resurrexit. intãtũ verò nequitia Iudæorũ cõtra eũ exarsit, vt ipsis custodibus pecuniã darẽt, quatenus dicerẽt discipulos eius rapuisse corp⁹ us: sed illi quod factũ erat tacere non uolẽtes, testati sunt eũ resurrexisse, seque uisionem angelorum vidisse, & à Iudæis pecuniã accepisse. Hæc aũt iõ scripsi, ne quis aliter existimet, credẽdo mẽdacijs Iudæorũm. Hæc sunt quæ in dicta epistola scripta sunt: sed ex dicta epistola, & ex dictis euangelistarũ clarè constat, & constabit, ꝙ Pilatus male ꝓcessit cõtra Christum, & ꝙ malè ad mortem eum condemnauit. imo quòd sententia eius fuit nulla pluribus de causis.

Quoniã vt dicit in sua epistola, Iudæi mentientes eum magum esse, & cõtra legem eorũ agere dixerũt, quod vt dicit, ita esse credidit: & tñ euãgelistæ attestantur contrariũ. Nam semper dixerũt: Ego in eo nullã inuenio cãm. Ex quo, si dictis euãgelistarũ credendum sit, postq̃ excusationi falsæ Pilati, non credidit eum magum esse, nec aliquid agere contra legem Iudæorum: alias aliud dicebat in ore, & aliud in mente habebat, quod non est recti iudicis.

Scdò peccauit Pilatus ĩ hmõi ꝓlatione sñiæ contra Christũ, quia ad furorẽ populi & clamorem lata fuit, & ideo scienter: iuxta illud poetę, Aeneidos 1.

Sæuitq; animus ignobile vulgus.

Et hr̃ Lucæ 23. At illi clamabant dicentes: Crucifige, crucifige eũ. Et instabant vocibus magnis postulantes ut crucifigerẽtur, & inualescebant voces eorum. Nec aduertẽs Pilatus, ꝙ sicut fauore populi liberari non debet l. ad bestias. ff. de pœ. ita nec ipsius furore ĩnocẽs erat dãnãdus, adiudicauit fieri petitionẽ eorũ, dicentium: Si hunc dimittis, nõ eris amicus Cæsaris. Nec ꝙ vanæ voces populi nõ sunt audiẽdę, l. decurionũ. ff. de pœ. Ex quo male fecit cõdẽnando Christum, ut dicit gl. in d. l. decurionum.

Tertiò peccauit, quia nõ zelo iustitiæ, sed timore perditionis officii, cũ dictum ei fuerit: Si hũc dimittis, nõ eris amicus Cæsaris, quia se regem facit. Et timor est unum de quatuor quæ peruertũt uerum iudicium. c. quatuor modis. 11. q. 3. Iuxta illud.

Quatuor ista: timor, odium, dilectio, census.
Sæpe solent hominum rectos peruertere sensus.

Quartò, illa sñia fuit iniqua & nulla, & in eam ꝓferendo peccauit Pilatus propter ordinem ꝓcessus nullo modo obseruatum. Cõdemnatus enim fuit ad funestã vocẽ sacerdotũ ipsum accusantiũ, cõtra l. fi. C. de accusã. Nam licet ageretur de magno, puta de morte hominis, iõ cũ nulla vnquã de morte hominis longa cunctatio fiat, debuit fieri ꝓcessus non ita præcipitanter prout fuit in Christo, qui fuit ita præcipitatus, ꝙ vix decẽ durauit horis, cõtra text. in cle. pastoralis. de re iudic. ubi nouerca iustitię dr̃ p̃cipitatio. In quo uerificatũ fuit illud Salustii ĩ Iugurthino

Animo cupienti nihil satis festinatur.

Quintò, p̃dicta sñia fuit iniqua, & in ea peccauit Pilatus. Et ex processu illius euidẽter apparet de iniquitate sententiæ & notoria iniustitia. cũ sæpius dixisset Iudæis: Nullã cãm inuenio in homine isto, ex his in quibus eum accusatis. Et iterum. Quid.n. mali fecit? nullã cãm mortis inuenio ĩ eo, Luc. 33. c. quod & cęteri euãgelistę testantũ, ꝙ sępe hoc dixit Pilatus, ad demonstrãdũ eius confessionem de Christi innocentia non fuisse erroneam. Non enim p̃sumit de errore alicuius cõfessionẽ reiteratis. Iõ valet cõfessio reiterata etiam extra iudicium absente parte facta tãquã vera, & ex certa sciẽtia procedens, secundum Bar. in l. cum scimus. C. de agri. & censi. lib. 11. pro quo est tex. quem ipse non allegat: ut dicit Benedicti in loco statim allegãdo, in l. fi. C. de plus petitionib. ibi, secũdis confessionib. Et ẽt p̃sumit cum deliberatione facta, quia reiteratio pręsupponit deliberationẽ. gl. in c. si quis iratus. 2. q. 3. Curtius consilio 5. in 6. col. Et si perfidi Iudæi euangelistis credere nolint, saltem credendũ est ipsi Pilato iudici, per eos electo: q̃ post ipsius christi passionẽ, de ipsius sanctitate & inocẽtia Tyberio cęsari scripsit epistolam hic ante positã, quam Tyberius cum suffragio magnificens retulit ad senatum Romanum, & postulauit ut christ⁹ deus haberetur. At senatus, recusauit, indignatus, quod sibi secundum morem epistola fuisset delata, cum esset mos Romanis, vt prouinciarum iudices senatui scripto renũciarent, si quid noui in his quas regebant

gebant prouincijs accidisset. Et iterũ eidẽ Tyberio scripsit Pilatus. Salutem. De IESV Christo quẽ tibi planè postremis meis declarauerã, nutu tadem populi acerbum me quasi inuito & subtimente suppliciũ sumptũ est, virũ hercle ne piũ & seuerũ nulla vnquã ætas habuit nec habitura est, sed mer⁹ extitit ipsius populi conatus, omniũq; scribarũ, principũ & seniorũ consensus, suis prophetis more nostro sibyllis cõtra prẹmonentibus hunc veritatis legatum cruci, signis ẽt supra naturam apparentibus, dũ penderet & orbi vniuersorũ philosophorũ iudicio lapsum minitantibus, vrgent illius discipuli opere & vitẹ cõtinentia magistrũ non mẽtientes, imo in eius nomine beneficẽtissimi: nisi ego seditionẽ ppl̃i æstuantis exoriri pertimuissem, fortasse adhuc nobis ille vir viueret. Et si tuæ magis dignitatis fide cõpulsus q̃ voluntate mea adductus, pro viribus nõ restiterim, sanguinẽ iustũ totius accusationis immunẽ, verũ hoĩum malignitate iniquè, in eorum tamen, ut scripturæ interpretant' exitiũ, pati & venũdari. Vale v. Cal. April.

O gloriosum & nobis salutare iudicis scripto reiteratũ testimoniũ Chr̃m innocẽtẽ ꝓfitentis, & ante mortẽ, vt visum ẽst, & hora mortis qua scripsit titulũ Pilatus, in qua scriptũ erat, IESVS Nazaren⁹ Rex Iudæorũ. pariter & post mortem, vt in prædictis epistolis continetur, sententiæ iniquitatẽ euidenter demonstrans, & Christũ redẽptorẽ nostrũ ab infamia præseruans: quod ẽt satis demonstratur testimonio Iosephi excellentis Iudæorum historiographi, q̃ de Christo redẽptore nostro & eius sanctitate & innocentia 18. antiquitatũ lib. c. 9. de illo tpe loquẽtis, sic ait. Fuit aũt hisdẽ tẽporibus Iesus vir sapiens, si tñ eũ virũ noĩare fas est. Erat. n. mirabiliũ operũ effector, ac hoĩum maximè qui quæ vera sunt libenter audiuit. Hãc ob rẽ multos, tũ ex Iudæa, tum ex gentibus sibi adiunxit, christus hic erat. Hunc autẽ cum Pilatus à principibus nostræ gentis instigatus in carcerẽ agendũ cẽsuisset, nõ tñ hi deseruere qui ab initio eũ dilexerunt. Eisdẽ ꝑterea die tertia post mortẽ uiuus apparuit, quemadmodum diuinitus inspirati ꝓphetæ, & hæc alia de eo innumerabilia miracula futura esse prædixerant, perseuerat: & usq. in hodiernũ diẽ celebre christianorum nomen, ab ipso sumptum, ꝑseuerat & gens. Hæc ille. Ex quibus constat de uera innocentia Christi.

Sextò ꝙ s̃nia Pilati fuerit nulla & iniqua constat, q̃a fuit cõdẽnatus ad dictũ falsorũ testiũ, quorum testimonia nõ erãt cõuenientia, imo uaria, cõtraria & manifestè uacillãtia. Mar. 14. ad istar testiũ Susannę, de quibus hr̃ Dan. 13. & gl. in l. ad testium. C. de test.

Septimo, peccauit Pilatus, & est eius s̃nia nulla, quia Pilatus expressit errorẽ ĩ sua s̃nia. Quia uidens, ꝙ nihil ꝓficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua lauit manus corã populo, & sedendo pro tribunali dixit. Innocẽs ego sum à sanguine iusti hui⁹. Ac protinus Iesum flagellatũ tradidit eis, vt crucifigeretur. Matthæi 27. Quia in mundo maior iuris error in s̃nia nunq̃ fuit, q̃ in fatẽdo aliquẽ fore innocentẽ, ipsum cõdẽnare ad mortẽ, sicut fecit Pilatus Chr̃m: nõ aduertẽs, ꝙ in mente iudicis debent eẽ duo sales, sal. s. cõsciẽtiæ, al's est insipida, & sal securæ cõscientiæ al's est diabolica, ut dicit Bald. in l. 2. circa finẽ. C. de sen. ex periculo reci. Apices. n. iuris in foro cõsciẽtiæ nõ excusant, quia forus cõsciẽtiæ est forus boni & æqui simul cõiũcti, & est tribunal veritatis & nõ fictionis. Nã qñ bonũ æquo opponit', diuina iustitia potius amplectit' æquũ, quã id qđ ius ciuile uocat bonũ: cũ ꝑfecta iustitia req̃rat hæc duo simul. Bal. in l. unica, C. de cõsc. Istos deniq, apices distinctionũ iuris ciuilis simplicitas naturalis ignorat, s̃m Bal. in c. fi. col. 12. de cõsuetudine. De his qũo aũt multo magis attẽdẽdũ est qđ cõsciẽtia ꝑsuadet quã qđ autoritate legũ ordinat', ut ꝑ pulchrè declarat in hoc casu Bndicti in sua repetitione c. Rayn. in uerbo, mortuo itaq; testatore. le primier. nu. 251. 252. 254. de testa. & d. meus Ias. in §. ęquè. 21. col. inst. de actio. ubi multũ ample declarat qũo in cõsciẽtia est iudicãdum, & qũo sciẽtia sine cõsciẽtia diabolica ẽ. Et, ut dicit Bndicti in loco hic añ dicto, iudex dẽt potius sequi cõsciẽtiã suã quã cõsciẽtiã partiũ, maxime cõsciẽtiã suã q̃ nemini nocet: qđ si Pilatus fecisset. i. conscientiam secutus fuisset, & non Iudæorũ latratũ crucifige clamantium, recte iudicasset in foro conscientiæ, q̃ s̃m Bal. in l. fi. C. de pœna iud. qui male iudi. ita excusat iudicẽ, ꝙ iudex faciẽdo s̃m cõnsciẽtiã, licet faciat cõtra scriptã iustitiã, nõ ĩcidit ĩ pœnã. c. cũ ęterni. de re iud. in 6. Et, ut ibi dicit, est triplex, s. ligata reb⁹ uisis, & ligata rõnibus legum, nec nõ est motiua conscientia & adhærens quibusdã machinationibus intellectu, prout alibi Bal. in c. nisi cũ pridẽ. 3. col. de renũ. Quod cõscientia est animi motus sibi ipsi ꝓfundens & sese cõcernens, ut pariter dicit in c. j. §. sacramẽtũ. de consuetudine recti feudi. uñ licet hęc ultima nõ obliget aĩam iudicis, cũ sit conscientia impulsiua & non arctatiua, tñ infelix Pilatus sciens christum oĩ ratione legũ postposita, & quod deterius est, contra motiua imaginationibus sui intellectus adherẽtia (sciebat. n. quod per inuidiam tradidissent eum) contra ueritatem & æquitatem iudicauit illum, qđ nõ fecisset Bal. qui. in c. qm̃ cõtra falsam. de prob. dicit ueritatem, & æquitatem eẽ duos lapides iustitiæ angularis, ut probat ibi tex. dum dicit ne falsitas ueritati ꝑiudicet, aut iniquitas ꝑualeat æquitati. fecit. l. illicitas. §. ueritas. ff. de offi. ꝑsidis. & l. quod si Ephesi. ff. de eo quod certo loco. & l. placuit. C. de iudiciis. Nam scientia est uerorum duntaxat, secundum Bal. in c. fi. de consue. no. ĩ l. si paterfamilias. ff. de hær. instituen. igitur sententia Pilati non fuit bona iure ciuili, nec tenuit in foro contẽtioso, fuitq; min⁹ æqua: nec ualuit in foro conscientiæ iure diuino, q̃nimo fuit nulla ex tali expressione erroris. c. 1. de re iud. l. cum prolatam. C. de sen. & interl. omnium iud. l. 2. C. qando prouocare non est necesse.

Octauo fuit s̃nia dicti Pilati nulla, & ꝓcessus nullus, & male ꝓcessit Pilatus, quia ꝑ uno actu inflixit eũ quinq; sententijs pœnalibus. & tres sentẽtias corporales contra eũ exequi fecit, cum illum alapis cedi fecit, deinde flagellari, coronãq; spineã in capite eius apponit, deinde illudendũ Iudæis tradidit dicẽdo: Ecce homo. deinde flagellatum tradidit ad crucifigendum.

cifigendum. Vnde tanta immunitas tantaq; seueritas, aut crudelitas? ex prolatione veritatis. Si.n.se filium dei fecerit, in quo peccauit? Si.n.dixerit in triduo hoc templū destruam, & in triduo ædificabo illud, in quo reprehendendus? Si.n.cęcos illuminauerit, leprosos curauerit, aut plura alia miracula fecerit, cui præiudicium intulit, aut cui authoritati, aut potestati præiudicauit? Nonne ipse solus est qui mirabilia magna fecit, aut facere potest?

Nonò peccauit in acerbitate penæ insolitæ, cōdénando eū crucifigendū. Crudelissima.n.morte affecit eum, vt iam prophetarum, Sap.2. Circumueniamus iustū, qm̄ inutilis est nobis, & cōtrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nr̄æ, promittit se scientiā dei hr̄e, & filium dei se nominat, contumelia & tormento interrogemus eum, vt sciamus reuerentiā eius, & probemus patientiā illius, morte turpissima condemnemus eum. Et deinde sequit: vt cognoscatur nullitas iniquitatis sententiæ. Hæc cogitauerunt, & errauerunt. Excæcauit enim illos malitia eorum, neq; mercedem iustitiæ sperauerunt, nec iudicauerunt honorem animarum sanctarum.

Decimò peccauit, quia dicta sententia non fuit in forma sentētiæ diffinitiuæ, sed ī forma simplicis sententiæ interlocutoriæ & nudi præcepti. Nō.n.condenauit eū aliquo ordine seruato, sed simpliciter ac p̄cipitanter Iudæis tradidit illū, vt crucifigeret. Io.29.

Quinq; aut sex cās cū supradictis ponit G.Bn̄dicti in sua repe.c.Ray.in verbo, mortuo itaq; testatore.le primier.nu.237.vsq; ad numerum 257.de testamentis.ubi plura alia dicit, quæ videre poteris.

Septima cōsid.est, ꝙ Papa oēs dignitates mūdi p̄cedit, & est superior: vt hr̄ ī cle.pastoralis.de senten.& re iudicata.& de iureiu.cle.1.facit tex.in c.patet profecto.11.q.3.c.nemo.& cap.aliorum.& aliis seq.& 40.d.c.si Papa, & ibi gl. Et prima dignitas, in ecclesia dei.in auth.de ecclesiasti.titulis.in princ.& 12.d.c.1. Ita ꝙ est maior imperatore, ut plenè p Barba.in c.nouit.nume.141.142.143.extra de iud.ubi plenè Præpositus dictus Cardinalis, in c.cnm ad uerum.96.d.ita etiam tenet Alberic.de Rosate in l.gloriosissimo.de summa trinitate & fide catholi.ubi tn̄ uidetur concludere, ꝙ vnus præsidere debeat in spiritualibus.s.Papa, & alter in corporalibus, s.Imperator. Et est dn̄s dominantium. Et habet ius regiminis regum in subditos, dicit Bal.in c.ecclesia sanctæ Mariæ, in 3.col.de constitutio.& apud eū est suprema potestas, in qua non habet parem. Bald in cap.1.in prima colum.de probation.prout per plura declarat dom.meus Ias.in l.rescripta. in secunda colum. c.de prec.Imper.offe.

Imò Papatus ur̄ esse prior Imperio, cum sacerdotiū initiū habuerit à Melchisedech. Erat.n.sacerdos dei summi, ut hr̄ Gen.4. Et hūc tradunt Hebræi fuisse Sem, primogenitum Noe. Dn̄ium uero tpale iusto titulo acquisitum initiū habuit in Moyse duce populi cōstituto à deo, postq̄ secuti sunt iudices, ut hr̄ in libro Iudicum per totum, licet Aug.de ciuitate dei, li.15.ca.1. dicat primum dominium incepisse à Cayn, & Nemroth, & dicā infra in parte seq.in prima consideratione. Sed archiepiscopus Flor.in sua summa, in 3.par.lib.22.c.5.§.14.dicit illud fuisse dominiū tyrannicū: aliud verò qđ incipit à Moyse, fuit iusto titulō acquisitū. Et sicut aurū excellit plūbū, sic et autoritas & dignitas Papæ excedit imperialē c.duo sunt.96.di. Sicut etiam sol dr̄ pr̄ oīum planetarum & dominus, ita Papa pr̄ oīum dignitatū: cū papatus, seu papalis dignitas assimiletur soli, & regalis seu imperialis lunæ. Et sicut luna recipit lumen à sole, ita imperialis dignitas à Papa.cap.solitæ. de maiorita.& obedi.vbi notatur. Et dicit Aug.de Anchona in suo tractatu de potestate ecclesiæ, ꝙ sicut summo sacerdoti Leuitici generis omnes Iudæi obedire tenebant cuiuscūq; status eēnt, sic oēs Christiani maiores & minores Papæ locū Chr̄i tenēti, parere tenent. Et de obedientia exhibenda summo sacerdoti Leuitici generis & punitione inobedientiæ hr̄ Deutero.17.& ample per eundem Archiepiscopū in sua summa, tertia par. lib.22.& 17.& in dicto lib.22.c.1.2.3.4.5.& 6.amplissimè ponit de honore, gloria & potestate Papæ, ad quem recurre.

De obediētia quō sit papæ p reges præstāda, vide p Petrū de monte in sua monarchia: quē allegat ēt Fel.in ca.si quando.vbi per eum.extra de rescriptis. Et aduertendū est ad id quod dicit Beatus Thomas in tractatu suo de Rege & Regno ad Regem Cypri, vbi ait. Huiusmodi regni mysteriū, ut à terrenis spiritualia essent discreta, nō terrenis regib⁹, sed sacerdotibus est cōmissum: ita præcipuè summo sacerdoti Chr̄i vicario Roma.pōtifici, cui oēs reges Chr̄ianos oportet eē subiectos sicut ipsi dn̄o Iesu Chr̄o, vt refert idē Archiep.Flo.in loco hic ante alle.c.6.§.4.

Imò ēt videtur, ꝙ summus Pontifex & sacerdotes secundi ordinis, & alij inferiores sint subiecti regi & principi: cum ut habetur 4.Reg.23.precepit rex Helchiæ pontifici & sacerdotibus secundi ordinis, & Ianitoribus, vt proiicierent de tēplo dn̄i oīa uasa quæ facta fuerāt Bald.& facit quod habetur 3.Reg.22.c.ubi habetur. Prohibitiq; sunt sacerdotes. & ibi ponitur uerbum principis ad sacerdotē imperatiue. Nolite ergo &c. Ex quibus etiam uidetur dicendū, ꝙ ēt sacerdotes debent obedire principi reciprocè.

Sed tn̄ dic ꝙ Papa est primus & maximus omniū Episcoporū & Patriarcharū, in totā ecclesiā Christi vniuersalē plationē habens. Refert S.Thomas ī tractatu suo quē fecit contra errores Græcorum.c.66.& 67. Et est pr̄ v̄lis oīum fideliū & oīum ouiū Chr̄i per hæc uerba: Pasce oues meas. ut tenet Io.de Turrecre.in c.cum ad verum.96.dist.licet p̄hibeat se p̄pter humilitatem vocari vniuersalem episcopum, aut patriarcham: re vera tamen est vniuersalis episcopus & patriarcha, ut tenet idem Ioā.de Turrecre.in ca.nullus.9.dist. Et primum locum in consistorio obtinet.c.1.& 2.22.d.& Præpositus in c.episcopos.17.dist. Imo in tantum est honorādus, ꝙ debet osculari in pede, ut dicit glo.& Ioannes de Platea in l.1.C.de domesti.libr.12. Imò videtur idem consistorium facere cum deo. Innocen.& Hostien.in c.4. de transla.prælat. ideo post deum præ omnibus debet

bet honorari. Abbas Siculus in consilio 21.lib.1.vide etiam Bernardinum de Bustis in sermone 31.secundæ partis sui Rosarii. in litera G.

Et de huiusmodi prælatione vniuersali in tota ecclesia,& q̃uo sit summus pontifex, vide ẽt archiepiscopum Flo.in dicta sum.3.par.li.22.ca.6.§.1.& 2. Et est supra omnia iura mundi.c.cuncta per mundũ.9.q.3.c.ꝓposuit.de cõces.ꝓbendæ.ita ẽt ꝙ est super illustris: imo quasi talis dici non debet, cum sit supra dignitatẽ & culmen omnium dignitatum. ita tenet Bald.in cum accessissent.extra de constitutio. d.meus Ias.in l.1.col.1,de officio eius cui mand.est iurisd.& ibi amplè Purpurat⁹,qui ponit quibus honoribus debet honorari supra omnes. Et dicit Zodericus Zamoren.in suo speculo humanæ vitæ,libr.2. c.1.ꝙ huius summi pontificis tãta est sublimitas & eminẽtia,tãta immensitas, vt nullus mortalium nedũ cõprehẽdere aut satis exprimere,sed nec cogitare possit: quod multis comprobat rationibus,quas nõ trãsporto,cum habeatur in impressione : & ibi vsq; ad octauum capitulum ponit de miseriis summorũ pontificũ,& breuitate eorum vitæ plures cãs assignãdo. Supremus.n.Dei vicarius est,& qui cõtrariũ dicit,mentitur, vt dicit Bal.in l. Barbarius Philippus. ff.de officio ꝓt.& idẽ Bal.ibi in finalibus verbis,dicit ꝙ est omnia,& super omnia in spiritualibus.& allegat Bernardum de cõtemplatione ad Eugenium. & idem Bal.in procemio Gregoriano in princ.dicit, & Papæ commissa est tota machina spiritualis: & thesaurus omnis dignitatis est in eo, ita vt nulla sit dignitas spiritualis, vel ecclesiastica,cui non præsideat. & idem Bal.in l.rescripta.C.de precibus impera.offeren.dicit ꝙ omnes dignitates omnemq; potestatẽ quam habuerunt omnes patriarchæ solus Papa hẽt. Et maior autoritas Papæ quam sanctorum.c.de libellis.20.d.de cuius autoritate pe.de Anch.in repetitione.c.1.circa secundã chartã de consti.& per Pan. in c.nouit.in gl.2.de iudiciis.

Octaua cõsi. Cardinalis Host. ex priuilegio & ex merito,quia Papam cõsecrat & imperatorẽ inungit,obtinet ſm locũ in cõsistorio Papæ.Ita tenet Host.pe.de Anch.& Car.Zabar.in c.antiqua.de priuilegijs. Car. Ale.in c.episcopos.17.dist.& sic est primus post Papam,ideo dr̃ honorabilior cæteris: cum ille honorabilior dicatur,qui est ꝓximior dño,vt est gl.in §.aliã.insti.de bon.pos.& dicã infra.in 54.consideratione incipiente,ex prædictis fundatur. Et iste Cardinalis episcopus,licet sit tantum episcopus, vtitr̃ pallio,vt dicam infra 26.consideratione.incip. Episcopus Hed.Et ꝙ iste Cardinalis obtineat ſm locũ, tenet Nicolaus Boerii in suo tractatu. de autoritate & præeminentia sacri magni concilii. in prima opinione pro magno concilio.

Nona considera. Quatuor patriarchæ,s.Cõstãtinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus obtinent primũ locũ post apostolicũ. Patriarcha verò lingua græca summus patrũ interpretatur.c.cleros.versi.patriarcha.21.dist.Et ſm ordinem supradictum & descriptum obtinent primum locum post Papã in ecclesia. Primum videlicet Constantinopol. Scdm verò Alexan. Tertiũ autẽ Antioche.& quartũ Ierosolimitanus.ſm quẽ ordinẽ ponuntur in ca.antiqua.extra de priuilegiis. & in auth.de ecclesiasticis ti.post prin.col.9.& ibi intellige de prædictis quatuor,qui sũt verè patriarchæ,seu primates: cũ primas idẽ sit ꝙ patriarcha, licet noĩa sint diuersa.Nõ.n.inter eos est realis dr̃ia,sed vocalis 90.dist.1.c.vocantur tamen prædicti patriarchæ.

Et isti quatuor representant quatuor Euãgelistas in Ecclesia dei, vt est tex.in c.scriptũ est.de elec. Et dicuntur mundi Cardinales: quia per quatuor euangeliæ incessabili tuba didicimus,& ꝙ per orbẽ terrarum illũ illustrãtes prædicamus & agimus, dicit tex. in c.huius.75.dist.& per Ludo.Roma.in consi.suo 524.incip. Vos estis lux mundi.in 6.col.

Et isti patriarchæ sunt spectabiles: quia redacti sunt instar regum, ex quo multas prouincias regũt. Bal.in l.1.col.3.§.1.ff.de officio præfect.prẹto.dñs meus Iaso.in l.1.ff.de offi.eius cui man.est iuris.imò Purpuratus ibi dicit eos esse illustres: quẽ vide post d.meũ Ias. Et dicuntur sanctissimi,in auth.ut determinatus sit numer.saltem vt dicit Purpura.in d.l.1.post Cardi.Host.in consistorio sedent immediatè.

Alii aũt de quibus hr̃ per Archidiaconũ in c.periculoso.de statu monacho.lib.6.& in c.2.& 3.99.di. & in c.1.& 2.80.di.nõ sunt propriè patriarchæ, sed primates,ut tenet Aluaro.& Præpositus,dictus Cardi.Alexan.in titu.episcopum, vel Abbatem.§.col. 6. Et de his primatibus uide etiam quæ dicunt cardi.Zabarel.& Petrus de Anchara.d.c.aliqua. ubi dicunt,quod si episcopus Hostien. cardin. sit presens, quod sedebit prope papam: nec mirum, ut dicunt, quia papam consecrat,Imperatorem vngit,& est palliatus,& ideo uidetur esse maior dignitate patriarcha constantinopolitano: quia, vt dicũt, prioritas dignitatis declaratur ex prioritate sedis & loci.c.ex ore.de priuil.c.j.& c.statuimus.de maior.& obedien. Dicit tamen Lucas de Penna in l.vnica. C.de metropoli Berito.in fi.libr.11.quod in constantinopoli præest patriarcha.

Alia de his patriarchis & primatibus,uide ẽt per compatriotam,conciuem & contemporaneum nostrum dominum Ioannem de Montholono in suo prõptuario iuris,in verbo,patriarcha.& ĩ uerbo Dauid. Actuũ 2.ubi Dauid, Isaac, & Iacob, patriarchas appellat,ut ẽt hr̃ in c.Ebrõ.13.q.2. Et hos quatuor credo pręcedere debere omnes card. præter episcopum Hos.Cardinalem, vt dictum est.

De potestate autem patriarcharum ponitur ꝑ Aluarotum & Pręposítum in dicto titulo episcopũ vel abbatem, hic ante alleg.& per Florentinum in 3.parte suę summę,lib.20.c.4.ubi amplè.

An autem alii patriarchę seu primates ultra illos quatuor supra nominatos pręcedent aut pręcedere debeãt car. vt sunt Aquileg. Grãden. Tolent. cãtuarien. Biturien. Pisanus,dicam infra in 19.consid.

Sed quia, vt dicit Aluaro.in d.ti.episcopũ vel abbatem, ꝙ patriarchę seu primates nihil iuris uel priuilegii prę cæteris episcopis habent, nisi quantum sacri canones vel prisca cõsuetudo tollit: iõ cũ iure non

non dicatur, ꝙ alii vltra ꝑdictos quatuor teneāt primū locū post Papam, ideo stabunt in suis locis post Cardinales. Cum Cardinales ēt diaconi præcedant quoscūque episcopos & archiepiscopos, ut infra dicam in 11. consideratione, incipiente, sumitur ex prædictis. & in consideratione supra allegata.

Aduerte tñ ad vnū, qđ dicit Ge. in c. quāquā. in fi. 2. q. 7. quē allegat Fel. in rub. de maio. & obe. 5. col. ꝙ dignitas Cardinalatus est maior post Papam quacunq; alia dignitate. cū cardinales post papā iudicēt omnes, & ipsi à nemine iudicant 9. q. 3. c. nemo, cum aliis per eum ibi allegatis. Et etiā voluit tenere Antonius de Butrio in quodam consilio, quod est inter cōsilia Pauli de Cast. consi. 412. incipiente, viso pūcto transmisso, ꝙ Cardinales post Papam primum locū obtinebant. cap. per venerabilem, §. rationibus. extra qui filii sint legitimi.

DEcima conside. Sicut primo summo Pontifici dño nro Iesu Christo in triūphali Ecclesia tres patriarchę angelorum obsequuntur: ita ad exēplar illius in ecclesia militanti circa vicarios suos tria genera Cardinaliū obsequentiū, ipsis vicariis fuerūt instituta. Qui quidē Cardinales sunt vocati in partem solicitudinis. c. ad honorē. extra de vsu pallii. 2. q. 1. c. decætero. & quorum consilio summus Pontifex agenda ordinat & disponit. c. fundamēta. §. docet. de elect. lib. 6. & sunt sibi collaterales. c. 1. & ca. pen. de offic. legati. lib. 6. Et pars corporis. ca. verum. 6. q. 1. Laurētius, & Car. Zabarella in clem. 1. de celebratione missarū. Speculator ī ti. de leg. §. sequit'. post princip. in ver. laterales. Et iterpretant' Cardinales, id est columnæ ecclesię. c. ministeriū. de offic. archipresbyteri. Oldradus consi. 46. Car. Alexa. in c. in noīe dñi. 23. di. imò papa est de numero cardinalium. Archidiaconus in c. sacros. de electio. & inter Papā & cardinales dr̄ esse vnio identitatis, ſm Io. And. in c. reqsisti. in fi. de testamentis, Philippus Francus in cap. 1. de offi. legati. & faciunt vnū corpus cū Papa, & iudicant totū orbē. c. per venerabilem. qui filij sint legitimi. Ita ꝙ præferendi sunt Cardinales episcopis. secūda q. 7. c. quanqua. card. Zabar. in cle. 4. §. irritū. tertia q. de elect. do. Alex. in rub. ff. de iuris. om. iud. Eo quia car. habēt maius officium quàm episcopi. Bar. in l. 1. §. si quis. ff. de appell. Pan. in c. ecclesia vestra. le dernier. de elec. & in c. 2. de cle. non residentibus. licet tamen episcopi sint maiores ordine. d. ca. quanquam. 2. quęst. 7.

Faciunt ad hoc quæ dicit Fel. in rub. de maioritate & obe. in 5. col. vbi ponit ꝙ ēt cardinalis non episcopus præcedit episcopū non cardinalem. dicā infra in seq. cōside. & vide ibi Fel. in dicta rub. An episcopatus, cardinalatus, & papatus sit culmen dignitatū, & qūo itelligat', & de plato vero, & de numero cardinaliū, & quot sint epi, quot ꝑsbyteri, & quot diaconi uide p Aluarotū & Præpositū in d. ti. epm, vel abbatē. Fortè dicā alibi, licet & tales cardinales æquiparentur regib. d. meus Ias. in l. nemo pót. in 2. col. ff. de lega. 1. Io. An. in c. 1. de offi. lega. in nouella, ponit vndecim prærogatiuas seu maioritates cardinalium, quas uide. Et ex vnaquaq; posset fieri una consideratio de per se, quas vide: & de his tāgam in cōsiderationibus seq. Et qūo car. regibus æquiparētur: & ꝙ sint illustres, ponit Purpuratus post Alex. in rub. ff. de iuris. omnium iud.

VNdecima cōsideratio sumit' ex ꝑdictis, uidelicet maior officio, minor verò ordine ꝑfert'. quia cardinalis ēt nō eps. ꝑfert' epo, vt tenet Pan. post cardinalē in c. ecclesia le second, in vltima col. extra de electio. Idē Abbas in c. quod super his. ī lectura Parmensi. de fide instrumentorum. & ibi de Bellōzinis in 20. col. allegādo Bar. in l. 1. §. si quis in appellatione. circa prin. ff. de appel. ubi dicit, ꝙ cardinales nō habent maiorem dignitatem quàm episcopi, licet habeant maius officium. vide Fel. in loco hic ante in ꝓcedenti consideratione allegato. Ita etiā tenet Flor. in 3. par. suæ sum. li. 221. c. 2. & in illo libro plenè habes materiam status cardinalium.

DVodecima cōsid. cardinales episcopi ꝑferūtur aliis nō epis. Ita tenet car. in cle. 3. §. irritū: de ele. Ratio est, quia habent duplex vinculum. Habēt. n. officium vltra episcopos, & vltra id habent ēt episcoporum ordinem. Ita tanquā habentes duo vincula sunt cęteris præferendi, arg. eorum quæ infra dicam in 15. consideratione: nec ualeret consuetudo, ꝙ diaconus Cardinalis præferretur præsbyteris. Fel. in c. statuimus. extra de maioritate & obe.

Et aduerte, ꝙ sūt septē Cardi. Epi, uidelicet Hos. q ꝓp Papę cōsecrationē, vt iā supradixi ī 2. cōsiderōne, dignior est aliis. Episcopus Port. Episcopus Albanē. Episcopus Sabinēsis, Episcopus Palestinus, Episcopus sanctę Ruffinę, Episcopus Tusculan. Et isti episcopi tanquā vicarii dñi Papæ: in dominicis diebus, festis & pręcipuis solēnitatib' ī altare sancti Saluatoris Lateranēsis ecclesiæ debēt deseruire, vt dicit Aluarō. & Præpositus ī locis supra alleg. Et isti cardinales succedūt ī locū alterius ꝑ optionē, ita ꝙ si moriatur Cardinalis Hos. Car. Portuē. accipiet locū Cardinalis Hos. & sic deinceps: ita quod nouiter creatus Cardinalis episcopus, erit in loco Card. Tuscul. qui est vltimus illorū. Non sic in aliis Cardinalibus, quia sunt Cardinales secundum titulos eis assignatos, & in locum quorū subrogantur. Sedent tamen in suo ordine secundum prioritatem promotionis.

Sed iuxta ꝑdicta posset insurgere dubiū: vtrum si vltra illos septē sint alii Cardinales supnumerarii, quia sint episcopi, non tñ habeant aliū titulū ab Episcopatibus, debeāt præferri aliis Cardi. presbiteris, aut diaconis numerariis, ſm ꝙ est eius numerus impositus ex titulis eis assignatis, vt puta q̄a sint 236. put fuerunt tpe Pontiani Papę, vt refert Card. Zab. in d. clem. ne Romani. §. porro. in 2. notabili. de elec. Et de illis Cardinalib. supernumerariis sint centū Episcopi Cardinales: an debeant tales præcedere alios presbyteros & diaconos numerarios secundum titu. eorum, & eis impositos, de quibus in locis hic ante allega.

Licet sit quidā numerus cardinaliū taxatus secūdū numerū discipulorū christi, ut habetur in locis hic ante allegatis, pót tamē summus Pontifex, ultra illū numerū, tot quot voluerit, creaf de suæ plenitudine

dine potestatis, & omnes tales numerarios facere si velit, notant doct. in locis præallegatis. Si tñ aliquos faciat quos velit esse supernumerarios, tales supernumersrij non dicuntur veri cardinales: cum qui sup numerũ militat, quasi nec militare dicat. l. fi. C. de apparito. magistri militum. & vt dicit Bar. in l. vnicuique. C. de proximis sacrorũ scriniorũ. tales supernumerarij sunt expectantes decedentium locorum. Et ideo debēt sedere in vltimo loco post omnes numerarios. Et dicuntur supernumerarij, qui sunt ultra loca & titulos assignata, seu assignatos alijs supernumerariis. Et sunt numerarij cardinales, uidelicet septē epi supra nominati. Presbyteri vero cardinales sunt 28. nu. q diuisi per numerum septenarium quattuor patriarchalibus ecclesijs vrbis Romanę sunt intitulati. Septem. n. sunt intitulati ad ecclesiam sancti Petri, videlicet cardinales sanctæ Mariæ transtyberim, sancti Grisogoni, sanctæ Ceciliæ, sanctæ Anastasiæ, sancti Laurentii in Damaso. S. Marci, S. Martini in mōtē.

Alij autem septem qui sunt intitulati ad ecclesiā S. Pauli; qui debent in altari maiori deseruire: sunt isti, videlicet Cardinales S. Sabinæ, S. Priscæ, S. Balbinæ, sanctorum Nerei, & Archilei, S. Sixti, S. Marcelli, S. Susanæ.

Alii autem presbyteri cardinales S. Mariæ maioris, sunt isti: videlicet Cardinales sanctorum, qui tñ non nominantur per titulum, sed per Basilicā, & in eo est speciale, vt notatur in c. cum olim. de priu. & de re iud. c. apostolicæ, lib. 6. & tenet Io. And. in titu. de libellorum conceptio. §. nunc iam videndũ post prin. Cardinales S. Cyriaci in thermis, S. Eusebii, S. Potentianæ, S. Vitalis, sanctorum Marcelli, & Petri, sancti Clementis.

Alii verò presbyteri cardinales S. Laurentii, sunt isti: videlicet S. Praxedis, S. Petri ad vincula, S. Laurētii in Lucina, S. Crucis in Ierusalem, S. Stephani in Cœlio monte, sanctorum Ioannis, & Pauli, sanctorũ quatuor Coronatorum.

Diaconi verò cardinales sunt. 16. videlicet S. Mariæ in dominica. Et iste est archidiaconus aliorum, & ideo cæteris præferri debet, S. Luciæ in circo palatii iuxta septisolium, S. Mariæ nouæ, sanctorum Cosmæ, & Damiani palatii, S. Adriani palatii, S. Gregorij palatii, S. Mariæ in schola græca, S. Mariæ in porticu, S. Nicolai in carcere, S. Angeli, S. Eustachii, S. Mariæ in aquario, S. mariæ in via lata, S. Agatæ, S. Luciæ i capite Sabinę, S. Quiriaci. Et istos titulos sic enumerat Speculator in tit. de leg. §. sequitur. & Aluarotus in d. tit. episcopũ vel abbatē. vbi ponit qũo intitulentur. Et quòd possunt esse ex supradicto numero quinquaginta, & unus.

Ex quo videtur dicēdũ, φ si sint vltra illũ numerũ & titulos supradictos, φ sunt supernumerarii. Et tales supernumerarii post mortem aliorum sunt subrogandi ƒm ordinem creationis si uelint aliàs possunt subrogari pro secundo, vel tertio, ar. notatorũ p Bartolum in d. l. vnicuique supra allegata.

Et intellige, φ iste supernumerarius subrogatur, quantũ ad incorporationē. vt s. sit incorporatus, ut numerarius erat, sed nō in loco numerarii, q nō dēt sedere in loco ĩ quo ille sedebat, sed in vltimo loco, post alios prius incorporatos, q præferũtur ei in honoribus, & aliis prælationibus, & sic non per oĩa subrogant loco illius, ut in d. l. unicuique. & in l. comperimus. C. de ꝓx. sacro. scriniorũ. Et sic in dicta subrogatione debet seruari duplex ordo. uidelicet vt hic supnumerarius priores eo: itē ēt ut non ꝑcedat socios supernumerarios priores eo: itē ēt ut nō ꝑcedat numerarios ēt posteriores illo, ĩ cui⁹ locũ subrogat. Ita tenet Ioan. de Platea in d. l. vnicuique. in 2. col.

Ita ēt obseruatur in hac ciuitate Hed. in canonicis supernumerariis, quos præcedunt numerarii ēt posteriores. & dicunt canonici in albis, quia pręben dę eorũ sunt in albo descriptę: & tales nullis canonicorum priuilegijs gaudere deberēt. Sũt tñ exēpti à iurisdictione epi Hed. & subijciunt iurisdictioni uenerabiliũ uirorum dominorũ decani, & capituli Hed. Quod an debeat fieri, non insisto. & ex causa.

Decimatertia cōsi. Inter cardinales in cancellaria pręfert vicecancellarius: nam cum olim de pari cōtēdere voluisset cũ Papa ex gloria pp excellētiā tātę dignitatis q cancellarius erat, fuit statutũ ꝑ lege, φ nō ampli⁹ cācellari⁹, sed vicecācellari⁹ à cętero vocaret, quod & hodie seruat, vt dicũt Guillelmus, & Zabar. in cle. ne Romani, de elect. Et ita ēt uocat: in proœmio sexti. in §. sanè. olim uocabatur bibliothecarius. c. Adr. 63. dist. secundum gl. ibi.

Et inter officiarios curię Romanę post papam dr maior. Notat Zabar. in d. cle. ne Romani. versi. eo ipso. ibi: quarto quęro. Et est iudex in pertinentib. ad expeditionem bullarũ, regulas apostolicas regis, cuius dispositione in curia dātur. & extra cum subscriptione duorũ abbreuiatorũ, & capit certā partem de registro bullarũ, q tenent de omnibus ibi contentis reddere rōnem, ƒm gl. in proœmio regularũ cancellarię Innocētij octaui. Et est pręses iustitię in curia: ponens decretũ: irritās, & aliās clausulas: de quo per gl. in c. statutũ. de resc. lib. 6. §. j. verbo literarũ. Et sedere pōt, & stare cũ auditoribus Rotę in decisionib. causarũ, ēt in pręsentia papę: qm, ut dictum est, est ꝑ s es iustitię, ƒm gl. in d. proœmio. Sicut uidemus de cācellario regni Franciæ, q, tanquam primus post regē pręsidet in omnibus parlamētis regni. sicut Moyses in regno, & synagoga Iudęorum pro deo uerus cancellarius fuit: sic Papa in ecclesia dei cācellarius vocatur, cuius & dei unum & idē dr esse consistorium secundum Host. in c. quanto. de transla. pręla.

Decimaquarta consi. Camerarius sedis apostolicę habet digni tatē ultra alios ratione iurisdictionis, quā habet. Eo tamē quia semper solet esse cardinalis, extra locũ cameræ sedet in suo loco, ut cardinalis, non habendo respectum ad eius officium.

Et dicitur camerarius, qui recipit, & custodit bona, c. ad audientiam. de pręscript. Et hodie magnum eius officiũ est, & habet dignitatem, notant domini de Rota deci. 173. in fine. in nouis, & iurisdictionem exercet circa oēs debitores cameræ. Et Papatu vacante nihil ab eo recipiũt cardinales. c. vbi periculosum §. prouisionis. de elect. in 6. Ioan. Andreæ in clem. ne Romani. §. eo tñ. de elect. Et habet iudicem, qui dicitur

citur Auditor cameræ, qui de cauſis appellationis ad papá extra Romaná curiá per appellationem deuolutis nõ poteſt ſe intromittere: imo conſueuerũt per vicecancellarium committi,& tractari, ut dicũt domini de Rota deciſ.236. in nouis.

Et ad officium camerarij pertinet temporalia pauperibus erogare.gl.in d.clem.ne Romani.ver. eo tñ. iá ſupra allegato.in verbo.camerariũ.quod bene obſeruauit beatus Laurentius reſpondendo tyranno. Theſauros quos quæris,manus pauperũ deportauerũt.Et libros conſeruare.d.c.ad audiétiá. Et duabus rationibus nõ expirat eius officium morte papæ.Prima,vt nõ negligantur redditus temporales ad Romanam ſedẽ pertinẽtes, ſine quibus ſpiritualia diu eſſe non poſſunt.1.q.3. ſi quis abiecerit.c. ex officij. de præſcr.c.cùm ſecundo.de præbendis.Secunda pp ſuſtentationem pauperum,ne interim fame moriantur.86.diſt.c.paſce,vt tenet Zabarella.in dicto verſi. eo ipſo.iam ſupra allegato.

DEcimaquinta conſid.Cardinales presbyteri prę ferunt̃ diaconis cardinalibus ea ratione ſolum, quia licet ſint pares officio: ſunt tñ maiores ordine: ratione cuius maioritatis alios pręcedere debẽt.notatur in c.cleros.21.diſt.dicam infra in 15. conſideratione: ideo non inſiſto.facit tex.in c.placuit.18.di. & c.oportebat.& c.ſi quis in epiſcopis.79. diſt. & in c.cùm redemptor.12.q.2.

Et aduerte,quia iſti cardinales, & Patriarchę ęq̃parant̃ pręfectis ptętorio,ut dicit Alber. de Roſa.in rub.ff.de ſtatu hominũ.Ioan.de Platea.in l.curialib. in 2.& 3.col.C.de decu.lib.10.Intellige prędicta, ſi ſit cõſuetudo talis: de iure tñ,vt dicit gl.in c.legim⁹. 93.diſt.De cõſuetudine Romanæ curiæ diaconi cardinales præferuntur presbyteris cardinalibus: & ſi talis conſuetudo ſit,eſt obſeruanda. Ita dicit Prępoſitus in c.epiſcopos.17. diſt. in fine.ubi dicit,ꝙ indies dicit cõtrariũ obſeruari in presbyteris cardina.Et poterat ſcire,q̃a erat cardinalis tpe ſuo. Et credo ꝙ nõ valeat ex dictis Hoſt.in c.1. de maio.& ob. vbi dicit, ꝙ nõ valet conſuetudo, ꝙ minor p̃cedat maiorem.

DEcimaſexta cõſi. Cardinales manẽtes ĩ curia sũt digniores alijs.Bal.in rub.ff. de offi.procon. qm̃ præſentia principis illuſtrat eos.l.vna.C.de præpoſi. labo.li.12.quoniá licet oĩs gradus & dignitas ſecularis recipiat ſplẽdorẽ à principe,non tñ ęqualiter ſplẽdet q̃ abeſt ei q̃ præſens eſt: ſed ut infert dñs Nicola⁹ Boerij in ſuo tractatu de pręeminentiá magni concilij,& parlamẽtorũ regni Francię in prima ratione ꝓ magno concilio.in fine.ꝙ ſimplex cardinalis in curia reſidens debet in honoribus pręferri cardinali legato.Et facit una ratio: nam conſul qui eſt illuſtris, qñ mittebatur extra vrbem, erat tantum ſpectabilis.gl. in rub.ff.de offi. proconſ.quod tñ dicit nunq̃ poſſe practicari. cùm eo ipſo, ꝙ legatus ingreditur vrbẽ,deponit officiũ,& officia legationis.l.j.& ult.ff. de officio proconſul. iuncto c.legatos.de off.leg.lib. 6.no.gl.in c.excõmunicationis. eo.tit. Ego ẽt dicerẽ contrarium,quando legatus cardinalis vltra cardinalatum habet officium legationis,ratione cuius habet pręeminentiam, cùm tanquam legatus ſummi Pontificis eidẽ honor dẽt adhiberi.notat Phil.Francus in c.grandi.de ſupplen.negligen.prælat.in 6.Dixi ſupra. infra ſic, videtur, ꝙ cardinalis legatus pp autoritatẽ ſui magiſtri ratione legationis præcedit alios. Sed ſolue, dic ꝙ intrando vrbẽ perdit officiũ legationis,& ſic ſemp ſtat ſolutio prædicta. Et iſtud etiam videtur tenere do.meus Iaſ.in l.j.in 3.col.ff.de officio eius cui mand.eſt iuriſdictio. & de dicto Bal. in dicta rub.vide Fely.in c.clerici.in vlti.col.extra de iudicijs.& vide de hac materia quæ dixi in prima cõſideratione ſextę partis.

DEcimaſeptima conſid.Pœnitentiarius habet officium ratione cuius dr̃ habere dignitatem. Et ſm̃ ſtylum curiæ ſolet eſſe cardinalis, notatur in cl. ne Romani. de elect. Et iſtud officium non expirat morte Papę propter periculum animarum euitãdũ. arg.c.primi: ne ſede vacante.& c.primi.de ſepulturis li.6.Et literis iſtius credit̃ in ſuo officio de conſuetudine, q̃a nõ agitur de præiudicio alicuius, cum non habeat poteſtatẽ, niſi in foro pœnitentiali: quod ẽt ꝓcedit quo ad minores pœnitentiarios, q̃a quo ad maiorẽ vr̃ eſſe co, q̃a cardinalis q̃bus de obſeruantia curię credit̃,notat Zaba.in d.cle.ne Rom.§. eo ipſo.

DEcimaoctaua conſid. legati cardinales ſunt digniores,& excellentiores pluribusq; prærogatiuis decorati alijs legatis miſſis vel natis.c.1.& c. ex commu.& c.nolentes.de officio legati.c.1.eo ti. lib. 6.Et tales dicũtur de latere, vt dicit Philippus Fran. in d.c.1.de offi.delegati.vbi ẽt dicit, ꝙ ẽt cardinales, ſi nõ ſunt legati,ſunt cęteris p̃ponendi, & honorandi: licet.n.alij poſſint eſſe maiores dignitate, vel ordine, tñ iſti ſunt minores ordine, cum ſint pars corporis Papę.6.q.1.c.ſi quis.& de pœnis,in 6.c.felicis. Et cardinales legati ęquiparent̃ proconſulib.& ſunt illuſtres, ut dicit Bal.in c.pen.de officio legati. Alij vero legati pręſidibus prouinciarum, vt eſt tex.glo. & docto.in c.2.de offi.deleg.in 6.

DEcimanona conſi.Primates, ſeu Patriarchæ ẽt alij q̃ ſupra nominati in 9.conſideratione, incipiente: quatuor Patriarchę p̃cedunt archiepiſcopos & epiſcopos, cũ maiorẽ dignitatẽ habeant.Imò ẽt de iure deberẽt p̃ferri presbyteris cardinalibus: probatur ex ſubſcriptione c.cõſtitutus.le premier.de app. vbi Patriarcha Grandẽs.p̃fertur presbytero cardina li.duę ſubſcriptiones attendendę ſunt: imò ad huiuſmodi p̃eminentias multum faciunt nota.gl. in verbo,p̃dicatorum, in c. quorundam. de elect.lib.6.& gl.pen.in clem.2.de reſcriptis. Si tñ ſit conſuetudo, ſeruanda eſt, vt dicit Præpoſitus dictus card. Alexandrinus in d.c.epiſcopos.17.diſt. Quia eſt conſuetudo Romæ, ꝙ cardinales p̃feruntur, ideo ſeruanda eſt: & ſunt alii patriarchę inferiores à ſupra nominatis, vt dicit ibi Præpoſitus; Aquilegienſis, Bituricenſis, Granden.& Piſanus: de quibus per gl.& Arch.in c.cleros.21.diſt.& in c.fi.22.diſt.& per Flo.in 3.parte ſuæ ſummę,lib.20.c.4.per totum.

VIgeſima conſideratio. Archiepiſcopus pręcedit epiſcopum in loco vbi amb o habent adminiſtrationem, cùm ſit maior in dignitate, vel etiam in ordine. Et ſic etiam presbyter præfertur diacono,

diacono. De his est tex. in d.c. placuit. 18. di. supra ꝓximè allegato. Et isti archiepiscopi præferuntur præsidibus prouinciarũ. Albericus de Rosate in l. 3. ff. de offic. eius cui mandata est iurisdictio. Et ibi domin. meus Ias. & alij, qui faciunt aliquas comparationes seu æquiparationes de prelatis ecclesiasticis ad principes, & officiarios seculares. Et de dignitatib. sublimitate, & excellentia patriarcharũ, archiepiscoporũ, & episcoporũ, vide Zodoricum Zamoren. episcopũ in suo speculo humanæ vitæ, lib. 2. c. 10. vsque ad c. 14. ponit ēt de miserijs, & periculis eorum. vide etiã de archiepiscopis per Florentinum in 3. par. suæ summe lib. 20. c. 3. vbi amplè.

Vigesimaprima cõsid. Archiepiscopus Mediolanensis præcedit Rauennatẽ, illiq; ante ire debet, argumẽto sumpto ex tex. in c. bene quidem. 97. dist. per gl. ibi: & gl. in l. decernimus. C. de epi. & cle. Alb. de Ros. in epist. inter claras. C. de summa trinitate, & fide cath. Martinus Laude. in tractatu, de dignitate, art. 10. eo quia prior ibi nominatur: de quo per Philippum Decium in consi. 161. col. j. ad fi. vbi tractat̃ ordo scripturæ. Faciunt, quæ dicit Alexander in cõsi. 112. versi. non obstante. in 2. volu. dicam infra in hac parte, in 73. consideratione. Bituricen. ēt p̃cedit Senonen. & Lugdunensis, archiepiscopos, qui sunt in Francia, ſm Albericum de Rosate in rub. de statu hominum. Et licet asserãt se Galliarum primates, nõ est tñ de iure cautũ. Præcedit ēt Burdegalẽ. archiepiscopum, vt de hoc est tex. in c. fi. de maioritate, & ob. & in c. fi. de dilationibus, & tenet Alb. de Rosa. in d. rub. qui dicit, ꝙ Bituric. est primas in Burdegalẽsi ꝓuincia, & ēt Narbonen. prout facit text. in c. conquestus. 9. q. 3. & de prædictis vide Boeriũ in dicto suo tractatu de præeminentia sacri cõcilij. & Iacob. Bonaudi in add. ad Io. de Terra rubea in suo lib. de vinea. in art. 2. primi tractatus. in 4. conclusione. in gl. in verb. à dextris. vbi tamen dicit ꝙ Lugdu. & Senõ. Bituricen. archiepiscopum de facto in conciliis generalibus Franciæ præcesserunt.

Vigesimasecunda cõsid. Archiepiscopus in terra episcopi debet honorare episcopũ, gl. in l. nihil. C. de palatijs, lib. 12. & ibi, ꝙ reuerẽtia nõ solum ab inferioribus debet̃ superioribus, imò qñq; à superiori debetur inferiori. facit gl. in l. apud eum. ff. de manumissio. ꝙ quando sunt duo æquales in dignitate, quilibet in suo territorio est maior altero. faciunt, q̃ dicit Cæpola in suo tractatu. de impera. mili. eligendo. ver. pro imperator. col. 12.

Vigesimatertia cõsi. Episcopi in sessionibus, & subscriptionibus in cõcilijs illum ordinem tenere debent, quẽ habent tpe ordinationis eorũ: vt qui primò ordinatus fuerit primũ locũ, & qui secundo, ſm sibi vendicet, & sic de cæteris, 74. dist. c. episcoporũ. & 25. dist. c. vlt. & c. 1. & Fel. in rub. de maio. & obed. & c. episcopus. 17. dist. vbi Ioann. de Turrecremata, post alios. Et sublata prioritate ꝓmotionis qũo episcopi, archiepiscopi, & primates sedere debeant, vide amplè per Albe. de Ros. in rub. ff. de statu ho. qm̃, vt dicit Fel. in d. rub. de maio. & obe. debent sedere, ſm illum ordinem ibi per eundem Albericum positum & descriptũ. Et de huiusmodi prioritate promotionis est tex. ad literã. in l. j. C. de consulib. & nõ spargẽdis ab his pecunijs. in l. j. C. de præpo. sacri cubiculi, lib. 12. dicã infrà amplius: sed vide Lucã de Pẽna in l. 2. de præfec. prætorio. vbi dicit tñ hod posse limitari, & nõ esse verũ in loco in quo ecclesiæ concessum est priuilegium in contrarium, vt est in c. cum antiqua: de priuilegijs. de quibus supra dixi, & etiam q̃a iste ordo est ordo tp̃is, cui p̃fert̃ ordo qualitatis. 16. q. 7. c. laicis. dixi supra in prima par. De episcopis, & potestate eorum amplè Flo. in 3. parte suę summę, li. 20. cap. 1. & 2.

Vigesimaquarta cõsi. Episcopi exempti, hoc est immediate subditi papæ debent in cõcilio generali sedere in altiori loco, quàm non exempti. facit c. per tuas. cũ gl. 1. extra de maior. & obe. Ita dicit & tenet Ioannes Montaigne, in suo tractatu de præeminẽtia & autoritate sacri magni concilij, in secunda rõne, primæ partis. Ex quo videret̃ dicendum, ꝙ episcopus de Podio cũ immediate sit subiectus summo Pontifici, ꝙ oẽs episcopos suę prouincię præcedere debeat, sed in concilijs generalib. Gallię post primates attendit̃ semp prioritas ꝓmotionis, non habendo respectũ ad alia, q̃ facere possent ad hẽdũ altiorẽ locum.

Vigesimaquinta cõsi. Episcopus debet præcedere quoscunq, suę diœcesis, cũ sit culmẽ dignitatũ, notat̃ in c. 1. de preb. & per Fely. in rub. de maior. & obe. Abbas in c. cũ Vintonen. in 4. col. de elect. & in c. venerabilis, in vlt. col. de prębend. & in c. dilectus. in primo notabili, de concessio. præbendarum. Do. meus Ias. in l. imperiũ. in 4. col. ff. de iuris. omniũ iud. Et episcopatus dr̃ honor, i. honorabilis dignitas, notat Zabarel. in c. episcopatui. de priuilegijs. Imo dr̃ excellentior dignitas. ut ibi per eum per c. innotuit. de electione. Ita ꝙ cũ est in ecclesia dẽt in sublimiori loco sedere in cõsessu presbyterorũ. 95. dist. c. episcopus. 2. & dicit Bal. in add. ad Spec. in ti. de iurisd. omniũ iud. in verbo, superillustres, ꝙ episcopus dr̃ illustris, & ita ēt tenet in l. nullus qui nexu. C. de decurionibus, lib. x. & in l. ad similitudinem. C de epis & clericis. Ita ēt tenet dom. meus Ias. in l. j. col. 4. ff. de officio eius cui manda. est iurisdictio. Et ibi Purpuratus, qui multũ amplè disputat, an sint illustres, an spectabiles. Bar. in l. omnes populi. in 4. quæst. in prĩ. ff. de iustitia, & iure. Imo etiam dicitur summus pontifex. tex. in c. si officia. & in c. qui ecclesiasticis. 39. di. & c. episcopus. 18. dist. & amplè per Bertachinum de Firmo. in suo tractatu de episcopo. in prin. & etiã in quarto libro in prima parte illius quarti libri dicit, ꝙ portat crucem ante se, secundum gloss. in c. fi. ut lite pendente. Et aduerte, ꝙ princeps, seu rex debet ei prębere honorem in assurgendo in aduentu ipsius, & ei iuxta se venerabilem sedem assignare, & sic ad dexteram. Ita dicunt Panormitan. & Ioannes Andreę in c. solitę. de maioritate, & obed. & Corsetus in tractatu de potestate regia. qu. 57. vbi dicit, ꝙ quando accusatur, debet sedere, & non stare. dicam, infra in 7. par. vbi ponam effectus illustrium personarũ, & est in 3. cõsideratione. Imò ēt dicitur serenissimus in. clem. in plerisq;. de elect. Imò dicitur dux,

marchio, comes, & rex. notat Speculator. in ti. de re scri. præsentatione. §. fi. ver. sed nunquid expresso. Et est caput suæ diœcesis, etiã si alij sint in dignitate positi. notatur in c. cum non liceat. de præscriptionib. Imò ẽt est caput capituli. extra de verborum significatione. c. cũ clerici. notat Inn. in c. cum dilectus. in prin. gl. de maioritate & obed. & de offici. ordinarij c. irrefragabili. intelligant quando non est priuilegiũ in contrarium: dicam infrà.

Et licet sint multi ordines, & dignitates ĩ ecclesia dei. c. cleros. 21. dis. tñ Papa appellat se episcopũ eo, quia in ecclesia dei nullus est maior ordo episcopali vt dicit gl. in proœmio sexti. in verbo, episcopus. & facit gl. in c. quãquã. 2. quæst. 7. quæ dicit, ꝙ episcopus est maior presbytero cardinali: de quo tamẽ vide tex. in c. si abbatẽ. de elec. in 6. & Gem. in d. c. quãquam. & in c. 1. in 2. col. de officio deleg. in 6. Bar. in l. j. §. si quis appellationũ. in 1. col. ff. de appel. Dñm meum Ias. in d. l. imperium. in 4. col. vide Curtium seniorem in consi. suo 79. in 2. colum.

Aduerte tñ, ꝙ episcopus debet honorare legatũ de latere in vim iuramẽti ab eo præstiti. de quo in c. ego. de iureiurando. & tenet Spec. in ti. de legato. §. j. ver. honorandus. Hinc dicit Bertachinus de Firmo, in 1. tracta. de episcopo. in prima parte quarti libri, ꝙ inoleuit consuetudo, ꝙ episcopi assistentibus dominis cardinalibus non portant rochetũ saltẽ discoopertum, nec dñi cardinales assidente Papa, nec prætores ciuitatũ baculũ iustitiæ ferunt assidẽte præside prouinciæ. Quẽ aũt locũ habere debeat in capitulo: dic ꝙ si est vt canonicus, nõ præcedit capitulum, sed habet ẽm locũ in c. Pan. in c. postulasti. de conces. ꝑben. Fel. in rub. de maior. & obedientia. in 3. col. dicã infra latius in 45. consideratione.

Vigesimasexta consid. Episcopus Hed. debet præcedere alios episcopos prouinciæ Lugdunensis, cum habeat pallium, quod est signum, & autoritas archiepiscopi, in quo plenitudo põtificalis officij cõtinetur c. nisi. extra de vsu, & autoritate pallij. Ita ꝙ post receptionẽ pallij põt se archiepiscopũ nominare. Notatur ibi ꝙ priuilegiũ habuit episcopus Hed. a summo Pontifice tempore sancti Siagrii tunc episcopi Hed. vt habetur in c. rationis ordo. & ca. in ea synodo. c. dist. Vtuntur etiam pallio episcopus Ipodien. episcopus Hostiensis: primus cardinalis episcopus omnium Cardinaliũ, vt dixi supra in 2. consi. & etiam episcopus Arelaten. c. pallium. c. distin.

Et aduerte ꝙ pallium est candida lana contextũ, habẽs desuper circulum humeros contegentem, & duas lineas ex vtraque parte videlicet ante & retro pendentibus. A sinistris est duplex, & à dextris simplex, & quatuor cruces purpureas ante & retro à dextris & à sinistris, & ante & retro infiguntur in pallio tres acus, quorũ nullũ vacat à mysterio, vt dicit magister Alexã. de Halis in 4. & omnia moralibus sunt imbuta mysteriis, & diuinis grauida sacris, vt dicit Guiliel. in rationali. & plenissimẽ Io. de Turrecrem. in c. episcopos. dicta c. dist. & post eum Cardi. Alex. de verbo ad verbũ, recitando verba ipsius de Turrecre. illum tamẽ tacendo. Sed archiepiscopus Flor. in sua summa. 3. part. ti. 20. c. 4. §. 2. dicit, ꝙ pallium est quoddã ornamentũ ad modũ stolæ sacerdotalis cũ quibusdam crucib. nigris contextis, quod defertur supra alia ornamẽta, circũdans pectus, & humeros ad modũ coronæ ante dependens, & ibi ponit dies quibus utendũ est pallio: & sic dñi supra allegati faciũt differentiam, vt videri põt de crucibus in pallio apponendis. Et qũo sit petendũ pallium, & infra quod tẽpus, vide in c. qm̃. & c. instãtia. eadẽ dist. & de sacramẽto obedientiæ, & fidelitatis Ecclesiæ Romanæ ꝓstãdo in receptione pallij. in c. optatũ. eadẽ dist. & in c. significasti. de electio. Nec potest quis pallium alij accommodare, imò cum eo sepeliri debet. c. ad hæc. c. ex tuarum. extra de autoritate, & usu pallij.

Et ideo ex prædictis inferrẽ, ꝙ si episcopus Hedu. impetrauerit palliũ à summo Põtifice, ex quo tũc poterit se noĩare archiepiscopũ, ꝙ ꝑcedet oẽs alios episcopos nõ vtẽtes pallio: sed ante receptionẽ illius sedebit in suo loco ꝓmotionis, vt dictum est ante in 23. cõsid. incipiẽte, Episcopi in sessionibus &c.

Vigesimaseptima consi. Exempti, & habẽtes iura episcopalia in diœcesi tenentur prestare reuerẽtiã episcopo. Bal. in l. fi. C. de op. lib. Fel. in c. conquerẽte. extra de off. ord. no. in c. cũ nõ liceat. de p̃sc. Imo ẽt canonici exẽpti ad reuerẽtiã ꝓstãdã diœcesano episcopo tenent̃, & possunt cogi. Nã nõ est dubiũ, ꝙ episcopus est maior dignitas, q̃ sit ĩ ecclesia, imo est culmẽ dignitatũ. no. in c. 1. de præb. dixi s. in 23. consi.

Ideo est maior canonico, ẽt exempto, & ideo reuerentiam eidem tanq̃ digniori debent exhibere. C. de officio rectoris prouinciæ. c. statuimus. extra de maio. & obe. Nec debẽt irasci minores ꝙ maiores preferãtur, & ꝙ eis reuerentia exhibeat. 11. q. 3. c. q̃ resistit. Nã ideo diuersi gradus, & ordines sunt distincti, vt minores maioribus exhibeant reuerentiam, vt dicit Lucas de Penna in l. sacri. C. de prepositis sacri cubiculi. gl. in l. 1. §. si uicinus. ff. de aqua plu. arcen. in verb. seruitutẽ, facit l. 3. ff. de alie. mutan. iudicij causa facta. & canonici debent appellare episcopum patrẽ, sed episcopus debet eos uocare fratres. Pan. in c. nouit. de his q̃ fiũt à p̃lato sine cõsensu cap. in 3. no.

Hinc ex his episcopus Parisiensis iustã causam habebat cõtra suos canonicos, q̃ tẽpore quo ipse benedictionẽ dabat populo, nolebant assurgere, nec ei reuerentiã prestare in flectẽdo genua, si cõquestus fuerit: eo quia tenebãtur, nec poterãt de iure illud recusare: licet pretẽdant habere quãdã exẽptionẽ. Etiã fuit dictum per curiam parlamentalẽ Franciæ.

Crederem ꝙ decisio Bal. in d. l. fi. C. de oper. liber. esset vera in exemptis per pactũ inter episcopum, & monasterium factum, secus autẽ esset in exemptis à summum Pontificem ex priuilegio. Ita aliàs dicebat do. meus, & preceptor do. Thomas Cusenier, legẽs Pictauis predictã legẽ, quam sub eo audiui, quẽ postea audiui esse aduocatum fiscalẽ in parlamẽto Burdeg. de quo semper in mente habui, ꝙ nõ erat eo maior, & subtilior in iure nostro in tota Gallia. Nihilo tunc mihi pro hac distinctione allegauit, sed sicco pede transiit. Sed videtur, quòd pro opinione illius sit, eo quia pacto ius reuerentiale tolli non potest.

l.alia.§.eleganter .ff.solu.matr.Et ibi dicunt Ang. & Imola, ꝙ licet ecclesia sit exempta pacto, tamen tenetur ad reuerentiam episcopo, de quo per canonistas in c. cũ venerabilis.de test.in c.pastoralis.de dona. & ẽt per Bal.in l.fin.per illum tex.C. de bonis liberto.& in d.c.cum non liceat.de presc.

VIgesimaoctaua consid. Episcopum honorare dẽt princeps quantuncunque maximus, tex.est, & ibi Abb.in c.solitæ.de maio.& obe.& in c.omnes.& Martinus Laud.in tract.de dignitatib. versi.10.Imo etiam, vt videmus in cõcilio Niceno, constantinus Romanus Imp. primum locũ tenere non ausus est, nec se presbyterorũ consessibus, sed sedem nouissimam occupauit, vt refert Policratus in libro de nugis curialium & vestigiis philosophorũ. lib. 4.ca.3.

Aduerte temen ꝙ rex pręfertur & pręsidet q̃buscunq; prælatis feuda tenentibus ab eo, ſm Panormitanũ in c.cùm virum.in fi.de foro compet. maximè Rex noster Franciæ, eo ꝙ oleo sancto vnctus est: de quo latius vide infra in sequenti par. in 31.conside. Imò episcopi regni debent ei iurare fidelitatẽ seu reuerentiã: quã reuerentiam in concilio sibi reseruasse declarat Theodoricus rex c.concilia.§.hinc ẽt.42. dist.quod intellige verũ ratione feudorum & rerum tempotaliũ, vt tenet Pan.in c.nimis. extra de iureiu. quo casu tenenẽ præstare fidelitatem.c.nimis.& ibi Pan.& alii, de iureiu. Bal.in præludiis feu.Henricus Bohic in c.fi.extra de re iud.no.in c.solitæ. & in c.dilecti filii, extra de re iudi.& in talibus rebus feudalibus prælatus efficiẽ subditus regi: in alijs aũt nõ, sed reuerẽtiæ debitor, dicit Bal.in d.c.nimis.Sed ẽt quo ad alia temporalia, licet non sint feudalia, subijciuntur regi, imò constitutionibus, & ordinationibus illius obedire tenentur in temporalibus. Bal.in c.cum venissent.de eo, q̃ mittitur in possessionem cã rei ser. Et ideo vr̃ ꝙ si pr̃iceps, aut rex exigeret collectas nouas super omni temporalitate sui regni pro necessitate defensionis suæ patriæ, ꝙ ẽt bona temporalia clericorum, & maximè feudalia essent illi exactioni subdita, vt videtur tenere Petrus de Anch.in d.c.nimis, quod an sit verum, dicam alibi.

Aduerte, ẽt quia regens ẽt in his, quæ concernunt negotia ecclesię potest pręcipere sacerdotibus primi & secundi ordinis, vt habeẽ 4.Reg.24. vbi rex præcepit Elchię pontifici, & sacerdotibus secundi ordinis. Dicã infra in quinta parte quando ponam de excellẽtia, & præeminentia Regum, in 32.consi.incip.quilibet rex seu princeps suo regno. vbi posuit de reuerẽtia præstanda regi per prælatum anteq̃ administret.

VIgesimanona cõsi.Protonotarij participantes, cũ habeant officiũ in curia, præferunẽ omnib. officiarijs post vice cancellariũ, camerariũ, pœnitentiariũ, & referendariũ, post tñ episcopos: & si sint epi p̃ferunẽ rõne dignitatis officij cæteris episcopis. Qm̃ Protonotariatus est dignitas, cũ sint notarii Papæ. 12.q.2.c.2.& c.cũ redẽptor. 5.q.1. c. quidam.notaẽ, in c.cupientes.de elect.in 6.glo.1.in c.scriptum. de elect.Et dicuntur Protonotarii, i.primi notarii apostolicæ sedis, à protos græce, quod est primus latinè. inde dr̃ protomartyr, i. primus martyr, ut declarat glo.in auth.de tabellio.§.illud quoq;.coll.4.

Ex quo ergo habẽt dignitatem.l.maximum.C.de excusa.munerum.li.10.l.j.C.de mand.principũ.l. p̃clarã.C.de primipila.lib.12.l.j.C. de prępos. labo. lib.12.l.neq; Dorothæum.C.de decurio.lib.12.

Istud tñ nomẽ Protonotarius nunquã ponitur in Bulla, nec in aliis dispositionibus apostolicis, sed tñ notari⁹. Licet in regulis cãcellariæ ponatur illud nomẽ ad maiorẽ excellẽtiã, vt dicit commẽtator vbi s̃.

Et istud officiũ in principio ecclesię primitiuæ à beato Clemẽte ad sanctorũ martyrũ gesta perquirenda atq; scribẽda fuit institutũ, vt legiẽ in historia sancti Clementis Papæ, & Fabiani. Et sunt septẽ ordinarii, qui dicunẽ participantes, q̃ expediunt hodie bullas ecclesiarũ, & monasteriorũ, & habẽt bonum lucrũ: hoc est intelligendũ ante bullã Papæ Pii, & solebãt præcedere episcopos vsq; ad tẽpus Papæ Pii, sed ipse Pius mandauit sub bulla contrariũ, & sic seruaẽ hodie, ut dicit gl. regularũ cãcellarię apostolicæ, in regulis Papæ Iulii 11.in 3.parte. Et, vt dicit Lucas de Penna in rub.de magistris scriniorũ.C. lib. duodecimo. tales hodie sunt secretarii domini nostri Papę, q̃ sunt maiores post vicecãcellariũ, & sunt similes magistris scriniorũ, q̃ diuersis noĩb.nuncupari possunt.

Et extraordinarii præferuntur quibuscunq; clericis secularibus, cũ dignitatẽ habeant, vt hic ante dictũ est, & rochetũ portare possunt, duntamẽ uigesimũ annũ habuerint, aliàs non, nec possunt ante fieri Protonotarii, ꝓut statuit Paulus secundus. Et ẽt, ꝙ post annũ à die ꝓmotionis ad ordinẽ Subdiaconaẽ ordinarentur, ut ponit Benedicti in sua rep.c.Raynẽ. in uer. Adiectę impuberi.in prin.nu. 13. Et dignitas istorũ hodie uilescit propter numerũ eorum excessiuum, ut dicit Abb.Pan.in c.1.de priuilegiis.

Videtur tamẽ dicẽdũ, ꝙ ẽt ante p̃dictos Protonotarios sint alii officiarii sedis apostolicę, qui p̃feranẽ illis, vt sunt referẽdarii, qui debẽt esse octo, vt ista patẽt ex ordine literę: de quo per commentatorem regulæ cãcellarię Iulii Papę 11.in 5.par.de quib. referẽdariis dicã infra in 7.par.in 11.consideratione.

TRigesima cõsid.Post p̃dictos officiales curię Romanę sunt alii, q̃ ex ordine literę sedere, aut p̃cedere debẽt, ſm quod habetur in regulis cancellarię, post duos Protonotarios est corrector literarũ apostolicarũ, cuius officiũ est magnũ, & valde honorabile in curia Romana: quia corrigit minutas rescriptorũ iustitię, & postea corrigit ipsa rescripta, & expedit eadẽ, & mittit sua autoritate ad plũbũ noĩe Papæ: & in aliq̃bus ponit nomẽ suũ in medio rescripti à tergo, & deĩde ponit manũ vicecãcellari⁹, & scribit hoc mõ, s.mandatur ad plumbũ: puta in sua nobis, & similibus, & iste habet bonũ lucrũ, quia habet unam taxã resc. Et de potestate ipsius refert Speculator in tit.de rescripti pręsentatio.& in ti.de app. & ibi Ioã. And.in additionibus. vbi multa alia de huiusmodi officiariis, & vide cõmẽtatorẽ regularum cãcellarię Iulii Papæ 11.in 3.par.principali, vbi amplè: ad quẽ te remitto. De officiariis curiæ Roma.cum non multum viderim eos in practica, sed intellexi, & cognoui per tres mẽses quib.fui in ciuitate Bono.tpe quo

Iulius Papa II. illam recuperauit medio Ludouici XII. Francorum Regis: pro quo erat illust. D. Carolus de Ambasia locumtenens regius in Italia, & magnus mag. Franciæ, qui illā subiungauit, & in subiectione Iulij Papæ II. nomine regio posuit: expellendo Ioannē Bentiuolū, cui tunc assidebam pro auditore, seu magistro requestarū, & semp illū incomitatus sum: & illa patria Bononiē. subiugata, ibidem remansi in curia apostolica p tres aut quatuor menses pro negotijs dicti illustrissimi dñi de Ambasia apud Iulium Papam expediēdis, tam ratione officij cardinalatus, eius fratris huius ciuitatis Heduen. episcopi, q̄ multis alijs, vbi aliqua de prædictis officiarijs intellexi.

TRigesimaprima consi. Sumendo argumentum à titulis ecclesiasticis dicerem quatuor Abbates generales quatuor ordinum generalium, uidelicet S. Benedicti, Bluniacensis, Cisterciē. & Præmonstratē. p̄ferri debere omnibus alijs abbatibus, cùm dicantur reuerendi patres in Christo: alij verò tantum reuerē di patres. Et sic ēt præferri debere omnibus protonotarijs ēt ordinarijs: licet protonotarij deferant rochetū, quod nō faciunt abbates: & tanquā quilibet sit caput in suo ordine, vt Abbas Cluniacen. qui facit caput in ordine Cluniac. vt tenet Oldradus consilio 204. quod incipit: Prima quæstio est. vbi mouet tribus fundamentis, quæ videas, cùm sint optima pro autoritate abbatis Cluniac. q̄ est unū caput in ordine, & tanquā exēptus in ordine debet præcedere oēs quoscunq; alios Abbates. notatur ī c. ad apostolicę. de priuilegijs. lib. 6. & in c. p tuas. extra de maior. & obe. dicā infra in 55. consi. Et exēpti abbates possunt in cōcilio generali vti Mitra auri frigiata, sed nō exēpti debent deferre albā & planam. notatur in d. c. vt apostolicę. Et ita ēt dicit, & tenet Nicolaus Boerij in suo tractatu de autoritate, & præeminentia sacri magni cōcilij, in prima parte, in secunda ratione. dixi supra in vigesima consid. huius partis. Abbates tn̄ Cistercienses non sunt exēpti, quin s̄m formam suæ iurisdictionis teneantur reuerentiam, & obedientiam suis episcopis exhibere, seruata regula sua: ut habet in c. ne dei. & ibi gl. & doct. extra de simonia. Audiui aliquando dici à quibusdam, q̄ abbates Cluniac. & cisterc. ordinum, qui sunt duo capita ī ordine, in curia apostolica stant ad pedes summi Pontificis illa sede, in qua sedent protonotarij participantes, & episcopi: qui in hoc uident præcedere episcopos, eo q̄a sunt viciniores principali p̄lato, & superiori, s. summo Pontifici, arg. tex. in c. perlectis. 25. dist. de quo infra dixi in 56. & 58. conside.

Et aduerte, q̄ Abbates habentes terras in quibus exercent iurisdictionē, habent magnā dignitatē, cum æquiparent præsidibus prouinciarū, & sic sunt clarissimi, s̄m Bal. in l. j. §. his cunabulis. circa medium. ff. de offi. præf. prætorio. crederem tamē istos quatuor potius esse spectabiles, & æquiparari comitibus pp generalē administrationē in inferiores, quā habent.

TRigesimasecunda cōsi. Abbas regularis præfert cæteris clericis, & nō solū clericis simplicibus, sed alijs constitutis in dignitatibus secularibus inferioribus ab episcopo. Abbas in c. decernimus. & post eum Philip. Decius de iudicijs. Gem. in c. fi. in prin. illū tex. de offi. dele. in 6. vbi dicit, q̄ Abbas præfert canonicis ecclesiæ cathedralis: idē etiā tenet Bal. in c. pastoralis, in ver. extra quæro. extra de off. dele, dicēs q̄ magis est deferendum vni abbati foraneo, q̄ in canonico cathedralis ecclesiæ, quia est in dignitate, cū p̄sit ca. Et canonicus cathedralis ecclesiæ non dicitur habere dignitatem. Dñic. de S. Gem. in c. statutū, in prin. per illum tex. de resc. in 6.

Sed intellige prædicta, nisi canonici collegialiter procederent, q̄a tunc ecclesiam cathedralē repręsentāt, quę plus aliis honorari debet, ut notanter dicit idē Dominic. de sancto Gem. in c. quamuis. in prin. §. quanquā. in 3. notab. de pręb. in 6. & Fel. in c. postulasti. col. 7. extra de resc. & in c. meminimus. in fi. secundę col. de acc. ubi dicunt, q̄ canonici ecclesię cathedralis pręcedūt abbates in processionibus. Ad quod bene facit, quod no. do. Abb. in c. cùm non liceat. in prin. de pręscr. vbi dicit, q̄ ecclesię inferiores debent reuerentiam episcopo, & sic ecclesię cathed.

Ex quibus constat, q̄ fratres minores huius ciuitatis Hed. male fecerunt in obitu nobilis, & potētis viri domini Francisci Rolin, quōdam baillivi Hed. volēdo tūc vltimū locū tenere cum cappa in eorum ecclesia ēt post episcopū, & canonicos ecclesię cathedralis: cū si fuisset ibi abbas, nō potuisset prętendere maiorē locū in præsentia epi, & canonicorū ecclesię cathedra. collegialiter pcedētib. vt hic añ dictū est.

Et q̄ abbatia alijs dignitatibus inferioribus secularib. ab episcopo p̄ferat, facit tex. in c. pe. de offi. vic. in c. insinuante. de off. deleg. in c. I. de renun. in c. cū dilecti. de ele. in c. ex parte, in prin. de ver. sig. & in d. c. decernimus. de iud. ibi, abbates archidi. vbi ex priori nominatione pręfert abbas archidiacono & prior noiat, & ex priori noiatione maior dignitas arguit, notat in c. bene q̄dē. 96. dist. & in c. quorundam. de elect. in 6. & in c. pręsenti. in prin. de off. ord. in 6. & in c. fi. de off. dele. in 6. dicā. j. latius in 63. consid.

Ex quibus supradictis īfert Barbatia in d. c. decernim⁹, q̄ abbas præfert archidiacono cathedralis ecclesię. Pro quo est deci. Pan. in c. ex ore. in 4. nota. per illū tex. de priuilegijs. Faciunt text. q̄ pręferat abbas archidiacono, cùm prior etiā nominatur. in c. fin. de dila. & in c. dilectas. de of. deleg. & in c. fin. de consti. vtili, vel inutili. & in c. cùm oporteat. de accusation.

Faciunt quę dicit Andrę. Siculus, dictus Barb. in d. c. decernimus, iam supra pluries allegato. in 3. & 4. col. vbi ēt Abbas præfert Duci, cùm prior sit in nominatione. authē. habita. C. ne filius pro patre. ibi ēt dicit Fel. quòd uidetur, q̄ abbas non habeat dignitatem, imò solum dicitur habere officium: quod an sit verum, vide eum ibi.

Et quoniam ista in pluribus locis eueniunt, volo ea ampliori stylo tractare. Et primò ponam argumenta pro vtraque parte, & responsiones ad argumenta vtriusq; partis, tum pònam quasdam conclusiones.

Primò ergo videtur dicēdum, q̄ Abbates debēt pręcedere capitula ecclesiarū cathedraliū ex eo, q̄ tex. in c. fi. de maior. & ob. ibi, pręlatorum Burdegalen. prouincię, & cathedralium capitulorum, vbi cùm præpo-

præponit prælatos capitulis cathedralium ecclesiarum; modo Abbates dicuntur prælati.c.2.de iud.& & ordo scripturæ in dubio est inspiciẽdus.l.quoties. ff.de vsufr.l.generaliter.§.& siquidem.ff.de fideicõ. liberta.l.morib.§.prius.vbi d.meus Ias.post alios.ff. de vulg.& pup.subst.l.cũ pr.§.pe.ff.de leg.2.c.mãdato.de pb.c.pe.in prin.de ele.in 6.44.dis.c.sit rector. in fi.Fel.in c.cum dilecta.col.3.de rescri.Are.in cõs. 103.Faciunt plura alleg.per do.Præposi. Card.in c. nicolao.in pe.col.de app.per Angelum Aret.in §.licet.ex quib.causis manumit.non pos.& in §.ante hęredes.instit.de legatis.& in §.siquis.insti.de inutilib. stipula.& dicam amplius de huiusmodi ordine scripturę,igitur &c.

Secundò sic probatur.Nam,vt uidemus, ex eodẽ ordine abbates post episcopos nominant̃,ut est text. in c.decernimus.de iudicijs.& in c.ĩ noĩe dñi.ĩ prin. 23.dis.& in auth.habita.C.ne filius pro patre,ubi ẽt Abbates præponuntur Ducibus & proceribus sacri palatii.facit tex.in c.fi.de offi.dele.lib.6.& in rubro & nigro episcopum vel abbatẽ.& in c.1.in princ.de his qui feudum dare possunt.& per illum tex.in d.c. decernimus.in 3.col.dicit Barbatia hoc esse sine dubio,ꝙ Abbates pręferuntur canonicis ecclesię cathedralis:imò uĩ ibi tenere,ꝙ pręferantur archidiaconis.& digniores sunt illis:imò,vt ibi dicit,consuluit ꝙ prior perpetuus & abbas præferuntur archidiacõnis,decanis & canonicis ecclesiæ cathedralis.cõsuluit tamen & dicit,ꝙ in processionibus ecclesię cathedralis præfertur abbatibus.

Tertiò facit, qm̃ abbas obtinet dignitatem c.ut apostolicæ.de priuil.lib.6.ibi: quibus non competit ex propria dignitate.no.gl.fin.in c.exposuisti.de corpore vitiatis.c.indemnitatib.§.verum.de elec.lib.6. Sed canonici ecclesiarum cathedralium non sunt in dignitate positi,notatur in c.statutum.in prin.de rescri.lib.6.ibi: habentes dignitatem,& habentes psonatum.& canonici ecclesię cathedralis ponuntur ut diuersi.ad idem c.1.§.hoc aũt ibi,dignitatib.& canonicatib.de iudic.cum similib.Inno.in c.fraternitatẽ. de sepulturis.Host.in summa,ti.de filijs presbyterorum.§.fi.Barba.in c.quęsitum.in 1.col.de rerum pmut.Sed habentes dignitatem debent alios in sessione,sententiis,vel opinionibus,& in subscriptionib. & aliis similibus præcellere.l.1.& 2.ff.de albo scribendo.17.dist.§.hoc quoq; notandũ.ca.episcopos. vbi præpositus.de Turrecr.Gemi.& alii 17.di.& digniora preponenda.insti. de iure natu.gentium & ciui.§.vlt.glo.in § alia.insti.de bo.pos.Ad istud posset responderi,ꝙ non videtur esse bene determinatum, ꝙ abbatia sit dignitas;sed potius officium, ut uidetur tenere Fel.in c.2.de iudicijs.

Quartò facit,quia Abbas est de maiorib.ecclesię, & alij dicuntur inferiores,c.si quis deinceps.cõiungẽdo principiũ cũ fi.15.d.7.per quem tex.dicit Archidiaconus in c.2.in verbo,dignitas, de pbẽ.lib.6. ꝙ in odiosis appellatione dignitatis nõ uenit epatus vel Abbatia,eo quia sunt dignitates primi gradus. Aliæ verò dignitates dicunt̃ inferiores,& refert hoc tenere Ioannes Monachi cardinalem in c.inquisitio.

ris.de hereticis,lib.6.idem tenet gl.ordinaria in d.c. 2.gl.1.ĩ fi.ꝙ sub illo c.cõtinent̃ epatus vel Abbatię. & ita seruat Romana curia,quę huiusmodi dignitates in ipsa curia vacantes suę dispositioni specialiter & expresse reseruat.

Quintò Abbates habent iurisdictionẽ ordinariã in suis cœnobiis & monasteriis,ita qđ pñt subditos suspendere,interdicere,& excõicare.c.quãto. ibi,gl. no.in gl.pen.de offi.or.c.ad nrãm.iuncta subscriptione.& c.reprehensibilis.in fi.de appel.c.sicut tuis, cũ subscriptione.& gl.in verbo,anathematis.in prin.de simo.optimè tex.in c.nullũ,in c.abbates.18.q.2.per Barbatiã ĩ c.cũ cõtingat.32.col.de fo.cemp.Abbatẽ in repe.c.si quis cõtra clericũ.eo.ti.de foro cõpe. Et quod amplius est,ẽt abbatissa hẽt iurisdictionẽ.c. dilecta.de ma.& obe.& in c.detecta.de exces.pl.non tñ põt excõicare,vt ibi notat̃,imò & prior maior siue cõuẽtualis hẽt aliquã iurisdictionẽ,c.cũ in ecclesiis.eo.ti.extra.de maio.& obe.& ibi doc. Et tañ dr̃ hr̃e dignitatẽ p tex.in c.nisi essent uiri.de præb.ita ꝙ poterit esse delegatus.cle.2.de rescriptis. quod non habet capitulũ seu collegiũ ecclesię cathedralis, cũ nõ habeat iurisdictionem in singulos canonicos de iure communi;imo episcopus habet illorũ excessus corrigere,& de eorũ causis cognoscere.c.irrefragabili.§.excussus.de off.ord.nec etiam dignitatem. notat̃ in c.statutum.de rescriptis,in 6.

Sexto abbates dñt eẽ sacerdotes.c.1.de ęta.& qua. ita qđ ordo psbyteralis est annexus dignitati abbatiali aptitudine nõ actu: hoc ẽ nõ est necesse qđ tpe pmotionis ad abbatiã sit psbyter,sed dẽt hr̃e ętatẽ lĩmã & alia ĩ sacerdote reqsita,& q̃ primũ illũ ordinẽ recipere.no.Panor.in c.cũ ĩ cũctis.§.iferiora.pe.col. circa mediũ.de ele.post glo.valde no.in uer.annexi. cle.vt hi qui.§.2.de ęta.& qua.Ioã.And.in nouella. in c.ei cui.in fi.lecturę.de pręben.in 6.

Sed canonicatus & pbẽdę ẽt cathedraliũ ecclesiarũ nullũ hñt ordinẽ actu vel habitu pter psalmistatũ aut primã tõsurã adiũctũ.c.qris: de æta.& qua.cũ ibi notatis p Io.And.& Anton.de But. bonus tex.in cle.2.in prin.de ęta.& qual.ubi dr̃,qđ tales canonici non existen.in sacris ordinib.hoc solo puniunt̃, qđ priuant̃ voce capitulari;rõne ergo administrationis & ordinis debent Abbates pręponi capitulo vel canonicis.c.statuimus.de ma.& obe.c.fi.de cõsti.c.cũ olim.de consuet.iuncto c.ad hoc in prin.de offi.archipresbyteri.dicã ĩ.in consi.in c.minor ordine. ubi dicam de archidiacono qui pręfertur archipresbytero,eo quod est maior administratione , licet archipresby.sit maior ordine.

Septimo abbates assumunt̃ p electionẽ fratrũ vel religiosorũ suorũ.c.2.& 3.& c. abbatẽ.2. c.q̃ sit §. als.uer.defuncto.18.q.2.c.fi.16.q.7.Adeo quod oẽs solẽnitates reqsitę ĩ electione eporũ dẽnt ĩteruenire ĩ canonica vocatione abbatũ.c.qa pp.ĩ prin.de ele. Honorabilius est aũt assumi p uiã electionis,aut p ostulationis,quã p puisionẽ aut collatione: unde in grã gñali p quã mandat̃ alicui de dignitate ad alicuius pręsentationem , istitutionem,collationem, uel aliã dispositionẽ quãlibet,nõ icluditur dignitas electiua

ctiua siue ad quã quis cõsueuit p electionẽ assumi, vt est tex.in c.cũ in illis.§.1.de pb.libr.6.cle.1.§.ad hæc.& ibi gl.multũ notabiliter in verbo,quãuis,eo. ti.canonicatus vero & præbendæ vacantes replẽtur per collationem episcopi & capituli,alterutrius illorum ẽm diuersas consuetudines.c.cum in ecclesiis, de præben.lib.6.no.Panor.post gl.in c.cum ecclesia Vulterrana.de ele.glo.in c.fi.de supplen.negl.præla. 21.dist.in summa,in g.in prin.& in ca.irrefragabili. §.excessus.circa medium.gl.vnica,de off.ord.facit.c. nulla.§.1.de conces.præbẽ.lib.6.& c.ea noscitur.de his quæ fiunt à prælatis.

Octauò abbas dr̃ prælatus ecclesiæ.c.2.de iudi.c. cum ab ecclesiarum.cum ibi no.de off.ord.c.vt apostolicæ.de priuilegiis, lib.6.cle.1.in versic.p̃sidenti. de rescri.c.quanto.in fi.de off.ord.c.fi.de regularib. in prin.quasi præ aliis dilati,vel lati, ẽm Pan.in d.c. cum ab ecclesiarum.primo notabili cũ diuersis concordantiis ibi allegatis.Et pastor ecclesiæ dr̃, ita ꝙ p eius obitum dicitur monasterium viduatum.ca.ne pro defectu.in prin.de elect.in d.c.sicut.in prin.ubi gl.notabilis.in verb.pastores.qui ponit allusionẽ bonorum & malorum pastorum.

Itẽ pr̃ dr̃.c.vlt.ibi,patres abbates.de regulari.gl.in l.2.in cle.abbates.de rescri.vnde abbas nomen Hebraicum ẽm aliquos,vel Syrum,ẽm alios,interpretatur pr̃. Ad Gal.4.iuncta gl.ordinaria.& ad Rom.8. c.23.q.4.c.hæc autẽ.alias §.ex his oĩb.in fi.sub d.c. Archimãdritæ Græcè,hoc ẽ principes ouiũ vel monachorũ,qui sunt qñq; lupi rapaces.No. Accursius in epist.Inter claras.in verbo, archimandritæ. circa medium.C.de summa tri.& fi.cath.de monachis.§. illud.Quę nomina non inueniuntur imposita capitulo vel canonicis,nec illorum officio conueniũt.Et cum sint noĩa dignitatis & honoris,maximè cũ sint appellatiua,ab eis augmentum sumere licet, vt facit tex.in §.est & aliud.insti.de donationib.& l.decernimus.ibi.& ipsorum monachorum nomen exposcit. vbi glo.ponit interpretationem verbi monachus.C. de epis.& cler.& l.1.in fin.C.de offi.præfecti vrbis. ibi.vt sciat ex ipso nomine quid præfecto debetur annonæ,& l.defensores.2.ibi,nominis sui tantũ funguntur officio.C.de defensoribus ciuit.16.q.1.cap.si cupis.in prin.ex quo uidetur dicendum,ꝙ cum sint maioris dignitatis,& honoris,quam canonici,quod illos precedere debent.

Nono abbates habent multa priuilegia in corpore iuris clausa,quę non competunt c.ecclesię cathedralis nec canonicis:inter quę dispensant in plurib. articulis contra regulas iuris communis.ex quibus Spe.in titu.de lap.& disputa.§.sunt quoque nonnullę alię personæ.versi.alias quoque enumerauit.35.casus.

Item possunt conferre primam tõsuram & minores ordines vsq; ad lectoratũ iclusiue subditis suis,in quib.iurisdictionem habent quasi epalẽ.69.dist.c. 1.iuncta gl.in verb.alia.de suppl.neg.pl.c.cũ contingat.& de æta.& qual.c.c.abbates in fi.iũcta gl.pen. de priuil.lib.6.facit c.1.cũ gl.in uer.à nõ epis.de ordinatis ab epo qui renun.epatui.duob. tñ cõcurrẽtib.ut copulatiuè interueniẽt.videlicet, ꝙ sint presbyteri, & ꝙ benedictionis munus susceperint.d.ca. cum contingat. aut saltem per eos non steterit quominus receperint.per dictum.c.primum.

Absoluunt insuper monachos ab excommunicatione pro violenta manuum iniectione in p̃sonam ecclesiasticam incursa iuxta determinationem.ca.2. c.canonica.& c.cum illorum.de sent.excom.

Modo magis priuilegiatus minori priuilegiato p̃ponitur ẽm gl.ordinariam in verbo priuilegiatum. c.accusatus.§.sanè.de hæreticis.libr.6.facit c.uolentes.de offi.legati.l.fi.ff.de offi.procon.21.dist.ca.denique,facit de priuilegiis credi,per totum.ff.& C.& qui potiores in pigno.habeantur.l.assiduis.cũ duobus auth.sequentib.& etiam facit.C.de officio fisci. & de priuilegio dotis.per totum.

Decimò,abbas benedicitur ab epo: dr̃ 1.c.& c.cũ cõtingat supra alle.c.qm̃.69.c.meminimus.de accusa.c.inter monasterium.de sent.& re iudi.vbi ẽt plenè tractatur,maximè per Panor.& Fel.an electus & confirmatus ante benedictionem debeat appellari abbas vel electus.& idem Fel.in c.eam te.col.5.ver. tertio restringuntur.de rescriptis.

In tm̃ ꝙ ista abbatis bñdictio non est simplex,sed mista inter ordinatoriã & simplicẽ mediũ tenens:tñ plus participat ordinatoria quã simplici, eo ꝙ p illũ potestas conferendi certos ordines & benedicendi abbates subditos cõfert, ꝑut not.Io.And.in uer. ad sacros.post Host.ibi in c.tuã.de æta.& qual.in c. meminimus p̃allegatis.ĩ verbo,benedictionis.gl.ordinaria plenior de iure in verbo,benedici.cle.attendentes.§.statuimus.de statu monachorum,rõne cuius benedictionis possunt benedicere ornamenta ecclesiæ,imagines,crucem,libros,& similia.notát Stephanus,Guil.de Lauduno, & cardinalis.in d.§.statuimus.& in d.c.Abbates.vbi Ioan.And.in nouella. Dominicus de S.Geminiano,& Philippus Francus de priuilegiis,li.6.Angelus de Claua,in sua summa, in verbo benedictio.§.1.&2.

Vndecimo, Abbates dicuntur sponsi vel mariti spirituales suorũ monasteriorũ,nõ sic canonici.not. gl.1.post Inn.in c.quia pp.de ele.nõ tñ ita ꝓprie sicut epi ecclesiarum cathedraliũ.notatur in c.ult.de postul.præla.iuncto c.si abbatem.de ele.li.6.vbi probatur ꝙ episcopus non potest eligi ad aliam prælaturam,sed bene Abbas.

Duodecimò, Abbates vt plurimum ex priuilegio aut cõsuetudine vtũtur insigniis Põtificalib.s.anulo, baculo,mitra,sandalibus,& bñone soléni.c.abbates. de priuil.lib.9.& c.vt ap̃licæ.eo.ti.de priuil.lib.6.q non inueniuntur cõcessa simplicibus canonicis vel aliis inferiorib⁹ saltẽ ita cõ̃ter.Et hęc dignitas summe est attendẽda, cũ illa tendat ad gloriã & honorẽ maximũ ratione delationis prædictorum pontificalium:de quib.plene per Spe.in ti.de priuilegiis.§.1. ver.abbas.Et ꝑpea dicebat Gemi.in d.c.ut apostolicæ.ꝙ plus debet honorari p̃latus, qui põt vti talibus insigniis pontificalib.quã qui nõ põt vti: subdes ꝙ ex maioritate ornatus quo quis potest uti,colligitur etiam maioritas dignitatis:& hoc dicit esse notãdũ

pro

pro ordinãdis abbatibus in actibus qui per eos gerũtur: qm̃ ex quo vtũtur dignioribus insignib⁹, & maioribus ꝑfulgent honoribus, etiam debent in digniori loco collocari. facit gl. 41. dist. c. parsimoniam. cũ tex. in §. j. instit. de iniuriis. & in c. pe. & c. qm̃. de uit. & hon. cle. vbi ex qualitate & preciositate ornamentorum augetur dignitatis prærogatiua. dicit tamen Luc. de Pen. in l. vnica. C. nulli licere in frænis. libr. 11. in 3. col. ꝙ inferiores non possunt præsente maiore dignitate aut potestate, vti ornamento eius qualitatis & decoris quod maiori cõuenit: quod not. per tex. in d. c. vt apostolicę. quoniam vidi de hoc dubiũ. & vide Gemi. in d. c. vt apostolicæ. ubi ponit quãdo & quomodo, & quibus mitris abbates possint & debeant vti, & in quib. locis.

Decimotertiò, maior idoneitas exigitur in abbate quam in canonico. Promouendus. n. in abbatẽ, dẽt habere 25. ann. notat Panormitanus per illũ text. in c. cum in cunctis. §. inferiora. de elec. Maior aũt septennio, licet minor quatuordecim, potest esse canonicus ecclesiæ cathedralis. c. super inordinata. cũ ibi notatis. de præbendis. bonus text. cum gl. in c. ex eo. de ele. lib. 6. facit. c. ex ratione. & c. indecorũ. de ætate & qual. Ac ẽt morib. 18. q. 2. c. si quis abbas. in auth. de monachis. §. 1. colla. 1. & in auth. de sanctissimis episcopis. §. iubemus. coll. ix. in maioribus autẽ dignitate, maior idoneitas & sufficientia requiritur d. c. cum in cunctis. in prin. 1. q. 1. ca. vilissimus. facit l. qui indignus. ff. de senato facit quod no. gl. in ver. præsumptione. in c. scriptum. de elec. Et ex istis fundamentis tenent multi, ꝙ abbates sunt canonicis ecclesiæ cathedralis, & cęteris inferiorib. dignitatibus ecclesiæ cathedralis præferendi. Et his motiuis mouetur quidam Ioannes Montagu, post tractatum de bigamia, qui hanc materiam disputauit. Et licet aliqua fundamenta pro parte contraria faciat, ad illa tñ respondet, & vr̃ in hanc partẽ inclinare: ego autẽ adhuc recitabo argumenta & motiua pro parte contraria, & tandem quid tenendum dicam.

Et primò pro capitulo ecclesiæ cathedralis facit: quia ep̃s & canonici ecclesiæ cathedralis constituũt vnum corpus spirituale & mysticum, cum ep̃s sit caput, canonici qui simul capl̃m efficiunt alia membra. vnde ep̃s sine sui capituli cõsilio, nihil de spectãtib. ad regimen ecclesiæ suæ tractare uel concludere debet. c. nouit. & c. quanto. de his quæ fiũt a p̃l. sine cõsensu capituli. nisi cõsuetudo legitimè præscripta hẽret cõtrariũ. c. non est de cõsue. lib. 6. Modo membra caput sequunt̃. c. nõ liceat. in prin. de ꝓscriptioni. l. cũ in diuersis. ff. de religiosis & sump. funerum.

Et quidã doctor me existẽte in studio male interpretãs illam legẽ, allegauit eam ad istud ꝓpositum, ꝙ vbi est caput, censetur esse totum: qđ adhuc peius pro doctore intelligentes scholares, ceperũt eius capones & dimiserunt capita. Et cum conquestus fuisset doctor de suis caponib. accesserũt ad eum scholares & dixerũt. Dñe, vos interpretãdo legẽ, cum in diuersis. ff. de relig. & sumptib. funerum. dixistis ꝙ illa lex faciebat, ꝙ ubi erat caput, censet̃ esse totũ, ideo illã volẽdo deducere ad effectũ, accepimus capones, & dimisimus capita. Sed qa videmus ꝙ nihilominu conquerimini de caponibus vestris, qui cẽsentur esse in loco in quo sunt capita ẽm illã legem; iõ ur̃ ꝙ aut illa lex hoc non dicat, aut ꝙ nostræ leges sunt fraudulosæ, aut ꝙ interpretatio vestra non est bona, aut ꝙ indebitè conquesti fuistis de dictis caponib⁹; & ꝓpea detis nobis veram interpretationem illius legis. Qui doctor rñdit, ꝙ illam intelligebat solum in suo casu, s. in sepultura cadaueris mortui, & non in caponibus: & quòd interpretatio scholariũ erat nimis larga, & vltra quã intellexisset dictus doctor.

Secundò pro hac parte canonicorum, & capituli facit, quia maior est communio inter episcopum & suum capl̃m seu ecclesiam, quam cum aliis corporibus, vel ecclesijs inferiorib. ca. requisisti. §. si vero. in fi. de testa. adeo ꝙ quicquid acquirit ꝑsul, suæ ecclesiæ vel capitulo acquirit, vt ibi, & c. 1. in fi. eo. ti. c. 2. & 3. de peculio clerico. & c. vnico. 17. q. 1. in fi.

Tertiò canonici dicuntur fratres ep̃i. d. c. & cap. quanto. de his q̃ fiunt à p̃lato sine consensu capituli. 25. dist. c. esto subiectus. sicut Cardinales oẽs dicunt̃ fratres pontificis. c. licet tertio de testi. c. 1. cũ glo. de offi. leg. c. fundamẽta. in prin. iuncta gl. in uerbo, fratres. de ele. lib. 6. & sic ep̃i ac superiores fratres Romani pontificis appellant̃. c. quam graui. de crimine falsi. Quia ergo ep̃s vt maior ordinẽ, & dignitate abbates præcedit, in quo nullus hæsitat: ergo & capl̃m suũ rõne dictarũ cõuentionis, & fraternitatis: cũ uideamus dignitatem & honorem paternum ad filios transire. l. fœminæ. l. filium, & l. liberos. ff. de sena. l. cum legitimè. cum ibi notatis. ff. de statu hominum. c. 2. de conuers. infidelium. Et facit, quia cõnexitas & cõiũctio operat̃ ampliationem priuilegii, ut tenet d. meus Ias. & ibi ostendit ꝑ multa in l. 1. C. de transa. & dixi in consuetudinibus nostris ducatus Burgũd. in tit. Des iustices, & droictz dicelles. §. iiij. ĩ gl. Et sur ses hommes subiectz. ibi, Additio. Et aduerte. Sic ẽt, ut videmus, rõne cõiũctionis siue dignitatem siue nobilitatem defendit in vxorẽ, etiã post eius mortẽ, quãdiu uidua manserit. d. l. fœminæ. l. 1. & ult. ff. de senatorib. l. mulieres. ff. de incolis. l. mulieres. C. de dignita. lib. 12. c. ex par. vbi glo. fi. Pan. & Fel. de fo. cõp. bon⁹ tex. ĩ c. is q. §. fi. de sepul. lib. 6.

Et licet ad ista tria fundamẽta videat̃ rñdere idẽ Ioannes Montaigne, quòd communio, & fraternitas existens inter capitulum, et episcopũ nõ trãsfert honorem debitũ episcopo ad capitulũ, sicut frater aut socius non transfert honorẽ aut nobilitatem, seu dignitatẽ ad fratrẽ vel sociũ, maxime quando episcopus nõ est de capitulo, ut in pluribus, ut dicã in 45. consi. qm̃, vt etiam dicit, episcopus non venit appellatione capituli. probat rub. de his quæ fiunt a prælato sine cõsensu capituli. ubi prelatus, & capitulum ponuntur tanquam diuersa. et dicit esse glo. magistram & singularẽ in cle. 2. §. illi uero. in verbo, in eisdẽ. de ęta. et qualita. facit c. unicum. ne sede uacante. lib. 6. c. postulasti. de concess. præbend. c. a collatione. de appel. lib. 6. qđ no. glo. in c. causam, de ele. Tñ suæ responsiones non stringunt ad prædicta, in casu, maximè in quo ep̃s uadit processionaliter

naliter & est in cap.cum canonicis, quia tūc cum sit canonicus. Pan.in c.postulasti.de conces.præben.ibi est tanquam caput, & canonici membra, repræsentātes simul ecclesiam cathedralem. Non.n. liceat à capite membra discedere. Ideo statim post epm. debēt esse canonici, tanquam membra immediate sequentia caput, & hoc tenet Gemin. & alii in ca.quamuis. §.quenquam.in 3.notab.de præben.in 6.& alii supra alleg.in prin.huius considerationis.

Et licet dignitas non transferatur ratione cōmunionis aut fraternitatis, tñ ratione cōionis & connexitatis quis sortitur priuilegium seu cōsequitur priuilegium priuilegiati, vt dixi hic ante: & faciunt infinita quæ adduci possent, de quo plura pd.meū Ias. in d.l.1.C.de transa. Vltra eum faciuut, ꝙ rōne connexitatis quis sortitur seu consequitur priuilegium. gl.in c.postulasti.quasi in fi.de concess.præben. Hinc videmus, ꝙ si plures delinquunt, quorū aliqui sint clerici, ꝙ ratione priuilegii clericatus non solū clerici delinquentes sunt remittendi corā iudice ecclesiastico, verum etiam laici delinquentes cum clericis. Istud est dictum stupendum Antonij de Prato veteri in l.2.ff.quæ sentētiæ sine appellatione rescinduntur.allegatū per Fel.in c.1.de præscriptio. ꝓ hoc facit dictum Bar.in l.ꝑcipimus.§.eo.obseruādo. C. de appel.dixi plenè in consuetu.nostris ducatus Burgund.in ti.Des iustices & droictz dicelles.§.v.in gl. S'il n'a grace du Prince.versi. antequam tamen ponam illos casus.nume.70. Nam nulla maior esse cōnexitas potest, quàm sit inter caput & membra, cū sint indiuisibilia.

Sed ratione connexitatis idem debet esse iudiciū de vno connexorum quod de alio. Fel.in c.trāslato. in 2.colū.& in 17.consequenti. Hinc est ꝙ sententia generalis extenditur ad connexa. Idē do.meus in l.si de certa re.in 2.col.C.de transa.& cōnexitatis ecclesia cognoscit de causa profana. Panor.in c.licet ex suscepto.in v.col.extra de foro comp. Et rōne cōnexitatis iudex impetratus sup petitorio cognoscit de possessorio. Pan.in c.ex conquæstione.extra de rest.spo. Imo dictio taxatiua non tollit connexa do.meus Ias. in l.actionē.C.de ꝓcu.& si quis se extendat usq; ad cōnexa dr̄ obseruare fines mandati.d.meus Ias.in l. si procurator ad vnam speciem.C.de procu. Et rōne ēt fraternitatis quis ēt cōsequitur priuilegiū, ut dicit Bar.in l.qui iurisdictioni pēst.in fi.ff.de iuris.om.iu. ubi ponit de duob.fratrib.feudum cōe habentibus, & vn⁹ committit felloniam, pp quā priuari deberet feudo, alter verò non, ꝙ neuter priuabitur: quam decisionem sequitur corset.in singularib.suis, in verbo, communitas, & d.meus Ias.in d.l.1.C.de transa. alleg.Bal.in c.1.quib.mod.feu.amittatur.sed nō allegauit Bar.in dicto loco.

Quartò ꝓ hac parte facit, quia capl'm sede vacante epo succedet in oī iurisdictione epali siue exercitio eiusdem in libera spiritualiū & tēporalium administratione.c.his quæ.& c.cum olim.in fin.de maio. & obe.c.vno.eo.ti.lib.6.c.si eps.& c.fi.de supplē.negl.pl.lib.6.cle.statutum.de ele.cum concord. Et licet ad istud fundamentum rn̄deatur, ꝙ illud priuilegiū est tpale durante vacatione sedis epalis tm̄: & iō ꝙ sit honor ratione priuilegii impēdēdus, eodem tpe finiri debet quo ipsum priuilegiū, ex quo, vt dr̄, qn̄ sedes vacat, & capitulum gerit vices episcopi, ꝑferri debet, abbatibus & inferioribus prælatis, per c. præcipimus. 14.dist.c.sane.le second.de off.del.quę no. Fel.in rub.de maio.& obe.col.v.in princ.adducuntur no.ꝑ Io.An.in nouella.in c.deliberatione.super glo.2.de off.lega.lib.6.vbi dr̄ quod præpositura ecclesiæ Taurinen.sit ibi maior dignitas post epalem seu pōtificalem, eo ꝙ immediate sedet post epm, cōuocat capl'um & similia, quæ sunt signa maioritatis: licet archidiaconus dictæ ecclesię mortuo epo gerat uices epi de iure speciali.& ibidem Dn̄icus & Philippus Francus & Fel.in d.rubr.pen.col.in prin. Sed ꝑdicta nihil faciunt ad propositum, quia ea tm̄ rōne in hoc casu de iure cōi capitulum sede epali uacāte gerit vices epi, quia est maior quo ad administrationē ecclesiæ cathedralis, q̄ est magistra totius diœcesis, post epm, cum sit membrum immediate inhęrēs capiti: iō tanquam habens maiorem dignitatem iura dant ei admiuistrationē de iure cōi. In casibus aūt aliis allegatis sunt casus speciales, qui habent dicta priuilegia ex speciali consuetudine locorum. ex quo nō debent trahi in consequentiam, nec ex illis arguēdum est, ad qd̄ ex iure cōi dispositū est. Faciunt ad ꝑdicta l.qd̄ vero.cū l.seq.& seq.ff.de legib.vbi ea quę sunt singulariter & in fauorē alicuius introducta cōtra rationē iuris nō debent in cōsequētiam trahi, ex quo in hoc casu si ex priuilegio speciali cōpetat maioritas ꝑposito, ergo non est dicendū ꝙ vacante sede epali competat eidem administratio: quod secus est in casu nr̄o, cū maioritas in hoc casu competat iure cōi: ergo et rōne maioritatis est extendenda ad administrationē vacante sede episcopali.& in his responsionibus ad prædicta argumenta non ambulat recto pede dictus Ioā. Montaigne, qui uoluit fauere abbatibus, in his maximè quæ concernunt ea quę fiūt cū episcopo, ut infra dicetur amplius.

Quinto pro hac parte facit, q a cathedralis ecclesia quā capl'um cōstituere vr̄, maiori gaudet ꝑrogatiua q̄ ecclesiæ inferiores, & amplius dēt honorari, ita ꝙ in odiosis appellatione ecclesiarū ciuitatis vl' diœcesis non venit, nec includit, c.quāuis.in §. quāquā. de præben.lib.6.vbi Dn̄icus de S.Geminiano colligit, ꝙ in ꝓcessionibus generalibus canonici debent præcedere Abbates ciuitatis vel diœcesis, & esse proximiores epo.de quo dicto supra dixi in prin. Est.n. matrix ecclesia, hoc est maior uel mater aliarum ecclesiarū totius diœcesis.63.dist.§.ex his. constitutionibus.alias est.§.cum ero.c.venerabili.in fine, de uerbo.sign..videntes: 12.q.1.& est generalis parochia, vnde possunt diœcesani pro sacramentis recipiēdis & diuinis officiis audiendis recurrere ad ipsam.cap. apostolicæ.c.vbi Host.Ioan.Andr.Zabarella, & Anchara.notant de donatio.c.fi.de sepulturis.& ibi Panormitanus in primo notabili.idem Panor.in ca.2. de parochiis.bonus tex.in c.vlt.9.quæstio.2.in c.sicut alterius Archidiaconus.& Gem.in 3.notabili.7. quæstio.4.in capit.presbyteri.& quod ibi notāt Geminia

minia.& Præpositus.24.dist.c.bonæ.12.q.2.c.vidētes.12.qō.1.cap.licet.iuncta subscriptione de feriis.c.si eps.iuncta gl.2.de pœn.& remis.lib.6.gl.notabilis in c.officium.de offi.archipræsbyteri.gl.fi.Pan.& alii in c.omnis: de pœnitentiis & remissio.Card.Floren.in clem.dudum.§.statuimus,de sepulturis,imo est ita mater & maior,quod ēt non est necesse in expressione illius exprimere nomen sancti sub quo est dicata.quod tamen secus est in aliis,vt tenet Præpo-si.in d.c.presbyteri.

Nec obstat,ꝙ capitulum solum non constituit ecclesiam,sed simul cum prelato:ita ꝙ eps censetur eē in ipsa ecclesia,& ecclesia in ipso,vt est tex.in c.scire 7.q.1.vbi gl.notat quot modis dicatur ecclesia, & plenior in c.querelam.gl.fi.ne prælati vices suas.Vñ mortuo epo ecclesia dr̄ vacās.c.cum ecclesia.de cau.pos.& proprie.c.ne pro defectu.c.cum Vinton.cap.Messana.de ele.c.1.& 2.ne sede vacan.lib.6.c.quia sepe.de ele.li.6.quia verū est ꝙ capitulū non cōstituit solum,nec eps solum, sed simul constituunt ecclesiam,Eps tanquam caput,& canonici facientes capitulum tanquam membra: ex quo mortuo epo ecclesia cathedralis non est extincta,nec mortua,sed solū viduata pastore.i.capite.cuius potestas pp connexitatem remansit penes capitulū tanquam ꝓximius & magis attingens epo,ex quo ratione huius maioritatis,& connexitatis,seu ꝓpinquitatis dr̄ maior esse oib.aliis ecclesiis: & ideo in maiori dignitate sunt q proximiores sunt epo, & dicūtur maiores & digniores.dixi s.in hac par.in 58.consid.quæ incipit, quærendum est de ratione.

Sextò facit pro hac parte, quia canonici maioris ecclesiæ dicuntur clerici primi gradus. Alii āt secūdi gradus vel ordinis.no.Inn.in c.sedes.in 1.gl.de rescriptis,& in c.fraternitatem.de sepulturis. ubi dicit ꝙ maior est honor eē canonicū unius eclesiæ cathedralis,quā alterius inferioris ēt collegiatæ.facit c.statutū.in prin.de refer.lib.6.vbi canonici ecclesiæ cathedralis pñt esse delegati à summo pontifi.

Hinc est ēt,ꝙ minor quatuordecim annorū non pōt eē canonic⁹ ī eccłia cathedrali, licet maior septēnio possit esse in ecclesia collegiata.regula cancellariæ 17.& Bal.in margarita.in verbo,canonicus.imò infamis non potest esse canonicus ecclesiæ cathedralis:no.Inn.& Panor.in d.c.fraternitatem.ex quo ur̄ esse dignitas,igit̄ &c.Et licet dicatur ꝙ abbates non sint simpliciter clerici,sed prelati,pastores & ī dignitate constituti,tñ nō est negandū quin canonici sint maiores ordine ex p̄missis, cum sint primi ordinis, & quia ēt sunt maiores administratione cum administrent ecclesiam cathedralē,q̄ est maior quaeunq; alia,vt dictum est: ideo & sic sunt maiores, & ordine & administratione,& ēt quia in administrando sunt proximiores epo, ideo etiam in digniori loco, vt ex præmissis satis demonstratum est.

Septimò cœtus clericorū seculariū est dignior & honorabilior quā religiosorū, no.gl.fi.in c.qualiter le secōd.de acc.& dixi s.amplè in hac par.in 50.cōsi.nec obstat ab hoc qd illud erat tpe quo Abbates & monachi erāt solū laici: hodie aūt sunt clerici sicut canonici,iō p̄feruntur oib.clericis s̄m gl.in c.à subdiacono.14.dis.quia non illa rōne clericus secularis præfertur religioso,quia clericus,sed quia clerici seculares fuerūt primò introducti,& quia fuerūt primi quā religiosi.Et quia licet vita cōtēplatiua sit fructuosior quā actiua,tñ vita actiua est melior, vt dixi in dicta consideratione hic ante allegata.

Octauò facit,collegiū,& quælibet cōgregatio, vł vniuersitas vł honorabilior, & dignior quā p̄sona singularis.facit.c.statutū.de ele.lib.6.ubi appellatione ecclesiæ parochialis in odiosis nō uenit ecclesia collegiata,licet alias sit parochialis. p qd dicit Panor.in rub.de uita & hon.cle.ꝙ in materia restringibili sub noīe clericorū nō cōprehendunt̄ canonici, nec habentes dignitatē tanquā habentes quandam qualitatē super alios simplices clericos. idem notat̄ in c.bonæ.extra de postu.prela.in 1.notabili.& in c.1.de iur.cal. Ad principale dictū facit cap̄l'm nobis, de iure patr.non habet ius præsentandi prælatū in ecclesia collegiata,sed dēt elgi p collegium.Itē collegiū hēt multa iura,& plures p̄rogatiuas, quia pōt statuta facere.c.cū ois,& c.quę in ecclesiarū. cū ibi notatis.de consti.c.cum dilectus.de cōsue.not.Inn.Io.An.& Pan.in c.cū cōsuetudinis.e.ti.gl.notabilis, in c.constitutionem.de uer.sign.lib.6.i uer.statutū.l.omnes populi.ff.de iust.& iu.insti.de iure naturali gentium & ciu.§.1.ubi ample notat̄ materia statutorū & per totū.ff.de decretis ab ordine faciēdis.Et habent alia priuilegia, de quib.qd cuiusq; uniuersitatis nomine & de administratione rerum ad ciuitatē pertinentiū.& ad municipales.& in l.ciuitas ff.si certum pet.Quę non habet singularis persona.

Nec obstat si dicat̄,ꝙ illud ꝓcedit in singulari p̄sona priuata cęteris paribus,sed & Abbas habet dignitatē,& præest corpori hoc est monasterio siue cōgregationi monachorū:& sic licet argumētū p̄dictum bene concludat,quod capitulum est dignius,& honorabilius singularib.canonicis,quemadmodum totum sua parte,facit c.fi.de sponsa duorum. ibi: turpis est pars quæ suo non congruit uniuerso. c.in toto.cum cordan.de reg.iur.in 6.

Quia ad hoc rñdetur,qd quemadmodum pręest pluribus quàm abbas,& quia etiam maiorem habet administrationem in ecclesia,quia maiora administrat,& ī maiori loco quod dignius, & maius quam abbas: qui licet præsit aliquibus, sunt tamen illi quibus præest minores, quam canonici ecclesię cathedralis qui sunt honorandi, & dicuntur habere dignitatem.ad minus ęquiparantur habentib. dignitatem,quod non est dicēdum in monachis,qui bus pręsunt abbates.

Nonò,capl'um siue ecclesia cathedralis dr̄ uxor siue sp̄osa sp̄ualis epi: cōtrahit.n.quasi m̄rimoniū cū dicta ecclesia uel capitulo,quod initiatur p electionem,roboratur per confirmationem,& consummatur per consecrationem: sicut carnale matrimoniū accipit initium in desponsatione de futuro, robur & firmitatem ī prolatione uerborum de pręsenti,& consummationem ī carnali cōmistione.c.cum inter canonicos.circa mediū.de ele.c. inter corporalia.

lia. post principiū. de trāslatio. epi. c. sicut vir. 7. q. 1. dixi ī cōsuet. ducatus Burgū. in ti. Des droictz & appertenances à gens mariez. §. 1. ī gl. Apres la cōsummation. Mō vxor vel sponsa de pñti coruscat radiis mariti vel spōsi. l. mulieres. C. de īcolis. li. 10. & l. mulieres. C. de dignitati. li. 12. Sicut ergo eps pcedit abbatē, ita & capl'm vel ecclesia cathedralis. Nec obstat qđ dr, q illa iura loquunt̄ tm̄ in mr̄imonio carnali, & nō sunt extēdēda ī mr̄imonio spūali: quia al's sequeret̄, q ecclesia dispēsaret in casib. in quib' eps dispēsat, quia istud est absurdū: qm̄ cū hoc, s. dispensare; & alia q̄ cōcernūt dignitatē epalē seu officiū epale: cōpetant epo rōne officij epalis, nō extēduntur ad ei' vxorē, seu spōsam. Sicut nec ēt ī mr̄imonio carnali q̄ cōpetūt marito rōne officii, nō cōpetunt eius vxori: cū fœminæ ab oīb. officiis sint exclusæ, sed solū ea q̄ cōpetunt ratione honoris, & pemin entię in quib. non est dubiū, q hæc competant vxori, ergo de similibus ad similia arguatur, & idem erit in matrimonio spirituali, vt idem honor & reuerentia quæ debetur epo pemin ētię, post eum debeat suæ vxori, seu spōsæ. Et quicquid dicat̄, bonū est argumētū de mr̄imonio carnali ad spirituale, cū ęquiparentur. Panor. in c. innotuit. in v. col. in gl. 1. de ele.

Decimò & vlt. Abbas est monachus. c. cum ad nostram. c. cum causam. & c. officii. & c. cū magistrū. de ele. c. nullus. de ele. libr. 6. & venit appellatione monachorū. c. fi. de simonia. sed monachus p ingressum religionis amittit nobilitatē & dignitatē, s'm gl. in c. scripsit. 27. q. 2. in c. fi. in verb. personarum. de statu monac. c. 1. in gl. fi. de purg. cano. & vbiq; Abb. Fel. qui approbat in c. inter dilectos. col. 3. ver. & ista limita. de fid. instr. c. sup literis. col. 7. ver. 2. de regula. de rescriptis. in c. sanè, le second. in fi. de off. deleg. & in c. cum deputati. j. co. de iudi. d. meus Ias. in l. pscriptione. in iii. col. C. si contra ius vel vti. public. non pdat iura sanguinis, vt in apostilla eiusdem ibi.

Nec obstat q ille glo. sint reprobatæ, quia veritas est in cōtrariū: licet quodāmodo ex eo q istud est iuris, excusatus fuerit quidam monachus qui dixerat se nobilē: qm̄ ex hoc non fuit sua impetratio subreptitia, cū his q̄ sunt iuris, si Papa hoc non obstāte cōcedat vr̄ dispensare, vt dicit Lud. Rom. in singulari suo 37. incip. vtrum nobilis. allegatus per do. meum Ias. in d. l. præscriptione supra alleg.

Ex quibus concludo, q Abbates debent supersedere canonicis ecclesię cathedralis, nec debent eos pcedere, maximè, qñ pcessionaliter incedūt. Maximè cū ēt nomen Abbas est potius nomē solicitudinis q̄ ordinis vel honoris. glo. fi. circa medium. in c. tuam. de æta. & qual. & ibi originaliter dictū Innocentii in fine sui apparatus. Non dēnt ergo curare Abbates vel religiosi de honorib. vel plationib. sed humilitatis excellentiorē gradū tenētes minorib. & inferioribus se subigere debent, s'm ea quæ notat gl. fi. in cle. 1. de religiosis domib. Et istam tenēt multi, & tenuit cā Philippus Decius in suis cōsiliis, consi. 165. in 2. vol. vbi sunt 52. tm̄ cōsilia. Et hanc credo esse veriorem de iure, quicquid dicatur. Et ita quasi uniuersaliter seruatur, maximè in regno Franciæ, vbi semper ecclesiæ cathedrales præferuntur in quibuscunque processionibus & aliis actib. ecclesiasticis.

Et quæ dicta sunt de Abbatibus habēt locum in commendatariis cum sint eiusdem dignitatis, sicut Abbates & Priores. ex quo hodie (vt cōiter videm') habent administrationem perpetuam, & sunt administratores, ita quod de fructib. libere disponere pñt prout veri Abbates & titulati & quibus (vt cōiter) cōmittitur cura monasterii in spiritualibus & tēporalib. plenariè. Et hoc modo iura loquentia de Abbate habent locum in commendatario, vt dicit Pan. in c. q̄relā. de ele. in primo no. ita tenet per plura Barbatia in cons. 2. in 2. vol. & dixi in casu emergenti in commentariis nr̄is ad consuetudines ducatus Burgun. ti. Des successions des bastardz. §. v. in consilio ibi descripto ver. sed nunc. ex quo bona. & ita ēt uř tenere Purpuratus in l. 1. nu. 271. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio.

Trigesimatertia cōsi. Sicut abbas debet pferri cęteris dignitatib. secularibus inferiorib. ab epo, ita præpositus qui est loco Abbatis, cum idem de pposito iudicetur quod de Abbate, vt notatur p Panor. in c. cum illorum. cum gl. in uerbo, abbatum. extra de sent. excom. secus uero si præpositus non sit loco abbatis: quia simpl'r cōsideratur, qm̄ tunc archidiaconus præposito præfertur, no. Bal. in consi. suo 331. inci. Archidiaconus. in 3. vol. quod tn̄ non obseruatur in hac nostra ciuitate Heduen. in ecclesia cathedrali, quoniam etiam præpositus illius ecclesiæ cathedralis præcedit archidiaconos prædictæ ecclesiæ, ut infra uideri potest in 41. consideratione, in ci. præpositura videtur maior.

Sed aduerte, quoniam in his inferioribus dignitatibus multum attenditur consuetudo ecclesiæ, ut dicit Petrus de Anch. in c. 2. & fi. de statu mona. & Barba. in consi. 5. in 2. uol.

Trigesimaquarta consi. Abbas si deposuit dignitatem abbatiatus, quia remanet monachus illius monasterii. Pan. in ca. sicut ex lr̄is. in prin. de iureiu. & in c. cum ad monasterium. & ibi Ant. de Butr. de statu regularium. Fed. de Sen. in cōs. suo 19. inci. quidam monachus. Fel. in d. c. sicut ex lr̄is. in uers. tertio dn̄t, debet habere primum locum in choro & in cōuentu. Fel. in c. quæ ecclesiarum. colu. 34. uers. fallit quintò seu declaratur. de cōst. & hoc in memoriam pristinæ dignitatis. de qua ēt p eūdē Fel. ī c. sup lr̄is. ī 18. col. de rescriptis. & d. meus Ias. ī l. 3. ī 3. colū. ff. de acq. pos. Purpuratus in l. . col. de off. eius cui mandata est iuris. quod intellige prout intellexit Fel. i d. loco, dummodo non culpa sua fuerit depositus ab officio, quia hoc casu nō teneret primum locum.

Trigesimaquinta consi. Quæ dicuntur & dicta sunt de abbate, idem dic de abbatissa, cum etiā habeat dignitatem. c. indemnitatib. de ele. in 6. ca. 1. de ætate & quali. cū Abbatia dicatur dignitas. Gemnia. in c. 2. col. 3. uer. super 2. dubio. de præb. i 6. do. monac. in c. inquisitores. de hæreticis. in 6. legistæ habent tex. in l. generali. C. de sacrosf. eccl. Fel. in ca. meminimus. in 2. col. uer. ulterius quero. de acc. nō tamen habet potestatem excommunicandi moniales.

niales.Ioan.de Turrec.in c.verbum Dei. de pœnitẽ. dist.1.ẽt si esset consuetudo.Fel.in c.dilecta.colu.2. ver.amplia ẽt.de ma.& obe.maximè si præsit Abbatię habenti terras, in qua iurisdictionẽ exercet, qm̃ in administratione æquiparatur Abbati,& dignitatẽ habere dr̃. Bal.in c.1. qui feudũ dare possunt.col. v. & iurisdictionem exercere potest.Pan.in c.dilecta.in 2.nota.de ma.& obe.& comprobat Dec.in c.cùm dilecta.de confirma.vtili, vel inutili.col.6.& in l.fœminæ.ff.de reg.iu.Et q̃ dicta sunt de Abbatissa,idem in priorissa,vt in seq.consid.patet.

TRigesimasexta cõsi. Quæ dicta sunt de Abbate, habẽt ẽt locum in Priore, q habet locum abbatis,& est principalis p̃latura in ecclesia regulari collegiata:& Prior ibi ponitur per viã electionis, vt dicit gl.nota.in cle.1.in prin.in uerbo,Lateranen.de supp. negl.p̃la. Imò Prior cõuentualis dr̃ habere dignitatẽ c.nisi essent.in fi.de præb.& cle.2.cum glo.in verbo, conuentualẽ.de resc.Et sunt apud nos,prior S.Symphoriani Heduensis,prior San. Saturnini de Bosco. prior de Barro regulari: qui per electionem ponuntur,& efficiũtur ibi priores,quia tales debent præcedere in sedendo clericos seculares & canonicos ecclesię cathedralis: imo etiam alios clericos inferioris dignitatis ab episcopo. Intellige tamen semper, vt dixi s.in consi.32.inc. Abbas regularis.duntamen tales canonici ecclesiæ cathedralis nõn incedant collegialiter.sed sint in concilio prouinciali,aut etiam in concilio generali vocati.

Idem ergo etiam in Priorissa,quemadmodum p̃tactum est suprà in Abbatissa, qm̃ tota vis consistit, an præsit monasterio habenti iurisdictionem in terris subditis,vt sic procedat æquiparatio Bal.in d.c.j. q feudũ dare possunt.Et facit, q̃a dispositio loquẽs de prælato,quæ comprehendit Abbatissam, verificatur ẽt in Priorissa, vt tradit Fulgosius in consi.121. inc.præsupposita bulla sanctissimi.quem ad hoc allegauit Purpuratus in l.i.num.271.ff.de officio eius cui mandata est iurisdictio.

TRigesimaseptima consid.Decanus in ecclesia est maior dignitas post pontificalem dignitatẽ, ſm Calixtum,quem allegat Zodericus Zamoren.in suo Speculo humanæ vitæ,lib.2.c.13.vbi amplè loquit̃ ad propositum de decano ecclesiæ cathedralis dicit, q decano post pontificem maior, & principalior cura,& collegij administratio congruit, & proximior est epo dignitate, & honore, cui propinquior est in concilio,& assistẽtia.Ipse collegiũ necnõ personas ac res collegij iudicat,& tractat. Hinc in Exodo iudicãtes vniuersitatẽ decanus constitui iubet: ex quo vt dicit,sacri canones uenerandam eã dignitatẽ decreuerũt.Est.n.caput collegij, de quo scriptũ est. Constituit eũ dñs in caput nõ in caudã, q cæteris corporis mẽbris autoritate,& iudicio p̃cellit.idq; primitus loci in ecclesia iudicat.Habet deniq, decanus in collegio,& capitulo primã uocẽ,primas salutationes,primos recubitus.Hæc sunt verba Zoderici,q̃ postmodum ponit eius calamitatẽ,& miserias,quas vide: & intellige p̃dicta de decano põtificalis ecclesiæ, q alis est ab archipresbytero,vt dicit Ioã.de Turrecre.in c. in capite.50.dist.& tales habent primum locum, ut dicunt domini de Rota dec.447.inc. fuit dubitatũ. in nouis.dicam infra.

De his dignitatib.seq.quo una p̃ferat alteri,multũ attẽditur consuetudo,qm̃,vt dicit Boer.in suo tractatu de autoritate,& p̃eminẽtia sacri magni cõcilij, consuetudo in hoc multũ operatur ſm Fel.in rubr. de maio.& obe.in 5.col.& vr̃ Card.Flo.in consi.suo 33.& in consi.suo 63.& quid de iure,ponit diuersos tex. Boerius in loco hic ante alle.

TRigesimaoctaua consid.Priores,rectores, seu p̃ceptores,p̃positi,thesaurarij,& alij seculares habẽtes iurisdictionẽ,& q præsunt ecclesiæ collegiatæ dicuntur habere dignitatem,ita q cæteris clericis secularib.sunt præferendi.Paulus de Leaza. in clem.j. de ele.& in cle.ne in agro. de statu regulariũ. dñi de Rot.dec.173.ſm meã cotationẽ in nouis:imò ẽt canonicus ecclesiæ cathedralis,cũ nõ habeat dignitatẽ vt supra dixi in 32.consi.inc. Abbas regularis. Et tñ tales habẽt dignitatẽ, imò ẽt dicuntur prælati.c. cũ ab ecclesiarum.ibi bona gl.in c.2.de iud.

Ex hoc infert,q præpositus nr̃æ dñæ Heduensis, decanus nr̃æ dñæ de Belna,decanus sanctorum Andochij,Tyrsi,& Felicis de Sedeloco,decanus S.capellæ Diuionẽsis,debẽt p̃cedere canonicos ecclesiæ cathedralis: intellige sp̃ nõ p̃cedẽtes collegialr̃, sed de p se,qm̃ si collegialiter p̃cedãt, quoscũq; alios toti⁹ diœcesis p̃cedunt,ſm quod iam supra dictum est in 32.consid.incipiente: Abbas regularis.

TRigesimanona consi. Archidiaconus in ecclesia tanquam oculus ep̃i est maior post ep̃m de iure cõi: vt est tex.in c.ad hæc.& c. mãdamus. de officio Archidiacon. &, vt dicit Zodericus in suo speculo humanæ vitæ, lib.2.c.14.dignitas huius nec p̃rogatiua est,nec infimũ honoris gradũ habere dignoscit: & ibi ponit p̃eminẽtias illi⁹,de q̃b.amplè ĩ iurib.hic ante allegatis.Intellige tñ,nisi sit consuetudo in contrarium, vt infrà dicam in seq.consid.& vide Boeriũ in tract.suo de autoritate & præeminentia sacri concilij magni,ubi dicit multum esse attendendam consuetudinem loci in talib.officijs,vt supra dixi.

QVadragesima consid. Thesauraria de consuetudine potest esse maior dignitas in ecclesia, si habeat administrationem rerum, aut prælationem, & prærogatiuam in choro,& capitulo: seclusa tamẽ consuetudine,& reputatione ecclesiæ,de iure communi non sonat in nomine dignitatis: sed Archidiaconatus, & archipresbyteratus etiam si nullam habeant iurisdictionem sonant in dignitatem,secundũ Innocentium in c.de multa,de præben. Qui Archidiaconus de iure communi est immediatus post episcopum in cathedrali ecclesia tanquam oculus episcopi,& in multis gerẽs vices illius c.ad hæc.& c.mãdamus.de officio Archidiaconi.Ita tenẽt dñi de Rota dec.173.in nouis.& dixi hic ante. Et de statu huius thesaurarij,& eius miserijs,oneribus, calamitatibus, & afflictionibus ponit Zodericus in dicto suo Speculo humanę vitę,lib.2.c.16.

QVadragesimaprima consi. Præpositura videtur maior dignitas de iure,q̃ decanatus, q̃a alijs

præponitur.c.quamuis.de verb.sig. Dicit tamen Innocen.in c.de multa.de præbend. & Archidiaconus in c.1. de consuetudinibus. lib.6. ꝙ de iure non est dignitas, nec etiam decanatus. domini de Rota dec. 442.in nouis.

Si tamen præpositura ecclesiæ collegiatæ habeat pręeminentiam in stallo chori, ac loco, ac voce capitulari, & administrationē, censetur ibi principalior dignitas: vt videri potest amplius in dec. Rotæ, dec. 451. vbi amplè ponit signa ad cognoscendum quam dignitatē habet ꝓpositus, & quā decanus, & qn̄ vna dignitas est maior, quod cognoscit̄ ex ꝓmissis, videlicet ex ꝓrogatiua, iurisdōne, vel administratione, ex ꝓcedentia in choro seu in capitulo, & processione.

Et potest etiam ita se habere consuetudo, ꝙ dignitas pręposituręin aliqua ecclesia sit maior archidiaconatu: vt tenet Io. An. ī c.fi.de off.dele.in 6. q̃ dicit se ita consuluisse. & in add.ad Spec.in rub.de ꝑbē. & ita refert, & seqtur Barb.in cōsi. 5.in 2.uol. Et istud est adhuc in ecclesia Heduē. ibi dignitas ꝓpositurę, est tertia post decanatū, & cantatoriā, q̃ sunt duæ primę post Pontificalem dignitatem. Olim tamen fuit prima, quia non erant dignitates decanatus, & cantorię tempore sancti Leodegarij ep̄i Heduē. quo tp̄e dignitas pręposituręerat prima post Pontificalem, vt constare potest ex creatione octo canonicorum ꝑ eum ibi facta, & fundatione eorundem.

QVadragesimasecunda consi. Dignitas cantoriatus est prima post decanatū in ciuitate Heduē. & hoc tam ex consuetudine, q̃ ex statutis eorum, & ordinationibus illius ecclesię: quod potest introducere consuetudo, vt hic ante in duabus, aut trib. considerationibus pręcedentibus, & Fel.in c.statuimus. de ma.& obed. Et, vt dicit Zodoricus in suo speculo humanę vitę, lib.2.c.15. Cantor siue primicerius singulari honoris, & dignitatis prerogatiua in ecclesia fungitur, cuius ministerium ad cœlestes laudes, ad cultus diuini augmentum ordinatur hic, vt canonica tradit institutio. Accolitos, & cęteros ecclesię inferioris gradus ac ministros ad diuina dirigit officia, canēdi & legēdi hymnos. & psalmodiā ꝓuidet atq; instruit, & quicquid diuinę laudis in communi choro decātat̄, ꝑ eū solicitè ꝓordinat̄: psallendi ordinem orandi modum, ipse committit: negligētes aut discolos, punit: & eius oneri incumbit, ut diuina officia grauiter, & ordinatè altissimo psoluant̄, ut iuxta apostolū oīa ẜm ordinē fiāt ī ecclesia. Tāto igr̄ cātoris dignitas apud Deū dignior acceptiorq; est, quātò principalib. cęlestib. laudib. occupat̄. Ex quo vr̄ ꝙ cū cantor Heduē. solū exerceat officiū in festis principalib. & solum qn̄ ep̄s, & decanus faciūt offm̄, ꝙ dignius est eius offm̄. Et q̄ alia competāt cātori Heduen. uide Old.in consi.suo 166.inc.factum est tale. ubi dicit, ꝙ scholas ciuitatis, & maioris partis dięcesis cōfert. Alia de officio cātoris vide per Zodoricum ubi s̃.

QVadragesimatertia cōsid. Maior autoritate ꝓfertur, & ideo decanus, cantor, thesaurarius aut ꝓpositus, vel archidiaconus ꝓfertur canonico, ēt antiquiori pp eius dignitatē, licet sit posterior ꝓmotione, ordine uel ętate: q̄a claritas tituli denotat claritatē, & pręeminentiā honoris. Io.de Imo. & Ang. in l. q̄ soluēdo.ff.de hęr.inst. facit qd̄ dicit Arch. ī c.qm̄ 16.dist. ubi infert, ꝙ vna synodus licet posterior tp̄e pręfertur alteri pp maiorē autoritatē. facit tex. in c. placuit. ver.propter. & ibi no.gl.ead.dist.

Hinc uidemus, ꝙ licet aduocat⁹ fisci sit posterior tp̄e in plurib. locis, & in ꝓmotione, & ēt in ętate iunior, tn̄ ratione autoritatis, quia clarissim⁹, imo spectabilis, pręfertur oīбus alijs aduocatis existē. in sua sede, & prouincia, ēt si sint antiquiores, & prius promoti, & dicam infra in 7.par.in consid.33.

QVadragesimaquarta cōsi. Minor ordine, sed maior administratione pręfertur maiori ordine in loco administrationis: vt est in archidiacono, qui ratione administrationis censetur maior archipresbytero.gl.in c.deliberatione.de offi. lega. in 6. Etiō dicit Dn̄icus de S.Geminiano in c.episcopus.17.di. ꝙ archipresbyter in diuinis archidiaconum pręcedit, non aūt in alijs.c.1.de ęta.& qua.c.1.2.& 3.60. dist.c.1.de officio archipresbyteri.

Vnde extra missam pręcedit Archidiaconus in loco, in voce, in iurisdictione, & similibus. Et sic intelligenda est gl.j.& ibi tex. in c.1. de offi. archipresby. Io.de Anania in c.ad liberandam.de Iudęis. col. 10. Et de hoc uide plenè per Barba. in consi.suo 5. in 2. vol. vbi amplè disputat hūc casum, & infra in 7. par. in 39.consid.

Sic etiam uidemus in rectore studij, qui pręcedit episcopum scholarē in ipso studio. ut dicit Abb. Pa. in c.auditis.col.3.de concess. prebén. quod intelligēdum est in his quæ tangunt administrationem sui officij, puta sedendo in collegio, sed extra collegium, semper episcopus debet pręcedere rectorem.

QVadragesimaquinta consi. Existens in maiori dignitate q̃ sit locus vbi est, nō pręcedet oēs de illo loco, maximè qn̄ est ibi ut unus de loco. Abb. Pan in c.postulasti.de cōcess. pręb. qui ponit exemplum de ep̄o existente in capitulo, vt canonicus, quia non pręcedit capitulū, debet tn̄ habere ẜm locum: intellige si sit episcopus illius capituli, al's sedere debet ī loco. Hinc est ēt, ꝙ licet canonicus alicuius ecclesię cathredalis sit vicarius ep̄i eiusdem ecclesiæ, tn̄ sedebit in choro, & capitulo ipsius ecclesię iu loco aliàs suo. Geminianus in capitulo à collatione ad fi. de appellationib. in sexto. Quando autem episcopus est in capitulo, vt prælatus, aut ut canonieus, vide gl. in d.capitulo, collatione. vbi dicit, ꝙ qn̄ est in primo loco, & ei primò scribitur, tūc est in capitulo, vt episcopus, & caput capituli. Qn̄ uero non est in capitulo, in secūdo loco, & scribit post alium, tunc est ibi, ut canonicus, vt est in ecclesia Heduensi. ubi non scribitur, episcopus & capitulum, sed decanus & capitulum, & ideo est ibi, vt canonicus: de qua gloss. uide Pano. in c. postulasti. de cōces. pręben. vbi dicit, ꝙ episcopus est canonicus de iure communi. & vide Fel. in c. irrefragabili. §. excessus. de off. ord. in sexto. ubi ponit, an episcopus habeat iurisdictionem in canonicos.

QVadragesimasexta cōsid. Quod vicarius episcopi existēs in actu in quo est ut vicarius, sedebit ī loco maioris, d.c.ꝓcipimus.93.dist. quem tex. in

hoc

hoc extollit Lud.Ro.sing.suo 34c.inc. & dicit Pan. in consi.22.inc.fuit à me postea quæsitum.in 1.vol. ꝙ non valet cõsuetudo, ꝙ Archidiaconus præcedat vicarium epi.& in cõsi.21.ponit ꝙ Archidiaconus, non est maior vicario, imò vicarius est maior: qm̃; ut dicit, est in maiori iurisdictione, ideo præferẽdus in sessione.c.statuimus.17.dist.§.fi.& c.seq.& ẽt dr̃ associari episcopo in iurisdictione, vt dicit tex.in c. innouatione.16.q.17. ergo præferendus est post epm̃ omnibus diœcesanis, arg.in c.recolentes, de statu re. c.cum in tua diœcesi.de sponsalib. Et ẽt quia quãto quisque præest melioribus, maior est & honestior, vt dicit tex.in auth.de defen.ciuitatũ.§.nos igitur: sed vicarius epi præest melioribus, qa ẽt uicario, & oĩb. de diœcesi, vt dictum est, & habet iurisdictionem ordinariam, & Archidiaconus nullam nisi ex consuetudine in duobus, vt ibi dicit.cũ ergo sit maior Archidiacono præferendus est: & ideo, vt concludit ĩ consilio sequenti, non valeret consuetudo, ꝙ Archidiaconus præferatur vicario episcopi, tanquam omni iuri contraria. Primò iuri diuino, vt colligitur ex c.ad hoc.89.di.& ordini naturali. vt colligitur in c. est ordo.33.q.5.& iure canonico, cũ maiori ĩ administrõne p̃ferẽdꝰ sit iure ciuili, vt colligit̃ ex l. vt gradatim.ff.de muneribus & hono.& l.j.ff.de albo scribẽdo, ergo impræscriptibilis, & potius dr̃ pestis, quam consuetudo, iuxta ea quæ habentur in simili in c. ad nostram.in tex.& glo.de proba.& ẽt contra honestatem: & ideo non valet.c.cum decorem. extra de vita & hone.cler.& etiam cõtra rõnem, & contra primũ gradum humilitatis, vt probat Pan.in d.cõsi.22.quẽ sequitur Fely. in c.statuimus.extra de maio.& obed. Hæc tñ consuetudo est in diœcesi Heduẽ.vbi oẽs antiquiores in ꝑmotione præcedunt vicariũ, & officialem episcopi, nisi habeat aliam dignitatem.

QVadragesimaseptima cõside. Inter plures eiusdẽ dignitatis, & noĩs præferuntur, q̃ in maiori loco habent dignitatem, & nomen: vt inter plures canonicos præferuntur qui sunt canonici in ecclesia cathedrali canonicis ecclesiæ collegiatę not.Inno.in c.fraternitatem.in fi.de dona.facit c.statutum.de rescrip.in 6.Fel.in rub.de ma.& obe.facit c. quamuis, le primier.de præb.lib.6.& facit dictum Inn. singulare in c.sedes apostolica.in j.sua gl.de resc. vbi dicit ꝙ canonici cathedralis ecclesiæ possunt dici clerici primi gradus, alij autem dicuntur clerici secũdi gradus. Rõnẽ huius assignat Nicolaus Boerij ĩ suo tractatu de autoritate, & præeminentia sacri magni cõcilij, in secunda rõne primi articuli, eo q̃a vt dicit, ecclesia cathedralis est matrix & cõis oĩum diœcesanorum.adeo, ꝙ ad illam singuli vtriusq; sexus clerici & laici pro sacramentis recipiẽdis, & diuinis officijs audiẽdis recurrere possunt sine proprij curati autoritate, & sine iniuria, & licẽtia, cum tota diœcesis sit ipsi epo parochia, & eps cõcurrit cũ oĩb.curatis suis diœcesanis ĩ curæ aĩarũ exercitio, licet non in iuriũ parochialiũ pceptione totali, sed bñ particulari, ĩspecto iure cõi, quo eps habet quartam oĩum decimarũ intra suæ diœcesis fines obueniẽtium. Hæc oĩa, vt dicit, probant̃ in d.c.quãuis.§.quãquã.de præbẽ. in 6. in c.apostolicæ.in prin.de dona.c.parochiano vtrobique. Abb. de sepulturis.iũcto c.vlt.& 3. de parochijs.c.cũ cõtingat.de dec.c.cõquerẽte.de off. or. Et intellige prædicta, ꝙ tales canonici p̃cedũt oẽs alios canonicos, ẽt si sint æquales in redditibus, ẽt si sint canonici capellæ regiæ, seu palatij regalis, & si simul incedãt canonici ecclesiæ cathedralis debent tenere manũ dextrã, & alij manũ sinistrã, vt dicit Nicolaus Boerij in loco s̃, all. ver. Et deinde seculares. Sed his tpibus nostris Christianiss. Rex noster Frãciscus I. impetrauit à summo Pontifice Leone Papa X. priuilegiũ tale, ꝙ canonici suæ capellæ ordinariæ præcederent omnes canonicos totius regni, ẽt ecclesiarum cathedralium, & metropolitanarum.

Et aduerte, ꝙ canonici ecclesiarum Cathedraliũ, in Francia in hyeme habẽt tegmentũ in capite ꝓ ornamento eorũ, quod dr̃ almutia, quæ fit diuersis modis, vt dicit Card. Zabarella in cle.j. col.2. de statu monachorũ. quasi in tota Gallia fiũt ex pelle grisea desup.& intus ex pelle uaria, q̃ apud nos dr̃, Menu vers. In ecclesia vero cathedrali huius ciuitatis canonici habent dictum ornamentum ex grisea pelle, seu penna: alij vero canonici ecclesiarũ collegiatarũ ex pelle, q̃ vulgo dr̃, Dung escorieulx, ad differẽtiã maioris ecclesię. Sed in ecclesia Lingonen. portãt ex pelle nigra: & dicunt, ꝙ omnes ecclesię cathedrales sunt datæ à Carolo Magno ita portant.

QVadragesimaoctaua consi. Inter plures æqualiter promotos in uno loco præfert̃ q̃ merito vitæ nobilitate, aut sciẽtia alios antecellit.no.gl.in c. placuit.in prin.in gl. ĩ verb. præponimus.16.dist. ubi archidia. Et ideo episcopus doctor p̃fertur episcopo non doctori. Dñicus de S.Gem.in c.Isidorus.16. di. Fel.in rub.de maio.& obe.& dicit Bal.in c.cũ olim; de cõsue.in prin.ꝙ doctor ẽt tardius receptus p̃cedere debet.& dicit Bal.in l.nemini.C.de aduoca.diuer. iud.de meliori sanguine p̃fertur cæteris: & de epo doctore q̃ p̃cedit aliũ, vide Card. Alex.in c.Isidorus. 16.dist.& Barb.consi.57.in fi.in 2.vol. & ita limitat Fel.in d.c.episcopos.supra allegatum.

Sic ẽt uideret̃, ꝙ canonicus doctore, & sic de singulis similibus p̃cedere deberet nõ doctorẽ primò receptũ, quod tñ nõ obseruat̃. Et vr̃ hoc esse, eo q̃a prioritas ꝑmotionis & ordinationis in talib. semp consideratur, vt dixi ante in 23.cõside.inc. epi in sessionibus &c.& maximẽ inter ꝑsonas, vt tenet gl. in c.sacrosancta.in uerb.p̃nti sessione.circa mediũ.de autoritate sacrorũ conciliorũ.vt ibi Gumier, q̃ dicit p̃dictas cõsiderationes debere tm̃ locũ habere ĩ plurib. ꝑmotis eodẽ die, q̃a tũc isto casu merita personarum debẽt attẽdi.p l.i.& ibi Bar.& Alex.ff.de obsequijs præstã.de duob.doctorib.eodẽ tpe factis, de quo ĩfrã dicã. Et ita ẽt tenet Nicolaus Boerij in suo tract.de autoritate, & p̃eminẽtia sacri magni concilij. vbi dicit, ꝙ ita fuit obseruatũ in cõgregatione Turoni, & Lugduni congregatis, vbi vl̃is ecclesia congregata fuit.

QVadragesimanona cõsi. In habẽtibus eãdẽ dignitatẽ in uno eodẽq; loco, præfert̃ q̃ à maiori recepit dignitatẽ, ut ĩ canonico à summo Põtifice, q̃ præfertur canonico ab alio inferiore creato: intellige

data paritate tpis creationis. Faciũt q̃ dñt Pan. card. Zabarella, Pet. de Anch. & Ant. de But. in c. p tuas. extra de maio. & obe. Dicam latius infra in prælatione dignitatũ tpaliũ, maximè, qñ ponã præeminẽtiã militum, q̃ erit nona pars huius tractatus, in 26. cõsid. & in 7. par. in 38. consi. inci. quoniam inter istos.

QVinquagesima consi. Officialis principalis epi cum dignitatem habet, alios clericos seculares præcedere debet. notatur per Card. in clem. 2. de rescr. Intellige tamen dummodo tales non sint in dignitate maiori constituti. imò ẽt si sit canonicus ecclesiæ cathedralis non præcedet ipse officialis alios canonicos prius eo receptos in dicta ecclesia, ut dixi supra in 45. cõsi. inc. existens in maiori dignitate. Dicit tñ Pan. in consi. 21. in 1. vol. q̃ officialis generalis episcopi dẽt præcedere omnes totius diœcesis post episcopum, cum faciat idẽ consistorium cum episcopo. c. 2. de consuet. lib. 6. Sunt, & alij duo post officialem qui habent aliquam præeminentiam, vt est vicedñs, qui præest rebus vel iuribus episcopalibus: de quibus Spec. in ti. de vicedño. & habetur 89. dist. c. volumus. & c. seq. & Oeconomus, qui pręest rebus capituli, de quo infra dicam.

QVinquagesimaprima cõsi. Clericus secularis pfertur regulari, & præcedit regularem. notatur in c. legi epistolam. & in §. alia. 16. q. 1. Io. Andr. in regula delictũ. lib. 6. in Mercur. lib. 3. & gl. fi. in c. qualiter, le second. de accusa. quæ dicit q̃ dignior est cœtus clericorum, q̃ monachorum. Et anterior est status clericalis, ergo honorabilior. gl. in c. quorũdã. ver. prædicatorũ, lib. 6. & c. fi. de pac. lib. 6. cũ de his mẽtio habeat ĩ Psal. 109. ibi: Tu es sacerdos ſm ordinẽ Melchisedech. & ad Heb. 7. in prin. & 6. in fine. Religio verò ppriè dicta post Christũ successit authorib. Basilio, Bñdicto, & Aug. de quib. Ang. ĩ Clauua. in sua summ. ĩ verb. religiosus. in prin. De antiqtate tñ monasticæ religionis qũo ẽt fuit ante Xpm, dicã alibi. Et plenissimè p Iudocũ Clicthoueũ ĩ suo Antiluthero. lib. 3. c. 5. & 6. & in toto illo lib. multũ extollit, & magnifacit vitam monasticam.

Ex hac consideratione vr̃ Fel. in d. rub. de maior. & obed. incidere in dubiũ: An vita actiua sit dignior q̃ cõtẽplatiua, & ibi plures remissiones allegat, quas vide. Vide ẽt Lucã de Pen. in l. 2. C. de dignio. lib. 12. & in l. 2. C. vt dignitatũ ordo seruetur. lib. 12. & Ber. de Bus. in secunda parte sui rosarij: serm. 8. in litera O, vbi ponit, q̃ uita actiua est fructuosior. Hieronymus tñ inter alios multum cõmendauit vitam anachoritarum, eremitarum, seu religiosorum: de qua commendatione amplissimam fecit mentionem Io. Ludo. Viual. de Monte regali in suo libro, quem opus regale intitulauit, in tractatu de pugna partis sensitiuæ, & intellectiuæ. Et etiam Ang. in consi. suo 179. inci. visis prædictis. colum. quarta, quod uita cõtemplatiua est melior actiua. Albericus tamen, & d. meus Ias. post eum in l. j. in 3. col. ff. de iust. & iure. referentes Hostiensem in procemio summæ, in quarta columna. referunt, & dicũt, q̃ vita actiua est melior cõtemplatiua. Hinc ex hoc inferunt, q̃ recti iudices & aduocati utentes recto iure, prout debent, plus merentur, & meliorẽ vitam faciunt, q̃ fratres prædicatores, & religiosi. Et idem ẽt tenet idem Alber. in l. per diuersas. C. mandati. quod dicit esse verum Neurzani in sua sylua nuptiali, si eorum studia & labores sufficiant principaliter gratia obediendi præceptis diuinis, & non gratia lucri vel ambitus. Nã Deus iussit. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Gen. 3. & c. in capite. 50. dist. Et istud ẽt tenet idẽ Albe. in l. si qui desideria. C. de suffrag. Vbi dicit, q̃ officium aduocatorũ apud Deũ nõ implicat peccatum. de quo dicã ĩ. in par. 7. in 29. consid. inci. officium aduocationis. Et de huiusmodi vita actiua, & contemplatiua dicam infra in 12. par. in 48. conside. ubi ponam etiam de uita mista seu communi.

QVinquagesimase cũda cõsi. Quo ad præeminentiã unius religionis ad aliã S. Th. 2. 2. q. 188. dicit, q̃ excellẽtia unius religionis quo ad aliã põt attẽdi tripliciter. Vno mõ ex parte finis, & sic illa dr̃ pfectior religio. Altera ordinat̃ ad potiorẽ finẽ, & ſm hoc inter religiones illa quę ordinat̃ ad docẽdum, & prędicãdũ tenet summum gradũ. Et rõ est, q̃a quamuis prædicare & docere sit actus vitæ actiuę, pcedit tñ ex plenitudine cõtẽplationis, ſm Greg. vnde præfert̃ simplici cõtẽplationi, sicut mai⁹ ẽ illuminare, q̃ lucere solũ: &, vt ait Euangelista: Qui fecerit de his mãdatis, minim⁹ uocabit̃: q aũt fecerit & docuerit, magnus vocabit̃ in regno cęlorũ, ut dicit de Ioanne, Luc. 1. q̃ fuit præcursor, & prædicator illius, dicit. Ego sum uox clamãtis in deserto &c. Propterea dictũ est de eo p Angelum. Et erit magnus corã dño. Tales. n. sunt doctores prædicantes Euãgelium Dei, qui ante fulgere debent. Dan. 12. Qui docti fuerint, fulgebũt quasi splẽdor firmamẽti. facit ẽt c. licet, de regularib. vbi dr̃, Sicut maius bonum minori pponitur, ita utilitas cõis speciali. Et quia in his est maior, latior, & plixior, ex quo maiora stipẽdia laltẽ honoris, & præeminentiæ sunt adhibenda. l. nemo. C. de officio magistri officiorũ. Et in hoc rectè preponitur doctrina silentio, solicitudo contemplationi, labor quieti. Vnde religiosissimæ ad ista deputatæ sunt ppinquissimę præfectioni epõrũ, ex quo uident̃ tenere primũ gradũ, & ſm gradũ tenent illi q̃ ordinant̃ ad cõtẽplationẽ. Tertiũ q̃ occupant̃ circa exteriores. Ex q̃b. videret̃ inferẽdũ, q̃ sunt pferẽdi, cũ principaliter ĩ his attẽdãt, s. pdicãdo, & docẽdo, vt sũt pdicatores, minores, carmelitę, S. Aug. eremitæ: & q̃ deberẽt dici digniores aliis religiosis ex rationibus prædictis.

Secũdo attẽdit̃ excellẽtia vnius religionis ad aliã, ſm quod in eodẽ genere finis vna ordinat̃ ad altiorẽ actũ q̃ altera: puta si religionũ, q̃ ordinãtur ad cõtẽplatiuã vitã ordinetur una magis ad orandum, & altera magis ad legẽdũ, erit pfectior prima: q̃a altioris contemplationis est oratio q̃ lectio, licet dicatur secundum Augustinum: Cum oras, loqueris Deo cum vero studes, Deus loquitur tibi &c. Et inter opera vitę actiuę potius est redimere captiuos quàm recipere. Et ideo religio quæ ordinatur ad redimendum captiuos, erit excellentior, q̃ quę ordinatur ad hospites suscipiẽdos cęteris parib. Põt ẽt attẽdi ista excellentia, si una illorum ad plura ordinetur quam alia: vnde

vnde si ordinet vna ad legendũ, & ad orandum, potior erit quã illa quæ solum ad legendũ. Et ita tenent canonistæ ĩ c. quod dei timore. de statu monachorũ, & in c. nisi cũ pridem. extra de ren. & Arch. in c. si qs vult. 36. d. vel ẽt si cõuenientiora habeat statuta ad consequendum finẽ propositum, dicetur perfectior alia, q̃ huiusmodi non habet. Et ista duo aut tria satis declarantur in concilio Bononien. edito in materia plationis monachorum, & canonicorum regulariũ, in prin. & prima parte. in 6. & 7. fundamento: q̃ melius hæc declarant. Hinc per hoc deueniemus ad dispositionem canonistarum, quæ habet, quòd illa, quæ habet arctiorem modum viuendi, dicitur perfectior, de qua perfectione statim dicemus.

Tertiò, dr̃ preeminentia religionis vnius ad aliã ex parte exercitij, nõ q̃dẽ quãtũ ad quãtitatẽ, sed q̃tũ ad proportionẽ eius ad finẽ intentũ. Vnde in col. 2. Moysi B. Antonius p̃posuit discretionẽ, q̃ omnia moderat̃ vigilijs, ieiunijs, & alijs huiusmodi. Ex quibus vult inferre Anto. Flo. post Thomã supra alle. in sua sum. par. 3. ti. 16. c. §. 2. ꝙ non, ex hoc ꝙ religio aliqua habet arctiores obseruãtias debet iudicari potior, sed ex hoc quod maiori discretione sunt eius obseruantiæ ordinatæ ad finẽ intentũ religionis: sicut maceratio carnis per abstinentiã cibi, & potus efficacius ordinat̃ ad continentiam, q̃ per subtractionem vestiũ, vel corporalẽ laborẽ. Et has præeminẽtias ponit Io. And. in c. sanè, de regularib. ĩ nouella. Sed post q̃ illas posuit, subdit. Nos canonistæ, nõ ponderatis his subtilitatib. solũ solem⁹ aduertere ubi sit arctior, strictior, durior, vel fortior modus uiuendi. Vnde in c. licet. de reg. & trãseun. ad religio. dr̃ de arctiori vita, & sanctiori, ad quã licet transire ex latiori licẽtia petita. Et sic cũ oẽs religiones sint ordinatæ ad summũ finẽ, qui est charitas, p quã coniũgimur deo, vt ĩ extrauagãti Io. 22. ad cõditorem dr̃. Et sic cũ finis sit idẽ, solũ põderamus arctiorẽ modũ uiuẽdi. unde si ĩ vna religione sit sola cõtẽplatio cũ arctissimo modo uiuẽdi possibili, tñ sine deficiẽdi periculo, nõ admittimus trãsitũ ad religionẽ in qua esset cõtẽplatio, & arctio, ẽt prædicationis officiũ cũ laxo, vel minus arcto modo viuendi. q̃d tamẽ theologi admittunt, fm notata per Tho. 2. 2. q. vlt. art. c. 8. in corpore articuli, & addit Io. And. post Thomã, ꝙ paupertas religionis ex hoc, ꝙ est maior, non facit religionẽ pfectiorem alijs. hæc dicit Io. And. vbi s̃. & hoc refert, & recitat Ant. Flor. in loco supra alle. paucis additis per nos.

Sed reperio, ꝙ canonistæ nr̃i habẽt alios modos, & alias causas ad cognoscendũ, & inducẽdũ, an una religio sit excellẽtior altera. Et sic ultra p̃dictos quatuor modos supra tactos, quòd alio modo cognoscitur, an vna religio sit dignior altera, & excellentior.

Quinto ergo modo vna religio dr̃ excellẽtior altera ratione antiquitatis: de qua j. dicã in sequẽti cõsideratione, & ad quã multũ attendendũ est. Qm̃ qui prior est tẽpore, potior est ĩ iure. regula qui prior. de regu. iur. lib. 6. c. antiqua. de priuilegiis. c. renouãtes. 22. d. l. qui prior, ff. de iudic. §. singulorũ. insti. de rerũ diui. q̃ regula hẽt locum in honoribus, & sessionibus, tex. ĩ l. honores. ff. de decur. & ĩ l. fi. & ibi Bar. C. de tyr. li. 12. vbi dicit Bar. tex. illũ eẽ cõtrã iuuenes doctores, qui volũt locũ celsiorẽ hẽre. Ad idẽ tex. ĩ §. ordinationẽ. ĩ authẽ. de monachis. & ĩ §. quib⁹. ĩ j. cõsti tu. C. dũ tex. dicit vt ordo tẽporũ earũq; cõstitutionũ, nõ solũ adiectis diebus, sed ẽt ex ipsa cõpositione clarescat. Primis quidẽ ĩ primo loco, posteriorib⁹ verò ĩ secũdo ponẽdis. Et ibi dicit Bald. ꝙ qui prius est tẽpore, pri⁹ est insinuationis ordine. Et dicit Feli. in rub. de maio. & obe. ĩ 3. co. ꝙ inspicit̃ anterior origo. p gl. ĩ c. quorũdam. de elec. ĩ 6. Et iõ ex hac rõne voluí ponere antiquitatẽ quorũlibet ordinũ, tam in institutione quã ĩ cõfirmatione, vt infra videri p̃t, quæ quomodo sit consideranda, cogita ex infra dicendis.

Sextò, excellẽtia & p̃eminẽtia cõsiderat̃ ĩ illis qui sunt ĩstituti, & ordinati à maiori vel digniori, ẽt si sit posterior tẽpore. c. quia sępe. c. si eũ. c. si a sede. c. hi q. de p̃bẽ. li. 6. c. p tuas. de maio. & obediẽ. & dicã ĩfra.

Septimò cõsiderat̃, ꝙ vna religio sit excellẽtior altera ex approbatione, vt notat̃ in c. fi. de relig. domibus: & iõ vna religio approbata est excellẽtior altera & si primo approbata, ideo qa vtraq; approbata, prima approbata ratione prioritatis approbationis erit excellẽtior: q̃ quidẽ approbatio multa operat̃, vt hr̃ in concilio Ferrarien. ĩ 13. col. ibi: itẽ nõ obstat ĩquãtũ dicebat̃ regulã B. Benedicti nõ requirere approbationẽ, &c. & plus attẽdit̃ q̃ institutio, vt hr̃ in cõcilio Bonoñ. in 6. col. & cõcilio Ferrarien. ĩ 4. col. infra all.

Octauò cõsideratur excellẽtia, & p̃eminẽtia unius religionis ad aliã: ex quo vna habet plures religiosos quam alia. Qui enim præest plurib. maior est. auth. constitutio, quæ de dignita. §. generaliter. vbi gloss. dicit. nota nobiliorem propter subiectos. est enim p̃miũ dignitatis habere plures subiectos. dixi alibi.

Nonò considerat̃ maioritas ordinis ex ordine nominationis ĩ lr̃a, & ĩ scripturis, ubi fit de eis mentio, quia ordo scripturæ denotat prioritatẽ excellentiæ dignitatis, & maioritatis: quoniã qui primò nominat̃, dr̃ dignior. & honorari dr̃. Bal. ĩ aut. hoc ampli⁹. in vlt. col. C. de fideicõ. & probatur in c. si quis iusto impedimẽto. de elect. in 6 & in l. seruus communis. ita. & quod ibi no. Bar. ff. de stip. seruorum. & de huiusmodi ordine literæ latissimẽ per Fel. c. cũ dilecta. extra de rescriptis, vide Imolã ĩ rub. extra de præben. do. meũ Ias. ĩ l. 2. §. prius. ff. de vulga. & pup. subst. de quo infra dicam in consideratione. 33. quando ponam, ꝙ prius nominantur monachi nigri, quàm canonici regulares: de qua in c. auaritiæ. de præbẽ. ubi Pan. Fel. in rub. de maio. & obe. in 3. & 4. col.

QVinquagesimatertia consi. est, ꝙ antiquitas religionis est etiã multum attẽdenda, quoniam est maxima, cũ reperiatur monachos, & religiosos ẽt fuisse in ueteri testamento: quoniã, vt habetur in uolumine scholasticæ historiæ, ĩ rubrica: d̃ signis ĩ morte dñi, de sancto Scarioth qui abbas monasterii fuisse dr̃: quo mortuo eius monachi, & sub eius obediẽtia degentes inconsolabiliter doluerũt, ex quo comprehenditur, ꝙ Scarioth abbas fuit & nõ simpliciter abbas, sed sub se monachos habuit. Legit̃ ẽt in eadẽ historia, sub rubrica: de festis Iudæorum, ꝙ Essæi in omnib. fere uitam monasticam ducebant, omnia

habentia cõmunia, ſed in ſingulis ciuitatib. domicilia inhabitantes poſt ortum ſolis vſq; ad quintã horam operantes, ſilentiũ obſeruantes, cõſortio ſuo neminem adhibentes, niſi ſub probatione anni: mortẽ, pro iuſtitia immortalitate meliorẽ iudicãtes. Probatur ẽt ex l.j.§.religionis cauſa.ff.de collegijs illicitis, vbi ẽt nõ prohibebant fieri collegia religionis cauſa: & ſic in ueteri teſtamento cum ante Xp̃m, eo, quia libri degeſtorũ ſunt ante Chriſtũ, vt eſt gl.in verbo in nomine.in rub.ff.de iuſt.& iure, & allegat. ꝑ hoc l.j.§.j.ibi: reperimus autem. & §. cumq; hoc.in fin. C.de iure enucl. Nicolaus de Neapoli in rub.inſtitutio. ꝓpe fi.& dicit Bar.in l.multũ intereſt.ff.de verb. ob.quòd condentes iura digeſtorum erant pagani, cùm leges fuerunt factæ per tercentũ annos antequã Chriſtus ueniret vel plus.facit gl.vl.l.pridie.de ferijs ff.& in l.Titia.§.fi.in verbo, dei.de auro, & arg. lega. ff.dicit tamẽ Io.Fab.in §.reſtituta.col.2.in gl.1.inſt. de fideicom.hæred. ꝙ iura digeſtorum & iuriſconſultorum fuerunt poſt paſſionem Dñi, & tẽpore gratiæ.tex.in l.non diſtinguemus.§.ſacerdotio.ff. de arbitris. Dic tñ ꝙ plures fuerũt gentiles, licet poſt Chriſtũ fuerint, & maximè quia eſt lex Martiani, q̃ fuit tẽpore Iuliani tyrãni imperatoris, qui erat infidelis, & regnauit poſt Heliũ Pertinacẽ, & ante Seuerũ Imperatores. Ex q̃b.cõſtat, ꝙ religio fuit ẽt añ chriſtũ. Imò ẽt refert hiſtoria tripartita, lib.1.c.2.& Iſidorus ti.de officijs.c.15.ꝙ Elias, & Eliſeus uitam monaſticã duxerũt: plures ẽt alij ante Xp̃m uitam monaſticam ſeu eremiticã duxerũt, quos amplè ponit Volaterranus ĩ ſua antropologia.lib.21. ubi ponit amplè initiũ anachoritarũ, & ordinum oĩum. Poſtmodum à ſanctis apoſtolis ordo monachalis initiũ habuit: q̃m eorum vitã ſectantes, oĩa in cõmuni ponebãt, ꝓ priorũq; bonorum diſpenſationem apoſtolis ipſis, vtpote patribus, & ſuperiorib.relinquẽtes diſcipuli, vt apud caſſianũ libro collationũ ſuarũ. coll.18.c.5.apertiſſimè legit. Probat ẽt ex autoritate Niceni cõcilii, de quo fit mẽtio in c.q̃ verè.16.q.1.ubi hæc uerba de cœnobitis, & monaſteria ĩhabitãtib' inſcribũt. Probat ex ẽt textu Calixti Papę, q habet 27.d.c.p̃sbyteris. q calixt' fuit anno dñi 227. Et idẽ Calixt' facit mẽtionẽ de. quo ĩ c.ĩterdicim'.16. q.1. ubi abbatib. & monachis publicas pœnitẽtias dare, ĩfirmos viſitare, vnctiones facere, & publicas miſſas cãtare ĩterdicit. Fit ẽt mẽtio de monachis ab Eutichiano Papa, q fuit ann.Dñi 277.de quo in c.ſi q̃s ep̃s aut abbas. Fit ẽt à Felice Papa, q fuit ann.Dñi 268.de quo in c.eos quoque.de conſec.d.4.Fit etiam mentio à Silueſtro Papa.q fuit anno 319.de quo in c.à ſubdiacono.93 d.Fit etiam mentio à Syricio Papa, qui fuit an. 490. vt habetur in c.monachis quoq; 16.q.1.Fit ẽt mentio per Innocen.primum, qui fuit anno dñi.411. vt habetur in c.de monachis.16.q.1. Et per concilium Nicenum.de quo ſ.quod fuit anno dñi 341.quę oĩa iura ſunt ante Benedictum, cum Benedictus fuerit anno dñi 531.vt habetur per Archiepiſcopum Flor. in ſua hiſtoria, li.15.c.14.per totum in 2.par.licet qdã alii dicãt, ꝙ fuit anno dñi 475. Sed veritas eſt, ꝙ fuit anno dñi 520. Et de eo ẽt fit mentio in concilio calcedonen.c.iuxta calcedonẽ.16.q.1.& ſic quicquid eſt reperiet, ꝙ antiquitas religionis eſt maxima. Imò Bernardus in ſermone, quẽ apologeticũ appellat, in c.de intẽperãtia veſtimẽtorũ, monachalẽ ordinẽ primum in eccleſia extitiſſe teſtat: ex quib. poſſet quodãmodo argui, ꝙ monachi deberẽt p̃cedere clericos ſeculares, cõtra id ꝙ dictum eſt ſupra in 51.conſide.

QVinquageſimaquarta cõſi. Ex quo ordo Benedicti fuit primus ordo monachorũ poſt chriſtũ inſtitutus ab eo, inſequẽdo vitã antiquorũ monachorũ, ſed ante eũ fuit Baſilius, qui fuit in oriẽte, & Benedictus in occidẽte, vt refert Ant.Flor.in 2.part. ſuę hiſtorię.ti.15.c.12.in fi. Ex quo concludendũ eſt ꝙ hic ordo oẽs quoſcunq; alios excedit, ſeu p̃cedit, ẽt canonicos regulares, vt dictũ eſt. Et iſta eſt opinio oĩum doctorũ canoniſtarũ, & ſcribẽtiũ, uidelicet primò Fel.q multos allegat ĩ d.rub.de maio.& obe. videlicet oẽs ſcribẽtes ĩ c.quorũdã. de elect.in 6.& in c.auaritię.de pręb.in c.deus qui.de uita, & hon.cle. in c.ſanè.de regularibus.in c.ꝙ Dei timorem.de ſta. monac.in c.intelleximus.de ęta.& qual.in c.nimia. el ſecundo.de exce.p̃la.ĩ c. epiſcopus.17.d.in c.alia. 16.q.1. Et iſta eſt cõmunis quam oẽs tenent, de qua multũ amplè p cõcilia Paduana, & Bononiẽſia, quę ſunt nimis prolixa, ideo ad illa te remitto, q̃ videre poteris cùm ſint impreſſa, & p Volaterranũ in ſua antropologia.in 2.tomo.li.21. Et ſub hoc ordine S.Benedicti quibuſdã cõſtitutionib. additis ſunt plures ordines, de q̃b.ſigillatim, & particulariter dicã, videlicet ordo cluniacẽ.monachorũ nigrorũ.S.Iuſtinę, ordo camaldulenſiũ, ordo Vallis vmbroſę, ordo ciſterciẽ.ordo Grãdimõtẽ.ordo cęleſtinorũ, ordo Mõtis oliuarũ, ordo mõtis phãi, Silueſtrini, & p̃tes alii.

QVinquageſimaquinta cõſi. Poſt ordinẽ S. Benedicti, primus ergo q̃ eſt ĩ regula, & ſub dicto Benedicto eſt ordo Cluniacen.qui fuit inſtitutus anno Dñi 913.vt refert Vincẽ.in ſpeculo hiſtoriali, li. 25. Nã, vt dicit Berno, abbas moritur' Odonẽ olim muſicũ cõſtituit abbatẽ cluni.cęnobii ea cõdõne, vt eccleſia cluniacẽ.ſolueret annuatim eccleſiæ Gigniacẽſi cẽſum duodecim denariorũ. Et ut dictũ eſt, ĩ eo monaſterio à Bernone cõſtructo, ſeruabant ĩſtituta patris Euthichij, qui fuit t̃pib. Ludouici magni, uir charus regi, oĩbusq; amabilis. Nã cũ eſſet laicis, & peregrinis ſtudijs eruditus, deſerẽs ea unde ſupbire ſolet humana fragilitas, totũ ſe patrũ regulis & ĩſtitutionib.dedit. Ex quib.ẽt diuerſas ſumpſit, vnoq; volumine colligauit. Nec multo poſt monachus effect' eſt, & ĩ tãto amore apud regẽ habitus, vt ĩtra palatiũ ſuũ monaſteriũ ei cõſtrueret. Decurſo ãt vitæ ſtadio, circũſtantib.fratrib' ſpiritũ emiſit. Et cũ ab eius diſcipulis exequiæ pararent, uiuus redijt, illisq; attonitis, & admirãtib.ait, deo grãs. Sciatis, ꝙ ĩ his 40. annis vnũ tantũ diẽ nõ memini me cibum cœpiſſe, niſi prius fleuiſſem: hodie aũt ſublato mœrore me cõſolat' eſt de', & ĩter choros angelorũ tribuit mihi dñs reqetionis locũ. His dictis ꝑpetuò reqeuit. Ipſe fuit ĩſtitutor cõſuetudinũ, q̃ ĩ monaſteriis hacten' ſeruãtur. Tandẽ abbas Berno exitiali morbo decũbẽs, uicinos ep̃os accerſiuit, & ab ordine ſe deponens, flebili

voce

voce clamabat se reũ & ĩdignũ tali monasterio ꝑfuisse: tũc manibus fratrũ, frater Odo captus corã abbate suo vi est adductus ꝓclamãtibꝰ oĩb. vt ordinaret: & cũ nec sic uellet cedere, vt locũ pastoris subiret, superatus est tãdẽ episcoporum excõicatione. Sub quo floruit monastica deuotio iã exsiccata, & B. Benedicti ĩstitutio plurimũ ĩ diuersis cęnobiis reuixit & cõualuit, reparata. Hic verò ordinẽ Cluniacẽ. ĩstituit q̃busdã regulis, traditionib. & cõstitutionibus additis.

Qui quidẽ ordo Cluniacen. nõ est amplius sub ordine sancti Benedicti, sed est vnũ caput de ꝑ se in toto suo ordine, vt dicit Oldra. in consi. 204. Dixi s̃. in 31. consi. Et sunt diuersi ordines habentes quilibet de per se vnũ caput, vt tenet Aegidius de Bellamera in consilio suo 32. Sed qñq; isti deuiauerunt à regulis eorum postq̃ incrassati & impinguati fuerũt pluribus monasteriis, vt dicit idẽ Ant. eo. li. c. 23. §. 2. vbi ponit de restauratione ordinis circa annum Domini M.ccc. in abbatia sactæ Iustinæ, vt ibi per eum.

QVinquagesimasexta cõsi. Sed cũ sit magna altercatio inter monachos nigros, cuiusmodi sũt monachi sancti Benedicti, & Cluniacen. ordinum, & canonicos regulares, qui eorũ ꝓcedere dẽant, sit cõis inter oẽs scribentes, ꝙ monachi nigri ꝓcedere debẽt ex multis rationibus deductis, q̃ non habent locum in aliis ordinibus infra dicẽdis & ponendis: iõ stabit ad minus firma conclusio, ꝙ post monachos nigros erũt canonici regulares, qui debẽt ꝓcedere oẽs quoscunq; alios religiosos, siue sint nõ mẽdicantes, siue mendicantes: & hoc, quia licet teneãt oẽs, ꝙ ordo canonicorũ regulariũ initiũ habeat à Marco euangelista, & postea a beato Aug. ante Benedictũ, & qui fuerũt maiores Bñdicto, vt satis demonstratur in conciliis dñorum Bononiensiũ & Paduanorũ supra allegatorũ, tñ antiquitas monasticæ religionis est añ Marcũ & Aug. cum sit etiam in veteri testamento, ut dictum est. Et etiam sunt plures rationes hinc inde allegatæ, ex q̃b. concludit monachos nigros esse ꝓferẽdos. Et ideo cum sint plures rationes pro eis militantes, vt in prædictis cõciliis, ad minus post dictos monachos nigros, & ante omnes alios religiosos admittendi & collocandi sunt.

QVinquagesimaseptima cõsi. Post ordinẽ tñ Cluniacen. ponit Ant. Flor. in dicta ij. parte suarvm histor. ti. 15. §. xvij. ordinem Vallis vmbrosæ, q̃ fuit institutus anno dñi M.xl. sub regula sancti Bñdicti, quibusdam constitutionibus eorum superadditis: quæ religio fuit instituta, seu ordo fuit institutus à Ioãne Gualberto, & habet multa monasteria in Tuscia & in Lõbardia sub habitu griseo: qđ qũo fuerit, ponit idẽ d. Ant. in dicto loco. Dicit tñ idẽ Ant. in ti. 15. eadẽ par. historiali c. 23 §. 2. ꝙ ipsi claudicauerũt à semitis Gualberti eius ordinis primi institutoris, sub regula et Benedicti, vt vix esset qui faceret bonũ. Sub eodẽ habitu & regula quidã Siluestrini dicti, eo ꝙ Siluester dictus est primus autor eorũ, qui talẽ ordinẽ intrauit in monte Phano propè Fabrianũ ĩ Marchia Anchonitana multiplicati, plura monasteria cõstruxerunt in diuersis ciuitatibus. Dicit tñ ibi, ꝙ iam quasi defecit ex toto dicta religio ex carentia fratrũ, vt ibidem videre poteris. Et isti nõ sunt ꝓferẽdi religiosis Cistercien. licet sint priores tempore: q̃a nunc est aucta religio Cistercië. & strictior est eorum vita, ex quo illis præferendi, vt infra dicam. Tamen eos hic ante posui, cum ordo eorum sit prior institutus, quàm Cistercien.

QVinquagesimaoctaua cõsi. erit de ordine & fundatione ordinis Cistercien. qui fuit institutꝰ sub regula B. Bñdicti: hr̃ ꝑ eundẽ Ant. Flor. in 2. par. suæ historiæ. ti. 15. §. 18. vbi dicit ꝙ initiũ habuit anno Dñi M.98. sub quodã abbate Stephano: sed paulo post mirabiliter dilatatur per B. Bernardũ, & fuit initium eius, vt dicit per hunc modum.

Quidam deuoti viri venerabilis Hugonis Lugdunen. ecclesiæ archiepiscopi sedis Apostolicę tunc legati, & religiosi viri Vulterii Cabilonẽ. epi, nec nõ & clarissimi principis Odonis Burgun. ducis freti cõsilio, & autoritate roborati, inuẽtũ eremũ in abbatiã cõstruere cœperũt ꝓfecto Ruberto abbate illiꝰ diœcesis epo, videlicet Cabilonẽ. curã, virgamq; pastoralẽ, ceterisq; in eodẽ loco sub ipso seruantibus stabilitatẽ. At vero post nõ multũ tpis factũ est, vt idem abbas Robertus, requirentibus eũ monachis Molismẽsibus Papæ Vrbani secundi iussu, v ulterij epi Cabilõnen. licentia & assensu Molismũ reduceret, & Albericus vir sanctus & religiosus ĩ ipsius loco substitueret: hoc sanè inter vtrãq; ecclesiam fœdere pacis retẽto gr̃a & autoritate apostolica seruato, ut ex eo iã tpe neutra illarũ vtriuslibet monachũ ad habitandũ sine cõmẽdatione regulari reciperet. Quo facto, nouũ monasterium noui pr̃is solicitudine, & industria breui nõ mediocriter deo cooperãte in sancta religione ac cõseruatione profecit, opinione claruit, rebus necessarijs creuit. Dicit etiã ibi Ant. Flo. allegãs Vincentiũ ĩ speculo historiali, quod tempore Guilelmi secũdi regis Angliæ cœpit religio Cisterciẽ. &, vt dicit, pertinet ad gloriam Anglorum, ꝙ talem uirũ genuit Anglia, qui huius religionis & autor fuit & mediator. Is autem fuit Arduignus noĩe, q aľs Stephanus à puero Suburnæ monachus postea pãnos illos perosus Scotiã, mox Frãciã, cõtẽdit, ubi aliquot annis studuit. Deinde Romam cum clerico consorte profectus est, quia eundo & redeundo quotidie totũ Psalterium cantitabant. Deinde Burgundiã regressus ĩ Molismo nouo & magno monasterio se totondit. Ibi quum ea proponerentur obseruanda quę nõ erãt de regula, cœpit rationem eorum inq̃rere. Et tãdem de quibusdam superfluis cum vno & alio disputauit, vt abbatem ipsum & alios 17. in suã sñiam iduceret. Igitur Cistercium venere, locum prius Salmosum, & ibi steterunt suffragio archiepiscopi Viẽnen. qui postea factus est papa. Abbas tãdem qui cum eis venerat à suis monachis requisitus, ad eos redijt quasi coactus. Sed omnes qui cum eo uenerant de Molismo cum illo regressi sunt, præter octo q̃ sibi abbatẽ cõstituerũt Albericũ quendã de suis. Priorem uerò Atuignum, qui & Stephanus dr̃, fecerunt: & ibi dicit ꝙ ad Vincentium plenius recurrendum est, & ti. 16. c. 1. §. 2. eodem libro, dicit quod Cistercien. utique fuerunt magna columna ecclesiæ sub B. Bernardo

nardo, & postea per annos centum scientia decorati & sanctitate. Sed & ipsi declinantes à uestigiis patrum, inutiles facti sunt. Circa autem annos Dñi 1436, quidã ex monachis abbatiæ Florẽtinæ sub Eugenio IIII. transierunt ad ordinẽ Cisterciensium in obseruãtia regulari, collato eis monasterio, septẽ prope Florẽtiã, dicti ordinis. Per ipsum deinde Eugeniũ hoc procurante reuerendissimo dño Cardinali Firmani & ex pusillo grege adauctus est. Sed si bene cõsideremus, illud fuit tantum in Italia, quia semper Cistercien. apud nos, & in Gallia fuerunt decorati scientia & sanctitate, & tales apud nos reputantur. Et tales monachi apud nos, & ẽt Carthsienses reputant sanctimonia vitæ: ita ꝙ nõ est aliqua sinistra suspitio ꝑsumẽda contra eos. Ita ẽt ꝙ ex hoc pñt eẽ iudices in cã ꝓpria vel suorum, vt dicit d. meus Ias. in auth. iubemus. C. de iud. 2. col. ibi: secundò facit. & Fel. in c. super his. in fi. extra. de accusat.

Sub hoc habitu Cisterciẽ. est aliꝰ ordo apud nos, vbi sunt tãtũ priores, qui est ẽt sub regula beati Benedicti, qui dr̃ ordo Vallis colliũ, seu potius caulium, qui est caput in eorum ordine, & hẽt multos prioratus sub se, vt est prioratus Vallis sancti Bñdicti iuxta Heduã, & prioratus Vallis crescẽ. qui dr̃ Vaultcroissant propè Sedelocum, & plures alii qui sunt modici prouentus, & in quolibet prioratu sunt pauci religiosi. Et melius esset, ꝙ reducerentur in totum sub habitu cistercien. cum habitum eorum deferant.

QVinquagesimanona cõsid. Est alius ordo sub regula beati Bñdicti, qui dr̃ ordo Camalduléſiũ, qui fuit institutus à Ramualdo viro magnæ sanctitatis & sanctimoniꝫ: & fuit ĩstitutus anno Dñi M. 30. Et sic ante ordine Vallis Vmbrosæ, & Cistercien. de cuius institutione hr̃ per Ant. Flo. in suo lib. historiali. 2. par. ti. 15. c. 15. Qui licet fuerit institutus añ cistercien. non tamen habetur in tanto honore nec in tanta extimatione, cùm uita Cistercien. sit arctior & strictior q̃ vita illorũ: & iõ in maiori prærogatiua, excellentia & præeminentia, secundum quod dicit Io. Andr. in c. sanè. de regularibus. quam doctrinã refert, & sequitur Florentinus in sua sum. tertia parte, ti. 16. c. 1. §. 2. vbi dicit ꝙ canonistæ nõ põderatis subtilitatibus theologorum solent solum ꝓ ꝑeminẽtia religionis ad aliã, ꝙ vna sit arctior, strictior, durior, vel fortior in mõ viuendi. Ex quo inferendum est, ꝙ ordo Cistercien. est pꝛeferendus, cum vita eorum sit arctior, strictior, & durior. Hi enim monachi sunt albi habitus, qui degenerãtes. alienati sunt retrorsum: paucissimis exceptis eorum monasteriis, & eremi reclusis. Sed circa an. Dñi 1370. vitam quasi eremiticam tenentibus & laudabilem in diœcesi Aretina, sed territorio Senen. episcopus Aretinus tunc temporis dedit habitum similem & regulam ipsius beati Benedicti, ex quibus crescentibus in gratia dei & numero constitutus est ordo Montis oliuarũ dictus ab ecclesia, & ipse approbatus, & in monasteriis per Italiã multiplicatus ac priuilegiatus, & à diœcesanis exemptus factus. Qui religiosi sup capita sua ponũt generalẽ vnũ ex eis abbatẽ de triẽnio in triennium. hæc Ant. Floren. vbi supra, in 2. par. ti. 16. c. 1. §. 2.

SExagesima con. Sub eadem regula sancti Benedicti fuit ordo humiliatorũ, qui licet habuerit primum initium anno Do. 1017. tamen in processu tẽporis fuit tripliciter variatus in modo viuendi. Sed vltimus eorum uiuẽdi modꝰ fuit approbatus anno 1200. & per Innocentiũ tertiũ tertiũ cõfirmatus. Et postmodum per successum à diœcesanis exẽptatus priuilegiis multis, & sub regimine vnius principalis & generalis præpositi constitutus. Sumpserunt. n. in tertio modo viuendi pro norma partẽ regulæ B. Benedicti nõ totam, superiores eorũ præpositos nominãtes: multiplicati q̃ ualde fabricauerũt sibi multa monasteria, tã fratrũ q̃ monialiũ p pñes Tusciꝫ & Lõgobardiæ, maxime Mediolani. Hi inter alia priuilegia habent, ꝙ in sabbato paschæ celebrant eorũ officium illius diei de sero post meridiẽ ĩ ĩtroitu noctis, ita ꝙ missa illlus diei de nocte in vigilia paschæ cantatur. Et de institutione, approbatione, & cõseruatione ꝑdicti ordinis habetur p eundem Ant. Floren. in suo libro historiali, 2. par. ti. 15. c. 22. vbi amplè.

SExagesimaprima consid. Sub regula B. Benedicti adhuc sunt quidam apud nos qui dicunt Cœlestini, de quibus est notabilis cõuentus in ciuitate Parisiensi, & in multis aliis locis Frãciæ. Et isti sunt obseruantes, sub regula B. Benedicti degẽtes. Hi ẽt sunt a diœcesanis exempti. Sed an sint ceteris, puta Carthusien. ꝑferẽdi, dico inspiciẽdã esse cõsuetudinem: quia tamẽ nõ sunt omnino mendicantes, iõ omnib. alijs mẽdicãtib. ꝑferẽtur. Et ꝙ sint sub regula B. Benedicti, dicit Antoninꝰ Florẽtinus ĩ tertia parte suæ summæ, ti. 16. c. 1. §. 18. in principio. ubi dicit, quod talis ordo fuit ĩstitutus a beato Petro de Murrone, qui fuit Papa Cœlestinus, sed renũciauit Papatui.

SExagesimasecunda cõsid. Crederem, ꝙ licet ordo Carthusiensium non sit sub regula B. Benedicti, nec sub aliqua quatuor regularũ ab ecclesia approbatarum: sed habent sua statuta pro regula, tamen habentur in magna veneratione ab ecclesia, ut dicit idẽ Ant. Flo. 3. par. suæ summꝫ, ti. 16. c. 1. §. 6. Et est uenerabilis religio. q̃ usq; ad præsentẽ diẽ seruat rigorem suarũ obseruantiarum p annos circiter 400. ut dicit idem Flo. in libro historiali. 2. par. ti. 15. ca. 22. §. 2. Austera, ut dicit, siquidem est in multis, in abstinentia quidẽ, quia prolixa ieiunia & sextis omnibus feriis in pane & aqua, ab esu carnium semper abstinent, etiam in grauissima infirmitate. ita ut qui eis uesci uoluerit, amplius in clausura cum reliquis nõ ualeret permanere. Quo ad uestitum, quia semp cilicio induuntur ad carnem. Quo ad solutionem, quia nunquam exeunt exceptis priore, & procuratore: & in cellis suis soli manent cum arcto silentio: uigilias magnas habent propter prolixitatem officii. Vnde Bernardus, qui epistolam ad eos scripsit, quia dr̃ ad fratres de Monte dei, multum commendat inter cetera, dicens. Vestrum est frui dei. in fine autẽ arguit de nimia sumptuositate & magnitudine ædificiorũ: & magis adhuc tempore nostro redarguisset, si uixisset, maximẽ quo ad cõuentũ Papiensiũ, qui distat à ciuitate Papien. duabus leucis seu quatuor, aut quinq. milliaribꝰ, ubi est talis sumptuositas ĩ ędificiis,

ciis, quòd vix vltra dici possit. Et ẽt apud Diuionem est conuentus Carthusiensium valde sumptuosus ĩ ædificiis, & apud Parisien. Et conuentus principalis dicti ordinis est in delphinatu, iuxta Gratianopolim ciuitatẽ. Et ex dictis Io. Andreæ in d.c. sanè. de regularibus. Hic ordo, cũ propter eius nimiam austeritatem sit cęteris præferendus, maiorem p̃eminentiam deberet habere: tum ẽt quia fuit institutus anno dñi M.86. ſm ꝙ habetur per Ant. Flo. in sua historia, secunda par. ti. 15. c. 22. vbi amplè, iã supra allegat. Et Iacobus Bergo. in suo supplemento chronicarum, li. 12. Et ẽt propter eorũ antiquiorem institutionem p̃ferri debent ordini Cisterc. & Præmõstraten. Et Bernardo teste, primatum obtinet inter omnes ordines ecclesiasticos, non ratione temporis, sed religiositatis. Et ẽt Policratus libro suo ca. 21. incipiente, licet autem. ponit de laude & origine istius religionis, & aliarum religionum, quæ hic non insero, quia est impressus. De laude huius ordinis etiam Sebastianus Brant scripsit.

Sexagesimatertia cõsid. Alius est ordo, q̃ dr̃, ordo sanctæ Trinitatis, cuius caput est in ciuitate Parisiensi: qui dr̃, Es Maturins: qui sunt deputati ad remendũ captiuos: qui, vt vr̃, debent omnes alios religiosos, saltẽ post monachos nigros, præcedere: saltẽ præcedet religiosos S. Antonii, qui sunt deputati ad suscipiendũ hospites: qm̃ ordinant̃, & sunt ordinati ad redimendum captiuos, ideo religio eorum est excellentior, vt dicit Ant. Flo. in sua summa 3. par. tit. 16. c. 1. §. 2. Et de his & certis aliis facit mentionem idem Flo. in sua historia, 2. par. ti. 15. c. 1. §. 3. in fi.

Sexagesimaquarta cõsi. Post ordines supra dictos nõ mẽdicantes sub regula beatorũ Basilii & Benedicti, sunt alii ordines religiosorum non mendicantium sub regula diui Aug. vt sunt ordo S. Ioannis Ierosolymitani, qui dicunt̃ cruciferi, & sunt milites Rhodiani seu tẽpli, de quibus dicam infra in 2. parte, in 4. consideratione, quibus assimilantur milites S. Iacobi de Spata militantes pro fide, qui sunt ĩ Hispania, qui sunt milites regis Hispanię: de quibus infra dicam in illa 9. parte: de eo hic non insisto.

Sexagesimaquinta cõsi. Alii sunt hospites S. Antonii, qui dr̃ ordo hospitaliorum S. Antonii, qui sunt in diœcesi Vienen. qui ex cõsuetudine & vsu videtur sumpsisse principium. Et etiam extensum fuit ad hospitale curiæ Romanæ: quoniam sicut in secularibus in vrbe Romana legit̃ duos fuisse pretores, vnum qui præerat, alterum verò qui Romanis iustitiam exhibebat, vt ff. de origine iuris. l. 2. §. & cum placuisset. de iudiciis. l. 2. §. 2. sic in spiritualibus dignum & rationi consonum fuit vbicunque est ipsa Vrbs, i. Romana curia, diuersos esse superintẽdentes curæ animarum. Quosdã Iacobos & parochiani sũt & religiosi quãtũ ex dispensatione sedis apostolicæ permittitur. Quosdã verò peregrinis siue curialibꝰ: ut sunt fratres S. Antonii, ut satis clarè probatur ca. qm̃ in plerisq;. extra de offi. ordinarii. c. cũ ſm, de tẽpo. ordinã. Rationabiliter ergo Romana ecclesia voluit & in vsum deduxit, ꝙ essent in curia fratres S. Antonii, qui ꝓ pauperibus curialibus hospitale haberent, confessiones curialiũ audirẽt, & ecclesiastica sacramenta ministrarent, & sepulturis eorundem interesse deberent. Ita dicit Oldr. in consi. suo 211. ubi ponit de emolumentis eorum, etiam in curia Romana, de quibus aliter pro nunc non dico, cum quo ad præeminentiam eorum cum aliis, standum est consuetudini locorum.

Sexagesimasexta consi. Alii sunt ordinis Præmonstratensiũ, sub regula B. Aug. quorũ ordo fuit, & incœpit anno dñi M. cxx. cuiꝰ ordinis fundator fuit uir dei Northbertus ex ptibꝰ Lothoringię oriũdus. Et dicit Ant. Flo. in dicto libro historiali. ti. 15. c. 19. Qui quidem est unus apud nos de principalibus ordinibus. Et abbas illius in suo ordine est generalis in toto ordine: & facit unum caput, sicut abbas cluniac. in toto suo ordine, ideo cęteris aliis abbatibus non facientibus caput in ordine, in cõgregatione generali præferendus est, tanquã faciens caput in suo ordine. De his aliter non insisto, cũ vltra illũ locum ubi est caput, pauci sint, & in locis ubi sunt stãdũ est consuetudini loci de præcedentia aut præeminẽtia.

Sexagesimaseptima consider. Alii sunt qui sunt de ordine Grãdimontensi, qui fuit institutus anno Dñi M.lxxvi. sub patre Stephano uiro nobilissimo, de Aruerniæ partib. filio nobilissimi uiri Stephani, cuius Stephani institutoris vita fuit arcta. Nã trigesimum ætatis suę annũ agens, habitare cępit eremũ, in ieiuniis, uigiliis, & orationibus continuis seruiẽs deo. Cibus eius panis & aqua, & interdũ ex farinę siligine sorbitiũcula, q̃ cęteris minus sapida, necessitati utiq; seruit nõ uoluptati. Incedebat quoq; armatus lorica ferrea cõtra carnis tentamenta & mentis lasciuiam: quo usq; toto corpore exsiccato, plenam de seipso obtineret uictoriã: indumenta quibus sup loricam induebatur nullo t͞pe augebantur, sed hyeme & æstate ad repellendum frigus, & caum, semp̃ erant æqualia & eadẽ. Et plura alia de eius uitæ austeritate & miraculis ponit Ant. Flo. ĩ suo libro historiali, 2. par. tit. 15. c. 21. quę hic non transporto, cum sint ibi clara, nec faciant ad propositum, nisi ad demonstrandum de eius uitæ austeritate, & arcto mõ uiuẽdi. ex quo uideret̃, ꝙ in hoc essent p̃ferendi, si illũ modũ uiuẽdi obseruãt, quod non credo. Et ideo dico esse standum cõsuetudini, quomodo ĩ locis ubi sunt & collocantur pręcedere debeant alios uel nõ.

De austeritate uerò aut arcto modo uiuẽdi prędictarum religionum non credo, ꝙ hodie possit fieri fundamentum de una ad aliam, cum omnes supradictę ita hodie relaxatę sunt & tepefactę, ut aperte dici possit Ieremiæ Threnorũ c. 1. Qũo obscuratũ ẽ aurũ, mutatus est color optimꝰ. Et q̃d ait Bernardus cõtra clunia. religiosos monachos relaxatos, uidelicet. Vnde inter monachos tanta intemperantia ĩ cibis, ĩ potationibus, & uestimentis, ĩ lectisternijs, in eq̃tatiuis, & cõstruendis ędificijs mollescere potuit, quatenus, ubi est studiosius, uoluptuosius atq; effusius fuerint, ibi ordo meliꝰ teneri dicatur, ibiq; maior putetur religio. Ecce. n. parcitas putat̃ auaritia, sobrietas, austeritas creditur, silentiũ, tristitia reputatur. Et contra remissio, discretio dr̃. Effusio, liberalitas:

litas: loquacitas, affabilitas: cachinnatio, iocūditas: mollities uestimētorū, equorū fastus, honestas lectorū, supflu⁹ cult⁹, mūditia. Quidq; hæc alterutrum ꝓpēdim⁹ charitas appellat. Ista certè charitas destruit charitatē: hæc discretio discretionē confundit: talis misericordia crudelitate plena est, qua.s.ita corpori seruit, vt aïa iuguleť. & vt dicit Ant. Flor. ī suo libro historiali, ī 2. par. tit. 16. c. 1. §. 1. sub hac abusione iā ferè vbiq; ꝓ ordine ista tenentur: ferè iā ab oïb. sine q̄rela & irreprehēsibilr obseruāť, quāquā dissimilr, vt ibi declarat & demōstrat: q̄ multo cū pl⁹ ītētiōis, nec sit dicere & declarare q̄ laudāda veniant, q̄ q̄ vituperanda. sed hæc dixi vt cognoscať, ꝙ non est multum insistēdū quo ad præeminentiā vnius religionis ad aliā in arcto & stricto mō viuēdi, cum in omnib⁹ rarus sit, & in omnibus sit relaxatio in vita & mō viuendi datis à regulis in quolibet ordine, de quibus supra dictum est. Et iō deueniēdum erit ad aliū modum & ad aliam doctrinam, ad cognoscendum præeminentiam vnius religionis ad aliam: quam ponā statim post declarationem mendicantium.

Sexagesimaoctaua cōsiderō. Post omnes ordines supradictos, qui nō sunt mendicantes, sunt quatuor alij generales mēdicantiū, inter quos (vt sępissimè videmus) est cōtentio q̄ illorū debeant præcedere. Aut si non inter ipsos, saltē aut cū alijs religionibus vel ēt qn̄q; & sępius cū ecclesiis cathedralib. aut collegialibus: qm̄ sub prætextu humilitatis aut sanctimonię semꝑ tn̄ appetūt aliq̄d glorię, laudis & honoris. Et isti sunt quatuor, videlicet ordo Prædicatorū, ordo Minorū, ordo Carmelitarū, & ordo Eremitarum S. Augustini facientes cōtra dictum Christi, de quo Lucæ 22. Et oēs istos tres ordines præcedit aut præcedere debet ordo Prædicatorum. Et, ꝙ præcedere debeat fratres Minores, dicā infra. Et aduerte ꝙ isti prædicatores fuerunt sub regula S. Augus. sed q̄busdā cōstitutionib. additis fecit Dn̄icus nouū ordinē, q̄ui dictus fuit ordo Prædicatorū, de cui⁹ excellētia videatur amplissimè per Ant. Flo. in 3. parte historiarum, ti. 23. per totum, vbi habetur ꝙ habuit initium anno Domini M.ccxvii. ubi dicit idē Antoninus sub Innocentio primo. Et anno Domini M. ccx. sub Honorio III. vt dicā infra seq. consideratione. Et refert idē Ant. Flo. eo. ti. c. 3. quomodo prædictus ordo reuelatus fuit sancto Dominico à Virgine Maria, à IESV Christo eius filio cōmendatus: cui datus fuit socius, videlicet Franciscus pro alio ordine instituendo ad instructionem totius vniuersalis Ecclesiæ in sermonibus & prædicationibus, ut ibi videre poteris.

Sexagesimanona consideratio. Ordo Minorū sub regula S. Francisci fuit institutus, circa annū dn̄i Millesimū ccviij. de cuius vita & moribus, & sui ordinis institutione & fundatione hr̄ plenè per eundē Flo. in suo libro historiali. ti. 24. per totum: & de ei⁹ confirmatione quo tempore fuerit confirmatus prędictus ordo, infra patet.

Sed cum sint minores, vt nomē sit cōsonans rei, debent esse in minori loco: ideo tanquam humiliores, quia minores non debent prætendere cōtra aliquos de aliqua ꝓcedentia, quia aliàs videreť, ꝙ facerent contra eorum ordinē & statū, qui inter oēs totius vniuersalis ecclesiæ debet eē minor: imò ꝙ plus est, à certo tꝑe voluerunt vocari minimi in uim cuiusdam reformationis, sed video ꝙ illud est tm̄ uerbo & non opere, quia volunt non solum cōtendere de paritate cum aliis religiosis, sed ēt cū ecclesia cathedrali, prout vidi ī hac ciuitate Hed. ī funeralibus quōdā nobilis & potētis viri dn̄i Fransci Rolin, qui pro vna hora tm̄ fuit repositus in eorū ecclesia, cadauer subleuando uoluerunt nō solum esse in ultimo loco ēt an̄ canonicos ecclesiæ cathedralis, imo etiam guardianus dicebat se debere hr̄e vltimū locū etiam post episcopum ibi præsentem & existentem: quod quantæ & qualis fuerit decisionis, & ꝓut ēt debuit esse, cogitent omnes. Ex quo videri potest quid de illis dicendum sit, qui cum omni humilitate ēt cū infimis agere dērent, uolūt tn̄ contendere de paritate. Et iō nō p̄t magis superbia eorum operari, q̄ cum superbia luciferi, q̄ uolūt fieri similis altissimo Sed tunc illud euenit ex superbia cuiusdā guardiani, qui multum fuit reprehensus in cap. generali tūc sequētis per ministros & alios correctores totius ordinis, qui actum illum in capitulo ecclesię Heduen. reprobauerunt & retractauerunt, & prædictum guardianum increpauerunt.

Et licet ordo Minorū incœperit prius quàm ordo Prędicatorū, cū ordo Minorū īceperit Anno dn̄i Millesimo ccvj. Et ordo ꝓdicatorū Anno Dn̄i Millesimo ccxvi. vt refert Albertus de Eib ī sua margarita poetica, in primo scdæ partis tracta. c. 10. in fine, tn̄ ꝓdicatores ꝓferuntur minorib. ut notat gl. in ca. quorundam. de ele. in 6. & in c. fi. de pactis. & Archidia. in c. 1. de decimis. in sexto. Ioan. de Turrecremata in c. episcopus. 17. d. plenè per Fel. ī rub. de maiori. & obed. in tertia & quarta col. Et hac ratione, ut dn̄t, q̄a ordo fratrū prædicatorū, licet primò nō fuerit īstitutus, fuit primo approbatus, cū fuerit approbatus sub regula diui Augustini, Anno domini Millesimo ccxviii. sub Honorio Papa III. & ordo beati Frācisci sub eodem Honorio, Anno dn̄i Millesimo ccxxiiii. ut refert Iacob⁹ Philipp⁹ Bergo. ī suo supplemento Chronicarum, libro tertiodecimo. faciunt, quæ dicit Philippus Decius in consilio 161. colum. 1. ad finem.

Septuagesima consi. De ordine Carmelitarū, qui sub ordine S. Basilii sunt, ut dicit Antoninus Florētinus ī sua summa, in tertia ꝑte, ti. 16. c. 1. §. 8. quo tēpore habuerint initiū, dicit Anto. Florent. in sua tertia parte historiarum, libro 20. cap. 5. §. 1. quòd tempore Honorii quarti, cum fratres ordinis Carmelitarum deferrēt habitum, qui minus videbatur cōuenire uiris religiosis, videlicet cappā circulatam largis uirgis albis & griseis: quem habitū asserebant fuisse Eliæ prophetæ habitantis in monte carmelo in Syria: quod tamen, ut dicit Anto. neque in sacra scriptura, neque in authentica scriptura reperitur (licet in historia tripartita, libro primo, cap. 2. & ex Isidoro in ttu. de officiis. cap. 15. reperiatur scriptum, ꝙ uita religiosa fuit in Elia, & Eliseo)

& Eliseo) Honorius IIII. propter maiorē honestatē mandauit habitū illum dimittere,& desuper cappas ex toto albas & tunicas subtus griseas cū scapularibus assumere. Hi habuerunt initiū sub quodā patriarcha Ierosolymitano, cum in Siria habitabant Chriani Ierosolymis,& in multis aliis ciuitatib. degebāt aūt ĩ mōte Carmelo vt eremitæ & sub regula B. Basilii, vt ēt dicit idē Ant.Flo.in 3.par.suę summę in ti. 16.c.1.§.8.vbi dicit, ꝙ anno domini M.247. dñs Innocētius IIII. addidit quasdam ordinationes ꝑ modū regulæ traditas eis à dicto patriarcha Ierosolymitāo dicto Alberto,extractas ex regula Basilij, cū quibusdā additis declarātes & mitigantes regulā illā per dñm Hugonē cardinalē ordin. Prædicatorū dictatas. Sed Honori⁹ III.cōfirmauit ordinē illum, & postmodū Papa cōmisit Hugoni Cardin.ordinis ꝑdicatorum,vt adderet quasdā constitutiones quas imposterum obseruarēt.Sed in processu tpis occupantibus Saracenis ex toto partes Syriæ, recedentes Carmelitę de locis illis dispersi ꝑ orbē in terris Christianorū ædificauerunt plurimos conuentus ex eleemosynis fideliū collatis propter eorum deuotā conuersationem exemplarem. Aliqui tamen referunt, ꝙ Soldanus Saracenorum qui prius eos habebat in reuerentia propter Eliam prophetam,mutato habitu eis dato per Papam,in contemptu Papę & fideliū fecit eos expelli de monte Carmelo, vnde Carmelitę dicuntur,non quod ab Elia habuerint initiū. Et isti ꝑferēdi sunt & fratrib. prædicatorib .ordinis S. Augustini,& minorib.cū prio fuerit istituti,cū fuerint sub regula B. Basilij, q̄ prius fuit quā regula B. Aug. sub qua erāt prædicatores,& regula B. Francisci quę fuit solū anno Dñi M.ccxviij.vt dixi s̄. In multis tñ locis in processionibus vidi eos ꝑcedere & esse in loco digniori: in alijs verò uidi & fratres prædicatores & Minores præcedere,& esse in digniori loco. Vnde tanta discordia & diuersitas, videtur esse ex consuetudine loci aut ex prioritate institutionis,aut fundationis conuentus in loco qui sibi ratione prioritatis temporis vsurpauerunt locum. Sed quid de iure fiēdum,dicam postquam declarauero prioritatem institutionis ordinis & confirmationis.

Vtrū aūt Carmelitæ sint mendicātes,notat & declarat Lapus allegatione sua 46.vbi plenè in prin.& ibi ēt ponit de fratribus seruorū,qui dicuntur seruite,ꝙ tales sunt mendicantes,& notatur de Carmelitis in c.1.§.cæterū.de religiosis domibus,in 6.& ponit Angelus in consi.12.inci.Sancta Carmelitarum relig. vtrum possint habere proprium. Et de laude huius ordinis Carolus Fernādus scripsit vnū librū.

SEptuagesimaprima consid. Sunt & alij mēdicantes qui dicuntur eremitæ S. August. qui, vt dicit Ant.Flo.in sua summa, 3.par.ti.16.c.1.§.8.als fuerūt sub regula B. Basilii, nūc aūt, vt dicit, militant sub regula B. Aug. Sed q̄ sint ꝑcepta sub regula dicti B. Basilii vel non, extra essentialia religionis dicit se nō inuenisse a quoquam declaratum. Et ꝙ isti sunt mendicantes, est tex.& ibi doctores in c.vnico.§.cœterū. de religiosis domibus in 6. Et Ludo. Roma. in consi. 235. ponit, an possint habere immobilia: vbi ēt ponit de fratribus ꝑdicatorib. Et licet isti Augustini ēt facti fuerint mendicantes ex quadā cōsuetudine & ꝑscriptione longissima, sicut & fuerunt Carmelitæ, vt supra dictum est, tamen debent præcedere minores cum sint instituti à digniore, videlicet ab Augus. qui fuit dignior Francisco. Quòd sint digniores, eo quia à digniore instituti, facit gl. in l. restituendę. C. de aduo. diuersorum iudi.& in l.2.ff. de albo inscrib.& in c. per tuas. de maio.& obe. vbi data paritate tēporis præfertur ille qui est à digniore coronatus & laureatus, vt dicam infra in 10. pa. Meritò ergo ꝙ institutio ordinis S. Aug. sit ante Frācīscum, de quo sunt ꝑdicti eremitæ, q. ēt videnť habuisse initium añ August. Sed tñ sine dubio sunt ab eo approbati & reformati,& sic dignior Francisco,& rōne tpis,& ratione dignioris instituentis debent præcedere minores: & ēt quia ecclesia Romana primò approbauit Augus. & eius acta & opera q̄ Frācīscū, vt hř in c. sancta Romana Ecclesia. 25. dist. vbi opera August. approbata fuerunt per Gelasium, qui fuit ꝑ multa tpa ante Honoriū tertiū, cū Gelasius fuerit anno dñi cccc xc. Et Honorius III. fuit anno dñi M.ccxvij. Ex quo cōstat multipliciter de multiplici causa pręcedentiæ fratrū eremitarum S. Aug. quo ad fratres Prædicatores, & Minores, q̄ ēt cōsiderari possunt ex dicendis in conside. sequenti, vbi ponam in genere causas pręeminētiæ vnius religionis ad aliam.

SEptuagesimasecunda cōsi. de excellentia & antiquitate moniāliū seu sanctimonialium tractat. quarū institutū est excellentius, cū sit multò vetusti⁹ q̄ q̄ vis alia monachorum religio. Quippe nulla (ut ait Aug. de bono virginali) uirgo sacra nascit̄, nec est hoc proles carnis & sanguinis. Si harū q̄ritur mr̄, ecclesia est. Non parit uirgines sacras, nisi virgo sacra: virgo illa quę desponsata est uni viro casta exhiberi Christo, vt scribit Polidorus de ĩuentoribus rerum, lib.4.c.10. ubi dicit Apostolos primò, deĩde Pontifices exemplo uestalium uirginum ĩtroduxisse fœminarum religionem, vt vterq; sexus dño ĩ castitate famularetur,& ĩ collegia coiuere, ac sanctissimis ĩstitutis à patribus acceptis, vitā virginitate dignam agere cœperūt. Nā Matthęus apostolus in Aethiopia, cui ea prouincia obtigit, posteaquam regē (ut in eius vita legit̄) cū uxore & toto regno ad fidem cōuerterat, itē illius filiū à morte suscitauerat, filiā postremo uirginem noīe Ephigeniam sacro uelamine consecrasse dr̄, ex quo apparet iā tūc cœpisse fœminas per hunc modū deo dicari. Sunt tñ qui tradāt (q̄ cum Hieronymo familiaritatē habuit) primā fœminarū ausam esse id ĩstitutum Romę profiteri. Alii asserunt Helenam Constantini matrem uirgines sacras primitus legisse, quæ publico stipēdio nutrirent, seu quæ puritate uitę, ac precibus indesinenter laudem dei ꝑdicarent. Hæc Polidorus, ubi & plura alia de constitutis summorum Pontificum, circa prędictam religionē.

SEptuagesimatertia consid. ex supradictis fundat̄. Ex eo quia cùm monachi primo noīantur quam canonici regulares, ut ĩ c. deus. de uita, & honestate cle.& ĩ rubr. de statu monachorum & canonicorum regularium.& in cap.2. de supplenda negligentia ꝑlato-

latorũ,& in c.perniciosam.18.q.2.vbi Papa enumerãs quasdã regulas approbatas incepit à regula sancti Benedicti & Basilij: postea nominat Augu. ideo præferri debent monachi canonicis regularibus.

In quibus cõsistat iustitia regis ponit Cyprianus de 12. abusionib. dicẽs. Iustitia verò regis est neminẽ iniustè ꝑ potẽtiã opprimere, sine acceptione ꝑsona rũ inter se, & ꝓximũ suũ iustè adiudicare: aduenis, & pupillis, & viduis defensor esse, cohibere furta, adulteria, & oẽm mœchiã punire. 23. q. 5. c. regũ. & c. rex. debet iniquos deprimere & bonos exaltare, im pudicos verò, & histriones non nutrire. ad hoc 86. dist. c. donare. impios de terra ꝑdere, parricidas & ꝑ iurantes viuere nõ sinere. ꝑdicto. c. rex dẽt ecclesiam defendere. d. c. regũ. pauperes eleemosynis alere. 86. di. c. nõ satis. & c. pasce. & de pę. dist. 1. c. quamobrẽ. iustos sup regni negotia cõstituere, & senes sapiẽtes, & sobrios consiliarios hr̃e. 1. q. 1. c. estote. Magorum & aliorũ phitonissarũ superstitionibus nõ intẽdere. 26. q. 6. nec mirũ. & 1. 2. 3. & 4. eiusdem causæ. iracũ diam suã differre. 11. q. 3. c. cũ apud, & c. illa. & c. sum mo. patriã fortiter & iuste cõtra aduersarios defen dere. 23. q. 2. c. iustũ. cũ c. seq. & quæstione in c. forti tudo. & q. 8. c. vt pridẽ. & q. 1. c. militare. & c. noli. & ꝑ oĩa ĩ deũ cõfidere. vt Psal. 124. Qui cõfidũt in dño &c. de consecr. dist. 1. c. oĩs christianus. ꝓsperitatib. animi non eleuari, sicut fecit Nabuchodonosor rex. de pęni. di. 1. c. voluissent. ver. Nabuchodonosor. cun cta aduersantia patiẽter tollere. 23. q. 1. §. 1. & c. para tus. fidẽ catho. in dñm hr̃e. 96. di. c. si impator. l. epi stola inter claras. C. de sum. tri. filios suos non sinere impiè agere. 23. q. 5. c. rex. certis horis orationi ĩsiste re ut rex Dauid. Ps. 118. Septies in die laudẽ dixi ti bi dñe, &c. & c. 1. de celebr. missa. & ante horas con gruas nõ gustare cibum. Et subdit Cypr. Hæc regni prosperitatem in præsenti faciunt; & regem ad cœ lestia regna deducunt. sermonem accusantium inue stigare, qm̃ vt habetur prouer. Gloria dei est celare verbum. & gloria regum inuestigare sermonem.

SExta consideratio. Multũ laudantur principes ex pietate seu clementia: qm̃, vt dicit Iudocus Cli cthoueus: tra. de nobilit. qui hac uirtute ĩsignes flo ruerũt ꝑpetua celebrant᷑ laude, nullaq; ætate obsolo scet eorũ gloria, maximè ꝗ̃ ĩnata est principi. l. mone te. ꝗ militare nõ pñt. lib. 12. C. §. qm̃ verò. ĩ auth. de exhib. reis. colla. 5. Dominus. n. constituit Moysem sup populũ, cũ eẽt sup oẽs mitissimus, Numeri 11. & 3. Reg. 20. Et hr̃ Ester 3. ꝙ reges Israel clementes erãt: vbi dr̃, Volui potẽtẽ nequaquam abuti magni tudine, sed clemẽtia & bonitate gubernare subiectos & Esa. 16. Emitte agnum dñe dñatorem terræ. Et de Christo habetur Matthæi 20. Ecce rex tuus venit ti bi mansuetus. Clementia enim, pietas, misericordia, mansuetudo, humilitas, modestia, dilectio, beneuo lentia, preciosa sunt monilia regiæ maiestatis. Hinc Demosthenes ad Alexan. Nil (inquit) habes rex uel fortuna tua maius, quam ut possit, vel natura tua melius, quam ut velit seruare plurimos. Nulla enim de virtutibus generosior misericordia, admirabilior clementia, nec per aliud propior deo accedere potes, quam ut salutem conferas homini bus, vel dando si eguerint, uel parcendo si delique rint, vel indulgẽdo si supplicauerint. Cum. n. uinca mur

mur à diis in omni munere, sola clementia est q̃ nobis Deos reddit equales. facit l. impialis. C. de nup. Tullius quoq; li. 1. de offi. Nil (inquit) laudabili⁹, nil magno & p̃claro viro digni⁹ placabilitate & clemētia. qm̃, vti poeta. Sola Deo equat clemētia. Nam si egregiũ est hostẽ abiicere, non minus tñ laudabile infœlicis scire misereri: qm̃, vt dr̃ Prouer. 20. Misericordia & veritas custodiunt regẽ, & roboratr̃ clementia: tronus illius bonitatẽ & principis & populi confirmat. Prouerb. 16. Clemẽtia regis quasi ĩber serotinus, sicut imber tẽporaneus est &c. vt ibi, & hr̃ Prouer. 11. Clementia p̃parabit vitã, operatũr malorũ mortẽ. & Seneca, li. 1. de clemẽtia ad Neronem, Magni certe animi est placidũ esse, trãquillũ & iniurias atque oppressiones semper despicere. Muliebre aũt est furere in ira. Nã de Cæsare legitur, ꝙ omniũ memoriam habebat, p̃terquã iniuriarũ reminisci. pariter Octauianus detrahẽtibus. ei, in ciuitate libera, liberas debere esse linguas, respõdebat. & cũ in testem produceretur libenter obiect⁹ ẽt cõtra p̃sonã suã tolerabat: nec cõtra obiiciẽtẽ mouebatur. Hæc recitat Bñdicti in repe. c. Rayn. in verbo, duas habens filias. nu. 89. de test. Et vt dicit Beroaldus in tractatu de felicitate. clementia est prima dos regũ, authore Vopisco. hinc apud Claudianũ Theodosius Honorio filio salubriter p̃cipiens. Sis pius imprimis. Nã cũ vincamur in omni munere sola Deos æquat clementia nobis. Et, vt dicit, vr̃ opifex rerũ ac parens natura demõstrasse clemẽtiæ insigne principibus potissimum cõuenire, q̃ regẽ Apũ sine aculeo exarmatum eẽ voluit, vel si spiculum dedit, eo tamen vti noluit: sic eitam debent esse principes, vt dicit Beroaldus, quẽ videas. Ideo Imperator dicit se clementem, in auth. de trien. & se. §. consideremus. col. 3.

Lucas verò de Pen. in l. monẽte. C. q milit are non possunt. li. 12. ponit duodecim exẽpla, ex quibus docet qũo clementia est multũ laudãda in principe, & ẽt scripsit de clemẽtia in l. duos. C. de suscep. & arca. Pli. li. 7. clementiã Cesaris cõmendat, vt hr̃ in officina Textoris. in verbo, clementes & humani. vbi numerat. 36. qui de clementia & huma. laudant̃. & uideatur ẽt de clemẽtia Roman. p Valer. li. 5. ti. de human. & clementia. ponit Bernard. de Bustis in sua 2. par. rosarii, sermone 24. par. 2. litera B. ibi: 4. documentum. commendat etiam & multum laudat Albertus in sua margarita poetica. 2. par. tract. 1. ex 5. li. Valerii. Et ẽt ex pietate laudatur cũ cõgruat principi quod subiectos dẽt diligere, ut cõiũctos, imò vt filios. Est. n. cõis pater omnium, vt in auth. neq; virum quod ex do. ad finem. colla. 8. vt dicit Lucas de Pen. in l. j. C. de thesauris, li. 10. & de hmõi dilectione principum in subditos, ponit Bernardi. de Bustis in 2. par. sui rosarij, sermone 24. part. 2. in lr̃a L. Et vt dicit ibi Lucas de Pen. Benignitas dẽt esse in principe, q̃ est ut sol in cœlo, q̃ multũ seruanda est ĩ correctione. 23. q. 3. c. ꝙ Christus. c. licet. 45. dist. & amplissimè demõstratur ex quadã mirabili & singulari epistola Ignatij missa ad Tymophilum monachũ insertã in libris Dionysij de diuinis nominib. quam videas, cum q̃stio fuerit de benignitate. In signũ enim clementiæ reges vnguntur, vt sint aliis clemẽtiores & dulciores, notatur in ca. 1. de sacra vnct. Et plures ponit Benedicti in sua repe. c. Raynu. in verbo, cõdidit. 1. nu. 57. 58. & 59. de testa. quem videas: & Iudocum Clicthoueum in trac. suo, de vera nobilitate. c. 14. ubi ait nobilibus iracundiam vitandam esse, & clementiam colendam.

Septima consideratio. Principes etiã laudantur ex affabilitate, & ex facilitate adeũdi seu admissionis: qm̃ interrogatus Agesilaus quo pacto gloriã q̃s ĩter mortales cõsequatur. Respon. Optima dixerit, nec non pulcherrima factitauerit. Pulcherrimũ aũt cũ primis est, & in principe longe speciosissimũ exhibere sese omnib. obuiũ & facilẽ: audire benigne & comiter desideria adeuntiũ. Nã, vt dicit Clicthoue⁹ in tract. de vera nobilitate. c. 12. Nihil. n. æque animos hoĩum deuincit, gratiamq; ducit & allicit atq; morũ facilitas, moderatio animi, equabilitas, humanitas, & in oẽs affabilitas. Enimuerò hec subditorũ mẽtes astringit in superiorũ amorẽ: facitq; ut eos reuereantur, colant ac obseruẽt, afficianturq; in ipsos amore singulari. Ex hac adeũdi facilitate miro præconio Põpeius magnus extollit̃ à Cicerone. Laudat & in Traiano Plinius panegyrista admissionũ facilitatẽ: de quo dixi s. in 1. par. in 26. cõsideratione, vbi de salutatione fit mẽtio. Hoc & iurisconsulti in pro cõsule ac p̃side, ueluti officiũ necessariũ deposcunt: ut. s. omniũ desideria audiãt, & in adeundo se faciles p̃beant. l. nec quicquã. §. obseruare. ff. de off. proconsulis & legati. Et, ut refert Beroaldus in suo libello de optimo statu. Philip. Macedonum regẽ olim adiuit an⁹ paupercula rogãs, vt cãm audire uellet, qui cũ rndisset ociosum se nõ esse: exclamauit anus. Etiã ne regnes. tanq̃ imperare nõ dẽat, qui adeuntes adire contẽnit. Verbũ hoc demiratus Philippus, & illã audiuit diligenter, & ceteris deinceps p̃stitit se facilẽ. Huius affabilitatis & facilis admissionis nobis ẽ etiam exemplo Alex. magnus suis militibus summopere dilectus, quia humanus & affabilis erat.

Plura exẽpla ediuersò quomodo nocuerũt difficiles aditus & superba respõsa scribũt Beroaldus & clicthoueus ubi s̃. Ex quibus lucide apparet, ꝙ prĩceps debet obseruare illud Ecclesiastici 32. in princ. Rectorem te posuerunt noli extolli, esto in illis, quasi unus ex ipsis. Et illud domini nostri documẽtum euangelicum. Nolite in sublime tolli.

Octaua cõsideratio. Principes ẽt ex liberalitate laudantur, & cõmendantur, q̃ multũ cõuenit principi. l. cũ multa. C. de bonis quæ liberis. ut enim imperialis fortuna oẽs supereminet al̃s, ita oportet principales liberalitates culmẽ habere præcipuum: & dicit F. Patritius ti. 9. lib. 4. de regno & regni institutione: ꝙ liberalitas summopere principẽ cõmendat. Hinc dicit Bald. in l. legatis, in fin. C. ad l. Falcid. quod proprium principis est, quod debet esse liberalis & gratiosus. l. 1. in fi. C. de caducis tollend. l. si quis rogatus. §. ultimo, ff. ad Trebellianum. & de huiusmodi liberalitate in principes ponit Bernardin⁹ de Bustis in secunda parte sui Rosarii, sermo. 24. secunda parte, litera I. Facit quod habetur Prouar. 22.

Gloriam

Gloriam & honorem acquirit qui dat munera.& c. 18. Donū hois dilatat viā eius,& ante principes spacium ei facit.Imò donare quod est liberalitatis laudatur,etiam si non præstetur: vt facit tex.in l.cedere.§. munus.ff.de verb.sign.vt dicit Lucas de Penna in l. vnic.C.de castrensi omnium palati.peculio.libr.12. & Artaxerses Xersis filius aiebat:beneficium addere longè magis regale,quam auferre.

Et hæc liberalitas viguit in Tito Imper.ad quē nemo accedebat postulandi grā sine re aut spe habēdi. Et interrogatus ab amicis cur plura polliceret q̄ p̄stare posset.Respōdit,qm̄ nō oportet quenquā à facie & sermone principis tristē recedere.Et recordat⁹ sup cœnā,q̄ nihil tota die illa dedisset,dixit: Hūc diē perdidi.Et vt ait Seneca li.2.de beneficiis, q̄ Ale.cuidā petenti vnū denariū,ciuitatē dedit: ille vero dicit, tm̄ donū nō cōuenire fortunæ suæ,cui Alex.Non q̄ro,inquit,quid te accipere oporteat,sed q̄d me dare. Et de eodē narrat Seneca epi.4.q̄ rn̄dit cuidā ciuitati dimidiū oīum suarum rerum eidem promittenti. Ego,inquam,proposito veni in Asiam, non q̄ acciperem id quod dedissetis,sed vt haberetis id q̄d reliquissem. Et de his liberalitatibus Alexād. ponit Io Lupus in sua repe.rubricæ,de don.inter virū & vxo. §.ix.vbi amplè de liberalitatibus nobilium.

NOna consideratio.Etiā laudē,gloriā,& honorē cōsequunt̄ ex magnanimitate & magnificētia. tex.est in l.j.C.de thesauris,li.10.ibi,& vt imperatoriæ magnanimitatis videat̄ peruenire liberalitas postulādo.& ibi Lucas de Pen.qui ponit differentiā inter magnanimitatē & magnificentiā: cū magnanimitas sit in honore,magnificentia in expē.vel magnanimitas sit in aggressione,magnificētia in consumatione. Et dicit Lucas de Pen.in l.j.C.de veteranis.li.12. q̄ in principe magnificentia circa duodecim p̄cipuē versatur,q̄ ibi ponit,& de hm̄oi magnanimitate, & magnificentia amplè Aristoteles 4. Ethicorū.c.2.& 3.vbi multum cōmendat & laudat principē magnanimū: & plura p sanctum Thomam secunda secūdę de magnanimitate.Et p Egidiū de regimine principū.ca.24.q̄d incipit,amatores.& c.19.hæc.n.virtus solis regibus ac principibus cōuenit, ut dicit Frācisc. Patritius in suo lib.de regno & regni institutio.li.7. tit.10.vbi etiā de magnificentia: & quomodo Cæsar & Porsena fuerunt laudati de magnificentia.

DEcima considerō.Principes laudē,gloriā,& honorē cōsequunt̄ ex sapiētia, q̄ maximè requirit̄ in principe.l.pe.C.de his quib.vt īdignis.ibi.ne princeps philosophiæ plenus . & hr̄ Eccl.10.Principatus sensati stabilis erit,rex autem insipiens perdit populū suum.Qualis.n.est rector ciuitatis,tales habitātes in ea. Eccl.10.Salomon.n.ad regendum populū non diuitias,non dies multos,sed sapientiā postulauit. 3. Reg.3.Et de Chro dr Ieremiæ 23.Et regnabit rex & sapiens erit,& faciet iustitiā & iudiciū in terra.Nunquid Abrahā qui fuit pater multarum gentium peritus fuit in oī sapientia Aegyptiorū? Actuū 6.Nunquid Dauid habuit sapientiam sicut Dei? 2. Reg. 14. c.Nā regale opus est sapere & diiudicare, ut ait Tullius li.1.de diuinatione: & refert Iacobus in suo Sophologio Sapientiæ.lib.1.c.2.vbi narrat multos reges,qui dilexerūt sapiētiā: & ibi maximè de Alexandro,qui eruditus fuit ab Aristotele: de quo amplius dicā j.in 10.huius libri parte,in 1.cōsideratione. Et refert et Ant.Flo. in sua chronica.par.v.ti.16.c.2.§ v.q̄ Olfredus Rex Angliæ iā duodenus expers oīs literaturæ erat,vt ibidē de eo hr̄ plene, & ibi multum cōmēdatur propter eius literaturā,per quam magis quam viribus regnum suum optime rexit.Et, vt dicit Ari.in Ethicis,Nemo iuuenes eligit in duces: qa nō cōstat eos esse prudentes,& iō dicit Sapiens Ecclesiast.10.Væ tibi terra,cuius rex est puer.& dicit Boetius de consolatione,in 2.& Val.li.7.ti.de sapienter dictis aut factis.& recitat Benedicti ī sua rep. c.Raynu.in ver.duas hn̄s filias.nu.102.de test.in additione,Platonem dicētem beatas esse ciuitates si aut Philosophi regnarent,aut reges philosopharent̄: & vt inquit Seneca,seculū esse aureū si sapientes regnarent. Ideo Sapientiæ 6.dr̄.Concupiscentia sapientiæ deducet ad regnum perpetuum.Si ergo delectum in seni bus & sceptris ō reges ppl̄i,diligite sapientiā, & in ppetuum regnetis: diligite lumen sapientiæ oēs qui pestis ppl̄is.Multitudo.n. sapientum est sanitas orbis terrarum,& rex sapiens populi stabilimentum est.Et ex prædictis Bernardinus de Bustis in loco s̄.allega. in l̄ra H.dat documentum principibus vt sint sagaces: ex quo dicēdum est, q̄ in hm̄oī sapientia laudari debent. Ad quæ faciunt quæ dicit Lucas de Pen.in l. oēs.C.de decur.lib.10.in xij.col.ubi dicit,Impossibile est.n.vt salubriter disponat principatum, qui non agit consilio sapientum. Eccl.9. Et Policraticus,lib. 5.c.6.de his pauca dicēda sunt,cum pauci tales reperiātur.Legitur.n.in Policrato,lib.4.q̄ Traianus rex Romanorū hortatus est regem Francorum,vt filios suos liberalibus disciplinis īstrui procuraret, dicēs, quod rex illiteratus,quasi asinus coronatus.

Et ideo principes debēt habere in honore doctores,& non ignaros : qm̄ vt ait Pogius in epistola ad Nicolaū quintū.Vbi doctrinarum cessant exercitia, ibi nullum īter doctores atque īdoctos discrimen uiget.Vbi nullus uirtuti locus,nulla studiorū rō hr̄.vitia ibi regnāt,torpescunt īgenia,principatus & regna decidunt , rerumq; oīum dn̄etur confusio necesse est.& prouenit talis ruina : qa imperia & dn̄ationes sanguinem sequuntur & non virtutes,vt dicit Benedicti in sua repe.c.Raynutius.in verb.condidit,primo.nu.34.de testamen,

Et sapientia ī regibus est multum necessaria, qm̄, ut ait Vegetius lib.j.de re militari.Nullus,īquit, est, cui sapiētia cōueniat magis q̄ principi,cuius doctrina oīb.dēt p̄desse subiectis. Nā,ut īquit Policratic⁹ lib.4.& 7.Sapientia fecit Romanos dominari.& ibi plura dicit Iacobus in suo Sophologio sapientiæ, li. 1.c.5.dicam j.in 10.par.quomodo scientia & sapiētia sit necessaria utilis & laudabilis.

VNdecima cōsiderō.Principes multū laudantur, & gloriā,& honorē consequuntur, ex castitate, & continentia.Cum,ut ait Imperator in l.si qua illustris.C.ad Orfic.illustribus cm̄ castitatis obseruatio p̄cipuū debitum est, imò Imperator pudicitiam semper

semper eẽ colẽdã censuit. Hinc per illum tex. Io. Andreæ, in c. fi. de filiis p̃sbyterorũ, ꝙ non valeret dispẽsatio facta per Papã cum nato ex coniugato nobili & soluta nobili, nisi de nobilitate fieret mentio, per Fel. in c. postulasti. in 4. col. de rescriptis. Nã pudicitiã & castitatẽ p̃ oculis habuit Abimelech Palæstinorum rex, qui visa pulchritudine Rebeccæ iocãtis cũ Isaac viro suo, p̃cepit oĩ populo, dicens. Qui tetigerit hominis eius vxorem, morte morietur. Gene. 26.

Hannibal Carthaginensium dux inuictissimus, q. vt Trogus refert, nunquã inter innumeras captiuas miræ pulchritudinis puellas, castitatem perdidit.

Et Marcus Claudius Marcell⁹ Romanorũ cõsul, teste Augustino lib. 1. de ciuitate Dei. c. 6. ante captã Vrbem Siracusarum, eius ruinam fleuit, & priusquã ciuitas inuaderetur, edicto perpetuo constituit, ne quis corpus liberum uiolaret.

Et Alexãder, vt Vegetius li. 2. de cõtinẽtia Alexandri narrat. Licet diues & potẽtissimus rex esset, cũ ei pulcherrima uirgo oblata fuisset, cuidam tamẽ nobili desponsata, illam non aspexit, sed cum dono ad uirum suum remisit.

Sic ẽt Scipio Africanus alterius Scipionis filius, ut Valerius tradit, lib. 4. de abstinentia, & continẽtia. Cũ in Hispanias p̃fectus esset, capta Carthagine uirginẽ quãdã speciosam captiuã, ut ẽt Liuius dicit, spõso gñoso cõcessit, puellæq; pretiũ dotis noĩe cõdonauit, vbi prius oẽm carnis uoluptatẽ è castris amouerat, ita ꝙ duo scortorũ millia leguntʳ ab eius tũc exercitu abiisse. ut idẽ refert Val. li. 2. de disciplina militari, & dicam ĩ. in 7. par. Id idẽ Totilã ferocissimum regem Gothorũ fecisse cũ Romã vastaret, ut nulla ingenua mulier uirgo uel nupta, aut vidua foret, uiolaretur præcepisse, idq; seuere custodiuisse recitat Ant. Flo. in historia 2. par. ti. 12. c. 5. hæc dicit Benedicti ĩ d. sua repetit. c. Raynu. in uerbo, cuidam Petro tradiderunt. nu. 71. & 72. & ibi uideatur quid etiã eueniat principibus effœminatis, quæ cum non sit materia nostra: quia tantum ea quæ ad laudem attingũt dicere intento & non alia, ad ibi dicta me remitto.

Et non solum principes laudantur ex huiusmodi cõtinẽtia carnali, sed ẽt ex cõtinentia gulæ, auaritiæ, & ambitionis, & superbiæ, ut de cõtinẽtia gulæ dr̃ de Alexandro, lib. 4. Vegetii de re militari, ꝙ in itinere ambulãs cum amicis accepto pane uesci solit⁹ erat. Itẽ legitur de Scipiõe Aemiliano. Et Catonem fuisse contentum eodem uino quo remiges siue serui remigãtes. Et de Arubolo rege Barbarorũ qui deuicit Romanos, legitur fuisse contentum, ꝙ ante noctem nõ requiescebat, de nocte surgere solit⁹ erat, & in crepusculo ad cœnam uacabat, ut ibi Vegetius, qui narrat de aliis. quem uide.

Et in gestis Romanorum legitur, ꝙ Cæsar erat minimi cibi atque uulgaris, & tantum uescebatur loco, & tempore, quo stomachus desiderabat.

Dauid etiam concupitam aquam effudit. 2. Regum 23. & 41. dist. c. deliciæ.

Et Alexander, qui cũ in inaquosam terrã & inuiã potũ inuenire minimè poterat siti laborabat cũ suo exercitu fugiẽs, aquã inuentã à Cohino milite in aurata galea oblatã, nolenti plus regi q̃ sibi ẽt sitiẽti cõsulere, effudit, ne bibente coram, alii magis sitirent: laudauit tñ, & remunerauit militis beneuolentiam.

Ex quibus patet, ꝙ antiqui principes non quærebant lauta uel pretiosa alimenta, nec epulis, uel comessationibus uacabant. 44. disti. c. comessationes. §. 1. de consecr. dist. 5. ne tales. 16. distin. per totum. & 35. distinct. §. 6.

Et d̃ cõtinẽtia à cupiditate auaritiæ ipsa ẽt uiguit in principibus, ex qua laudati fuerunt. uñ narrat Valerius lib. 3. cũ Scipio accusaretur apud Sen. Ro. de pecunia, respondit: cum totam Africam uestræ potestati subiecerim, nihil ex ea quod meum diceretur p̃ter cognomen retuli. Et iterum addidit, non me Punicæ. i. Africanę, nec fratrem meum Asiaticæ gazæ auarum reddiderunt.

Narrat etiam Valerius, li. 4. de p̃dicta cõtinentia principum, ubi ait de Marco curio, qui fuit norma frugalitatis. cum. n. legati Sannensium uenissent ad eum in agresti scãno assistentem foco, atq; in catino cœnantẽ, & magnus pondus auri attulissent, & benignis uerbis inuitassent ut auro vti uellet, uultũ risui dissoluit, dicẽs: Superuacue. n. ne & dicã ineptè, aurum obtulistis. dicite Sannitibus, Marcum curium malle locupletibus imperare, quam ipsum fieri locupletẽ: atq. istud ut preciosum, ita malo hominũ excogitatũ munus refertote, & mementote me nec aciè uinci, nec pecunia corrũpi posse. Hæc ille. Et ibi ponit alia de eo, & de Fabricio Lucinio, & de pluribus, quos uide. sed multũ facit quod dicit Tul. lib. 2. offi. Nullum uitiũ deterius auaritia, præsertim in principibus rẽpublicam gubernãtibus, ut refert Lucas de Pen. ĩ l. p̃fessos. C. de muneribus p̃rimoniorũ, li. 11.

Duodecima cõsi. Principes laudantʳ ex fortitudine, q̃ est una ex quatuor uirtutibus cardinalib. habẽs ĩ se donũ fortitudinis & p̃cepta, ut resistatʳ hostibus, ut formido sit. Hẽt plures partes potẽtiales, de quibus hr̃ ample in l. unica. C. de metropoli Berito, lib. xi. ubi ample ponit de septẽ uirtutibus, quarũ tres sunt theologicæ, s. fides, spes & charitas: & aliæ quatuor sunt cardinales, s. iustitia, prudentia, fortitudo, & tẽperãtia. & istæ sunt multũ in principe necessariæ, & ex his laudantʳ & honorantʳ, ut dixi de aliquibus, & dicam infra. & tantũ hic tetigi & tango ea, q̃ faciunt ad laudem & honorem principũ, cum hic sit locus de his q̃ concernunt alias uirtutes nõ maxime necessarias, licet tñ omnes utiles uideantur. Luc. de Pen. ĩ d. l. unica. C. de metropoli Berito. vnum tñ aduertendũ est, ꝙ latius ĩ. suo loco ĩ 7. par. discutietur de huiusmodi uirtute fortitudinis, q̃ multũ necessaria est in militibus: & etiã temperantia quæ est alia virtus cardinalis, ideo aliter hic non insisto, & etiam quia satis in discursu huius partis tangam ponendo alias laudes & honores principum.

Et de tẽperantia qũo sit necessaria in principe, & nõ declinet in uirtu tis excessum. i. ad dexterã & sinistrã, & nõ per abrupta uitiorũ à uia uirtutis deuiet, optimè disserit Policra. lib. 4. c. 9. ubi dicit ꝙ iniuriã nõ admittit. & uide Aegidiũ de regimine pricipum li. 2. de temperantia. c. 15. Et de huiumodi fortitudine,

dine, vide Martinum magistrum qui tractatum vnũ fecit de fortitudine satis amplum, ad quem recurre.

Decima tertia cõsi. etiã principes ex fide gloriam & honorẽ cõsequuntur, qm̃ nihil est qd lumine clariore ꝑfulgeat, q̃ recta fides ĩ principe. l. epistola ĩter claras. C. de sum. tri. & vt ait Tul. li. 1. offi. neque. n. vlla res vehemẽti⁹ rẽpublicã cõtinet, & est fundamẽtũ iustitiæ. Qm̃ vbi nõ est sana fides, ibi nõ põt esse iustitia. c. vbi. 24. q. j. & dicit Luc. de Pẽna ĩ l. quoties. C. de põderato. & auri illato. li. 10. ꝙ fides ꝑfert pru dentiæ. & ibi multũ amplè cõmendat fidem: & dicit tex. in c. in q̃libet. 23. q. 8. ꝙ rempublicam magis q̃ sudores corporales gubernat, ut dicit Luc. de Penna in l. ꝓbatorias, C. de diuersis officijs, li. 12. ubi ponit multiplices effectus fidei. Fran. verò Patritius in lib. de regno & regni institutione, li. 8. ti. 20. in principio dicit, ꝙ fides in principe tanto splendore fulget, vt si ne ea oẽs regũ ac principũ virtutes obscuriores fiãt: ab ea singulæ sic lumẽ accipiunt, vt à sole luna, sydera ac stellæ oẽs. Vnde, vt dicit, Prudẽtia, sine fide vanaac mẽdax esset, & vasta q̃dã uersutaq; calliditas tẽperantia tristis ac uerecunda. Quid laudis famæ aut gloriæ princeps hr̃e põt, q̃ vanus mẽdax aut infidus est? quid turpius aut grauius q̃ fidẽ fallere, ꝓmissa nõ ꝑstare, cõuẽtisq; nõ manere? Vnde refert de Sexto Põpeo, ꝙ cũ cœnantib⁹ ĩ naui apud Puteolos Antonio & Octauio apud Sextũ Põpeũ magni Pompei filium, qui tũc cõciliati societatẽ iniuenerant, Menodorus Pompeianæ classis ꝑfectus per internuncium Pompeo significauit, tunc tẽpestiuũ esse parentis ac fratris iniurias ulcisci: ꝙ si occasionẽ sumere vellet, se operã daturũ, vt è nauibus euadat nemo. cui Pompeius, refer, inquit, Menodoro sine me id facere licere, qui iam peierare consueuit: mihi autem nefas esset, qui fidem fallere nescio. quæ quidẽ vox & decora fuit & magni Pompeij filio digna.

Parmenoni quoq; suadenti quidpiam Alexãdro qd ꝑter fidẽ ac decorũ eẽt, respondit. Facerem id quidem si Parmeno essem. verum Alexandro neutiquã licet. nec id iniuria dicebat Alexãder. Nouerat enim vir animi tam excelsi qui sibi orbis terrarũ pollicere tur nihil esse posse qd magis gloriã suã obscuriorem redderet, q̃ si ꝓmissam fidẽ aliqua ex parte falleret. hæc Patritius ibi: & ibi ponit de fide Romanorũ & de infidelitate aliquorũ, quẽ vide. Textor ẽt ĩ sua officina ponit fidelissimos. & ibi ponit paucos: suo loco inter alios ponit Attiliũ regulũ, q̃ maluit ad suppliciũ redire q̃ datã Carthaginẽsibus fidem violare. de quo ẽt Bñdicti in dicta sua repe. c. Raynutius in verbo, testamentum, tertio. nu. 18. de testament. de quo etiã in l. postliminii. ius in §. captiuus. ff. de captiuis & postlim. reuersis. & etiam Sillius, lib. 6.

Seranus clarum nomen tua regia proles,
Qui longum semper fama gliscente per æuum.
Infidis seruare fidem memorabere Pœnis.

Et non est mirãdum si Textor ponat paucos fidelissimos: qm̃, hæc virtus est valde chara & valde rara. vñ Prouer. 12. Virum fidelem quis inueniet? & 1. ad Corint. 4. Hic iã quæritur inter dispensatores, ut fidelisquis inueniatur, q̃ritur, inquam, & vix inuenit. Tpe. n. Chri inter duodecim apostolos inuentus est vnus infidelis & alij fideles fuerunt: hodie uerò duodecim, & plus inueniunt̃ infideles, q̃ inuenitur vnus fidelis. Huic uirtuti cõmittit dñs bonorum suorum dispensationẽ, Mat. 24. Quis putas est fidelis seruus, & prudens? & huic virtuti dat Deus gloriã suã, Mat. 25. Quia super pauca fuisti fidelis, intra ĩ gaudiũ dñi tui. Et ẽt huic virtuti dat deus augmẽtũ grẽ, Lucę 19. Euge serue bone & fidelis, qa ĩ modico fuisti fidelis, eris sup decem ciuitates, insequendo stylum Textoris propter paucitatem talium, pauca dicam.

Et talis fides maximè ĩ principib. est seruanda, qñ est cũ iuramẽto, ꝓut seruauit Alexãder (cõtra tñ ei⁹ velle) ꝓut narrat Valerius, qui cũ iret ad dissipandũ ciuitatẽ noĩe Lapsacũ, obuiã habuit Anaximenem ꝑceptorem suum: quod ferens Alexander, ꝙ ꝓ ciuitate eum interpelleret, iuramẽto ꝑuenit, dicens se non facturum qd petiisset: quod videns Anaximenes postulauit, vt ꝑlibatã ciuitatẽ destrueret. ꝙ audiẽs Alexãder suæ paci reliquit: qđ hodie nõ faciunt principes, sed quia meæ intẽtionis est ponẽ laudes illorũ, & non malefacta nec vitia, videatur de hoc G. Bñd. in sua repetitione c. Raynutius. in uerbo testamẽtũ, tertio numero 42. & 43. de testamentis.

Decimaquarta conside. Ex tribus uirtutibus fuit laudatus, & adhuc apud omnes laudat̃ principatus Romanorum: ex quibus etiam oĩa cõprehendi pñt, ex quibus principe pñt laudari, q̃ sunt scilicet syncerus amor pro patria, traditio legũ sanctissima, & morum beneuolentia. Nã, ut ait Aug. tertio libro de ciuitate dei, plures cãæ ex quibus Romani claruerunt, primitus & ex eis tãquam mercedem cõdignũ dominium meruerunt. Hinc dicitur 28. q. j. §. ex his. Romani virtutibus promeruerũt imperiũ: sed inter illas post supradictas quas declarauimus tantum ponemus tres, quæ multas ex prædictis comprehẽdũt, quæ omnia faciebant ad honorem, laudem, & gloriam consequendam.

Quãtũ ad primũ patet ex exemplis Romanorũ. qm̃ tota eorũ intentio erat in regimine ipsorũ, & administratione dñij, ad cõseruandam rẽpublicam, ut eiusdẽ cõsulerent profectibus. vñ August. de ciuitate dei. dicto li. 5. c. 6. & 7. inducẽs verba Salustij de bello Catilinæ, sñiam Catonis in dicto li. cõtentã de virtutib. Romanorũ veterum attulit: vnde respublica diuina prouidentia facta est magna, dicẽs. Nolite, inquit Cato, maiores nostros armis rempublicam magnam fecisse: si ita quidem esset, multò pulcherrimã nos haberemus, quippe sociorum atq; ciuiũ, ꝑterea armorũ & equorum maior copia est nobis quàm ipsis: sed alia sunt, q̃ viros illos magnos fecerunt, q̃ nobis nulla sunt: domi industria, foris iustũ imperium, aĩus in cõsulẽdo liber, nec delicto nec libidini obnoxius. Pro his nos hẽmus luxuriã & auaritiã publicè: egestatem, opulentiam, laudamus diuitias: sequimur inertiam, inter bonos & malos nullum discrimẽ: oĩa virtutis præmia ambitio possidet, vt ærarium esset locuples res priuatæ egebant, nunc econtra.

Et hic syncerus amor ꝓ republica fuit apud Romanos, ꝙ Romani pauperes erãt ĩ rebus priuatis, vt vtilita-

vtilitati publicæ consuleretur, vt narrat idem Augu. d.5.lib.c.18.de Lucio Valerio defuncto in suo consulatu, qui adeo paup fuit, vt nummis à populo collectis eius sepultura curaretur.

Consimile narrat Vegetius de re militari. de Attilio Regulo, qui cum summis rebus præfuisset, adeo pauper fuit, vt coniugem liberosq; in agello collocauit, qui ab vno villico colebatur.

Item suos non patiebantur filios præfici nisi possent ꝓficere: vt legitur de ælio, q̃ noluit, ꝙ filius suus eligeretur imperator post eum, dicẽdo principatum deberi meritis, & non sanguini: prout nec etiã fecit Moyses, quod facere potuisset. c. Moyses. 8. q. 1.

Vtilitatẽ, & salutem reipublicæ propriæ vitæ ꝑpo nebãt, prout narrat Aurelius Aug. lib. 1. de ciuitate Dei. c. 15. & Tu. de officijs, li. 1. & 3. ꝙ cũ Marcus Regulus esset ductus à carthaginensibus, & missus Romã sub iuramẽto redeũdi ꝓ commutatione captiuorũ, ille Romã veniẽs in senatũ venit, & captiuos reddi, vel commutari negauit esse vtile: ꝙ adolescentes, & boni duces, ipse aũt senectute cõfectus. Et cum retineretur à ꝓpinquis, & amicis, redire maluit, magis, q̃ hosti fidẽ datã frangere. Nam ẜm Aug. fides quando promittitur, ẽt hosti seruanda est. 24. q. 2. noli. quod qũo intelligatur notatur ibi, & in clemen. Romani. §. porro. de iureiu. & per Ale. in l. j. ff. de dolo. Nã graue est fidẽ fallere. l. j. ff. de const. pecunia. Narrat etiã idẽ Aug. lib. 18. de ciuitate Dei. c. 18. & Tul. in lib. de Senectute. de Theodoro rege Atheniẽsi: cum enim instaret bellũ inter Atheniẽses, & Peloponen. & accepissent in respõsis, & illi essent victores, quorum dux occideretur, hoc audiens Theodorus in habitu pauperis trãsiuit ad hostes, seq; obiecit eis, necem per iurgiũ prouocando. Maluit. n. mori dũ vincerent sui, q̃ viuere sub lupatis. Seruauit ãt iste Theodorus verbũ dñi, sed nõ propter deũ. Maiorẽ charitatem nemo habet, q̃ vt ponat animã suam pro amicis suis. Io. 15. & Io. 3. Ille ꝓ nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratrib. nostris animã nostram ponere. & 1. Maccab. 9. Moriamur in virtute pp fratres nostros. Sed qualiter hoc intelligat̃ hr̃ 6. q. j. §. hoc tunc. de hoc ẽt de pœn. d. 2. c. qui vultfacere. & c. si quis tanquam, &, vt ait Tull. li. 2. offi. ex scientia Platonis fuerunt duo ꝑcepta volentib. proficere reipublicæ, seu prodesse: vnum, vt vtilitatẽ ciuiũ sic tueantur, vt quęcunq; agant ad illã referãt obliti commodorum suorũ. ad hoc 8. q. j. c. sunt in ecclesia. Alterum, vt totum corpus reipublicæ tueantur, nedum partem aliquã tueãtur: vt quęcunq; agant ad illam referant, obliti commodorum suorum reliquas deserant. & iõ Au. eo. li. narrat de Marco curio q̃ se armato equo sedentem in abruptum terræ hiatum ꝑcipitem dedit, vt pestilẽtia cessaret ab vrbe. Idẽ de Marco Regulo, qui cõsulẽdo saluti vrbis, à carthaginensib. est occisus.

Nec pariter parcebãt filijs ꝓ republica, ꝓut narrat Valerius li. 5. & Au. li. 5. de ciuitate Dei. c. 18. de bruto q̃ filios cõprehẽsos, ꝓ tribunali virgis cęsit, & post ad palũ religatos securi ꝑcuti iussit: q̃a dominationẽ Tarq̃nij à se expulsã reducere voluerũt, Exuit .n. patrẽ, vt ageret cõsulẽ: orbatusq; filijs quã publicæ vĩdictæ deesse maluit. de quo poetà laudator ait.

Natosq́; pater noua bella mouentes;
Ad pœnam pulchra pro libertate locabit.
Infelix vtcunque ferent ea facta minores.

Sed uersu sequenti cõsolatus est infelicẽ, sic dicẽs.

Vicit amor patriæ laudumq́; immensa cupido.

De qua immensa cupidine laudis dixi supra in prin.

Narrat ẽt idẽ Aug. vbi s̃. de Torquato qui filium nõ quia cõtra patriã, sed ẽt ꝓ patria pugnabat: quia tñ cõtra imperiũ suum, licet vicisset occidit, vt plus mali in exemplo cõtempti imperij, q̃ gloria occisi hostis esset: sumens in hoc exemplũ à Saul rege, qui Ionathã filiũ suũ, qui cõtra hostes strenuissime dimicarat, q̃a cõtra edictũ suũ fecerat de nõ comedẽdo fauũ mellis, cã necessitatis comedit, ẽt ignoranter, & ignorãs edictũ p̃ris occidere voluit, nisi populus obstitisset. 1. Reg. 14. c. 32. q. 2. §. Itẽ opponit̃. ver. Ionathas. facit etiã pro hoc. 23. q. 5. c. si audieris. Deu. 16. c. disciplina. dist. 45. ibi. Ite, & redite. & Exodi. 32.

Narrat etiam ibi Aug. multa alia exempla de laude Romanorum rõne amoris quem habebant in rẽ publicam. Ex quibus sic concludit, Talibus, inquit, dominandi potestas non dat̃ nisi summi Dei prouidentia, quando res humanas iudicat talibus dominis esse dignas, prout & dicẽdum est, de quolibet dominio, & principatu, maximè nostro, vbi tot mirãda Deus regibus nostris concessit, vt dixi & dicam.

Secũda ratio, ex quo Romani dominia, & principatus habuerũt, fuit traditio legũ, sanctorũ per ora principũ diuinitus promulgatarũ. l. leges sacratissimæ. C. de legib. 16. q. 3. c. nemo. ad conseruandũ unũquenque in sua iustitia. Vnde vt dicit Augu. lib. 18. de ciui. Dei. c. 22. ꝙ deo placuit orbem terrarum ꝑ Romanos debellare, & in unam societatem reipublicæ legũ perductum lõgè lateq; parare. Vnde idem Aug. in 5. lib. c. 15. dicit, ꝙ quia Romani auaritiæ restiterunt, consuluerunt patriæ cõsilio suo libero, neque delicto ẜm suas leges, neq; libidini obnoxij, sed his omnib. artibus tanquã vera via nisi sunt ad honores ĩperiũ, & gloriã: honorati sunt in omnibus ferè gẽtib. ĩperij sui leges ĩposuerũt multis gentibus, hodieq; literis, & historia gloriosi sunt penè in oĩbus. Ex traditione autem legũ & iustitiæ administratione quanto tempore uiguerit regnũ Franciæ ex Chronicis satis dixi ante, & dicam infra, & inter alia regna mũdi, vt dixi, semp in eo plus viguit iustitia.

Quãta autẽ iustitia uiguerit apud Romanos, satis apparet in Paulo Cęsarem appellante, de quo Festus præses ait. Cum essem Ierosolymis adierũt me principes, & seniores postulantes aduersus Paulũ damnationẽ. Ad quos respõdi, quia nõ est cõsuetudo Romanis dãnare priusq̃ habeãt accusatores, lr̃as defendendi accipiẽdi ad abluenda crimina accipiat, vt habetur Actuum 16. & c. si in adiutoriũ. 10. dist. & in pluribus alijs chronicis, quas lõgum, & fastidiosum esset recitare, cum iam hæc pars sit satis onerata.

Tertia ratio propter quã Romani laudẽ, & gloriã meruerunt, fuit morũ beneuolẽtia in cõseruãdo amicitiã. Est autem ẜm Senecam animus hominis generosus, qui magis suauitate verbi, & operis ducitur, q̃

rigiditate trahatur. Hoc autem fuit propriũ Romanis, præcipua laus ĩ eis erat parcere subiectis, & debellare superbos: & accepta iniuria ignoscere mallebãt, quàm persequi, vt dicit August. lib. 1. de ciuitate Dei. c. 6. & propter eorum morum strenuitatem Iudæi confœderati sunt cum eis, primi Maccabeorũ 8. & refert Augu. plura exempla de benignitate morum Romanorum in d. c. 6. supra allegato.

Ex quibus debent etiã aduertere principes christiani, quod si Romani, qui non verum deum colebant, ex talibus laudem, & gloriam meruerũt, quod si prædicta habeant, quod nõ solum gloriam humanam, quæ sunt merces Romanorum, vt habetur per Aug. lib. de ciuitate Dei. c. 15. sed etiam mercedem sanctorum, quæ alia est, habebunt. eodem li. c. 16. ut etiam dixi supra in 4. consideratione.

Decimaquinta cõsi. Reges, & principes ẽt ex lata gente gloriã consequuntur, ut habetur 1. qu. 4. c. ecclesia. §. hic itaq;. Nã gloria regis in lata gẽte, qm̃ quanto q̃s maiorib. præest, tanto maior ipse, & honestior est, in auth. de defen. ciuitatum. §. nos igitur. coll. 3. & quanto maiora quis tractat, tãto maior est. de consec. d. 5. c. de his verò. Hinc ẽt Greg. in moralibus, & Salustius in Iugurtino, maximã gloriã in maximo imperio putauere, vt declarat Luc. de Pen. in l. 2. in 3. col. C. de dignitatib. libro 12. & facit q̃d dicit idẽ Luc. de Penn. in l. 2. in 2. col. C. de his qui sponte munera publica. lib. 12. & dicit tex. in auth. constitututio, q̃ de dignit. §. volumus, ꝙ premium dignitatis est habere subiectos. & ĩ §. generaliter. dicit gl. nõ. nobiliorẽ ꝓpter subiectos. & ꝓbat hoc Baptista caccia lupus in suo cõsilio. de ꝓcedentia, & ꝑeminentia monachorũ, & canonicorũ regulariũ in 18. col. ver. nec per vos. vide infra in 3. consideratio. sequen.

Aduerte tamen, ꝙ princeps non potest esse sine multis, vt in l. omnium, in principio. & ibi notatur, in verbo, inter tot. C. de testamentis.

Decimasexta consid. Honor regis, & principis in pace subditorũ cõsistit, qm̃, vt ait cassiodorus, lib. 1. epistolarũ, epist. 22. decet apicis regalis curam generaliter custodire concordiã: quoniã ad laudem regnãtis trahitur, si ab omnib. pax ametur. Quid n. est, ꝙ principem melius prædicet, q̃ quietus popul⁹, concors, sanatus, & tota respublica morũ honestate vestita? & lib. 2. epistola 29. ẽt inquit. Regnantis est, gloria subditorũ, ociosa trãquillitas. & li. 3. epist. 39. dicit principis opinionẽ longè lateq; distentat subditorũ custodita trãquillitas. & lib. 5. epis. 29. Quies suauissima populi, & dispositio trãquilla regionum, ꝑconium probatˀ esse regnantiũ. Anchises quoque dicit filio suo Æneę, vt refert Virgilius 6. Æneidos.

Hæ tibi erunt artes paciq; imponere morem.

Et principes semper eam cõmẽdare debẽt secũdum quod fecit Federicus iperator in ti. de pace tenenda. sed amplissimè per Bal. in suo cõmento super titu. de pace cõstantiæ, in gl. fi. ubi multa iura allegat.

Dicitur tamen cõmuniter, ꝙ sunt tres bonæ matres, quæ generant tres pessimos filios, veritas, s. odiũ parit, nimia familiaritas contemptum: & pax vitiũ, seu ocium: ex quo uitium, dicitur etiam quod communitas generat discordiam, vt est tex. in l. cum pater. §. dulcissimis. in fi. ff. de lega. 2.

De laude pacis amplè videatˀ per Bernardi. de Bustis in sermone 34. suæ 2. partis sui Rosarij. Priuilegia pacis ponit Ant. corsetus in trac. suo de potestate regia: vbi ponit tract. particulare de priuilegijs pacis. Est aũt pax, vt inquit ꝓpheta Esa. 32. c. opus iustitiæ. & dicit Bal. in ꝓę. Gregoriano. in 3. col. ꝙ pax est animi trãquillitas naturã seruãs: & tẽperantiã nõ relinquẽs. secũdũ verò Aug. in li. de sermone dñi in mõte, sic diffinit. Est serenitas mẽtis, trãquillitas animi, simplicitas cordis, vinculũ amoris, cõsortiũ charitatis. Hæc simultates tollit, bella cõpescit, iras comprimit, superbos calcat, humiles amat, discordias sedat, inimicos cõcordat, cũctis ẽ placida, nescit extolli, nescit ĩflari. hac q̃ accepit teneat, q̃ perdidit repetat, q̃ amisit acquirat. Sine tñ iustitiæ administratione pax resistere neq̃t, vñ Sapien. 18. c. In disponẽda cõcordia est lex iustitiæ. Vnde de aduẽtu dñi nostri Iesu Christi scriptũ est Ps. 61. Orietˀ in dieb. eius iustitia, & abũdabit pax. Iõ dr̃ Ps. 84. Iustitia, & pax osculatæ sunt. Sex modis causatur pax, & sex causæ ꝓhibent eã, per G. le Rouille in suo compendio iustitiæ, c. 25. de pace. Et remedio pacis reformatur, q̃d clade bellica turbatum est. tex. in c. 1. 34. q. . & dicit: Odia pax pellit, castum pax nutrit amorem.

Decimaseptima consi. Etiam principes temporales huius seculi maiorem gloriã, honorificẽtiã, & excellentiam apud creatorẽ habere non possunt, quàm si per eos ecclesiarũ dispersarum potuerit societas restaurari, tex. est in c. sicut excellentiam. 23. q. 4. & etiam scriptum est in c. fi. 96. dist. boni principis esse & religiosi ecclesias cõtraitas atque ꝓcilas restaurare: nouasq; ædificare. imo etiã potest rex reparare ecclesias in negligẽtiam sacerdotum ex proprijs redditibus ecclesiæ, exẽplo Ioiadis Israelitæ regis, q̃ negligẽtias vidẽs sacerdotũ, captis redditib. templi, autoritate sua ipsum reparari fecit. 4. Reg. 12. & 22. c. & 2. Paralip. 24. cogere. n. & facere reparare ecclesias ac religionẽ exequi est misti fori, ptinẽs nedũ põtificib. sed ẽt principi seculari, p tex. in l. hæreditas. ĩ fi. ff. de pet. hær. facit l. si ĩ aliquã ædes sacras. ff. de of. procõs. vbi hoc principi ptinet, & suis maiorib. officiarijs, quales sunt cõsules, qui apud nos sunt gubernatores patriarũ, & p̃fectis ꝑtorio, i. p̃sidẽtes in parlamẽto, principẽ representantes. Præterea dicit text. in c. j, ne sede vacate, ꝙ rex cũ procerib. regni multũ põt, & operatˀ circa statũ ecclesiæ reformandum. habemus ẽt textũ apertũ in c. filijs, vel nepotibus. 16. q. 8. ubi p̃latis dissipantibus bona ecclesiæ adiri põt dignitas regia. Ita dicit & tenet Benedicti in sua rep. c. Ray. in verbo, si absq; liberis moreretur. de fideicõmis. subst. numero 34. & 35. de testamentis.

Ex quib. dictis potest sustineri, ꝙ rex noster Christianissimus potuit facere reformationes monasteriorũ tã monachorũ q̃ monialiũ in suo regno ẽt exemptorũ, & exemptarũ de consilio, & consensu suorum prælatorũ regni ẽt absq; autoritate summi põtificis. Fuerunt tamẽ in huiusmodi reformationibus multi abusus, q̃ nõ fuerũt de uolũtate, & scientia christianissimi

nissimi regis nostri. Et vtinā esset mihi data facultas scribendi ea, q̄ hic possent scribi, vt cæteris cederet in exemplum, sed distingnenda sunt tpa, & sic uno tpe vna lex est bona, q̄ non est alio, vt dicit Bal. ī l.uni. in prin. C. de cad. toll. ita vno tpe scribēda essent aliqua q̄ alio tpe scribi nō possunt. cū, vt dicit Bal. ibi, sicut medicus obseruat tpa, ita iurisperitus, quia vno die dat vnā medicina alio die aliā &c. vide eundem ibi, sed ecclesiastici iudices, & p̄lati deberēt aduertere ne si videant ēt tēpus bene dispositū ad faciēdū ea, quæ ī eorū volūtate habēt, diuertāt à veritate, & recta p̄secutione iuriū eorū: & ne ea q̄ facere debent p eorū iurisdictiones spirituales, attemptent facere per potentiā seculare, qm̄ si pro varietate temporū veritas immutetur, inuenta opportunitate resecanda est potius, q̄ obseruanda, tex. est in c. illa autem. 12. dist.

DEcimaoctaua cōsid. Principes, & reges laudant ex pulchritudine. cū vt ait Strabo de situ orbis. lib. 15. Indi, q̄ catheā incolūt, adeo pulchritudinem excoluerūt, vt regē eligerēt q̄ forma præ cæteris p̄staret, & cæterorū esset pulcherrimus. Et idē Strabo li. 17. scribit Aethiopes regē cōstituere solitos, qui forma elegāti ceteros excelleret. Et hoc imitātes naturā, q̄ apes ēt docuit reges sibi deligere insignis formæ, dissimilisq; cæteris, tū magnitudine, tū nitore, vt testis est Plin. li. naturalis Histo. 11. c. 21. in fi. & columella lib. 9. c. 10. ēt Basilius magnus in Examerón 8. vbi de apib. loquens à natura, inquit, principatum oīum obtinet magnitudine, forma, mansuetudine, cęteris oīb. antecellens. Et, vt dicit cæpola in tracta. de Imper. militū eligēdo. char. pe. in x. cōcl. ī dubio eligēdus est pulchrior ī Imperatorē exercitus, & dixi j̄. in 9. par. in 17. consid. Neq; immeritò, qm̄ plerisq; gentib. in corporū maiestate, & dign. veneratio est, & reuerētia, magnorūq; operū nō alios capaces putant, quā quos specie eximia, & egregia donare natura dignata est: vt scribit curt. lib. 5. Et Proculus Lycius philos. ī cōmen. quos in Alcib. Platonis de aīa, & dæmone scripsit: ita pulchritudinē æstimauit, & tanti fecit, vt iustitię anteferret, & multis cōprobat oē pulchrū à natura esse bonū: oē verò turpe, malum. Constat. n. pulchrū esse amabile sua natura, q̄nquidem, & extrema pulchritudo diuinæ pulchritudinis imaginē ferēs est amabilis, primoq; aspectu aīos ad se mouet. Et pulchrū dr̄ siue q̄a prouocat aīos, siue q̄a p̄mulcet intuentes, certè s̄m naturā est amabile. Quapropter, & amor ad pulchrū dr̄ amātē ducere. Quicquid āt est amabile est appetibile. Oē vero appetibile ęst, & bonū, siue re vera bonū, siue apparēs, & consequenter omne pulchrū est bonū. Item oē pulchrum p̄ciosum, vt inquit Maximus Tirius Platonicus. ser. 11. vbi ēt dicit, qđ pulchrū est, id neq; exitiosum vnquam, neq; lubricū, neq; flagitiū aliquod efficit, neq; quenquā ad infortuniū ducit, aut ad calamitatē deducit, neq; ī pœnitētiam desinit. & si amabile sit, pulchrū esse oportet. Et subiungit. Et si vnq̄ pulchrum, versat ī terra, nō alibi magis, id, q̄ in hoie pulcherrimo intelligentissimoq; cūctorū terrestriū corporum participiq; animi ipsius pulchris affinis cernere licet. Et in vniuersum Platonici oēs diffiniūt pulchritudinē esse gratiā quandā viuacem & spirituale dei radio illustrāte, angelo primū infusam, inde, & aīus hoīum corporumq; figuris, & vocib. q̄ p rationē visum, auditum, aīos nostros mouet atq; delectat, delectādo rapit, rapiēdo ardēti inflammat honore. De cor. n. corporis confert ad felicitatem in hoc mundo s̄m Bal. in proœ. ff. in ver. Flauius: in add. Et tm̄ existimat pulchritudo, ꝙ si iuuenis formosus nubat mulieri nobili, & diuiti, sed tn̄ rugosæ, aut aliàs turpi; licet sit pauper, & inops, nō dr̄ mulier nubeř indigno, cū mulieris nobilitas, & diuitiarum copia cum forma viri cōpēsari debeāt, p notata in simili p̄ Bal. in c. sup eo, le secōd. de testib. dixi j̄. in 11. par. Apuleius quoq; li. 2. de magia. ait ēt virginē formosam, & si sit oppido pauper, abundè tn̄ eē dotatā. Affert. n. ad maritū nouā animi indolē, pulchritudinis gr̄am, floris rudimētū. vn̄ Ouid. cōsonat. Dos est sua forma puellis. hæc Cælius lib. antiq. lect. 13. c. 7.

DEcimanona consid. Docet Bald. in c. intellecto. col. fi. de iureiu. ꝙ honor regis augetur p digni tates subditorū, & fit status regis magis potēs, & magis honorabilis, & timēdus. facit tex. in auth. const. q̄ de dignitatib. §. gn̄alr̄ aūt. coll. 6. dixi s̄. in 3. consi. p̄cedenti. & j̄. in cōsid. inc. vr̄ ꝙ rex Hispaniæ, q̄ est 37. Maximè ad decus regis, & regni spectat plures habere vasallos, & fideles, q ei p̄sonaliter seruiāt, potius q̄ red ditus feudorū manu sua p̄cipere, & militibus cōductitijs erogare, quorū nō par est fidelitas nobiliū vasallorū fidelitati, q̄a vt plurimū, q̄ pecunia redimuntur in necessitate deficiūt. Vn̄ cum Ale. Magnus tali mercato vteretur, & multos pecunia, & donis sibi acquireret subditos, fuit à Philippo eius p̄re de hoc increpatus in scriptis, vt refert Val. lib. 7. ti. de sapienter dictis, & factis, vbi inquit, q̄ probabilis epist. qua Ale. quarundam beneuolentiam, & seruitium largitione ad se attrahere conatum sit increpauit. Quæ te fili ratio in hanc tam uanam spem induxit, vt eos fideles tibi futuros eaistimares, quos pecūnia ad amorem tuū compulisses? A charitate istud probatur, s. amor, & bn̄uolētia, q̄ inter principem, & vasallos suos consistit ratione feudi, & fidelitatis, & non ꝙ pecunia redimatur, qua cessante amor esse desisteret, vt dicit G. Bn̄d. in sua rep. c. Rayn. in uerb. & vxorē noīe Adelasiam in mâteria successionis ab intes. nu. 859. Hinc dicit Bal. in d. §. gn̄alr̄, ꝙ principi, licitum est infeudare ducatus & comi. suis subiectis, vt eidē auxiliū præstent cōtra hostes: dummodo nō infeudet vltra modū consuetum aliorum regū. Alienare tn̄ non pōt nec iura regni, nec ea q̄ tēdut cōtra honorem coronę, aliàs ea attentare dicitur unum pecus, ut dicit ibi Bal. qui parificat iura regni, & honorem coronæ, quod dicit esse mēti tenendum. Et hoc p̄casu si alienatio sit cōtra honorem coronæ, aut in p̄niciem reipub. quoniam, vt inquit, quia facta hosti, non tenet, imò nec iurm̄ in talibus est seruandum. notatur in l. j. §. non fuit. ff. de dolo, quoniam in malis promissionibus fidem non seruabis. vt dicit Præpositus in c. ius militare. j. colum. j. dist. dom. meus Iason l. prima, in princ. ff. de iureiurando, & Archidiacon. in cap. volens. 22. quæstio. secun. & facit in terminis

talium alienationum tex. in d. c. intellecto, qui dicit alienationem factam per regem cõtra honoré coronæ, & cõtra primum iurã factum in sua coronatione, ét cum iuramento non tenet nec valet. faciunt, q̃ dicta sunt supra in prima parte, in 44. conclusione. uer. in oppositum. usque ad finem.

Hinc nõ indeceti ordine tractari posset dubium: An valuerit alienatio facta p regẽ nostrũ Franciscũ, seu dñam Ludouicã de Sabaudia eius matrẽ, de ducatu Burgun. & comitatu Flandriæ, qui licet sint de corona regni, & de paritate Franciæ, tñ ita tractauerant cum Carolo Austriaco in Imperatorẽ electo, ꝗ eos in totũ abdicabant à corona, ét nullo iure superioritatis reseruato, qđ an fieri potuerit, vř ꝗ non ex deductis p Guil. Benedicti in sua solenni rep. c. Ray. in ver. & vxorẽ noĩe Adelasiã, in 2. decis. nu. 466. ubi fit mentio de tract. de Bretignaco, ét in verbo, in eodem testamento relinquẽs, primo. nu. 151. extra de testa. & per Io. Igneum in sua rep. l. donationes. C. de don. & fortè alibi sparsim dicam, cum temporis opportunitas nunc non patiatur, semestreque opus ex hac re compilari posset.

Vigesima consid. Ex seueritate laudantur principes, & honorantur, qm̃ ſm Tul. 2. rethoricorũ, Seueritas est p quã iudiciaria potestas, vel vindicta, in aliquẽ districtius exercet̃. Hæc perutilis est reipublicæ. Nam bñ operans nulli parcit. 8. Politicorum. &, vt dicit Tullius 1. officio. ita probanda est mãsuetudo atq; clementia, vt adhibeat̃ causę seueritas, sine qua ciuitas administrari nõ põt. Nã maioris interdũ est roboris delictorũ iniquitas quàm legũ æquitas, vt in auth. vt non fiant pigneratio. in prin. coll. v. Tãta est ét in republica de morũ varietate diuersitas, vt nemo valeat leges defendere, nisi terror videatur aliqua tẽperare, dicit Cassiod. 12. variarũ epistola. 3. & Aug. 23. q. 5. c. prodest, in prin. Ministerio seueritatis quies nostra adiuuatur. Ex quibus dr̃, ꝗ ad reparationẽ reipublicæ conquassatæ expedit potius seueritas, q̃ remissio. Qm̃ ex seueritate solus offenditur, qui punitur, ex remissione offendũt̃ lex, rex, & grex, imo oĩs res: per lenitatem rex contemnitur, lex despicitur, & grex inficitur: & p grauitatem, & seueritatẽ rex honoratur, lex saluatur, grex seruatur. Ita dicit Luc. de Penna in l. fi. C. de his, qui ex publica collatione illata sunt non vsurpan. lib. 10.

CXCIIII. In electionib.prælatorũ debet requiri consensus principis,ita ꝙ si nõ p̃stet assensum nõ debet electio cõfirmari.tex.est singularis in c.Adria.63.di. Panor.in c.sacrosc.c.cũ terra.& c.qđ sicut.de elect.& in c.1.de consue.Imò põt introduci consuetudo, ꝙ nõ valeat electio,donec mors prælati fuerit principi nunciata.& fuerit requisitus cõsensus regis de procedendo ad nouã electionẽ:& si fieret confirmatio est cassanda.c.abb.le 2.& ibi gl.18.q.2.ita ꝙ si eligatur suspect⁹ principi,põt appellare.vt dicit Bal.in d.c.sicut.& ante cõfirmationẽ põt opponere,si dubitat de ꝓditione p̃ric,vel reuelatione secretorũ,vt dicunt p̃fati doct.dictis iurib.& Inn.in c.sup his.de accus.Ita dicit Io.Ferrault in priuil.regni Francorum.in 9.priuil.& ẽt Guymier in suo cõmen.sup decr.Basil.in ti.de ele.§.veruntñ.in ver.põtifex.& Io.de Selua ĩ suo tract.beneficial.in 2.par.q.23.col.6.ver.2.prædicta conclusio &c.cum seq.

CXCV. Ad solũ principẽ spectat dare custodiã siue saluaguardiã,vt ur̃ facere tex.in l.vlt.q̃ incip.cũ sępe,& ibi Io.de Pla.de rege Francorũ.C.de erogatio.militaris annonę.lib.12.& hoc maxime cum saluaguar. g̃nali.Cũ nulli liceat g̃nal̃r loqui,nisi principi,ut dicit Bal.in cõm.pacis Cõstãtiæ,c.1.versi.dispẽsationẽ. Etiã quia tales saluæguar.fundant̃ ꝓ æquitate g̃nali seruanda,& sic soli principi reseruanda,arg.l.1.C.de legib.Et in hoc cognitio seu coactio iudicibus principũ reseruat̃,arg.l.2.C.vt nemo priuatus titulos p̃diis &c.Et licet iferiores à principe dẽt aliquas saluasguardias,illæ sunt sp̃ales,& de certa p̃sona,aut đ certa re,& cũ aliquibus requisitis,de q.b.p Ioan.Ferrault in dicto tract.de priuil.regni Francorũ, in 16. priuilegio,quibus nõ subiiciuntur saluæguar.generales principum:vide hic ante ver.118.

CXCVI. Nulla cõitas ẽt bursam cõem habẽs põt se cõgregare,& ꝓ suæ ciuitatis vtilitate disponere sine expressa licentia principis obtẽta.Ita dicit Io.Fab.acutissimus doc.& practicus Franciæ in §.uniuersitatis. insti.de rer.diui.q̃ dicit istud obseruari in regno Frãciæ.Ad p̃dicta facit quod dicit Bar.in l.fi.ff.de collegiis illicitis.& in l.C.de metropoli Berito, li.11.vbi dicit cõitates ciuitatum non posse seipsas diuidere in plures sine licentia eius cui subsunt.facit tex.& q̃ ibi notatur in c.cum tempore.extra de arbi.no. Fel. in c.dilecti.extra de maio.& obe.& do.meus Ias.in l.debitorem pactionib.C.de pac. Qm̃ de facili possent fieri illicitæ conuentiones.Bar.in l.actor.ff.rem ratam haberi.Ex quibus monopolia sequuntur & seditiones,vt ibi:ex quo sequitur regni quandoque sectio,seu diuisio.Dixi satis ample in commen.nostris super consue.duca.Burgun.tit.vlti.art.6.incip.gens de poete &c.

CXCVII. Non est orãdũ corã principe seculari,nisi cũ habitu honesto,gestu decenti,prolatione non p̃cipiti,mente distincta & attenta,verbisq; compositis, vt recitat Alb.de Ferra.in tra.de hor.can.dicẽ.& ample declarauit Guymier in suo commen.decreti Basil.in ti.qũo diuinum officium sit celebrandum.

CXCVIII. Princeps põt facere numerare populũ suũ, vt hr̃ de rege Dauid 2.Regum 24.c.qui fecit numerare populũ Israel, vt sciret numerũ eius.& hr̃ Luc. 2.in prin.ꝙ exiuit edictum à Cæs.Augusto,vt describeretur vniuersus orbis.de quo meminit gl.in uers. descriptionis.in l.1.C.de apochis publicis.

CXCIX. Securitas data à principe quo ad debita non extenditur ad debitum suum,& sic ad debitũ sui fisci, nisi expresse dicatur in securitate,ut hr̃ in authen.de man.prin.§.publicorum.coll.3.vt tenet Fran. Lucani de Parma in tra.de iu.fis.in 3.par.art.32.alle.duo consilia:vnum Bal.alterum Ang.quæ non potui reuoluẽdo volumina inuenire.Facit istud pro istis q̃nquennalibus aut dilatoriis ad annum quæ impetrantur à principe,vt non extendantur ad debita principum concedentium talia rescripta.& ẽt dicit Gui. Pap.q.420.ꝙ non impediunt executionem sententiæ parlamenti.Ego tñ uidi in curia parlamenti Burgun.fuisse alias impetrata, & interminata per curiã contra arrestum illius.

CC. Soluens camerario seu thesaurario principis,non liberatur nisi inquãtum camerarius aut thesaurari⁹ principis est soluendo.notatur per Ia.Rebuf.in l.securitates.C.de suscepto.præpositis & arcariis.li.10.

CCI. Ponẽs signa principis in domo sua vel bonis,vr̃ illa incorporare dominio principis,s̃m Bar.in l.facultas.C.de iu.fis.lib.10.al's illa.l.incipit defensionis facultas.vide supra in 1.par.ubi tractatur de insigniis & armis.in 17.concl.

CCII. Conseruator priuilegiorum alicuius non põt esse de suis subditis,nisi sit rex,vt est tex.in c.hac constitutione.de offi.deleg.in 6.

CCIII. Priuilegium concessum per Papam ꝙ quis excommunicari interdici uel suspendi non possit,non extenditur ad sententias ordinariorum, nisi sit rex: quia tunc tale priuilegium extenditur etiam ad reges,ut est tex.in c.ne aliqui.de priuileg.in 6.

CCIIII. Soli principi cõpetit portare uestes deauratas oloberas,seu forte de scarlata.l.auratos.q̃ est prima l.Vellei.& l.tẽperẽt.C.de uestib.oloberis,lib.11.dixi alibi.& idẽ de ornamẽtis equorũ,in quib.non debent apponi hyacynthi,margaritæ,& smaragdi, nisi in frenis equestrib⁹,& sellis principum:ut est tex.in nulli licere in frenis & equestrib.sellis &c.lib.eo.11.

CCV. Cor regis in manu dei est,& quocunq; uoluerit ĩclinabit illud,ut habetur Prouer.21.& est tex.in epistola inter claras.C.de summa trin.

CCVI.

ccvi. Rex qui iudicat pauperes in veritate, thronus eius in æternũ firmabitur, vt scribitur Prou.21.

ccvii. Reges honorandi,qm̃,vt hr̃ 1.Pet.2.c. Deum timete,regem honorificate,in licitis & honestis obe diẽdo: vt hr̃ in c.si dñs.& in c.Iulianus.& in ca.qui omnipotentem. 11.q.3.Nam,vt ait Paulus ad Ro. 13.Qui resistit ptãti,Dei ordinationi resistit.

ccviii. Et vltimò,nũc in his pedẽ figẽdo,nec omnia sit nostrę curæ recẽsere,sed aliquis ociosus & curiosus indagator alios casus post me addat,est,ꝙ principis magna est potestas & prærogatiua, & qđ ipse facit,nos facere debemus.c.in causis.de sent.& re iud. notatur in c.1.de tempore ordina.in 6.& magna est eius potentia. Esdræ 3.c.4.dr̃.n.Rex sup omnia pręcellit & dominatur eorum,& quodcunq; dixerit illis,faciunt,& verbum regis non prætereunt, & omne quod voluerit,faciet,& sermo illius potestate plenus est,nec dicere ei quisquam potest, cur ita facis? Eccl.8.Quid plura?Temerarium est maiestatem regiam velle terminis limitare,iuxta illud Prouer.25. Scrutator maiestatis opprimitur à gloria. Hęc dicit Luc.de Pen.in l.contra.col.4.in fi.C.de re militari, lib.12.vide hic ante ver.12.Potest.n.mutare quadrata rotundis.Host.Io.An.& post eos Barba.& alii in c.cum venissent. extra de iudiciis. Franciscus Curt. consi.suo 49.in 19.col.vbi multa scribit & allegat de potestate principis.Et de eius excellẽtia & multis casibus.s.enumeratis dixi ista par.25.consid.Ipse.n. est omnia & super omnia,& princeps facit vt Deus. Bal.in c.1.de noua forma fidelitatis,habet.n. cœleste arbitrium,l.1.C.de sum.tri.& fid.cath. Est.n.iudex ordinarius ordinariorum, & legatus Dei, teste Curtio in d.consi.col.21.dixi hic ante.principes etenim ministri Dei sunt: c.licet.& de fo.comp.& principes Romanorum diui vocabantur,ſm S. Tho.li. 2.c.9.de regimine principum. & in multis legib.sic inscribuntur.Franciscus de Parma in suo trac.de priuilegio fisci,in 1.par.art.137.Et,vt testis est Cœlius lib.antiq.lec.11.c.67.natum est,ut reges & imperatores perinde ac dij haberentur colerenturq; ex ui benefica aut præclaro inuẽto.Vnde Cæsar apud Romanos primus viuẽsq; Dei nomen est sortitus: sed & eiusdem filius Augustus ne dominum quidem se dici patiebatur,est,n.hoc dei cognomẽ.Et ex Appiani Alexandrini historia constat templa Iulio Cęsari veluti deo publicis statuta decretis,atq; insuper cõe ipsi clementiæq; cõditum unum.Lysandro item sed primò Gręcorum templa fuisse erecta.Cyro mortaliũ primò adorationis cultum fuisse delatum scribit Arrianus.Quã humilitatẽ Persę postea seruarunt & Medi.Qñ vt Curtio etiam credimus,inter deos recẽsuere reges,tanq̃ maiestas imperij salutis sit tutela.Porro cum legimus fastigium imperatori decretũ,intellige,ut ait Cęlius, dignitatẽ hũ fastigio celsiorẽ aut tẽplũ fastigio ĩ clytũ,vel ẽt cõsecrationem.

Sed qa principes multũ priuilegiant in suis fiscis: nõ esse fortè absurdum hic inserere priuilegia fisci: sed qa ample describũtur à Frã. Lucano de Parma in suo trac.de priuilegio fisci ubi 140 fisci priuilegia enumerat, ideo non repeto,sed ad illum (licet corruptè impressum) recurre.

Si uero uelis scire & accumulare multos casus sędi apostolicę reseruatos, & inqb.solus Papa absoluit,vide primo Host.in sum. de senten.excõ.§.3.in prin.ubi enumerat 30.casus.Scdo p Io. And.i d.ti.de sent.excõ. c.eos qui.libr.6.vbi recenset 32.casus.Tertio sunt alij 16.casus Papę specialr̃ reseruati,quos ipse Ioan.And. scribit in cle.1.in uerbo,excõicationis.eodẽ.tit.& uide Ioan.de Selua in tra.suo beneficiali,in 2.par.q.3.62.casus ponit soli Papę competentes.

Vigesimaquinta consid.Rex seu princeps ẽt cõsequitur glãm & laudem in cõstruendo ciuitatẽ si eligat regionem temperatam,quia multum cõfert ad sanitatem,& longam uitam,animositatem,& ciuilẽ uitã.Sed nimis calida facit vigere ingenio,& deficere sanguine, frigida aũt ecõuerso.Ita dicit S.Tho.in opusculo de regimine principum ad regem cypri.13.lib.2.vñ Homerus appellat reges ornatores populorum. Hinc dicit Beroaldus in opere de felicitate (vt opinatur) principis officium sit ornare ciuitates,& ornatu,cultuque magnifico se pbere mõstrabilẽ.Maximum (vt ait) haud dubie ornamentum est,& ornatissimo principi dignissimum extructio ędificiorum.Olim gloriatus est Augustus se vrbem marmoream relinquere,quam lateritiam accepisset.Et,vt inquit,in laudẽ Domitiani dictum est, autumat Plutarchus,ædificare gaudes.Ancus Martius quartus Romanorum rex ędificator cum laude nominatur.Ideo Christianissimus rex noster Franciscus huius nõis primus,ob oppidum,à paucis annis ab eo constructum in Normania,quod Francisiam à suo nomine nõiari voluit: & ibi est port⁹ maris mirabilis & multum regioni conueniens, laudandus est, & magnam gloriam consecutus est.Maiorem tñ consequeretur si ciuitatem nostram Heduensem anti quam restauraret, & in pristinum statum reduceret: qđ eidem persuaderẽ conatus sum in oratione quam coram eo habui in suo iocundo aduentu & aditu huiusce ciuitatis, Anno domini M.CCCCCXXI.

Vigesimasexta consi.Honor principis multum exaltandus est,qñ sicut p vtilitate publica põt rex capere bona cum p̃tij solutione,vt ample scribit Luc.de Pen.in l.2.col.2.in medio ibi: qd aũt.C.ut rustícani ad nullum obsequium deuocent.lib.11.ita & fortius pro honore suæ celsitudinis bona ipsa capere, aliiq; concedere potest,quibus p̃tium intra quadriẽnium se solutu rum pollicetur.l.fi.C.de quadrien.p̃scrip.imò ẽt rigor iniustus pp honorẽ principis sustinetur,qm̃ ẽt pro honore iudicii seu eorũ q̃ aguntur in iudicio ẽt iniquitas tolleratr̃.l.eleganter.§.si quis post.ff.de cõdi. indeb.Fortius pro honore principis qui iudices costituit.& facit l.cum plures.§.1.ff.de admini.tu.sic & aliàs sustinetur iniquitas in casu in quo nõ tanta subest ratio ęquitatis & honoris reipublicę, vt in l.cũ in eo.ff.de pac. honor. n.publicus publico commodo pręferendus est. C.de insti.& substi.etiam si cum honore seueritas misceatur l.miles.§.socer.ff.de adulter.Quinimo in dolo esse præsumitur, qui commodum pręfert honori.l. Iulian.ff.si quis omissa causa testamenti.ita dicit Luc.de Pen.in l. pręedia. C.de locatione prędiorum ciuilium uel fiscalium.col.8.uer.24.lib.11.

Vigesi-

VIgeſimaſeptima conſid. Imperator inter omnes principes ſeculares mũdi vr̃ eſſe primus, cuius magna eſt authoritas & præeminentia, cum ſit vicarius Dei in temporalib. Bal. in l. 1. C. de iure aureo. annulorũ. & pontifex appellatur: notatur in ca. de capitulis. 10. diſt. Car. in cle. 2. de iureiur. ſanctiſſimus. n. dr̃, & nobiliſſimus. tex. in l. quæris. ff. de natalibus reſtituendis. & nil ei honorificentius, q̃ dicat̃ filius eccleſiæ. c. conuenientior, ad finem. 23. q. 8. & Chriſtianiſſimus appellatur. epiſtola inter claras. C. de ſũma tri. Et ſupremus omnium dr̃. l. pe. & ibi Bal. C. de bonis quæ liberis. Sed non regis Franciæ. Spe. tit. de appel. §. 3. poſt principium. dicam j. nec regis Hiſpaniæ. c. Adrianus. 63. diſt. & Card. in cle. 1. in prin. de iureiu. oẽs verò alios reges coronare debet. gl. in c. in apibus. 6. q. 1. dominus. n. eſt & ſuperior omnium ꝓuinciarum. d. c. Adrianus. & omnium rerum. c. quo iure. 80. diſt. c. conuenientior. 23. q. 8. & l. bene à Zenone. in princ. C. de quadrien. præſcript. Car. in cle. 1. de ſumma tri. gl. in c. per venerabilem. de elec. & ẽt Iudæorum. l. Iudæi. C. de Iudæis. & nulla ciuitas quãtuncunq. præſcribat merum imperium, etiam reſeruata imperatori poteſt excutere iugum ſubiectionis, quominus eum recognoſcat. Panor. in c. cum non liceat. col. fi. de p̃ſcri. & contra Senarum ciuitatem. Decius cõſ. 307. col. 2. ver. rñdetur. adducens Ang. in l. hæc autem. ff. de ſeruit. vrba. p̃diorum. dicit ꝙ iuriſdictio & imperium poſſunt p̃ſcribi cumulatiuè cum imperatore, ſed non priuatiuè, vt quis ab eo ſit liber, qđ an ſit verũ de rege Franciæ infra patebit. Et ẽt eſt ſuperior regũ. c. ĩ apib. 7. q. 1. & oĩum nationũ. c. volumus. 11. q. 1. & totius mundi. l. deprecatio. ff. ad l. Rhodiam de iactu. qđ an ſit verũ dicã in conſid. ſeq. Solutus eſt. n. legib. princeps. ff. de legib. & eſt ſupra ius ciuile. c. propoſuit. extra de conceſ. pręben. ꝙ tollere põt, notatur in c. q̃ in eccleſiarũ. de conſtitu. & in l. fi. C. ſi cõtra ius vel vtilitatẽ publicã. Miniſter. n. Dei dr̃, & ſeruus. Bal. ĩ auth. habita. in 6. notabili. C. ne filius ꝓ p̃re. Et lex aĩata in terris. tex. ĩ auth. de cõſulib. circa finem. coll. 3. & in auth. quib. modis natura. efficiuntur legitimi, §. igitur licentia. coll. 6. & gl. ĩ l. quia. ff. de iuriſd. omn. iud. Spe. in ti. de feriis. §. 1. in fi. Solo verbo illi creditur. 97. di. c. nobiliſſimus. etiã ĩ facto ꝓprio ſine die & cõſule. Bal. in l. ex his. in vlt. co. C. de teſtam. militis, & etiam dr̃ philoſophię plenus, ut dicit tex. in l. cum Syllanianum. C. de his quibus vt indignis. & ibi do. meus Iaſo. quę omnia dici p̃nt de quolibet ſummo principe, vt de rege noſtro. Et oẽs iuriſdictiones deriuantur ab eo, ſicut a fonte. Bal. in c. 1. in j. notabili. ti. quis dicatur dux, marchio, comes. de quo p̃ d. meũ Iaſ. in l. 1. col. 1. C. de ſumma trini. Sereniſſimus ẽt nuncupatur. ad quod facit ca. Salonitanę. 63. di. & l. 1. C. vt nemini liceat in emptio. ſpecie. lib. 19. & de celſitudine & maieſtate Imperiali eſt tex. in fi. c. de conſulib. lib. 12. & de celſitudine in §. 1. inſtitu. quib. modis ius patrię poteſtatis ſoluitur. & videatur in c. ſolitę in ſupraſcriptione & nigro: vbi intitulatur illuſtriſſimus & pręcellens: & de eius ſublimitate uideatur ibi. Pręeſt. n. vniuerſæ ditioni quæ videt aſcendentem & deſcendentem ſolem, & quę ex vtroque latere eſt, vt dicit tex. in auth. vt oẽs obediant iudicib. ꝓuinciarũ. §. hęc cõſiderantes, in prin. coll. v. & eſt dñs orientis, occidentis, meridei, & ſeptentrionis. Bald. conſi. 359. lib. 3. & dicit Barba. conſi. 38. in 1. vol, & cenſi. 24. li. 2. quod licet ſint aliqui principes, & reges qui in eorum territorio ęquiparantur imperatori, vt de rege Francię, vt infra patebit, tñ nullus eſſe vr̃ qui tanto titulo ſit honeſtandus ſicut Imperator: quod non aſſentit Bal. in d. conſ. 356. nec Barb. in conſi. ſuo 34. in 2. uol. & dicit Barba. in c. verum. de fo. comp. in fi. ꝙ non credit qđ leges apponentes pręcipua priuilegia Imperialis culminis extẽdantur ad regem: qm̃, vt dicit, Imperator ęquiparatur Deo. l. ſi quis maior. C. de tranſa. & ideo dicit ibi Bal. quod illa lex non habet locum in rege, ut dicit ibi Barba. quod crederem eſſe uerum de regibus recognoſcentibus Imperatorem ſuperiorem, ſecus verò de rege noſtro Francorum, qui eſt monarcha in ſuo regno, ut j. dicam.

Et licet oẽs alii principes vna tm̃ corona coronẽtur, tñ imperator triplici coronatur. notatur in cle. 1. de iureiu. & ibi gl. dicit, ꝙ prima eſt ferrea quam recipit ab Archiepiſcopo colonienſi Aquiſgrani eiuſdẽ diœceſis: ferrum autem fortitudinem deſignat, qua uincere debet rebelles, & infideles conculcare.

Secunda eſt argentea, quam ingreſſus Italiam recipit ab archiepiſcopo Mediolanenſi in uilla Modinẽſi eiuſdẽ diœceſis: tñ Henricus recepit illã Mediolani in eccleſia S. Ambroſii. Argentum autẽ mundiciam & claritatem ſignificat, & ipſum principem talem eſſe debere. eſt contrarietas in hoc, ut ſtatim dicam, quia aliqui dicunt ꝙ prima eſt argentea, & ſecunda ferrea.

Tertia eſt de puro auro, qua coronatur p̃ Papam in eccleſia S. Petri ad altare S. Mauricii, & deſignat aurum quod omnibus metallis eſt excellentius, ipſum Imperatorem aliis regibus & principibus in potentatu & iuſtitia excellentiorem eſſe debere.

Sic olim in his trib. metallis dabantur Romanis tributa, unde fuit indictio, q̃ eſt terminus 15. an. continens tria luſtra, & quodlibet luſtrũ, cõtinet terminũ 5. ann. vt ꝓbatur in l. itẽ q̃ritur. §. qui impleto. ff. locati. Et indictio dicta eſt, eo q̃a in ſingulis 15. annis indicebantur tributa Romanis. Nã in primis 5. annis indictionis dabãtur Romanis tributa in ferro ꝓ armis, in ſcđis argẽtũ ꝓ ſtipẽdiariis, in tertiis auru ꝓ republica: & de hoc l. unic. in fi. c. de iuſtitia. codice cõfirmãdo. & gl. in auth. p̃ponatur nomen imperatoris. in verb. indictionis. col. v. Panor. & card. Floren. dictus Zabarella in c. inter dilectos. in gl. ĩdictionis. extra de fid. inſt. ubi dicunt, ꝙ ad ſimilitudinem huius dantur tres coronę Imperatori.

Et cũ corona imponatur capiti propter honorẽ, ut dicit Bar. in l. ſed & reprobari. in 2. col. in prin. ĩ ver. Rayne. ff. de excuſ. tu. inducit. ff. de excu. tu. in lectura Neapoli, non tamen ita clarè loquitur. melius facit tex. in l. unica. C. de athletis, lib. 10. ubi dicit corona, i. glorię uictorię. & facit l. cõmodius. ff. de re iud. & quilibet rex ratione unius regni tantum hẽt unã: imperator vero tres, ideo à maioritate honoris

etiam

etiam eidem maior honor debetˀ quàm cęteris principibus.

Et de hmôdi tribus coronis aliter scribit, & dicit Alb. in suo diction. in ver. corona. vbi dicit, ꝙ Imperator accipit tres coronas ad denotãdũ tria, q̃ debẽt esse in eo. primũ, qa inquãtũ est rex vniuersus orbis debet habere puritatem cõsciæ, honestatis & cõtinẽtiæ. Nã, sicut refert Tulli⁹, cũ Pericles & Sophocles philosophi colloquerentur, contigit puerũ iuuenẽ inde trãsire, cuius pulchritudinẽ laudauit Pericles, & ait Sophocles. O Pericles, nõ solũ p̃toris manus à pecuniæ lucro, sed ẽt oculos à libidinoso aspectu cõtinentes esse debent. Et ideo Imperator primò corona argẽtea coronatˀ, qua continentiã notat. Scdõ debet Impator hr̃e virtutẽ & conscientiã. Vñ Salomõ Eccl. 7. Noli quærere fieri iudex in ꝓuincia, nisi ualeas virtute disrumpere iniquitates. & iõ ferrea corona coronatur, qd est durissimum metallũ, & oĩa domat. Tertio debet habere sciam & prudentiã discernẽdi bonũ à malo: & iõ coronatur tertia corona aurea. Vnde Salomon. Da seruo tuo cor docile, vt sciat discernere inter bonũ & malũ. Sicut. n. metallũ auri est pciosius oĩbus, ita ẽt & scia p̃ciosior est oĩb. quæ possunt desiderari. Et istæ coronæ indubitanter processerunt ad similitudinẽ Saluatoris nr̃i qui fuit rex vniuersalis, & ideo sacra scriptura eũ dicit coronatũ his tribus coronis, Zach. 5. Sumes, inquit, argentũ, & pones in capite Iesu. De corona ferrea figurata est in Sedechia, qui fecit sibi coronã ferreã & mitrã ornatã: de quo hr̃ 2. Regnm c. 22. Fecit quoq; sibi Sedechias filius Chanana cornua ferrea. & 2. Paralip. c. 18. Sedechias verò filius Chanana, fecit sibi cornua ferrea. De corona aurea hr̃ Apoc. 43. Vidi, inquit, s. nubẽ similem filio hoĩs habentẽ in capite suo coronã auream. Hãc coronã aureã & figuratã reperimus in Aaron, vt Eccl. 45. Et ꝓpria corona aurea dr̃ diadema, vt no. gl. in clem. 1. de iureiu. faciens differentiã inter coronã & diadema: de quo ẽt uide p Io. de Platea in proœ. institutio. Idem Alb. in dicto loco dicit se inuenisse in quodam sermone in festo S. Sthepha. hoc modo, videlicet. Imperator recipit tres coronas primam in Alemania ab archiepiscopo Argẽtino, & est argẽtea: & qñ dat ei archiepiscopus dicit, ꝙ Imperator ĩ aĩa sua & corpore suo debet esse purus & mundus, sicut argẽtũ, quod est purũ inter alia metalla. Secũdam recipit in Mediolano ab archiepiscopo Mediolani ĩ eccľa cathedrali; & est corona ferrea, & recipit eã genu flexo: & dicit ei archiepiscopus. Istã coronã mihi defendes: non intelligẽs de illa corona materiali, sed qa sicut ferrũ est metallũ, de quo fiũt infiniti labores, & est durissimũ & fortissimũ metallum, ita imperator debet esse paratus ad sustinẽdum oẽm laborẽ corporalẽ ꝑ posse, & cõstãs debet esse in iustitia exhibenda, maximè pupillis & viduis & miserabilibus ꝑsonis. Tertiã coronã recipit Romæ à sũmo Pontifice vel ab alio eius uices gerente, & est aurea: & qñ Papa ponit sibi supra caput, dicit. Esto fidelis vsq; ad mortẽ, & dabo tibi coronam vitæ, Apo. 2. & ista designat fidelitatẽ, & prudentiam sciendi discernere bonũ à malo. dicit tñ Hostiensis, qui est inter Cardinales primus, habet ex priuilegio ius coronandi Imperatorẽ. Et ideo, vt uidemus, cum tres habeat coronas, honorãdus est vltra alios principes & reges huius seculi, q tñ habent vnam, s. vnius regni: quia habens duo regna, potest habere duas coronas, ut dicit ibi Alb.

Cum ergo rex Hispanię habeat septẽ regna, uñ ꝙ habere debeat septem coronas, & sic ꝙ maiorẽ gloriam habere debeat: cum corona seu diadema detur pro gloria, ut dicit Luc. de Pen. in l. temperent. C. de uestibus oloberis & auratis, lib. 11. dicam ⁊. ista par. in 37. consid.

VIgesimaoctaua consid. Videndum est an Imperator sit dñs totius mundi, ita ꝙ ẽt reges Francię, & Hispanię sint illi inferiores, & sic an sit maior totius orbis. Et in hac cõsid. recitabo opiniones sequẽtes, & adducam rationes hincinde, vt intelligantur ea quę hinc ante dicta sunt de Imperatore.

Prima opinio est Italorũ, qui tenẽt ꝙ Impator est dñs totius orbis, maximè glossatorum: ut est gl. in l. bene a zenone. C. de qaadrien. prescriptio. gl. in ca. ꝑ uenerabilem. qui fil. sint leg. gl. in c. super specula. extra de priuile. gl. in c. apibus. 7. q. 1. gl. in c. Adrianus 63. dist. gl. in c. venerabilem. de ele. gl. in c. cõuenior. 23. q. 8. gl. in c. futura. 12. q. 1. gl. in c. si Imperator. 96. di. gl. in c. vlt. 50. dist. facit text. in l. deprecatio. ff. ad leg. Rho. de iactu. & in l. bene à zenone. C. de quadrien. pręscri. facit text. in l. cũ multa. C. de bon. quę lib. ubi dr̃ summus superior. facit text. in l. 2. C. de offi. præfe. pretorio Africę. in prin. ibi: & oĩa quęcũque in partibus Hispanię uel Gallię Frãcorũ agunt. facit text. in l. si duas. §. 1. ver. uniuerso aũt orbi conueniens est. cuius subiectum est capitulum hoc. ff. de excus. tu. facit tex. in l. 1. uer. nobis orbis. C. de rapto rib. uirginum. facit tex. in extrauaganti ad reprimendam. ibi, omnia esse principis.

Hanc opinionem sequuntur canonistę, uidelicet Host. Io. And. & Ant. de But. in d. c. per uenerabilẽ. qui fil. sint legit. Card. zabar. in c. pastora. de sent. & re iudic. Andręas Siculus in c. nouit. de iudiciis. idẽ Hostien. in summa. de officio ordin. §. j. versicul. sed & Imperator.

Hanc etiã opinonem tenuit Bar. & omnes Itali & vltramontani in l. j. C. de summa trin. & fid. Catho. Bulga. & Alb. in d. l. bene a zenone. C. de quadr. præscriptio. & Martinus ibi dicit etiam quo ad ꝓprietatẽ, quod dicit eẽ verum coram Federico impatore, quod Bulgarus negauit. vñ successit illud: Bulgarus dicit equum, sed Martinus habuit equũ. & cũ Martino tenuit Bar. ẽt in l. 1. §. per hanc. ff. de rei uẽd. idẽ in extrauaganti ad reprimendam. in uerbo. totius. ibi, oĩa eẽ principis. idẽ in l. si duas. §. grammmatici. ꝑ illum tex. in uer. uniuerso. ff. de excus. tuto. idẽ gl. & Bal. in c. d pace iu. firman. colla. 10. ubi plus dicit Bald. quod cum rex Franciæ sit de comprehensis in l. 2. C. de offi. præfecti prætorio Africę. quod peccãt Francigenæ & multi alii reges, qui ex consuetudine dicunt se non esse subditos imperio: sed dominus Bal. non bñ dicit & ignorauit ueritatẽ in hoc casu, ut statim dicetˀ. idẽ tenet Bar. in l. hostes. col. 2. ff. de

captiuis

captiuis & postli.reuersis.vbi dicit non agnoscẽs ueritatẽ in hoc casu & errãs notoriè,& in terminis iuris,& in vera iuris dispóne,ꝙ fortè si qs diceret imperatorẽ nõ eẽ dñm & monarchã totius orbis,ꝙ esset hrticus: quia diceret cõtra determinationem ecclesiæ, videlicet cõtra textũ euãg. Exiuit edictũ à Cæsare, vt describeretur vniuersus orbis, Luc.2.ꝙ ita Xps vt ppl's recognouit Imperatorem vt dñm, idem no.Ang.Are.in l.1.ff.à quibus app.nõ licet,& ĩ §.1. in expeditione gl.ĩ verb.Romanorũ.inst.de pria potestate.sed in hoc oẽs errauerunt & non intellexerũt quõ sit capiendũ istud verbum vniuersus orbis, qa dẽt intelligi cũ restrictione,s.subiectus populo Roma.& imperatori vt ĩ.dicam. quia si assumeret vẽr gñre vl'i & generalissimo esset falsissimum,cũ nunq̃ vniuersus orbis gñal'r fuerit subditus imperio. Et ẽt Bar.assumpsit istud verbum hæreticus nimis generaliter, quia pro tam simplici casu non debet dici quis hæreticus, cum istud non sit contra decem præcepta decalogi, nec contra simbolum.

Et si hoc dicunt iura Imperatorum, affirmant de seipsis qđ alii non dicũt, ad qđ alii principes nõ cõsenserũt nec fuerũt vocati. Istã eandẽ opin. ẽt tenẽt ferè oẽs qui scripserũt moderno tpe ĩ l.1.C.de sum. tri.& fi.cath.& inter alios ibi d.meus Ias.qui vr̃ tenere istã, sed salua ẽt eius pace errauit, & hoc maximè, quia tunc tpis erat subditus duci Medio.qui dicit se esse subditum imperatori,cũ quo dux ipse habebat confederationem, maximè cũ Maximiliano imperatore, qui tunc ꝑtendebat auxilium ab ipso imperatore cõtra Ludo.XII.Francorum regem, qui prætẽdebat dictum ducatũ Mediol.contra Lud. Sfortiã, quem dictus Ludo.XII.expulsit à dicto ducatu, & illũ in Franciam adduxit captiuum, vbi mortuus est ita ꝙ dictus Lud. potitus est ipso ducatu,& post eũ Franciscus I.Francorum rex eius successor, maritus Claudiæ reginæ filiæ dicti Lud.& timuisset fortè ipse do.Ias.aliquid scribere cõtra Imper.ne fortè dux Mediol.egre tulisset: sed al's credo ꝙ nisi fuisset timor ꝑdictus, dixisset veritatẽ: & licet postmodum fuerit stipẽdiat⁹ sub rege nr̃o,& potuisset ꝓ eo multa dicere, tñ tacuit, motus priore amicitia.

Prædictam etiam opi.tenuerunt Cy.Bal.Pau.de Ca.& Saly.& in d.l.1.& Nicol.de Neapoli in d.l.si duas.§.1.ff.de excus.tut.Eandem opi.tenet Bar.in l.si.per illum tex.C.in quibus causis coloni censibus, lib.11.& eandem tenuit Bertach.in suo tract.de solutione vectigalium.in 2.par.eandem tenet Bar.in procæ.fforum.& Bal.in l.1.in prin.ff.de offi.præfecti vrb.Old.in consi.suo 69.incip.consueuit dubitari. Bal.in l.cum multa.per illum text.C.de bo.quę lib. & in l.ex hoc iure,ff.de iusti.& iu.eandem etiam tenet Io.de Imo.in l.infamẽ.circa fin.ff.de publicis iudiciis.vbi dicit,ꝙ aliqui sunt reges,qui nõ recognoscunt superiorem: de quibus in c.per venerabilem. extra qui fil.sint leg.quod dicit verum esse de facto, quare videntur magis delinquere: & idẽ Io.de Imo. in l.imperatores,in prin.ff.de appel.& Ang.in l.si retentus seruus.ff.de leg.1.

Alia est opinio cõtraria,q̃ doctores citramontani tenuerũt, videlicet ꝙ Impator nũquã fuit dñs totius orbis: & ita tenuerunt Iacob.de Rauen.Pet.& Ioan.Fabri in d.l.1.C.de sum.trini.& in l.bene à Zenone.C.de quadrien.ꝑscriptio.& l.1.C.de sum.tri. & fid.cath.vbi adducit testimonia antiquarum scripturarum veteris & noui testamẽti, ad probandũ ꝙ fuerunt alii qui habuerũt dominia omni tpe, vt ferunt,& hoc iure diuino, humano & ciuili probatur.

Et primò vidẽdo de iure diuino, quod testm̃ vetus cõtinet: qm̃ in veteri testamẽto non repitur inuẽtum fuisse impium, sed solum initiũ habuisse tpe quo populus Romanus in eũ transtulit potestatẽ. l.2.ff.de orig.iur. Vñ deus qui cũcta creauerat, ut hr̃ secundo.c.Gen.ꝰm vetus testm̃, dñs erat oĩum. vnde Ps.23.Dr̃. Dñi est terra,& plenitudo eius, orbis terrarum,& vniuersi qui habitant in eo. Ipse.n.à principio ꝑ seipsũ rexit & iurisdictionẽ exercuit, sicut factor rẽ suam gubernat & regit, & homini dedit præcepta & prohibitiones, Genesis.2. & ipsis trnasgretibus, pœnam imponit, Gene.3.& 4.c.quia expulit eos à paradiso,& per se puniuit Lamech. Genes.4.& 5. multos alios etiam,& hoc ante dicunt Inn.Host. Io.And.& Abb.in c.licet ex suscepto, extra de foro compe.& sic Deus rexit mundum per se ipsum usque ad Noe.

Tamẽ quia pp hominẽ tanta creauerat. Genes.1. l.in pecudũ.ff.de vsu.ea ipsi homini concessit, ut hr̃ Psal.113. Cœlum cœli domino, terram autẽ dedit filiis hoĩum. Et quia communio parit discordiam. l.cũ pr̃.§.dulcissimis.ff.de leg.2.voluit occupanti cõcederetur, vt hr̃ Deu.13.c.vbi dr̃. Quamcunq; terram calcauerit pes tuus, tua sit,& à lege ista promissa fuerunt regna, vt apparet in Dauid, Saul,& Salomone, & pluribus aliis approbatis à Deo, vt hr̃ in c.1.de sacr.vnct.§.vnde in veteri.& 1.Regum 18.c.vbi enumerantur aliqui reges uncti mandato domini. Et dicitur Prouer.9.c.ꝑ me reges regnant.& in epi.inter claras.C.de sum.trinita.& Psal.71.Deus iudicium tuum regi da.& per libros regum per totum fit mẽtio de regibus.

Ex quibus cõstat, ꝙ dignitas regalis potius saltẽ prius est itroducta à deo q̃ imperium, cum illo tpe nulla mentio esset de imperio & imperatore, ut dicit in consuetudinibus nostris duca. Burgun.in proœ. in gl du sainct empire.& meritò si nulla tunc fieret mentio de impatore, cum nullum adhuc esset imperium, sed postea ꝑ multa tempora & post nouam legem.i.post testm̃ nouum incepit, cum tempore testamenti noui adhuc non fiat mẽtio de imperio, bñ fit mẽtio de regibus, cum habeatur prima Pet.2.c. Deũ colite, regẽ honorificate.& illud. Subditi estote oĩ potẽti, siue regi tanquam ꝑcellenti,& ducibus ab eo missis. vt extra de maio.& obe.c.solitæ, imo ꝑ Christũ oẽs monarchiæ fuerunt destructæ & reprobatæ. Fuit ille lapis sine manibus abscissus qui statuam pcussit in pedibus & contriuit: per quam statuam illæ quatuor monarchię figurant, s. Assyriorũ q̃ fuit prima, & dictũ fuit regnum Babylonicũ. quod fuit oriẽtale & sub rege Nino primo itroductũ. Alii sub Belo, tẽpore Thare patris Abrahæ, & ab illo tẽpore

pore non desit, nec intercidit nomen regum, vt testatur Iudocus Clicthoueus in suo libro de officio regio. c. 2. Alij sub Nemroth venatore robusto, qui dictus fuit venator, i. Tyrānus, sub quo fuit principiū regni Babylonici, vt habetur Genesis decimo.

Et de Assyrijs trāslata est ad Medos, & Persas sub Cyro, & Dario, vt habetur amplè Danielis. 5. Et hoc pp superbiam Balthasar regis, & iniustitiam, & quia vasa aurea in templo Ierusalem accepta fuerunt per Nabuchodonosor, in quo Balthasar eius filius rex bibit in conuiuio. Et à Persis in Græcos sub Alexad. magno. & à Græcis translatum est ad Romanos sub Octauiano magno: quod dominium demum subiugatū est, & subditū Christo. Et illis tēporibus vtrum essent reges, & principes apud alias nationes dicit archiepiscopus Floren. in 3. parte suę summæ. lib. 22. c. 5. §. 14. ignotū esse apud eum saltē, sed apud Historiographos nō est ignotū: cùm tēpore Nini primi regis Assyriorum Ægialeus erat rex i Sicyonia, de quo meminit Philippus Bergo. in suo supplemēto Chronicarū, lib. 2. & Aug. de ciuitate dei, li. 81. sic dicens. Sicyoniorū regnū admodum paruum. & tale regnū peruenit ad Athenienses his temporibus.

Etiam Hispaniarum regnum ortū habuit à Thubal Iapher, seu Phaleæ filio, testante Isidoro. vt refert idem Philippus Bergom. eod. lib.

Hoc eodem tēpore fuit Zoroastes artis Magicæ inuētor primus, Bactrianorū rex, teste eodē Philippo, loco quo supra. Erat & plura alia regna, vt Boemorū, Scytharū, Thessalorū, ægyptiorū, & Amazonum fœminarum usque ad tempora Alexandri.

Fuit & Idumæa regio, quæ habuit regē, & Ogypus in Attica prouincia Achaiæ rex.

Hoc tempore fuit regnum Francorum, vt habetr per eundem Philippum, lib. 4.

Et erant tunc temporis reges in Iudæa, vt Saul, Dauid, Salomon à deo approbati, vt videri potest amplè in libris Regum.

Erant ēt reges in Lydia, quorū regnū habuit finē tēpore initii Persarū regni, vt refert ibi idē Philip.

Erat etiam tunc temporis principatus Heduorū quorum ciuitas principalis erat Augustudunum, qui nulli subiiciebantur: de quibus amplè Iulius Cæsar in suis commentariis.

Ex quibus constat & ex his, quę videri possunt p supradictos, ꝙ vsq; ad tempora Alexandri illa prima monarchia non fuit vniuersalis.

Et durauit hoc imperiū, seu illa monarchia M. ccxl. annis fm August. lib. 4. de ciuitate Dei: sed vt habetur Gen. 10. illo tempore non erat monarchia, quia terræ fuerunt diuisæ inter filios Noe.

Tempore verò Cyri Darii primi regis Persarū, q habuit secundam monarchiam, erant plures alii reges apud alias nationes. Nam talis monarchia durauit ducentis triginta annis sub nouem regibus, quibus temporibus fuerunt multa alia: vt Romæ Lucius Tarquinius Prisci Tarquinii regis filius, q rex fuit apud Romanos, & regnauit annis 25.

Balthasar Caldæorū rex, Zorobabel apud Iudæos princeps his temporibus fuit, & tempore Darii etiā nono anno regni sui erant reges Romani, qui tunc exacti fuerūt, & cōsules creati: q̄ rexerūt Romanos vsque ad annū nonum post exactos reges, quo tpe fuit instituta dignitas dictaturę: & post illā fuit facta electio decē virorū, apud quos fuit imperiū Ro.

Fuit & tēporibus prædictę monarchiæ Persarum regnum Atheniensium, & tēpore Darii cognomēto notus, Alcibiades Atheniensium Imperator: etiam post eum Xenophon, & Horestes tertius Macedonū rex, & Amynthas xv. Macedonum rex.

Fuerunt etiam his temporibus multa dominia, & regna, de quibus per eundem Philip. Bergomensem in suo supplemento chronicarum. lib. 5.

Ex quo cōstat, ꝙ licet Persæ, & Medi obtinuerint principale dominiū, nōn tamen vniuersale: & istud satis demonstratur ex dictis Danielis 5.

Tempore vero primi regis Græcorū, qui fuit Alexander, in quē translatum fuit regnū Persarū, licet se nominari fecerit terrarū regē, & mundi principē, nō tn̄ fuit vniuersalis. cum suo tempore Pyrrhus fuerit rex Epyrotarū, Brutus rex Anglorū, & Suardus rex Francorū: de quibus meminit idem Philip. Bergo. lib. 6. sui supplemēti chronicarū. 1. art. de quo tamē Suardo non facit mentionē Guaguinus in chronicis Franciæ, nec eum inter reges Francorū nominat.

Erat & his tēporib. Brenus Gallorum Senonēsiū dux, qui totā Asiam subegit, ita ꝙ reges Asiæ lacessiti ingenti pecunia pacem mercati fuere. Ptolemæus uerò Macedoniæ rex ausus illi occurrere victus est, & multis vulneribus saucius captus est.

Fuit, & illo tempore Insubrum regnum.

Sed regnū Alexādri post eius mortē fuit in duodecim partes diuisum, anno mūdi ante Xpi aduētū 312. vt hr̄ lib. 1. Maccabæorū, in prin. tpe cuius fuerūt & multa alia regna, multas dominationes, & pricipatus; vt uideri potest ex dictis ipsius Philippi, eodē lib. 6. Maximè regnū Syriorū, regnum Asiæ, & in Macedonia erat Cassander Antipatri filius rex un.

Quo tpe etiam Romani Samnitibus imperabāt: Tarentini verò, & Carthaginenses tunc ēt principes habebant. Cum essent potentes, & bellū gerebant in Romanos, & Romani in eos. His ēt temporib. fuit regnum Parthorum, cuius regni fuit primus rex Arsaces, & secundus Arsaces eius filius.

Eodē verò tpe erant reges in Ægypto, & etiam in Asia, & Syria, & plures alii principatus, & dominationes, de quib. supra dictū est, quæ nō erāt extinctę, vt erāt in Anglia, & Francia reges, in Macedonia, & Iudæa. Et ista duo regna. s. Macedonū, & Aegyptiorū post Alexandrum fuerunt per multa tempora simul, & eodē tpe diuersa post Alexandrū magnū, tēpore cuius erant plura, vt supra dictū est, fuerūt etiā pro maiori parte tēporis vsq; ad imperiū Romanū, & tēpore Octauiani Imperatoris. Et durauit regnū Macedonū annis sexcentū quadraginta quatuor, sed his tēporibus fuerunt multa alia dominia, multi deniq; reges, vt s̄. dictū est vsq; ad Octauianū: imò iā incœptum erat regnū Romanorum, quod mutatū fuerat in consules, dictatores, deinde & decē uiros, postmodū & cōsules iterū vsq; ad tēpora Octauiani.

Ex quibus cõstat, ꝙ per hæc tempora illa monarchia non fuit vniuersalis, quicquid voluerint dicere dñi legistæ vltramontani, & archiepiscopus Flo. in lo co s̃. alle. qui nõ viderat nec legerat chronicas historiographorũ: qm̃, vt dicit, ignotũ est sibi tpe prędictorum regnorũ alias nationes habuisse reges. Et ex his constat prædicta regna dominationes, & imperia originem habuisse à violentia, vt perpulchrè examinat Petrus Bertrandus huius nostræ ciuitatis, & diœcesis Hedu. Cardinalis episcopus in suo tractatu de origine iurisdictionum, in prima quæstione.

Tempore verò Octauiani Imperatoris in quẽ plures dicũt translatũ fuisse imperium, credo, ꝙ in hoc est error, quia Caius Iulius Cæsar, qui fuit ante eum quinquagesimoprimo anno ante Christi aduentũ, fuit Imper. Roma. qui Imperio Europæ tm̃ potitus fuit, vt refert idẽ Philippus Bergom. lib. 7. & cum in Græciã traiecisset, vniuersi orientales reges ad eũ cõ uenerũt, & tpe ipsius Iulij Cæsaris Imperiũ Romanum initium habuit, & non fuit dictus rex Romanorũ, sed Cæsar. Hinc est, ꝙ non dicebant reges, ꝙ id nominis Romanis odiosum esset, sed Cęsares appellati sunt: quo tpe non reperitur, ꝙ plura alia regna, principatus, & dominationes de quib. supra fuerint subiecta Imperio, imò tpe suo erant multæ dominationes in Gallia, de quib. ꝑ eum in suis cõmẽtarijs. nec reperitur, ꝙ tenuerit Galliam integraliter, vt ĩ. dicã: nec Hispaniã, & Gręciã, nec regnũ Macedonicũ, Parthorũ, Syriæ, & alia de quibus supra in totum maximẽ sine cõtrouersia, & bello, qm̃ tã breui tẽpore quo imperauit, tot regna obtinere non potuisset. Cũ à tpe adepti Imperij, quod fuit anno quadragesimooctauo ante aduentum Christi, tm̃ vixerit quinq; annis, & sic mortuus est ante Christi aduentum anno quinquagesimoprimo, quo tpe incepit regnare Octauianus, & imperauit per annos quinquagintasex, menses sex: quo tempore erant multi reges, & principes, multa ẽt dominia, & principatus, quæ nõ subiiciebantur Imperio Romano, de quibus infra.

Tempore cuius etiam Marcus Antonius Asiam, Pontum, & orientem tenuit.

In Germania etiam Iolianam, & Varianam cladẽ perpessus fuit.

Hoc tempore etiam regnabat Christus, cui data erat potestas in cœlo, & in terra.

Regnabat ẽt tũc Herodes rex Hebręorũ, qui Mariannem reginam vxorem suam occidi iussit, ꝙ accusata fuisset, ꝙ ad Octauianũ effigiẽ suã trãsmisisset, vt in sui desideriũ prouocaret, & vsq; ad illum diem non defuerũt principes Iudæis. Tempus quippe erat vt veniret ille cui ꝓmissũ erat, quo nouo ꝓmissum est testamento, vt ipse esset expectatio gentium, cessauit eorũ vnctio, hoc est imperium: quia ex Danielis sententia sanctus sanctorũ venerat, & ideo Herodẽ in alienigenã habuerunt. Cui postea successit Herodes Antipas Herodis filius: & Archilao è regno pulso Iudæorũ regnũ in quatuor tetrarchias, i. partes diuisum est, & huic Galilæa obuenit, quæ est regni Iudæorum quarta pars. Post quos successit Agrippina Germanici coniunx regina Iudęorum, & post eam Agrippa magnus Aristoboli filius, qui tunc habuit fratrem nomine Herodem Calcidis regem.

Et tempore quo regnare icępit fuit anno añ Xp̃i aduentũ 31. & Burgundionum regnum initium habuit post Christi aduentum anno 35. quod non habuit finem nisi post Christum 488, & sic nec tempore Octauiani erat monarchia vniuersalis.

Plures ẽt tũc tẽporis erant principes in Gallia, de q̃bus infra dicam, qñ capiã Imperium à tpe Iulij Cęsaris, & ẽt ĩ Hispania, & Africa, de q̃b. supra: de quorũ annihilatione, & euersione nõ cõstat, & si hoc fuisset factũ, esset ex violẽtia, & rapina, nõ ex debito mõ.

Quod quidẽ Imperiũ, q̃a ꝑ violentiã erat occupatũ, & ꝑꝑ eorũ iniustitias fuit subiugatũ, & subditum Christo, vt hr̃ in uisione Dan. c. 2. signatũ per lapidẽ statuã illam in puluerẽ redigentẽ: & hoc dignũ fuit, quia dignum est, ꝙ ꝑꝑ iniustitias regum, & diuersos dolos regnum de gente in gentem transferatur, Ecclesi. 10. c. & ostẽsum est Octauiano Imperatori per Sibyllam Tyburtinã die qua natus est Christus dñs dominantiũ, vt dicit idẽ Archiepiscopus Flo in loco hic ante allega. Et factum est regnum huius mundi dñi nostri Iesu Christi: cũ, vt hr̃ Apoc. 11. c. sibi. n. data est omnis potestas in cœlo, & in terra. Matt. vlti. c. vt impleatur illud Ezech. Faciam eos gentem vnam, & erit vnus rex omnibus Imperans, & non erunt vltra duæ gentes. vnde Gl. Dan. 2. dicit, ꝙ sicut à principio nihil fortius Imperio Romano, sic in fine nihil debilius inuenitur.

Et ex his cõstat nunq̃ ante Xp̃i aduentũ fuisse aliquẽ de iure monarchã, & dñm uniuersi orbis: cum, vt dictũ est supra, fuerũt plura regna ẽt à deo permissa, & instituta, vt de rege Dauid, Salomone, & sic de alijs. Nec licuit Imperatori ea sibi appropriare prohibente lege naturali, & diuina, quæ habet: quod tibi nõ uis fieri, alteri ne facias. Matt. 7. & in prœmio decr. Nec licuit eis transgredi terminos quos posuerũt patres antiqui. Prouerb. 22. c. in fi. & in pręceptis decalogi. Nõ concupisces rẽ ꝓximi tui. Exo. 20. in quo oĩs rapina, & uiolẽtia prohibet. 24. q. 5. c. pœn.

Et prædicta faciunt, ꝙ de iure diuino non reperitur Imperium fuisse institutum prout regna, & sic ꝙ nunquam Imperium ante Christi aduentum habuerit vniuersale dominium totius orbis.

Imò ẽt Imperium Christi nunquã fuit vniuersale quo ad tẽporalitatem, cùm ipsemet dixerit; Regnũ meum nõ est dẽ hoc mundo, Ioan. 18. & suo tpe fuerunt principes, vt Octauianus, & Tyberius, sub quo passus est, & voluerit eorum iura intacta seruari, dicens. Reddite quæ sunt Cæsaris Cęsari: & quæ sunt Dei, Deo. Marci 12. Matthęi 22. & Lucę 20.

Et tũc tp̃s erãt plures prĩcipes ĩ Gallia, Asia, Africa, Burgundia, Italia, Hispania, ẽt in Calcide, & Iudæa. Et statim post incępit esse regnum Burgundionum, vt iam dictum est supra, videlicet anno Christi 35. vt refert idem Philippus Bergom. lib. 8.

Etiã Scythæ ab alieno Imperio, aut intacti, aut inuicti manserunt. Darium regem Persarum à Scythia turpi sommouere fuga. Cyrũ cũ omni exercitu trucidarunt. Alexandri magni ducẽ cum copiis uniuersis dele-

deleuerunt. Romanorũ audiuere, non sensere arma.

De iure humano siue naturali adhuc minus, q̃a illud ius erat commune omnibus animantibus rationabilibus, & irrationabilibus, & omnia erant communia: vt l.j.ff.de iust.& iure.§.ius naturale. & 1.d.c.ius naturale.& de iure gentium, q̃d etiam naturale vocatur, inst. de rerum diuisio.§.singulorum, per occupationem dominia sunt distincta, & regna condita.leg.ex hoc iure.ff.de iusti.& iure.

Et sic cõstat, ꝙ iure illo naturali, seu iuregẽtiũ solum erant reges, cùm non dicat Imperium, nec tunc erant Imperatores, vt ante dictũ est: reges tñ erãt Imperatores, cũ dicit tex. 1. Reg. 8. c. hoc erit ius regis, q̃ imperaturus est vobis. notãdo verbum, imperatur⁹ ex quo q̃libet rex põt hoc respectu dici Imperator.

De iure verò ciuili dicit Alberic⁹ in loco s. alle. ꝙ duplex est ꝓpriũ, s. ꝓpriũ cuiuscunq; ciuitatis, vt in l. oẽs ppl'i.ff.de iust. & iure. Aliud est ꝓprium ius ciuile Romanorũ ꝑ excellẽtiã.§.sed quoties, inst. de iure natura. Et tũc sic, si ius ciuitatũ, vel prouinciarũ cõsiderem⁹, multæ ciuitates, & ꝓuinciæ nõ subsunt Imperio. Nã vt dicit, in Hispania, vt dicũt doct. in c. causam.le second. extra q̃ filij sint legit. & Nicolaus de Vbaldis in tractatu de succes.ab intest. 112. char. ver. vltimus modus legitimandi. q̃cũq; allegaret legẽ Imperatoris, capite punitur. Veneti verò, & multi alij nõ seruãt iura Imperatorũ, nec ẽt Galli, & Fráci. quia non subijciunt legib. Imperatorũ, nec eas allegant, nisi inquantum fulciuntur ratione, & nõ aliàs, vt dicit Bal. in l. nemo. C. de senten. & interl. om. iu.

Si verò cõsideramus ius ciuile Romanorũ, & isto possemus nos de facili expedire, q̃a nõ est credendũ, illis, quorũ repellerẽtur actores. c. fraternitatis. de hæreticis. c. licet ex quadá. de test. l. mathematicos. C. de epis. audiẽ. Et nõ plus credit' mortuæ voci q̃ viuę: sed leges sunt mortuæ voces principis, ipse autẽ est vox viua, in auth. de consulib.§.fi. coll. 4. Cùm itaque populo Romano non esset credendum in facto proprio, vt l. nullus. ff. de testib. ergo nec credendum est eorum legibus, vel scripturis.

Et cõclusiuè tenet Albe. loco quo supra, ꝙ nunq̃ Imperator fuit dñs totius orbis. & hoc ẽt tenetur à multis, maximè ab omnibus doctoribus Aurelianensibus, & citramontanis cõtra sñiam glossarũ iuris ciuilis, & canonici. Hanc ẽt opinionẽ tenuerũt Iacob⁹ de Rauenna, Petrus, & Ioa. Fabri. in d. l. j. C. de sum. trin. & fide catho. in l. bene à Zenone. C. de quad. ꝑscr. ꝑ eosdẽ ẽt in ꝓœ. florũ. quos secuti sunt Raphael Fulgo. Guillel. de Castillio, & Bernar. de Castillio. in d. l. j. suprà all. Et istã opinionẽ tenet Cardinalis Zaba. in c. venerabilẽ, §. verũ. in 2. col. extra de elect. ubi dicit, ꝙ in hac materia multa ingenia laborauerunt inuestigando initium monarchiæ terrestris, & prodierunt plurimi libri de monarchia, nulla tñ disputatio potest esse minus vtilis. Cõstat. n. vt dicit, ꝙ Imperium partim acquisitum fuit Romanis vi armorũ, & sic ẽt in alijs regnis, quæ habuerunt monarchiam, vt fuit Assyr. quod dr' Babylonicum. item Macedonum, quod floruit sub Alexandro. item Carthaginẽse, q̃d maximè viguit tpe Hannibalis, vt in Titio Liuio, de secundo bello Punico. Hæc tñ regna præter Romanorum dicuntur monarchię, nõ quia aliquod istorum fuerit generale ad totũ orbẽ, sed ad magnã partẽ: imò etiam Romani nunquam habuerunt totum, sed ferè totum, ut dicit Zabarel. ibi.

Et, vt dicit Alb. hanc opi. tenendo legibus eorum sunt cõuincendi, ar. tex. in c. qui syncera. 45. d. sic. Nã Imperator nõ est mundi dñs, q̃ñ fm legem Imperatorũ, qui dicit se dñm de iure gentiũ, vel ciuili, habet hoc probare. l. in rem actio. ff. de rei vendicatio.

Imperator. n. duas solas causas dominii allegat, q̃a. s. habuit à populo Romano, vel q̃a per iustũ bellum occupauit ab hostibus Imperij. ff. de captiuis, & postlimi. reuersis. l. postliminium. & l. hostes. ff. eo. ti.

Sed ad primũ respondetur, ꝙ populus nõ potuit plus in eũ transferre q̃ habuerit. l. traditio. ff. de acq. re. dominio. sed nõ habuit dominiũ sup alias nationes, vt supra dictũ est, & demõstratum fuit, & adhęc infrà demonstrabitur: ergo nec ipse, quod populus, non habuit. Et si populus Roma. allegaret se habuisse, incũberet ei ꝓbatio: tñ onus probationis assumẽdo, cõstat satis fuisse probatum ex supradictis, & infrà adhuc per chronicas Romanorum iustificabitur: tamen contra hoc sic potest clarissimè probari.

Notoriũ est. n. ꝙ ciuitas Romana ædificata fuit ꝑ Romulum, & Rhemum fratres: notatur in l. j. ff. de orig. iuris. in prin. & notatur in l. fi. ff. de rerum diui. & habet ẽt in chronicis, lib. 3. prædicti Philippi Bergomensis, quo quidem tpe erãt multa regna, de quibus ibi plenissimè: quo quidem tẽpore, ut ibi clarũ est, & supra satis demonstratum fuit, Romani nõ dominabantur toto orbi, imò etiam minimæ parti orbis, & tunc habebát solum reges, & sic eorũ regnum, erat distinctũ illo iure ciuili, quo dictum est supra: & tm iurisditionẽ habuerũt, cum locum ædificauerũt, vt in §. si vero forsan. in. auth. de quæstore. coll. 6. Vñ populus ille pro prædictos reges expellendo, vident contra se dei iram prouocasse. 7. q. 1. c. deniq;, & sic nec dominium nec iurisdictionẽ de iure habuerũt. Nam ius dicitur, quod iustum est. 1. d. c. ius naturale. & per vim, & violentiam ab initio sedes alienas occupauerunt. notat Inn. in c. super his. de voto. ita ꝙ pp vtilitatem initii connubia fuerunt eis à Sabinis, Albanis, & confinitimis partibus denegata. quod cũ hoc nouisset Romulus, finxit se velle ludere ludos, idq; publicare fecit: qua nouitate allecti populi uicini, vt noui populi spectaculum viderent, asciuerunt ductis vxoribus, & filiabus, quas cùm tenerẽt rapuerunt: exinde ortum bellum in Albanos, quos suæ ditioni addiderunt, & paulatim auctis viribus propinqua dominia vsurpare cœperunt: nec prescriptione se iuuare possunt, cùm semper malam fidem habuerint, tam ipsi q̃ habentes causam ab eis: & de violentia eorum cõstat per iura quæ sunt certa l. & hæc ignorantia. ff. de iuris, & facti ignorantia, iõ est ignorantia iuris quæ eos non excusabit. l. nunquam. ff. de vsuc. l. iuris ignorãtia. ff. de iuris, & facti ignorantia.

Et adhuc prædicta opinio Citramõtanorum probatur vltra prædicta nunc reassumẽdo monarchiã, quæ fuit à tẽpore Iulij Cæsaris vsq; ad tempora hodierna,

dierna: demonstrando, q̃ semper fuerunt alii principes, reges & dominationes per uniuersum orbem in pluribus, & diuersis partibus mundi, maximè tpe illorum, qui dixerũt seipsos mundi dominos, & faciẽdo in hoc casu fundamentum ꝓ opi. contraria à Iulio Cæsare, qui primus imperator, & nomẽ tale sibi assumpsit, eo q̃ Romanis imperabat, vt tradunt historiographi: de quo gl. in l. 1. ff. ad leg. Iul. de adulte. aliq̃d sentit, ubi dicit Iuliũ Cæsarẽ auũculũ Gaij Augusti fuisse primũ Imperatorem: cum ante tñ dominium haberent Romani, vt dictũ est, per rapinã usurpatũ, & in sua origine p vim, uiolentiã, & rapinã inchoatũ, ex quo ergo initium, seu origo nactæ possessionis de iure inspicienda sit, l. clã possidere. in prin. ff. de acq. poss. l. nã origo. ff. quod ui aut clam. quę cũ sit uitiosa nunquã prodest violento. l. autoritatẽ. C. vnde vi. l. si qua loca. C. de fundis, & saltib. limitro. lib. 11. Et maximè ẽt de iure canonico. c. fi. & c. vigilanti. extra de præscr. in regula possessor. de reg. in 6. & regula peccatũ, eo. ti. quia sp requirit bona fides, ẽt si desierit titulus, & sit tẽpus immemoriale. c. 1. de præsc. in sexto. ĩ l. unica. C. de vsuc. c. trãsfor. ita q̃ tale uitiũ transit ad successores. l. an uitium. ff. de diuer. & tempo. præsc. l. Pomponius. in prin. ff. de acq. posses. §. fi. inst. de vsuc. l. hæres. ff. de vsuc. Ideo cum nõ potuit primus scilicet Romulus terras, & dominia p eum rapta, ut dictum est, nec etiam Iulius Cæsar, ut dixi, & dicã statim, ideo nec eorũ successores.

Et dicit S. Tho. in 4. sñiarũ, dist. 19. art. 3. in solutione vltimi argumenti, ꝙ orãs pro rege Frãciæ habet centũ dies indulgẽtiarũ cõcessarũ Clemẽte, & decẽ ab Inno. IIII. ex quo laudãdũ est hoc: cũ ita dicebat esse faciẽdũ Baruch 1. ibi: Et orate ꝓ vita Nabuchodonosor regis Babylonis, & ꝓ uita Balthasar filij ei⁹, vt sint dies eorũ sicut dies cęli sup terra &c.

Habet multa iura & singularia priuilegia q̃ non habẽt alii principes: de quibus plenè p Io. Ferrauldũ in suo tract. de iuribus & priuilegiis regni Francorum: quæ cõsistunt in parte ex sacra vnctione cęlitus demissa, ex aurea flamma, quæ est vexillus regis, ex apertis miraculis quæ reges Franciæ faciunt ẽt ipsis viuẽtib. sanãdo ĩfirmos ex illa ĩfirmitate qua miraculosè tres reges q adorauerũt Christũ sanãt ĩ locis vbi uenerantur: & dixi in consuetud. nr̃is ducatus Burgun. in proœmio, in uerbo, du sainct empire. & p Io. de Selua in suo tra. de bñficio. in 2. par. in 22. q. 2. vbi scribit decẽ priuilegia regi Frãciæ cõcessa, & amplissimè de priuilegiis regis Frãciæ, ipsi soli specialiter cõcessis, & q̃ solus facere põt, scribit Iacob. Bonaudi in suo Panegyrico impresso vna cũ opere Io. de Terrarubea, vbi inter alia in 18. col. dicit ꝙ præcedit omnes alios reges Christianos.

Iõ nõ dẽt sequi Imperatorẽ, tãquã non eidẽ subditus: imò si cõuenirẽt simul, ambo lateraliter p̃gerent, s̃m qd̃ recitat al's audiuisse ita fuisse factũ Guido Papæ decisione sua 239. & prout refert Gaguinus lib. 10. c. 2. de Carolo Romanorũ Imperatore, & Carolo V. Frãcorũ rege simul trãseuntib. qui lateraliter p portã trãsiuerũt simul. Dicit tñ Gaguinus ĩ loco s̃. alleg. ꝙ rex Romanorum tunc à dextris sedebat & deambulabat, rex verò Franciæ à sinistris, sed sic est ꝙ q sedet à dextris est in digniori loco, vt ſ. dicam. Igitur vr̃ ꝙ Imperator in digniori loco.

Sed ad hoc potest dici, qd̃ de duobus contẽdentib. de paritate, qui p̃tẽdit maioritatẽ, nõ est magnũ incõueniens si simul deãbulãdo det dextra p̃tẽdenti maioritatẽ p illũ qui p̃tẽdit se esse æqualẽ: & ideo quia non solũ Imperator prætẽdit æqualitatẽ cũ rege Frãciæ imò maioritatẽ: & rex Franciæ p̃tẽdit cũ eo æqualitatẽ potestatis in suo regno, iõ nimirũ si p mittit qd̃ illi detur dextra simul deambulando.

Et aduerte etiam, qd̃ Imperator Sigismundus assistẽs in parlamẽto Parisiẽsi, anno Dñi 1415. die 15. mẽsis Ianuarii curia tacente creauit militem, quod ægrè tulit rex, & eius magnũ cõciliũ, sub silentio tñ præteriit, vt refert Enguerranus de Monstrelet in suis chronicis, vol. 1. c. 155. sed tamen sine ratione, cũ p̃dicta nõ arguãt superioritatẽ, nec præeminentiam, vltra potestatẽ regiam. Cum ẽt vnus ex parib. Franciæ si ibi tunc astitisset in absentia regis creare militẽ potuisset: cum creatio militis nõ importet collationem dignitatis, quia militia nõ est dignitas, vt notatur per d. meum Ias. in l. fin. C. de testamento militis. & dixi infra in 9. par. in 26. consid. ubi dixi, qd̃ militia non est dignitas, imò miles potest alium militẽ facere, vt dicit Bar. in l. 1. in x. col. ver. 4. infertur ibi: sed circa prædicta. C. de dignit. lib. 12. & vide Corsetum in tractatu de potestate regia. q. 80.

TRigesimaprima cõsi. Rex Frãciæ tãquã imperator in suo regno solus in tp̃alibus oĩb. tã laicis, q̃ clericis præesse dẽt. no. per Inn. in c. nouerunt. de sen. exco. Et ibi bñ dicit Pan. in c. cũ verum. in fi. de fo. cõp. ꝙ rex præfertur & præsidet quibuscunq; p̃latis feuda tenẽtibus ab eo, maximè rex noster Franciæ, eo qd̃ oleo sancto vnctus est, cœlitus demisso in p̃sona Clodouei regis Francorum primi Christiani medio Clotildis eius vxoris filiæ regis Burgun. imò in eo habet locum. c. solitę. de maior. & obe. de quo murmur ant plures cõtra principes huius seculi p̃cedentes episcopos & cardin. ab eis feuda tenentes.

Et sic est cõcło verissima, ꝙ ĩ suo regno oẽs quoscũq; p̃cedit, imò ẽt extra regnũ ĩ loco ĩdifferẽti oẽs quoscũq; hui⁹ mũdi reges Christiãos p̃cedit, cũ primus noĩetur inter reges Christianos enumeratos p doctores, ut per Albericum in rubrica, de statu hominum. Ant. Corse. in tra. de potestate Regia. q. 21. & 22. Boerium in suo tractatu, de authoritate & p̃eminentia sacri magni concilii, in prima parte. & dicit Bal. in §. fi. pen. col. de prohibita feudi aliena. per Federicum. quòd est super omnes reges. Et ita habetur in obseruantia Romæ, & ita fuit aliàs dictum per multos summos Pontifices, ꝙ legati regis Franciæ præcedere debeant omnes & quoscunq; alios legatos aliorum regum, etiam si sint legati regis Hispaniæ, qui catholicus dicitur, & meritò cum reges Franciæ Christianissimi dicantur ad instar Imperatoris, qui sic dr̃ epistola inter claras. Cod. de summa tri. & c. ecclesiæ meæ. 97. dis. imo etiam sanctissimus dicitur

dicitur. l. 3. ff. de natalib. restituend. Et hoc ex multis seruitijs sedi apostolicę impēsis, vt habetur in pluribus, & diuersis locis per Guaguinum, quæ potius laboriosum esset inuenire, quam subtile.

Et licet reges Franciæ fuerint inuictissimi pugiles pro ecclesia dei, ecclesiæ Christi, & libertatū, veri zelatores: tamen inter cæteros fuerunt duo.

Primus tempore Stephani Papæ fuit Pipinus, q̄ Gayfirū Aquitaniæ ducem, sacerdotū puentus sibi vsurpātē, & cōtra Astulphū Lōgobardorū regē: quē cū suo exercitu fudit, & dn̄ia p eū occupata in Italia eccl̄iæ Rom. cuius erant restituit, illiusq; tyrannidē deleuit. Et de eo ēt fuerat prophetizatū per Ioan. in Apoc. 14. c. vltra mediū. ibi: Et ecce nubē candentē, p quā s̄m Lyrā ibi intelligit regnū Franciæ moribus & fide præ cęteris candidatū, & super Pipinū Frāciæ regē habentē in capite suo coronā aureā, cum reges Frāciæ corona aurea coronent. Et in manu sua, i. potestate sua, falcē acutā, i. exercitū summè bellicosum, p quā Pipinus multas magnas habuit victorias, maximè p eccl̄a Rom. cōtra dictū Astulphū regē graui tributo Romanos p̄mentē. Et ēt Bononiā, & Romā diolā eccl̄æ Rom. dedit, vt refert Spe. in ti. de rescr. p̄senta. §. 9. ver. item q̄a obtentum, & insequendo tex. Apoc. de quo suprà, Et alius angelus, s. Papa Stephanus exiuit de tēplo, s. Rom. eccl̄æ clamans voce magna, i. deprecans ex magno affectu. ad sedentem sup nubē, i. super Pipinū regē. mitte falcē tuā, & mete, i. dirigendo tui exercitus potentiā cōtra Astulphū tyrannizantē, q̄a venit hora, vt metatur, i. ut eius tyrānis p tua potentiā tollatur, q̄m aruit messis, i. ipse Astulphus, & exercitus obdurati sunt ī iniq̄tate. & misit, qui sedebat super nubem falcē suā in terra, q̄m Pipinus valida manu intrauit, & messuit terrā, q̄a contra Astulphū viriliter pugnauit: & B. Petro reddere cōpulit quæcunq; sui iuris erant. Hæc ita interpretatus est dictum Apoc. Nicol. de Lyra in d. 14. c.

Et de retributione Pipini ponit Guag. in suis chr. lib. 3. c. 4. q̄m Stephanus eidem, & suæ posteritati benedixit, & eum qui temeritate aliqua aduersus Francos bella moueret, cōmunione Christiana interdixit.

Alius verò Carolus Magnus rex, in numerū sanctorū relatus, qui ecclesiā auxit, Adrianū, & Leonē IIII. summos pontifices ab omni tributo, & molestiā liberauit. c. Adrianus. & c. in synodo. 62. d. Et Impator factus est, eo quia imperium primò de Gręcia in Frācos translatum fuit, & deinde in Germanos: vbi adhuc s̄m gl. in c. ego Ludouicus in fi. 64. d. Et refert Arch. Florē. in sua sum. in 3. par. ti. 22. §. 14. & iuxta dictū Alex. maluit se disciplinis antecellere, q̄ opulētiis. Et quē ēt Io. in Apoc. 14. c. ecclesiam liberaturū præuidit, dum dicit: Et alius Angelus, s. Carolus Magnus exiuit de tēplo, s. Nouiomensi in quo fuit coronatus, habens & ipse falcem acutam, i. exercitū fortē, imò exercitu p̄ris sui Papini fortiorem. & alius angelus, s. Papa Adrianus exiuit de altari ad quod p missæ celebratione, vt vellet Deus ecclesiam protegere, venerat, & clamauit voce magna, i. affectu magno deprecās Carolū, vt ei ferret auxilium. mitte falcem tuam acutam, i. exercitus tui potentiam. & vindemia botros, i. Longobardos eorum auferendo potentiam q̄m maturæ sunt vuæ eius, i. Lōgobardi sunt destructione digni. Et misit angelus, s. Carolus Magnus falcem suam, i. exercitus potentiam, & vindemiauit vineam terræ, s. auferendo potentiam Longobar. de terra Italiæ. Et misit in lacum iræ dei magnum, quoniā Desideriū regem deduxit captiuum. Et calcatus est locus extra ciuitatem, quia regem cum vxore demisit in exilium extra terram suam. Et exiuit sanguis de corpore occisorum, s. ex multa Longobar. occisione, quæ terribilis fuit vsq; ad frena: quia ex sanguine occisorum freni militū Caroli fuerunt rubricati, vt in talibus bellis fieri solet per stadia mille sexcenta. Nam fama huius victoriæ Caroli fuit lōgè lateq; diffussa per quatuor orbis partes, vt ait de Lyra in d. c. 14. licet gl. in c. venerab. de elect. videatur quodāmodo dissonare ab huiusmodi declaratione, qua dr̄ imperium fuisse translatum de Græcis in Frācos, quia vr̄ dicere, q̄ trāslatum fuit de Græcis in Germanos: sed illud reprehendit Zabar. cum Carolus fuerit rex Frāciæ, & fuit Imperator ipse, & eius successores reges Francorum per annos centum tres, & amplius vsq; ad Astulphum: cuius tp̄e, cum ecclesia oppugnaretur à Berēgario tyranno, nec Astulphus succurreret, in subsidium vocauit Othonem ducem Saxoniæ, qui eum succurrit, & ob id per Leonem Papā VIII. constitutus fuit Imperator, & deinde remansit imperiū apud Germanos: sed, vt dicit, primò fuit translatum de Græcis in Francos in personam Caroli, qui dicebatur magnus, de cuius statura vide Vincen. in suo Spec. Historiali, lib. 15. c. 1. & de eius moribus & actibus eodē lib. in cap. seq. & p Guag. in suis chron. lib. 4. ca. 1. ubi plené, qui etiam feruore fidei Christianæ plurima templa extruxit, & quæ dirupta cognouit, mandauit per locorum sacerdotes restitui atque restaurari.

Quorū duorū exemplū imitati oēs ferè Francorū reges, qui secuti sunt magnis atque excellentissimis factis dignitatē fidei Christianæ, & religionis eiusdē cōseruarunt, atq; ampliauerunt: de quibus amplè p Io. Ferrault in suo tract. de iurib. regni Franciæ, quos plus laboriosum est discutere, quàm subtile.

Cum hic Carolus Magnus tantæ amplitudinis, & integritatis vir fuerit, vt postea neminē parem nedū superiorem Gallia habuerit. Inter alios mihi visum fuit illū non fuisse silentio prętereundū. Ex quibus simul collectis pōt indubitanter dici, q̄ rex Franciæ pp eius claritatē, & synceram fidei deuotionē inter oēs reges mundi est præferendus. Eo etiam quia regnum Franciæ unica ecclesię uniuersalis fuit, & est: de quo vaticinatum est Esa. 5. Vnica facta est dilecto meo in cornu filio olei: & sepiuit eā, & lapides elegit ex eā, & plantauit vineam electam, & ędificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in eā. de quo Io. de Terrarub. in suo tract. s̄. mētionato, & sc̄dm Lyram intelligitur regnum Francię esse nubem candidam, quam pręuidit Io. in Apoc. 14. c. cum sit moribus, & fide prę cęteris candidatum ac relucens. Et pōt ēt dici ciuitas illa quā pręuidit Io. in Apoc. 21. c. ubi ait, & vidi sanctam ciuitatem nouam descēdentem

tem de cęlo à Deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo, & audiui vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominib. & habitabit cum eis: & ipsi populus eius erũt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus.

Et ẽt quia regnũ Frãciæ sup cæteros obtinet, ꝙ sp reges iustitiã administrauerunt, & eam dilexerunt, & iniquitatẽ odio habuerunt, in fugando & eijciendo Iudęos, & sectas Iudæorum, & hæreticorum, ió vnxit eos Deus præ cõsortibus eorum: ex quo inter cæteros reges huius seculi prædominantur. Quoniã Christianiss. rex Frãcorũ inter cæteros quoscunq; reges oleo sancto cęlitus demisso in coronatione regis Clodouei primi Christiani regũ Frãcorũ ad instigationẽ Clotildis eius vxoris filiæ regis Burgũdorum inungitur, vt hr̃ in vita B. Remigij: cui in baptismo Clodouei fuit cęlitus demissa phiala, q̃ dr̃ ampulla plena oleo sancto p columbã. ex quo adhuc hodie reges Frãciæ vngunt̃, & sacrantur in coronatione; vt refert Guag. in suis chron. lib. j. q̃ adhuc est, in Abbatia S. Remigij, in ciuitate Rhemensi, & in qua solũ apparet oleũ tpe quo sunt coronãdi reges Frãcię: quo tpe oleum & non alio tempore apparet, vt est notoriũ in tota Gallia, & sic licet sint alii reges, qui vngantur, non tñ oleo cęlitus demisso. vt est rex Frãciæ, ideo præ cęteris preferendus est.

Et aduerte ꝙ sunt tm̃ quatuor reges q̃ vngũtur. s. Ierusolymitanus, Frãcorum, Anglorũ, & Siculorũ, vt hr̃ in libro cẽsuali Rom. eccl. ẽm Alb. de Ros. sup gl. rub. ff. de sta. ho. Alij aũt nõ nisi ex priuilegio, vel consuetudine hoc ius habẽt. per Hosti. & Goff. in sũ. de sacra vnctio. Arch. tñ in c. qm̃, x. di. dicit, ꝙ olim, & hodie principes vngebantur, & vngunt̃, p notata in d. c. j. de sacra vnct. Aluar. tñ in c. j. in tit. quis dicatur dux, marchio, comes in x. col. ver. qui reges vngantur, & qui nõ, in usib. feud. dicit. Imperator vngitur, & coronatur tribus coronis, & cæteri quatuor reges supra nominati. s. Ierosolymitanus, Frãcorum, Anglorum, & Siculorum, de quibus fit mentio in iure in pluribus locis maximè de rege Francorum, in locis ante allegatis. De rege vero Anglię, in c. nouit. de iud. & in c. non est, extra de sponsa. ubi etiam fit mentio de rege Britannię.

Cæteri uero nec ungũtur nec coronãtur. q quidem sunt Castellæ siue Hispaniæ qui hodie catholicus noiat: de quo fit mẽtio ĩ iure ĩ c. quãto. de iureiur. rex Legionis, Portugaliæ, Aragonũ, Nauarræ, de quibus ẽt fit mẽtio in c. ad nostram. de iureiu. & in d. c. quanto de rege Vincestriæ in subscriptione, c. j. de probatio. rex Daciæ, Boemiæ, rex Armeniæ, rex Cordubę, rex Cypri, rex Conachię, rex Numianię, rex Vichonię, rex Catholicus, rex Nauarchię, rex Colen, rex Mamię, rex Voloegamę, rex Maioricarũ, rex Minoricarum, rex Polonię, rex Scotię, & oẽs supradictos nominat Ant. Corse. in tracta. suo, de potestate regia. 14. q. & de rege Scotię fit mentio in c. clarissimus. de conuersio. coniug. & in c. uenerabilem. de elect. de rege Vngariæ, habetur in c. licet. & in c. nõ est dicendum, de voto, & uoti redemptio. & in c. intellecto de iureiu. & in c. j. de sacra unction. de rege Gothorum. 17. d. c. cõsilia. §. hinc ẽt de rege Apulię & Sicilię, hr̃ in c. ueritatis. de iureiu. de rege Scotię habetur in c. inter alia. extra de immun. eccle. & hęc dicit Iac. Aluar. in loco hic ante alleg.

Aduerte tñ, quia fuerũt alia regna, vt regnũ Burgundionum, vt refert Guag. in suis chron. lib. j. cum dicit Clodoueum regem desponsasse Clotildem, neptem Gondebaldi reges Burgundorum. & de his fit mentio in iure. in l. Lusitania. ff. de censib. in cano. si gens Anglorum. 56. d. & in c. uolumus. 11. q. 1. & Iac. Bergo. in suo supplem. lib. 8. ubi ponit initiũ regni Burgun. quod fuit in anno Domini post Christum 35. & etiam libro 9. ponit finem, qui fuit post Christum anno Domini 488.

Et ẽt est regnũ Iuetoti. de quo fit mentio p Guag. in suis chron. lib. 2. ubi ait. Fuit inter familiarissim. Clotarii aulicos, Gaitherus Iuetotus Caletus, agri Rhotomagen. apprimè nobilis, & qui regii cubicularii primus cultor esset. Hic p sua integritate de Clotario cum melius meliusq; in dies promereretur, reliqui aulici inuident, deprauãtes quodlibet ab eo gestũ. nec desistunt donec irritatũ illi Clotariũ pessimis susurris efficiũt. Quãobrẽ iurat rex se hominem necaturũ: pcepta Clotarii indignatione Galtherus pugnator illustris cedere regi irrito constituit. Igit̃ de relicta Frãcia in militiã aduersus religionis catholicę inimicos pergit ubi decẽ annos multis prospere gestis reb. ratus Clotarium simul cũ tpe mitiorem effectũ, Romã in primis ad Agapitum Põtificem se contulit: à quo ad Clotarium literis impetratis ad eum Suessione agentẽ, se ptinus cõfert ueneris die, quę parasceue dr̃, cogitans religiosam Christianis diẽ ad pietatẽ sibi profuturã. Verum literis pontificis exceptis cum Galtherũ Clotarius agnouit, uereri ita tanq̃ recenti liuore percitus, raptoq̃ proximo sibi equite, gladio, hoĩem statim interemit. Tam indignã insignis atq; innocẽtis hoĩs necẽ religioso loco & die ad Christi paſsionẽ recolendã celebri põtifex inęquanimiter ferẽs, cõfestim Clotariũ reprehẽdit, monetq́, iniquissimi facinoris rõnẽ hr̃e, se alioquin excõicationis sñiam subiturum. Agapiti monita reueritus rex, capto cũ prudentibus consilio Galtheri hæredes, & qui Iuetotum deinceps poſsiderẽt ab oĩ Francorũ regũ ditione atq; fide liberauit, liberosq́; prorsus fore suo syngrapho, & regni sceptris cõfirmat. Ex quo factũ est, ut eius pagi & terrę possessor regẽ se Iuetoti hactenus sine controuersia nominaret. Id autem anno Christianę gratiæ 536. gestum eẽ indubia fide inuenio. hæc Guag. in loco hic ante all.

Aliud ẽt ante fuit regnum Persarũ, de quo supra dicti nullam faciunt mentionẽ: de quo fit mentio in l. mercatores, C. de cõmerciis, & mercatorib. sed istud regnũ non est de his quę sunt sub registrõ Romanę curię, quod tñ aliquando fuit regnũ Burgun. cũ Burgũdi fuerint Christiani ante Gallos, & Francos p multos annos & ultra, cũ Galli effecti fuerint Christiani anno Domini 479. post Christũ, ut cõstat ex Iac. Bergomensi, lib. 9. quando ponit tẽpus quo baptizatus fuit Clodoueus post Christum, qui effectus fuit Christianus medio, & hortatu Clotildis eius

eius vxoris, filiæ Childerici regis Burgundorum, vt dicit ibi Iac. Bergomensis. Et de dicto regno Persarũ & pluribus aliis, vide Iac. Bonaudi in suo Panegyrico. 19. col. vsque ad 26.

Et vt plenius declarẽtur excellentiæ, claritates & præeminentiæ regis Francorũ q̃ oẽs alios antecellit, insequendo doctrinã Ioã. Ludo. Viualdi in suo opere regali. in tract. de laudib. ac triumphis triũ liliorũ Franciæ. & G. Bñd. in sua rep. c. Ray. in versi. duas habens vxores. à nu. 79. vsque ad numerum 126. de testamẽtis. Et recitat Enguerannus de Mõstrellet, q̃ anno Dñi 1420. cũ rex Franciæ, & rex Angliæ simul intrarent Parisiẽsem ciuitatẽ, rex Franciæ equitabat à dextris, & primus osculatus est reliquias sanctorũ. Et vide p eundem in j. vol. chronic. eiusdem, c. 232. in prin. Dico, q̃ claritas, nobilitas, & excellentia regũ Franciæ ex multis s̃ oẽs alios reges perpendi, & cognosci põt vltra superius dicta, maximẽ ex scuto cęlitus demisso, in quo plura cõprehendunt: qm̃ pseuerante vsq; ad hanc ætatẽ fama vulgo dr̃, q̃ olim reges Franciæ pro scuto tribus buffonibus vtebant, qđ tñ nõ erat sine misterio: & hoc credo fuisse, eo q̃a sicut de natura buffonis est in quacunque parte terrę sit semper se collocare in meliori, & pinguiori loco: ideo cũ rex Frãciæ ex vniuersali mũdo meliorẽ, pinguiorẽ, & vtiliorẽ terrã teneat, & habeat, iõ insequẽdo naturã buffonis p armis assumpserant reges Franciæ ante Christianitatem tres buffones, habendo respectũ ad ea, q̃ magis naturaliter cõformabant circa eius naturã in aliquib. Nunc verò tpe Christianitatis, & à tpe quo reges Frãciæ effecti fuerũt Christiani mutata est natura, q̃a isequẽdũ est id qđ tẽdit ad finẽ, & effectũ illius Christianitatis, cuius nomẽ, fidẽ, & protectionẽ assumpsit: qđ Deus aduertẽs, & volens illi prouidere fm quod decens erat, postquã Clodoueus Christianus effectus fuit, demissum fuit ei è cœlo scutũ, id qđ reges Frãciæ nũc gestãt, cõtinẽs tria lilia aurea q̃b. subest cœli sereni color, quẽ asuri Franci dicunt: in quo sunt quatuor cõsideranda.

Primò quòd in scuto lilia depinguntur.

Secundò, quòd depinguntur aurea.

Tertiò, quòd in numero ternario.

Quartò, quòd in campo coloris sapphiri extenduntur.

Quo ad primum dicendum est, q̃ lilia fuerunt à superis multiplici ratione regibus Francis data.

Primò, quia sicut lilium plerunq; de spinis orit̃, inter spinas morat̃, & quanto magis spinis pungitur tanto vehementius odor eius sentit̃: sic Francorum reges licet à spinis, & infidelib. originem duxerunt, vsq; ad tpa p̃fati Clodouei, qui quatuor reges prædecessores habuit infideles, videlicet Pharamundũ, Clodionẽ, Meroueum, & Childericum dicti Clodouei patrem, nihilominus postq̃ nomen Christi Francis innotuit, tam reuerẽntem candorem, & odorem illibatæ fidei retinuerunt, vt nil eis dulcius, nil clarius, quam gloriam Christianæ gentis extollere.

Secundò, quia lilium plantam habet rectã, q̃ ad vnam partem nõ inclinat nec ad aliã, sed recto tramite tendit ad alta. In quo rectitudo bonorũ operum figurat̃, iuxta illud: Iustus germinabit sicut lilium, & florebit in ęternũ ante dñm. Sic rex animi magnitudinẽ habere debet, cum nihil honorabilius existat in regia maiestate, q̃ rectitudo voluntatis, sicut p oppositũ nihil execrabilius in eo, q̃ simulatio, aut duplicitas, vt supra dixi in prin. huius partis. Ideo pristini Frãcorũ reges duplicitatis vitia nimiũ horrẽtes semper cũ animi rectitudine ac cordis integritate seipsos ecclĩæ obseq̃o p̃buerũt: sicut Pipinus p Stephano antistite cõtra Astulphũ, & Carol⁹ Magnus p Adriano cõtra Desideriũ Lõgobardorũ regẽ, vt s̃. dixi hac consideratione, ubi de his duobus regibus dixi.

Tertio, q̃a inter lilia quiescere, & cõuersari Xp̃s plurimũ delectat̃. Vñ in canticis canticorũ, liliũ ipse qui sapientia diuina est, se nominat. Ego (inquit) flos cãpi, & liliũ cõualliũ, ita q̃ spiritus sanctus in persona ecclesiæ cãticorũ 2. ait, Dilectus meus, s. Xp̃s mihi, & ego illi qui pascit̃ inter lilia. Et iterũ: Dilectus meus descẽdit in hortũ suũ, ut ibi pascat̃, & lilia colligat. Amat. n. ualde Christus, & delectat̃ liliis. i. p̃sonis puris, & mundis à peccato: quia cũ sit summa puritas, & mentes puras diligit: sic reges Christianissimi semper delectati fuerunt in liliis. i. secum habere & amare personas doctas, & puras & mundas ab omni peccato, & vitio, ueritatem sequentes.

Quartò, quia lilium sui natura, teste Plin. lib. 21. c. 5. est nobilissimũ, quo nulla florũ excelsitas maior. Cuius flos languido semper collo, quasi inclinãs, & nõ sufficiẽs capitis oneri, fragrat odore acutissimo.

Et ẽt Chr̃s sedẽs à dextris virtutis dei in excelsis, cui data est oĩs potestas in cęlo, & in terra. Tãtò melior angelis effectus, quanto differẽtius præ illis nomẽ hr̃ditauit, vt apost. ad Heb. j. Qui tanq̃ fons humilitatis cęlos inclinauit, descẽdens ĩ utero virginis: humiliauitq; semetipsum fact⁹ obediẽs vsq; ad mortẽ. teste Apost. ad Phil. 1. & tandẽ inclinato capite tradidit spiritũ. Ioan. 19. Cuius fragrantia aliis est odor vitæ in uitam, alijs verò odor mortis in mortem.

Sic rex Franciæ cum sit Chr̃s, s. oleo sacro diuinitus emisso unct⁹, & sacrat⁹, oĩbusq; celsior atq; maior, ex quo uocat̃ Chr̃ianiss. sicut liliũ ĩ se hr̃e dẽt humilitatẽ, & ad audiẽdũ singula caput ĩclinatũ, nihil de seipso p̃sumẽs: & odoris suauitatẽ p bona & sancta opa, ex q̃b⁹ bona resultat fama ĩ suauitatẽ odoris, & nõ exẽplũ cuiusquã sceleris. Quia cãdidũ, & nitidũ semp stat liliũ. Vñ legit̃ Exo. 25. Qđ ĩ cãdelabro tabernaculi erãt lilia ex ipso pẽdẽtia, denotãs cãdelabrũ Frãciæ, s. regẽ hr̃e debere cogitata verba, & opera pura, & cãdida tanq̃ lilia: qm̃ uirtutes sunt cãdidę, & lucidę, pc̃tã uero, & uitia nigra sũt, & obscura.

Quintò, lilia in scuto regis nostri Christianiss. sũt apposita, quia lilium multas habet uirtutes. Nã uirtute suæ naturæ, radix eius secundum Physicos ualet contra duriciẽ splenis, & neruorum, maximè sub prunis cocta, & cũ oleo roseo trita usturas sanat, & uulnera cicatrizat, & cõfert adustioni aquæ calidę, cũ sit exiccatiua, mollitiua, abstersiua, & consolidat. Valetq; liliũ ĩcisionib⁹ neruorũ, & splenis apostemata maturat: &, ut omnes testãtur, liliũ tumores resoluit, ulcera abstergit, dolores mitigat, uenena depellit, pũcturis cõfert, & succus eius cũ melle decoctus

ueteribus vlcerib. medet. Sic rex noster Christianis. (quasi virtute leuitatis liliorũ ꝓuocatus) vltra modũ horrere debet tumorem arrogãtiæ, discordiæ, iactãtiæ, inanis glæ. Apostemata luxuriç purgare, vstu ras auaritiæ, & uenena inuidiæ sanare. Et tandẽ oẽs morbidas reipublicę ęgritudines correctione, & (cũ opus fuerit) punitione malorũ salubriter curare. Et insuper totũ se cõferat ad regias virtutes, ad pietatẽ, clemẽtiã, misericordiã, mãsuetudinẽ, humilitatem, modestiã, dilectionẽ, & beneuolentiã: q̃ ꝓciosa sunt monilia regię maiestatis, ut s̃. hac par. in 6. cõsid. dictum est. Et quemadmodum liliũ (ut dixi) cum oleo roseo tritũ vsturas sanat, ita misit deus liliũ cũ oleo, vt dictũ est, ad denotandũ reges Frãciæ habere potestatẽ sanãdi usturas, prout faciunt: qm̃, ut uidemus, notoriè ipsi sanãt quasdã vsturas, q̃ in vulgari nr̃o dicuntur les escruelles, vel aliàs morbus regius.

Sexto, vt dicunt dicti Io. Lud. Viualdus & G. Bñdicti in locis antè alleg. in scuto dicti regis sunt lilia, qa lilij oleũ est resolutiuũ, & aperitiuũ: conuenit ẽt dolori capitis, & destillatũ in aurẽ sedat eius dolorẽ. Sic rex Christianiss. in aperto esse dẽt, & copiã sui facere, aures apertas semper habere, & singulos audire, vt de oĩbus informet, & singulis prouidere possit, ne assistentes eidem faciliter eũ decipiant proprijs commodis inhiantes in reipublicæ destructionẽ. Et ẽt si non audiatur populus, vr̃ ei fieri iniuria, & missorũ officialiũ autoritas vilesceret. Vnde imperator in l. 2. C. de offi. vic. Relationes (inquit) oĩum, ꝑsertim officiariorũ libenter audimus, ne ad ministratorũ decrescere videatur autoritas, si eorũ consulta veluti prophanorũ ꝓces à nostris aditis re pellamus. Hodie tñ multi principes susurronibus & detractoribus aures ꝓbẽt, ab eisq; domesticis suis tenentur inclusi, & excæcati, vt nihil veritatis, & eorũ q̃ prauè geruntur sciant; & ipsi interim bona hauriant, & substantiã, & interdũ ꝑsonas subditorũ ꝑdant: qđ aliàs cõtigit in hoc regno Frãcię tpe Theodorici regis Franciæ, vt refert Guag. lib. 3. cap. 4. de Francorum gestis.

Septimo lilia in scuto regis figurant, qa liliũ sua virtute saniem, & immunditiã purgat. Quo demonstrat ꝙ ad regẽ ꝑtinet immũditias, & labes hęresum & saniẽ hr̃ticorũ, ac ꝑuersã infideliũ dogmata ab ecclã dei diligẽter abstergere, & repellere. Quia hæresis fundamẽtũ oĩum bonorũ subuertit, & plus cæteris peccatis nocet ecclæ Dei. Estq; oĩum peccatorũ grauissimũ, ut ait Tho. 4. sent. d. 13. q. 22. ꝑ totũ. facit tex. in l. Manichæos. & in auth. Gazaros. C. de hęreticis. & inde est ꝙ hæretica prauitas appellat. Huius zelo accẽsus fuit Carolus Magnus qui Barbaras gẽtes, Saxones, Hispanos, Longob. cæterosq; populos, qui falsos ritus sequebãt, in ꝑtãtem subegit.

Et ẽt Philippus tertius Frãcorũ rex, q. Petro Aragonũ regi bellũ intulit, eo ꝙ uariis errorib. fauerat: ut refert G. Bñdicti in loco ante citato. nu. 83.

Octauo Frãcorũ regi lilia data sunt, quia liliũ suę naturæ virtute morsum serpẽtis, & similiter eius folia uexationẽ serpẽtũ curãt eiusq; radices, vt Plin. attestat d. lib. 21. c. 19. ualẽt cõtra serpẽtũ ictus. Et ſm Auicẽ. liliũ cõfert pũcturę uermiũ uenenosorũ atq; scorpionis. Pręterea semẽ eius (ut inquit Dioscor.) potui datũ ad serpẽtũ morsus facit. Iõ, ut enarrat G. Bñdicti, Reges Frãcorũ ter religionem Christianã à morsu Machometi serpẽtis uenenosi sanauerũt, & restaurauerũt: & his tpib. videmus nostrã fidẽ, & religionẽ Christianã sanatã esse à morsu pestiferi serpẽtis Lutheri, qui infinitas hr̃ses in fide Christiana seminauit, q̃ fuerũt extirpatę à rege nr̃o Francisco Christianiss. qui nõ cessat insudare, ut Clemẽs summus pontifex à sua sede eiectus restituat, q̃ Carolus Borbonius dux exercitus Caroli Austriaci electi in impatorẽ in urbe obsederat hoc anno Dñi 1527. die 6. Maij, in qua obsidione ipse Carolus Borbonius interfectus fuit, qa Deus iniustas semp ulciscit iras. Ipsa uero Roma ab Hispanis, & Alamanis tũc depopulata fuit, & ipe Clemẽs captiuꝰ extitit, cũ maximo dolore Christianitatis, maximè Gallicanę, qđ rex noster Christianiss. ęgre ferẽs, mortuꝰ pia deuotione, & pro honore sanctę sedis Apost. (quã semp reges Frãcię uenerati sunt, & defensarũt) aduersus illius hostes misit copiosum exercitũ Frãcorũ in Italiã, ut summus Pon. in sua sede reponeret, expellereturq; dicti hostes ab urbe (in qua captiuabat Papa) & à tota Romania saltẽ terris sedi Apostolicę subditis.

Secũdo in scuto regis lilia figurantur aurea, & nõ argentea uel alterius metalli, quibus denotant octo pulchra documenta ipsis legib. necessaria, ꝓp octo singulares naturas, & effectus auri, qđ est metallum excellentius oĩbus aliis. ut j̃. dicam in ult. par. in 15 consid. Et ad istud propositũ videatur. G. Bñdicti in dicto loco, nu. 100. usq; ad numerũ 107. ubi dicit, ꝙ primò aurũ est coloris optimi, & puritatẽ quandã ac fulgorẽ eximiũ prę cęteris metallis habet, & inde dr̃ aurũ ab aura, i. splẽdore, ut ait Isido. lib. etymologiarũ 16. c. 17. ꝙ repercusso aere plus fulgeat. Naturale. n. est ut splendor metallorũ plus fulgeat luce alia repercussus. Vel à similitudine coloris auroræ nomẽ traxisse putãt. Et aurũ in corporib. est sicut sol inter stellas. Sol ãt dr̃ dñs stellarũ, & lumẽ earũ, ut dixi j̃. in ult. par. in 8. consi. Sic aurũ est rex corporalium rerũ, & mensura oĩum. Ex hoc auro prouocat rex Christianiss. ad sapientiã acquirendã, q̃ aurò purior est, & splendidior. Imo omne aurũ in comparatione illius arena est exigua, & tãquam lutum æstimabit argentũ in cõspectu illius. Sap. 7. Comparat em̃ auro sapientia ratione puritatis, & splendoris in cõspectu ęterni iudicis. ut dicit ibi G. Bñ. & Cęlius lib. antiq. lect. 4. c. 24. Et aurũ ꝓ uiris sanctitatis claritate fulgentib. accipit, ut in c. multi in fi. de poenten. dist. 2. & pro sapientia, ut in c. principium. loc præallegato: quę sapientia est regi necessaria, ut hic ante scripsi in x. consid. quæ uiguit in multis regib. Francię, ut ibi declarat G. Benedicti.

Secundo aurũ habet ꝓprietatẽ lętificãdi, q̃ non habet aurum ꝑ alchimiam sophisticatum, ſm Tho. Vnde limitatura auri, ut dicit Auicẽna, ingreditur medicinas melancholię, & alopecię. Et confert doloribus cordis, ac tremori ipsius. Necnon timori animę, & data cum succo boraginis auxiliat sincopizantibus

zantibus. Ex quo instruitur rex Christianiss. ꝙ gaudens sit & lætus; q̃a animi lætitia interdum dolores corporis mitigat. Tristitia vero humanæ vitæ æmula est, & passio mortifera: iuxta illud Prouerb. 17. animus gaudens floridam ætatem facit, spiritus tristis desiccat ossa.

Tertiò, q̃a verũ aurũ pōderositatẽ habet, & soliditatẽ: ideo dicit Arnal. de Villanoua. ĩ lib. de vino. Vinũ extinctionis auri sua soliditate confortat. Et in li. de natura rerũ dr̃, ꝙ in duplo pōderosius est argēto, ære, aut stanno, habetq; ex sua soliditate puritatẽ, & generositatem sup oĩa metalla: ideo est preciosius, durabilius, tractabilius, omni tpe fulgens, recreans visum, & cæteros sensus. Ex quo regi Franciæ datʳ salubre documentum, ut tanq̃ aureus sit solidus, maturus, secretus & grauis in discutiēdis rerum causis, ne leuitate, aut furore ductus, feratur in præceps.

Quartò, q̃a aurũ ẜm Physicos tēperatius est omni metallo, vnde virtutes habet mirabiles confortandi cor, stomachum, & cæteros sensus, vt dicit Arnal. de Villanoua, in loco hic ante citato. Nō ꝙ incorporetʳ, aut mēbra nutriat, sed q̃a alternatiua virtute corpus immutat: & ideo cōfortat, q̃a asperitate sua detergit superflua. Licet. n. aurũ calidæ sit naturæ, vt medici dicũt, tñ eius caliditas est modici excessus, ob quod nō locatʳ ĩ gradu; licet alii locēt. Sic rex Christianiss. quasi aurũ erit tēperatus, calidus quidē ꝑ amorem charitatis, & dilectionis erga subditos, exēplo Moysi, q̃ Exo. 32. Aut (inquit) dimitte eis hanc noxã, aut si nō facis, dele me de libro tuo quē scripsisti. Similiter Apost. ad Rom. 11. loquens, Optabã ego anathema esse ꝓ fratrib. meis. Et hic syncerus amor erga subditos multũ ꝓfuit Romanis, vt hic ante, in 14. consideratione scripsi. & præ oculis debent illud habere principes: qm̃, vt ait Sene. Si vis amari, ama, q̃a ita decet uiuere principē, vt à subditis diligatʳ, & sic suos diligat, vt ꝓ ipsis etiã mori non timeat. Sicut Codrus Atheniensiũ rex, ꝓ uictoria populi sui seipsum morti tradidit, vt recitat Val. Max. lib. 5. ti. de pietate erga patriã. Sic et Christus ꝓ salute populi sui occisus fuit, & passus est, vt hr̃ 1. Pet. 2. vnde princeps ita agēdo, à suis mirum in modum diligitur.

Nam dux, vt dicere solebat Cæsar, qui nō laborat, vt militib. charus sit, milites amare nescit. Legitur de Alexādro Magno, q̃ vidēs militē Macedonē p̃ nimia senectute frigore stupefactũ, de sede sublimi descendit, & suis manib. eũ in sedē posuit, & eo modo fecit, vt à suis diligeretʳ. Aliàs princeps qui à suis nō diligitur, tanq̃ tyrannus dñatur, nec securitate vbi est, fruetur. Sicut de Diony. tyranno legitʳ, cui cũ corpus suũ iuberet à multis militib. custodiri, Plato dicit, quod inquit malũ fecisti, vt à tot militib. custodiri habeas? Quapropter dicit Claudia. Non sic excubiæ, nō circunstantia tela, Quem tutatʳ amor. Hoc est, qui amatʳ non indiget custodia. Ob id dicere solebat. Traianus Rom. imperator. Talem priuatis imperatorem esse oportet, quales priuatos sibi optat habere. Hæc inter cætera fecit nedũ viros, sed & fœminas gl̃a pollere, regnisq; potiri, vt de Amazonibus, lib. 3. de gestis antiquis refert Diodo. dicens eas oĩum subditorum beneuolētiã iusto æquoq; impio adeptas. Quib. sententiis datʳ intelligi, quòd tota pastoralis cura, amore vere dilectionis ornari dēt. Cui vigilãtia incũbit ad subditorum utilitatem, & cōsolationē. iuxta illud Ouid.

Regia crede mihi res est succurrere lapsis.

Regũ profecto est oĩb. ꝓdesse, nulli nocere: qđ in beluis clare monstratur, qm̃ sic viuunt apes, ꝙ rege amisso totũ dilabitur examē. Et cũ sint aĩalia iracundissima, ac pro corporis captu pugnacissima, q̃ aculeos in vulnere relinquũt: rex tñ apum aculeo caret, aut saltē eo nō vtitur, teste Plin. lib. 9. c. 16. Nec voluit illũ natura sæuũ esse, à quo telũ detraxit, sed maiestate armatũ: quod regibus, & principibus dignũ exemplum est, vt & ipsi ab exiguis animalibus discãt turbas populorum siue aculeo seueritatis in debitũ finem dirigere, & tunc velutʳ aurea lilia, aureæ veræ charitatis erunt radiantes.

Quintò, vt ait idē G. Bñ. post Io. Ludo. Viualdum aurũ sub malle onō resistit, vt ferrũ: nec frangitur, vt vas terreũ: nec resonat, vt cymbalũ: sed si malleo ꝑcutiatur cedit, & in oēm partē dilatatʳ. Et sicut in lib. de rerũ natura dr̃, licet aurũ sit gratiosissimũ sup omnia metalla, nihilominꝰ ē maximè ductibile, & tractabile. Ex quo plura documēta regi Christianiss. ostēduntur patientiæ, hilaritatis, constantiæ, & fortitudinis, quæ debent vigere in principe, vt hic ante de pluribus huiusmodi qualitatibus dictum est.

Sextò, quia verũ aurũ diutius, & durabilius ĩ sua ꝑatione ꝑmanet, q̃ aurũ sophisticatũ teste B. Tho. qm̃ aurũ sophisticatũ nō habet aliquas virtutes, de quibus hic ante: vt dicit Arnal. de Villanoua in loco s̃. all. &, vt ait G. Bñd. aurũ cunctis corporibus nobilius est, rex eorũ ac dñs. Quia nec terra, nec aqua, nec aere, nec igne corrũpitur aut minuitʳ, sed ignis rectificat illud & humectat, nec id comburunt sulphura, q̃ alia cōburũt corpora. Natura quippe eius, & cōplexio recta est, ita ꝙ in eo nō est additio neq; dimitio. Et iterũ, aurũ in igne positũ non combüritʳ, sed ꝓbatur, & purgatʳ. Nec aurũ rubigo vlla, nec erugo eius bonitatē cōsumit, pōdus ve minuit. Ex cuius auri ꝓprietate aĩari debet rex Christianiss. ad pseuerantiã diuinæ legis. Quia hæc uirtus sola. s. perseuerãtia meretur coronam, estq; vnica æterni regis filia, ac cũctarum virtutũ finis, sine qua Deum nemo videbit. Natura. n. (teste Val. lib. 3. ti. de constantia, in prin.) sic cōparatũ est, vt quisquis se aliquid ordine ac recte mente complexũ cōfidit, vel iam gestũ si obtrectetur acriter tueatur, vel nondum editum si interpelletur sine vlla conctatione ad effectũ ꝑducat, ꝑfecto in vanũ bonũ agitur ẜm Greg. in moralib. si añ vitæ terminũ deseratur. Et frustra velociter currit, qui prius quã ad metas venerit deficit: vt repetitʳ in c. incassum de pœn. d. 3. Tolle pseuerantiã, ait Bern. nec obsequium mercedē habet, nec beneficiũ gr̃am, nec laudem fortitudo: deniq; non qui incœperit, sed qui vsque in finē perseuerauerit, hic saluus erit: vt habetʳ. Mat. 10. & 24. & recitatur in c. non reuertebantur c. notandum. & c. apost. de pœn. dist. 2. quemadmodũ inclyti Frãcorũ reges fecere, qui à Clodoueo primo Francorum rege catholico nunq̃ in fide defecerunt,

vnde Christianissimi nuncupantur.

Septimò, verũ aurũ cæteris metallis est p̃ciosius, virtutẽ habẽs conseruatiuam, nec vnq̃ putrescit, sed putrida resoluit, & corrigit adeo, ꝙ ſm Auicẽnam, Cauterium melius, & velocius sanabile, quod fit ex auro, nec vulnus ex auro factũ corrũpitur in tumores, imò vsturæ factæ ex aureo instr̃o meliores sunt, q̃ ex alio metallo, quia non cauterizantur nec erisipilant. Et dicit Arnal. de Villanoua in d. trac. de vino, c. inc. vinum extinctionis &c. ꝙ scissura facta cũ eo, nõ tumescit: & pp suam perennitatẽ est quasi stella cœli, q̃m ipsum est impassibile. Et, vt ibi ait, aurũ est res archana perfectissima tẽperamẽto ęquali compositũ mirabili proportione elementariũ virtutum, cui de compositis nõ est simile, & iuuentutẽ conseruat, & virtutes mineraliũ perseuerare facit in earũ operationibus. Et multi modernorũ (eodẽ teste) de nobilioribus, maximè prælatis, faciunt bullire petias auri in coquina eorum. Et alij recipiunt in pannellis cũ electuarijs, & alij in limatura, sicut in confectione q̃ dr̃ diacameron, in quam intrat vtraq; auri, s. & argẽti limatura. Et quidã vtuntur tenendo frustum auri in ore, & saliuam deglutiẽdo. Et quidam alij cõuertunt in aquam potabilẽ, & faciunt aurũ potabile, & sufficit modica quãtitas in vice, & in anno, & est cõseruatiuum sanitatis, & prolongatiuũ vitæ. Et ex hac dignitate auri incitatur rex Christianiss. ad veram humilitatẽ, q̃ virtus est aurea, cæterarũ virtutũ conseruatiua, teste Hier. in epist. ad Celantiam, vbi humilitas, inquit, est præcipua conseruatrix, & quasi quidã custos virtutũ oĩum. Nihilq; ita est qd̃ nos hoib. gratos esse Deo faciat, q̃ si vitæ merito magni humilitate infimi simus. Et Isid. li. 3. c. 49. Qui rectè vtitur regni potestate, ita se p̃stare oĩbus dẽt, vt quanto magis honoris celsitudine claret, tãtò semetipsum mẽte humiliet: q̃m fundm̃ glæ est humilitas, vt in j. par. in 52. cõsid. scripsi. Et hoc patet exẽplo Dauid, qui de suis meritis nõ tumuit, sed humiliter se deijciẽs dicit: Vilis incedã, & vilior apparebo ante Deum.

Octauò, & vltimò, aureis lilijs ideo decoratur scutũ regis Frãciæ, qa verũ aurũ fistulas, & hæmorrhoidas sanat, vlcera putrida, & tetri odoris emẽdat, corporiq; humano maximè congruit. Ita ꝙ in cibo sumptum, iuuat multũ, ac vinũ in quo extinctæ fuerint laminæ aureæ candentes spleneticos iuuat: vt hic ante dixi ex dictis Arnal. de Villanoua. Hæc profectò virtus medicinalis auri prouocat regẽ Christianiss. ad iustitiæ amplexũ, q̃ virtus sola magna est, & mater omnium, quos magnos facit. Est. n. iustitia virtus confortatiua, & corroboratiua, q̃ sui splẽdore reges, & regias sedes magnificat. Quib. dictũ est Sap. 1. Diligite iustitiã qui iudicatis terrã. vñ Hiero. inquit. Iustitia quasi aurea virtus curatiua est morbidarũ ægritudinum: qa puniẽdo tollit scelera, & peccata, atq; putridas carnes, & scabrosas curãdo abradit. Et quõ ex iustitia principes laudant, dixi hic ante in 5. cõsid. Faciunt q̃ dicit G. Bñd. in loco hic ante dicto: vbi ait ꝙ rex Frãcorũ de seipso & alijs ita fecit, & dilexit iustitiã, & odiuit iniquitatẽ, vnxit eũ Deus oleo lætitiæ præ consortibus suis. Ad quorũ differentiã nomen Christianissimũ adeptus: ita, ꝙ pp veritatẽ, & mãsuetudinẽ, & iustitiã deduxit eũ mirabiliter dextera sua. Cuius sedes in seculũ seculi virga directionis virga regni sui, Ps. 44. dixi in antedicta conside.

Tertiò principaliter in scuto Frãcorũ regũ aurea lilia in ternario numero & nõ maiori nec minori figurant. Habet. n. hic numerus rõnẽ totalitatis: puta principiũ, mediũ, & finẽ. Nã secundum chronicas ẽt gentiles in eorũ cultu diuino vtebantur numero ternario ad sacrificationes deorũ: vt hr̃ lib. j. de cœlo & mundo. super quo B. Tho. in cõm. Sicut (inquit) natura p̃ficit oĩa in ternario numero, ita gẽtiles q̃ diuinũ instituerũt cultũ volẽtes Deo tribuere omne qd̃ perfectũ est, attribuunt ei ternariũ numerũ in sacrificijs, & laudib. ipsorũ. Legimus p̃terea in scripturis sanctis numerũ ternariũ multipliciter cõsecratũ, eò ꝙ opera mirabiliora Dei ĩ eo facta & ordinata sunt. Vnde si mysterio triũ liliorũ regis Christianiss. explorare q̃s conet̃, tãto magis exuberabit ratio differẽdi, q̃to plura mysteria in ternario numero elucescũt.

In primis ergo redolentia lilia q̃ in scuto regis figurant̃, odoramẽta catholicæ fidei in beatissima trinitate afferũt, s. ꝙ pr̃i in diuinis attribuitur potẽtia; filio sapientia, & Spiritui sancto clementia. Quę tria attributa sicut sanctissimã trinitatẽ ornant, ita regiã maiestatẽ magnificãt. Quæ sacratissimæ trinitati debet pro viribus conformari, s. vt sit rex primo clarus potentia patris ad tyrannos debellandũ, & barbaras gentes ac Turcorũ perfidiam extinguendũ. Secundo conuenit, vt ornatus existat sapientia filii in discutiẽdis rerum causis. Tertio ꝙ sit clementia plenus, quæ quanto in eo maior fuerit, tanto in cõspectu Dei, & hominũ mirabilior, & gratior apparebit.

Secũdo, vt ait G. Bñd. principaliter tria lilia q̃ in scuto regis figurantur, tres substãtias in p̃sona Christi denotant. Sicut. n. in diuinis est trinitas p̃sonarũ in essentiæ unitate, ita in Xp̃i p̃sona ẽ trinitas essẽtiarũ seu naturarũ in vnitate p̃sonæ, deitas, s. aĩa, & caro: & sicut in diuinis p diuersas p̃sonas nõ distinguitur esse: sic in Christo p diuersas naturas nõ distinguitur p̃sona. Pariter tria lilia tres Christi natiuitates ostendunt. Prima dr̃, q̃a æternaliter nascitur ex pr̃e, secũda qa nascitur tp̃aliter ex matre, tertia, quia in mẽte nascit̃ sp̃ũaliter: licet ista bene conueniãt Christo, tñ nihil faciunt ad propositũ, ad denotandũ aliquid in rege ex eius natiuitate. Sed dici posset, ꝙ sicut hæc trinitas essentiarũ est in Christo, ita trinitas pręceptorũ iuris debet esse in principe, p iustitiæ administratione, & cõplemento, ꝓut tria iuris sunt præcepta, s. honeste uiuere, alterum nõ lædere, & ius suum unicuiq; tribuere, quæ oĩa debent esse in principe, de q̃bus in ult. par. in 36. consi. dixi. Aut al̃r per illa tria lilia significatur. s. per medium fides Christiana, per dextrum clericatus, & per sinistrum militia.

Tertio, tria lilia tres potẽtias animæ rõnalis, q̃ ad imaginem dei creata est l. si quis metallum. C. de pęnis. patẽter ostẽdũt. Nã sicut Deus est unus in essentia, & trinus in p̃sonis, sic ẽt aĩa rationalis est una in essentia, & trina in potentia. Quia habet in se memoriã, intellectũ, & uoluntatẽ. Memoria q̃ dẽ repræsentat

tat patrem, intelligentia filium, & voluntas Spiritũ ſanctum. Sed hæc in nihilo adaptari poſſunt armis regis, ſed attribui deberẽt tribus modis regendi rẽpub. qui debent eſſe in rege noſtro, vt verè ſunt in ſe & in ſuo regno: de quibus infra in vlt. par. in 55. cõſid. ſcripſi, & quis illorum ſit excellentior.

Quartò, tria lilia ĩ ſcuto regis poſita, tres angelorum hierarchias ſignificãt, in quarũ ſingulis tres ordines inueniuntur: de quibus añ in 3. part. & p Iſid. lib. 7. Etimolog. c. 5. & in lib. de ſum. bono. c. 12.

Quintò, tria lilia in ſcuto regis depicta, tres virtutes theologales, fidem ſcilicet, ſpem, & charitatem ſignificant, quæ tres virtutes debẽt eſſe in principe. & aliæ virtutes ex his denotantur in principe: de quibus per G. Bened. in loco ſupra ſæpè all.

Sextò, vt dicit, tria lilia ĩ ipſo ſcuto regis ordinata ad tria opera verę pœnitentiæ nos ire compellũt, videlicet ad contritionem, cõfeſſionem, & ſatisfactionem: ſed cum parum quadrent, non inſiſto.

Septimò, vt ait Bñdicti, tria lilia regẽ Chriſtianiſs. ad tria ſalutifera concilia, in quibus conſiſtit omnis perfectio Chriſtianæ religionis excitãt, vt ibi per eũ.

Octauo, tria lilia ĩ ſcuto regis diuinitus ordinata tres denotãt vnitates, quæ neceſſario requirunt ad cõſeruandã veræ Chriſtianæ religionis dignitatẽ, & habẽdam bonorum morum honeſtatem: de quibus Apoſt. ad Eph. 4. Vnus dñs, una fides, unũ baptiſma. Hæc tria ſunt quæ verum perhibent teſtimoniũ de excellẽtia fidei Catholicæ: vnde ſunt laudabilia oĩa Catholicæ fidei opera, quæ Rex explere debet, pro ſuæ dignitatis ac totius religionis Chriſtianorũ ſalute, nullum maius, nullũ honorabilius, nullũ deniq; gratius deo offerri poteſt, quã barbaras gẽtes, & Turcorum perfidiã, cęterosq; populos qui falſos ritus ac deos colunt alienos expurgare, atq; in frena ſubmittere, ſub Chriſti fide, prout talia ſãcta exercitia apud Francorum reges ſemper floruerũt. Ex hoc ternario numero ampliſſimè laudãtur inſignia regis Frãcię p Io. Lud. Viualdum in trã. de triumphis ac laude triũ liliorum Franciæ. vbi laudat numerum ternariũ in pluribus, & aliquid ſcripſi ĩfra in vlt. par. in 37. cõſi.

Quarto principaliter & vltimo, lilia aurea ponũt in ſcuto regis Chriſtianiſs. ſapphirino, i. colore ſapphiri (qui ſimilis eſt ſereno cœlo) conuenientiſſimè depicta, multiplici ratione.

Primo, quia cũ rex ſit paranymph⁹ eccleſię Chriſti, cuius officiũ eſt & ſemp fuit à tẽpore Clodouei primi inter Frãcorũ reges Chriſtiani adaugere cultũ diuinũ, ac gloriam Chriſtianæ religionis extollere & magnificare: decentiſſimũ fuit inſignia maieſtatis ſuæ ſereno cęlo ſimilia fore, vt ſicut ipſe Chriſtus (q̃ eſt rex regũ & dominus dominantiũ, Apoc. 19.) quodammodo pro ſcuto habet cœlum ſidereũ miro ac vario aſtrorum fulgore decorato, ſic Rex Frãcorum Chriſtianiſs. pro gloria Chriſti ſcutum gerit nobiliſſimũ, in quo aurea lilia colore ſapphiri, quaſi aſtra in ſereno cœlo affixa fulgere videntur, vt etiã ex cœli altitudine intelligatur quanta ſit ſuæ dignitatis ſublimitas: tanta eſt aũt altitudo cœli, ꝙ à mortali hoĩe nõ põt menſurari, vt habetur Eccl. 1. Altitudinem cœli, & latitudinem terræ, & profundum abyſſi quis dimenſus eſt? quaſi dicat nullus. Et iõ ſicut cœlum ſituatum eſt in loco eminẽtiori, atque inter oĩa corpora altius eleuatum, ita etiam, vt habet Eſa. 54. ꝓmiſſum eſt illi, ꝙ eſſet fundatus in ſapphiris tanquã pr̃ Chriſtianitatis. Cum etiam idẽ ꝓpheta vbi ſupra loquens ĩ perſona Chr̃i dixerit. Ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in ſapphiris, hoc eſt te Chriſtum, & eccleſiam tuam, & filios tuos, & eccl'ę tuæ ꝓtectores: prout eſt inter alios rex Chriſtianiſs. qui tanquã filius Chriſti, & pater Chriſtianitatis habet arma ſua fundata ĩ ſapphiris. Sic Rex Chriſtianiſſimus inter oẽs ſeculi huius reges Chriſtianæ religionis dignitate, potentia, diuitiis, ac nobilitate eſt ſublimior atq; admirabilior, & ad ſuſtinendam eccleſiam potentior & pronior.

Secundo, vt inquit G. Bñd. campus ſcuti regii nedum cœlo, ſed etiam ſapphiro lapidi in colore aſſimilat rõnib. ſequ. Quia ſapphirus colore vr̃ trahere regem ad cœleſtia deſideria p rectam fidẽ, cum nihil ſit quod lumine clariore præfulgeat, q̃ recta fides in principe. Nam dicit Greg. lib. 18. moral. c. 8. Sapphirum tenere ſimilitudinẽ coloris aerei, p qđ deſignat appetitum languentis aĩæ tendentis ad cęleſtia. Vñ dicit Helimandus, quia ſapphirus cęlo ſereno ſimilis eſt, caſtè portari vult, gẽmaq; gẽmarum, & lapis ſanctus dr̃. Ideo in lib. pe Natura rerũ dr̃. Qui ſapphirum portat, expedit vt ſummo ſtudio caſtitatem ſeruet: qm̃ hic lapis tãto dr̃ ꝑcioſior & melior, quãto colori cœleſti eſt ſimilior. Sic rex Chriſtianiſs. tãto magis erit Deo & angelis gratior & charior, quanto magis in cõtẽplatione rerum diuinarũ fuerit ſublimior. Et ſic quãtũcũq; excellat in dignitate, potentia, diuitiis, vel abũdantia tẽporalium, nihilomin⁹ fœlicitate ꝓſperarũ rerũ huius ſeculi non dẽt corrũpi aut deprauari: ſed magis ac magis oculos mentis cõuertere ad altiora deſideria, ad veros honores, ad ſecuras diuitias, ad cœleſtes theſauros, ad delectationes æternas. Ex quo infert ibi G. Bñd. ꝙ rex ſuam regiã dignitatẽ in Chriſto regere, quẽ in ſpeculo limpidiſſimo cõtẽplari dẽt, vt qđ in ſe prauũ deprehenderit, corrigat, qđ rectũ, teneat, qđ d̃forme, cõponat qđ pulchrũ, ſeruet, qđ ſanũ, excolat, qđ infirmũ aſſidua meditatione corroboret, pręcepta diuinæ legis efficaciter ĩpleat. & qđ ſibi cauẽdũ, quiduè ſectandũ ſit, agnoſcat. Decẽs quippe eſt, vt rex ſe totũ ĩ vita & morib⁹ cõponat, quia quãto mirabilius p̃ cunctis regib. vniuerſi orbis excedit honoris dignitate: ita cõuenit vt cęteros trãſcẽdat mẽtis ſublimitate, & totus ſidereus fulgeat maieſtate. & ſubdit ibi G. Bñd. pulchra notatu digna de excellentia ſapphiri, de quã infra in vlt. par. in 90. conſider. dixi.

Tertio tria lilia in cãpo ſapphirino aurea depingunt. Quia ſapphirus animum hoĩs piũ & deuotum efficit ad eũ, atque in bonis firmat, & pacẽ conciliat, ita vt ĩter oẽs lapides ꝑcioſos dr̃ lapis ſanctus, quia ad ſanctitatem, & deuotionem hominem diſponit. Ob id legitur Exo. 28. & 29. quod Moyſes ad præceptum Dñi veſtem ſanctam fecit Aaron ſummo ſacerdoti in gloriam & decorem, in qua inter diuerſos al-

ſos lapides precioſos ſapphirus cõnumerat. Sic Ieremias Thren. 4. Deſtructionẽ Ieruſalem ruinam templi & ſacerdotum recogitans, eorum pulchritudinẽ aſſimilauit ſapphiro, dicẽs. Candidiores Nazarei eiꝰ niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſapphiro pulchriores. Cõuenit itaq; vt maieſtas regia ſit tota ſiderea & ſapphirina ꝑ reuerẽtiã & bñuolẽtiã ad oĩa q̃ diuinũ cultũ cõcernũt, vt ſicut in dignitate & potẽtia cęteris eſt eminẽtior, ita expedit ut in amore rerũ diuinarũ ſit amicabilior, & cõformior, ſi cut eius fuerũt ꝑdeceſſores. hæc benedicti vbi ſupra.

Quartò, ſapphirus ſm̃ Arnal. corpus humanum vegetat, ac membra integra conſeruat, curat dolorẽ frontis, & ſudorem reſtringit, corpora præbet integra boniq; coloris, torſiones ventris tollit, & omnia vlcera cũ lacte ſanat. Præterea in li. de natura rerum, & in ortu ſanitatis dr̃ i tract. de lapidib. c. 109. ꝙ ſapphirus morbũ illũ horribilem, noli me tãgere, appellatum, fugat. Ex quo inſtruitur rex Chriſtianiſs. vt vigilãs ſit & ſolicitus ad corpus myſticum, ideſt eccleſiam, protegendum. Sicut enim vno corpore multa membra habemus, quæ ſm̃ Apoſt. ad Ro. 12. nõ eundem actum habent, ita multi vnũ corpus ſumus in Chriſto, huius autem corporis membra tenetur rex vegetare ac cuſtodire, ne à lupis voracibus dilacerentur, & ne morbida ægritudine putreſcant, ac pauperibus beneficia, ſuffragia, ac eleemoſynas largiri, quibus recreatur tanquã mẽbra, corpus conſeruat & recreat, ſic conuenit vt rex qui tria lilia in ſapphiri colore extendit, membra corporis myſtici dirigat & cuſtodiat, nẽ deuios ſequantur effectus. Hoc ẽt Bened.

Quintò (vt idem ait) ſapphirus eſt gẽma precioſa ſereno cœlo ſimilis, quæ percuſſa à radiis ſolaribus ardentem emittit fulgorem. Præterea dicit Iſid. lib. Etymol. 16. c. 9. quod ſapphirus pulueres habet aureos ſparſos. Ex quo hortatur regia maieſtas, vt ſolicita ſit gratias Deo reddere in tãto cumulo beneficiorũ: quia quanto plura à ſole iuſtitiæ Chriſto ſuſcepit beneficia, tanto magis ardentia deſideria refundere debet in Chriſtum, à quo procedunt. Et econuerſo, tanto grauius de ingratitudine iudicabit̃ oĩs homo, quanto magis multiplicatis beneficiis ingratus probabitur extitiſſe, iuxta illud Chryſoſt. Quanto maiora beneficia ſunt hominibus cõſtituta, tanto grauiora peccantibus parantur iudicia.

Sextò, ſapphirus eſt gemma valde delectabilis, lęta, & pulchra. vnde Lapidarius ait.

Sapphiri ſpecies digitis aptiſsima regum.
Aegregia & fulgens, puroq; ſimilima cœlo.
Vilior eſt nullo virtutibus atque decore.
Hic & ſyrtites lapis eſt à pleriſque vocatus.
Quia circa ſyrtes Libycis permixtus arenis.
Fluctibus ex pulſus feruente freto reperitur.
Ille ſed optimus eſt, quem tellus Medica gignit.
Qui tamen aſſeritur nunquam tranſmittere viſum.
Quæ natura parens tanto ditauit honore.
Vt ſacra & meritò gemmarum gemma vocetur.
Et qui portat eum, nec vlla fraude necatur.
Inuidiam ſuperat, nullo terrore mouetur.
Hic lapis, vt perhibent, educit carcere vinctos.
Obſtructasq́; fores, ac vincula tacta reſoluit.
Fertur & ad pacem bonus eſſe conciliandam.

Ex quo inſtruitur rex Chriſtianiſs. vt delectabiliter, & cum gaudio pulchritudinem ac decentiam Chriſtianæ relig. conſeruare velit. Quod & faciunt reges noſtri, & qui in cunctis locis habent iudices ad puniẽda peccata, maximè blaſphemias, quod & facere debent, aliàs non dicerentur ueri reges. vt ſcribit G. benedicti in loco ſæpe alleg.

Septimo in colore ſapphiri extenduntur aurea lilia, qa ſapphirus ſuo valore & precio vires acuit regis Chriſtianiſſimi ad cogitandum ſumptuoſitatem cœleſtium ędificiorũ. Nã, teſte Iſid. vbi ſuprà, Sapphirus inter gẽmas purpureas cõputatur, hẽt pariter exceſſum valoris iter lapides precioſos, ob q̃d ſanctiſs. Thobias ſpiritu eleuatus uidẽs excellentiã cœleſtis patriæ dicit, portas eius eſſe ex ſapphiro cõſtructas: vt ſcribitur Thob. 23. Pariter Io. Apoc. 21. ait, fundamenta muri ſupernæ ciuitatis eſſe ex lapidibus ꝓcioſis, inter quos ſapphirus erat ſm̃ fundamentum. Ex quo inſtruitur rex totus ſapphireus, vt omnino inclinetur, & ſit memor cœleſtis patriæ, & excellẽtiſſimorum ædificiorum ſupernæ ciuitatis, & ſanctę Ieruſalem, de qua ſcriptum eſt ꝑ ꝓphetam, Pſ. 86. Fundamenta eius in montibus ſanctis. & ſequitur: Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei.

Octauo & vltimo, ſcutũ regis Chriſtianiſs. in ſapphiri colore figurat̃, quia ſapphirus ſua ſignificatione eum incitat ad cogitandum nedum ędificia ſupernę ciuitatis, ſed etiam pręeminentiã gloriæ æternę. Nec ſolũ ſapphirus ſignificat gloriam ęternã, verum ſuo colore animum hominis ad cœleſtia gaudia inclinat. Ratio eſt (teſte eodem G. Bened.) quia cũ omne ſimile naturaliter appetat ſuum ſimile, & ſapphirus inter oẽs gẽmas ſimilis ſit ſereno cœlo: vnde rex ſapphiro nõ cõueniret, niſi ad cœleſtia inclinaret, ac ſuperna appeteret, Sapphirus ẽt in ſacra ſcriptura, æternã gloriã ſignificare vr̃: vt hr̃ Exo. 24. vbi Moyſes, Aaron, Nadab, Abiu, & ſeptuaginta de ſeniorib' Iſrael Deum viderunt, ſub cuius pedibus erat quaſi opus lapidis ſapphirini, & quaſi cœlũ cũ ſerenũ eſt. Pariter Ezech. 10. c. legitur, ꝙ ſpecies glorię Dñi ſuper cherubin erat quaſi lapidis ſapphiri. quę verba quomodo intelligantur ſcribit in dicto loco G. Bñd.

Ex quibus tandem concludit inſignia regum Frãcię eẽ excellentiora aliis, cum in eis ſint duo colores nobiliores, Aureus, ſ. & Azureus: de quibus dixi ante in 1. par. in 54. & 55. concl. 38. Et de laude Sapphiri aliquid ſcripſi infra in ult. par. in 92. conſid.

Non mirum ergo ſi reges Francię plura priuilegia habeant ultra alios reges, de quibus ante dixi, & quę etiam ſcribit Iac. Bonaudi in ſuo panegytico poſito po ſt tract. Ioan. de Terrarubea, contra rebelles ſuorum regum.

TRigeſimaſecunda conſid. Quilibet rex ſeu princeps in ſuo regno in culmine ſedere debet, cum princeps ſit regni dominus, l. deprecatio. ff. ad legem Rhodiam de iac. & regale culmẽ appellatur. l. bene à Zenone. C. de quadrieñ. pręſc. c. principes ſeculi. 23. q. 5. & culmen appellatur locus altus ſuper omnes gentes

gentes ad curiam suam conuocatas, regnum & terras repreſentantes. & dr̃ præcipuũ. l. pe. ibi, vt enim imperialis fortuna oẽs ſupereminet alias, ita oportet principales liberalitates culmen habere p̃cipuũ. C. de bo. quæ lib. vel principale dr̃. l. 3. §. ſin autem. C. de iure domi. impetrando. ꝙ dr̃ cathedra exiſtẽs in altiori loco, ſicut ædificia domus dicuntur culmina ꝙ culmis teguntur: & in dicto culmine, id eſt altitudine ſedet rex ſupra cathedram q̃ eſt alta vel excelſa ſedes, ſecũdũ gl. in clem. dudũ. de ſepult. Vel in ſolio ſedere dẽt, hoc eſt armario ex vno ligno facto, in quo reges ob corporis ſui tutelam ſedebant, extra de elec. c. quorundã, in prin. & ibi per Arch. Et dicitur thronum græcè, quod latini ſolium dicunt. de quo hr̃ Gen. 41. ibi: Vno. n. ſolio regis te præcedã. Et eſt etiam ſedes Romani Pont. tanquam excelſa. c. fundamenta. §. ne autem, in fine, de elect. in 6. & gl. in d. cle. dudum. facit differentiam inter ſolium, cathedram, & tribunal. & ponit hunc verſum.

Rex ſolium, doctor cathedram, iudexq; tribunal
Poſsidet, ac ſedem præſul, prętorque curule.

Et iſta ſedes dr̃ ſedes honoris & iuſtitiæ: de qua in c. multi. 40. di. Et rex & dominus præexcellẽs in ſolio alto ſuper omnes principes ſedere debet: cũ ſcriptum ſit Prouer. 20. Rex qui ſedet in ſolio iudicij, diſſipat oẽ malũ intuitu ſuo. & 1. Reg. 2. ibi: Et ſoliũ gloriæ teneat. & 3. Reg. 1. Viuat rex Salomõ, & ſedebit ſuper ſoliũ, & Eſa. 9. Sup ſoliũ Dauid, & ſuper regnũ principis terræ ſurrexerũt de ſolio. Et Iob 36. & reges in ſolio collocat in ꝑpetuũ, & illic erigunt. & ĩ pleriſq; aliis locis ꝓbari poſſet. & hr̃ j. Reg. 10. vbi de Saule rege loquitur. Stetitq; in medio populi, & altior fuit vniuerſo populo ab humero & ſurſum. Et princeps dr̃ quaſi primũ locum capiẽs, ſm gl. in c. fundamẽta. §. proinde. de ele. lib. 6. & Lu. de Pen. in rub. C. de principib. agent. in reb. libr. 12. vbi amplè ponit quis propriè ſit princeps.

Et vt deueniamus ad practicã & ordinẽ conſuetum ſedendi, qui multum attẽdẽdus eſt in hoc, cũ cõſuetudo in hoc multũ attẽdat. Bal. in c. 1. §. marchio. in ti. qui feu. dare poſ. vidẽdum eſt ꝙ ſunt aliquæ cõgregationes in Francia q̃ fiunt ordinariè, vt eſt coronatio regis, & in iſta coronatione eſt datus certus ordo quo ad illos qui intereſſe debẽt in ipſa coronatione, qui eſt talis, videlicet ꝙ duodecim pares Frãcię ꝓcedũt oẽs alios principes regni: de quibus infra iſta par. 43. cõſi. licet videat̃ de primogenito regis, ꝙ oẽs quoſcũq; ꝓcedere dẽat, quod intelligerem eſſe verũ in aliis actibus q̃ in coronatione: quoniam eſt dubium ꝙ tunc non habeatur pro primogenito regni, tanq̃ natꝰ antequã eſſet rex. De eo etiam dicã infra in 41. conſid. & de aliis quos ponam infra in ſuo ordine, ſecũdum quod dẽnt ſedere in dicta conuocatione, faciẽdo diſtinctionẽ ſuis locis de aliis congregationibus extra illam, in quibus ſeruandus eſt alius ordo, prout infrà dicetur.

Trigeſimatertia conſid. erit proſequendo materiam & non excedẽdo terminos honoris regis, cum ab eo procedãt omnes dignitates tẽporales, vt no. Bar. & Io. de Pla. in l. 1. de dign. lib. 12. C. idem Ioannes de Pla. in l. j. in fi. C. de ſilentiariis. lib. 12. Aluar. in c. 1. in princ. de feudo marchiæ. q̃ allegat tex. ĩ l. ſacrilegii. C. de diuerſis reſcriptis. merito debet illis præeſſe, & ab illis honorari: imo quod plꝰ eſt adorari, non tamen adoratione quæ Deo debetur, ſed regia ſubiectiõe debet ſalutari, vt ꝓbat tex. in l. 1. C. de ſilen. lib. 12. ibi: vt tam in adoranda noſtra ſerenitate. & ibi gl. quam ſequitur Io. de Pla. in l. primicerium. C. de fabric. li. 10. & Luc. de Pen. in l. euict. per illum tex. C. de curſu publ. li. 12. ubi dicit quod ipſe mereretur venerari, adorari, coli, ſibi ſupplicari, & gratiarum impendi munera, facit tex. in l. ſi quis ſeruum. ibi, noſtram purpuram adorantes. C. qui militare non poſſunt, li. 12. & ideo dicit Io. de Pla. in d. l. j. C. de ſilentiariis. eo. lib. ꝙ nullus debet ſe genuflecti coram alio, quàm coram principe vel maieſtate regia. Et ideo errat quidã Car. De hyer Anglus, qui tanta elatione vtitur, quod ſuos domeſticos & famulos patitur talia, aut, quod deterius, cogit eidẽ miniſtrando ẽt in cibariis deferẽdis, & aliis actibꝰ domeſticis & familiaribꝰ, imo ẽt nobiles patriæ genuflecti, prout cõiter dr̃, quod ridiculoſum dici debet, cũ non ſit nec Papa, nec rex: imo qđ plus eſt (vt communiter fertur) non eſt nobilis origine, ex quo deberet contentari honore ſibi debito, non aſſumere honorem debitum regibus ſecularibus, Imperatori, aut Papę.

Et, vt dicit idẽ de Platea, tantus honor debet̃ Papę, quod ĩ pede oſculatur, ut dicit gl in l. 1. C. de domeſticis, lib. 12. & ibi dicit, ꝙ etiam Imperator oſculatur in pede ſicut Papa.

Imo etiam, quod plus eſt, quilibet nõ admttitur ad ſalutandum principem, vt dicit gl. in l. 1. C. de veteranis. & Io. de Pla. in d. l. 1. C. de ſilen. & in l. 1. C. de domeſticis, & protectoribus, lib. 12.

Et coram eo eſt eundum, & illi eſt obuiam eũdũ cum barba tõſa & veſte pulcherrima. ꝓut hr̃ 2. Regũ. 9. c. illiq; eſt honor deferẽdus in introitu ciuitatis in ſalutatiõne, quę non debet fieri ſine munere, ad inſtar regis Parthorum, qui ſalutari non poterat ſine munere, ut refert Pe. Candidus ĩ proœ. Appiani Alexandr. in principio de bellis.

Imo ẽt reuerẽtia debetur principi per quoſlibet viros eccleſiaſt. ut dicit tex. in c. Reg. 23. q. 5. & c. ſi apud. pro quo 1. Pet. 2. ubi dr̃ regem honorificate.

Trigeſimaquarta conſid. Principi obtemperandum eſt, cùm generale ſit pactum ſocietatis humanę obtemperare principib. quę contra mores. 8. diſt. in ſua ſum. 44. diſtin. c. quid culpatur. 23. q. 1. & dicit Hiero. Principibus & poteſtatibus fidem & reuerentiam ſeruari oportet, quam qui non exhibuerit, ad deũ prẹmia habere non poterit. 23. q. 5. c. Reg. c. ſicut apud Card. facit quod no. in l. fin. C. de exac. tribut. lib. 10. Et dicit Apoſt. ad Ti. 4. Admone illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe. & ad Rom. 12. Omnis creatura poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, qui aũt reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Facit quod habetur Eſdrę 3. 4. c. ubi dicit tex. O uiri num prẹcellunt homines, qui terram & mare

& mare obtinet, & omnia quæ in eis ſunt? Rex autem ſuper omnia præcellit, & dominat eorum, & omne quodcunq; dixerit illis faciũt. Et ſequitur: Et omnis plebs & virtutes eum obaudiant. Imò etiã ſacerdotes primi, & ſecũdi ordinis eidem obediũt, cum eis præcipere poteſt princeps, vt habetur 4. Reg. 23. ibi: Et præcepit rex Elchiæ Põtifici & ſacerdotibus ſecundi ordinis. Imò principes ſacerdotes conſtituebant iure diuino, prout habetur Exo. 28. de Moyſe Hebræorũ duce, qui cõſtituit Aarõ fratrẽ ſuum ſacerdotem: & de Iuda Maccab. duce, q. elegit ſacerdotes, qui purgarẽt ſancta 1. Maccab. 4. imò p̃latus electus & confirmatus non poteſt adminiſtrare, donec plectis. 63. d. & in c. abbates. 18. q. 2. & per Compoſtellã. in c. quod ſicut. de ele. col. antep. verſi. principi præſentari. prout recitat Henricus in ca. nobis. de iure patr. & ita obſeruatur in Francia, & in Hiſpania, vt dicit Ioan. Lupus in repe. rub. de dona. inter vir. & vxo. in prin. in tertia præuidentia. princeps tamen debet honorare epiſcopum. dixi ſupra in 4. par. in 28. conſid.

TRigeſimaquinta conſid. Pro rege etiam orandũ eſt exemplo Baruch 1. qui dicit eſſe orandum ꝓ rege Nabuchodonoſor, & Balthaſar eius filio, & maximè pro rege Franciæ: cum etiam orantes ꝓ eo lucrentur centum & decem dies indulgentiarum. dixi ante. Imo intantum eſt honorandus princeps, quod pro cõſeruatione ſui honoris toleratur iniquitas: & præferendus eſt honor principis commodo publico, vt dicit Luc. de Pen. in l. fi. in 8. & 9. colum. C. de loc. præd. ciui. 11. & in d. l. in 6. colũ. ponit quædam de poteſtate eius mirabili, ex quo multum honorandus eſt.

Quæ autẽ ſint iura regis, & cuiuſlibet alterius ſupremi principis eſſet hic inſerendũ, vt magis cognoſceretur præeminentia illorũ: ſed videri poteſt in ti. quæ ſunt regalia, in vſibus feud. & per Iac. de S. Georgio in tract. feud. verb. princeps. & de quibus plenè ante in 24. conſideratione.

Quid aũt dicemus de iuribus regis, de quibus hr̃ 1. Reg. 8. c. cum dixerit Deus p̃ vocẽ Samuelis populo. Iura regis qui imperaturus eſt in eis qd erit tale: filios veſtros tollet, & ponet ĩ curribus ſuis, facietq; ſibi equites & p̃curſores quadrigarũ ſuarũ: & conſtituet ſibi tribunos, & centuriones, & aratores agrorũ ſuorũ, & meſſores ſegetũ, & fabros armorum & curruũ ſuorũ: filias quoq, veſtras faciet ſibi vnguentarias, & focarias & panificas, agros quoq; veſtros & vineas & oliueta opima tollet, & dabit ſeruis ſuis, ſed & ſegetes veſtras & vinearũ redditꝰ addecĩabit.

Notandum eſt iſtud verbum addecimabit, qđ eſt ibi dupliciter poſitum: quoniam ex hoc videtur ꝙ rex habeat ius decimandi. & ſic ꝙ etiam non uidentur peccare nobiles Franciæ qui dicũt ſe habere decimas infeudatas à rege: cum ſit rex habeat poteſtatem addecimandi, ergo etiam illas dare in feudum.

Dicemus ſolũ, quod talia ibi ſpecificata non ſunt iura regis ex diuina ĩſtitutione ĩtroducta, ſed magis p̃ prophetã ꝓnunciata ex eorũ tyrannica vſurpatione, qui poſtquã reges ſunt ius iniquũ cõſtituunt, in tyrãnidẽ degenerantes, ſubditos opprimẽtes, & ſine cauſa deprædantes, ſecundum Andr. de Iſer. in ꝓœ. feud. & in titu. de capitaneo qui curiam vendidit. in vſibus feudorum.

Et ne trãſcendam materiam noſtrã, relinquo nũc deprædationes & exactiones principũ, fortè alibi dicam: ſed etiã ibi dicit, ꝙ talia poſſunt eſſe iura regis ex diuina inſtitutione, quando rex eſt in extrema neceſſitate poſitus, ꝙ etiam non ſolum illa ſed & maiora facere & maiores exactiones, & ſolũ impreſentiarum ſufficit mihi, ꝙ G. Bened. doctor Gallus illa præuidit, & multum bene deſcripſit in ſua ſolẽni repetitione. c. Rayn. de teſta. in ver. condidit. le p̃mier. incipiẽdo in medio illius vſq; ad finem ampliſſimè: ad quem ſemper de his eſt recurrendum.

Et etiam eſt aduertendum ad illum textum, ibi hoc verbo, ius regis qui imperaturus eſt in eis, quòd quilibet rex poteſt dici Imperator per illum tex. qui hoc verbo vtitur in rege.

Et, vt ſemel finiam, à principe tanquã à capite in oẽs inferiores honorũ & poteſtatum munera diffunduntur. 19. di. c. ita dominus. c. fundamenta. §. 1. de ele. in tãtum, ꝙ lex animata in terris dr̃. tex. eſt in auth. de conſulib. in fi. & in auth. quib. mod. natu. effi. legit. §. igitur licentia. gl. in l. & quia. ff. de iuriſ. omn. iud. dixi in conſuetud. noſtris ducatus Burgũ. in tit. des iuſtices. §. v. in gloſ. S'il n'a grace. in princ. ibi: hic eſt ergo: & ſupra in prin. 52. conſid. Et quicquid ſtatuit aut ſententiam ddoan decreuit, pro lege ſeruatur. ſed & quod principi. inſtitu. de iure naturali, gent. & ciui. Ipſe. n. ſicut eſt ſolus legibus ſolutus, ſolus legẽ concedere poteſt. l. princeps. ff. de legib. & ꝓ diſpenſatione habetur, quod probatur principẽ uoluiſſe. c. cum noſtris. de conceſ. præbẽ. maximè ubi ei exponitur defectus, quem videt ex expoſitiõe l. qui dẽ cõſulebat. & ibi Ale. & alii. ff. de re iud. l. Vlp. ff. de excu. tut. & ſanctio principis nihil hẽt imperfectũ. l. fi. C. qui militare nõ poſ. lib. 12. l. fi. C. de his quib. vt indig. Nemo enim poteſt ei dicere. Cur ita facis. Bal. in ꝓœ. feu. in 12. col. & iſto dicto ſæpius aduocati in palatiis vtuntur: qđ dictũ eſt Spec. in ti. de legato. §. nunc oſtendendum. verſ. 89. per tex. in c. quã uis. de pœn. di. 3. ibi: quis tamen audet dicere Deo, cur huic parcis? & gl. ibi, in verb. Deo, dicit idẽ in Papa. & ideo idem dicendum in quolibet principe ſupremo, cum ſit Deus in terris, Bal. in authe. hoc amplius. uerſi. quæro, an filii regis. C. de fideicõ. & dicit Bal. in c. eccleſia S. Mariæ. in prin. col. ut lite pen. ꝙ cùm princeps ſit cauſa cauſarum, non eſt de eius poteſtate inquirendum, cum primæ cauſæ nulla ſit cauſa. Cùm id quod primum eſt, ante ſe aliud habere nõ poteſt. Hæc & plura alia vide quæ dicit d. meus Iaſ. in l. reſcripta. in 1. col. C. de precibus impe. offe. & in l. 1. ff. de conſti. principum. ubi ponit quædam quæ ſolus poteſt princeps, ita quòd principis uerb. eiusq; narrationi ſuper rebus per ſe uel in ſua præſentia geſtis creditur, etiam ſi ſolus teſtificetur, per c. cùm à nobis. de teſtibus. & quod in his quoq. quę ante principatum ſe præſente geſta ſint locum habet glo. ſingularis in c. 1. in uerbo. ſtatuit. de renuntiatio.

tiatio.li.6.gl.in c.apostolicæ.in uerbo promisissent. de re iudi.li.6.dicit tamē Andr.de Iser.in c.fin.in ti. quo tempore miles in usibus feudorum, quod late examinat ibi ꝙ Prępo.princeps in re ꝓpria testificari non potest. Nulla etiam iuris solennitate princeps astringitur.l.apud eum in fin ff.de manumissis, imò sola præsentia principis solennitates iuris supplet, actumq; qui defectu solennium nullus est instaurat & reponit.l.adop.ff.de adop.l.2.ff.de reb.eorum.gl. post tex.in auth.ut non fiat pignoratio. coll.5.facit. l.sancimus.§.exceptis cū auth.ibi posita.C.de don. Bal.in l.omnium.C.de testa. Ad hæc princeps iudiciorum ordinem obseruare non tenetur. Sola enim ueritatis inuestigatio coram eo fit, qua cognita diffinit etiam, si iudicialis ordo uel sit peruersus uel ꝓrsus omissus: causæ tamen cognitio exigitur. Ita Bal. in l.fin.C.de legib.idem in c.1.§.fin.de noua forma fidelitatis: ad finem.in usibus feu & est tex.in ca.ad petitionem.in fin.de accus. Et ideo illud quod dicit Paulus de Ca.in l.si testamentum.C.de testa.ꝙ princeps sine causæ cognitione concedere possit, non est intelligendum in his quibus litis diffinitio expectatur. Princeps etiam crimen non solum indulget, sed etiam abolet. Andr.de Iser.in ti.quę sit prima causa. §.pręterea. in usib.feudorum. remittit infamiam & ad honores pristinos omnino restituit.l.1.§.deinde, le second.ff.de l.post.l.fin.C.de sent.passis. remanet tamen cicatrix. arg.c.uentum.1.q.1.c.illud.l.di.arg. l.omnes iudices.C.de decur.lib.10. Largiendo magistratum, dignitatem donando. imo & tolerādo in honoribus incapacitatis maculā abstergit, remouet impedimentum. l.Imperiales.§.nam omni macula. C.de nup.l.Bar.ff.de offi.prætoris d.l.quidam cōsulebant.ff.de re iud.imo etiam princeps pœnam meritam sola uoluntate remittit.l.1.C.de deserto.libr. 12.de innocentia etiam damnati sine appellatione cognoscit.l.1.in fi.ff.de quęstionibus. Alia principi reseruata ponuntur p Bal.in d.l.rescripta, & in l.1. C.de iure aureorū annul.& de multis casibus & specialibus principi compe.dixi supra ista par.24.consid.ubi iam quędam ex antedictis posui.

TRigesimasexta cōsid.erit. Et licet subiecerit principi deus leges, an etiam non obligetur ex cōtractu, ita quod Deus etiam eidem subiecerit cōtractū uincula quę iurisgentium naturaliq; ratione consistunt: & quod non est communis omnium iurisperitorum doctrina, in l.princeps.ff.de legib.Cyn.Bal. & doct.in l.digna uox.C.de legib.& in c.1.de prob. ubi docto.canonici, qui ita communiter tenent. do. meus Ias.in l.si ciuitas.in 3.col.ff.si cer.pet.& in l.1. ff.de pac. Ale.in consi.101.in 2.col.in 1.uol.& idem Ias.in l.1.ff.de consti.principum.& in l.si testamentum.C.de test.Fel.in c.quę in ecclesiarum.in 21.col. consti.Barba.in consi.1.in 4.col.in 1.uol.in 43.tamen colum.dicit casum esse ubi potest resilire à contractu: & etiā alium ponit Iacobinus de sancto Georgio in suo tract.feu.in prin.uidelicet ꝙ possit reuocare feudum inuito uasallo.alleg.Bal. qui hoc non dicit nec etiam hoc placet Vdalrico Zasio in repetitio.l.2.§.eodem tempore.in glo.ratum esset.ff.de orig.iur.ubi plura ex prędictis dicit.& ibi dicit ꝙ licet absoluta potestate legibus non ligetur, ea tamen potestate abuti non debet.dixi alibi.

TRigesimaseptima consid. Videtur ꝙ rex Hispanię sit omnibus aliis regibus pręferendus, cum plura habeat regna sub se, & plures coronas: qm̄ rex est Aragonum, Castellę, Legionis, rex Granatę, rex Maioricarum, rex Cordubæ, & ēt catholicus dr̄, rex Gallicię, rex Andelosię. Et sic dr̄ habere septem aut octo regna, & sic septem coronas: ex quo uidetur ꝙ ratione multiplicationis coronarum debeat cęteris regibus pręferri: sicut uidemus, ꝙ ille qui est marchio & comes ꝓfertur marchioni, cum duo uincula sint fortiora uno. Bal.in l.sed & milites in prin.ff.de excus.tut.ut etiam in simili dr̄ de doctore in utroq; iure, qui pręcedit doctorem in uno tantum ſm Bal. in dicto loco: & dicam infra in 10.par.& faciūt quę suprà dixi in hac parte, in 27.consid.in fi.incip. Imperator inter omnes principes.ubi dixi, quod magis honorandus est Imperator cum tres coronas hēat, quàm alii reges qui de per se non habent nisi unam. & in 19, consid.cuius initium est, docet Bal.

Et etiam qui pluribus pręest dr̄ maior, vt dixi supra in 1.par.& in 4.par.in 51.cōsid.uer.8.ubi alleg. glo.in auth.constitutio quę de dignitatib.§.generaliter.q̄ dicit, nota nobiliorē propter subiectos. Et hr̄ Prouerb.14.in fi. In multitudine populi dignitas regis, & in paucitate plebis, ignominia principis.

TRigesimaoctaua cōsid.erit de rege Anglię, eo ēt quia est etiam monarcha in suo regno, & ab ei° sententia non appellatur, quia prefectus est multorum prelatorum sui regni, ut ff.de offi.pręt.l.1.pro ut Bal.in c.cum uenissent.2.col.extra de eo qui mittitur in possessione causa rei seruandę. Refert & sequtur Fel.in c.causam quę in 20.col.fi.extra de rescr. & per Io.Lupi in repet.rub.de do.inter uir.& uxor. qui licet uideretur pręferendus regi Hispanię quia ungitur ut supra dictum est, tamen rex Hispanię prefert, ut ante dictum est. De aliis uero regibus Christianis, dic eos esse collocandos secundum numerū positum in Martiniana: de quo fit mentio per Alb. de Ros.in rub.de statu homi.& dixi supra in pluribus locis. Et de excellentia plurium regnorum uide infra in 12.par, in consid.56.

TRigesimanona consi. Quoniam mulieres radiis maritorum coruscantur & honorantur.l.fęminę.ff..de senato.in auth.de consulib.§.hęc itaq;.colla.4.facit l.fi.in prin.C.de incolis.lib.10.

Ideo regina Francię tanquam excellens inter oēs, tanquā dilecta illi q̄ pascitur inter lilia, cęteros quoscunq; huius regni post regem pręcedere dēt, cum ēt ultra quoscūq; ratione dignitatis coronā portet, quā nemo alius in regno ꝓter regem portare aut deferre potest: imo regina appellatur.ca.dilecti.de arbitris. & in suprascriptione.ca.cum deuotissimam.12.q.2. Et eadē priuilegia q̄ habet Imperator habet & Augusta: ut est tex.ī l.princeps.ff.de legib.& in l.cubicularios.C.de ꝓpos.sacri cubi.lib.12.ubi Luc.de Pen.

Et licet uxor sedere debeat à sinistris, ut hr̄ Psalmo 127. Vxor tua sicut uitis abundās in laterib.do mus

mus tuæ. Regina in hoc priuilegiat, quia sedere dēt à dextris, vt habetur Psal. 44. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, &c.

Et dicit text. in l. bene à Zenone. C. de quadrien. pscr. ꝙ Augusta vtitur eadem prærogatiua, qua vtit' Imperator. facit. l. fiscus. in fi. cum l. seq. ff. de iure fisci. & plenè per Luc. de Pen. in l. 3. C. de prępositis sacri cubic. lib. 12. vbi dicit ꝙ etiam ministri Augustę eodē quo & ministri principis priuilegio gaudēt. Augusta tñ nō gaudet oībus priuilegiis Imperialibus, sed his quæ nullū p̄iudicium parant, aut modicū: & tribuitur ei ēt priuilegiū in nō præstandis vectigalib. l. licitatio. §. fiscus. ff. de public. & tribuunt ei priuilegia q̄ conueniunt mulieri, sed nō omnia. Vnde nō pōt condere legem & similia, quæ tributa sunt principi solum inspecta eius dignitate. Et faciunt prædicta ad q̄onem, de qua ibi p Lucam, an si regina lædat possit in integrum restitui vt princeps. Faciunt etiā ad prædicta, ꝙ gratiæ quæ dantur per reginā ī regno ī quolibet suo iocūdo aduētu sint validæ, cū hēat eadē priuilegia q̄ & rex: ꝙ ius habet ex cōsuetudine ī Frācia, de qua dixi in cōsuetudinib. nostris duc. Burgū. ti. des iustices. §. v. in gl. du Prince.

Aduerte ꝙ si regina sit filia ducis aut comitis, tamen dr̄ regina propter dignitatem mariti, & si sit filia regis maioris p̄eminētiæ retinet illam dignitatē; q̄ hēt à pre. Ia. Rebuffi & alii in l. 1. C. de dign. li. 12. vide supra in 2. par. in 40. cōsid. Ex quo cum nobiliss. domina Claudia de Francia regina Franciæ sit filia regis Ludouici XII. & nunc vxor Christianiss. regis Francisci primi, debet præcedere dñam Loysiam de Sabaudia matrem prædicti Francisci primi, cum tantum ex quacunq; parte non sit dicta Loysia nisi ducissa. & ita uidi obseruari hoc Anno Dñi 1521. ī hac ciuitate Heduen. qm̄ semper regina pręcedebat matrem, & ponebatur in digniori & altiori loco, & eam sequebatur mater, licet sit maximę autoritatis apud filium, & maioris autoritatis quam legat' fuisse qnq; aliqua mater apud filium: imò etiam excedit autoritatem Veturiæ apud Coriolanum eius filium, de qua infra in seq. consid.

QVadragesima consid. Mater regis vr̄ esse cūctis aliis p̄ferēda: cum, vt hr̄ 3. Reg. 2. c. positus est thronus matris iuxta thronum regis: prout allegat. Ant. Flo. ī par. suæ sum. in ti. 15. c. 20. ubi ponūtur gratiæ priuilegiorum B. Mariæ. §. 15. & dicit tex. in dicto loco, quod rex Salomon fuit in occursum matris suę venientis ad eum, adorauitq; eā, & fecit poni thronum ad dexteram suam: quod credo verum si regina non adesset, quia si esset pręsens, sederet ad dextram, vt ante dictum est in pręcedenti cōsid. & ita videmus obseruari.

Imò etiam est tex. in c. 4. Esdræ 3. ꝙ concubina regis sedebat ad dexteram suam: sed ille textus nō est ibi nisi ad denotandū fortitudinē facti mulierū, & non locū eidem debitum, nisi dicatur, ꝙ illo tempore concubinatus erat permissus: nō aliter insisto.

Et dicit Spec. in tit. de testib. §. 3. versi. illud quoque, ꝙ licet matris nō sit eadem potestas, quæ est patris, tamen eadem esse debet reuerentia, honor, & pietas. Et ideo habetur Exo. 20. & Deut. 5. Honora patrem, & matrem, si vis longęuus esse super terrā. Filii tamen debent esse subditi matri, sicut habetur exemplum de Christo. Luc. 2. Et erat subditus illis. Habemus & tertio exēplum de Coriolano, qui tantum honorauit matrem, quod Romanos & p̄riam liberauit precibus matris: de qua per Valerium in libro quinto, in rubr. de pietate erga parentes. Et de his tribus exemplis vide Ber. de Bustis in 2. par. sui Rosa. in serm. 20. in 1. par. litera M, & uide Prouer. 1. vbi dr̄. Et ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.

Cleobis & Byton fratres multū matrē honorauerunt, etiam in morte, qui vt sacerdos eā insequēs ad sacrificium curru veheretur, colla dedere iugo loco equorum, vt Argias equo ascenderet. refert Cicero lib. 1. Tuscul. quæst. Claudianus etiam sic inquit,

Si vetus Argolicos illustrat gloria fratres,
Qui sua materno colla dedere iugo.

Videmus tamen in multis, quod non est bonū semper credere matri: & ideo, vt refert Guaguinus, li. suo 10. vbi loquitur de rege Ludouico XI. in suo testamento ordinauit Carolo VIII. eius filio, ne matri suę crederet: non aliter insisto, dicam infrà.

Et etiam habetur de Heliogabalo, cuius mater tanta ueneratione fuit, quòd vix credi posset: prout habetur per Philipp. Berg. lib. 8. in uerbo, Marcus Aurelius. & in uerbo, Semiamira.

QVadragesimaprima consid. post regem & reginam in Regno pręfertur primogenitus eius filius, qui habet dignitatem ratione primogenituræ ex quo sedet à dextris s̄m gl. in c. quam sit. 7. q. 1. & in l. decernimus. C. de sacros. eccl. ubi Bald. dicit, ꝙ primogenitus regis sedet à dextris regis. Et q̄ sedet ad dextram manum superioris, dr̄ magis honorari sedente ad sinistram: ut ante dixi in 1. par. in 11. consid. Et in regno Francię dr̄ Dalphinus, eo quia dalphinatum habet pro suo statu, etiam uiuente rege: Imò etiam uiuente rege potest dici rex. per tex. & ibi gl. in c. fin. 24. q. 1. & habetur de pace Cōstantię, in procemio. & in c. Adrianus. 63. di. & Bal in l. i suis. ff. de lib. & posthu. per Luc. de Pen. in rubr. de auro coronario. in rub. de comitibus consisto. li. 12. Car. Ale. in c. 1, quis dicatur dux, marchio, & c. in vsibus feudorum. Iacobinus de S. Georgio in tract. suo feudorum. in verbo, comites. & per Oldradum consil. 94. incipiente, elegāter circa negotium. Cùm etiam ut habetur 4. Reg. 15. c. Azaria rege impedito Ionathan eius filius quandiu pater eius uixit, regnum gubernabitur, licet minor esset: cum postea mortuo patre rex effectus esset solum 25. annorum. Et hoc satis patet ex hoc, ꝙ Christus XII annorum existens dicit, Luc. 2. c. in fi. Nescitis quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse?

Et quod dignitas tenet gl. in c. quoniā periculosum. 7. q. 1. & prima dignitas post paternam, ita ꝙ filius regis primogenitus habet primā dignitatem, licet primogenituræ post partem regem, s̄m Bal. in l. ex hoc iure. uersi. sexto. quæritur. ff. de iust. & iur. Et ad dextrā regis sedere debet, secundū Bal. in l. decernimus

cernimus.C.de sacro.ecclesijs, pro quo est textus de Christo filio Dei in Symbolo, qui sedet ad dexteram patris, & ēt hr̄ Gen. 25.c. & Gen. 21. notat̄ per Lucā de Penn.in l.tyrones.C.de tyroni. lib.12.& Ps. 109. vbi dicit dn̄s, s.deus pater, dn̄o meo, s. Christo eius filio: sede à dextris meis tanquā primogenitus. Mat.j. c.in fi. vbi Iesus Christus vocatur primogenitus, eo q̄a primogenitus sanctificatus fuit, vt hr̄ Exo.13. Sāctifica mihi omnē primogenitū, quod aperuit vuluā in filiis Israel. & Luc.2.hr̄, ꝙ omne masculinū adaperiens vulnam, sanctum domino vocabitur.

Et istud ēt certū est in regno Frāciæ apud nos, ꝙ primogenitus filius in regno præfertur quibuscūq; suis fratribus, & omnibus aliis principibus regni: & hodie in Francia habet dignitatem annexam cū primogenitura, quæ dr̄ Delphinatus, & Delphinus vocat̄, & ex communi vsu loquendi in Francia uocatur dominus sine cauda, seu sine adiunctione. Secus aūt de fratre regis primogenito quo ad alios, secundo tamen genito quo ad regem, vt infra dicam.

Et licet hic caderet materia ad materiam primogenituræ examinandam, quia tn̄ iā satis est examinata p Martinū de Cazariis, q̄ per plurimos alios, maxime per quendā nouitiū le Cirier, qui plures alios cumulauit nihil de suo addendo: sed solū dicta aliorū in vno cumulando, se plumis alienis vestiēdo, ꝓut ipse de aliis dicit: ex quo de aliis silere dēbat, cū hoc morbo laboret, vt uideri p̄t per expertos in arte: & turpe est doctori, cū culpa redarguit ipsum. & cū de aliis iudicat, in se fert sententiam. Vnde Lact. lib.4. Antequā mores aliorū corrigas, tuos corrige.

QVadragesimasecunda cōsid. erit, an sicut primogenitus p̄fertur, ita ēt filius primogeniti prę feratur secūdogenito, & sic sumus in casu in Gallia, in quo nepos præcedit auunculum, quæ est quæstio magna, & ardua: quæ aliàs fuit decisa iudicio gladiatorio, & aliàs aliter fuit obseruatum in Francia.

Et quoniam materia se offert, reperio in hoc dubio tres fuisse opiniones.

Prima fuit opinio Io. And. in additio. ad Speculū super rub. de feudis. col. 5. & Old. in cōsilio suo 223. incipiēt. istæ sunt allegationes. vbi ponuntur eadem fundamenta, quæ ponuntur p Ioa. And. & sic credo ꝙ prima opinio fuerit Oldradi, cū additiones Ioan. And. ad Speculū sint de verbo, ad verbū in suis locis in cōsi. Oldradi. Et in hanc opinionem inclinat Bal. in l. liberti. versi. sed hic quæritur si filius. C. de oper. libertorū. vbi dicit ita fuisse determinatū illis dieb⁹ in regno Angliæ. idē tenet Cy. in l. imperialis. C. de nuptiis. idē tenet Pet. de Anch. Card. Zabar. & Pan. in c. licet. de voto. idem tenet Bal. in l. cū antiquioribus. C. de iure delibe. motus decē rōnibus. & ubi dicit hāc opi. inualuisse in maximis regnis Frācorū, & Angliæ. idē Bal. in l. ex hoc iure, i 6. q. ff. de iust. & iu. vbi ēt narrat ita fuisse obseruatum in regno Angliæ, in quo p p nepotē ex primogenito fuit exclusus secūdogenitus princeps de Gaules: subiungens ibidem, ita sępe iudicatum fuisse per inclytum regē Francorū. idē Bal. in l. si uiua. C. de bonis mate. Pau. de Cast. in l. maximū uitium. C. de liberis præteritis. & in l. si potest. ff. de acq. hær. Alb. de Rosate, in. proę. ff orum. idē Pau. de Ca. in cōsi. 161. inc. in præsenti causa. idē tenet Pan. in cōsi. suo 85. inc. in p̄nti quæst. in 1. par. & in cōsilio 3. in 2. par. idē tenet Fran. Are. in cōsi. suo 164. inc. diligenter, & maturè discussis in decisione secundi dubii. idē tenet Barba. cōsi. 11. inc. sapienter scribitur. in 13. col. in 2. vol. idem tenet Nicolaus de Vbaldis in tractatu de suc. ab intest. 26. col. ita ēt tenēt Iac. & Aluarotus, & Præpositus Mediolan. in c. j. in fi. de feudo marchię. vsibus feudorum. idē tenet Pet. de Anc. cōsi. 78. inc. dicta facti narratio. & in cōsilio 82. Fel. in c. prudentiam. de offi. delegati. & in c. auditis. in 6. col. extra de præscriptio. idem tenet Io. Fabri in §. cum filius. ver. sed quid dices. inst. de hær. quæ ab intest. decisio. capellæ Tholosanæ 433. Io. de Anania in consi. 89. Romanus consilio 29. Sozinus in consi. suo 252. in 14. col. ver. ad septimam. in secūdo vol. & tenet pro hac parte Iacobinus de S. Georgio in tractatu suo feudorum. in prin. in verbo, quid si rex. col. 2. uer. sed pone &c. versi. sed pone decessit rex. &, vt dicit dom. meus Ias. in l. maximum vitium. C. de liberis pręteritis. ꝙ Otho Imperator supra rhenum apud Treuerim existens cum baronibus, dum hęc qō de facto accidisset inter patruum, & nepotē, voluit eam decidi iudicio gladiatorio, ꝙ vix nepos vicit: quod cum extimaretur iudicio dei processisse, ordinatum fuit, ut abinde in antea nepos pręferret̄. Prędictā ēt opinionē tenere vr̄ Nicolaus Boerii in cōmentariis cōsuetudinū septenę Bituricen. in ti. de testamentis. §. 2. hanc ēt opinionē vr̄ tenere do. Ioan. de Montelono cōciuis, & contemporaneus noster in suo prōptuario iuris, in uerbo, primogenitus. ubi dicit hāc opinion. pro nepote esse ęquiorē, & melioribus rationibus cōprobatā. hanc eandē tenet Lucas de Penna in l. 3. C. de tyro. lib. 12. & in l. j. C. de priuilegiis eorum qui in sacro palatio militant, lib. 12. Io. Bertachinus in suo repertorio. in verbo. nepos. versi. nepos regis. & miles in suo repertorio. in verbo. fili⁹. ver. filius primogenitus, hanc ēt opinionē seruauit Lycurgus Lacedęmoniorū princeps ac legislator ęq̄ssimus contra seipsum, qui secundogenitus erat, qui pro suo nepote ex fratre primogenito practicauit decidendo, ut refert Philippus Berg. in suo supplemento chronicarum, libro 4.

Et hæc quęstio fuit ēt nostris tēporib. de comitatu Niuernensi inter vxorem dominā de Oruallo, filiā secundogenitam comitis Niuernēsis, & filios primogenitę dicti comitis, & uxoris domini Giberti de Cleues, quę longo tempore durauit: fuit tamē in curia parlamenti Parisien. terminata pro nepotibus, ut refert Boerius in loco supra allegato.

Secunda opinio fuit ꝓ paruo cōtra nepotē, quā tenēt Cy. & Richardus Malūbrę in l. si uiua matre, p illū textū. C. de bonis maternis. & Bal. more solito sibi cōtrarius i l. si tutela. §. si duo. ff. de legitimis tuto. & Bar. in authen. post fratres. & ibi Alex. in additio. C. de legitimis hęred. Andręas de Iser. in c. 1. §. prętererea. in 2. col. de ꝓhibita feudi alienatione p Federicū in cap. primo de succ. feudi. & in c. 1. de eo qui sibi & hęredibus suis. Imola, & Geminia. in capitu. grandi.

Z de sup-

De filio primogeniti an præferat 2° gen[ito]

de supplen.neglig.prælato. Cumanus in l. cũ ita.§. fi.ff.de legatis secundo,Franciscus de Aretio in cõsi lio 103.incipiẽte: diligenter,& maturè discussis. Archi.in c.fi.24.q.j.Sal.in l.si viua matre.M.Lauden. in tractatu de primogenitura.Alex.in consi. 129.in 5.vol.& idẽ Alex.cõsi.125.in j.vol.Et idẽ Alexã. in consi.4.in 4.vol.inc.põderatis verbis testamẽti, vbi dicit, ꝙ semper secutus est hanc opi.tãquã melioribus rõnib. probatã,& cõmunẽ:& ꝓ ea iudicauit ecclesia,vt in cle.pastoralis. de re iud. licet Bal.in l. liberti.C.de operis libe.dicat,ꝙ Papa fuit in hoc partialis.Vnde refert,ꝙ licet tũc fuerit pro rege Roberto iudicatũ, tñ ipse rex Robertus cùm similis causa fuisset sibi cõmissa in ciuitate Auinionensi iudicauit pro nepote cõtra patruũ,vt ẽt referũt Pau.& do. meus Ias.in d.l.maximũ vitiũ.Hanc etiam opi. ꝓ patruo tenuit Oldradus sibi contrarius cõtra morem suum in consi.99.inc.circa negotiũ.Io.Fabri in §.cęterũ.inst.de legit.agna.succes. Lucas de Penna in l. nepotes.col.j.cum seq.C.qui numero liberorum.& plenius in l.j.C.de priui.eorum qui in sacro palatio militant. & in l.j.C. de tyronibus, libro. 12. & in l. si quis.col.j.ver.& faciunt.C.de professo.& medicis lib. 10.ita ẽt consuluit Petrus de Anch.pro hac par. in consi.68.Ant. de Butrio in consi.47.

Fuit ẽt iudicatũ pro patruo contra neptem in regno Castellæ cũ de ipso esset quæstio inter secundogenitũ,& nepotẽ ex primogenito.In regno ẽt Franciæ,& imperio post Carolũ Magnũ successit Ludouicus secundogenitus excluso Bertrando filio Pipini primogeniti: vt refert Guaguinus lib.4.c.2. & hr̃ in mari historiarũ.Sed non mirũ, qm̃ etiam videm⁹ quandoq; in regno secũdogenitũ expulisse primogenitũ: vt refert Guaguinus,lib.2.suarũ chronicarũ de Gondoalto secundogenito Franciæ,qui Gotranũ eius fratrem primogenitum expulit.

Tertia fuit opinio Bal. in l.vt intestato. C. de suis & leg.hæred. quæ vr̃ esse concordatiua duarũ præcedentiũ,qui sic distinguit,ꝙ aut patruus & sic fili⁹ secundogenitus est natus ante nepotẽ.i.ante filium primogeniti, & succedit tũc filius secundogenitus, nõ ãt nepos primogenito filio: aut nepos ex filio primogenito nascit̃ ante filiũ secũdogenitũ patruũ suũ, quod esse põt qñq;,& tunc si consuetudo est ꝑ hæc verba,& filius primogenitus succedat, præfertur patruus,& sic filius secundogenitus. Aut verba cõsuetudinis nõ dñt,ꝙ filius primogenitus, sed dñt simpl̃r,ꝙ primogenitus succedat,& præfert̃ nepos ex filio primogenito præmortuo non iure alicuius trãsmissionis: quia filius qui decessit viuo patre suo nihil transmittere potuit ad filiũ suũ, cũ quasi caduca non transmittuntur nec incerta.l.vnica.§. ꝓ secundo.& §.fin aũt sub cõditione.C.de cad.tol.Si autem nõ appareat de verbis, tũc natura pl⁹ influit in filio q̃ ĩ nepote,& ita seruatũ ĩ rege Roberto ₰m Bal. in loco s.alle.qui dicit hanc suã distinctionẽ cõsuetudinis: & ₰m hãc refert Alex.in consi.4.in 4.vol.sem per se cõsuluisse.Quid in hoc sit dicendũ, vide Benedicti in sua rep.c.Ray.in verbo,in eodem testamẽto relinquens.à numero 188.vsque ad numerum 199.

de test.vbi ponit prædictas tres opinio.

De iure primogenituræ, & q̃ priuilegia cõpetant primogenito me remitto ad Martinũ de Cazariis dictũ Laudensem in tract.suo de primogenitura: quẽ postea quidam nouitius le Cirier,assumpsit in trac. suo de primogenitura, quẽ allegaui in fi. præceden. cõsiderationis, & ẽt vide Io.de Terrarub. in trac. de vinea ecclesiæ,in j.tract.art.2.3.& 4.vbi amplè.

QVadragesimatertia consid. Licet consuetudo ĩ dendi quo ad nobiles,& principes iuxta regẽ attẽdi debeat, vt dicit Bal.in c.j.§.marchio.in tit. de his qui feu.dare pos.in vsib.feud.& generalis cõsuetudo in hoc attẽdat̃, vt ẽt tenet Fel.in c.statuim. extra de maio.& obe.& vt dicit, iste honor appellat̃ priuilegium: tñ sunt aliqui principes, & nobiles in Gallia,& Frãcia, qui nõ solũ attendũt cõsuetudinẽ, imo ẽt ꝑtẽdũt prima loca eisdẽ deberi ex ꝓminẽtia, & ratione officiorũ,seu dignitatũ,ita ꝙ ẽt si non sint principes rõne officiorũ, ꝑtẽdũt ꝑcedẽtiã ante principes, vt j.dicetur in pluribus dignitatib. regni Franciæ,quas primo discutiẽdo dico oẽs pares Franciæ, esse cæteris principib.regni ꝑferẽdos. Cũ vt ait Guagui.lib.4.c.j.suarũ chron. Carolus fidei Christianæ charitate adductus exercitũ in Hispaniã duxit: pauit tñ q expeditionẽ ꝓduceret,rem tãto principe dignat. Ex oĩ ꝑcipua Frãcorũ nobilitate duodecim selegit,quos secũ ĩ militia ꝓduceret,eos pares appellãs, q.a.s.æquali inter se dignitate regi cõstãtes ꝑpetuo essent,neq; cuiusquam nisi parlamẽti tm̃ senatus iudicio obnoxii tenerent̃,q̃ cõseruandis itẽ coronandisque regib.adessent, & fuerũt tũc instituti in Francia duodecim, ad instar duodecim apostolorum, quos Christus in fidei ꝓpalationem, conseruationem, & ꝑpetuã cõfirmationẽ,necnõ ad iudicãdũ duodecim trib.Israel elegerat,₰m apostolũ ad Ephe.j.ibi: Benedictus Deus, & pr̃ &c. Vel instar Arualiũ sacerdotũ, quos Romulus prim⁹ ĩstituit,seq; duodecimũ fratrẽ appellauit inter illos, vt ait Plinius lib. 18.c.2. Inter quos erant sex ecclesiastici,& sex laici:& ex ecclesiasticis tres duces, videlicet Archiepiscopus Remẽsis, episcopus Laudunen. & episcopus Lingonẽ. & tres comites,s.episcopus Bellouacus,Nouiomẽ.& Cathalaunensis: & sic ẽt ex laicis tres duces.s. Burgundiæ, Normaniæ,& Aquitaniæ duces: & tres comites, videlicet Flandrẽsis, Tholosanus, & Cãpanus. Hodie verũ oẽs ducatus,& comitatus laicorum sunt uniti coronæ ꝑter comitatũ Flãdrẽsem;qui est in manibus Caroli nũc regis Hispaniæ, & Imperatoris Romani. Guag.tñ in dicto loco dicit hãc pariũ institutionem ꝓcessisse ab Arthuro Anglorũ rege, vt q̃dã asserunt, sed dicit hoc nõ esse verũ. Hi.n.iudicant de cã dñi, quãtũ ad hoc sunt superiores: vt est text.in c.j. de feudi apud pares terminãda.& de l.Corradi.cir. pri. & de prohibita alienatio.per Fede.§.præterea.ita tenet & refert Old.in consi.suo 128.in col.2.

Qui aũt dicantur pares curiæ Panor. Ant.de Bu. & Barba.in c.ceterum.de iudi.dicũt,ꝙ pares sunt q habent consimilia feuda: vel ẽt dicit Ale.in consi.suo 79.in 2.col.in 1.uol.ꝙ pares dicũtur similes vasalli ab eodem domino sine fidelitatis iuramento feudum

dum tenẽtes.c.j. si de inuestitu. inter do. & vasal. lis oriat.& de cõtrouersia feudi apud pares terminãda c.j.& §.pretereа. de prohib. feud.alie. per Federicũ in vsibus feudo. Et isti cognoscũt de materia feudali, notat in locis præall.& per Pan.in cõsi. 82. incip. conditoris oĩum.in j.col.& Old.in cõsi.272.inc. reuerendissime pater. Are.cõsi.14.& eundẽ Ale. in cõsi.suo 1.in 5.vol. Et pares curiæ habent iurisdictionem ordinariam de iure, vt dicunt Ant.de Butrio, Pan.& Barba.in d.c.cæterum.extra de iudi.

Hodie verò in Francia pares Franciæ sunt de parlamento Parisiẽsi, possunt assistere, imò præcedũt oẽs alios consiliarios in sedendo, & deambulando.

Et hodie loco ducis Burg.est Alenconiensis, loco ducis Aquitaniæ dux Borbonii, loco ducis Normaniæ dux Vãdensmi, loco comitis Tholosani, & loco comitis Cãpaniæ, comes Niuernẽsis : q qdẽ in locũ aliorũ fuerũt subrogati ĩ coronatione regis Lud. 12.

Esset tñ dubiũ an præcedere debeant p̃sidentes in parlamẽto, & cancellariũ in consilio regis : sed videmus, q nõ in loco parlamẽti, & in auditorio, ĩ aliis aũt locis in deãbulando vidi eis deferri, & p cancellariũ & presidentẽ in parlamẽto Parisiensi; sed credo hoc esse pp excellẽtiã ducatuũ, aut comitatuũ, quia vt plurimũ sunt de sanguine regali, & dicã latius ĩ.

QVadragesimaquarta cõsi. Inter alias dignitates mundi tẽporales post reges reperio solũ vnã quæ dr̃ Archiducalis; & est dignitas archiducatus Austriȩ, & quia de ea in spẽ non reperio tactũ, dico, eã præferendã omnibus ducib. sicut archiepiscopi preferunt epis arguendo ex assumptione huius vocabuli archiepiscopalis ad episcopalem. Nam sicut archiepiscopus dr̃ ab archos.i. princeps, quasi princeps episcoporũ. 22.d.c.cleros.& 8.d.per totum, & facit gl. ĩ rub.C. de comitiis, & archiatris.li.12.quȩ dr̃ ab archos.i. priceps. Ideo uidetur, q sicut duces debent poni, & sedere post reges, ideo ẽt, quia anponunt archiepi episcopis, vt s. precedenti cõsideratione 20.ideo ẽt archidux oẽs duces præcedere debet.

Audiui aliquos dicentes, q istud nomẽ archidux in Alamania tm̃ vsitatur, & est ex cõsuetudine itroductũ inter plures fratres, qui sunt filii vnius ducis, qm̃ post mortẽ patris primogenitus habet maiorẽ partẽ, & inter eos vocat archidux.i.primus dux fratrũ habentiũ ius in ducatu patris, in quo succedunt, & est nomen prioris dignitatis, seu primogenituræ ducum: sicut in Gallia habens maiorem dignitatem filiorũ regis dr̃ Delphinus nihil aliud legi. ideo nõ insisto, cũ de ista dignitate vltra duces nulla fiat mentio in iure. Et ideo iste præferendus est aliis suis fratrib.aut ducib. qui oẽs sunt duces, sed quilibet hẽt suam portionem: sed inter alios non video, q assumptio hmõi nominis ĩter eos faciat, nisi q iste p̃cedat alios duces, sicut archiepiscopi præcedũt episcopos.

QVadragesimaquinta consid. Dux Burgundiæ in coronatione regis, & in loco vbi pricipes regni cõgregãt quoscunq; alios principes, & duces p̃cedit, & primam locum iuxta regem habere debet tanquã primus par, & parium Franciæ decanus sit, vt ait Guaguinus, lib.9.c.1.de his verbis. Rege cõsecrato cũ ad cõuiuii locũ ventum est, id.n. in ȩdib. archiepiscopi apparatũ erat, principibus incidit de sessione, ordine atq; prælatione cõtrouersia. Nam Andegauꝰ ætate grandior Philippo anteire cõtẽdebat. Philippũ parẽ, & pariũ decanũ se esse, atq; propterea primã sibi post regem deberi sedem argumentabat. Eã litem consultatione procerũ habita rex negotiũ diremit, & Philippo recubitum primũ quatenus ad præsens negotium attinebat decernit: quare offensus Andegauus regi ꝓximũ nihilominꝰ locũ vsurpat. At Philippus nihil cũctatus medius ĩter regẽ Andegauumq; insilit, recubuitq;: quo vel facto vel audaci temeritate audacis cognomen adeptus est.

Et vt refert Philip. Berg.lib. 8. Dux Burgũdiæ cæteros duces Christianos antecellit, & primum locũ post reges obtinere debet: his verbis Burgundionũ prouincia in Francorũ cessit ditionẽ: hos autem reges constat per multa tempora regnasse in Celtica Gallia, vbi fuerant hæ ciuitates Sononis, Lugdunũ, & Vienna: hi populi aliqñ Hedui, qñq; Burgundiones, & interdũ Sequani sunt appellati: hodie vero regia dignitate omissa, ducatus titulum tãtum modo retinent. Quorũ dux cȩteros principes Christianos atq; duces præcedit: &, vt dicit Alexan. in consi.suo 235.in 7.vol.est magnus princeps in suo territorio.

Et cũ controuersia fuisset in consilio Basiliensi de sessionis ordine atq; prælatione inter electores imperii primum locũ ante ducẽ Burgũdiȩ, seu eius ambasiatores sibi deberi pretendentes pluribus de causis tunc per dictos ambasiatores allegatis fuit per cõciliũ generale dictũ, & pronũciatũ ambasiatores ducis Philippi Burgundiȩ, dr̃e p̃cedere electores ĩpii rõne ducatus Burgũdiȩ, eo ẽt maxime, qa erat primus par regni Franciȩ, & de familia regum Francorũ ex parte patris, & imperatoris, & ducis Baueriȩ ex parte matris, & ẽt qa plura fecerat ꝓ ecclesia Romana quã electores imperii, ẽt quia electores habebant solũ nomẽ officii, & dux Burgundiæ nomen dignitatis, & fuit dictum q esset primus post reges.

Et doctores, vt plurimum de eo mentionem faciẽtes nominant eũ illustrissimũ: vt hr̃ per Alex.in consi.suo 6.in 4.vol. Et licet videatur q duces sint tantũ spectabiles, vt vident tenere doctores in l.j.ff.de off. eius cui man.est iuris.& Spe.in ti. de iuris.omn.iudi. ver.medii. tamen quo ad nos duces in Gallia sunt illustres, cum sint perpetui, & non tẽporarii, ut tenet Purpuratus in d.l.j.in 27.col.

QVadragesimasexta consid. Omnes ẽt alii duces semper sunt prȩferendi comitibus, ex quo ex ordine literȩ est prior quis, ideo maior: ut habet in ru. quis dicat dux, marchio, comes.c. fundamẽta, de elect.in 6.c.clericis.de immu.eccle.in 6.

Quis dicat dux, vide in cõmẽtariis nostris sup cõsuetudinibus ducatus Burgũdiȩ, ĩ proȩ.in versi.duc.

Et aduerte, q licet quis sit dux tm̃ prefertur comiti, & marchioni, licet habeat duas maiores dignitates: eo quia nulla de per se sufficit ad prȩcedendum alium, ut tenet Lud.Rom.in cõs.suo 334, inci. quo ad primum ver.quo ad secundũ.eo, quia ubi in aliquo cõcurrit duplex dignitas, qa est dux, & comes,

vel dux,& marchio,attēdit maior dignitas,& ab eo denominant,ſm Innocentium in c.ſolitæ.de maio. & obe.do.meus Iaſ.in l.imperiū.in 3.col.ff.de iuriſ. om.iud.& melius in l.j.in 5.vol.ff.de verb.obl.quia à maiori,& digniori fit denominatio.l.quæritur.ff. de ſtatu homi.& l.cùm ex aliqua.ff. de acquiren.rerum dominio.dicam infra.

Et inueni quendā ordinē ducū,& comitū in Gallia,qui antiquitus intererant ſeu intereſſe debebāt in coronatione regis,inter quos primo ſunt duodecim pares Franciæ,de qbus s̄.dixi in 44.conſid.qui ſunt ſex duces,& ſex comites: vltra illos erāt duces vndecim,& 14.comites: duces vero erant ſequētes.

Dux Britanniæ. *Dux Aurelianenſis.*
Dux Borbonÿ. *Dux Narbonæ.*
Dux Andegauenſis. *Dux Biturіcenſis.*
Dux Aluerniæ. *Dux Turonenſis.*
Dux de Valeſio. *Dux Nemortÿ.*
Dux Alenconienſis.

Hodie vero ex iſtis 11.ſunt 7.ducatus in manibus gis.videlicet ducat⁹ Britāniæ,Aurelianē.Narbonę, Andegauē.Bituric.Turonē.& de Valeſio: ſed dedit ducatū Aurelian.in appanagiū ſecundo filio ſuo,& ſecūdò dedit ducatū Andegauen.eius matri, & tertiò dedit ducatū Bituric. dominæ Margaretæ ſorori ei⁹,& vxori ducis Alencon. Alios aūt ducat⁹ tenēt videlicet Carolus de Borbonio ducatus Borbonii, & Aluerniæ, quos prætēdit Ludouica de Sabaudia mater Chriſtianiſſimi regis noſtri tāquam proxima Suzannæ de Borbonio mortuo abſq; liberis, q̄ fuerat vxor dicti Caroli,& ſunt in proceſſu ipſa, & p̄fatus Carolus in parlamēto Pariſienſi: & ex aduerſo multa p dictū Carolū ꝓponunt,videlicet q̄ ipſe eſt de domo de Borbonio, & maſculus ex maſculo, & eſt ducatus in quo fœminæ nō ſuccedūt.dixi in cōmentariis noſtris ſup cōſue.ducat.Burgundiæ,in ti. des fiedz.§.5.ver.q.d de ducatu Borbonii. ideo non inſiſto,quia nō eſt materia præſentis ſpeculationis. Et ēt quia hoc anno 1527.6.Maii deceſſit ab humanis,& fuit interfectus in obſidione contra Romam, quæ crudeliter fuit obſeſſa,& deſtructa ab Hiſpanis & Alamanis,Carolo de Borbonio duce exercitus ꝑ Carolo Auſtriaco rege Hiſpanorum,& electo in Imperatorē,quod vertit in deſolationē Chriſtianitatis ex quo quæſtio eſt deciſa.& Carolus de Alenconio, tenebat ducatū Alencon. qui pręcedebat omnes, tū quia de ſanguine regali, & proximior, tum quia honoratur à principe,eo quia ſororē eius germanā deſponſauit, ſed ab humanis deceſſit anno domini 1524.Ducatū vero Nemortii tenet dn̄a Maria de Sabaudia amita regis p donationē eidē factam p regē.

Comites uero qui tunc intereſſe debebent, aut intererant in dicta coronatione, erant ſequentes.

Comes Darthois. *Comes de Vernendoys.*
Comes de Guyſe. *Comes de Sanlys.*
Comes Cartonenſis. *Comes Montisfortis.*
Dampmartin. *Comes de Bellomonte.*
Comes Melunenſis. *Comes du Perche.*
Comes Blexenſis. *Comes Dreuxenſis.*
Comes Deſtampes. *Comes de Dunois.*

Et iſti oēs comites tenēt p̄dictos comitatus à rege ī feudū,& rex tenet hodie multos comitat⁹ ex illis.

Plures ſunt alii comites ſub ducatibus ſupradictis,videlicet ſub duce Burgundiæ ſequentes.

Comes Niuernenſis. *Comes Kadrellenſis.*
Comes de Charny.

Sub ducatu Aquitaniæ ſequentes.

Comes Pyctauenſis. *Comes de Rodarz.*
Comes Armigniaci. *Comes de la Marche.*
Comes de Perdriac.

Comes Angoliſmenſis.Qui fuit effectus ducatus tēpore patris regis noſtri Franciſci nunc regnantis.

Comes de Perigourt. *Comes de Vantadourt.*
Comes de Benon.

Sub ducatu vero Normaniæ nulli ſubſunt comites.

Sub ducatu vero Narbonę ſequentes.

Comes de Rouiſſillon. *Comes de Nyſmes.*
Comes de Caſtres. *Comes de Leon.*
Comes Carceſſone.

Sub ducatu Britanniæ ſequentes.

Comes de Pontyeure. *Comes de Nantes.*
Comes de Pareuel.

Nulli ſunt comitatus ſub ducatu Aurelianenſi.

Sub ducatu Aruernię ſunt comitatus ſequentes.

Comes Claromontenſis. *Comes de Montpenſier.*
Comes de Boys.

Sub ducatu Borbonii ſunt comitatus ſequentes.

Comes Foreſij.
Comes Claremonten.en Beauuoyſin.

Nulli ſunt comitatus ſub ducatu Turonenſi.

Sub ducatu vero de Bery ſunt ſequentes.

Comes Vendomy. *Comes de Blaſmont.*
Comes de Vigny,ſeu de Ligny.

Sub ducatu Andegauen.ſunt comitatus ſequentes.

Comes dum Mainnu. *Comes vendomi.*
Comes de Beaufort, *Comes de Laual.*

Nulli etiam ſunt comitatus ſub ducatu de Valeſio.

Nec etiam ſub ducatu Nemortii.

Sub comite vero Campanię ſunt ſequentes comites, qui tenent in feudum à dicto comitatu,quem tenet rex in manibus ſuis,videlicet.

Comes Barry. *Comes Altiſſiodoren.*
Comes de Tonarre. *Comes Porcienſis.*
Comes de Brianne. *Comes de grand pre.*
Comes Rutbelen. *Comes de Malle.*
Comes de vertum. *Comes de Vinne.*
Comes de Buſſy. *Comes de Brye.*
Comes de Ioigny.

Et aduertendum eſt, q̄ hic comitatus potius deberet dici,& eſſe ducatus, quàm comitatus: qm̄ ſub ſe habet decem,& vltra comitatus. Sicut.n. rex debet habere ſub ſe decem duces,ita dux debet habere decē comites,ſeu marchiones: & comes ſeu marchio decem barones,& baro decem feudatarios.

Sub comitatu vero Tholoſę, qui eſt unus e trib⁹ comitibus parium Frācię ſunt comitatus ſequētes.

Comes de Fouez, *Comes de Comminges.*
Comes de Bigore *Comes de Luſtrac.*
Comes de Liſſe *Comes de Guercy.*

Nulli uero ſunt comites ſub comite Flandrię, q̄ eſt unus

vnus de paribus Franciæ.imo est primus inter comites, vt dixi in cõmentariis sup consuetudinib.ducatus Burgundię,in tit.de feudis,§.v. ver. quãtum ad comitatus est considerandum.

Sub comite Darthoys sunt sequentes.

Comes de Ponthieu. *Comes sancti Pauli.*
Comes de Guynes. *Comes Bononiæ.*
Comes de Faulcomberge.

Et ordo supradictus aliàs fuit obseruatus in Frãcia ĩ coronatione regis Frãciæ inter prĩcipes Franciæ, licet sint alii officiarii, q̃ ẽt deb. interesse, & habere locũ in loco vbi sedet rex, videlicet in cadaphali,in quo sunt multi gradus: quod q̃dẽ cadaphale est admodũ throni lignei,ut hr̃ de lib. Esdræ.c.vlt. Stetit Esdras,sacerdos, & lector legis sup ligneũ tribunal, & soliũ regiũ stat ĩ loco supiori in quo collocatur paratum more regum Francorum. Altitudo.n. sedis significat præcellentiam dignitatis secundum Bal.in consi.385.inc. Archid.habet &c.vol. 1.

In cõgregatione verò generali trium statuum totius regni Francię Turonis celebrata,alius fuit ordo obseruatus.& obseruatur.qui est talis.

Primo in superiori loco post regem erant Cardinales.
In secundo principes, & illi qui de sanguine, seu pro sapia regali sunt, & cum eis connestabilis.
In tertio pares Franciæ ecclesiastici.
In quarto prælati secundum ordinem promotionis.
In quinto capita quatuor ordinum principalium.
In sexto quatuor principales officiarij, & milites ordinis: de quibus infra dicam, ideo aliter non insisto.

In oppositum prælatorum erant multi comites, & magnates, videlicet.

Comes de Candalles, & de Benandes.
Comes de Ponthyeure.
Dominus de La tremoille. *Comes de Benon.*
Dominus de Pons *Comes de Sanxerre.*
Comes de Rossy *Comes de Brayne.*
Dominus de Lestrac, & comes.
Dominus de Maleurier.
Dominus de Castillon comes de la Vaur.
Frãciscus dominus de Luxẽbourg comes de Martigny.
Dominus vicecomes de Polignac.
D.de Clermont de Lodeue vicecomes de Nebousan.
Dominus vicedominus de Chartres.
Comes de Ioigny. *Vicecomes de Thuraine.*
Vicecomes de Comaet dominus de Trignac.
Dominus de Montmorency primus baro Franciæ.
Dominus des granges filius comitis de vantandor.
Dominus de Routeuille.
Dominus de Crony.

D.Diury præpositus Parisi.& sic de singu. Et in hoc loco ponunt,& poni debent omnes comites, vicecomites, & magnates, seu barones qui nõ sunt neq; de parib. Frãciæ, neq; de principib. & sanguine regali.

Post eos fuerunt collocati cõsiliarii magni cõsilii regis: & in hoc nõ est sine dubio an debeat p̃cedere quatuor gñales, seu magnũ thesaurariũ regni, dicã ĩ.

Post eos gentes financiarũ. Post omnes prædictos fuerunt duo scamna nobiliũ: primum, s. & secũdũ. & ibi nullus fuit datus ordo inter eos propter multiplicitatem, & multitudinem eorum.

Et hæc oĩa hñr in quodã paruo volumine vulgo nũcupato, les trois estatz tenuz à Tours. vbi etiam ordo ciuitatũ, & patriarũ ibi conuocatarũ ponit: & post ciuitatẽ Parisiensem ponunt electi, & delegati ducatus Burgundiæ, tanquã existentes de primo pari Frãciæ, & decano pariũ: in q̃bus fuerũt cõprehẽsi Heduẽses & aliæ p̃riæ de ducatu Burgũdię existẽtes.

Alios aũt videre potes tu ipse quo ordine ibi positi fuerint, & vocati: & ibi ponunt illi de comitatu Burg. eo q̃a tũc erãt subditi regi Frãcię: imo adhuc nõ est sine dubio, an sint sub regno, eo quia sunt de feudo ducat⁹ Burg. cũ ita sit, q̃ anno dñi 1307. Philippus comes Pictau. filius secundogenitus Philippi le bel regis Frãciæ rõne Ioannæ primogenitæ Othelini comitis comitatus Burg. pręstitit fidẽ, & homagiũ Roberto duci Burg. p̃ terris, quæ tenebat in comitatu Burgun. cã dictæ Ioannæ suæ vxoris: & multa alia dici possent p̃ fundamẽto, & comprobatione huius dicti, quę fortè alio loco dicent: sed nunc de his taceo: cũ p̃scriptio tanti tẽporis, cuius initii memoria nõ extat in cõtrariũ, posset ad prędicta obiici.

QVadragesimaseptima cõsi. Videtur etiam dicendũ, q̃ marchio comitẽ pręcedere debet, arg. literę in rub. quis dicat dux, marchio, comes, in vsib. feud. &, vt dicit Bal. in c. 1. de feudo marchię, est dignitas regalis, & hr̃ in commentariis nostris sup consue. ducatus Burg. in proœmio. in ver. mar quis. & vide Iac. de S. Geor. in suo tract. feu. in ver. marchio in Italia. do. meus Ias. in l. v. in prin. col. ff. de ver. ob. dicit, q̃ marchiones perpetui ęquiparantur Imperatori in suo march. & dicit Bal. in l. donationes. C. de don. inter vir. & vx. quòd sunt multi duces, & marchiones, qui in eorũ territorio non magis ligantur legibus, quam imperator, & ideo tales debent dici illustres. Et de marchione Mantuæ, & Ferrarię, vide Bal. in consi. 195. lib. 2. vbi vocat eos illustres. & Sozin. vocat illustriss. in consi. 66. lib. 3. co. 6. quoniam, vt dicit Bal. in consi. 359. lib. 3. imperium nõ est eis commissum, sed in eos translatum. vide Purpu. in l. 1. in 29. col. ff. de offi. eius cui man. est iurisdictio. Cõsuetudo tamen Francię se habet, quòd comes pręcedit marchionem, maximè quando sunt de comitib⁹ qui sunt pares Francię, aut q̃ sunt de sanguine regali. Cum sanguis regalis semper cęteris pręferatur, ut dictum est supra in 32. conside. cum omnes dignitates à principe tãquam à fonte defluant, vt dicit Bal. in cap. primo in prin. quis dicatur dux, marchio, comes. Ex quo ergo semper iure sanguinis, & naturalia sunt fortiora accidentalibus, dicendum est quòd comites ex sanguine regali sunt cœteris pręferendi: & hęc consuetudo est etiam in Alemania, vbi comites pręcedunt marchionem. In Italia vero marchiones pręcedunt comites, vt dicit Lucas de Penn. in rubri. de comitibus consistorianis, lib. 12. C. vbi amplè ponit quis dicatur comes. de quo statim dicam: dicit tñ ibi, q̃ in diuina scriptura maior erat dignitas comitatus: nam is qui erat princeps militię dicebat comes regis. 2. Reg. c. 20. Ecce q̃ voluit esse p̃ Ioab comes Dauid. vñ Ioab Princeps, & dux noĩatus est 1. Paral.

c.11.cuius successor comes dictus.d.c.20. Hodie at seu pp personas indignas,quæ ad dignitaté hanc indifferenter aspirant,seu pp multitudiné excrescenté ad vtilitaté hæc dignitas est redacta : sed hoc potest esse in Italia,sed in Frácia,secus: vbi pauci sunt & in cōpetēti numero,& ideo suo gaudēt ibi honore. In Italia vero hæ dignitates multitudine effusæ honesta te ppria muniunt,ar.tex.in auth.de referédariis, in prin.de quibus Lucas in dicto loco.Et cum comites sint ppetui,apud nos sunt illustres, vt per plura tenet Purpur.in l.j.ff.de offi.eius cui man.est iurisd.in 28.col.& vide quæ dixi ſ in 8.parte.in 15. conside.

QVadragesimaoctaua cōsi.Ille qui est marchio,& comes simul,pfert ei q est marchio tantū: vt notat Bal.in l.sed & milites.in prin.ff.de excus.tuto. qa duo vincula vincūt vnū.inst.de tute.in prin.vt in simili dr de doctore in vtroq; iure,q præcedit docto ré in vno tm,fm Bal.in d.loco,& Alex.in apostil. ad Bar.ff. de obsequiis pręstandis.do.meus Ias. in l. cohæredi.§.qui discretas.ff.de vul.& pup.

QVadragesimanona consid.Dux,marchio,aut comes expulsus à ducatu,marchionatu,vel comitatu retinet dignitaté,ita q sedere debent in loco ducū,marchionū,vel comitum.Bal.& Card.Alex.in c.1.quis dicat dux,marchio comes. qm ex quo inuestiti fuerunt de ducatu,marchionatu, vel comitatu retinent dignitaté, vt tenet Iac. de S. Georgio in tractatu feudorū,in verbo,comes.facit tex.in c. Nabuchodonosor.23.q.4.ibi:regnū quod perdiderat rur sus accipit,& facit cle. 1.de for.compe.

QVinquagesima consi.Comites palatini, vel comites sacri palatii qui creantur à principe ad legitimandū,& ad creandum tabelliones, licet nō sint propriè comites cum non habeant territorium, sit di cunt Bal.& Card.Ale.in d.c.1.quis dicatur dux, mar chio,comes,tamé quia habent voluntariam iurisdictioné,& dignitaté, præferuntur quibuscunque aliis non habentibus comitatum cum territorio, vt tenet Iac.de S.Geor.in dicto tract.feudorum.in verbo, comes.de his & abusibus etiam in Ioá. de Terrarub. in proemio.in glossa sepiuit.

QVinquagesimaprima consi.Comes qui habet dignitatem comitatus à iure,& non à principe, vt est doctor,qui legit viginti annis fm glo. in l.j.C. de profes.qui in vrbe Constantinopoli.lib.12.Card. in d.c.1.col.j.Bar.in l. Alexádrinis.C.de decurio.li 10. & in l.j.in 3.q.C.de dignitatib.lib.12.& in 1.constitutione codicis præcedi aut præcedere debet milites & barones: cū pari passu ambulét lex mortua, & lex viua.Cū ergo comes sine territorio à lege viua, videlicet à principe creatus præcedere debeat alios non comites,sic etiam comes à lege mortua creatus.

QVinquagesimasecūda consi.Comes nō recognoscens superiorem æquiparatur principi: si uero superiorem recognoscat,æquiparatur præsidi, ut dicit do.meus Ias.in l.stipulationem.in 5.colū.ff.de verb.obl.vbi etiam ponit, q ædicta eorum,& statuta sunt ius prætorium,& non ciuile, quando maxime superiorem recognoscunt: secus si superiorem non recognoscunt,quia tunc sunt ius ciuile,ut ibi.

QVinquagesimatertia consi.Comes est nomen dignitatis,qn profert simpliciter, qui nunquá debet ornaméto carere. Ná inornati morib. & virtutibus nedum à comitatiua principis debent arceri,sed ét nequeūt iuxta eius pala tiū habitare.l.quicunque: C.de operib.pub. Ad idé de conse.d.5.c. fucare. vnde sicut indecorum morib.non decet pallio decorari, vt 100.d.c.cōtra morem.ita non decet comitatus titulo insigniri: absq; virtutib. n. comes sicut & rex eo deformior,quo illustrior patet.Nunquid pōt abscondi ciuitas supra montem posita, desolatio,aut latere fumus extinctæ lucernæ super candelabrum. Si mia in tecto,rex fatuus in solio sedens: vt ait Berna. de considera,lib.2.& indignum ad honores promo ueri,nihil aliud est q̃ decipere. 61.d.c.quid proderit hoc dicit Luc.de Pen.in rub.C.de comitibus consistoria.lib.12.sed quandoque est nomen officii tantum, vt quando profertur sub istis nominib. comes largitionum,comes domorum,comes horreorum, comes laborum,comes consistorianus.comes, scholarum,comes palatii: de quibus infra dicam in parte sequen. vbi ponam de officiariis principum.

QVinquagesimaquarta cōsi.Licet hic ante locuti fuerimus de principibus sub nomine generali, est tn adhuc alia dignitas, quæ suo speciali nomine dr principatus: vt dicit Iacobin᷒ de S.Geor. in suo tract.feudorum. in verbo princeps Pedemontii ubi dicit ducem Sabaudiæ esse principé Pedemōtii: & ibi ponit exéplū de principe Achaiæ,& Pedemontium. Sunt multi in Gallia, qui habét hanc dignitaté vt est princeps Oriengiæ princeps de Thalmōt, princeps de la Roche sur yon,& sic de singulis. *Et isti ex* communi obseruantia ponūtur inter *principes, sed* tn communiter eos præcedunt: licet *Iacobinus ibi* ponit principatū ante comitatum, indiscriminatim tn præcedunt barones: vt infra dictum est in 9.par. in 15.cōsid. Et Iac. de S.Geor. in dicto loco quid ueniat appellatione principis,& quot modis sumatur, & de specialitatibus principum ponit vsq; ad 66.specialitates, quæ sunt in principibus ratione principatus ex quibus in hoc cognoscitur excellentia principum in multis, vltra alias priuatas personas, de quibus hic ante in 23.consid.

Aduerte tn, quia, vt dicit Io. de Imo. in rub.ff. de verb.obl.in versi.7.no.dicit, q Imperator intelligit principatum esse dignitatem post dignitatem regiá, facit illud Exod.22.non maledices populo tuo, de quo vide Iacob.Bonaudi in gloss.in verbo, sepiuit.in proœ.Ioan.de Terrarub. in libro, intitulato, Vinea Ecclesiæ.

QVinquagesimaquinta consid. Est ad huc alia dignitas, puta quandoq;, vt videmus, sunt q. di cuntur uicecōmites, & dicit Spe.in d.c.de uicecomite, q uicecomes est is cui dominus castri committit uices suas, seu executionem iurisdictionis in castro: & ibi pōnit quomō sit cōstituēdus uicecomes: apud nos tn uicecomes nō est nomé officii, prout uult, & intendit Spe.sed est nomen dignitatis, q̃ est quodam modo maior dignitate baroniæ, sed minor dignitate comitatus: & quasi sit apud nos minor quá comes, sed

sed maior q̄ sit baro: & sunt plures apud nos vt erat dn̄s gubernator Burgund. qui dicebatur vicecomes de Thouars, vicecomes de Thuraynes, & vicecomes de Combert. Apud nos etiam habemus maiorem Diuionen. qui dicitur vicecomes, sed hunc credo potius habere nomen officij quam dignitatis, cum ex quo Diuio fuit olim tantum castrum, nunc est oppidum, & ex quo est maior illius castri Diuionen. dr̄ habere custodiā illius, ex quo dicitur vicecomes ratione custodiæ illius castri: denotat tamen aliquam maioritatem & præeminentiam inter maiores ciuitatum esse in illo plus quam in alijs. Ex quo etiam alios p̄cedit, quod facere non deberet, ex quo alii maiores sunt defensores ciuitatū, & sunt officiarii ciuitatum, & ipse est tantum officiarius castri seu oppidi: eo quia officiarii maioris ciuitatis præferuntur aliis officiariis minoris ciuitatis, vt dicit Decius in c. clerici. in 6. col. extra de iudiciis. dicam alibi.

Fuit aliàs quæstio inter vicecomitem de Talardo & marchionem de Transio in prouincia Prouinciæ qui olim erat baro tantum, & fuit creatus marchio à rege Ludouico XII. Et dicebat dictus vicecomes, ꝙ nō poterat creari dictus marchio, quoniam ante erat baro in præiudicium sui qui præcedere debebat eum, licet esset nouiter creatus marchio: sed cum omnes dignitates à principe procedant, cum dignus honore sit quem princeps vult honorari, dixi amplè alibi. Iō potuit de barone facere marchionem, qui cum marchio sit præcedere debet vicecomitem: & ita fuit dictum per arrestum parlamenti Aquen. anno Domini 1511. vt refert Iac. Bonaudi in gl. in verbo, sepiuit. in proœmio Ioan. de Terrarubea. in tractatu intitulato, vinea ecclesiæ.

QVinquagesimasexta consid. Alii autem inferiores, vt sunt Barones, cum non habeant omnimodam potestatem principis, tantum inter nobiles computantur: præcedunt tamen quo ad nos simplices nobiles, eo quia ratione baronię habent sub se vasallos, ex quo magis honorantur, imò dicuntur habere maiestatem, ita vt eorum subiecti in eos conspirantes dicantur crimine læsæ maiestatis teneri. Ioā. Fabri in proœmio institutionum, in prin. super verbo, maiestatem. post Azonem in summa videtur tenere qđ non, sed Ægidius de Bellamera in cons. 15. in ver. iuxta quod ad propositum. videtur tenere ꝙ sic. c. si quis 2. q. 1. & c. & in primis. & 5. q. 3. ca. 3. & ita vr̄ tenere Archid. in ca. fœlicis. de pœnis. in 6. quem ibi allegat Ægidius. Et qui habet caput baroniæ magis est honorandus, cum videatur ꝙ ille solus non alii habentes partem in baronia debeat reputari. arg. l. peculium. §. quadrigæ. ff. de leg. v. l. cum quidam. ff. de fun. instr. & l. quæsitum. §. si quis. & ff. de officio procons. & in l. si aliquam. in prin. & ff. de re milit. l. qui commoratus. §. arena, & quod notatur in l. cum diuersis. ff. de relig. & sumpt. fune. vbi habetur. quod vbi est caput censetur esse totum, licet in contrarium videatur facere tex. in l. 2. ibi, aliquid ordinare. C. vt dignitatum ordo seruetur. & ibi Io. de Pla. Sed de intellectu illius legis quomodo scholares eam intellexerunt, videatur supra in quarta parte, in 32. consid. Et baro habēs iura imperialia æquiparatur comitibus, licet comitatus & baronia differant: quia comes cęteris paribus præfertur baroni, vt tradit Curtius iunior in tra. feudorū in 2. par. col. 28. ver. sed quia glo. per tex. in c. fundamenta. de elec. in sexto. vide Purpuratum in l. prima. in 39. col. ff. de officio eius cui mandata est iurisditio. Et in suprascriptione text. in cap. grandi. de supplenda negligentia prælatorum, in sexto. præponit barones comitibus. Ideo videtur quòd essent maiores: dic tamen quod baro præcedit militem, vt in cap. venerabilis. de confirm. vtili uel inutili, dicam infra in 8. parte.

Quintæ partis Catalogi Gloriæ Mundi, Finis.

SEXTA CATALOGI GLORIAE MVNDI PARS,

Eſt de Officiarijs Principum.

ET HABET TRIGINTA ET OCTO CONSIDERATIONES.



OFficiarii namq; principũ ſunt in quadruplici dñia. Quidam ſunt circa pſonã principis. Quidam etiam circa ærarium principis : & de his omnibus in hac parte dicetur. Quidã uerò circa iuſtitiam adminiſtrãdam : & de his dicetur in ſeq.par. Quidam uero circa militiam : & de his infra in 9.par.dicturus ſum. Et in his comprehẽduntur omnia officia Principum.

PRIMA conſideratio erit pro introductione & intelligentia materię huiuſce ſextæ partis,& ſequentium,de pręſuppoſitione. l.2.C.vt dignitatum ordo ſeruetur.li.12. quæ eſt talis. Omnes priuilegia dignitatum hoc ordine ſeruanda eſſe cognoſcant, ut primo loco habeantur hi qui in actu poſiti illuſtres peregerint adminiſtrationes. Secundo ueniant uacantes, qui præſentes in comitatu illuſtris dignitatis cingulum meruerint. Tertium vero ordinem eorum proſpicimus, quibus abſentibus cingulum illuſtris mittitur dignitatis. Quartum honorariorum, qui præſentes à noſtro numine ſine cingulo codicillos tantum honorariæ dignitatis adepti ſunt. Quintum eorũ quibus abſentibus ſimiliter ſine cingulo mittuntur illuſtris inſignia dignitatis. Sed adminiſtratores quidem etiam comites rei priuatæ omnibus uacantibus honorariis anteponi cẽſemus. Vacantes autem poſt adminiſtratores uenieẽtes, non omnes iam omnibus honorariis credimus pręponẽdos: ſed eos uacantes illi honorariis qui ſimilem adepti ſunt dignitatem, ut pręfect. pręetorio, nõ quęſtorius, pfecto quęſtorio pręponat. Pariq; modo quęſtorius quęſtorio. nõ uacans comes theſaurorũ uel comes rei priuatę honorario quęſtorio uel magiſtro officiorũ pręferatur. & inter adminiſtratores illos etiã numerari decernimus, quibus illuſtribus in ſacro noſtro cõſiſtorio cunctis aliquid ordinariæ dignitatis uel ante cõmiſimus, uel poſtea committemus peragẽdum: uerbi gratia, ſi uacantiũ magiſtro militum belli cura committitur. cur enim aut uir magnificus germanus magiſter militũ uacãs appellatur, cui bellum cõtra hoſtes mãdauimus, aut cum excellentiſſimus Propẽtadius nõ egiſſe dicitur prefecturam, cuius illuſtribus cũctis diſpoſitionibus uice prætorianæ præfecturę miles in expeditione copia commeatum abundauit?

Ex qua lege collige principaliter, ꝙ ſunt tres principales ordines dignitatum officiorum, ſ. adminiſtrãtium, uacantium, & honorariorum: inter quos ordines adminiſtrãtes pręferuntur omnibus, uacãtes uero pręferũtur honorariis in ſimili dignitate, non in dignitate diſpari. Et inter adminiſtrantes computantur nõ ſolum quibus à principio committitur dignitas cum adminiſtratione, ſed etiam illi qui cum eẽnt uacantes, iterato uocãtur ad adminiſtrationem p ſe, uel uice alterius. Et in effectu hoc continet tota illa lex, quę licet faciat quinque gradus, tamen gl. ibi: in uerbo, uacãtibus. reducit ad tria membra, ſ. adminiſtrantium, uacantium & honorariorum: quorũ duo membra, ſ. uacantium & honorariorum ſubdiuiduntur inter pręſentes & abſentes.

SEcũda conſi. ex d.l. eſt, qđ licet tex. in pdicta lege cõnumeret iſtos tres ordines ſolũ ĩ illuſtri dignitate, tñ ẽt idẽ ordo maioritatis hẽt locũ ĩ qualibet dignitate, & in oĩb. aliis dignitatib. ut dicit Io. de Pla. in d.l. oẽs. & ẽt in oĩbus poſitis per eũ in l.fi.C.de decurio.li.10. Et, ut dicit, etiam effectus iſtorum ordinũ eſt, ut ſit ĩter eos prior ſedes, locus cõſpectior, decernẽdi, loquendi q; facultas, ut in l.2. in fi.C.de pręfe. pto. & alię platiões, de quibus p eum in l.1.C.de prępoſitis ſacri cubiculi: & de omnibus dixi in 1.par.

TErtia conſi. ex d.l. etiam infertur, quod maior honor adminiſtrantibus, uacãtib. & honorariis pręſentibus q̃ abſentib⁹ debetur. Et dignitas collata pręſenti eſt honorabilior & pręlatior ea quę cõfert abſenti, ſiue utraq; ſit dignitas cum adminiſtratiõe, ut quia unus adminiſtrat Romę, alius in prouincia, nam præfertur adminiſtrans Romę propter excellẽtiam ciuitatis. Ideo præfectus vrbis ſeu ciuitatis eſt

in

in maiori dignitate, quia illustris, vt notatur in rub.ff.de officio præfecti urbis. quam alii pfecti alibi administrantes, qui sunt spectabiles, vt dictum est p Io. de Platea in l.fi.C.de decurio.li. 10.& facit.l.j. C.de silentiariis, lib. 12.& l.unica.C. de præpositis laborum, lib. 12. siue utraq. sit dignitas honoraria sine administratione, quia præfertur dignitas collata in præsentem dignitati collatæ in absentem, siue utraq; fuerit ad postulationem, siue utraq; motu proprio principis. Et hoc facit præsentia principis qui actum extollit, argumēto.l.oïum. C.de testamentis & de silētiariis.l.1.C.eo.lib. Ex quo dicit Io. de Plat. in d.l.loēs, quę est l.2.C.ut dignitatum ordo seruet. ꝙ maioris est honoris electio facta pręsente cancellario principis, quam si mittatur sibi ad domū, arg. d.ll.& iurium supra allegatorum.& dixi in 16.consid. quartę partis, & fortè ēt infrà dicam. Quia hęc possunt adaptari ad omnia officia eiusdem status ī hoc, ꝙ prouisus pręsentialiter est maior quā in sua absentia, data paritate in reliquis.

QVarta consid. ex prędicta lege, ꝙ inter uacātes, illi qui priori tpe uacauerunt pferuntur.l.fi.C. de priuilegiis eorum qui in sacro palatio militant, lib.12. ita dicit Io. de Platea in d.l.2.C.ut dignitatū ordo &c.&, ut dicit, uacātes sunt in duplici genere: quidam qui deposuerunt dignitatem & administrationem, utputa dici potest de illis qui certa hēbant officia, & illis renūciauerūt, seu illa resignauerūt, uel qa aliquo tpe fuerunt officiarii alicuius loci seu urbis, ubi non sunt amplius talia officia: ut de illis q fuerūt cōsiliarii in senatu Mediolanēsi sub rege Frācię, & nunc (quia ipse rex non tenet ducatum Mediolani) non amplius sunt consiliarii.

Quidam uero quibus est data uel missa dignitas sed nōdū habēt administrationē: puta quia quis est creatus cōsiliarius ad primā uacaturam, uel creatus secretarius uel magister hospitii seu domus ad primā uacaturā, & isti sunt uacātes qui inter eos pferūtur fm proprietatem temporis uacationis, sed ex quo habēt administrationem, semper pręferuntur.

QVinta consid. ex añ d.l. ꝙ semp habēs administrationē pręfertur honorario, ēt ī dispari dignitate: secus aūt in uacante, quia uacās eiusdē dignitatis pfert honorario, sed ñ pfert maioris dignitatis honorario: qm pcurator fisci q̄ dr̄ comes thesaurorū uel pcurator Cęsaris, i. oïs rei priuatę, nō pfert honorario questorio uel ex magistro officiorū, s. honorario qui hēt dignitatē magistri officiorū sine administratione. Nō.n.hēt locū platio, qa sunt dissimilis qualitatis. ita dicit Io. de Platea. in d.l.2. in fi. 2. col. C.ut dignitatū ordo seruet. ubi dicit, ꝙ honoraria dignitas tāquā extraordinaria nō impedit qn possit qs acceptare aliud officiū stāte statuto, ꝙ qs nō possit hr̄e duo officia: qđ ēt est de iure hac part. C.de proximis sacr. scrin. & ibi Io. de Platea, lib. 12.

Honorarii enim sunt apud nos, qui tm̄ habēt nomē officii & dignitatis, & non administrationē nec salaria assueta, ut sunt plures magistri requestorū domus regis, qui dignitatē illā honorariā tm̄ habēt, sed tñ adhuc licet non habeāt administrationē, tamen debent pręferri omnibus aliis inferioribus dignitates inferiores & minores habentibus. & iō dixi in casu emergenti tales debere pcedere oēs aduocatos simplices, & si talis cū hoc eēt aduocatꝰ regius, pręferendus esset cęteris aduocatis regiis, & si locūtenēs, cęteris locūtenentibus. Ego aūt als tales lr̄as obtinui à Christianissimo rege Ludouico XII. sub dño Guidone de Rupeforti cācellario Francię dignis. & meritis. in regressu meo ab Italia, q sua bñuolētia uoluit me pmoueri facere in cōsiliariū magni cōsilii regis, & mihi iiūxerat, ut redirē ad patriam ad pparandum & disponendum de negociis meis, ut infra duos menses redirē ad curiā cū libris, sed statim infra mensem decessit ab humanis, nec amplius prosecutus sum quoduis officium, sed me ad hāc nr̄am ciuitatē Heduē. retraxi, ut scribere & cōponere possem cōmētaria sup cōsue. ducatꝰ Burgun. (quod & factū est Deo authore) & plura alia q tādē in lucē mittent. Verū cū Christianissimus rex Frācīscus hāc ciuitatē Heduē. primò ingressus fuisset, ei orationē noïe ciuitatis habui, & habita orōne me alloq. fecit p R.d. Archiepm Senoneñ. & epm Siluanectē. qui mihi parte regia iniūxerūt, vt sequerer eius magnū cōsiliū, eo quia intendebat ipse rex, & volebat me esse cōsiliariū in dicto cōsilio: qđ recusaui, ex quo tale consilium non est firmū nec stabile, sed potius cursoriū seu deambulatorium, quia semper vadit & currit cum curia principis: & istud me traxisset à volutione librorū & cōpositione aliquorū tractatuū, quos iā inceperam. Nec à tpe quo decessit dictus dñs Guido intētionis meę fuit usq; nunc hr̄e aliquod officium, quod me retrahere seu auocare potuisset à studio, put nec psecutus sum, licet stimulatus fuerim à multis: fortè cū ero quinquagenarius psequar aliquod si uidero esse mihi vtile & facilis psecutionis. Si videro nō posse ad id puenire, nisi eo modo quo hodie peruenitur, s. cum pecunia, stabo cum opinione Labeonis. de qua in l.2.§. post hunc. ver. ex his. ff. de orig. iuris.

SExta consid. erit alia, ꝙ officiariorū existētiū circa psonā principis, & sic officiariorū palatii seu hospitij domus regalis, quidam sunt qui habēt cogitare de epulis dicti palatij, qui & præpositi & tribuni scholarū de iure vocantur: vt in l.uni.C.de comitib. scholarum, lib.12. Et hoc per quandam similitudinem, quia sicut scholaris in studio addiscit & studet, sic studiū istius parare epulas regales seu imperiales: vnde huiusmodi paratores dapum regiarum tribuni ac præpositi scholarum dicti sunt de iure. de his dicam infrà in suo loco.

Sūt etiam quidam in dicto palatio, qui comites sacri stabuli dicuntur, ut in d.l. vnic. quia stabulum regale aut imperiale custodiūt, & prouidēt in victu equorū, & de talibꝰ curā habēt. Et iste apud nos vocatur grandis scutifer. dicam infra in 10. consid.

Reperiūt ēt alii q comites curę palatii dicunt, i. q curāt de ornatu, s. cultricis, linteaminib. & vtēsilibꝰ domus imperialis seu regalis: & pdicti oēs habēt diuersos ordines īter se. Quia nōnulli sunt ī primo ordine, i. maiꝰ & nobiliꝰ seu primarū hñt offm̄, ut

est inter

est iter cābellanos regios primus cābellanus, qui in Gallia hodie est dñs Ludouicus de la Tremolle, gubernator Burgundiæ pro rege Frāciæ. Alii sunt in secundo ordine, alii in tertio, & alii consequēter in quarto, & sic de singulis: & ꝙ omnes alij à primo sunt æquales, nisi ꝙ qui prior est promotus ad tale officium, prior est in ordine, & sic de aliis.

Et generaliter in quolibet ordine & statu officiariorū principis est vnus qui est ꝑpositus ordinis de ordine suo. & prouidet etiam vt quilibet de tali ordine diligēter ꝓbè & bene faciat quod ordini suo incumbit. Ita dicit Iaco. Rebuffi in d. l. vni. C. de comitibus & tribunis scholarum: lib. 12.

Sunt etiam quidam qui prouidēt de medicinis, vt sunt medici: de ordine quorum infra dicetur.

Septima cōsid. Veniēdo ad praxim nostrā quàm hodie habemus in Gallia, & qua vtuntur curialistæ & Aulici est, ꝙ inter omnia officia domestica palatii, seu hospitii domus regalis maius officiū & dignius inter oīa est officium magni magistri, qui in vulgari nr̄o dr̄, le grāt maistre, & ī Cicilia dr̄ magnus senescallus, & in Aragonia maior domus, ꝑut dicit Luc. de Pen. in d. l. vni. C. de comitibus & tribunis scholarū. Et ita ēt tenet Nic. Boerii in suo tra. de præeminentia sacri magni cōcilii: qn̄ ponit ordinem sedendi in regno: sed ut mihi vr̄, cum eēt curialista & Aulicus, eo quia erat cōsiliarius in magno consilio regis Frāciæ, nō bn̄ intellexit statum illius: cū in palatio regis officium magni magistri sit aliud à magno senescallo, & illa duo officia sint penitus distincta & diuersa, & de vtroq; dicetur infrà. Dn̄s verò Guil. Budæus qui toto tp̄e uitæ suæ fuit aulicus regis, & nunc magister requestarū hospitii regis ordinarius, ur̄ hūc appellare pincernam maximum: cum dicat in lege vlt. ff. de senatoribus: in suis annotationibus. ꝙ primiores regiæ dignitatis ministrales sunt Cancellarius, magister equitū, camerarius, & pincerna maximus, qđ credo fore officium huius magni magistri ſm mentē ipsius domini Budæi, cum sit talis de primoribus, & nō potest sub aliis vocabulis cōprehēdi: quod tn̄ bona venia dixerim, non mihi vr̄ ita esse, cum sit alius qui dicatur pincerna maximus, de quo etiam infra patebit.

Sed quātum ad huiusmodi officiū magni magistri potest & debet dici magnæ autoritatis & ꝑeminentiæ, honoris atq; excellētiæ inter alia officia, cū hoc noīe appelletur, & ei addatur magn⁹, ad maiorem expressionē & denotationē magisterii, eo quia decēs est nomen esse consonans rei. §. vulgato. est & aliud, insti. de dona. & est bona argumentatio in iure ab etymologia, seu significatione vocabuli. insti. de tutelis. §. 1. & in §. tutores. & insti. de testamētis, in prin. & notatur, in c. 2. in prin. extra de testamentis, & ita hr̄ tex. ī l. agere. §. fi. ff. de verb. sign. vbi tributū à tribuendo, & donando. l. inter donum. ff. de ver. sign. & iudex, quasi ius dicēs. c. forus. §. iudex. extra de verb. sign. & sicut de verbo possessio, quasi pedū positio. l. 1. in prin. ff. de acqui. pos. & sicut in mutuo, quasi de meo tuum, l. 2. §. appellata. ff. si cer. pe. in verbo, excōicatio, dr̄ quasi extra cōio, ut notatur in c. placet. de sent. excō. extra. vt de plurib. aliis sic dici posset. Sed ad propositum nr̄m dr̄, quia maior est in statione: steryon græce, statio latinè dr̄ ſm Papiā. Et dr̄ is cui totius rei gubernatio est cōmissa. l. j. §. j. ff. de exercitoria. l. item magistri. ff. de pactis. l. actor. ff. rem ratam haberi. vel magister dr̄ à monendo vel monstrando, ꝙ alios monere & eis monstrare quid acturi sint, dēt. Et ēt magister militię dr̄ princeps militū. 2. Reg. 19. c. de quo uerbo magister, ponit Hostiē. in summa de magistris. §. 1. Ioan. And. in clemen. 2. eod. titu. de magistris. Nec huiusmodi noīatio alicui dēt esse molesta, cum Christus vt à suis discipulis sic uocaretur. Io. 13. acceptauit. Vos vocatis me magister & dn̄e, & bn̄ dicitis, sum eteni. Quibus. n. præcipua omnium rerum incumbit cura, & qui magis q̄ cęteris diligētiā & solicitudinē rebus quibus prǽsunt debent, hi magistri appellent: quinēt ipsi magistratus ꝑ deriuationem à magistris cognominantur. l. quib. ff. de verb. sign. idcirco magistri & iudices eodē ꝑcepti ordine ponūtur, Deut. 16. Iudices & magistros constitues in oībus portis tuis, ut iudicent populum iusto iudicio. & dixi īfra, in 9. par. in 4. consid. uer. prædicti. & hic magister, de quo hic, dr̄ comes illustris. l. 3. C. de cursu publico, lib. 12. ubi iam constat, ꝙ præest cursoribus publicis, quos vulgò postes dicimus.

Item præest translationi seu euectioni armorum l. 1. C. de fabricēsibus, lib. 11. Et ipsi fabricēses eidē subsunt. l. pen. & ult. C. eo. de fabricēsibus, in duab⁹ glossis, vbi Imperator uocat magistrum officiorū; sublimē. Itē ēt ad eum spectat curare ne arma fiant à priuato, neq; uendantur, nec reponātur alibi quā in publicis armamentis, ut in auth. de armis. in su. perscriptione. & in fine, & per totum. coll. 6. Et, ut dicit Luc. de Pen. in l. 3. C. de castrensianis, lib. 12. hoc est officium de quo sæpius in legibus Codicis fit mentio. Cassiodorus 6. uariarum epistolarum in formula ipsius officii sic describit: cuius uerba hic inserere volui, ꝑut ēt inseruit ipse Lucas mō sequ. Reuerendum honorem sibi assumit, quisqs magistri nomē acceperit. qa hoc uocabulū semp de peritia uenit, & in noīe cognoscitur, quid sit de morib. æstimādum. Ad eū nimirū ꝑtinet palatii disciplina. Ipse insolētiū scholariū mores procellosos moderationis suę terminis prospere disserenat: tam multi ordines sine aliqua confusione componuntur, & ipse sustinet omnium quod habet tutela discretum.

Sic noīs sui grauitate ꝑfunctus ornat actib. principatū: ꝑ eū senator ueniens nostris pręsentatur obtutibus, amouet trepidum, componit loquentem.

Sua quin etiā uerba solet inserere, ut nos decenter oīa debeamus audire. aspectus regii haud irrit⁹ collocutionis nr̄ę gloriosus donator: aulici cōsistorii quasi quidā lucifer. Ná sicut ille diē uenturū promittit, sic iste desiderātibus uultum nostræ serenitatis attribuit: Causarū prætereà maximū pōd⁹ ī eius audientię finibus, maxima securitate reponit. Verē dorū qn etiam opportunam ue locitatem, quorum status sp in cursu est, diligētię suę districtione custodit: ut solicitudines nostras, quas consilio iuuat, beneficio

neficio celeritatis expediat.

Per eum exteris gentibus ad laudem reipublicæ nostræ celsitudinis ordinatur humanitas,& nolentes redemit,quos mœrentes exceperit.

Per eum quippe nobis legatorum quamuis festinantium,pronunciatur aduentus.

Per eũ nominis nostri destinatur euectio, & isti principaliter credit,qđ tā necessariũ esse sentit. His ēt laboribus æstimatis potestatē maximā huic decreuit antiquitas: ut nemo iudicum per prouincias fasces assumeret,nisi & hoc ipse fieri decreuisset. Subdit eius arbitrio aliena iudicia,vt ad ipsum rediret, quod alteri uisus est præstitisse: molestias quidem non habet exigendæ,sed latè bono fruitur potestatis adeptæ. Credo ꝙ ex diuersis titulis deflorearetur dignitas ob leuamen principis instituta.

Per æquatores etiam victualium rerum in vrbe regia propria volũtate cõstituit,& tā necesse rei iudicē facit. Ipse.n.gaudiũ pp̃lis, ipse nr̃is tpib.p̃stat ornatũ.qñ tales viros copiæ publicę præficit,vt plebs querula seditionem habere non debeat satiata.

Officium verò eius tanta ingenii prærogatiua decoratur,vt militiæ p̃functus muneribus ornet̃ noĩe principatus,miroq; modo inter prętorianas cohortes,& vrbanæ præfecturę milites videatur inuenisse primatum, à quibus sibi humile soluebatur obsequiũ. Sic in fauore magni honoris iustitiā quędā à legibus venit,dũ alienis excubiis præponitur,quod alibi militasse declaratur. Adiutor ēt magistri nr̃is obtuitibus præsentatur,vt vicaria sorte bñficii, nos eligamus eius pręsidium,qui nobis prętat fidele solatium. Hanc igitur dignitatē tot titulis decoratā, tot insignibus opulentam p indictionem illam gubernandā tibi cõgrua grauitate cõmittimus: vt per oĩa quæ gesseris,qua nihil moribus residuum relinquitur, si(quod absit) à tāta maturitate peccet. Hæc sunt uerba ipsius Cassiodori,loco quo supra. quem Cassiodorũ in dictis epistolis, minime inuenire potui,licet eũ p̃quirere fecerī apud bibliopolas,ī vniuersitatib.& aliis locis huius regni: sed, vt dictũ est, verba supra scripta sunt relata p Luc.de Pē.ī d.l.3. q̃ incipit: hi q.C.de castrēsianis,lib.12.p q̃ clarè cognoscit quale sit & fuerit hmõdi offĩn,& cuius dignitatis,honoris & p̃eminētię fuerit tpe cassiodori.

Istud vero officiũ aliās fuit tātę autoritatis & p̃eminētiæ in Frācia,ꝙ oĩa tāquā rex expediebat talis magister sub noĩe regis. Hodie vero nõ est ei⁹ autoritas tā magna nec excellēs: qm̃ in oĩb.q̃ tāgũt iustitiā (saltē quo ad nõ aulicos)& in multis supradictis ñ se intromittit,sed solũ Cācellarius,de quo dicam in seq.par. Eius tñ autoritas adhuc hodie circa ea q̃ cõcernũt hospitiũ regis,& ēt circa prouisionem regni in p̃uidēdo militib. est satis ampla: licet p̃priè eius autoritas cõcernat principalr̃ administrationē,& superintelligētiā officiariorum hospitii regis. Et maximè illorũ qui p̃uidēt circa epulas,& est p̃prie offĩn magistri officiorũ: de quo hr̃ rubr.de officio magistri officiorũ.C.& p̃prie cognoscit de causis officiariorũ principis ēt cubiculariorũ, ut est tex.in l.cubicularios.C.de præpositis sacri cubiculi,li.12.& sub eius cognitione & punitione sunt omnes officiarii hospitii regis, vt dicit Iacob.Rebuffi in rub.de quæstorib.li.13.C.ubi dicit eos esse illustres.l.eos.C.de principibus agentium in rebus.eo.lib.

Et ēt cognoscit de causis principũ agentiũ in rebus,& ipsorũ agētiũ in rebus.l.ex eo.C.de agētib.in rebus,li.12.& ibi Iac.Rebuffi, qui dicit hoc esse verũ ēt de causis criminalib⁹,licet videat̃ eē tex.in l.3.C.de principalib⁹ agētiũ in rebus.eo.li.& ibi idem Rebuffi, ꝙ princeps agētium in rebus,cognoscit de causis agētiũ in rebus: sed ipse Rebuffi ibi dicit, ꝙ est verũ qñ sunt cētenarii aut ducentenarii, de aliis verò qui non sunt centenarii, aut ducentenarii cognoscit magister officiorũ, vt ibi p eũ dicā lati⁹ īfra.

Cognoscit etiam de causis fabricensiũ, ut supra dixi.l.penultima,quę incipit.eos C.de fabricensib. lib.11.similiter de causis silentiariorũ.l.ne ad diuersa.C.de silētiariis.li.12.Itē de Castrēsianis.l.3.& 4. C.de castrensianis,li.12.Itē de decanis, eo.li.ut declarat Io.de Platea in rub.C.de quæstorib.& magistris officiorũ,li.eo.12.ubi quęstores, magistri officiorum, & comites sacrarum largitionum, & rei priuatæ æquiparantur,& sunt illustres.

OCtaua cõsid.Vr̃, ꝙ post istũ magnũ magistrũ sit p̃positus sacri cubiculi, qui dr̃ magn⁹ Senescallus f̃m vulgare Gallorũ, ut dicit Luc.đ Pē.ī rub. C.de præpositis sacri cubiculi, & de oĩb⁹ cubiculariis,& priuilegiis eorũ,li.12.ubi dicit ꝙ post debilitatum Imperiũ cuncta p̃pria uocabula sunt deleta.

Et licet istorũ & similiũ hodie nullus sit usus, notitia tamen, ut dicit, est necessaria.c.fuerũt.§.paulatim.7.dist. Et illum uocat Marescallum Io.de Platea in d.rub.sed errat quo ad nos, quia Marescalli in Gallia sunt alij,ut dicam alibi.

Sed quia apud nos alludēdo uocabulo ur̃ ꝙ sint Cābellani.i.custodes uł fabricatores lecti q̃ hñt sub se plures,ut sunt illi qui uocant̃ les chambriers, ou varletz de chābre, uel ēt aulę,uel camerę,ubi cubat princeps,dicunt̃ custodes camerę,quę debet eē sācta,i.immaculata,& ad cuius custodiam boni,probi,& electi sunt cubicularii assumendi.l.quicunq;.C.de ope.publ. Et,ut dicit Ia. Rebuffi.in dict.rub. de pręposítis sacri cubiculi.alleg.Odofredum, isti pręposito sacri cubiculi Imperatoris ęquiparari p̃t magnus Cambellanus regis Francię vocat⁹, le grāt Chābellā,qui p̃est cubiculo,hoc est camerę regiæ. Alii aũt cubicularii,de quibus loquit̃ ille titulus, ī illa particula,ibi: & de oĩb.cubiculariis, ęquiparantur alii cābellani regis qui sunt sub magno seu primo cābellano: & hunc honorē cõiter uolunt habere Senescalli & alii officiarii regii maiores laici, q̃ hoc sibi reputant ad magnũ honorē qñ sunt Cābellani regis,& nõ immerito,ut statim uidebitur. Hic uerò tpe Constantini dicebatur paracemomenus cubilis,uel prefectus cubilis.i.curā habēs cubilis imperialis,& hic p̃fectus cubiculi apud nos dici p̃t primus Cambellanus. Vidi ēt arresta parlamenti Francię ubi fit mentio de domino Lud.de Trimollia(q̃ erat primus Cambellanus)& uocatur ibi protocambellanus. Olim etiam talis erat subditus paracemomeno

meno.i.magno ſeneſcallo,præerat tñ omnibus cubicularijs,hoc eſt qui ĩ cubiculo adminiſtrabãt: & hic ꝑpoſit⁹ ſacri cubiculi,i.magn⁹ ſeneſcall⁹,ſm Luc.de Pen.vbi ſuprà,æquiparatur in dignitate, immunitate,vel honore,nõ tñ excellẽtia vel poteſtate ꝓfec.ꝓtorio,i.cancellario,vel melius præſidẽti.Cũ nullus præter Conneſtabilem Cãcellario ſit æquiparãdus vel præfecto vrbis,qui poteſt dici præpoſitus Pariſienſis,vel magiſtro militum,qui poteſt dici Mareſcallus,vel verus Capitaneus : & æqualis honor eſt eis ſeruandus in ſedendo iuxta principem & ſedib⁹ collocandis , vt qui prædictorum prius promotus ad officium reperitur,primum locum obtineat in ſedendo . Ita eſt text.cum notatis per glo.docto. & maximè per Luc.de Pen.in d.l.1.C.de præpoſitis ſacri cubiculi.

NOna cõſid.erit in hoc.Quoniam,vt dicit Luc. de Pen.in rubr.C.de præpoſitis ſacri cubiculi, lib.12.In cubiculo principis quidam magnificẽtiſſimus gerebat officium,qui chartularius uocabatur: & huius fortè inter cætera erat officium,vt codicilli,i. literæ commiſſionis officiorum , quæ diuerſis magiſtratibus mandabantur,& quæ erãt ſubſcribẽdæ manu ſeu chirographo principis,per eum expedirent: & hi erant maiores primicerio,vt dicit Luc. de Pen.in dicta rub.C.de præpoſitis ſacri cubi.lib. 12.Et hi ſm eundem hodie ſecretarii(vel elegãtius à ſecretis,hoc eſt cui ſecreta committuntur) dicuntur,quia ſecretiora,quæ vel nullis vel paucis cõmunicantur,ſcribunt,dictant,& explicant,quæ,ſ. princeps ſecretò,puta in cubiculo(quod uulgo dicim⁹, le cabinet) iubet,ordinat,& diſponit:libelloſq;,puta epiſtolas,& petitiones ſecretè principi legunt & explicunt: & hodie apud nos dicuntur,les ſecretaires des cõmandemẽs: & ſunt quatuor ordinarii, ſcilicet d.Robertet,Gedoyn,de Neufuille, & Doruet: ſed inter oẽs ſp fuit & eſt ꝓcipuus,& maximæ autoritatis apud reges Frãciæ ipſe dñs Robertet.Et hi ſunt maiores oĩb.aliis ſecretariis regiis , & oĩbus præferendi.Et iſti ſunt de magna camera,ſeu de magno laterculo: de quib.facit mentionem Petrus Cotereau,in ſuo ſchedulari magiſtratuũ ciuiliũ, tit.de quæſtore.Alii autẽ ſunt , qui ſunt de parua,& ſunt clariſſimi,qui verò de magna,ſpectabiles , & magiſtri ſacrorum ſcriniorum dici poſſunt.l.unica.C.de proximis ſacrorum ſcriniorum.& toto ti.de proxi. ſacro ſcri.lib.12.C.de quibus infra dicam: ubi fortè ſtatum conſiſtorii principis deſcripturus ſum.

DEcima conſi.In palatio ſeu hoſpitio principis eſt alius officiarius,qui comes ſacri ſtabuli (ut iam ſupra in hac parte,in 6.cõſid.dictum eſt) vocatur,& apud nos magnus ſcutifer dr̃: hic uero plures ſub ſe habet,quorũ eſt ꝓfectus,qui dicti ſunt ſtratores,hoc eſt qui ꝓſunt equis ferrãdis,& ſellis,& frænis,de quib⁹ hr̃ titulus de ſtratorib.lib.12.C.Et eũdem,comitem ſacri ſtabuli appellat tex.& ibi Iaco. Rebuffi,in d.l.vni.C.de comitib.& tribunis ſcholarũ,eo.lib.12.Et inter illos ſtratores eſt primus,ſecundus & tertius ordo,ſm quod principi placet in ſuo ſtatu ordinare . Apud nos verò tales dicuntur Eſcuyers deſcuerie.Et talis dr̃ vnus ex primorib.regię maieſtatis officiariis,quẽ Budæ⁹ ĩ ſuis annotationib.in l.fi.de ſenatorib.ff.magiſtrũ equitum uocat.

Et de ordine iſtorũ & eorũ ꝑeminẽtia ſeu autoritate videri põt in breuiario principis , ſeu in quodã libello,qui dr̃ ſtatus Franciæ,qui fit ſingulis annis: & in eo apponuntur & deſcribuntur ſeriatim omnia noĩa officiariorum,ſub quibus ſubſunt, taxa eorum ſtipẽdiariorum,quid tenentur facere & eorum incumbat officio,& quomodo,& in quibus,& per quæ & quot tempora deſeruire: quem fortè ſuccincte alibi ponam eidem adaptando & conferẽdo officia antiquã. de quibus in iure fit mentio.

VNdecima conſi. Alii reperiuntur officiarii hoſpitii principis,qui dicuntur domeſtici & cõmẽſales,ſeu protectores & cuſtodes perſonę principis: quorũ quidam ſunt,qui eum ſequuntur,quidã vero qui eum præcedunt,quidã qui eũ de nocte cuſtodiunt.Et tales protectores dicuntur ẽt agentes ĩ rebus,& habent quilibet eorum vnum præpoſitũ, qui princeps agẽtiũ in rebus nuncupat̃.Et ſunt cẽtenarii,aut ducẽtenarii,vt ſunt in curia Chriſtianiſſimi regis Frãciæ illi milites q̃ dicunt̃ vulgo, Les cent gẽtilz hõmes de cheux le roy.q̃ habẽt capitaneũ q̃ põt dici primiceri⁹,ſeu princeps agẽtiũ ĩ reb. Et illi ẽt ſagittarii eqſtres,qui hippotoxatæ dicunt̃,ſeu fortè pilati,dicti Les deux cẽtz archiers,q̃ ẽt hñt capitaneũ,quẽ primipilo fortè nõ ĩdecẽter cõparemus.

Sunt & alii ꝓtectores ſeu cuſtodes corporis principis,qui vulgari nr̃o dicuntur La garde du roy(vt ſunt cõiter quidã Eluetii) & ꝓprie eos ſtipatores,laterones,& ſomatophylacas dicemus, & gerũt haſtile qđ alabardã vocãt.Et tales ſalutatione prius facta,poteſtatẽ oſculãdi habebant uicarios ꝓfecti,i.locumtenentes capitanei ianuę principis,ut dicit tex. in l.1.C.de domeſticis & protectoribus,lib.12.

Et hic aduerte,quia princeps dr̃ adorari.Alii vero ſalutari,gl.fi.in l.1.C.de ſilẽtiariis,eo.li.& quod princeps dicatur adorari,tex.in l.vni.C.de comitib. & tribunis ſcholarũ,illo eod.lib.licet ibi glo.verbũ adorãdi, exponat.i.ſalutãdi,ſic in l.ſancimus.C.de conſulib.C.eo.li.& in l.2.ibi: ęternitatẽ noſtrã adoraturus.C.de fabricenſibus,lib.11.ſed et ibi glo.dicit q̃ eſt improprie,cũ ſolus Deus adoratur. Imperator vero ſeu princeps cũ reuerentia aditur & honorari debet.Et q̃ ſolus Deus eſt adorandus,& ſoli ſibi ſacrificiũ eſt offerẽdũ,dicit Inn.in c.2.de celeb. miſſ.de ſalutatione dictũ eſt in 1.parte , & plenè in præced.par.in 32.conſid.incip.proſequendo materiam,&c.& infra iſta par.in 22.cõſi. Et q̃ alii à principe dicẽtur ſalutari aut reuereri, tex.eſt in l.2.& v. C.de proximis ſacrorum ſcriniorum,eod.lib.

DVodecima cõſid.In palatio ſeu regia principis ſunt & alii,qui de perſona eius curant,ut ſunt medici,& ſunt in hoc officio tres ordinarii,primus uidelicet,ſecundus,& tertius: & quilibet ordo habet unum pręcipuum etiam ſummum medicum & ſuperiorem,qui vocantur princeps medicorum,& tales uocantur archiatri,ut in l.medicos.in prin.C. de profeſſoribus & medicis,lib.2.

Et tales

Et tales habent tantã dignitatẽ quantam habent duces & vicarij prĩcipis q̃ administrauerũt, qui apud nos dicunt᷑ gubernatores patriarum, vt dicit Ioã. de Platea in rub. C. de comitib. & archiatris sacri palatij, lib. 12. vbi ẽt dicit post Barth. ꝙ medici principũ, qui meruerunt esse in primo ordine medicorũ nobilitãtur, vt efficiantur Palatini Comites. & sunt in dignitate spectabili: & ibi sunt tres dignit. s. Archiatrorũ. i. medicorũ principis, Vicariorũ, & Ducũ, q̃ adæquantur. Et nõ est dr̃ia, nisi ĩ prioritate tp̃is, vt dicũt ibi tex. Iac. Rebuffi, & Io. de Pla. & Luc. de Penna.

DEcimatertia consid. Alij sunt Archiatri, qui dñr ostiarij palatij, seu hospitij principis. Et Archiatrus est princeps eorũ, quasi princeps atrij principis. Et atriensis hoc est ianitor seu ostiarius, aut is cui credebatur cura atrij, i. primæ partis domus, cum de atrijs intramus domum. Vnde Victru. libr. 6. In vrbe atria proxima ianuis esse debent. Vnde in Euang. dr̃, Cum fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt ea quæ possidet.

Et iste Archiatrus est in magna dignitate, cũ æquiparetur vicario, & duci, vt in l. j. C. de comitib. & archiatris sacri palatij, li. 12. & ita exponit Luc. de Pẽ. in d. rub. vbi dicit, ꝙ in regnõ magni uiri cõsueuerũt officium ꝓ magno munere gerẽdum suscipere. Hodie verò deficiente iustitia, huius sicut, & cæterorum claritas est deleta: sed quicquid dicat hoc põt esse in regno Siciliæ, & Neapolitano, de quo ibi intendit loqui cum ibi tum resideret. Sed in regno Franciæ est in magno honore, & solet concedi nobilibus, & his quos princeps fauore, & beneuolentia prosequ itur.

Idem tñ Luc. de Pen. in rub. C. de comitibus consistorianis, in fi. lib. 12. dicit, ꝙ Magistri ostiarij in curia regis sunt comites consistoriani. Cuius officium est conuocare ad præceptum principis, vel quæstoris iurisperitos, aut alios, illosq; cum necesse esset introducere in consistorium principis. Et hic post quæstorem, & magistrum officiorum præerat in cõsilio principis: & hic dicitur comes consistorianus.

Dicit. n. Pyrrhus in lib. j. de magistratibus Roma. ꝙ comites cõsistoriani sunt qui principis cõsistoriũ, & tribunal comitant᷑. Hiq; sunt illustres, cuiusmodi sacri cõsist. regij, qui regem aut ipsum cõsistorium, cui p̄est Cancellarius, sequũtur. Sed credo illud esse gñalr̃ ad oẽs: sed spãliter comes cõsistorianus dr̃ ille, qui habet curam, & gerit offm̃ cõuocãdi ad p̄ceptũ principis oẽs de cõsilio, & cõsistorio eiusdem. Dicit vlteri⁹ Pyrrhus, ꝙ admissionales sũt quos hostiarios Galli vocant. Alij archiatros dñt ab atrio custodiẽdo nõnulli atrienses, vt dictum est. Consistoriani verò, Ambrosio dicunt᷑, qui senatorii ordinis, vel amplissimi sunt, qui ad principale consilium eligebantur.

DEcimaqnarta cõsid. In domo principis sunt plures comites qui semper principem comitantur. Cum comes à comitando, vel sequendo dñm. l. item apud. §. comitem, ff. de iniur. l. j. §. fi. ff. de extraor. criminib. Et habent officia in domo principis, & quia dicuntur cum adiectione oneris, sunt nõia officiorũ tm̃. Secus qñ cum adiectione patriæ aut prouinciæ, qm̃ tunc sunt nomina dignitatis, vt supra in præced. parte plures nominaui in 46. consid. Sunt etiam qñque sine comitatu, vt in auth. vt ab illustribus, & qui super eam dignitatem sunt &c. in prin. iuncta glo. ibi in verbo, comites. col. v.

Et in hac parte dixi supra. est comes sacri stabuli, de quo in 10. cõsid. etiam comes scholarum, vt in 6. consid. Sunt tñ alij comites: primò Comes largitionum, & est, vt Pyrrhus in suo tract. de togatis seu palatinis, lib. 1. qui largitiones principis in comitatu, faciebat: quis aũt hodie fungatur huiuscemodi officio, fortè scribam infrà, vbi officia deputata circa ærarium principis enumerantur, & est ꝓpriè thesaurarius secretus principis, qui dr̃, Le tesorier des menuz plaisirs. Vel fortè crumenarius (quem argentarium, vocãt) qui etiam fortè rationarius, i. accepti, expensique librum cõficit, aut eleemosynarius principis de quo statim dicã. Nam dona facit, & liberalitates exercet princeps, vt in l. vnica. C. si liberalitatis imperialis socius sine hærede decesserit, lib. 10. Et liberalitas seu munificentia est ꝓprium regis, & ex ea plurimum laudatur, vt dixi in præced. par. in 8. consid.

Est & comes domorũ, qui teste Pyrrho vbi suprà, est qui præfecturam in domesticos prĩcipis habebat, s̃m Iustinianum. Fortè dici posset hodie Præpositus domus principis (qui vocatur vulgò, le prouost de l'hostel) cum habeat iurisdõnem, & p̄fecturam in domesticos ipsius. Qui etiam vr̃ habere offm̃ irenarchę cum habeat cognitionem cãrum crĩalium, & pacem ꝓcuret inter domesticos, & aulicos principis: imò ĩ omni curiales fascinorosos aĩaduertit, quod vr̃ eẽ officiũ irenarchæ, vt in l. vnica. C. de irenarchis, lib. 10. Et ab isto hodie deputãtur in prouincijs irenarchæ. seu liminarchæ, hoc est præpositi mareschallorum.

De alijs vero comitib. suis locis dicetur; maximè, de comite stabili, qui erat primus inter oẽs, & oĩb. p̄erat: loco cuius hodie est conestabilis, sed errat ĩ vocabulo, quia dr̃et dici (vt aliqui volũt) comes stabilis.

Et licet multa sint officia ĩ curia, seu palatio regis nostri, q̃ ad istos comites adaptari possent, q̃ in manibus habere nõ potui, licet multos aulicos, & palatinos rogauerĩ, vt ad me destinarẽt statũ in curia Chr̃ianiss. Frãcorũ regis, vt oĩa officia dictæ curiæ adaptare satagerẽ officijs antiquis, & ĩ iure descriptis: sed cum ad me nõ deuenerĩt alr̃ nõ ĩsistã, nisi in iure, & antiqs scriptis reperiri possint, & q̃ vsitata fuerint, ĩ aliis me remittẽdo ad Pyrrhũ, ad Fenestellã, & Põp. Lętũ.

Aduerte etiam, ꝙ olim breuis fiebat, qui continebat sigillatim officia ministerio principis deputata, vt ait tex. In l. fi. in prin. C. de castrensianis, & ministerianis, lib. 12. sed etiam hũc breuem (qui continebat numerum officiariorũ) nõ habemus, vt dicit ibi gl. j.

Quæ. n. in nouissimis tribus libris Codicis leguntur, nihil ferè antiquitatis redolent, vt ait Budæus. à Græcis. n. sumpta sunt, & ob id magna ex parte nõ intelliguntur, authorum eius temporis penuria.

Si velis videre breuem status regis Salomonis, hr̃ cõpendiosè. 3. Reg. 4. c. vbi sic dicitur. Erat autẽ rex Salomon regnãs super omnem Israel. & principes & præfecti ipsius Salomonis nominatim ibi describuntur, & multi alij eiusdem officiales.

Primò nominantur tres, quos pro scr bis habuit, quos dicimus à secretis.

Secundò vnus nuncupatur, qui à commentarijs dicitur, & fortè talis commentaria componebat: loco cuius subrogari videtur in Francia Cancellarius.

Tertiò vnus solus qui super exercitum dominabatur, vt hodie apud nos est Conestabilis Franciæ.

Quartò tres erãt super eos qui assistebant regi, & fortè hodie loco istorũ sunt electi secreti, aut stricti consi. Regis.

Quintò vnus erat amicus regis.

Sextò vnus nuncupatur qui erat præpositus domus.

Septimò vnus erat super tributa, quem uoco generalem finantiarum seu magnum thesaurarium.

Octauò duodecim præfectos habebat super omnem Israel, quorum nomina ibi describuntur, & quibus regionibus præerant: & hi præbebant annonam regi, et domui eius. Per singulos enim menses in anno, sin guli necessaria ministrabant. Non temerè forte crediderim à Carolo Magno Francorum rege istorum duodecim præfectorũ olim fuisse institutos duodecim pares Franciæ.

Ibi etiam de expensis seu sumptibus, & cibis mensæ ipsius Salomonis, dum scribitur. Erat aũt cibus Salomonis per singulos dies triginta chori similę (hoc est farinæ albæ, seu floris farinæ triticeæ) & sexagita chori farinæ (quæ erat ex omnibus frugibus, & leguminibus. Chorus verò medimnos atticos 41. capiebat. Medimnus verò sex modios cõtinet.) Item decẽ boues pingues, & viginti bones pascuales, & centum arietes, excepta venatione ceruorum, caprearum atque bubalorũ, & auium altilium. Item habebat quadraginta milia præsepia equorum currilium, & duodecim milia equestrium, nutriebantq; eos supradicti regis præfecti, sed & necessaria mensæ ipsius regis cum ingenti cura præbebant in tempore suo.

Et de officiariis diuersorum ordinum tam Pontificalis dignitatis, quam imperialis fit mentio in cap. Constantinus. 96. dist. & ibi videtur, ꝙ militiæ clericalis officia sint adinuenta instar secularis.

Sed longè ante Salomonem, cum iam sexaginta anni, & vltra elapsi erãt cum regnare incepisset Salomon, Samuel sanctissi. Domini propheta Hebræorũ magnus Pontifex, & iudex leges seu iura regni Hebræorum iussu Domini dederat Sauli in regem Hebræ. assumpto, quæ descripta erant in libro, vt habet 1. Reg. 8. & 10. c. in fin. vbi satis elici potest de statu regis Saulis: de quo in præced. parte, in consider. de priuilegiis principum. versi. 162.

DEcimaquinta consi. Aliud est officium domesticum principis, quod dicitur Comes horreorũ, pistrini principis curator. De quo facit mentionem Pyrrhus in suo tract. de togatis, & palatinis.

Et hic habet sub se mancipia quædam purgandis horreis adscripta, coquendoq; pani principis. Et hic potest esse præfectus annonæ, seu tribunus.

DEcimasexta consid. Est & aliud officium domesticum principis: quod dr̃ officium comitis sacri palatii ſm Luc. de Penn. vt infra dicetur. Sed ſm Pomponium Letum dicitur officium præfecti fabrorũ, quoniam vt ait, Sunt artifices qui castra sequũtur, vt fabris lignariis, ferrariisq; præsint. Et is magistratus eligebatur idoneus, & qui castris sciret bñ prouidere, præsertim qui in vrbium expugnatione cuniculos subterraneos facere, atq; id genus alia, vt Mamurra eques Romanns fuit præfectus fabrorum, C. Cæsaris in Gallia: qui (teste Polidoro de inuentorib. rerum lib. 4. c. 8.) fuit primꝰ qui parietes domus crusta marmoris operuit. Et de huiusmodi officio fortè latius infra dicetur in 9. pa. re. Et talis propriè apud nos dici posset magister operum.

Dicit tamen Lucas de Pen. in l. vnica. C. de comitibus, & tribunis scholariũ, lib. 12. ꝙ comes sacri palatii erat prępositus custodiæ, conseruationi, & ornamento imperialis palatii. Erat autem architector peritissimus omniũ, ante pedes regios primus incedens auream virgã ferens in manu. hic peruigili cura vigilabat circa decorẽ palatii, vt antiquũ nitorẽ ĩ pristinũ cõuerteret, & noua similia ntiquitate ꝓduceret.

Crederem aũt potius, ꝙ talis præfectus fabrorũ, seu operũ esset sub comite q̃ habet curam sacri palatii, cũ hic comes curę sacri palatii sit de primoribꝰ; & æquiparetur comiti, & tribuno scholarum, etiam comiti sacri stabuli, vt est tex. ĩ d. l. vnica. & sit in maxima dignitate, in qua nõ est præfectus fabrorũ: licet ad similitudinẽ huius in palactio Parisiensi in mẽsa marmorea est adhuc iurisditio magistri operũ seu latomorũ, qui cognoscere habet de operib. & ędificiis factis ꝓ principe, & potest ille magister latomorum adaptari huic p̃fecto fabrorũ. Et ꝙ tales magistratus habeãt iurisdictionẽ sup p̃dictis corroboro sic de iure enim magistri militum habent inrisditionẽ ĩter suos milites. casus est in l. magisterię potestati inter militares viros. C. de iurisd. om. iud. Secundò, *sic ratione ꝓfessionis*, vel negotiationis, q̃ subiicitur *iurisdõni illiꝰ* q̃ pręest talibus, & de his, q̃ pertinẽt ad eius artẽ, seu curam. l. fi. in prin. vbi est ꝓpria officina. C. eodẽ. Hodie tamẽ de cõsuetudine regni Franciæ centũ milites regis de quib. s̃ dixi in ista parte. in 11. consideratione, litigant coram dominis requestarũ in parlamẽto Parisiensi, prout & alii domestici principis si velint; & hoc virtute literarum regiarum ab eis impetratarum, quas Committimus vocamus.

DEcimaseptima consid. de aliis officiariis principis tractat, q̃ sunt omnibus, & ipsi, s. principi & aliis quibuscũq; magistratib. necessarii, & sunt ærarii qui ęrarium principis administrare habet, & in recipiẽdo, & in distribuendo, & tales ĩter cæteros sunt laudandi, & retroactis temporibus, & de iure, & de facto fuerũt laudati, & honorati. Et acceperũt nomẽ ab ære, hcc est pecunia: quoniã olim æs fuit in p̃cio magis, aurũq́, iacebat, ut ait Lucret. Nunc (versa vice iacet æs, aurũ summo successit honore. Et primo ex ęre pecunia signata fuit. unde Ouidius in Fastis.

Aera dabant olim melius, nunc nomen in auro est.
Victaq́; concessit prisca moneta nouæ.

Aduerte, quòd in hoc ærario plures sunt officiales. Sunt enim primo generales, secundo magistri cõputorũ, tertio thesaurarii, quarro receptores. Sed quomõ hi possint ad officia olim ĩ iure scripta adaptari, vidẽdũ est: ĩ primis apud nos ĩ Frãcia quatuor sũt generales finantiarum, s. generalis Franciæ, Normanię, Britannię

Britaniæ,& Linguæ Occitanæ. Hic ẽt prius ꝑmitto, ꝙ apud nos principes singulis annis faciunt breuiariũ,in quo describunt statũ eorũ gnalẽ: & in illo statuunt tam de ærarii pecunia,q̃ de fiscali q̃d eo anno fieri velint: quam summã instro ministerioq; omni aulico ferri placeat,quã argẽtariã nunc, & officiales domesticos uocant.Quã ẽt rei militari attribui (quũ teste Plauto,belli neruus sit pecunia) quã stipẽdiis: qm̃,& officiariis,& militibus stipendia sunt necessaria.Ideo hr̃ Lucæ 3.Neminẽ concutiatis, estote contenti stipendiis vestris.Quã liberalitatibus,quã venatico apparatui,q̃ auitio,equitioq;,i. falconariæ scutarioq;,ut verbis nr̃is vtar.Quibus ẽt vsus est ille elegans vir dñs Guilielmus Budæus in suis annotationib.in pandectas,super l.vnic.ff.de off.questo.sed ad rem redeo.Quã deniq. in euentus varios,& ad incerta rerũ casuumq;(quo noĩe ꝑfecti ęrarii ĩmanes summas suæ potestatis faciunt)in legationes dimittẽdas, admittẽdasq;, atq; ẽt in lautitiam destinati, hoc est munera,& xenia, q̃ legatis exterarũ gẽtium donanť. In eo ẽt breuiario,princeps anniuersaria constitutione stipẽdia q̃dã augeri,q̃dã circumcidi, q̃dam eradi iubet.Ex quo uelut archetipo quini quotãnis veluti traduces ducunť. Quorum unũ ꝑfecti fisci cõem inter se sumunt, & sunt thesaurarii.Reliquos præfecti ærarii (& sunt generales finantiarum) habent suum q̃sq; cũ suo tribuno ęrario (hoc est receptore gnali) cõem.Ex q̃bus rursus secundaria q̃dã breuiaria coactoribus prouinciæ suæ hoc est receptoribus particularibus faciũt, in quibus attributas prouincię suę pecunias variis noibus exponũt,& erogãt. Nomina intellige capita breuiarii, hoc est rõnis argentariæ,tituliq; earũ rerum,& huiusmodi,quas s̃ enumerauimus,quibus expensæ pecuniæ feruntur.

Et his aũt velut subbreuiariis fiũt rursus, q̃ pyctacia breuiaq; dicuntur, & breues vulgo borderellos appellant.i.cõmentariolos summã rerũ cõtinẽtes,de quo exempla sunt in l. actuarii,l.excellentia. & l.iubemus.2.in fi.C.de erogatione militaris annonę.lib. 12.Attributę aũt pecuniæ(teste Budæo) ab antiquis dicebanť,quas nũc assignationes dicimus. Tributũ, dictũ est à tribub.q ea pecunia q̃ à populo imperata erat,tributim à singulis ꝑ portione cẽsus exigebatur. Ab hoc ea q̃ assignata erat,attributũ dictũ. Ab eo vero quib.attributa erat pecunia,vt militi reddant tribuni ærarii dicti sunt. Id quod attributũ erat ęs militare dictũ.Tribuni igr̃ ærarii ſm Asconium ea officia gerebãt,q̃ nũc gnales receptores obeũt,exequunť attributã pecuniã q̃storib.prouĩcialib. (ꝑ q̃b.hodie habemus thesaurarios bellicos)adnumerantes ex ærario promptã: Tñ ſm Varronen lib.j. de lingua latina,in fi.Tribuni ærarii dicti erãt,qui militibus ipsis ꝓtinus adnumerabãt,qui nũc thesaurarii sunt bellorũ.Nec immerito forte hi officiales ęrarii inter domesticos,& palatinos principis adnumeranť, cũ sint officiales gnales ad oẽm statũ principis,tam sui ipsi⁹ suorũ officiariorũ domesticorũ,q̃ iustitiariorum, & rei militariis.Ideo de his in hac parte fit mentio, etiã generales rectè apud nos dicuntur, cum eorum officium,s.illorum qui sunt digniores in ærarii administratione, habeant officium generale ad omnes circa rempublicam versantes.

Nunc ergo ad hosq; deueniamus qñq; dicti sunt q̃stores seu prefecti ęrarii(ut dicũt Budęus, & Pyrrhus) & tales sunt illustres, vt voluit Purpur.in l.j. col. 13.ibi:illud aũt recipi põt.ff.de off. eius cui mãdata ẽ iurisdictio.Ideo digni sunt magno honore,& tales præferri deberent oĩb.domesticis, & palatinis, post quatuor primores domus regiæ,de quibus ante dixi.nõ tñ preferuntur cancellario,& præsidentibus in parlamẽto,in cõgregatione gnali, nec magistris requestarũ,& consiliariis.ut dicit Boerius in tract.Ioa. Montaigne,de autoritate magni cõcilii: vbi uide modũ sedẽdi in cõsistorio Christianissimi Frãcorũ regis. Imò dicit idẽ Io.in d.tract.in 2.ratione,ꝙ tales q̃stores ex plebeis,& ignobilibus eligebanť.l.2.§.deinde cũ ærarium.ff.de orig.iur.& l.vnic.ff.de offi.quæsto. & ibi gl.in ver.plebeios.ubi gl.tria genera quæstorũ declarat.& ẽt gl.in proœ.institutionũ.§.cumq; hoc. in verbo,exquæstori.sed videretur dicendum ꝑ glo. in d.l.vnic.ꝙ tales quæstores sint ſm̃ spectabiles, vel clarissimi,illustres tñ noĩantur, per text.in l.2.C.de off.quæsto.& Io.Montaigne vbi s̃.dicit,ꝙ sufficit,vt sint humilioris ordinis: quibus nõ assentit Purpu.in l.j.nu.43.cum quinq; seq.ff.de off.eius cui mandata est iurisdictio.& ĩ.in par.seq.in 25.consid. inc.cum vt.Sed cùm Budęus,& Pyrrhus tales questores dicãt eos esse quos magistros seu dños computorum uocamus.Ideo eos insequendo videretur dicendum,ꝙ tales genetales finantiarũ sint illi, q̃ ꝑfecto ęrarii cõparantur.de quo fit mẽtio in l.senatus.ff.de iure fisci,& ꝑ Pyrrhũ plenẽ ĩ libro de questoriis magistratib. ubi dicit,ꝙ talis q̃stor magni honoris gradus erat.

Iacobus Rebuffi in l.ꝑcepit. & in l.j.C. de canone largitionaliũ titulorũ.lib. 10. vr̃ tales ad ministratores ærarii alio noĩe vocař,qm̃ eos nominat comites. Nam(vt ait)princeps duo habebat patrimonia,& ad gubernationẽ istorũ præponebantur duo comites,s. comes sacrarũ largitionũ,& comes rerum priuatarũ & habebant idem priuilegium,ut in l.vlt.C.de palatinis sacrarũ largitionum.lib.11.Nam quilibet erat illustris,& de comite rerũ priuatarum probatur in l. vnica,C.de offi.comitis rerũ priuatarum iuncta l.fi. ante finem.C.de assesso.Probatur de comite sacrarũ largitionum.l.siue ex ꝑtoriano.C.de executo. & exacto.li.11.& l.2.§.ideo.C.de nouo codice cõponẽdo. & l.uni.C.de offi.comit.sacrarum largitionum. & l. viros deuotos.C. de palatinis sacrarum largitionum & rerum priuatarum.eo.li.12.Vnde officium comitis rerũ priuatarũ erat,ut gubernaret res fiscales,quę appropriabantur ad cõmodum principis, nec conuertebantur in vtilitatẽ publicã.de quo Luc.de Pen. in l.3.q̃ incipit,si qñ.C.de bonis vacantibus. lib. 10. & in l.2.de petitis bonorũ sublatis. C. eo.lib. vbi refert ea q̃ ꝑtinebant ad eius officiũ. Et iste constituebat ꝓcuratorẽ Cæsaris q sibi reddebat computum. l.pe.C.de iure fisci.lib.10. & licet glo. in d.l unic.C. de offi.comit. rerũ priuatarũ vocauerit istũ comitẽ procuratorem Cæsaris,tamen cõtrariũ est verum, vt notatur in d.l.penul.C.de iure fisci.& in l. si quis in-

tra.C. de bonis proscriptorum, & in l. si quando. 2. C. de bonis vacantibus. eodem lib. 10.

Officiū vero comitis sacrarū largitionū erat colligere tributū, & applicabatur ī thesauraria, seu fisco, ex quo soluebātur stipendia militaria (vt paulò ante dictum est) nec cōuertebantur in vtilitatē principis, tñ isti comites habebant diuersa officia, vt probatur in l. ī prouinciis. C. de numerariis, & actuariis, li. 12. Etiā iste comes sacrarū largitionū habebat specialē potestatem, & custodiā ipsius thesauri, & reddebat rationē præfecto ꝑtorio, vt in auth. de collatoribus. §. eos aūt, collatio. 9. & l. fi. in fi. C. de exact. trib. lib. 10. & oēs collatores, & exactores reddebāt sibi cōputū, & ipse ꝑfecto prætorio, vt dixi. Ex quo videtur dicēdū, ꝙ generales ꝑdicti æquiparari possunt dictis comitibus, quia nō reddunt alicui cōputū nec subiiciuntur, nisi præfecto prætorio, hoc est cācellario. Licet videant aliqui dicere, ꝙ tales sint thesaurarii Franciæ, sed potius credendū est, ꝙ tales generales magis adaptari possint ipsis comiti, vt possint dici illustres. Cū sint in maximo honore, & semper fuerint magis quàm thesaurarii, & receptores, q̃ subsunt eis, & tenentur reddere computum eisdem: & hęc dixi ad sustentationē opinionis Purpurati, in hoc q̃d dicit ipsos generales, esse illustres, in quo multum extolluntur, cum officium eorū in extraordinariis pecuniis, & subsidiis quærendis, & conseruandis versetur.

Vnde, & de q̃storib. sentit G. Benedicti in sua rep. c. Ray. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. nu. 59. de testamētis, ubi ita ait, Quæstores sunt generales, & receptores talliarū, quas rex annis singulis indicit, ꝓ necessitatib. regno occurrētib. ſm maius, & minus ꝓ modo necessitatū, quæ talliæ leuant à non priuilegiatis ꝓ valore rerū, & bonorū ruraliū, quas quisq; plebeius hēt & possidet: & ibi ponit quō talliæ, seu collectæ dictorū subsidiorū indicunt, leuant, & exigunt, & per quos, saltem in patria Tholosana.

Aduerte pro intellectu prędictorum, quia vt refert Budæus in d. l. vnica. ff. de officio quæstoris, & Pyrthus in loco ante allegato, tria pensitationum genera, seu solutionum fuerunt apud antiquos.

Primum dicitur canon, & est hodie id quod domanium dicitur. exemplificat Budæus, in portoriis, vectigalibus, & huiusmodi.

Secundum dr̃ oblatio, & est id quod nunc auxilia dicimus, Aydes in vulgari: vt octauini heminatim, hoc est per mensuras diuenditi; & vicesima eius, q̃d cupatim culeatimq; venit reliquarū merciū, quæq; à solidariis negociatoribus vendunt (quos grossarios appellant) quæq; à minutariis & venditoribus, q̃ & propolæ dicūtur, hoc est nō sua vendentes, sed a negociatoribus praeempta, vt postea pluris vendant.

Tertium est indictio (quam talliā vocamus) antiqui collationem uocabant: & Cicero collectā dicit. Et in administratione istarum pensitationū est differētia, teste G. Benedicti in loco supra allegato: quoniam thesaurarii administrant domanium, quod est ordinarium; generales vero talliam, quæ dicitur munus extraordinarium, ut statim dicam.

Et isti gñales habēt iurisdictionem ī palatio Parisiensi, in quo sunt duo ꝑsidētes, octo cōsiliarii, aduocatus, ꝓcurator, graffarius, & duo apparitores. Et ab eis non appellat. Et appellationes emissæ à sentētiis, & iurisdictionib. electorū, & grenetariorū deuoluuntur ad eorū iurisditionē, & curiā, qui quidem electi cognoscūt de auxiliis, seu subsidiis, & grenetarii, seu mauis granarii, vel horrearii de gabellis salis.

Decimaoctaua consid. ad thesaurarios se offert relinquendo magistros computorū in parte sequēte, cū sint officiarii iustitię. Hi thesaurarii (q̃ sunt quatuor generales in Frācia) ꝑfecti fisci uocari possunt. Autore Budęo in l. uni. ff. de off. quęsto. & tales ēt possunt dici illustres, ut ait Purpu. in l. j. col. 13. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. per text. quē dicit ad hoc facere in l. fi. C. ubi senatores, uel clarissimi, in pri. ibi: cui sacros nr̃i nominis thesauros, aut res priuatas nostrę pietatis, uel serenissimę Augustæ nr̃æ coniugis gubernādas iniunxit nostra serenitas. & ibi facit differētiā inter generales, & particulares, de quibus ĩ. Videretur tñ dicēdū ex rationibus deductis in ꝑcedenti cōsid. de generalib⁹, ꝙ sunt tm̄ spectabiles, & sufficit, ꝙ tales sint: cū ēt mgistri militum (qui uocātur marescalli Francię, aut capitanei) sunt tm̄ spectabiles, ut dicit Spe. in ti. de iuris. om. iu. uers. medii & dicam ĩ. in 9. par. in 10. conside.

Gullelmus Benedicti in sua rep. c. Ray. in uerb. & uxo. noīe Adelasiā, nu. 5 06. usq; ad numerū 59. de testam. ponit originē istorū thesaurariorū, seu quæstorū, ubi dicit ꝙ hm̃oi q̃stores, seu thesaurarii à populo Romano originē seu ortū habuerūt in principio nascentis ciuitatis. Cū ęrariū populi actū eē cœpisset, ī quo pecunię publicę reponebāt: quia ut essent qui ęrario thesauri ꝑessent, cōstituti fuerūt q̃stores, qui pecuniæ ꝑsiderēt, & dicti sunt ab eo ꝙ inquirendę & cōseruādę pecunię cā creati erant. Verba sunt. l. 2. §. iisdē tpib. ibi: deinde cū ęrariū &c. ff. de ori. iu. ob ꝙ dicit text. in d. l. unica. ff. de offi. q̃sto. ꝙ origo q̃storibus creandis antiquissima est, & penè ante oēs magistratus: Habuerunt. n. Romulus cōditor urbis, & Numa Pompilius binos quæstores, quos ipsi non sua uoce sed populi suffragio, hoc est cōsensu & electione crearunt. Et in hoc uř dictus G. Bñd. quasi ꝑferre istos thesaurarios supradictis generalibus, & ī Frācia sunt quatuor principales, qui de causis īter fiscum & priuatos cū ꝑsidib. i. seneſcallis aut balliuis cognoscūt. l. 2 i C. si aduer. fiscū resti. postu. & hoc fit Tholosæ, teste eodē G. Bñ. ubi simul cognoscunt: & horū offm̃ est (vt dicit) q̃rere, & exigere oīa, q̃ domanii regis, & de patrimonio, seu de mensa sunt. & debent discurrere ꝓuincias, & uisitare domanium, illud cōseruādo, & si iustè fieri posset augendo, & occupatum ac ꝑditū recuperādo auxilio ꝑsidū, ubi de redditu uigintiq̃nq; librarū turoñ, & ĩ q̃stio fiet. Si aūt de maiori sūma ageret, curiæ parlamēti in cuius ressorto est, cognitio pertinet. Et tñ, ut dicit, officiū generaliū in pecuniis extraordinariis, & subsidiis q̃rendis uersatur, ut ēt dictū est in ꝑcedenti consideratione. Dicti ēt thesaurarii in hoc uidentur laudandi, cum administratio eorū uersetur circa ordinariū munus, generalium uero circa extraordinarium.

Decima

DEcimanona cõsi. Generales receptores Franciæ tribunis ærariis cõparari dicunt Budæus,& Pyrrhus. Qui verò dicantur tribuni ærarii, dictum est s. ista par. in 17. cõsid. vbi dixi post p̃dictos, ꝙ ea munera obibant, q̃ nũc gñales receptores obeũt, assignatã pecuniã thesaurariis bellicis adnumerãtes ex ærario promptã. Sed teste Varrone, hi erant, q militibus ipsis protinus, hoc est omnino, vel longe à finibus adnumerabant, q hodie thesaurarii bellici vulgo dicti sunt, Les tesoriers des guerres. Nã his attribuitur pecunia, quam militibus reddunt pro stipendiis.

Tribuni non tam ærarii, q̃ (vt appellant) ærati. Aeratos tribunos Cicero ꝓ obæratis dixit, i. ære alieno obrutis, & implicitis. Gallia verò memoria nostra (vt ait Budęus) alterius generis æratos, hmõi tribunos, omnesq; argẽtariã factitantes, hoc est pecunias numerantes, semper habuit, i. bene nummatos. Refert tñ Nicolaus Boerii in suo commento super consuetudinibus septenæ Bituricen̄. ti. de cõsuetudine matrimonii. §. 5. ꝙ clerici finantiarum ab initio magnã faciũt pragã, seu bragã, & p exteriora apparent diuites, sed in fine mitrant, & in exiliũ mittunt, vt ait factũ fuisse tempore Ludouici XII. Frãcorũ regis. Sed peius est hoc anno 1527. die 9. Augũsti: quidã generalis Franciæ detẽtus incarceratus Parisiis in arce, q̃ vulgo Bastillæ dr̃, fuit condemnatus p iudices commissos à dño nostro Rege, vt in patibulo Montisfalconis suspenderetur, & strangularetur (qđ & factum fuit de lunæ. 12. eiusdẽ mẽsis sequẽte) oĩa bona sua confiscado: & in dicta snĩa cõtinet, ꝙ dicti iudices declarauerunt dictũ gñalẽ astrictũ, & cõuictum de furtis, falsitatib. abusibus, interuersionibus: hoc est callidis surreptionibus, & malis administrationibus finãtiarum regis mentionatis in processu, & priuatũ ab omni honore, & statu, pro reparatione dictorum criminum, & delictorum: ordinãtes insuper summam tercentum millium Parisiensium, super dictis bonis & confiscationibus accipi pro restitutione summarũ & partium malè captarum per dictum generalem super finantiis regis, & aliis damnis, & interesse in eis factis, dictam summam adiudicantes regi pro restitutione prædictorum.

Istud vero deinceps cedat aliis ĩ exẽplũ, vt sint inculpati, nulliusq; culpæ notatione digni. Inculpabiliter. n. teste Cassiodoro, necesse est uiuat, et q̃ solam sui præsentiã nouit principibus offerendam. Qũo tñ parcendũ sit honori, & verecundiæ domus regiæ, & his, q pro domo, & parentibus regiis laborarũt, vide per G. Bened. in rep. c. Rayn. in verb. & vxo. nomine Adelasiã nu. 8c8. extra de testam. Allego ꝓ hoc tex. in c. sed & quod principi. ad finẽ, ibi: nã qđ ob meritũ. iuncta gl. in verb. ob meritũ. quã seq. ibi docto. in stit. de iure naturali &c. & ibi notat Ange. per illum tex. ꝙ iusta cã minuẽdi, vel remittẽdi pœnã alicui delinquenti est pp multa seruitia q̃ cõtulit principi vel reipublicę. Plures etiam alii referũtur detenti ob supradicta delicta in carceribus Parisianis, de quorum vita dubitat, quæ cum vitiosa sint stirpitus (vt nulla radix inde remaneat) eruẽda sunt, vt utar verbis. l. 2. C. de petitis bonorũ sublatis, lib. 10. licet hodie talia potius radices effundãt, cum essent oĩno tollẽda, q̃a ex mala radice ꝓcedũt. Et hmõi ærarii administratores vulgò in Frãcia porci regis dicuntur, tanq̃ vitam in ocio, & sine solicitudine degentes, pro quo bene faciunt ea q̃ dicit Luc. de Pen. in d. l. 2. post Policra. lib. 5. c. 2. Hi aũt (ut ait) in republica uẽtris, & intestinorũ imaginẽ ferũt: qui si immẽsa auiditate rapta cõgesserint, & cõgesta tenacius reseruauerint, innumerabiles, & incurabiles morbos corpori reipublicæ generãt, & vitio eorũ totius corporis ruina immineat. Et s̃m Hippocratẽ crassa, & obesa corpora, cũ crescẽdi modũ impleuerint, necessariã esse sanguinis diminutionẽ; & nisi fiat in paralysim, & pluriũ gña morborũ pessima erumpere: ut refert tex. in c. ne tales. de consec. dist. 5. Vnde nõ sine cã oĩum taliũ, & similiũ raptorũ hæres in p̃nti seculo est fiscus, qui eos bonis alienis impinguatos minuit: qđ fieri necesse est, ne æternaliter pereant, saltẽ expediẽs est, vt quod vi, vel alias iniustè p̃didit ꝓximus, capiat fiscus. Cuius oĩa digerẽdi, & rapta deuorandi est capax stomachus, vt ait G. Bñdi. in sua repet. c. Ray. in verb. & uxorẽ noĩe Adelasiam. nu. 958. & ibi uide nu. p̃cedenti quomodo exclamat cõtra cupiditatẽ Gallorũ, maximẽ cõtra collectores, custodes, seu gardiatores portuũ, & pędagiorũ: quos scoriatores, ne dicã tortores vocat. & p eundem in d. c. in verbo, cõdidit primo. circa finem. cõtra oppressores huiusmodi, & eos qui ad opprimẽdũ iniquis uectigalibus populum auctores extiterũt.

VIgesima cõsid. Etiã inter tales administratores ærarii fiscaliũ pecuniarũ principis, sunt multi inferiores, qui respõdẽt supradictis, & magistris cõputorum: ut sunt apud nos receptores particulares, balliuatuum, seu senescalliarum, suos Pyrrhus & Budæus vocant coactores: & coactio argentaria ꝓ ipso munere cogendi pecunias, quam nunc receptam uocant, de quibus in sequenti par. in 35. consid.

Et pecuniæ collectę p eosdẽ ad p̃positos thesaurorũ seu gñales receptores deferri debẽt. l. diu. C. de susceptorib. lib. 10. Et ipsi receptores particulares singulis annis rõnẽ de susceptis reddere debẽt. tex. in l. neminẽ. C. e. ti. de susceptoribus. & hoc fit apud nos coram p̃sidente, & magistris computorum Diuione denariorum receptam ordinariam concernentibus.

Itẽ thesaurarii sub se habent clericos, qui actores, seu ꝓcuratores dici possunt. Nã ꝓcurãt executiones fieri cõtra inferiores receptores prouinciarum pro pecuniis p eos debitis. pro quo facit l. fine. C. de executori. & exactorib. lib. 12. & l. missi opinatores. C. de exactorib. tributorũ, lib 10. exactores particulares thesaurariis reddere rõnẽ tenẽt de oĩ pecunia per eos p̃cepta, & collecta, ut ĩ l. j. C. de canone largitionaliũ, titulorũ lib. 10. Et oẽs supradicti, tã quatuor thesaurarii, q̃ q̃tuor gñales tenẽt annis singulis reddere regi computa, & rationes de receptis, & administratis, seu his q eo deputati sunt: ut dicit G. Benedi in rep. c. Ray. in uerbo, & vxorem nomine Adelasiã nu. 410. extra de testam.

VIgesimaprima cõside. Sunt & inter p̃dictos administratores ærarii quidã obseruatores: quos hodie cõtrarotulatores dñt, quos dicunt Budęus, &

Pyrrhus cōparādos eē antigrapheis, hoc est ꝙ acta ꝑ dictorū antigraphant, hoc est contra scribāt. Et tales ēt custodes appellantur, secūdum Cicerone teste Budæo, in l. vnica. ff. de officio quæsto. allegans etiā Vlpianum in l. 3. §. j. in fine. ibi: dati sunt enim quasi obseruatores actus eius & custodes. ff. de administrati. & periculo tutorū. De antigrapho ait Aris. in politicis. Ne interuertant pecuniæ publicæ institui oportet, ut palam oībus ciuibus tradant antigraphaq́; earū fiant per phratrias, & tribus singulas. i. phratriatim, tributimq́;, quod collegialiter dicimus.

Et isti habent officia, & administrationem, & sic dignitatē, sed nō sunt in tam magna dignitate, q̄ ꝑcedentes. cū eis subsint, & oēs eisdē generalib. & thesaurariis, seu receptoribus generalibus subsunt.

Supradictorū administratorū munera nūc diuersissima sunt q̄ olim fuerint. Erat. n. teste Budæo alia ꝓrsus ratio apud eos ærarii administrandi, atq; nūc apud nos. Pecunia. n. publica uno ī loco cōdita erat, quod ærariū dicebat. (de quo alibi dixi) quā tribuni ærarii cum opus erat, promebant. Nunc autem priuatim asseruat, priuatimq́; eius rō cōstat, quo fit vt ærariū nostrū dispsum ī potestatē sit paucorū: cęterū imperatores exercituū ex ꝓuinciis decedētes, rationes suas ad ærariū referebāt, i. cōputos reddebant, vt nūc loqmur, hęc Budæ⁹ ī l. vnica. ff. de off. q̄storis.

Vigesimasecūda cōsideratio. Quia ī hac parte potissimum de officiariis principū, q curiam principis sequuntur, vt eidē ī suo, & ꝓ debito officii obsequant. unde curiales dicti sunt, ex quo cū cura esse debent: ideo pro merito obsequii aliqua ī quib. honorantur, & priuilegiātur ipsi curiales, nō incōgrue hic inserere curaui, & q̄ plerisq; in locis iuris respersa erant, in vnum coegi, vt studio & labori parcatur.

In primis curiales in hoc honorantur, ꝙ adorare possunt, & salutare principem, etiam sine munere, ꝙ tamen aliis nō permittitur. Nam nemo adire potest principē. nec ipsum salutare absq; dono, instar regis Parthorū. & refert Petrus Cādidus ī ꝓœmio Appiani Alex. in prin. de bellis ciuilibus. Dixi in cōmento nostro super consuetudinib. ducatus Burgūdiæ, tit. des iustices. §. 4. ad initiū. ver. Additio. item etiā &c.

Tamen curialistæ pñt quādocunq; adorare principē, & salutare, vt de plurib. ante dixi suis locis: & hr̄ ī l. j. C. de silentiariis, lib. 12. & ibi Iacobus Rebuffi dicens, quod princeps adorat, cæteri autem salutātur. Et nō debet q̄s genuflectere, nisi corā principe: & à quib. salutet vide in l. j. C de veteranis, lib. 12. Et sola regia maiestas adorari debet. Cæteri vero, vt barones, & alii salutari debēt, ut ibi ī q t Rebuffi. Et dixi supra amplè in 5. par. ī 33. consideratione, inci. ꝓsequendo materiam &c. Et in j. par. ī 26. cōsideratione. incip. quis dicitur honorari in salutatione. Et in 34. consideratione. incip. honor etiam in adeūdo. Et ista eadē parte, in 11. consideratione, cuius initium est. Alii reperiunt officiarii. Et ꝙ curiales sine munerū exhibitione lętent honorę curiæ videtur tex. iuncta gl. ī verbo, functione. in l. 3. C. de silent. lib. 12.

Vigesimatertia cōsideratio. Honorātur curiales ī hoc, ꝙ quāuis priuatis nō liceat deferre vestes oloberas, aureas, patagaydas, hoc est brocatas sericas & murice tinctas: cū tales sint vestes principū. l. 2. 3. & 4. C. de vestib. oloberis, lib. 12. tñ curialibus principi ministrantibus (vt ornatiores fiant coram principe) licitum est, & permittitur tales vestes ferre, vt dicit Io. de Platea in d. l. 2. Potest tamē princeps eis auferre cùm recedūt, vt ait Luc. de Pen. in d. l. 2. & dixi infra in vlt. par. in 95. consid.

Vigesimaquarta consid. In hoc ēt honorantur curiales, ꝙ illegitimus, seu naturalis per traditionem, seu oblationē curiæ, à patre factam (hoc est si fuit curialis) legitimat, & legitimus efficit. tex. est in l. cōium. & l. si q̄s. C. de naturalib. lib. in auth. quibus modis naturales efficiūtur sui. §. j. & §. si q̄s igr̄. & §. & qm̄. & §. filiū. vsq; ad §. trib. coll. 7. in auth. de monachis. §. si vero relinquēs. coll. j. §. vlt. & ibi notat in verbo, curiæ. inst. de nup. in c. ꝑ tuas. & ibi glo. in verbo, filiū, & ꝑ doct. extra q̄ fil. sint legit. ī l. si. & ibi notat Luc. de Penn. col. 4. C. de his qui sponte munera publica, lib. 10. & ꝑ eūdem in l. si cohartalis. col. 4. de cohartalib. lib. 12. Et tales succedunt parentib. ex testamēto, & ab intestato. l. qm̄ desideria. C. de naturalib. libe. Sed qm̄, vt dicit Ang. ī §. j. in auth. quib. mo. naturales effic. legitimi. colla. 6. hodie talis ltimatio nō est ī vsu, nō alr̄ insisto. Sed vide ea q̄ dixi in cōmēto nr̄o sup cōsuetudinib. duca. Burgun. titu. des successions des bastardz. §. 3. in gl. ab intestato. vers. secūdus modus. vbi modi legitimandi describuntur.

Vigesimaquinta consi. Curiales in hoc priuilegiātur, ꝙ ꝑdia eorum nō possunt alienari sine solēnitate, de qua in l. si. C. de prædiis decurionum, seu curialiū, lib. 10. Et istud est in fauorē ipsorum curialiū, vt respublica habeat diuites curiales, vt in l. 2. illius, & in tm̄ in hoc priuilegiat res curialiū, quātū res minorū & ecclīæ: & in hoc pari passu ambulant, vt notatur per Purpur. in l. mādata. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. Et aduerte in hoc singulare, ꝙ qn̄ petitur interponi decretū iudicis in talibus alienationibus, debēt cāæ sigillatim exprimi, nec sufficeret gn̄alis expressio causæ, vt si dicat, vēdo pp æs alienū exoluendū, sed oportet singulariter, & sigillatim exprimi causas, hoc est ut nominētur creditores, & quantum cuilibet debetur, vt hr̄ in l. j. C. de ꝑdiis curialium, lib. 10. & ibi Iac. Rebuffi dicit idem obseruādum in rebus minorū, & ecclesiarū vendendis. allegat l. magis puto. §. si ęs. ff. d reb. eorū. facit ad hoc l. si quis mihi bona. §. iussum. ver. sed vt cum. ff. de acq. hęre.

Vigesimasexta conside. Curiales principis in hoc honorantur vltra alios, quod debent hr̄e ꝑ legitima sua nouem uncias, licet alii filii nō hēant nisi trientem, uel semissem, ut in auth. de triente, & semisse. §. j. col. 3. Quod bene notare debent cortesani principis, ut dicit Mart. Lauden. in tractatu de official. dominorum. art. 34. ubi tamen dicit hoc eē uerum in legitimis, & non in naturalibus legitimatis, secundum Ioa. Butriga. & notant moderni in authē. nouissima. C. de inofficio. testam.

Vigesimaseptima consid. Curiales ēt in hoc honorantur, & sequentes curiā principis, ꝙ ignobiles efficiuntur nobiles, & consequenter nobilitantur

tant assistēdo seruitio & obsequio principi: ut dicit Ang. in §.fi.col.1.insti.de exceptio.per tex.ibi l.vni. C.de mādatis principū.& do.meus Iason post eū in l.omnium.in primo notabili.C.de testamētis. Purpuratus in l.j.col.18.ff.de offi.eius cui mandata est iurisdictio. Dixi infra in 8.par.in 19.consid.vbi dr̃ quod adhærentes lateri principis,& eidem in officio quocunque minimo, nobilitantur. Pro isto dicto Ang.in dicta l.omnium allegat l.quam dicit notabilem in l.unica.C.de præpositis labarum,seu laborum lib.11.dicit text. Nam & immunitate digni sunt,quos nostri lateris comitatus illustrat.

Vigesimaoctaua cōsid. Etiā curiales,& famulantes principi cōsequunt̃ dignitatē in quocunq; seruitio sint deputati,ēt si sit coc⁹ principis, vt dicit Barbatia in tract.de p̄stātia cardinaliū.q.1.col. 22. dixi in 8.par.in 7.cōsid.& in 11.par.in 35.cōsi.ubi constat oēs artifices principum præferri cæteris,& gaudent multis immunitatibus, quibus carent alii artifices,per l.2.C.de excusatio.artificum,lib.10.& vide quæ supra relata sunt in 1.par.in 61.considera tione.cuius initium est.cum ergo ex virtute &c.

Vigesimanona cōsi. Illustriores dicunt̃ curiales, qui seruiūt principi respū aliorū ēt illustrium, qui nō resident in curia,ut probat Barbatia ī consilio suo 57.incip.p̄clarè scribit̃ apud Iob.col.8.in 2. vol.ꝙ præferuntur in eadē dignitate constituti illi q̄ sunt in curia,& qui seruiunt & assistūt principi,p tex.in l.j.uersi.quos lateris nostri decus illustrat.C. de præpositis laborū,seu labarū,lib.12.vbi oīs ordo recipit splendorē à principe,sed nō ęqualr̃: quia nō ita resplendet illi qui abest à curia & latere principis, sicut ille qui est in p̄sentia principis.tex.est ibi. Et facit quod dicit Bal.in rub.ff.de officio ꝓconsulis.vbi inquit, ꝙ principis p̄sentia seu Papæ cardinales illustrat.allegat.d.l.1.dixi supra ī 4.par.in 16.cōsideratione,cuius initiū est.cardinales manētes,&c. adducit Barbatia in d.consilio rationem tex.in l.bene à Zenone.ad finē.C.de quadriēnii p̄scriptio.ibi: qui.n.suis cōsiliis suisq; laboribus ꝓ toto orbe terrarū,die noctuq; laborāt, quar̃ nō habeāt dignā sua prærogatiua fortunā? Vbi est textus mirabilis,ꝙ illi qui sunt in seruitio principis dēnt esse p̄miati. Et licet textus loquat̃ ī Imperatore,tñ quia ratio generalis est dispositic,dispositū ampliat̃ ad amplitudinē rationis legis,ut uoluit gl.in verbo,factū.in c.1. de ele.in 6. p̄batur in l.pr̃ filiū.§. fundū.ff.de legatis.3.& in l.cum pater.§.dulcissimis.ff.de leg.2.

Faciunt ad p̄cedētia,q̄ dicit Angelus in l.j.ff.de testamen.militis,ꝙ doctor qui est ad latus principis præfertur militi. Ita recenset Purpuratus in l.2.col. 18.ff.de officio eius cui mādata ē iurisdictio. Pars. n.corporis principis familiares ei⁹ seu curiales eē cēsent. text.in l.qsqs in principio.C.ad legē Iuliā maiestatis.canonizata in c.si quis circa principium.6. q.1.& recitatur per gl.in verbo,cum familiares. in c.cum dilectus.extra de clericis non residentibus.

Trigesima cōsi. Curiales in hoc priuilegiantur, ꝙ non possunt cōueniri corā iudice ordinario loci, vbi habent domiciliū: sed debent conueniri in curia,& ibi causę eorū tractari debent. Maximè pro negotiis curialibus coram magistro officiorum,aut magno p̄posito domus principis,de quib⁹ supra in hac parte dictū est. In aliis vero causis nō cōcernentib.eorum statū curialē,sed negotia priuata seu p̄ticularia,& suarū rerū habēt in Gallia oēs curiales iudices eorū destinatos, qui Parisiis in palatio habent camerā iudiciariā (q̄ dr̃ camera requestarū) & istud ī petrāt à principe curiales in uim quarūdā lrarū regiarū (quę uocātur lrę de committimus) in vim quarū causę ipsorū curialiū committunt̃,deputantur, assignātur talibus iudicibus pro earū decisionibus, & sunt pars dominorū de parlamēto habētes cameram separatam. Ab his tñ ad curiā magnam appellatur,ut dicit G.Benedicti in sua repe.c.Ray.in uerbo, & vxorem nomine Adelasiam. in secunda decisione.numero.480.in fine.de testamentis.

Et prędicta satis probant̃ in l.fi.C.ubi causę fiscales,uel diuinę domus,hominūq; eius agant̃. ubi ēt coloni principis conueniuntur in ciuili negotio corā p̄posito sacri cubiculi (q̄ hodie apud nos uocatur cambellanus) vt supra ista eadem par.in 8,consideratione.cuius initium est,vr̃ ꝙ post istum,&c.dixi.

Etiā facit extrauagans Eugenii IIII.incipiens,diuina.& textus cōcordatorū in titulo de appellatiōnibus.quo ad curiales summi Pontificis,qui alibi q̄ in ipsius curia cōueniri non possunt. Et,ut dicit cōmētator regularū cancellarię super regula sexta,capellanus honoris Papę ē exēptus ab ordinario, ēt si nō exerceat actu officiū suū: ꝓ quo allegat gl. ī uerbo,uideat̃.in auth.ut ordinarię p̄fecturę,&c.col.v. & ibi idem cōmentator dicit idē esse in cubiculario.

Trigesimaprima cōside. Curiales in hoc pariter honorantur,& priuilegiantur, qm̃ excusantur à tutela. tex.in l.iurisperitos.ibi: cū dicit in consiliū principum assumptos.& ibi: qm̃ circa latus eorum agerent,& honor delatus finē certi temporis ac loci nō haberet.ff.de excus.tut.cōcordat l.fi.ibi,circa latus nr̃m militantes.C.eo.ti.dixi in proxima sequēti par.in 3 consideratione,uersi.addo alium effectū &c.cōcordat ēt tex.in l.verum.§.ex facto.ibi: uel hi qui circa principem sunt occupati,ut in consiliarii Menādri persona est indultum.ff.de minorib.

Trigesimasecunda consi. Curiales & domestici principū excusant̃ ab hospitiis militū, seu exēpti sunt ab onere hospitādi milites, tex.in l.decurionib.ibi: domus quoq;.C.de silētiariis & decurionibus eorū,li.12.& licet ibi tm̃ videat̃ loqui de silētiariis (hoc est q. excubias faciebāt ī palatio principis, apud nos uulgo dicti,lex archies du guet) idē tñ dicēdū đ aliis,ubi eadē ratio militat.facit ēt tex.ī l.ī sacris.C.de ꝓximis sacrorū scriniorū,& in l.2. C.de p̄positis sacri cubiculi,eo.li.12.& l.archiatros.(q̄ medicos sacri palatii molestia hospitali liberat.) C. de metatis & epidimeticis,lib.12.& ī l.pen.illius ti. plures enumerant̃,ut cōsulares,& pritii,cōsules,p̄fectorij,magistri militū,Magistri officiorū,uel q̄stores.Comites domesticorū,& ꝓtectorū,& sacrarum largitionū,& priuatarū largitionū, & primicerius notariorū istā habētes imunitatē,diuerso tñ modo.

Nam

Nā aliqui hñt tres domos, quidā duas, quidā unam tm̄ immunes à ꝑdicto onere. Similiter tribuni ex primicerio illa potiūtur libertate, vt in l.fi.illius ti. Plures etiam alii excusantur, vt doctores legum, & comites vt dixi in commento nostro super cōsuetudinibus ducatus Burgundiæ, tit.des iustices. §.4.in gl.1. versi.sed quæritur, cum versi.sequenti.

Trigesimatertia cōsi. Curiales ī hoc honorantur, cū, vt communiter videmus in Gallia, & apud vos excusantur à talliis & collectis, exactionibus & impositionibus principum, & donis, aut aliis muneribus extrordinariis, q̄ fiunt, & conceduntur principi & regi, vt apud nos fit in fenagiis: qm̄ cōmuniter in literis regiis triplici statui hui⁹ patriæ directis dr̄ ꝙ ab his sint reseruati & exēmpti Nobiles origine nobiliter viuentes, & officiarii domestici principis.

Sed an ista exēptio, seu immunitas ei competat ex priuilegio vel de iure, vel ex gn̄rali cōsuetudine. Quantū ad nobiles dixi infra in 8.par.in 48.cōsideratione, cuius initiū est. nobilitas in hoc honoratur.

Quantū vero ad huiusmodi officiarios de iure plures excusant à ꝑdictis rōne dignitatis aut officij, vt in toto titulo, de excusationib⁹ munerū, lib.10. C. vt ī l.maximorū.illi⁹ tituli, enumerant superillustres comites, cōcistorii, notarii, cubicularii, & excubicularii. Itē in l.fi.illustres cōprehendunt. Itē in l. eos oēs comites, vt ꝑsidū, ꝓcōsulū, & procuratorū Cęsaris & magistri scriniorū, memorię, & sacrarum epistolarū vel libellorū, & qui signabāt respōsa Imperatoris. Itē in l.certis.protectores, & ꝑpositi laborū. Itē in l.negotiātes. Purpurarii, & vestiarii, q̄ q̄dē oēs habent immunitatē à munerib. ciuilibus & extraordinariis, vt ī d.ll.patet, & nō solū habent illam ꝑrogatiuā quādiu principi seruiant, sed quādiu uixerint. l.eā legē. C.eo.ti.& de pluribus habemus tit. particulares, de quibus fit mētio de eorūdē immunitatibus. vt in l.1.& 2.C.de primicerio, li.12.l.ī sacris.secunda.& l.iubemus. C.de proximis sacrorū scriniorū.& l.2.C.de priuilegiis eorū qui ī sacro palatio militant.l.2.C.de ꝑpositis sacri cubiculi, & de oībus cubiculariis.l.1.C.de palatinis sacrarū largitionū.& idē dicēdū ī aliis vbi eadē ratio militat. tex. in l.fi.C.eo.ti.li.12.& dicit Imperator ī l.vnica. C. de ꝑpositis laborum, lib.12. Nam & immunitate digni sunt, quos nostri lateris comitatus illustrat.

Et cū senatores excusentur, vt l.4.C.de dignitatibus, li.12.ideo à fortiori curiales & familiares principū. Nec ex eo eorū cōditio deterior fieri debet, cū circa principē se obsequiales exhibēt vniuersis. tex. ī l.cū dilectus.& ibi gl.fi.extra de clericis nō residē.

Facit, q̄a docētes in urbe Romana (q̄ est cōis patria sicut & curia regia) nō minus priuilegiātur quā docētes in propria patria. tex.in l.sed & reprobari. §.penul.ff.de excusatione tutorum. vbi dicit textus. Quoniā cōmuni opinata & existēte patria regia urbe decēter vtiq; tanquā in propria patria vtilē seipsum tribuēs & exhibēs, vel immunitate fruet. Rō, quia officiū nemini dēt esse dānosum, neq ad cōpendium.l.videlicet.ff.ex quibus causis maiores.c.puenit.extra de fideiuss.& l.si seruus cōmunis.ff.de furtis. Facit ēt quia curiales (vt forēses & peregrini) mereri possunt indulgentias in anno iubilei: vt in extrauagan. Bonifacii VIII.incip. Antiquorum. de pœnitentiis & remissionibus.

Trigesimaquarta consid. Etiā curiales sunt exēpti à vectigalibus, & pædagiis, quæ imponunt pro rebus eorum vehendis & transportandis ad curiam, aut sequendo curiam. l.iubemus.C.de proximis sacrorū scriniorū, lib.12.C.de silentiariis & decurionibus eorum, eodem li.sic & senatores.l.4.C. de dignitatibus. eodem lib.

Istud optimē ꝓbari pōt pro oībus ex generali cōsuetudine, q̄ in hoc obseruat in toto regno, & q̄ in talib⁹ est obseruāda, vt dicit tex.in l.si publicanus. §.fi.ff.de publicanis & uectigalibus.& ibi gl.in verbo, municipum.in d.l.in §.de rebus.enumerat plures casus in quibus quis excusat à solutione gabellarū & vectigaliū, qđ Io.de Imola dicit esse intelligendū in quatuor, s.ꝙ in talibus quis excuset, aut rōne rei, aut rōne ꝑsonę, aut rōne priuilegii, aut rōne cōsuetudinis. ꝓ quo facit.l.maximarū.circa initiū.C. de excusatio.munerū, lib.10.& crederē tales curiales eē exēptos, tā rōne priuilegii, q̄ personæ & cōsuetudinis & ꝑscriptionis, cum liberatio à vectigalib⁹, seu non præstatio præscribi possit. tex.in l.licitatio. §.earū.ff.de publicanis. Et consuetudo pro immunitate consequēda inspici debet, tex.in l.negotiātes: ibi, ſm veterem consuetudinem.& in l. maximarū. ibi, vetusto more durante. C.de excusationibus munerum, lib.10.l.vlt.§.pen.cuius initium est: sed ea. ibi, vel more.ff.de muneribus & honoribus.

Trigesimaquinta consid. Subiecti ad residentiā alicuius officii uel beneficii, si efficiantur curiales excusantur ab illa residentia, & non obstante absentia, salaria & stipendia officiorū huiusmodi ꝑcipere debent, argu.c.cū dilectus. extra de clericis nō residentibus. Et est ratio ſm tex. quia familiares circa pricipē se obsequiales vniuersis exhibēt, vt supra in 2.proxima consid.dixi.& principi & oīb. ꝓsunt. & qui ī seruitio & familiaritate principis sunt, pro præsentibus habentur, ſm gl.vlt.ibi facit.c.de cætero.extra eo.ti.& seruire officio intelligūtur.in d. c.cum dilectus.c.ad audientiam.eo.ti.argu.c.licet. 7.q.1.c.similiter.16.q.1.& c.hoc huius placiti.12. q.2.& intellige curiales, hoc est existētes in seruitio principis, vel officiales curiæ trahentes ibi moram ex præcepto ipsius principis. Nam satis tunc dicuntur abesse causa reipub. vt dicit Pan.in d.c.cū dilectus.ibi, sed quæritur.& pro hoc alleg.l.sed & si per ꝑtorē.in fi.& l.reipub.ff.ex quibus causis maiores. Et, vt dicit cōmētator regularum Cancellariæ sup regula 5. Illi potissimè curiales dici debēt, per quorum curā & cōsilia respublica expeditur, hoc est extollitur, vel utilis fit, vel reipublicæ negotia explicatur. Et curia sic diffinitur in cōmmēto Valerii.li.2. de institutis antiquis.ī c. vbi de Eumene rege Asiæ fit mētio: sic, ꝙ nihil aliud est nisi fidū pectus & altū reipublicę.& quēadmodum ea quorum animus nr̄ conscius est secreta in pectore nostro seruantur, ita arcana cōsilia reipublicæ ī pectore curiæ reponi atque

atq; seruati debent, & ibi vide duo exempla de secretis curiæ non reuelandis.

TRigesimasexta conside. Curiales laudantur apud principem, qui sunt p̄diti uirtutibus, industria p̄uidi, moribus honesti, in ministeriis experti. Et tales erant curiales & ministri Salomonis. 3. Reg. 10. ca. ubi dr̄: Videns regina Sabba oēm sapientiam Salomonis, habitacula seruorũ & ordines ministrantiũ, vestesque eorũ, nõ habuit vltra spiritũ. & Cant. 3. cap. En lectulũ Salomõis sexaginta fortes ambiũt ex fortissimis Israel, oēs tenentes gladios & ad bella fortissimi. Et ut tales sint debet princeps sollicite studere. Secundum enim iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis est rector ciuitatis, tales & habitãtes in ea. Ecclesiastici x. in prin. Et in hoc exaltari debet curia principis, q̄ semper multæ nobiles, probatæq; personæ sunt astantes, vt in l. omnium. in prin. & ibi notat Angel. C. de testa. & in §. 1. illius l. dicit per illum §. q̄ ideo princeps habet omnia iura in scrinio pectoris, & totam philosophiam: quia in curia sua sunt & esse debent prænotabiliores homines mundi, in quacunq; facultate, pro quo allegat proœmium. C. sed particularius est in 1. Constitutione. C. in §. ideoq;. & in secunda. in §. sed cum. ibi, & electis uiris. iuncto. §. inci. ad istum enim laborem. facit proœmium instit. in §. cumq;.

TRigesimaseptima consid. Si uideas semel curialẽ carentem septem vitiis sequentibus, laudes eum vsque ad extremum.

Primo quod non sit ambitiosus dignitatum: ideo laudabimus Priscatum Millenum, qui tandiu Imperiũ sustinuit, quandiu cum Atheniensibus bellum gerendum fuit. postquam vero pax ex uictoria facta est, deposuit Imperium, ne ultra quàm reipublicæ necessitas exegerat, dominus ciuium permaneret, ut dicit Valerius lib. 6. c. 5. Et ultra laudabimus illũ qui gratias egit quando consulatum amisit. de quo Valer. lib. 4. c. 3.

Secundo quod non sit adulator.

Tertio q̄ caueat improbam munerum acceptionẽ, quæ etiam prudentes excæcat.

Quarto quod non sit officiorum, vel commodorum venditor.

Quinto quod nõ sit simulator exterior amicitiarũ, nec fingat se amicum donec veniatur ad amicitiæ experimentum.

Sexto q̄ non sint astuti & sophistici machinatores ad calumniandũ vel illaqueandũ: & ex cõsequenti ad excoriandũ, vel spoliandũ populũ, iniquas leges statuẽdo, vel eis fauendo, peruersas consuetudines allegando, uanas uias calumniandi adinueniendo.

Septimo q̄ comessationibus, & ociis & uanis ludis non uacent, de die non faciant noctẽ, nec de nocte diẽ. Cales. n. qui talia uitia non habent insigniter sunt laudandi & commendandi. & usq; ad cœlum extollendi: sed cum pauci tales reperiantur, ideo aliter nõ isistam, cum etiam sit ultra intentum nostri operis, sed de miseriis curialium, & de his septem uitiis teremitto ad Io. Valensem in sua summa de regimine uitæ humanę, seu communiloquio. par. 18. dist. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. ubi amplè. & ad Policraticum de nugis curialium, fere in toto suo tract. potissimè uide in lib. 5. c. decimo.

TRigesimaoctaua consid. Curiales seu aulici in hoc priuilegiantur, q̄ eis facilius parcendum, seu mitius agendum est quam aliis. glos. 1. in fin. in c. quando. 86. dist. cap. si uero, j. in initio. extra de sent. excom. ca. qualis. in fin. 25. dist. Ideo teste G. Bene. in sua repet. ca. Raynutius. in uerbo & uxorem nomine Adelasiam. in materia successionis ab intestato. nu. 808. Ista fuit causa propter quam Ioannes & Paulus fratres Iuliani Imperatoris primicerii ad fidem conuersi, nõ fuerunt publice, sed in carcere decollati, ad quos Terentianus ad eos decollandos missus. Non (inquit) decet uos intra aulam regiam nutritos, vt publice occidamini: sicut habetur in eorum legenda. Et ratio uidetur, q̄ tales pro rege, domo, & parentibus regis laborare solent. Ex quo Abiathar (licet esset morte dignus) ueniam obtinuit à Salomone, ut scribitur 3. Reg. cap. 2. ibi, Abiathar quoque dixit rex. Vade in agrum tuum, & quidem uir mortis es: sed hodie te nõ interficiam, quia sustinuisti laborem in omnibus, quibus laborauit pater meus. Et pro ista parte adduco gl. optimam in uerbo, ob meritum. §. planè. insti. de iure natu. quę glos. ab omnibus approbatur. ei dicit quod sit remissio pœnę, quando quis multum seruierit principi, & sic iusta causa minuendi pœnam alicui delinquenti est propter multa seruitia, quę contulit principi uel republicę. Et dixi hic ante in 19. conside. incipien. Generales receptores &c. uersicu. quomodo tamen parcendum &c.

Sextæ partis Catalogi Gloriæ Mundi, Finis.

SEPTIMA CATALOGI GLORIAE MVNDI PARS,

OFFICIA IVSTITIAE ET IVRISDITIONVM CONTINEBIT:

Deputatam circa Consistoria, & Parlamenta, quam tribunalia seu Prætoria, & alias sedes Regales inferiores. Et fiet de his vna commixtio secundum quod est quæstio de omnibus Officiarijs iustitiæ. sed tamen de Dignioribus primò fiet mentio, & secundum eorum dignitates, & prout vnus præcedere debeat alium.

VNAM ET QVINQVAGINTA CONSIDERATIONES COMPLENS.



GENERALIS est hæc prima cõsideratio ad omnes dignitates seu magistratus, qm̃ Alii sunt maximi, vt superillustres, Alii magni, ut illustres, Alii medii, vt spectabiles, vt ꝓbat tex. in §. pé. ibi: & medias habentes administrationes, quos spectabiles vocant. in authen. de non alienandis aut permut. colla. 2. Alii minimi, ut sunt clarissimi.

Et alii infimi, pro quo facit tex. ĩ l. raptores. §. sinaũt. primo. ibi. Necnon alii cuiuslibet ordinis iudices. C. de epis. & cle. vt sunt defensores ciuitatum vel locorum, & iudices municipales seu pedanei. Et hoc ordine istos quinq; gradus seu genera magistratuum posuit Spe. in ti. de iur. om. iud. in prin. quæ distinctio probatur per glo. in verb. post magnificentissimos. in auth. vt ab illustribus, & qui super eam dignitatem &c. §. pen. colla. v. & per gl. in verb. illustribus (quam ibi sequũtur Ange. Aret. & Ioan. de Plat.) in §. cumq;. in proœmio instutionum. vbi gl. expresse specificat gradum infirmorum, licet ab initio notat quatuor esse ordines dignitatum: & de his aliquid supra dixi in prima parte, in 66. consid.

In primis tñ sciendum est, ꝙ omnis potestas est à solo Deo, siue iubẽte, siue sinẽte: vt ait tex. in c. quid culpatur 23. q. 1. potestas naq; Dei præcellit oẽm hoĩum potestatem, ut in c. quæ contra. 8. dist. & qui potestati iudiciariæ obsistit, Dei ordinationi resistit. tex. in c. qui resistit, 11. q. 3. Nisi præcipiatur illicitum, quia tũc potestas potius est condemnanda, ut ibi.

Item ipsa potestas iudiciaria regendi hunc mundũ est duplex, uidelicet Pontificalis & regalis: ut est tex. in c. duo sunt. 96. dist. & c. principes. 23. q. 5. &, ut dicit Bal. in c. 1. quis dicatur Dux, Marchio, &c. oẽs dignitates & iurisdõnes à Papa & Imperatore deriuantur, & ad curam principis magistratuum creatio tm̃ pertinet, tex. in l. unica. in prin. ff. ad leg. Iul. de ambitu. dixi supra in 5. par. in 32. conside. incipien. quod quilibet. & 24. consideratione. uersi. 15. uersi. 58. & uer. 72. Et ius. utriusq; potestatis Christus actibus suis discreuit. cap. cum ad uerum. ead. dist. utraque tamen potestas mutuo se iuuare tenetur. d. c. princeps. & c. incestuosi. 27. q. 5. cap. 1. & cap. quoniam.. & ibi no. in glo. fi. extra de offic. ord.

Et sicut excellunt diuina humana, cœlestia terrena, & spiritus carnem, sic Pontificialis potestas regalem excellit. tex. in c. suscipitis. 10. dist. c. solitæ. de maio. & obe. & c. nouit. de iudiciis. Imperator quippe potestati Papæ subesse debet. c. si Imperator: & ca. sicut. 67. dist. hæc Luc. de Pen. in l. 2. C. de silentiariis, lib. 12. sed è diuerticulo ad ujam redeamus.

Maximi igitur sunt superillustres. exẽplifico secũdũ Spe. ubi supra, ut sunt Papa & Impator, qui supra oẽs sunt. d. c. duo sunt. 96. dist. c. in apibus. 7. q. 1. c. cũcta ꝑ mundũ. 9. q. 3. l. deprecatio. ff. ad leg. Rhodiam de iact. & de istis duob⁹ quõ sint supra omnes alios, dixi supra in 4. & 5. par. ideo aliter non insisto. Sed an sint superillustres, & an superillustris sit gradus, an adiectio qualitatis seu dignitatis ad primum gradum, amplè disputant doctores, maxime Purpur. post Deci. & do. meum Ias. in l. in prin. ff. de offi. eius cui mandata est iurisdictio. Alcia. tamen lib. dispunctionum. c. 4. tenet intrepide hunc non esse gradum, & reprehendit hanc distin. officiariorum ex pluribus, ubi etiam comprobat illos, quos dicimus, & illustres & spectabiles sæpè fuisse dictos clarissimos, ut j. in 17. consid. patebit, ex quo non

bene

bene stat cum hac distinctione: sed ad istud vltimũ satis respondet Purpuratus vbi s.nu.162.& 163. Spe.in d.ti.etiam inter superillustres ponit consules,& patritios,& Bald. in d.l.1.etiam adnumerat senatores: sed quibus hi comparẽtur,& an inter tales sint situandi, vide Purpuratum in d.l.1.versi.2. circa senatores.ubi amplè de unoquoq; post dom. meum Ias.& Decium. Et hæc de primo gradu,s.de superillustribus,si gradus dici possit,in quo non insisto,cum satis de his per supradictos doctores scriptum sit. Et ex his licet non multum vtilibus (ut vtar uerbis Lucæ de Penna in l.fi.C.de petitis bonorum sublatis.lib.10(tamen quia delectabilia sunt, uisum est occupare membranas.

Et de singulis j.fiet mentio suis locis, referendo officia iustitiæ,& quos ex magistratib.nr̃is ęquiparare possimus antiquis: verum teste Purpurato, in d.l.1.ver.sed circa hoc exemplum, si similitudinem p oĩa q̃ramus, vix erit similes inuenire. Vnde dicit Pyrrhus li.2.de magistratibus, ꝙ nunquàm eadem omnino huius temporis magistratuũ cum antiquis comparatio fiat.

SEcunda consid.sit de illustribus, inter quos primo est pfectus ptorio, vt probat tex.in l.præcipimus.§.j.C.de appel.& in l.de ordinario.C.de offi.pfe.prætorio orientis &c.ẽt tex.in §.illo.in authẽ.de appel.& j.quæ coll.4.probat eũ posse dici illustrissimũ. Et verũ est quia hoc suplatiuum nõ mutat gradũ, sed quandã maiorẽ præeminentiam designat ad alios qui illustres sunt, siue honorarios, siue administrationẽ habentes. Nã accidẽtia denominant subiectũ.no.Bal.ĩ c.unico.§.cęteri.quis dicatur dux, marchio,&c.in usib.feud. Et istius loco hodie subrogatur Franciæ cãcellarius, de quo inferius in hac parte dicetur,& de eius excellentia ad omnes alios officiarios principis.

Secũdo inter illustres est præfectus urbis ẽm d. meũ Ias.in d.l.1.cum quo transeũt cęteri post Spe. in d. ti.de iurisd.om.iud.uer.magni. p quo tex.est in l.uir os,C.de palatinis sacrarum largitio.li.2.& huius magistratus magnum erat Imperium, ut patet in l.1.ff.de officio præfecti urbis,& in l.3.ubi dicit: præfectus autẽ urbis, cunctis, quæ intra urbẽ sunt, antecellat dignitatibus.C.eod.

Tertiò sunt reges,& cardinales, ut ponit p exemplo d.me9 Ias.in d.l.j.& post eũ ibi Purpuratus, ubi am plè disputat, an rex Frãcorũ sit illustris, aut supillustris.dixi de eo s.in 5.par. De cardinalib. uero ẽt superius tactum est in 4.par.& ẽt de pr̃iarchis: de quibus ẽt faciunt mẽtionẽ dicti doc.in d.l.1.& hos ponũt pro sexto exẽplo illustriũ. Itẽ cõsiliarii principũ sunt illustres, de quibus ẽt j.uidebit. Et doctores, qui per uiginti annos legerũt, ut ibi per Purpuratum, de quo j.in 10.par.in 21.consid.

TErtia consid. Quia circa gradũ illustrium & excellẽtiã illius dignitatis deuentum est, iõ priuilegia seu effectus illustriũ, qui sunt multiplices, hic referre curaui. Et circa eos (studiose lector eduerte) quia potuerunt tibi honorẽ afferre coram magnis d-nis. Primus est, qm̃ illustres litigãtes, debẽt necessario cõparere p pcuratorẽ, alr̃ puniuntur ia amissione causæ.tex.est in l.pen.quæ incipit: quicunq;. C.de procurato. Sed tex.in auth.ut ab illustrib.& q sup eã dignitatẽ sunt &c.colla.5.hoc restringit solũ pcedere in magnificentissimis illustrib.qui differẽt à simplicib9 illustrib.(cũ illustriũ multa sint gñã.l.1.C.ut digni.ordo ser.lib.12.) quãuis cõiter in oĩbus illustribus intelligat. p quo facit gñalitas rub.d.auth. Quod pcedit teste Purpurato in d.l.2. nu.145, ẽt si esset causa talis in qua pęna corporalis posset imponi, ẽm Salice.in l.reos.col.mihi 6.C.de accusatio.Fel.in c.cum te.col.3.de re iudic. Maria. Sozin.in c.ueniens.col.10.de accusa.

Secũdus effectus est, quia illustres psonæ nõ pñt ducere uxorẽ sine cõfectione dotaliũ instrumentorum.tex.in auth.ut liceat mr̃i & auię.quia uero. le premier.colla.8. Sed istud de iure canonico non est necessarium (vr̃ tñ honestũ,& tutius est ita fieri) teste Purpurato in l.1.nu.145.ff.de offi.eius cui mandã.&c.qui pro hoc allegat Panor.in c.tãta, in prin. qui filii sint legitimi.

Tertius effectus, quia illustres pñt p alios legere suas sñias.tex.in l.1.C.de sententiis ex periculo recitãdis.qui probat hoc uerum in oĩ illustri: imo idẽ si quis solum sit redactus admodum illustris,& pp dignitatis prærogatiuã, ut in epõ.tex.est in c.fi.de re iudi.li.6. procedit ẽt si nullũ uerbũ proferat, cũ in alio sufficeret ꝙ diceret: & ita condemno, uel absoluo.ut in potestatibus Italiæ ẽm Spec.in tit.de sententia.§.sequit.circa principiũ. Bar.in l.certi iuris.ff. de iudiciis. & ita hodie obseruat per oẽs iudices ẽm Io.An.in d.c.fi.& Accurs.in gl.1.in l.fi.C.de sen.ex peric.recitan.& tres pdictos effectus posuit d.meus Ias.in l.1.sæpe allega.ff.de offi.eius &c.

Quart9, quia illustris nõ põt citari nisi p literas tex.in l.quoties, in fine.C.de dignitatib.li.12. Fel.in c.2.de iudiciis.col.14.ideo nõ sufficeret citatio hoc casu facta per nuncium sine compromissione expressa,& in hoc ille tex.est singularis secundum Purpuratum.in d.l.1.nu.148.

Quint9 est, quia si dat iurisdõ alicui uicario, seu officiali in tali iurisdõne, nõ cõprehenditur psona illustris. Dec.in d.l.1.ff.de offi.eius.alleg.tex.in c.2. in fi.de offi.uica.in 6.(& bene meo iudicio, saltem iuncta gl.1.in fi.q̃ docuit allegare tex.sequentẽ) sed Purpuratus ubi s.dicit ꝙ ille tex.nihil facit, sed uoluit allegare tex.in c.1.in fine.de offi.ordin.eo.li.6. qui tamen secundum eum non concludit: quia ratio ibi assignata, s.ob reuerentiam pontificialis officii specialis uidetur esse in episcopo, qui eo respectu uidetur transcendere illustres, etiam si non sit illustris: de quo dixi supra in quarta parte. Et tenendo hunc effectum habere locum, adducit pro eo similẽ tex.in c.inquisitores, de hæreticis, lib.6.& ibi gl.in uer.expresse: quæ etiam pro ista parte allegat. quia periculosum.de senten.excom.eo.lib. Sed talia iura non extenduntur ultra casus in eis expressos. ut uoluit Decius in c.præterea. uersi.quinto limita.de officio deleg.quia, ut dicit te.in c.2.de officio delega.eo.li.6.pontificali dignitate pdictis ob reueren-

tiam

De priuilegijs praestantium illustrium.

tiam sacri officij quod exercent, plurimum deferri conuenit, & eos plus aliis honorari decet.

Sextus, quia illustris dignitas liberat a patria potestate, vt tenet Barba. in trac. de præstantia cardinalium, in j. q. primæ partis. pro quo facit tex. p totũ. ĩ auth. constitutio q̃ dignitatibus. & episcopatus filiũ liberat à patria potestate. colla. 6. quod an sit verum vide per do. meum Iaso. in l. qui se parris. col. 3. ver si. alios casus. C. vnde liberi.

Septimus, qm̃ si mulier vt illustris, spurius filius ei in aliquo nõ succedit legitimis stantib. tex. ĩ auth. si qua illustris. C. ad Orficia. Soz. tñ limitat illũ tex. in cons. 148. inci. nemini me. & ẽm illud fuit iudicatũ p Bal. de Bartholinis, s. qñ coitus nõ est accusabilis aut punibilis de iure ciuili: vt est, vt dicit in simplici coitu. quo casu, vt inquit, spurij succedunt pr̃i & matri, & istud dicit ꝓcedere G. Bñd. in sua repet. c. Ray. in verbo, & vxorẽ noĩe Adelasiã. nu. 698. extra de testam. s. in casu istius fallentiæ, vbi talis mulier esset concubina, & in primo casu vbi esset meretrix. Et aduerte ad ea q̃ dicit Soz. in l. Gallus. §. q̃d si is. ff. de libe. & posthu. vbi dicit, ꝙ coitus p vxoratũ cũ solùit nõ est punibilis nec accusabilis iure ciuili. & dicit de hoc esse casum in l. 1. C. de adul. dicit tñ G. Bñd. vbi s̃. nu. 673. 674. & 675. ꝙ hodie oĩs actꝰ fornicarius, & quicũq; cõcubinatus quantuncunq; simplex & occultus multipliciter de iure ciuili est damnatus & prohibitus. Idem etiam tenet Barb. in c, per tuas in prin. extra de probationibus.

Octauũ effectũ addit Purpuratus in d. l. j. vt dicit ultra oẽs scribẽtes: qm̃, vt dicit, illustres iudices pñt iudicare ẽm eorũ cõscientiam, iuxta ea q̃ ponit Car. in l. j. circa fi. C. vt quæ desunt aduocatis. vbi dicit ꝙ Papa iudicare dẽt ẽm cõscientiã suam. & dixi s̃. in 5. par. in 32. consid. versi. 38. princeps põt iudicare, quod inferiores facere non possunt: qui p̃cise tenẽtur iudicare ẽm allegata & probat a. text. in l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præsid. & ibi do. meus Ias. in c. iudicet. 3. q. 8, Et si conscientiã deponere nõ possint, cãm alteri delegare debent, vt tradunt doc. ibi. & Ange. de Clauasio in summa Angelica, in verbo iudicare. §. 7. aut al's exonerare a iudicando, ut per Abba. in c. pastoralis. §. quia vero. colũ. pen. extra de offi. deleg. & ita in dominis de parlamẽto ẽm decisionẽ Guidonis Papæ. q. 29. quod non placet Purpurato in d. l. j. Nec ẽt crederẽ esse verũ ĩ casu, vbi reperiri posset decisio iuris in contrarium. Qm̃ non pñt facere cõtra ius, multominus iudicare, cum ẽm iura sit iudicandum. c. j. de consti. & paratus. ibi: percutiat te. 23. q.. j. & c. summopere. 11. q. 3. Sed in casu dubio, vbi nõ esset decisio iuris, sñia eorũ, seu arrestũ ẽt in conscientia hr̃et vim legis. Et vt dicit M. Lauden. in tra. de principibus. ꝙ licet princeps possit iudicare ẽm verã & iustã conscientiam suam, caueat tamen (vt dicit) ne sua conscientia sit male informata, pro quo allegat. c. 1. de re iudic. lib. 6.

Nonus est in tutorum forma & excusatione quæ speciales reperiuntur in pupillis illustribus Romanis, vt in l. 1. & 2. C. de tutoribus vel curatorib. illustrium vel clarissimarum personarum.

Decimus, q̃a princeps ab illustribus vt à p̃fectis p̃torio salutatus assurgit aliquantulũ, vt est tex. in l. j. iuncta gl. in ver. processisset. C. de sententiam passis. Ita dicit Fel. eẽ in oĩbus illustribus, in rub. de maio. & obe. col. 4. dicens, ꝙ ex hoc arguitur maior & honor. quod an sit verũ scribit Purpuratus in d. l. 1. nu. 162. ff. de officio eius &c.

Vndecimus, q̃a si illustres sint in ius vocati, hñt ius sedẽdi, ẽt si sint accusati & ꝓpriã cãm defendãt, p. tex. in l. fi. §. sedẽdi. ꝙ ibi Bal. C. vbi senatores &c. vbi infert ad ep̃m accusatũ, quod tñ aliis non illustribus non conceditur. l. j. C. de offic. ciuiliũ iudicũ. & ibi gl. in ver. honorari. exponit. i. aduocati. quem textũ Fel. in rub. de maio. & obe. col. 4. nimis extẽdit ad oẽs cõsistoriales principis. Et dicit idẽ Fel. ĩ rub. de magistris. col. fi. ꝙ quilibet iudex tenetur doctorẽ ad se venientẽ inuitare ad sedendũ, allegãdo l. finalẽ. C. de aduocatis diuersorũ iudicũ. Nisi qñ est hora cãæ ꝓprie. d. l. 1. C. de offic. ciuiliũ iudicũ. vel pro alio cãm egerit. l. quisquis. in fi. C. de postulãdo. q̃d qũo prædicta intelligantur explicat Purpuratus in d. l. 1. nu. 167. 168. & 169. ff. de officio eius &c. Et dixi alibi de episcopo & doctore.

Duodecimus, statur iuratoriæ cautioni illustriũ, tam in causis criminalibus, quam ciuilibus, nec aliã dare cogi possunt in iudicio. tex. est in l. quoties. in prin. C. de dignita. lib. 12.

Decimustertius, in pœna corporali magis deferẽ illustri seu nobili q̃ plebeio. Purpuratus dicit hoc ꝓbari in l. ꝓperãdũ. §. sin aũt vtraq;. C. de iudi. & dixi in commentariis nostris super consuetu. duc. burgun. ti. des droictz & apparten. à gens mariez. §. xx. in gl. descendre. nu. 5. & j̃. in 8. par. in 33. consid.

Aliũ scribit effectũ Purpuratus: illustres palatini siue officiales principis si sint perpetui possunt emere res subditorum, allegat pro hoc Alexandrum in l. principalibus. ff. si cert. pet.

Sed ad vltimũ effectũ quẽ pro decimoquinto ponit Purpuratus deuenio, in quo dicit ꝙ illustres in hoc priuilegiant, ꝙ si legati sint missi ex parte illustris in aliquã ciuitatẽ, pñt expelli hospitati ĩ hospitio si sint inferioris cõditionis, vt suscipiantur tales legati. Ita tenet M. Lauden. in tract. de lega. p principũ. c. 2. incip. superuenientibus legatis; argu. tex. in l. iubemus. C. de sacros. eccles. credo q̃d sit secunda in §. scientes. ibi: ea. n. quæ ad beatissima ecclesiæ iura pertinẽt, uel posthac forte peruenerint, tanquam ipsam sacrosanctã ecclesiam & religiosam intacta conuenit uenerabiliter custodiri. Licet alias hospitatus non debeat expelli. l. uni. §. caupo. & ibi Angel. furtim aduersus nautas, caupones, stabularios.

Addo aliũ effectũ, s. q̃d illustres excusanẽ à tutela vel cura, ẽt iã suscepta. tex. est in l. spadonem. §. scire. uer. si aũt quis. ff. de excusa. tut. & in l. iurisperitos. in prin. ff. eo. & in l. uerũ. §. ex facto. ff. de minoribꝰ. Corroboro p̃dicta: nam propter officiũ procura. fisci a tali munere excusatur. tex. in §. item diuus. instit. de excus. tut. Item silentiarii principis l. fi. C. eo. & l. fin. C. de silentiarijs. lib. 12. Itẽ præsides & magistratus ciuitatum. l. athletæ. §. 1. & §. remittuntur.

Item

Itē administrantes res principū, præfectus vigilum, vel annonæ propter magistratū excusantur. l. administrantes. in prin. ff. de excus. tut. qui tñ sunt in inferioribus ordinibus. ergo à fortiori, qui in superioribus constituunt. Itē sacerdotes. tex. in l. pen. in prin. ibi: vel q̄ sacerdotiū. ff. de vacatio. & excusatio. munerū. & c. generaliter. 16. q. j. facit, quia iudex seu arbiter effectus sacerdos nō cogit sententiare, & soluit compromissum, ait iureconsultus Paulus in l. nō distinguemus. §. sacerdotio. ff. de arbitris. Et rō ibi assignat. s. quia id, non tantū honori personarum, sed & maiestate dei indulget, cuius sacris vacare sacerdotes oportet: ita dicendū est in illustrib. personis, q̄ maximam dignitatem habent, & non cessant laborare ꝓ maiori reipublicæ munere, & commodo, q̄ ā tutela, vel cura exēpti sunt. Et, ꝙ deferendum sit dignitati, & psonę. tex. est, & ibi cōcordan. & gl. in verbo, superiorib. in c. pastoralis. in §. j. extra de off. delega.

Adde, & alium effectum, ꝙ illustres personæ ad munera sordida, & extraordinariæ necessitatis damna non tenentur. tex. in l. fi. quæ incipit: ab illustrib. C. de accusationib. munerum lib. 10.

Qvarta cōsid. fit de medijs, qui spectabiles dicuntur, inter quos primò ponit Spe. ti. de iurisdic. om. iud. ver. medij. magistros militū. alle. l. 2. C. de offi. magistri militū. de isto latius infra in 9. par. & paulo inferius vbi de conestabili, qui adaptari pōt magistro militū. Et inquantū iste magister militum posset capi pro conestabili, dicerē illū esse illustrem, ẜm quod ēt voluit esse, & nominat talē imperator in l. j. & 2. C. de off. magistri milit. sed in quantū caperem⁹ magistros militū ꝓ capitaneis guerrarū, videret dicēdū, ꝙ eēnt tm̄ spectabiles, ꝓ quo voluit allegare Spec. l. 2. C. de comitibus. rei militaris, lib. 12. licet etiā Purp. in d. l. j. nu. 252. vbi de spectabilib. exēplificat, videatur quodammodo dubitare dicendo illos posse dici etiam illustres.

Secūdò exemplificat Spe. vbi supra de pretore, q̄ dr̄ spectabilis, ẜm tex. in auth. de app. & ī. j. q̄ §. similique modo. coll. 4. & in §. ꝓconizamus. in auth. de lenonibus. coll. 3. Itē p̄fectus vigilū. tex. in leg. 3. ad principū. ff. de officio præfecti vigilū. Itē proconsul, vt ꝓbatur in præallegato. §. similiq; modo. & in auth. de nō alien. aut permutandis rebus. §. hæc omnino. ver. dicimus aūt. coll. 2. Item præfectus Augustalis. §. s̄. allega. & l. vnica. C. de priuatis carceribus.

Itē præfectus ægypti vicarij, & duces. tex. in l. raptores. §. fin aūt primò. C. de episc. & cle. & de ducib. etiam tex. est in c. anteriorum. §. pen. & fi. 2. q. 6.

Itē comes rerum priuatarū. procu. fisci, & comes oriētis (nō tñ comites Italiæ, & Alamaniæ, quia clarissimi sunt) comites vero ꝓuincias regētes, vt olim erat Tholosanus & Prouincię, vel Capaniæ, spectabiles sunt, vt præallegato §. similiq; modo. & d. c. anteriorū. §. similiq; modo, hęc sunt exēpla spectabiliū posita ꝑ Spec. vbi supra, d. meus Ias. & post eū Purpuratus in d. l. j. ff. de officio eius. ponit alia exēpla. s. episcopum, & archiepiscopū, de quibus an̄ dictum est.

Itē capitaneos guerræ, & ciuitatum. Itē Marchiones, & barones: & ibi Purpurat⁹ probat, ꝙ q̄nq; duces, comites, marchiones, & barones illustres dicipos sunt. uide amplè ꝑ eū, & de quibus suis locis dicam.

Qvinta cōsid. insequēdo Sp. in d. ti. de iurisd. om. iud. ver. minimi. de ipsis minimis tractat, qui clarissimi vocantur. Inter quos primò ponit p̄sides prouinciarū, pro quo tex. in l. vnica. §. j. & ibi notat, in verbo, rectoribus. C. de priuatis carceribus. & in auth. de nō alienādis, aut permutandis, ad fi. ibi: dicimus aūt. coll. 2. melior tex. in l. 2. C. si aduersus fiscū. Itē ciuitatū, & prouinciarū rectores, vt in l. raptores §. sic āt primò. ibi: & viri clarissimi rectores prouinciarū. C. de episcopis, & cleric. do. meus Ias. & post eū Purpu. in d. l. j. ff. de offi. eius &c. ponunt multa alia exēpla de his minimis, de quibus hic nō discutiam, sed suis locis in hoc opere dicemus ne peruertamus ordinē, & intentū nr̄m, eo ēt maximè, quia hoc opus nō multum fundat super huiusmodi gradib. sed potius super dignitatib. quas gerunt in administrando ẜm diuersa tempora, præcipuè constitutionum huiusmodi officiariorū, & tempora hodierna, ẜm quæ administrant in effectu: & insequendo Alciatum in lib. 3. dispunctionum. c. 4. dicam ꝙ hæ claritates ter minorum potius fuerūt datæ ex voluntate principū, q̄ ex necessitate officij, cū talia nō necessitāt, ex quo in his non multū insistere intendo. Ponunt tamē do. meus Ias. & Purpuratus in d. l. de isto gradu abbates, cōmēdatarios, abbatissas, priores, & priorissas, in casibus in quib. præsunt monasterio. dixi s̄. 4. par. ēt ꝓ curatorem Cęsaris iuridicū Alexandriæ, doctorem, legentē inter scholares, auditores sacri palatij, gubernatores, & barones, memoriales, propositores cōsistorij imperialis: etiam videtur ponere magistros scriniorū, quos voluit cōparare magistris requestarum, sed in vtroq; errat, ideo nō insisto, sed latius, & clari⁹ infra dicetur, cū de vnoquoq; suo loco fiet mentio, & pro certo in hoc gradu, & in his multum errauit Purpuratus, ad quæ tamen nolo insistere.

Sexta consi. erit de infimis. Et sic de quinto gradu, ẜm Spe. quē ēt vr̄ sequi do. meus Ias. & Purpuratus in d. l. j. ff. de officio eius cui mandata est iuris. & vt exemplificat Spe. isti sunt defensores ciuitatum, vel locorum, & magistratus municipales, qui nō p̄nt cognoscere vltra summam 300. solidorum, vt in authē. de defens. ciuitatū. §. & iudicare. collatione 3. in auth. de iudicibus. §. audient, col. 6. l. magistratib. ff. de iurisd. omnium iudicum. Item pedanei iudices, (vt putāt) qui nō possunt cognoscere nisi de paruis, & i duobus aureis finire. l. fi. C. de pedaneis iudici. c. ei qui. §. itē cum certa. 2. q. 6. Item forte, ẜm eundem duumuiri. l. fi. C. qui admit. ad bonorum possessio. l. dies. §. si fortè. ff. de damno infecto. Itē rationalis qui cognoscit de causa libertinitatis, & seruitutis, non tñ ingenuitatis. l. pe. C. vbi causa status agi debeat.

Et oēs supradicti sunt officiarij iustitiæ ordinarij habentes iurisdictionē, & sic dignitatem: & de his, vide Petrū Cothereau in suo schedulari magistratuū ciuiliū in ti. de magistratib. municipal. Et quicunq; in magistratu sunt dicūtur esse in honore. l. honor. i prin. ff. de munerib. & honor. c. pen. & fin. 42. distin. vt notat Dec. in c. vt debitus hon. extra de ap. & in c.

licet causam.in 2.nota.extra de proba.Ideo tales honorādi dicunť.facit tex.in §.pen.ibi: eo,ꝙ honorare nobis placet dignos.in auth.de consulib.colla.4.

De delegatis verò nihil est dictum, sed inferius in hac parte post ordinarios,in 18.c[...]side. cum etiam eis debeatur honor,& reuerentia.

SEptima consid.In Francia duo sunt officia omnibus aliis excellentiora,& principaliora, quorum vnū est primū,& prius in iustitia. Aliud aūt in re milit. ꝓ quo facit tex.in auth. de nō alienandis aut permutandis.ad finē.ibi: seruabunt aūt eā nostræ reipublicæ iudices maiores,& minores,ciuiles, & militares.coll. 2.vt à priore,& excelleñori incipiamus. Cū oēs alij subsunt eidē iurisdictione,& iustitia,& deinceps ad sequentes in ordine prosequamur,fiet initiū à quæstore, seu præfecto prætorio, qui hodie apud nos est dignior, maior, & excellentior, q̄ cācellarius dr̄,& apud quē est omnis potestas præfecti pretorio, & quæstoris: vt dicit Purpuratus in l.j. nu.93.ff. de offi.eius cui mandata est iurisdictio, vt statim diceť.

In Gallia vero post pares Frāciæ in coronatione, & sacratione regis Frāciæ duo sunt habētes officia, q̄ p̄cedunt oēs pricipes,& semp adsunt ad latus pricipis: puta Cancellarius regni Franciæ, & Conestabilis,de quib.cum nunc quadret ad rem, vidēdum est quis istorum sit præferendus: & in primis de cancellario,& quale sit eius officium, vt cognoscať in quo eius dignitas,& præeminentia consistat.

Cācellarius.n. primum à regia maiestate in iustitia distribuēda magistratū à cancellando dictum obtinet.Et officiū eius est rescripta,& priuilegia per regem cocessa,aut cōcedenda sigillo regio muniri, sed apud se est, ꝙ priusquàm eo muniantur, corrigit, & cancellat: de quo Polycraticus in initio sui libri ita.

Hic est (inquit) qui leges regni cancellat iniquas,
Et mandata pij principis æqua facit.
Si quid obest populo aut legibus est inimicum.
Quicquid obest per eum desinit esse nocens.

Et talis cancellarius dr̄ quæstor, vt habetur in gl. vniuersos.C.de diuersis rescrip.ita dici Luc.de Penn.in l.neminē.C.de decurio.li.10.Et, vt dicit G. Bn̄dicti in sua rep.c.Ray.in gl.& vxorē nomine Adelasiā. in 2.decis.ver.habemus pariter in Frācia.nu.485. Adhuc cācellarius loco quæstoris in Frācia hr̄: de quo in l.pręcipimus.C.de appel.ƒm gl.super verbo, quæstor.in l.2.C.de petitis bonorū sublatis, lib.10. & in l.fi.C.de diuersis rescri.pro qua gl.est tex.in auth.vt diuinæ quoq; iussiones.colla. 8.

Et huius officiū quæstoris erat decretare petitiones sicut & Logotheta in regno ƒm ipsum Lucā de Pen.in d.l.2.C.de petitis bono.sublatis. quas signabat,& in eis se subscribebat, vn̄ archigrammateus.i. scribarum princeps dicitur, vulgo verò cancellarius vocatur, teste Calepino in suo dictionario, quem sequitur in hoc Beroaldus: & eum etiam nominat auricularīū principis, vt hic ad latus principis sedere debet,& est illustris, vt dicit Bal.in d.l.2.in 3. nota.

Hodie tn̄ secretarij regis in subleuamen cancellarij propter multitudinē negotiorū in cancellaria, & curia regis affluētiū se in talibus subscribūt,facit gl. in §,cūq;.in procem. insti. ƒm vnum intellectum. & Bal.in d.l.2.dic duos alios esse quæstores, de quibus ad eū me remitto,cū nihil de his ad rē.Et de p̄eminētia dignitatis ipsius satis patet in l.j.ff.de off.præfec. præto.Est.n.principis vicarius,& p̄positus adiutorio pricipis,sicut fuit Ioseph tp̄e Pharaonis in Ægypto. Gene.41.Creat p̄sides,& alios magistratus vice principis,in auth. vt iudices sine quoquo suffragio post prin.coll.2.Etiā ꝓconsules,& rectores cōsulares.C. de offi.pręfec.præto.Africę.l.j.§.Deo itaq;.& de eius autoritate ĩ latius dicturus sum: p̄dicta tamen scripsit Luc.de Pen.in rub.C.de præfectis pretorio siue vrbis &c.lib.12.

Budæus verò in suis annot.in ti.de of.præf.præt. ff.dicit hūc cācellariū dici posse p̄fectū p̄torio, vel ēt dicit, ꝙ loco dictatoris est: & inter alia dicit, ꝙ hodie eius partes primæ sunt videre, vt nulla principis cōstitutio,nulla sanctio,nullū diploma, nullū rescriptū,nulli codicilli regij nō è republica,atq; ēt è dignitate reipublicæ principaliq; exeant. Cuius censuræ, aut stylo principū maiestas acta sua eximi nunquam voluit: deniq; qui principis p̄ntis vicarius, & pegrē agēte pricipe interrex quodammō esse cēseť iure, ac propriè (vt idē Budæus arbitrať) nomophilax.i. legū p̄sidiū,iuris asylū (id qđ de Papiniano quondā dictū est) morū, institutorūq; ara, æqui boniq; columē appellari pōt: atq; ēt esse dēt id qđ ēt credere me cogit cōsensus ferè hoīum institutumq; quoddā quasi p manꝰ traditū, caput eū ac verticē iustitiæ appellātiū.

Antiquissimū āt eē magistratū ex vetustis monumētis apparet. Qm̄, vt dicit idem Budæus ibi: Comperit anno M.CXI.Stephanū quendā *cācellarium* diplomati subscripsisse à Ludouico rege cognomento Grasso monachis diui Dionysij indulto.

Et, vt dicit, multò antiquius legit diploma Caroli cuiusdā, ĩ quo hæc verba addita erāt. Gāzelinus notarius vice Rogerii achiep̄i, summiq; cancellarij recognouit indictione 8.ann.28. regnāte Carolo rege glorioso. Vr̄ āt fuisse Carolus ille Magnus anno etiā 1157.Hugonē alterū cancellariū subscripsisse cōperit ipse Budęus diplomati cuidam, quo Ludouicus; qui Pius cognomento dictitatus est, ius regaliorum antistiti Aureliēsi remisit, quatenus ad suppellectilē elegātiorē, & īstrumētū fundorū episcopaliū attinet Aliumq; itē Bartholomeum anno 147.eiusdē generis beneficio principali subscripsisse. Et, vt dicit ibi idē Budæus paulo post: Cancellario nomen apud nos vereor, vt iā cōsentaneū tātæ rei esse possit. Quæ, n.hodie dignatio ac maiestas huius honoris? tenuis hæc appellatio atq; apud alias gētes proculcata significatū suū sustinere ac perferre nō pōt. Latinum certe nomē nō est, nisi fortasse credimus à cancellando (quod nec ipsum satis latinū est) cācellarium dictū.. Atqui ne ijs quidem seculis, q̄ hoc verbum genuerūt satis festiuū nomē fuit. Cancellarij diploma quoddam legimus comitis Viromanduani, in quo addita hæc verba erāt. Ego cācellarius scripsi ac subscripsi.Fuit apud alios honoratioris scribæ nomen, q̄ gręcè archigrammateus dicitur, vt quidā tradiderunt, quasi princeps scribarum. Apud nos vero iam

inde

inde ab initio magnũ huic magistratui honorẽ habitum esse. Preterea, quæ diximus etiam ex eo conijcere possumus, ꝙ anno M.ccxxv. Guarinus quidam antistes Siluanectensis gessisse eum magistratum traditur vir magni nominis illo seculo.

Regnãte.n.Philippo secundo (qui Augusti cognomentũ meruit, & annos quatuor, & quadraginta imperauit) diu nullus cancellarius apparuit. In codicillis enim regijs illis temporibus indultis additum ferè legimus vacante cancellaria. Anno autem 1320. constitutione Philippina interdictum esse comperitur consiliarijs parlaméti, vt ne ab vrbe abnoctarẽt, duntaxat quominus omnibus cõsessibus curiæ interessent circa commeatum, aut regium, aut cancellarij cum principe curiæ, qui tum supremus appellabatur. Nũc verò cũ in curiam amplissimã arbitratu suo ingredi cãcellario, licet, tũ verọ à principe curiæ primo ei loco cedit, quasi magistratuũ oĩum antistiti. Itaq; cancellariatus summum est hodie honorũ, fastigium, vltra quod nihil sperare licet homini qui dẽ priuato, & togato, quasi quoddã summa quæque ambientis animi solstitium. Ab eo iam progressus nullus: sed qui se commouerit regredi tantum põt.

Proinde hunc qui norma est oĩum iura reddẽtiũ, q̃ in oĩ ferme parte cõstituendæ reipublicæ principis vicẽ implere, aut certè obtinere credit. Cuius ore facundi reges morib. nostris esse solent. Cuius oculis velut emissitijs circũspicer oĩa ac plustrare credunt, neq̃d vsquã subsultet nõ suo loco positũ. Cuius auribꝰ, vt dr̃ ꝑpurgatis, plenã ac iustã opã postulatorib. dare didicerũt. Qui caput ẽ sãctioris ĩteriorisq; cõsilij.

Hũc deniq;, q ꝓmus cõdus clemẽtiæ, benignitatisq; principalis factꝰ est. i. q illius ęquitatis officinę, q̃ cãcellariã dicimus, liberã administrõnem hẽt. Qui morũ legumq; regimen perpetuũ recepisse vr̃, ꝙ munus primus omnium Augustus Imperator Romanꝰ accepisse sibi delatum, non ipse sumpsisse dicitur.

Hũc inquã tot nominibus eximiũ, multiplicis ac variæ prudentiæ fiducia subnixum esse necesse est: in hoc vno acumẽ dialecticorũ, sententias philosophorum, verba oratorum, memoriam iuriscõsultorum, ingeniũ poetarum, pariter ad omnia versatile, acre, impigrum, indefessum esse oportet.

Hunc oĩa quę ætas ista capit cõplecti, & perdiscere conuenit, quæ modo ad instituendũ, excolẽdũq; politicum virum valeant. Huic omnis antiquitatis memoria, & publici iuris autoritas, & regẽdæ reipublicæ ratio, ꝙ sciẽtia tanq̃ muneris huius materias, q̃dã subiecta esse debet, quasiq; in numerato cõdita.

Hunc deniq; id autoritatis eẽ oportet, cui omnes magistratus honorum suorũ fasces submittere nõ indignẽtur. Cęterorũ magistratuum imperium suis ac certis finibus circumscribitur, sub huius iure imperioq; oẽs nostrę prouinciæ sunt, vt olim oẽs erãt Romanæ sub cõsulibus. Itaq; domũ eius totius imperij Gallici conciliabulum quoddam atq; adeo oraculũ esse par est, veluti quandã iuris æquitatisq; officinã. Eius ianuã ac vestibulum omni postulanti omnibus horis petere, nulli tñ hiare, i. à nullo quicquam poscere oportet. Imo verò nõ claudi veluti perfugium ac portum desiectis, & legis iuraq; implorãtib. quę ipse tuenda suscepit. Arã atq; asylum his qui cõtra vim, aut improbitatem ius suum obtinere nequeũt.

Hunc deniq; qui tantã tã augustã ꝑsonã ab optimo principe impositã sibi sustineat oĩb. numeris grauitatis, cõstãtiæ, seueritatis, prudentiæ, tẽperantię, fortitudinis, integritatis absolutũ esse virũ, vndecunque doctũ, vndiq; placentẽ, omniũ deniq; horarũ hominẽ esse oportet. Earũq; rerũ seueritate multis cõdimẽtis humanitatis, comitatisq; commitigare. Hunc eũ esse decet, in quẽ bonorũ suorũ sinũ natura mira benignitate effuderit, qui magistratui nõ q magistratu donatus esse videatur. Cuiꝰ vita censura sit, vt inquit Plin. Eaq; perpetua ad quã cęteri magistratus dirigãtur, ad q̃ hi cõuertant, q.b. nõ tam imperio opus est, q̃ exẽplo. Cuius tot tantæq; sint animi dotes, vt cuiꝰ esse plurimæ maximæq; vidẽtur profectitiæ illæ q.dẽ & dominiciæ (quas gratias vulgo vocant) non hominũ peculiares. Est planè vir, q̃ ex ingenio suo ab amœnitatib. vitæ atq; oĩ festiuiore victu, & conuictu alienus esse debet, sola innocẽtiæ cõscientia gloriaq; virtutis cõtẽtus. Hic est.n. vnus oĩum magistratus, cuius res in vtranq; partẽ gestæ minimè in tenebris latere, aut quoquo mõ abditæ esse possint, quippe q̃ in luce occidẽtis in oculis clarissimę oĩum prouinciæ, i. Galliæ in auribus tot tantarũq; gẽtiũ sit positus. i. finitimarũ nobis, aut ẽt ad quas fama nostri ꝑuenit. Qui si se veluti in medio amplissimi imperij theatro positũ omnibus conspicuũ esse secũ reputauerit, ad spectaculũ coeũtib. nõ mõ indigenis, sed finitimis ẽt & vlteriorībꝰ, nimirũ nullũ habitũ absurdũ, nullum motũ icõcinnũ, nullũ flexũ ĩdecorũ ædiderit. Huic porro nõ mõ optimatib. atq; sibi. i. conscientiæ inserviẽdũ est, & sibi & musis cauendũ (vt dr̃) sed ẽt pp̃lo, & scenæ. i. multorũ existimationi quantũ per naturã rerũ licet. Arduũ sanè opus, & alioqui ẽt intractabile seuerũ, & popularẽ esse, supercilũ aduersus delicta aulicorũ distringere, impotentissimis ceptis quorundã opibus atq; aulicis factionibus præpotentiũ obsistere. Principẽ ira nõnunquã aut alio vehementiore affectu percitũ demitigare, & (vt verbo Ciceronis vtar) molli articulo tractare cautè, & circũspectè fortẽ & intrepidũ, cũ opus est ita esse, ne fortitudo ĩ neruũ erũpat. Postremo in comitatu regio physicum animũ, integrũ, ac sartũ (vt dr̃) & tectum ab insidijs assentatorum, ab obreptionibus versutorum, à formidine potentiorũ aulica terricula nonnunq̃ intentantiũ conseruare. Mira.n. blandimẽta genuit aulici victus ratio. q.b. prestantissima ẽt virtus sæpè consopita cõniuere visa est. Hæc Budęus in loco supra designato: ad illius magistratꝰ festiuitatẽ, & decorẽ, ne dicã instructionẽ. Et idẽ ĩ tractatu suo de asse. ĩ fi. est. n. ille magistratus (vbi de cancellario loquit̃) inter togatos summus, cuius domus (ꝙ nomophylatiũ dr̃) iuris custodia, legũ ac cõstitutionũ ꝑsidiũ, oppressorũ asylũ, flagitiosorũ scopulus, æquitatis officina, ara supplicũ, & iure summo lapsorũ adminiculũ esse debet: nullis ꝓpe finib. munia eius circunscribuntur, quasi unꝰ ille honor ad se summã oĩum rerũ munerũq; trahat, cũ principis vires ꝓpemodũ adimpleat.

Olim ét hic cancellarius Franciæ apud Gallos patritius vocabat: de quo in c.j.de don. iuxta suprascriptionem: & hęc dignitas liberat quem à patria potestate, vt §.2. insti. quib. modis ius patriæ potestatis soluitur.& in l.fi.C.de consulib.lib.12.

Inter p̄claros,& literatos viros hoc officio, vt fert ĩ Gallia decoratus & functus est Iacob' de Rauenna q prius fuerat doctor regẽs Tholosanus, f'm Bart.i l.j.C.de sent.quæ pro eo, quod interest præferuntur.

Etiam Pet.de Bellapertica Burgundus doctor reges Aurelian.fuit Frãciæ cancellarius,& vt talis epitaphio adhuc hodie ĩ choro ecclesiæ cathedralis Parisius palam visitur sepultus insignisq; decoratus.

Fuit ét Ioannes Fabri vir vndequaq; literatus,& ĩ iure peritissimus ac summus practicus, regni Frãciæ Cãcellarius, vt hr̃ in prima epistola ad breuiarium eiusdẽ super C.vbi ita ait: Affirmãt præterea summũ in Gallia gessisse magistratũ, neq; his dissentio hoc argumento, ꝙ ciuitatũ ac populorũ locales consuetudines, quę plerunq; ét doctissimos (vt iura testant) latent, viro inter literas atq; à reipublicę regimine viuenti notæ fieri nõ soleant: quas tamen sępius refricat ac velut sibi tritissimas enodauit.

Fũctus est ét hoc officio Emardus, qui fuit cãcellarius Caroli magni,& scripsit epistolas plures ad diuersos, vitã ipsius Caroli,& historiã tẽporũ,& de mõte Dulphi diœcesis Angolismæ Burdergalẽ. Et flauus fuit, vt hr̃ ĩ suis cõmẽtariis: ĩ ꝓę.ĩst.in verbo, flauus.

Fuit,& ille inter alios præstãtissimus,& oĩum literarũ,& doctrinarum expertissimus, sanguineq; nobilissimus Guido de Rupeforti ét Burgũdus (post fratrem suum Guilelmum de Rupeforti) cui non fuit sibi similis. de Guillelmo fit mentio per dictum Guil. Benedicti in dicta sua rep.c.Ray. in verb.& vxorem nomine Adelasiam.nu.498. vbi plurimũ laudatur. de testamentis. Et prædictus Guido ét laudat a Ioãne de gradibus in apostillis ad Petrum de Rauenna, in alphabeto aureo, super verbo, iudex.& accumulatius per Budæum in tract.suo de asse.in fi.

Fuit & tempore suo Tribunianus Iustiniani Imperatoris Cancellarius, de quo vide Guidonem Papæ,q.336.uersi.32.quæro,& est tex.in l.j.in fi.versi. ex his.ff.de officio quæstoris.

Fuit & Ioseph. Pharaonis regis Cãcellarius. Nam cũ Pharao rex Ægyptius de periculo futuræ famis ĩnumeris somnijs vrgeret, nec visionẽ tantam humanũ posset reuelare cõsiliũ, Ioseph vir beatus in uẽtus est, qui & futura vera prædiceret,& periclitanti pp̄lo ꝓuidentissimẽ subueniret. Ipse primus huius dignitatis ĩsulas cõsecrauit, ipse carpẽtũ reuerẽdus ascẽdit ad hoc gloriæ culmẽ euectus, vt p sapiẽtiã cõferret populis, quod præstare nõ poterat potestas dñantis. Ab illo nanq; patriarcha,& nũc pater appellat impe rij, vt hr̃ iudicũ Genesi.41.&, vt habetur, vno tm̃ regni solio rex eũ præcedebat, ex quo est primus post regem,& secundus in ordine: & de eo ponit Lucas de Pen.in dicta rub.de præfectis prætorio, lib.12.

Fuit & Moyses dei cãcellarius, vt hr̃ nu.12. & Iosephat regis Dauid cãcellar.2.Reg.8. f'm interpretat. Lyræ.de qua p eũdẽ Bened.in d.sua rep.c.Rayn. in verbo,& vxorẽ noĩe Adelasiã.nu.391.extra de testa.

Vlpianus fuit Alexãdri cãcellarius,& Seneca Neronis, vt refert ipse Benedicti vbi s.& fuit ét cancellarius in ecclesia Romana, vt dixi supra in 4.part. in 13.consi. Plutarchus vero scribit Eumenẽ Cardianũ fuisse archigrãmatea, hoc est cancellariũ Alexandri magni. Et Anton.in 2.pa.historiarũ, ti.11.c.14. dicit Cassiod. fuisse cãcellarium Theodorici regis Italiæ.

Aliquãdo ét cãcellarius in iure fuit dictus præfectus prętorio simpliciter sine adiectione loci,& talis leges cõdere põt, negotia sine appellatione terminare, potestate nulla dignitas est æqualis, vbiq; vice sacra iudicat, nullus miles de fori sui autoritate p̄scribit, excepto magistro militũ, de quibus p Luc. de Pẽna in l.duos.C.de suscepto.præposi.& arcarijs.li.10. Circa latus principis stat,& in eius comitatu semper est l.præcipimus.§.huic.C.de appell. ibi tamen text. facit differentiã inter p̄fectum p̄torio,& quęstorem, & primum nominat p̄fectum p̄torio. Et dicit Spec. ĩ ti.de iurisd.oĩum iud. ver. magni. ꝙ iste est illustris, & p̄est omnibus iudicibus alijs,& excellentior est magistratibus omnibus alijs,& trina spãlitate lætat. Primo, quia ab eo nõ appellatur. Sec̃do habet potẽtẽ condendi legẽ. Tertiò, quia minores contra eius sententiã nõ restituũtur.l.vnica.in fi.ff. de officio p̄fecti p̄t.nisi à principe.l. in causæ.& l.fi.ff. de minor. & talis est illustris.§.illo.in auth. de app. coll.4.qui ꝓbat eũ dici posse illustrissimũ. Et ét eminentissim' appellatur.l.2.C.de sententiis ex periculo recitãdis. Et gloriosissimus dr̃.§.fi.in auth.de non alienandis. coll.2. Et præfecti p̄torio dr̃ sublimissima sedes.l.aptissimi.C.de iudicijs. Et magnifica sedes.l.fi.vbi senato.uel clarissimi. Et ipse magnificus appellatur, l.pręcipimus.C.de ap. Et ad eum nomine magnificentiæ rescribit imperator.l.sancimus.la premiere.C.de ad uo.diuersorum iudiciorum.& aliàs de eius laude,& excellentia, vide Purpuratum in l.j.in 11.col.ff.de offi.eius cui mand. est iurisd.allegando Budæum vbi s.

Cuius consilio,& directione vniuersalia regni,& summe ardua, statum regni, aut si aliquod sit inter pares, vel principes bella mouentes iurgium, aut parlamenta de limitibus, aũt prærogatiuis disceptẽt, rex audit, gubernat,& discutit. facit tex.in auth. vt iudices sine quoquo suffrag.§.hæc omnia.colla.2.

Hinc princeps dicit se legem facere apud eum.in auth.de priuilegijs dotis mulie. hæret. non præstan. §.quę igitur.in fi.colla.8.

In omni.n.pater est, princeps,& dñs vniuersæ domus suæ, ac princeps in toto imperio. Gene.45. Hæc dicit ipse Luc.de Pen.in d. rub. de præfectis prætorio.li.12.& p eũ amplius in d.l.duos.à quo oĩa prædicta excerpsit dictus Benedicti in loco supra alleg.

Et hic cãcellarius oẽs alios huius regni officiarios quicunq; sint, siue sit in consilio regis, siue in omnibus alijs parlamẽtis pręcedit,& primus post regem sedet, prout dicit idẽ Benedicti.& dicit Cassiodo.li.6.variarum quæstionum sic. Si honoris alicuius est origo laudabilis, bonũ initiũ sequentibus rebus dare põt, præconiũ tali autoritate præfectura pretoriana gloriatur, qui & mũdo prudentissimus,& diuinitati proba-

ti probatur acceptus. Et ibi amplè ponitur per Cassiod. de potestate, autoritate, dignitate, & officio cancellarij, & qualis esse debeat, q̃ est relatus per Lucã de Penna in d.l. duos. vbi etiam amplissimè per eũ.

Sed an Cancellarius Conestabilẽ in actu indifferẽti præcedere debeat, licet habeamus titulũ exp̃ssum de præfectis prætorio siue vrbis, & magistris militũ in dignitatibus exæquandis, lib. 12. vbi dignitas p̃fecturæ prætorianæ, ut est cancellarius, & magistri militũ, vt sunt magni marescalli in Frãcia, qui sunt sub principe militiæ. i. conestabili adæquatur, ita q̃ prior incedit q̃ primò p̃motus ad officiũ inuenitur, & ẽt ipsis depositis ab administratione officii, vt l. 1. j. eo. tit. ergo multo fortius conestabilis dr̃ maior. Tamẽ ipse Luc. de Pen. doctor celeberrimus in rubrica dicti tituli dicit, q̃ præfectus prætorio cæteris dignitatib. anteferẽ, & repræsentat reuerẽtiam principis, & est eius vicarius. notatur in l. j. C. de officio vica. Ex quo ex hac consideratione possumus dicere cancellariũ debere præcedere Conestabilem.

Aduerte tñ, q̃ vbi filius regis primogenitus est, sedet ad dextrã, & cancellarius ad sinistrã, vt tenet Nicol. Boerij in tract. Ioannis Mõtaigne, de autore magni cõsilii ibi: nunc cõdescendo ad aliã partem.

OCtaua consid. Alia tñ ratione dici posset conestabilẽ debere præcedere cãcellariũ, & anteferri ex ordine literæ. Qui quidẽ ordo in talibus facit, vt qui primo nominat̃ à principe, prior sit, & dignior. dixi supra amplè in 1. par. in 17. consid. Q̃m, vt hr̃ 2. Reg. 8. Ioab qui fuit conestabilis Dauid, qui dicebatur princeps, & p̃positus militũ, fuit primo nominatus à Dauid in creatione, q̃ Iosaphat qui fuit eius cãcellarius, vt supra dictũ est. Et ẽt in l. si q̃n. C. de app. primo vir sublimissimus magister officiorum nominatur, q̃ vir excellẽtissimus quæstor, qui dr̃ cancellarius. Et ẽt tex. in l. j. C. de nouo codice componẽdo, & in multis aliis locis semper præponunt arma legibus. Ex quo videtur q̃ Conestabilis qui circa arma versatur, cancellario præferatur, qui circa iustitiã intendit. Et conestabilis nomen eius est qui militiæ, apud Francos primus post regem præficitur.

Et vr̃, q̃ primũ creatũ à deo fuit tale officium, eo q̃a cũ post creationẽ angelorũ p̃liũ factum fuit in cœlo, & Michaeli fuit data potestas pugnãdi cũ angelis eius q̃b. fuit p̃positus tanquã princeps illius exercitus, vt hr̃ Apoc. 12. Ex quo cõstat, q̃ cũ fuerit fact⁹ princeps militũ, seu exercitus, vt dicatur p̃positus paradisi, qui dr̃ dux belli, vt dicit gl. in l. 3. in fine. ff. de re mil. q̃d idẽ est, q̃ conestabilis. q̃ tale officium fuit institutum ante officium cancellariatus.

Et sicut arguitur, q̃ matrimoniũ est dignius cæteris sacramẽtis ex tribus, primo pp institutorẽ, & autorẽ: q̃a deus fuit autor, & institutor, & quia fuit institutũ in statu innocẽtiæ, & in paradiso terrestri. Alc. cõsi. 56. in 4. vol. & dixi in rub. des droictz. & appartenãces à gens mariez. in cõmentarijs nostris super consuet. ducat. Burg. sic ẽt dicẽdũ est de officio Conestabilis, q̃ fuit institutũ in paradiso à deo, & in statu innocentiæ quo ad eos qui præliabantur in vim potestatis concessæ à deo, vt cõstat ex s̃. deductis. Igitur videretur dicendũ, q̃ Conestabilis p̃cedere deberet omnes, & quoscũque alios officiales regni pp excellentiam illius officij, quæ consistit in illis tribus, vt dictum est.

Et, vt refert Budæus in suis annotat. sup ti. de officio p̃fecti præt. ff. in celeberrimo triũ ordinũ cõuẽtu (quos status dicimus) vidit, & nouit magistrũ militũ (quẽ cõstabulariũ vocat) principis vbiq; legatũ re qui dẽ militari primo loco inter magistratus sedisse, p̃ximeq; eũ cãcellariũ. Sed ẽt 3. Re. 4. c. ĩ statu regis Sal. viri literati, & sic cancellari⁹ p̃fert̃ ĩ ordine magistro exercit⁹, ex quo ille ordo nõ ẽ multũ attẽdẽd⁹ ĩ hoc.

Aduertẽdũ est q̃ vr̃ q̃ isti duo præcedere debent Duces, cũ de s̃nia ducũ apud tales appellatio sit terminãda. l. si q̃n. C. de app. Imo quod plus est, dicit Guid. Papæ, q̃ de sententia Delphini ad conestabilem, vel cancellarium appellat̃ per illum tex. vt in q. sua 536. ver. 74. Et de inferiori ad superiorem appellat̃, imò de pari ad parem non ualet appel. c. non putamus. de consuetudi. in 6.

Et de materia, q̃ de inferiori ad maiorẽ sit appellandum amplè per Præpositũ in rub. de appella. in 6. col. quod an sit verum de iure ciuili vide Bald. in sua Margarita, in litera S; ibi sententia, ver. 15. de quo vide in l. à consulibus. & in l. præcipimus. C. de appell. & Anto. Nicellũ in concordantijs glossarũ iuris ciuilis & canonici, in 6. concordantia, ver. 41. & 42.

Et q̃ia oĩa regna gubernant̃ tã per iustitiã, q̃ bella & arma bellica, quorũ requirit̃ cõcursus, & ita ad inuicẽ coadunantur, q̃ vnũ est ita necessariũ sicut reliquũ, notatur in proœm. insti. Et dicit tex. in l. j. C. de Iustini. codice cõponendo. q̃ summa reipublicæ tuitio de stirpe duarũ rerũ, armorũ, atq; legum veniens vimq; , suã exinde muniens felix Romanorũ genus anteponi nationibus omnibusq; dñari tã præteritis effecit tẽporibus, q̃ de p̃pitio in æternũ efficiet. Istorũ etenim alter alterius officio semp eguit, & tã res militaris legib. in tuto collata est, q̃ ipsæ leges armorũ p̃sidio seruatæ sunt, & intra se est p iustitiã, ita extra se p militiã reprimendo aduersarios, p militiam præcipuũ decus, & stabilimentũ toti us imperij, quale est militaris disciplinæ tenacissimũ vinculũ, ĩ cuius sinũ ac tutela serenus tranquillusq; beatæ pacis status acquiescit: vt refert Valerius lib. 2. ti. de disciplina militari. in prin. Ob quod mars imperij Romani pater appellatus ibi perhibetur, cũ de Lucio Quincio cincinato loquitur, cuius militiæ director in præsenti regno est Conestabilis, q̃ ad res bellicas secũdus post regẽ est, teste Gaguino suarũ chronicarũ lib. 4. c. vlt. vt refert G. Bened. prædict. in dicta sua repet. ca. Ray. in gl. & vxorẽ noĩe Adelasiã. de testamẽtis, q̃ vt dicit, ibi olim tribunus celerũ (id est militũ, qui celeres equos habẽt) vocatus de cuius initio, noĩe, & offi. ac potestate habemus in l. 2. §. quod ad magistratus attinet. ff. de orig. iuris. vbi hr̃, q̃ fuit creatus tribun⁹ celerũ qui præerat militibus: & primus fuit Iunius Brut⁹ apud Roma. Huius Iunij Tarq. sup̃bus ex cui⁹ cognatione erat patrẽ, & fratrẽ interfecit: Iunium vero Brutũ (q̃d stultitiã simularet vita donauit, eique fatuo (q̃d ipse idẽ Brut⁹ apud Halicarnaseũ de se narrat) magistratũ dedit, vt p̃fectus celerũ esset, fortè ne

nullo dicet honore à cognato rege affectus. Hic Brutus cũ & ingenio excelleret, & prudẽs, autor erat regiæ tyrannidis eiiciendæ. hinc in d. 2. §. ex actis. dein de regib. tribunitia lege regias leges exoluisse dicat.

Hunc Brutũ tribunum celerum ibidem intelligẽdum est, vt dicit Vdalricus Zasius in d. l. 2. in §. ꝙ ad magistratus in sua singulari repetitione. In veteri testamẽto princeps militiæ talis vocabatur, vt fuit Holofernes sub Nabucodonosor Assyriorũ rege, qui regnabat in Niniue magna Iudith 1. c.

Et Nabuzardam sub rege Babylonis ẽt princeps militiæ vocatus est, & post regẽ secũdus, Ieremiæ vl.

Et sub Saule primo Iudæorum rege fuit Abner. j. Regum 17. c. in fine. Et sub Dauide Ioab: vt dictũ est. 2. Reg. 5. & 8. c.

Sed aduerte, quia apparitores propriè sunt de curia Ecclesiastica, & tales nuncij ecclesiastici non possunt citare aliquem siue clericum siue laicum viua voce in via publica, prout recitat Io. Galli in suis arrestis, in arresto pronunciato Anno Domini 1346. quod tamen solent facere nostri apparitores Heduen. & malè, licet hēant etiam statutum in suo foro in contrarium, nisi sint notarij causarum, quod est intelligendum in causis iam incœptis, & in quibus iam sunt notarij, seu grapharij.

Septimæ partis Catalogi Gloriæ Mundi, Finis.

OCTAVA CATALOGI GLORIAE MVNDI PARS,

NOBILIVM SEV GENTILIVM ORDINEM EXTOLLIT: prçcedentiasq; tam inter se, quàm quo ad alios depromit.

QVINQVAGINTA CONSIDERATIONES HABET.



IGITVR prima sit de descriptione nobilitatis, vnde s̃m authores nobilitatem diffinientes dicitur esse generis, vel alterius rei excellẽtia ac dignitas, vt ait Iudocus Clictoueus in suo tracta. nobilitatis, in princ. cap. 1. Et licet Barto. in l. j. C. de dignitatibus. lib. 12. multum amplè disputet; an nobilitas, & dignitas idem sint, tandem concludit, quod non, sed vt inquit nobilitas apud nos inuenta est ad similitudinem, & imitationem illius nobilitatis, quæ est apud deum, vt in auth. ut iudices sine quoquo suffrag. §. itaq; coll. 2. l. j. & l. in nomine domini. C. de offic. præfecti præto. Africæ. & l. imperialis. in prin. C. de nupt. Sicut ergo ille apud deum est nobilis, quem deus sua gratia gratum sibi fecit: ita in foro nostro ille est nobilis, quem princeps sua gratia, vel lex sibi gratũ, vel nobilẽ facit. Nõ tñ, vt dicit, põt esse similitudo p oĩa ex quo relinq̃t de nobilitate, quæ est apud deũ, theologis. Nobilitatẽ vero, q̃ apud nos, sic diffinit.

Nobilitas est qualitas illata per principatum tenẽtẽ, qua quis vltra acceptos plebeios honestus ostenditur, & ibi amplè examinat illa verba diffinitionis, sed non amplectitur omnes nobilitates, de quibus in sequentibus dicetur. Ideo generalior est prima diffinitio, q̃ oẽm nobilitatem comprehendit vndecunq; procedat, siue per principatum tenentem siue aliàs, ex quo non recito opiniones p Bar. relatas in d. l. j. de diffinitione nobilitatis, cum omnes reprehendat Bar. & stet cum illa supradicta, q̃ adhuc non est generalis ad oẽs, vt dixi, sicut prima. Boeth⁹ ẽt in tertio de consolatione, prosa sexta, diffinit alio modo, dicens, ꝙ est quædam parẽtum laus de meritis veniens. & ita ẽt diffinit Luc. de Luc. de Pen. in l. mulieres. C. de incolis. co. 4. lib. 11. sed illa est nimis particularis ad nobilitatem generis, quia oẽs nobilitates (de quibus infrà dicetur) non comprehendit, sed Lãdulphus in clemen. 2. de senten. excommunica. hãc nobilitatem generis sic diffinit. Generis nobilitas est qualitas siue dignitas proueniens à coruscatione clari sanguinis à parentibus originem sumens. & in liberos legitimos per carnem continuata: sed ista est potius descriptio, q̃ diffinitio. ita ẽt diffinit Bonus de Curtili in suo tract. nobilitatis in 2. parte circa fi. vbi etiam diffinit seu describit nobilitatem animi, & mixtam, de quibus statim dicam in tertia consideratione.

SEcunda consideratio de deriuatione nobilitatis sit. Vnde aduertendum est, ꝙ nobilitas à nosco dicitur, idem significans, ꝙ noscibilitas. hinc nobilis idem est, quod notus, & per omnium ora vulgatus. Vnde Virgil.

Est locus Italiæ medio sub montibus altis
Nobilis. & Martialis.
Prostratum nemees vastaq; in valle leonem
Nobilem, & Herculeum fama canebat opus.

Propterea indifferenter apud plerosq; verbum hoc nobilis, & ad eos qui vel deploratissimis moribus nominatiores facti sunt relatum, legitur. Hiero. in Heluidium hæreticum. Nobilis factus es in scelere. Et Laidem illam Corinthiam cui decem millia numorum vno concubitu deposcenti, respondit Demosthenes in libidinẽ illius exæstuans, se pęnitere tanti nõ emere, ob elegans meretricium, nobile scortum nũcupatum, testatur Aulus Gellius in suis atticis, lib. 1. c. 8. idem & de re quæ summo eius exitio in ominium deuenerit, Liuius de strage Cannensi.

Nobilis ille clade Romana locus est. & Martialis.
Nobilis hic esset pietatis rex à duobus.

Ea proinde ratione eos qui vel opibus, vel generis claritate, vel virtutibus cæteros antecellũt, seu vulgatiores, & notiores nobiles appellare solemus, quas ternas nobilitatis species vno verbo complexus est Apuleius, dum dicit, quem non opes, non generis excellentia, sed ingenij mores, virtutesq; nobilitauerunt. & Hieron. ad Principiam virginem de obitu Marcellæ. Nihil in ea

laudabo,

laudabo, nisi quod proprium est, & eo nobilius, ꝙ ex opib⁹, & nobilitate facta est paupertate & humilitate nobilior. & ibidem, qui virtutes, nō sexui sed animo iudicamus, contemptæq; nobilitatis, ac diuitiarum maiorem gloriam ducimus.

Etiam apud legistas & canonistas nobilis nuncupatur, qui opibus, vel genere, vel virtutibus sit insignitus, ēt capitur pro præeminentia quadam, q̄ nos à plebeis differre facit. iuncta gl. in verbo, species. ad fi. in §. plebiscitum. insti. de iure naturali. §. interim. ibi, vniuersi nobiliores. & in §. fi. ibi, conuenit enim vnūquēq; nobiliū. auth. de defensorib. ciui. coll. 3. tex. in l. quis. ibi, sanctissimus & nobilis Imperator. ff. de nata. restitu. per quem tex. in ca. venerabilis. ibi. Non generis sed virtutum nobilitas. extra de p̄bendis. & in l. nobiliores natalib. C. de commerciis & merca. q̄ q dē p̄eminētia causat ex multis vltra gen⁹, opes, & virtutes, & in plerisq; locis ī seq. dicet.

TErtia consid. Cū nobiles dicant gentiles, & in vulgari nostro proprie gentilz hommes, & magis se existimant vocari, gentilz hommes, quàm nobiles, ideò dicit Budæus in suis annotationib. in pādectas in l. fi. in fi. ff. de orig. iuris. ꝙ non temere lingua vernacula gentiles homines pro nobilibus appellat: vñ videndum est de gentilitate, & quid apud antiquos fuerit gentilitas.

Gētiles igitur sunt (vt inquit Cicero in Topicis) qui inter se eodē noīe sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, quorum maiorum nemo seruierit, qui capite non sunt diminuti. Et, vt ait Budæus ī loco p̄dicto, nihil videt Scæuolam Pontificem ad hāc diffinitionem addidisse. Et, vt inquit Boetius, gentiles sunt q eodē nomine inter se sunt, ut Bruti, Scipiones, ut apud nos, Valesij, Borbonij, Vindocinij, Trimolij, Viennēses, & similes: quod si serui sint nulla gentilitas esse pōt, quod si libertinorum nepotes eodem noīe nūcupētur, gētilitas nulla est, qm̄ ab antiqtate ingenuorū gētilitas dr̄, quod si rursus in familiam gentis suæ nō manserint, gentiles iā esse nō possunt.

Fuit aūt ius gentilitatis, vt ius stirpis apud antiquos. Vnde Cicero lib. 1. de Oratore, quid qua de re inter Marcellos & Claudios patritios centū viri iudicauerūt, cū Marcelli Auli liberti filii stirpe Claudij Patritij eiusdē hoīs hæreditatē gēte ad se dicerēt rediisse, nonne in ea cā fuit oratorib. de toto stirpis ac gentilitatis iure dicendū? Tria fuerunt iura apud antiquos, agnationis, gentilitatis, & stirpis: sed nobiliorū vr̄ fuisse Gētilitas, vt ex illa diffinitione Ciceronis apparet: eorū. i. qui imagines generis sui p̄ferre poterāt, vñ imagines p̄ nobilitate generis accipi sæpè solēt, & erāt insignia Gentiliū, q̄ hodie arma dicunt, de quibus ibi p̄ Budæum. & dixi amplius supra in 1. par. vbi posui de armis centū cōclusiones.

QVarta concl. Species nobilitatis plures sunt, & multipliciter à diuersis diuiditur nobilitas. primò Bar. in l. j. col. 7. C. de dignitatibus lib. 12. dicit triplicem esse nobilitatis speciem, quædam est theologica, seu supernaturalis, quædam naturalis, & quædam politica.

De theologica, quā Bar. dicit esse spūalem, est q̄rendum in conspectu etiam iudicis apud quē nulla est obūbratio, nec aliquid latet. Nam apud Deum est nobilis oīs, qui est in gr̄a faciēte gratiā vel gratū, & sic oīs, qui est virtuosus, & in statu virtutis, Deus facit eum felicem & gratum sibi. intelligit Bar. de illa virtute quę facit, vt dictum est, hominē felicem, s. si est in charitate, vt habetur per fratrem Bonauenturam de balneo, & S. Thom. in 1. 2. q. 110. & q. 50. quos Bar. all. & per magistrum senten. lib. 2. d. quē Bonus de Cur. in dicto trac. de nobilitate in 2. par. etiam allegat. & hoc est verum, vt dicit Bar. & p̄bat 1. Reg. 2. c. vbi dr̄. Quicunq. honorificauerit me glorificabo eum, qui aūt cōtēpserint me, erunt ignobiles. Hæc etiam refert Barb. in c. j. col. j. de dona. relatus per Bonū de Curt. in dicto loco. Et dicit Bar. ꝙ istos nobiles non possumus perfecte cognoscere, nisi per reuelationem. dr̄. n. Eccl. 10. Nescit homo vtrū amore, an odio dignus sit, & multi sunt prędestinati qui apud nos reputantur ignobiles: vt patet ex apos. ad Corin. 4. & 20. c. Et de his nobilibus nobilitate theologica, ponit tex. in c. nouit. cum duobus seq. de pœni. distin. 4.

Secunda est nobilitas naturalis, quæ potest considerari duobus modis, vt dicit Bar. primo prout congruit aīalibus etiam irrationalibus & alijs etiā sensu carentibus, & isto mō dicuntur nobilia s̄m bonitatem operationum, vt in brutis patet. videmus. n. quasdam aues eiusdem speciei nobiles, & ignobiles. exēplū in falcone, aliquis dr̄ gentilis, alius peregrinus, vt dicit idem Bar. in trac. de Falcone. & Iacobinus de S. Georgio in sua inuestitura feudali, in verbo, & cum uenationibus. col. 2. Idem dicit Bonus de Curtili vbi supra de leone, quem cūctis quadrupedibus oēs vel facile testantur nobiliorem. de quo meminit Ouid. lib. de Tristibus, Elegia 1111.

Quo quisque est maior magis est placabilis iræ,
Et faciles motus mens generosa capit.
Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni,
Pugna suum finem, cum iacet hostis, habet.
Et lupus & turpes instant morientibus vrsi,
Et quæcunque minor nobilitate fera est.

Et dicit idem Bonus de Curtili, ꝙ exemplo itidem sunt duo canes Laconis vnico uentre editi, quorū alter ad leporem, alter ad ollam impetum fecit, ut testatur Erasmus in moria. & in chiliadib. Et idem nos docet experientia in arboribus, in fructib. ī metallis, & fere in oībus rebus, etiam sensu & intellectu carentib. etiam, inaminatis, nec aliquam animā etiam vegetatiuam habentibus: & in his considerat maior nobilitas & excellentia, vel ab effectu maiore vel a materia, uel a cā, ut dicit Bonus in dicto loco, ut de pluribus in finali parte patet, de excellētia nobilitate & laude diuersarum rerum ultra hoīem.

Secundo mō cōsiderari potest nobilitas, prout cadit in hoībus ista nobilitas naturalis: & tunc debet intelligi naturalis, i. rōne naturali indistincta, ꝙ nos iuristæ appellamus de iuregentium primæuo, apparet, quia solis hoībus congruit, & de ista nobilitate loquitur Philosophus 1. Ethi. c. 4. ubi dicit, ꝙ nil

nil aliud q̃ virtus & materia determināt seruum & liberum, nobiles, & ignobiles. Hoc aũt nõ est intelligendum de omni virtute, se de ea q̃ competit aliquibus, prout sunt apti dominari, non de ea prout apti sunt subijci, vt patet per Philos. 1. Politic. 9.

Ex quo etiam dicit Bonus vbi supra post Bart. ꝙ hoc modo sumpta naturalis nobilitas est quidã habitus electiuus in medio consistens, circa quæ pertinent ad præesse vel dominari. Et de hac nobilitate habetur in c. nunquam de vitijs, dist. 56.

Tertia vero nobilitas dr̃ politica, seu ciuilis, ꝑut differt nobilis à plebeio, ſm quod accepimus apud nos & ĩ foro nostro, & de qua principal̃r hic est qõ, quam magis discutere intendo, & de eius laude & excellentia declarare, & est proprie illa de qua supra in prima consideratione dixi illam diffiniendo, ꝙ est qualitas illata per principatum tenentem, qua quis vltra honestos plebeios ostenditur.

Panor. vero in c. venerabilis. co. 2. post principiũ. de præbendis, aliter distinguendo nobilitatẽ quã fecerit Bar. in d. l. 1. C. de dignitatib. dicit duplicẽ esse nobilitatem, generis, s. & animi, de quibus cũ aliis statim dicetur. sed in hoc Panor. fuit nimis diminutus, quoniam non omnes comprehendit.

Bal. verò in l. nobiliores. C. de cõmercijs & mercatorib. quem refert & simpl̃r sequitur Fel. in c. super eo. 2. extra de testib. dicit tres esse nobilitatis species. Prima est stirpis & sanguinis. Secunda virtutis, & hanc veram nobilitatem philosophus amplectitur, ꝓcedentem vulgus. Tertia mixta, de vtraq; ex ꝑcedentibus spẽbus partem capiens. Et hanc verissimam cęteris, & oĩbus laudabiliorẽ demõstrabimus.

Plato verò diuidit nobilitatem quã dicit esse quadrifariam. Vnam enim earum asserit quibus clari, boni, iustiq; parentes fuere. Alterã parentis q̃ potẽtes, aut principes extiterũt. Tertiã cũ nr̃i maiores fama, & rebus bello gestis vel publicis certaminibus parta corona claruerũt. Quarta eãq; ꝑstantissimam oĩum scribit eorũ quibus non aliena, sed sua uirtus & animi magnitudo nobilitatẽ donauit: quos solos vult esse dignos, vt nobiles appellent̃ ita dicit & refert Pogius Flo. in tra. de nobilitate. & hãc vlt. laudat Luc. de Pẽ. ĩ l. mulieres. col. 4. C. de ĩcolis, li. 10.

Aristoteles vero in 4. Politic. dicit etiam quatuor esse species nobilitatis: diuitiarum, s. generis, virtutis & disciplinæ. Nihil quoq; prohibet, à ꝑriæ soliq; natalis splendore nobilitatem interdum deduci. Nam amplitudo patriæ antiquumq; decus plurimũ valet ad laudẽ gloriãq; coparandã: sed ea perq̃ exigua est modiciq; momenti, vbi virtutis quoq; ꝑstãtia accedat, q̃ vel sola verè hoĩem nobilitat. Proinde Themistocles cũ esset patria Atheniẽsis Scriphio cuidã in cõtentione obiectãti, ꝙ nõ propria virtute sed patriæ splẽdore gloriosus fact⁹ esset, recte rñdisse fert̃. Neq; tu si Atheniẽsis es clarus extitisses, neq; ego si Scriphius essem ignobilis. significãs hisce verbis se rerũ gestarum magnitudine & gloria clarũ factum, neq; patriã solum ad id quicquam contulisse.

Sic Anacharsis philosophus exprobrãti sibi Attico, ꝙ Scitha esset, authore Laertio præclare rñdit, At nihil quidem mihi ꝓbro est patria, sed ꝑriæ tu. Verum ꝑtermissis alijs rebus vnde nobilitas multifariã desumi posset, videndũ est tm̃ de duabus eius speciebus, duabus partibus ex quibus humana coalescit substãtia: corpori, inquã, & aĩæ congruenter respondentibus, s. nobilitate generis, & virtutis.

Generis. n. nobilitas est à maioribus & ꝑauis deducta generis excellẽtia, & pręstabilitas: & hęc sanè corporis conditionem naturãq; respicit, qñquidem idipsum nascentes ex parẽtũ propagine traducim⁹.

Virtutis vero nobilitas est ob insignem animi virtutem, morũq; probitatem comparatas excellẽs gloria & dignitas: quam quidem ad animum pertinere nemo dubitet, cum vsu & assiduo bonę operationis exercitio excultus animus eam sibi peculiariter asciscat. De hac Chrysost. ait. Ille clarus, ille sublimis, ille nobilis, ille tũc integra suã nobilitatẽ putet, si dedignet̃ seruire vitijs, & ab eis supari. Vtrãq; aũt speciem cõplex⁹ est Apulei⁹, cũ de quodã dicit, quẽ nõ excellẽtia gñis, sed mores virtutesq; nobilitauerũt.

Porro ex hisce duabus cõiũctis atq; vnà cõnexis, tertia orit̃ nobilitatis species vtrãq; supradictarum complectens, s. nobilitas generis atq; virtutis, quæ est tum generis, tum virtutis, in vno eodẽq; hoĩe ꝑcellentia & eminentia: & illa mixta est qualitas quã proueniens à coruscatione sanguinis à parentib. originẽ sumens, virtutibus inde probis, ac commendatis moribus illustrata: & hæc, vt prædixi, cęteris tanquã præstantior, excellentior, elegantiorq; antẽferẽda est autoritate notatorũ in authẽ. itaq;. C. cõia. de successionib. & ĩ c. 1. de treuga & pace. Et qũo inter se differant, qũoq; inter eas ad inuicẽ sit habitudo, vide per Iudocum Clicthoueũ in suo tra. de nobilitate. c. 1. & 2. & in 3. c. ponit ẽt qũo hæc vltima est ꝑstãtior alijs, vt infra amplius dicetur, & ꝑ Bonũ de Curt. in suo trac. nobilitatis, in 2. par. vbi ample. Aliam tamen diuisionem nobilitatis vide infra ista par. in vlt. consid.

QVinta consid. An dabilis sit vera nobilitas, quę dici possit de numero laudabilium. Vr̃, ꝙ nõ, qm̃ ea q̃ sunt, aut sunt bona, aut mala, aut media: ĩ malis nobilitatẽ nullus vnquam posuit. Absurdũ enim esset rem a Deo laudatam atq; appetitã malã censeri. Sin eam bonũ quid dixeris, id vel in animi bonis, uel exterius, aut corporis sitũ erit. Nã in fortunę bonis minime consistit, quæ qui adipiscunt̃ nõ nobiles, sed diuites appellant̃. Sed ne corporis quidẽ bona, quæ sunt ualitudo & forma egregia, illam largiunt̃: nã si qua in ullo horũ bonorũ inesset, deficiẽtibus opibus forma & ualitudine, nobilitas quoque cessaret, ita ex ignobili nobilis, rursus ex nobili ignobilis redderetur.

In bonis ergo animi quæ uirtutis dicunt̃, eas aũt in intellectualib. & moralibus distinguũt, an ulla sit inquirenda: sed prudentia prudentẽ, sapiẽtia sapiẽtem, iustũ iustitia, temperantia temperantẽ, ita ex reliquis virtuosum nõ nobilẽ fieri certũ est. Nulla qppe est vna uirtus, quæ ex se nobilitatẽ ꝑducat, neq; oẽs illam generabunt, sed fęlicitatem, ita nec uirtus ea, nec uitium. Nec ur̃ esse in his quæ media dicũtur,

tur,cum nunc bona,non nunquàm mala ferãtur ꝓ varietate vtentiũ: si nobilitas ita esset,ea & bona & mala haberetur. Ex quo sequeretur,vt boni maliq; pariter nobilitate potirentur: quod cum sit absurdissimum, vr̃ ex his nihil nobilitatis cõparari posse.

Hoc & alia rõne vr̃ esse ꝓbabile, vt dicit Pogius Florentinus in tract.de nobilitate. Nam si quid ea est,aut in expetendis,aut fugiendis rebus consistit. In his sitã dicere ridiculum sane vr̃,cum nullus sanę mentis fugiẽda appetat. In expetẽdis verò multò minus: ea nãq; appetere debemus,q̃ rõ præscribit & sapientia: hæc sunt honesta, & quęcũ nq; nos beatos ac felices præstant. Sed nobilitas cũ neq, virtutes aliquas,neque bonum quid afferat nobis quo meliores,ditiores,aut beatiores efficiamur, cur appetẽda sit non intelligo,ergo eã nihil esse videtur.

Eodẽ mõ neq; in laudabiliũ,neq; in vitupabiliũ numero adscribetur. Non.n.vituperatur qđ laudatr̃ atq; expetitr̃ ẽt à bonis. Ergo in illis nulla inest nobilitas,at multo minus in reliquis. Laudabile.n.omne a virtute ꝓgreditr̃. Siquidẽ bñ,hoc est virtuose agitr̃, laudabile est,& id ſm aliquam virtutẽ. Sed nulla ẽ virtus,q̃ vocetur nobilitas,aut ex qua illa oriatur. neq; ẽt ex nobilitate laus aliqua cuiuspiã honesti operis descẽdit,ergo in laudabiliũ cõsortio nõ erit.

Præterea si qua est nobilitas,ea aut in hoie, aut ĩ ipsa re collocabitur. Si in homine, aut natura,aut acquisitione comparatur. Si in natura venit nobilitas,tunc omnes similiter nascentur nobiles, quod nullus vel mediocriter doctus concedat.

Si acquiritur,id agendo vel operando cõtinget, at ex actionibus operationibusq; boni, mali, prudẽtes,docti,industrij & similes redduntur,nõ nobiles. neque est aliquod opus proprium,ex quo veluti ex officina aliqua nobilitas excudatur.

In rebꝰ vero si esset posita,hæ absq; studio nr̃o in quẽcunq; inciderent,nobilem veluti diuitię diuitẽ redderẽt,his absentib. ignobiles fieremus: quo pacto sępius cũ ipsis rebꝰ a nobis migraret nobilitas, & iterũ tanq̃ in antiquũ hospitiũ sua spõte rediret.

Ex quibus(vt ait Pogius in loco ante dicto)apparet nihil esse hãc ꝑter iacturam quandam q̃ nos deliros efficiat. etiam absq; illa effectione cogitans(vt inquit)non videt cur hoc inanis fabella adeo exoleuerit,aut quid boni vel vtilitatis habeat hęc quę dr̃ nobilitas,cur tanti ab hominibus pendi mereatur.

Sed tãdẽ post multa hincinde argumẽta ex dictis Aristotelis & Platonis laudat illã verã nobilitatem, quã dicit esse splendorẽ quendam ex virtute ꝓgredientẽ,qui suos possessores illustrat, ex quacũq; cõditione emergentes: laudãdo Stoicorum opinionẽ, qui non ad vulgarẽ nobilitatẽ q̃ dr̃ generis attẽdũt, sed ad illã quæ ex virtute procedit,hi vt alia multa, ita & hoc verissime videntr̃ dixisse, Nobilitatẽ ex sola nasci virtute. Et author huius fuit Plato,q quadrifariã nobilitatem ponit,vt in præce.consid.dixi: & ex dictis Pogii vr̃ ꝙ nulla alia nobilitas sit de numero laudabilium quã nobilitas virtutis,sed ex 7.consid.seq.facile cognosci poterit,ꝙ quælibet nobilitas sit de numero laudabilium.

SExta consid. Licet ẽt nobilitas generis sit de numero laudabilium,& commendabilium, vt in seq.consid.dicetur,tamen ob illam non est aĩo intumescendum,nec est inaniter & vane gloriandum de generis nobilitate,qm̃,vt dicit Boetius in 3.libro de consolatione philosophiæ: Alienum est bonum atque a parentibus deriuatum etiam,quoniam laus à parentibus emanans,ipsos quidem parentes claros reddit,filios vero nequaquam,nisi propriã habeant virtutis claritatem,qua sint insigniter splẽdidi: q̃ si ad claritudinem refertur,aliena est. Videtur nãque esse nobilitas quædam de meritis veniẽs laus parentum: quod si claritudinẽ prædicatio facit, illi clari sint necesse est,qui prædicantur, quare splendidum te(si tuam non habes)aliena prædicatio nõ efficit: ꝙ si quod est in nobilitate bonum,id eẽ arbitror solũ,vt imposita nobilibus necessitudo videatur,ne a maiorũ virtute degenerẽt. Satius aũt est, me meis rebus gestis florere,q̃ maiorũ opinione niti & ita uiuere, vt sim posteris meis nobilitatis initiũ,& virtutis exẽplũ,vt ait Tulliꝰ cõtra Salustiũ. Et de hoc Salustius in Iugurthino in or̃one Marij allegatus per Luc.de Pen.in l.mulieres.col.4.C.de incolis, li.10.

Dicit tñ Baptista Mantuanus, magnum virtutis adiumentum claris ortum esse parentib. Solent.n. iuuenes,qui aliquid indolis habẽt,ne degenerare videantur,maiorum suorum dignitatẽ æmulari,& ad paternarum laudum aspirare felicitatẽ. Sic Philippi nomen Alexandrũ, sic maioris Aphricani gloria minorẽ Scipionẽ,sic Cęsaris Iulij fama Octauianũ excitauit,sic deniq; Pyrrhus Achilleides erat animosus imagine pr̃is: & hoc ample declarat Iudocꝰ Clicthoueus in trac.nobilitatis,ca. 5.& 7.vbi ẽt ait. Quia vero nullam maiorẽ hr̃ditatem possunt filiis parẽtes tradere,q̃ rerũ bñ gestarũ gloriã,& integritatis anteactæ vitæ laudẽ: q.a, teste Cicerone ĩ officiis, optima hr̃ditas a patribus traditr̃ liberis, oĩq; patrimonio ꝑstãtior,gloria virtutis rerũ gestarũ,cui dedecori esse nefas & vitiũ iudicãdũ. Cui cõcordat illud Platonicũ. Gl̃ia parẽtũ natis est ꝑclarꝰ magnificusq; thesaurus. Iõ filij illã hr̃ditariã traditionẽ libenter amplecti debẽt,ardẽter sine mora & deliberatione suscipere,& ad suum vsum sedulo accommodare, atq; ex adita hmõdi hr̃ditate id capere cõmodi, ut ĩuẽtario & cõtẽplatione virtutis & gloriæ paternæ ĩcitentr̃ aĩosius ad ꝑclarã ipsius ęmulationẽ. Quisq; s. n.(nisi iners) cũ maiorũ suorũ res ꝑclare gestas aĩo diligẽti cõtẽplatr̃,nõ parũ ad dignã earũ imitationẽ ꝓuocatr̃. Cũ authore Salustio, Publiꝰ Scipio, & Q. Fabius,cũ maiorũ & magnanimorũ virorũ imagines inspicerẽt,q̃ maxime ad virtutẽ se inflãmari solitos esse dixerũt. Ita Iulius Cæsar inspecta Alex.magni imagine,magnarũ rerũ agẽdarũ gloria incẽsus est. Qui ẽt(vt scribit)conqueri apud amicos solitus erat,se ea ætate nihil adhuc ꝑclarũ gessisse aut memorabile,qua ille totũ fere orbẽ suæ ditioni subegerat: ita Alexandrum ipsum Liberi patris triũphi tãquã admotis stimulis ad decus & famam, deniq; ad noĩs sui immortalitatẽ cõparandã impulerunt. Sic Themistocles quoq; post pugnam Marathoniã(in qua

quã Milciades dux Atheniensium uires Persarum magna uirtute contriuit) insomnes agens noctes ꝑ urbẽ ferebat̃ ut amens: interrogatus quid ita ꝑnox diuagaretur per uicos, quia, inquit, trophea Milciadis me excitant, nec placidam mẽbris dat cura quietem. Enim uero prouocatus illustri Milciadis triumpho, secum animo agitabat quonam pacto tale q̃dpiam pro patria præstaret: de quo supra in 1. parte, in 21. consid. uersi. hinc est. unde Faustus poeta regius accommodate ait.

Est aliquid, clarus magnorum splendor auorum,
Illud posteritas æmula calcar habet.
Scilicet, vt nullus tantis sit degener actis,
Magnanimum pectus strenua facta mouent.
Ceu tenet instantem catulus cum viderit vrsum,
In patrias vires æmula corda mouet.

Et authore Valerio lib. 2. c. de institutis maiores natu in conuiuijs antiquorum egregia opera carmine comprehensa ad tibias canere solebant, quo iuuenũ animi ad ea imitanda alacriores redderentur: & ulterius ait. Quid hoc splendidius, quid ẽt utilius certamine? Quas Athenas: quam scholã, q̃ alienigena studia huic domesticæ disciplinæ ꝑtulerim? Inde oriebant̃ Camilli, Scipiones, Fabricij, Marcelli, Fabij. Refert & Leonardus Aretinus in opusculo actorũ sui tp̃is se adhuc adolescentulũ cõspexisse in tabula depictam F. Petrarchæ insignis poetæ imaginem, in cubiculo quo detinebat̃ captiuus repositã, eiusq; cõtẽplatione mirũ in modum ad studia l̃rarum, & humaniores disciplinas exarsisse. Quia si mutæ imagines cælatæ, aut pictura deformatæ, si externi & nullo nobis uiculo sanguinis cõiũcti, suarũ magnitudine uirtutũ infigũt aculeos generoso aĩo ad uirtutis amorẽ, quid ꝓderit uiua & spirãs uox, pariter & facies atq. acta parentũ? Certe nullũ efficacius poterit liberis ostẽdi exẽplũ, quo acrius incitari debeant ad recte honesteq; uiuẽdũ. Proinde Aeneas Ascaniũ filiũ suũ ad uirtutẽ incitat uerbis sequen. ut ait Virg.

Disce puer virtutem ex me, verumq; laborem,
Tu facito, mox cum matura adoleuerit ætas,
Sis memor, & te animo repetentem exempla tuorum,
Et pater Aeneas, & auunculus excitet Hector.

Verũ ẽt ad ꝓpositũ faciũt sacræ l̃ræ. Nã h̃r Exo. 25. ꝙ iussit dñs Moysi fabricaturo tabernaculum fœderis. Inspice, & fac ſm exẽplar quod tibi in mõte mõstratũ est. Cuius uerbi sensu allegorico ꝓceptum est nobis cõsiderare urrũ quẽpiã, ĩ mõte sublimitateq; ꝑfectionis uitæ cõstitutũ, in quo oĩgenũ uirtutũ exẽplar eminẽtissime diluceat, & ad illius rectã imitatione nostrã cõponere uitã. Proinde Sapiẽs, ut scribitur Eccl. 4. nos hortat̃ sic. Laudemus uiros gloriosos, & parẽtes n̄ros in generatione sua. Et subsequitur. Oẽs isti in generationibus gẽtis suæ gloriã adepti sunt, & ĩ dieb. suis h̃nr in laudib. Qui de illis nati sunt reliquerunt nomẽ narrãdi laudes eorũ: non utiq; ad uanitatẽ aut inanẽ nõis ipsorũ excellentiã, sed ad ꝓuocationẽ auditorũ in uirtutũ officia, ac ꝑclaras uitæ actiones. Rursum Matthias inclytus legis Mosayce ꝓpugnator & uind ex, Maccabeorũq; p̃r, ꝓpe moriturus filios suos ad fiduciã habẽdam, & fortiter ꝓ Dei legib. certãdũ hortat̃ exẽplo maiorũ & antiquorũ patrum, qui iustitiam sectati, diuinaq; iussa cõplentes, eximiam consecuti sunt laudẽ. Nunc ergo ait (ut h̃r j. Maccab. 2. O filii æmulatores estote legis, & date aĩas uestras pro testamento patrũ, & memẽtote operũ patrũ q̃ fecerũt in ĝnationib. suis, & accipietis gloriã magnã, & nomen æternũ. Item dñs ipse uirtutũ & cęleste eatũ iubar, discipulis & nobis oĩbus qui eius discipulatũ suscepimꝰ contestatur: scribitur Io. 13. exẽplum dedi uobis, ut queadmodum ego feci, ita & uos faciatis. & imitari Deũ debemus, qui facit oriri solẽ sup bonos & malos. c. ult. 28. di. & imitatio Christi est nobis necessaria, ne ab eius corpore separemur. c. dñs. 66. dist. & c. proposuisti. 82. di. Nam si filij Dei sumus, quę ipse fecit imitari debemus. c. dñs. 86. dist. Item, Christus dedit nobis exẽplũ imitationis in patiẽtia & humilitate. c. dñs. 93. di. Quinimo nihil æque clarissimos nostræ religionis uiros prouocauit ad arduum uirtutis iter capessendum, q̃ ut audita aut conspecta sanctorum patrum antiquorum uita, ad quorũ imitationem se totos dedere. Hæc Iudocus ubi supra

Sed quid, quibus unus idẽq; pater est ꝑcipuus & pri mus, ij. nullum habent originis discrimẽ atq; diuersitatẽ. Omnibus aũt hoĩbus, idẽ est pariter cœlestis, quẽ diuina institutione edocti cũ oramus, dicimus: Pater noster qui es in cœlis. Pater inquam, aĩarũ nostrarũ, quas oẽs ad imaginẽ & similitudinẽ suã fecit: ipse. n. fecit nos & non ipsi nos. Et hoc cõprobat Boetius in 3. consolationis philosophię, quem etiam alleg. Luc. de Pen. in l. mulieres. C. de incolis, lib. 10. sed non omnia eius dicta, prout Iudocus in dicto tract. de nobilitate. c. 5. & ita inquit.

Omne hominum genus in terris, simili surgit ab ortu,
Vnus enim rerum pater est, vnus cuncta ministrans,
Ille dedit Phœbo radios, dedit & cornua lunę,
Ille homines etiam terris dedit, & sydera cœlo.
Hic clausit membris animos, celsa sede petitos.
Mortales igitur cunctos, edit nobile germen.

Subdit & Iudocus, ꝙ ignobiles animo sunt q̃ degenerãt a sua origine, quicũq; a Deo oĩum authore ꝑ uitiorũ abrupta discedunt, diuinã in se dedecorãtes imaginem, inducentesq; nebulam illi: unde recte deg eneres dicuntur & ingenerosi, quemadmodum Boetius in loco prætacto subcinit.

Quid genus & proauos strepitis? si primordia vestra
Autoremq; Deum spectes, nullus degener extat,
Ni vitijs peiora fouens, proprium deserat ortum.

Sicut ẽt ꝑ scripturam loquit̃ nobis dñs. 1. Regũ. 2. Qui comtemnunt me erũt ignobiles, & apud Deũ peccatores efficiunt̃ infames. c. dño sancto. 50. dist. Quid si ad corporũ originẽ consideremus & illã comperiemus in omnibus eandẽ, utpote terrã & lutũ, ex quo formatus est homo, uñ Ge. 2. Fecit Deus hoĩem de limo terræ, & inspirauit in faciẽ eius spiraculũ uitæ. & Iob: 25. Homo putredo. & filius hoĩs uermis. & iterum Iob 7. Induta est caro mea putredine, & sordibus pulueris. Proinde sapiẽs dicit in cõtẽptũ superbiæ, quam egregij maiorum tituli, aut flemmata clara parentũ, aut alia quæ uis excellẽtiæ

materia

materia suggerit, inquit Eccl. 10. Quid supbis, terra & cinis? Et de vnoquoq; nostrum nimirum dr̃, ut hr̃ Gen. 3. ꝙ puluis est, & in puluerem reuertetur. Hæc profecto sunt omnium nobilitatis insignia, cinis, inquam, puluis & terra, quæ nobiscum vel inuiti ferimus semper, & animo fixa assidue meditari cõtueriq; debemus, more nobilium huius mundi qui maiorum suorum insignia effigiata gestãt, aut vestibus tapetisq; intexunt, aut splendidarum domorũ parietibus insculpũt, vt supra in prima parte dictũ est, vbi de armis fit mẽtio. Cũq; ad extremos dies ꝑuenerim⁹, morte resoluti cõem oĩum matrẽ terrãq; repetemus, quæ nobiliũ huius seculi ab ignobilibus nullũ facit discrimẽ: oẽsq; sine d̃lectu suo sinũ recep tat ĩ fauillãq; redigit. Perit. n. morte atq; ĩterci dit clara nobilitas, gloria neq; suos post funera comitat̃ alũn os. sicut grauiter & p̃clare lib. 2. dicit Boetius.

Licet remotos fama per populos means,
Diffusas linguas explicet.
Et magna titulis fulgeat claris domus,
Mors spernit altam gloriam.
Inuoluit humile pariter & celsum caput,
Aequatq; summis infima.
Vbi nunc fidelis ossa Fabricij manent?
Quid Brutus, aut rigidus Cato?
Signat superstes fama tenuis pauculis
Inane nomen literis.

Demum vt subnectit idem Iudocus, primam nr̃am ẜm carnẽ originẽ reducimus oẽs in Adam primum parentẽ nr̃m. Nã, teste scriptura, Act. 17. Facit Deus ex vno oẽ genus hoĩum, inhabitare super vniuersam faciẽ terræ. Cũ itaq; oĩbus ẜm corpus idẽ sit primarius author & pater, quid efferunt̃, insolescũt, & turgidi inflantur, qui specimen & decus nobilitatis habẽt, super cæteros ignobili domo ꝓgnatos, quid intumescũt more vtris vẽto distenti? Salomõ quoque singulari sapiẽtia decantatissimus, & generis itidem nobilitate insignis attestatur, idẽ mortalib. oĩb⁹ esse natiuitatis exordium, de seipso ita verba faciẽs, Sap. 7. Sum quidẽ & ego mortalis homo similis omnibus, & ex genere terreno illius q̃ prior factus est, & in vẽtre mr̃is figuratus sum caro, decẽ mensium tpe coagulatus sum in sanguine, ex semine hoĩs & delectamento somni conueniente. Et ego natus accepi cõem aerẽ, & in siẽr factã decidi terrã, & primã vocem similem omnibus emisi plorans: in inuolumẽtis nutritus sum, & magnis curis. Nemo. n. ex regib. aliud habuit natiuitatis iuitiũ. Vnus ergo introitus est oĩbus ad vitam, & similis exit⁹. Quod si hęc cõis oĩbus origo, & nouissima vitæ meta altius aĩo infigatur atq; inhæreat, salutaris erit medicina ad elationẽ superbiãq; (q̃ ex carnis nobilitate succrescit) e mẽte hmõdi nobiliũ euellendã: expurgandã non aliter ac pauo cũ deformes suos spectat pedes, caudã pennis stellantibus explicatam illico demittit & inuoluit ad ima. hæc Clictouæus in d. c. 5. ẽt vide quæ dicit ibi in c. 12. quæ recensere volui, licet ad depressionem, & humilitatem, & non ad fastigium gloriæ & laudis tendant, cũ hodie nobiles sint satis supq; prætumidi, & nihil est in quo de se gloriam & laudem non quærant & vendicent: quippe ait Luc. de Pẽ. ĩ l. militãtib. C. de decurio. lib. x. Nobiles vt plurimũ, sunt superbi, & licet habeãt quatuor bonas cõditiones: q̃a sunt magnanimi, magnifici, dociles & ĩdustrij, politici, & affabiles: tñ sunt nimiũ honoris appetitiui, & ꝓgenitorũ d̃spectores, vt ait Luc. d̃ Pẽ. ĩ l. 2. C. ne rusticani ad vllũ officiũ deuocent̃. lib. 11.

SEptima consid. Inter plures eiusdem qualitatis, sciẽtiæ & dignitatis p̃ferũtur nobiles vbi non est maior dignitas, quam nobilitas simplex, de quibus supra dixi. Iõ est firma conclusio, ꝙ nobiles simplices p̃ferũtur q̃buscũq; alijs simplicib. plebeis ĩ quocũq; actu, vbi cõparent aut assistũt cũ eis. Probatur in l. honor. ff. de honoribus. ibi: origo natalium. ff. de mu. & hono. & in l. prouidẽdũ. in verbo, nobilissimos. C. de postul. & in l. j. & fi. & q̃d ibi not. Bar. ff. de albo scribẽ. facit l. fi. ff. de fid. instr. & in l. j. C. d̃ cõditis in pub. horreis. in verb. nobilis, lib. 10. & ibi Io. de Pla. q̃ dicit p illũ tex. ꝙ ĩ electione officialis cõsideranda est nobilitas. Et apud nos uerbum nobilis capitur pro quadã p̃eminẽtia, quæ nos a plebeis differre facit. tex. iuncta gl. in §. plebiscitum. ĩ verb. species. ad finẽ. insti. de iure nat. gentium & ciui. ĩ §. interim. ibi: vniuersi nobiliores. & in §. si qua vero. ibi: conuenit. n. vnũquẽq; nobilium. in auth. de defens. ciuitatum. colũ. 3. tex. in l. quæris. ibi: sanctissimus & nobilissimus Imperator. ff. de natalib. restituendis. & in c. venerabilis. ibi, non generis sed virtutum nobilitas. extra de p̃ben. & in l. nobiliores natalibus. C. de natalib. restituẽdis. & in c. ex literis 2. in principio, ibi: duo nobiles. extra de spõsalibus.

Et de hac præeminentia nobilitatis ad plebeios dixi in cõmentarijs nostris super consuetu. ducatus Burgund. titu. Des droictz & appartenances a gens mariez. art. 19. in glo. 2. & ti. des enfans de plusieurs lictz. art. 4. in gl. 1.

Aduerte, q̃m, vt dicit Iudocus Clicthouæus ĩ suo tra. de nobilitate, c. 9. generis nobilitas semp apud hoĩes præstantiam quãdam dignitatis habuit, & super cæteros præeminentiam testantur oẽs historiæ. ꝙ ea virtuti (vt debet) coniuncta semper esse existimetur, & ob præstabilẽ uirtutis excellẽtiã singulari splendore præfulgens. Potissimum uero sacræ scripturæ testimonio eius excellẽtia ꝓbatur, vt hr̃ Deu. 1. ubi Moyses de tribubus pp̃li Israelitici uiros sapientes & nobiles cõstituit iudices. & 1. Reg. 9. c. Samuel uocat̃ nobilis ob ꝓphetiæ dignitatẽ. & 2. Reg. 23. ubi Abisai frater Ioab intet tres noĩatus dr̃ nobilior. & Prouerb. 31. ubi uir commendatur ex titulo nobilitatis. ibi: nobilis in portis uir eius, q̃n sederit cũ senatorib. terræ. & Eccle. 10. ubi rex laudat̃ eo q̃a nobilis, cum dicat, Beata terra, cuius rex nobilis est. Cõmendatur ẽe Ioseph ab Arimathia, ꝙ nobilis esset, Mar. 15. ẽt Luc. 19. Cõmẽdat̃ homo a nobilitate, ex quo ei datur ibi titulus nobilitatis. Et non abre dictũ est Act. 17. ꝙ ad Pauli p̃dicationẽ conuersa est ad dñm de gẽtilibus multitudo magna, & mulieres nobiles nõ paucæ. Etiam probatur commendatio nobilitatis ex Arist. 3. Politicorũ. c. 6. post aliquam commendationem ait, ꝙ nobilitas apud omnes

res in honore hr: insuper quia consentaneũ est ex melioribus ortos esse meliores. Est.n.gñris virtus nobilitas, vnde recte a Seneca dictum est. Habet hoc proprium generosus animus, ꝙ concitatur ad honesta. Neminem excelsi ingenij virum humilia delectant, & sordida: quod lepide à Fausto poeta regio expressum est hoc disticho.

Si te rusticitas vilem genuisset agrestis,
Nobilitas animi non foret ista tui.

Ex quibus concludendum, nobilitatem esse de numero laudabilium & commendabilium.

OCtaua consi. Nobilitas causatur ex multis. Primo, vt ante dictum est, ex nobilitate ꝓgenitorum, & de ista primo pertractabimus, deinde de ea q̃ est virtutis: in qua dico ꝙ nobilitas causatur ex genere progenitorum, qm̃, vt hr Sap. 3. Gloria hoĩs ex honore patris sui, & contumelia filij pr̃ sine honore: vnde ẽt susceptus ex patre nobili sine alia dignitate efficitur nobilis. facit quod hr Prouerb. 18. vbi dr̃. Gloria filiorum, parentes eorum. & quod dicit Iob. de quo Oseæ 9. Gloria eorum a partu, ac ab vtero & conceptu honor illius. & hr Deut. 1. De vtero vestro sapientes & nobiles constitui principes. & satis facit tex. in auth. §. 1. insti. de ingenuis. & tñ intellige hoc casu ꝙ non ex vtero simpliciter, sed ex nobilitate patris non matris. ita dicit Bal. in l. fi. ad fi. C. de seruis fugit. & Iac. de Aluarot. in c. 1. ti. quis dicatur dux, marchio, comes, in vsib. feud. ita ꝙ Bart. & post eũ Io. de Pla. in l. exemplo. ꝑ illum tex. C. de decuri. lib. 10. dicunt ꝙ non valeret statutum, ꝙ qs censeretur nobilis uel ignobilis ex progenie materna, ad quod facit l. 1. ff. ad municip. Quod est cõtra cõsuetudinẽ Comitatus Cãpaniæ, qua cauetur ꝙ si ex patre & matre vnus sit nobilis, ẽt si sit mater, filius sequit̃ cõditionẽ illius: de qua cõsuetudine seu statuto aut simi fecit mẽtionẽ G. Bñdicti in sua repe. c. Ray. in prin. in ver. Ray. nu. 15. extra de testamen.

Et ꝙ nobilitas cõsideret̃ ex parte pr̃is nõ matris, dicit Bar. in l. j. col. 7. ver. vidẽdũ est vtrũ, C. de digni. li. 12. ꝓ quo facit dictũ Ciceronis in suis officiis, vbi ait. Optima aũt hr̃ditas a patrib. trudit̃ liberis, oĩq; Patrimonio p̃stãtior gloria virtutis, rerũq; gestarũ. facit ẽt ad ꝓpositũ dicta ꝑ eũdẽ Bñdicti ĩ loco hic tñ alleg. vbi ponit ample materiã cũ regula & limitationibus, & an licitũ sit alicui se denoĩari facere à m̃re relinquẽdo nomẽ pr̃is: q̃ vide ibi ꝑ eũ, nu. 25.

Sed dictã opinionẽ Bar. & Io. de Pla. in d. l. exemplo. impugnant dñs Philip. Decius in regula fœminæ. de reg. iu. in 9. col. in fi. ff. & in c. nouit. in 6. col. de iudi. & do. Rochus de Curte in c. fi. in 16. col. extra de consuetu. & post eos Bonus de Curtili in suo trac. nobilitatis, in 4. par. nu. 38. dicẽtes ꝙ si a prĩcipe Imperatore vel ppl̃o q̃ neminẽ in supiorẽ recognoscat, talis cõsuetudo introducat̃ valet: qm̃ ꝙ nobilitas sit à patre hoc est iure ciuili introductũ, sicut ius ciuile agnationis, qđ tollit & mutari põt. §. fi. insti. de legi. agna. tute. Vnde in totũ nobilitas a statuto induci põt, ut no. Bar. ĩ d. l. j. in carta fi. verĩ. 3. ex p̃dictis. & ĩ ver. 4. infert̃. C. de digni. li. 12. Pa. de Ca. ĩ cõs. 126. inci. dubitat̃ primo, in 4. dubio, in nouis.

Et ideo Bonus de Curtili inducit cõtra tales, qui fastu superbiæ se denominari faciũt a matre, cessante p̃dicta cõsuetudine, de quibus ẽt per eundẽ G. Benedicti in loco supradicto: & contra tales, qui dicũt se nobiles ex vtroq; parente, & contra quosdam qui habẽt statutũ, ꝙ nemo in ecclesia eorũ sit canonic⁹, nisi sit nobilis ex vtroq; parẽte, de qua cõsuetudine ꝑ eũdẽ de Curtili ibi, circa quã nõ insisto, cũ sit vltra materiam nostram, & propria officina sit in c. pe. qđ incipit, venerabilis, extra de p̃b. vbi ẽt tex. innuit aliquem fore nobilem & illustrem ab vtroq; parente.

Et vt ad propositum redeam, ista nobilitas generis est illa q̃ apud nos vsitatur & practicatur, de qua ample ẽt ꝑ Luc. de Pẽ. in l. mulieres. in 3. col. C. đ digni. lib. 12. & ista generis nobilitas est qualitas q̃dã siue dignitas proueniens a corruscatione clari sanguinis a parentib. originẽ sumens, & in liberos legitimos ꝑ carnẽ cõtinuata. Ita diffinitur per Landulphum & Cardinalem in cle. 2. in prin. de sent. excõ. & vide de hac nobilitate generis Cẽpolã in suo trac. de Impera. militum eligendo. in 3. & 23. opinionib. vbi ample. dicit tamen Iudocus Clicthoueus in suo trac. de vera nobilitate. c. 10. ꝙ hæc nobilitas generis vt vera sit & perfecta, virtutibus est adornanda.

NOna cõsid. Secũdo causat̃ nobilitas ex sapia, qm̃ in sapientia vera nobilitas consistit. Sap. 7. Omnibus nobilibus nobilior est sapientia. & ut habetur Prouer. 8. Melior est enim sapia cũctis opib⁹ preciosissimis, & omne desiderabile ei nõ põt cõparari: ꝑ eam reges regnant, & legum conditores iusta decernunt: per eam principes imperãt, & potentes decernũt iustitiam: &, vt habetur Eccle. 9. Melior est sapia q̃ arma bellica. & ibi 10. c. Preciosior est sapia paruaq; gl̃ia ad t̃ps stultitia. & de hac sapia cum pauci illam habeant, vide Eccl. 24. 25. & 29. vt ample per Io. de Montelono in suo promptuario iuris in uerbo, sapia. Et hanc habuit Salomon, quã petijt a dño, iuxta ea quæ habentur Sap. 9. ubi dicit, Deus patrum meorũ, & dñe misericordiæ, qui fecisti oĩa verbo tuo, & sapia tua constituisti hoiem, vt dominaret̃ creaturæ, q̃ à se facta est, vt disponat orbẽ terrarum in æquitate & iustitia, & in directione cordis iudicium iudicet: da mihi sedium tuarum assistricem sapiam &c. Et subiungit. Mitte illam de cœlis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, vt mecũ sit, & mecũ laboret, & sciã quid acceptũ sit apud te.

DEcima consid. Quo ad nos ex scia nostra quis consequitur nobilitatem. Vnde & dicit text. in l. ꝓuidendum. C. de postul. meritum sciæ ciuilis iuris ipso iure reddit peritum nobilis. Vnde Vlp. dictus est nobilis. l. 2. §. fi. in fi. de excus. tu. & nobilis. l. dicimus, in fi. ff. de excus. tuto. Item dictus fuit clarissimus, l. custodias. ff. de publicis iudicijs.

Hinc est ꝙ princeps iurisperitis reuerentiam habet. l. quicquid. C. de aduocatis diuerso. iud. Ex hoc dicũtur iurisperiti a principe præhonorari s̃m Angelum in l. cum salutatus, C. de sent. passis.

Hinc etiam est, ꝙ doctores legum sunt ab oĩbus honorandi, nec debent ab alijs quãtũcũ q; maximis fratres appellari, sed dñi. l. 2. C. de offi. diuer. iud. faciunt

ciunt ad pdicta, q dicit Fel. i c. cũ à deo. in 3. col. extra de rescr. vbi dicit, φ sola literarura quẽ nobilẽ facit. & ,p hoc ẽt facit tex. i l. j. §. est qdã sanctissima. ff. de varijs, & extraor. cogni. Ita voluit Ange. in l. sed & si susceperit. §. j. ff. de iud. Alex. in additio. ad Bart. in l. j. C. de dignita. lib. 12. & faciũt, q dicit i l. q sqs. C. de postulãdo. faciũt q dicit Barba. in rub. de offi. del. in 3. col. & i cõsi. 57. i 2. vol. imo ex tali scia nõ solũ qs cõsequit nobilitatẽ testante Cassiod. lib. 9. episto. 8. & Roderico in speculo vitæ. lib. 1. c. 5. sed etiã honor, & vtilitas testãte imperatore Iustinia. in §. summa. i pœ. inst. ibi: & vosmetipsos sic eruditos ostẽdite, vt spes vos pulcherrima foueat, totoq; ope ltimo pfecto posse ẽt nr̃am rẽpublicã i partibus eius vobis credẽdã gubernari. hic dicit tex. i §. fi. in finalib. verbis, in auth. de hæred. & falc. coll. j. neminẽ leges in anxietate, nec ẽt in paupertate mori permittunt.

Bonus tñ de Curtili i dicto suo tractatu nobilitatis, i 3. par. nu. 97. dicit, φ Bar. i l. iudices. C. de digni. lib. 12. vr̃ sentire, φ nõ solũ sciẽtia sufficit ad nobilitãdũ aliquẽ, nisi ẽt cũ scia cõcurrat dignitas doctoratus, vel offm̃, vt dicit apparere ex verbis ibi positis, q tñ exuti dignitate inter priuatos habent. Idẽ vident sentire Cy. in d. l. ,puidẽdũ. & Ale. in consi. 94. co. 2. ver. sed ita. in j. vo. dũ dicit, φ sola rõne dignitatis doctoratus, doctor dr̃ nobilis. allegat tex. in l. j. §. fi. ff. de excus. tut. Idẽ sequitur Romanus in l. si vero. in v. fallentia. ff. sol. mat. Licet ibi videatur quædam palliare pro concordia, dicendo, φ aut loquimur de nobilitate animi, quæ virtutibus causatur atque scientia ſm Philosophos: & tũc verum est, quod dicit glo. in d. l. prouidendum. s. scientiam nobilitare suum possessorem, nulla alia adiecta dignitate.

Aut verò nos loquimur de politica nobilitate, seu ciuili, & tũc procedit, quod dicit Bar. in d. l. iudices, & alij supra allegati.

Rationẽ ibi diuersitatis assignat, ex quibus cõcludit, φ rõne scientiæ simplicis acquirit vna nobilitas, & rõne doctoratus alia: eo q a doctoratus est dignitas quæ datur in remunerationẽ, & compensam laborũ exactorũ, iuxta l. j. C. de assessorib. & l. fi. C. de statuis & imagi. Et scia cõfert vnã nobilitatẽ q ẽ animi. Aliam verò cõfert doctoratus, q est politica, aliam iudicatura: de quibus sequuntur considerationes.

VNdecima cõsid. Quod nobilitas cãtur ex iudicatura: qm̃, vt dicit Bar. in l. iudices. C. de dignitatib. lib. 12. Iudices sunt nobiles. dixi amplẽ i cõmẽtarijs nostrarũ cõsuetudinũ. in ti. Des enfans de plusieurs lictz. §. 4. in gl. entre gens nobles. Imo, vt ibi dixi, vr̃, φ officiarij principum saltem qui sunt in dignitate spectabilitatis, aut clarissimatus, cum habeãt dignitatem, & dignitas, & nobilitas idem sunt, vt dicit Bar. in l. j. C. de dignitatib. lib. 12.

DVodecima cõside. Quia cũ doctoratus sit dignitas. c. q to. de magistris. Bar. in j. cõst. C. 3. col. ver. q ro circa, vbi cõiter doct. Alc. in cõs. 15. 18. & 24. in j. vol. Fel. in rub. de magistris. & in c. q to. Are. in c. super eo. col. 2. ver. 4. nota. de testib. infinita p eundem Bonũ de Curtili in d. 3. par. nu. 99. & dicit Iac. Bonaudi in glo. ad Io. de Terrar. in verbo, officia. art. 5. tertij tractatus, φ magisteriũ, & doctoratus sunt honor, & dignitas, & dignitas, & nobilitas idem sunt, vt dicit Bar. i d. l. j. C. de dignit. lib. 12. Et ista est magis honorabilior inter plebeios, & coram populo, quam nobilitas præcedens, quæ sola dicitur animi nobilitas.

Sed ex pdictis infert idẽ de Curtili in d. suo tract. 3. par. nu. 102. φ virtuosus, & doctor dicit nobilis duplici nobilitate, animi, s. & politica, seu ciuili. secũdũ φ Bar. sumit nobilitatẽ politicã in d. l. j. C. de dign. Et bene dr̃ politica seu ciuilis eo, q a dr̃ satis conferri p principẽ, seu principatũ tenentẽ: ex quo p collegium habẽs a principe priuilegiũ confertur, arg. tex. in l. 1. ver. oĩa. n. C. de vete. iu. enucle. vbi dicit se oĩa facturũ, quę p iureconsultos facta sunt, quia ab ipso oĩs eius impartitur auctoritas. facit tex. in c. apostolicæ. de præb. in 6. & quæ dicit Fel. p illa iura, & in c. cum accessissent. in rub. de const. dum loquitur de principe, confirmante statuta sui in inferioris. Et ista nobilitas apud nos tam in vim scientiæ legalis, q doctoratus, satis practicatur in voce, & loquela, maximè apud Diuionẽses: quia oẽs aduocati, & doctores Diuionen. dicũt se in titulis eorũ nobiles, & sapientes, non tñ p hoc exẽpti sũt à munerib. ,put nobiles origine, q ex cusantũ ab oĩb. subsidijs, ipositionib. & fenagijs principis. dicam de hac scientia legali amplius, qñ tractabo φ cæteris quibuscunq; est præferenda ,ppter multa, quando ponam ordinem literatorum inter se.

DEcimatertia cõsid. Nobilitas ẽt ex alia virtute, q ex supradictis causat, & sic generaliter ex quacũcunq; virtute, vt ait Salustius in Iugurthino: q uis, virtus, & sapiẽtia cõuertantur, vt quod de vna dr̃, de reliqua dictũ intelligat Hier. ad Celantiã. Et summa apud deum nobilitas est clarum esse virtutibus: vñ ille apud deum maior est qui iustior, non ecõtra. 40. dist. c. multi. in fi. Io. And. in c. venerabilis, circa medium. de pben. in nouella. & exteriora virtutum opa viros eminentes in hac vita cõstituũt. 23. q. 4. c. si non ex fidei. ad hoc ẽt c. ex studijs. extra de præsum. Vñ, vt dicit Luc. de Pen. in d. l. mulieres. nobilitas nihil aliud est q habitus operatioq; virtutis in hoĩe, vt in hac specie, illa etiam nobilitas, quæ ex bonis morib. procedit includatur, iuxta illud.

Degenerant homines vitijs, fiuntq; minores.
Exaltat virtus nobilitando genus.

Vnde etiam Ouidius de Ponto libro 1.

Non census, nec opes nec clarum nomen auorum,
Sed probitas magnos, ingeniumq; facit. Et alibi.
Nobilitas sola est animum quæ moribus ornat,
Exaltare velis si quos insignat honestas.
Quos sublimet apex morum licet ampla facultas,
Et patrię desit, & gloria sanguinis alti.
Virtus nobilitat animum, virtute remotus,
Migrat in exilium nobilitatis honor.
Nobilitas animi sola est atq; vnica virtus.

Et vt dicit Bal. in l. 2. C. de cõmer. & merca. quicunque est virtute pditus, est nobilis. &, vt dicit Host. in summa de inst. §. si quis institui. circa prin. Nõ genus nobilitat hoĩem, sed uirtutes, & videntur probari in l. j. C. de cond. in hor. publi. ibi, nobilis prudens. & ibi Bar. & Io. de Pla. lib. 1.

Et hæc est vera nobilitas, q̃ plus est cõmendanda, q̃ illa q̃ hr̃ à parentibus, vt dicã j: imo hæc progreditur ad parentes. Vnde Tullius 3. de offi. M. Cato sententiã dixit. Huius nostri Catonis pr̃, vt. n. cæteri ex pr̃ib. sic hic q̃ illud meruit ex filio est noĩandus. Ita dicit Luc. de Pen. in l. mulieres, in 2. col. C. de dignit. li. 12. Et facit qđ s̃ dixi in parte p̃cedente, vbi dixi, ꝙ filius aduocati fisci est cæteris præferendus.

Decimaquarta cõsi. Etiã nobilitas cãtur ex quacũque dignitate: & de ista hr̃ plene in l. j. C. de dignita. lib. 12. q̃m, vt amplè dicit Bar. in d. l. j. dignitas & nobilitas idẽ sunt. Quandoq; maxime accipit̃ ꝓut facit quẽ differre à plebeis, de qua loquitur in d. l. 1. & ẽt hic est intentũ nr̃m, & illud ꝓbat sic. Sola dignitas est illa quæ facit a plebeis differre. l. j. in fi. & l. 3. §. tutores. ff. de suspectis tuto. ubi Iacob. de Arena, ponit, ꝙ oĩs carẽs dignitate est plebeius, alias qui est in dignitate desinit esse plebeius, ꝓbat̃ in l. ne q̃s. C. vt nemo priuatus. illud ergo, quod f̃m mores nr̃os appellat̃ nobilitas, illud idẽ est dignitas, q̃ facit quem nõ esse plebeium. Propterea, vt dicit Bar. hoc vr̃ esse expressum in §. plebiscitũ. instit. de iure naturali gẽt. & ciuil. vbi dicit gl. ꝙ plebs cõtinet oẽs, exceptis nobilibus. & in tex. d. §. appellant̃ nobiles patritij, & senatores, q̃ habẽt dignitatẽ. facit l. plebs, in prin. ff. de verb. sig. & ita cõcludit ibi Bart. licet quodammodo videat̃ arguere intelligẽdo alio modo dictum plebiscitum quem videas. & vt dicit Lucas de Penna in d. l. mulieres. ista nobilitas extẽdit̃ ẽt ad liberos: vnde susceptus ex pr̃e clarissimo, ob dignitatẽ retinet nobilitatẽ, p d. l. j. C. de digni. Et, vt dicit, hoc progredit̃ ẽt in ascendẽtes: vnde pater nobilitatur ex nobilitate filij, in auth. cõstitutio, quæ de dignita. §. generaliter. Et idem dicit esse de nobilitate quæ prouenit ex virtute, & scientia, de qua hic ante dixi.

Decimaquinta cõsid. Etiã nobilitas cãtur ex ducatu, comitatu, baronia, vel dominio hmõi: & q̃to maior est dignitas, tãto magis ẽ nobilis: & de his maioribus dignitatib. dixi s̃. in par. p̃cedente, vbi posui de ducib⁹, comitib. marchionib. Hic vero tm̃ loquar de baronijs, & alia dignitate sibi, vel inferiori.

Tertio, vt dicit idẽ Zoderic vbi s. nobilitatẽ cõciliat tẽperãtia: sunt. n. nobiles vt plurimũ reipublicæ occupati, ea de re assueti sunt temperate viuere: & hæc temperantia est multum necessaria in principibus, vt te net Lucas de Penna in l. nempe. C. de fabricensibus lib. 11. vbi ample de ea.

Quarto, vt dicit idem zodericus, nobilitas ẽ plurimum honoratiua nec aliorum despectiua. Non. n. reputant nobiles alia bona nisi animæ, quare virtuti deditos non despiciunt Dicit tñ idem Lucas ĩ d. l. 2. C. vt rustici ad nullum obsequium. sunt nimiũ honoris appetitiui, & ꝓgenitorum despectores.

Quinto nobilitatẽ ipsã prudẽtia & ĩdustria comitan tᷣ, subtiliter. n. generosi iuestigãt quid eos gerere oportet: vnde dicit tex. ĩ l. oĩa. C. de cõditis in publicis, lib. 10. ꝙ certa officia pro vtilitate reipublicę cõmittuntur nobili prudẽti, quasi velit dicere, ꝙ prudentia comitatur nobilitatem, vt ibi etiam Luc. de Pen. multa de prudentia ponit, & quis sit prudens.

Sexto nobilitas affabilis est & plurimũ curialis, cõmuniter. n. versantur in regum domibꝰ & principum curijs, & iõ moribꝰ. vestiuntur. Qui. n. in domibus regũ sunt, morib. regunt. Et, vt dicit idẽ Luc. in d. l. 2. C. vt rustici ad nullũ obsequiũ. Nobiles politici & affabiles, qđ secus est ĩ rusticis qui sũt solitarii, rudes, & siluestres, & ĩ cãpis victitãt, & ob eã rẽ (ut Philosopho placuit) nequaq̃ sunt bñ conuersatiui: vñ solet dicit, Rustica ꝓgenies nescit hr̃e modum.

Septimo, quia nobiles spõte ꝓmittũt & exsoluũt, & in bñficijs crescũt. c. 1. de dona. §. si minus. ĩ auth. de nõ alie. & §. sed neq;. in auth. d̃ mãd. prin. ibi: custodiẽs datũ ei verbũ. vñ Prouer. 25. vẽtus, & nubes, & pluuia nõ veniẽtes, dr̃ uir gloriosus ꝓmissa nõ cõplẽs. Nã & ĩterdũ ẽ qui ꝑ cõfusione promittit amico, & lucratᷣ eũ inimicũ gratis, s. non ĩplẽdo ꝓmissa. ita dicit Luc. ĩ l. mulieres. in 5. col. C. de dignitatib. li. 12. vbi ponit 25. priu. nobilitatis. plura etiã ponit cepo. in tra. suo de imper. militum eligẽdo. in verb. nobilitatis. vbi ponit 47. priuilegia nobilitatis. & in finalibus verbis dicit, ꝙ tot laudes habet nobilitas, quot in æthere sidera fulgẽt. & Bonꝰ de Cur. in suo tra. nob. in 6. par. vbi ponunt 56. priuil. nobilitatis.

Octauo ergo laudãdi sũt nobiles ĩ hoc & priuilegiãtur, quia nobili reuerẽtia debetur ab ignobili sicut seni a iuuene. Esaiæ 2. & Maccab. 2. c. 6. quasi in fi. ideo ex his ĩfero ꝙ nobilitas quæ virtutib. ẽ adornata, est perfecta, & cunctis aliis ꝑferẽda, vt ait Iudocus Clicthoueus in tractatu de nobilitate. c. 10. Et isti nobiles genere lingua vernacula gentiles homines uocãtᷣ, quasi ingenui, ab origine gẽtis, & quorũ maiores seruitutẽ nullã prorsus seruierunt, videlicet ab ascriptitiis & cõditione quadã obnoxiis, distinguere eos volens q̃ ob id eadẽ lingua uillani dicuntur, vt dicit Budæꝰ in suis annot. in l. 2. ff. d̃ ori. iu. ibi: ex eadem l. paulo post vindicias, &c. in fi. & ibi d̃t, ꝙ apud antiquos tria erãt gñа hoĩum: agnationis, gẽtilitatis, et stirpis. et ibi ponit q̃ sit gentilitas, et qui sint hoĩes terræ et cęli, d̃ quib. alibi dicã.

TRigesimatertia cõsi. Nobiles ẽt in pœnis honorãtur, quia mitius puniuntur, c. fi. vbi gl. et doctо. extra de pęnis. vbi dr̃. Mitius punit nobilis quoad pœnã corporalẽ, q̃ ignobilis: qđ intelligendũ est, vt ꝑ Fel. in c. pastoralis. in prin. de offic. delegati, et ibi limitat hoc in sex, aut septem casibus, videlicet in proditore, in heretico, in Papa, in Imperatore, in excessiua contumacia, in illo qui delinquit in officio suo. dixi in commentarijs nostris super consuetudinibus duca. Burg. in ti. des droictz et appart. agens mariez. §. xx. inci. entre toutes aultres gẽs. ĩ ver. descendre. Alias tres limit. ad hoc ponit idem de Curtili in sæpe d. tra. in 5. par. in 1. priui. vbi dicit ꝙ hoc fallit qñ ex illa dignitate nobilitatis augetur qualitas delicti et principis mandatũ cõtemnitᷣ, ẜm Bal. in c. 1. §. si quis vero temerario. de pace. iur. fir. qui casus satis cõprehẽditur per Fel. qñ dicit in proditore, et in officio delinquẽte saltẽ. Et ẽt, vt d̃t, fallit in cã peccati, vt ibi ꝑ eum, et istud priuilegium describit pro quarto cæpola, in supradicto loco.

Hinc est ꝙ nobiles nõ torquẽtur in casib. in quibꝰ alᷣs plebei torquerentᷣ. ita dicit cy. in l. diuo Marco. c. de quæst. de quo plene ẽt ꝑ eundem de curti. vbi s. in 2. priuil. Sed q̃a, ut dicit Benedicti in sua repet. c. Rayn. in ver. mortuo itaque testatore primo. in octaua fallen nu. 222. extra de testam. hæc nõ habent locum in Francia, cum quilibet torqatur ĩdistincte casu existente. cum reatus oẽm honorẽ excludat. l. 1. c. ubi senato. uel clariss. iõ aliter nõ insisto,

sto, cum satis plene examinet idem de Curtili vbi s.

Hinc ét est, ꝙ ex cõsuetudine nobiles nõ suspẽdũtur, sed decapitantur. Bar. in l. capitaliũ. §. serui cæsi. ff. de pœn, & in l. desertorẽ. §. pęna militũ. post glos. ibi. ff. de re mil. Bal. in c. j. §. si rustic⁹. in fi. de pace tenen. in vsib. feud. & istud priuilegiũ posuit Cępo. in loco s. alleg. in 6. priuileg. & Bonus de Cur. in 1. etiã supra alleg. vbi ponit ꝙ pœna suspẽsionis ẽ ignominiosior q̃ decapitationis. Scdm tñ locorũ cõsuetudines distinguit, vbi facit mẽtionẽ de cõsuetudine Frãciæ, in qua pęna suspẽsionis nõ est ignominiosa, vt dicit G. Bened. & in loco s. alleg. & ét Bon⁹ vbi supra dicit pœnã suspẽsionis esse grauiorẽ extẽsiue pęna decapitationis, ſm quod comprobat cõsulendo Decius in cõsi. suo 65. inci. & ꝓ tenui mea facultate.

Hinc ét est, ꝙ mulier nobilis nõ dãnatur in metallũ in ꝑpetuũ vel ad tps, licet alias si nobilis non esset dãnari posset, tex. cũ gl. in l. aut damnũ. §. in ministeriũ. ff. de pœn. Et istud est 6. priuilegiũ Cæpolæ in loco supra alleg. positum per Bonũ in 27. priuil.

Hinc ét est ꝙ magis ignoscit᷑ alicui pp nobilitatẽ teste Cice. lib. 2. Rheticorũ. vbi de deprecatione docẽs ait. Hæc ignoscẽdi rõ q̃reret᷑ ex his locis, si plura aut maiora officia, q̃ maleficia videbũtur cõstare, si qua virtus, aut nobilitas erit in eo qui supplicabit. & facit tex. ĩ l. splẽdidioris. C. de diuer. offi. li. 12. vbi habetur ꝙ crimina nobiliũ facilius occultant᷑. Luc. de Pen. in l. mulieres. in 20. priuile. C. de digni. li. 12. Et istud ẽ septimũ priuilegiũ Cæpolæ, & Boni 29. in locis iam sæpe supra allegatis.

Et istud priuileg. multũ facit ꝓ grĩs impetrandis, qm̃ ét si possint aufugere nobiles nõ tenent᷑, vt tenent Bar. & alij in l. vt vim. ff. de iust. & iu. Et ideo eis facilius cõcedit᷑ gratia q̃ rustico & ignobili, qui aufugere debet si põt. & faciũt ét ad ꝑdicta quæ supra dixi, ꝙ intuitu nobilitatis delinquenti parcitur.

Hinc est ét, ꝙ si nobiles ĩ adulterijs deprehẽdant᷑, nõ ita faciliter vt plebei deprehẽsi occiduntur, notatur in l. Gracchus. C. de adul. & in l. marito. ff. e. ti. & hoc ꝓ priuilegio ponit idẽ Lucas ĩ d. l. mulieres. in 18. priuil. & Bonus de Cur. vbi supra pro 1. priuile.

TRigesimaquarta cõsi. In ꝓmissis nobiliũ maior fides adhibet᷑, qa ꝓmissa nobiliũ ꝓ factis hñr. arg. tex. in l. nemo. ff. de in integ. resti. ita ad hoc illũ tex. alleg. And. de Iser. in c. 1. §. hoc ĩtelligẽdũ. in ti. q successores teneãtur. in usib. feu. plus dicit Corse. in repe. c. grãdi. de supplen. negl. ꝑla. col. 2. li. 6. ꝑ tex. in c. 1. de dona. ꝙ ꝓmissa nobiliũ sunt debita, cũ dicat ille tex. nobilitas lege ponit, vt debere se qđ spõse tribuit. i. retribuere ꝓmisit existimet, & istud est 3. priuileg. qđ Bonus de Cur. in loco s. alleg. inseruit. Rõ ꝑdictorũ ẽ, quia ĩ nobilib. maior credit᷑ fides ineẽ q̃ ignobilib. & in ipsis tutior pp decus nobilitatis, ꝓ qua ꝑsumit᷑ ſm gl. singu. in c. illud. 40. d. quã dicit esse singularẽ Roma. singu. suo 722. inci. scis hoc.

Ex q̃b. ĩferũt doctores, ꝙ excusat᷑ quis nobili ꝯfidendo, puta de eo qui castri custodiã hẽbat, & in locũ sui subrogauit nobilẽ, fuit excusatus, quia verisimilr credere potuit: ex quo nobilis, nõ facturũ ꝓditionẽ. đ quo ꝑ Io. And. ĩ addi. Spe. ĩ ti. đ locato. §. 1. qđ posuerat Old. añ eos ĩ cõsi. 94. & Barb. in cõs. 3. inc. ꝑclare. ĩ 2. vol. & ĩ extrauagãti, cupiẽtes. ĩ sua repe. in ver. nobiles. Et de Potestate qui nobilẽ ĩcarcerauit tm̃ in palatio. de quo per do. meũ Ias. in l. iubemus. in 2. col. C. de iudi. & in repe. l. admonendi. in l. 57. & 78. col. ff. de iureiu. cũ plurib. concord. allegatis per Bonũ in dict. suo tract. in 5. priuilegio.

Hinc est ꝙ nobiles vocantur ad nuptias, ut dicit Alberic. de Rosate in suo dictionario, ĩ ver. nobiles. & Cępo. ĩ d. loco, in 12. priuil. & Bonus ĩ l. priuil.

RIgesimaquinta cõsi. In multis casib. ĩ quib. ñ licet plebeio donare, tñ licitũ ẽ nobili donare, & ei ꝑmittit᷑, cũ ꝓpriũ nobilitatis sit donare. c. 1. vbi Pan. de don. facit qđ no. in d. c. grãdi, ĩ verbo, liberã: de supplẽ. neg. præl. facit. l. filius. §. j. ff. de dona. Et hoc quia dẽnt cẽ liberales, vt ample ꝑ multa deducit Bonus de Cur. ĩ d. tra. in quarto priuil. & ibi ponit qũo ĩ multis ꝑsumit᷑ donatio fauore nobilitatis, q̃ alias nõ ꝑsumeret᷑, vt in marito nobili & potente, qui præsumitur donare bagas & iocalia q̃ trãsmisit vxori ſm Bal. in c. iurauit. de ꝓbatio. quod alias nõ ꝑsumeretur ſm Bar. in l. si vt certo. §. interdũ. ff. cõmoda. & ét si maritus sit nobilis, præsumit᷑ donare ea quæ cõcessit vxori, vt vult glo. in l. vxori. ff. de leg. 3. & ibi Bar. notãs ad hoc illã gl. & Bal. ĩ l. 2. post prin. C. de iure dotiũ, & ĩ c. j. ad fi. qui feu. dare pos. & facit quod dicit idem Bal. in l. si paterno affectu. C. đ neg. gel. ꝙ si uitricus faciẽs expensas priuigno sit nobilis, facilius præsumitur donare quam ignobilis.

Faciũt & alia quæ ponit idẽ de Curtili ĩ dicto loco, ubi ꝑ eũ ample, dicens ꝙ liberalitas in nobili est multũ laudãda & necessaria, quæ cum sit extra propositũ, nõ insisto. Et etiã duos alios casus ponit in 7. & 8. priuile. in quibus alias potius præsumeretur fatuitas seu stultitia, quam ponatio. secundum Bal. in l. generaliter. C. de non nume. pecu. Tamẽ in fauore nobilitatis præsumetur donatio, quæ sub hoc comprehendi potest. & de hoc etiam vide per Io. Lupũ in repe. rub. de donatio. inter virũ & vxorẽ. in §. 9.

Hinc est qm̃ licet maritus đ iure cõi cõfitẽdo pl⁹ recepisse ab uxore q̃ receperit, nõ sibi ꝑiudicat talis cõfessio ad id qđ plus ẽ cõfessus, quin ad illud agere possit. l. si volũtate. C. de dotis promi. ita ꝙ sibi cõpetat exceptio nõ numeratæ dotis. l. j. C. de dote cauta nõ numerata. Et ét hoc habemus ex cõsue. nr̃a duc. Burg. in ti. droictz & apparten. a gẽs mariez. § le mari & la femme, & in pluribus locis Frãciæ: tñ si plebeius vl' alias nõ nobilis ĩ vxorẽ ducat nobilẽ mulierẽ, & se plura recepisse ab vxore cõfiteat᷑, q̃ ĩ veritate receperit, nõ poterit agere ad id qđ pluris est, nec. n. excipere de nõ numerata pec. fauore nobilitatis: præsumit᷑. n. id ei donare voluisse in recõpensam seu remunerationẽ honoris sibi ꝑ ipsam impẽsi eũ despõsando, siue ét in recõpensam dãni, qđ patit᷑ ipsa nobilis mulier accipiẽdo eũ ĩ maritũ. cũ pp id sua nobilitate priuet᷑. l. j. & l. mulieres. C. de dig. lib. 12. ita dicit Bar. in l. si volũtate. C. de dotis promissio. dicẽs esse suum nouum dictum, & de cõsuet. seruari. & ĩ l. si diuortio, quẽ sequunt᷑ ibi Ale. do. meus Ias. & alii ff. de ver. obl. cum plurib aliis allegatis ꝑ dictum de

Curtili

Curtili in loco supra alleg.in 6 priuile.vbi dicũt ꝙ Roman⁹ ĩ d.l.si diuortio.& do.Soz.in l.1.in 13.col. ff.sol.ma.dicunt cõtrariũ de iure esse verius in puncto iuris, quos allegat idem d.Ias.in d.l.si diuortio. vbi amplissime tractat,& idem do.Ias.in l.fin.in 3. col.C.de verbo.sig.& in l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iure.& in l.si nõ sortẽ.§.libertus.ff.de condi.indeb.

Quicquid sit de iure,ego semp tenui & teneo, ꝙ hęc nõ habẽt locũ apud nos cõstãte mr̃imonio p cõsuetudinẽ nostrã duc.Burg.ĩ ti.des droictz & appar ten.a gens m ariez.§.7.inc i.le mary & la femme. & si hæc essent vera,esset magna limitatio ad consuetudinem nostram,quæ non limitatur,ideo cautius est vt in contractu matrimonij fiat talis remuneratio q̃ voluerint: quia alias non esse valida, ideo apud nos cassaretur & declararetur inualida.

Ego tñ vidi in cã emergẽti inter quondã nobilẽ virũ dñm Claudiũ de Spiry,fratrẽ & hr̃dẽ quõdam nobilis viri Io.de Rabutin dñi đ Bourbilly, qđ Iacquetta de la Riuiere eius relicta obtinuit in ꝓuisione a curia super summa confessata per eũdem dñm de Bourbilly, q̃ fuit ẽt facta ipso existente in lecto mortis,vbi cõfessus fuit se habuisse ab ei⁹ vxore bona ĩmobilia vsq. ad summã duorũ mille Francorũ, & fuerunt sup illa cõfessione facta per eũ adiudicati mille frãci per modũ ꝓuisionis, qđ videbaṫ durũ stante dicta cõsuetudine: cũ ẽt,quod plus est,vterq; esset nobilis in pari gradu nobilitatis,& quo cessare dẽbat ꝑdicta ꝑsumptio ẜm Bar.in d.l.si voluntate. & in d.l.si diuortio.vbi ita ĩtelligit dictã l.j.C.de donationibus.ante nuptias.& ita amplẽ etiam limitat Cæpola in dicto tract.de Imperato.mil.eligendo.in verbo,nobilitatis.in 34.priuilegio nobilitatis.

Hinc est, qm̃ ex ꝑdictis simul iũctis elici põt, nã licet de iure cõi duo spãlia circa vnũ cõcurrere non possunt.l.j.C.de dotis ꝓmissio.de quo p d.meũ Ias. in §.fuerat.12.col.insti.de actioni.tñ fallit ĩ ꝑdictis casibus nobilitatis remunerãdę causa,vbi cõcurrunt duo specialia,videlicet ꝑsumptionis donationis, cõtra l.cum de indebito.ff.de ꝓbatio.& validitate donationis inter virum & vxorem.con tra ti.C.& ff.de donatio.inter virum & vxorem. Et istud priuilegiũ ita collegit Bonus de Curtili in d.suo tract.in nono priuilegio.sed quia hoc non haberet locũ apud nos stante consuetu.nostra,non aliter insisto.

TRigesimasexta cõsid.In electionib. debẽt nobiles ãnferri: in dubio.n.ꝑsumitur ꝓ nobilitate ad officia regẽda.tex.est ĩ §.iterim.ĩ ver.vniuersi nobiles ciuitatũ.ĩ auth.đ đfenso.ciuitatũ.& ĩ §.audiẽt. ibi: cõuenit.n.vnũquéq; nobiliũ.eo.aut.& ĩ auth.đ referẽdariis.§.fi.coll.2.& satis ẽt ꝓbatur 24.d.c.quãto eps.in ver.genus.& notat Bar.in l.j.in 3.col.ibi. Nã plebeius.C.de digni.& Io.de Pla.in l.1.illũ text. C.de cõditis ĩ horreis publicis.li.12.dũ dicit ꝙ ĩ electione officialis cõsiderãda est nobilitas. Ample per Cępolã in d.tra.in 1.priuilegio nobilitatis.& p Bonũ in suo tra.in 10.priuilegio,vbi dicit, ꝙ interest reipublicæ gubernari per nobiles,& non per plebeios.Nõ enim ẜm numerũ siue ordinẽ,sed secũdum hominum qualitatẽ seu dignitatẽ sunt honores cõferendi: vt l.honores.in principio.§.is qui.ff.de decurio.& ample dicitur in locis hic ante allegatis.

Et hẽt ẽt istud locũ in electionibus bñficiorũ ca. officij.ibi: quendam virum nobilẽ: extra de electio. Cæpola in loco supra alleg.in 15.priuilegio.

Hinc est,q͞a si in electionib.& alijs actibus uoces sint æquales,& hincinde numero pares,nobiles pręferunṫ,argumẽto.ff.de pactis.l.maiorẽ.ibi,q digni tate inter eos ꝑcellit.& ibi.d.meus Ias.notat.& etiã Bar.in l.1.in 12.col.C.de digni.lib.12.argumẽto d. l.maiorem.& l.3.§.j.ibi: cuius dignitatis.& ibi: alia dignitas.& l.ob carmen.§.fi.ff.de testibus.

Et facit quod dicunt Inno.& Abb.in c.dudũ. de electio.vbi Abbas Panor.dicit,quod maioris autoritatis est vox nobilis quam plebei.

Etiam facit quod dicit Arch.in c.hæc aũt scripsimus.in fi.30.di.vbi dicit, quod in electionibus habenda est ratio. & istud est secundum priuilegium, quod posuit Cæpola in d.suo tracta.& 13.Boni de Curtili in suo tractatu nobilitatis.

Hinc est ꝙ in eligendo marito ꝓ puella consensus nobilis est præferendus.c.j.32.q.4.quem tex.ad hoc allegat Lucas de Pen.in d.l.mulieres.in 6.col. C.de dignita.li.12.in 21.priuilegio.

TRigesimaseptima cõsi. Nobiles honoranṫ q̃ũ ad testimonia,quia ĩ dubio ĩ testimonijs ferendis nobiles ꝑferunṫ.ĩ l.3.in prin.ff.de testib.l.ob carmẽ.§.fi.ff.e.Spe.ĩ ti.de teste.§.circa prin.ibi quarto fallit.vbi dicit ꝙ si q̃riṫ an mr̃imoniũ sit vel nõ,spõsa forte dicẽte cõtractũ,spõso negãte,si ipse sit nobilior vel honorabilior,pater & mater spõsæ non admittuntur ad testificãdũ: si vero par vel inferior,sic ĩ fauorẽ matrimonij.c.sup eo.extra de testibus.&c. sup lr̃is.extra de spõsalibus.ita dicit Cæpola ĩ d.tra. in 3.priuilegio nobilitatis.Maior fides præsumiṫ in nobili pp eius nobilitatẽ.firmat gl.in c.si testes.§.testiũ.ĩ uer.quis decurio.4.q.3.Bal.in l.testiũ.ĩ 3.col. C.de testib.& ibi Bar.dicẽs,ꝙ magis creditur duob. testib.nobilib.q̃ plurib.plebeis seu rusticis.sequitur d.me⁹ Ias.ĩ l.maiorẽ.ĩ prin.ff.de pactis.& Ale.in cõsi.28.col.3.ĩ 1.vol.repetito in cons.31.in 2.volu.& istud cons.Alexãdri allegat Bonus in loco s̃.alle.in 14.priuil.sed nõ facit ad ꝓpositũ, cũ solũ dicaṫ ibi per Ale.ꝙ dictũ notabilis uiri ĩducit iustissimã credulitatẽ,qđ ꝓcedit ẽt ĩ multis alijs qui sunt notabiles licet nõ sunt nobiles: de quo dicto plene per do. meũ Ias.ĩ l.ꝓperãdũ.§.sinaũt alterutra in 4.col.C.đ iudic.in repe.l.admonẽdi.in 74.col.ff.de iureiurando.p Fel.in c.cũ cõtingat,in 234.col.extra de re iudi.& in c.de 4.in 7.col.ver.1.doctrina.extra de ꝑscr. & per eundẽ do.meũ Ias.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.ff.de noui ope.nunc.Vnde statur interdũ dicto vnius nobilioris.8.q.3.c.fi.Lucas de Pẽna in l. mulieres.in 9.priuilegio.

Hinc est,ꝙ testes vilis conditionis cõtra uere nobiles seu in dignitate positos non admittuntur ad testimonium,vt dicit Lucas de Penna in d.l.mulieres.in 25.priuilegio.& in l.1.C.de reis postulatis.

TRigesimaoctaua cõsi.Nobilitati defertur, quo ad honores,quo ad salutationem,& sedis inter

iudices

iudices assignationẽ.tex.est in l.fi.§.sedendi.C.vbi se natores,vel clarissimi.& in l.2.& fi.C. de offi. diuer. iud.facit qđ nota.gl.in c.necesse.in verbo,quantũcũ que.in q.10.& in §.aliã vero. inst. de bonorum pos sess.in verbo,altiori.& istud est vnum ex priuilegijs Boni num.12.in dicto suo tractatu.& in 45.priuilegio eiusdem.& sic de vno facit duo.

Hinc est, ꝙ si quis alicui nobili tenetur reddere rationem,debet accedere ad eũ.tex. est iuncta glo. in verbo,æstimandũ,in l.pe.§.fi.ff.de cód. & demon. & istud est vigesimumquintũ priuilegiũ Cæpolę in loco supra all.& Boni de Curtili 16.

Hinc est ẽt, ꝙ circa res publicas maior eorum est autoritas.l.2.in fine.C.de prædijs curialium.Luc.de Pen.in d.l.mulieres,in 5.priuilegio.

Hinc est,quia ẽt circa legationes est maior eorum autoritas & ꝓferunť,l.pe.ff.de leg.& istud posuit idẽ Luc.in d.l.mulieres,in 6.priui.& in rub.C. de legat. vbi ponit,quæ requirũtur in legato,seu ambasiatore

Hinc ẽt est, qm̃ ad eos mittitur tanquam ad egregias personas.ita tenet Lud.Rom.singulari suo 170 inc.Itẽ quæro.vbi dicit ita fuisse determinatũ per dominos de Rota Romæ dũ casus contigisset de facto & intellige de nobili paupere, qui pp verecundiam, non potest uenire ad iudicium, vt videtur tenere gl. in c.si qui testiũ. de testi. & ita videť tenere Cæpola in d.tract.de imperatore militum eligendo. in verb. nobilitatis.in 32.& 34.priuilegijs.& Bonus de Curtili vbi supra in 17.priuilegio.

Istud tñ nõ placet do.meo Ias.in l. ad egregias. in 2.col.ff.de iureiu.quia istud priuilegiũ nõ concediť egregiæ ꝑsonæ pp paupertatẽ aut pp uerecũdiã,imo pp excellentiã ꝑsonarũ,& earũ dignitatẽ.Et mihi verior ista opinio dñi mei in magnatibus,& magnis, nobilibus,ad quos ẽt solet mitti,qñ maxime sunt in ciuitate:& ita practicatur apud nos.De paupere aũt nobili licet illa gl.sit in d.c.si q testium.tñ nihil quo ad nos practicatur,qm̃ cogũtur uenire ad iudicium. q̃cquid dicat Bonus in prædicto loco,in 18.priuile.

Hinc ẽt est,quia ad imperatoris,principũ,dñorũ, & potentũ latus nobiles stare debent,nõ aũt plebei, seu populares.l. oĩum.circa prin. ibi:inter tot nobiles.C.de test.& ibi Bal.in prin.q dicit,ꝙ ubi est princeps,& ibi astãt nobiles:quẽ sequitur dom.meus Ias. post Ang. in j.notab. vbi ẽt plus infert, ꝙ præsentia principis nobilitat hoĩem,ita ꝙ eo, ꝙ qs adest principi,seu ipsum comitatur,ꝓsumitur esse nobilis.l.j.C de ꝓpo.labo.lib.12.& istud est tertiũ priuilegiũ Cæpolæ in d.tract.de imp.mil.elig. in verb. nobilitatis. vbi dicit,ꝙ hac ratione, quia nullos nobiles iuxta se habebat,sed illos a sua curia expulerat,expulsus fuit à regimine ciuitatis Veron. & ẽt istud priuilegiũ ponit Bonus de Curt.in 21.priu.in loco supra allegat.

Hinc ẽt est,quia nobiles debent mitti obuiã principi cũ veste pulcherrima,& decora, & barba tonsa. 2.Reg.19.de quo Vincentius Segault in suo opere ĩ 4.c.regali.& istud priuilegiũ ponit Cæpola in dicto tractatu,in.30.priuilegio ,nihil tamen allegat.

TRigesimanona consider. Nobilitati in beneficijs magis est prouidẽdum,vt no.Goffred.in summa in ti.de temp.ordinando.§.sed circa hospitalitatẽ.in fine,ibi,ĩ 2.casu.81.d.c.nõ ver. itẽ cõsiderãdo.faciũt regulæ cãcellariæ Innocẽtij 8.in regulis.l.51.& 52. regulis cãcellariæ Iulij II.in 2.& 3.par.& ibi cõmentator Hisp.q̃ multa accumulauit de hmõi priuil. & ibi fit mẽtio de triplici genere nobiliũ,s.in secũda de illustribus,vt sunt nobiles de ducũ,comitum,& marchionũ genere: & ĩ tertia de alijs magnis nobilib.de quib.in dictis reg.Innoc.& postmodũ de inferiorib. nobilib.ex inferiori nobilium genere procreatis.

Et ẽt,vt dicit idẽ cõmẽtator allegãdo quendã suũ tractatum. Nobilitas generis est sextuplex: magna, vt baronũ,maior,ut ducũ:comitũ,& marchionũ maxima,vt regũ,& ĩperatorũ.Parua, ut nobiliũ magnatũ nõ habentiũ dignitatẽ baroniæ,seu aliã superiorẽ, vt sunt isti nobiles apud nos,q̃ habent castra magna cũ castellanijs,aut præposituris, & simplicibus iurisdictionibus absq; sigillo,& balliuatu.Minor,ut inferiorũ a magnatibus,vt sunt apud nos plures nobiles, qui ex redditibus eorũ simpliciter viuũt cum statu forte duorũ aut triũ equorũ.Minima,vt sunt plures qui habẽt aliqua bona ex quib.viuũt,& cõtentantur vno equo,& in suis domibus faciunt colere,& laborare suas terras:& sũt fortè illi de quibus supra dixi in 18.cõsid.istius partis:& tales latius distinguit dictus commentator in dictis locis,quia etiã in beneficijs obtinendis habentur in consi.

Aduertatur tñ ad vnũ,ꝙ ẽt in beneficialibus rõne nobilitatis spectat genus mr̃nũ (q̃a mulieres ẽt dñt nobiles,vt s̃.in fi.cõsid.2.partis.)& ita fuit iudicatũ, ꝑ Rotã,vt ibi refert dictus cõmentator. ꝓ quo facit c.nouit de iudicijs.qđ ibi notat Host.Io.An. & Pan. & facit gl.iũcto tex.ĩ auth.de ĩcestis nuptijs.§.j.ĩ ver. gñi.col.3.& ibi Ang.ĩ alijs tñ secus.l.j.ff. ad munici. Dyn.ĩ regula gñi.de reg.iur.ĩ 6.& ꝑdicta faciũt ꝓ cõ cordatis nr̃is ĩ ti.de elect.ver.quinquẽniũ vero ibi: in quib.&c.vbi loquitur de nobilib.ex vtroq; parente, qui priuilegianť, & dispensanť de minori tempore studij vltra alios. Et de ista materia qñ nobilitas ex parte patris,aut matris attẽdat ponit amplè G.Benedicti in sua rep.c.Ray.extra de testa. in primo verb. s.Raynutius,in prin.dicam latius alibi.& aliquid tetigit supra ista parte,in 2.consideratione.

Hinc est q̃a solius nobilitatis fauor est sufficiẽs ad causandã dispensationẽ super pluralitate beneficiorum secundũ Inno.in c.dudũ. ad fi. de elect. ibi. Itẽ si Papa.vbi sẽtit,ꝙ sola nobilitas est sufficiẽs ad causãdã dispensationẽ super pluralitate beneficiorum ẽt sine literatura.facit tex.& qđ ibi nota.in c.multa.extra de præb.facit tex.in extrauagan.Io.2.quæ incipit execrabilis.ibi: qui pp ipsorũ sublimitatẽ,& generis claritudinẽ.& vidi aliquas dispẽsationes impugnari & illas non habere effectum,eo ꝙ impetrauit dispẽsationẽ de quarto,asseuerãs se nobilẽ ex vtroq; parẽte,& tñ nõ erat nobilis,nisi ex vno parẽte. Nã in hoc ex quo asserit quis se nobilẽ ex vtroq; parẽte, cũ non sit nisi ex vno,cõmittit mẽdaciũ,ex quo carere debet impetratis.l.& si legibus.C.de preci.imper. offe. canonizata,25.q.j.c.& si legib.& tales etiam incidunt in falsum,& tanq̃ falsarij sunt puniendi, nisi vulgo-

reputent nobiles.text.in l.eos.§.qui se pro milite.ff. de falsis,vbi ille q se pro milite gessit, q nõ erat,puniendus est tanquã falsarius,quẽ Bar.no.cõtra illos, qui se doctores appellant,cùm nõ sint.idem Bar.in l. reddat.C.de professo.& medicis.lib.10.Pe.de Anc. in c.ad apostolicæ.de priui.in 6.Io.de Ana.in rubr. de magistris,in 6.col.& in rub.de crimine falsi,in 6. col.Fel.in procem.decretaliũ.in 12.col.ver.tertia cõ clusio.cũ alijs allegatis per Bonũ de Curt.in suo tra cta.nobilitatis,in 2.par.nu.165.ex quo sequitur, q vnde puniri debent priuilegium consequi non possunt:dolus.n.& delictum alicui patrocinari non debent.c.pen.extra de concessione præbendæ.

Vlterius,q in beneficialib.genus maternũ cõsideretur,patet:quia,vt dicit Ioann.And.in c.fina.de filijs p̃sbyterorum.non valeret dispensatio facta per Papam cum nato ex coniugato nobili,& soluta nobili,nisi de nobilitate materna fuerit facta mentio, vt plene per Fel.in c.postulasti.col.4.extra de rescriptis. Nam nobilitas aggrauat delictum.

QVadragesima consid. Nobili defertur in bonis, qa pp nobilitatẽ viri maior,& latior dos est ab vxore cõstituẽda:qm̃ iuxta viri nobilitatẽ dos cõstitui debet,s̃m gl.j.iuncto tex.in c.nullũ.30.q.5.facit tex.in l.quæro.& in l.cũ põt.§.gen.& §.seq.ff.de iu.dot.& in l.si filiæ pater.ibi:ex dignitate.ff.de le.3. faciũt,quæ dicit Dec.in consi.suo 180.in 3.col.ĩ prĩ. qđ est ẽt limitandum,nisi mulier esset pulchra, quia pp pulchritudinẽ mulier facilius maritat̃, not.in l.si volũtate.C.de dot.p̃mis.dixi in commenta.nostris sup cõsue.duc.Bur.in rub.des droictz.& app.à gens mariez.& amplè s̃.in 2.par.huius operis,in 22.cõsi. Istud priuilegiũ enarrat Bon.de Cur.vbi supra ĩ 29. priui.& p Cæpol.vbi s̃.in 35.priuil.in quib.locis p̃dicta allegant præter limitationem precedentem.

QVadragesimaprima consid.Licet alias pater plebeius dotans filiã habentẽ bona materna siue aduentitiũ peculiũ,si cõstituat filiæ suæ maiorem dotẽ attẽta cõditione sua, q tenet̃ seu q cõpelli possit iudicis officio dotare iuxta l.liberos.ff.de ritu nu. & in l.obligamur.§.lege.ff.de ac.& obl.vt qa plebeiꝰ attẽta sua qualitate nõ debuisset eidẽ vltra florenos mille cõstituere:verũ qa diues,& opulẽtus cõstituit sibi duo millei dotẽ,nõ p̃pterea poterit allegare se illa mille excedẽtia conditionem sui status cõstituisse de bonis filiæ suæ maternæ seu aduentitijs,quinimo totã dotẽ cõstitutã de matrimonio suo soluet,nõ imputãdo in illa bona materna.tex.est in l.fi.ad fi.ver.si vero,& ita intelligit ibi illũ tex.in gl.in ver.idoneã. C.de dot.p̃mis.Si tñ fuerit aliqs nobilis,& de nobili p̃sapia ortus,habens filiam bona materna tenentem seu aduenticiũ peculiũ,illãq; dotando simpliciter cõstituat sibi mille scuta solis,dotẽ quippe nimis excessiuã attẽtis facultatibꝰ, ipsius patris, cũ sit satis paup, & tenuis in bonis,sed attẽto statu suæ cõditionis,nobilitatis,& familiæ cõpetentẽ, & cõdecentẽ, poterit imputari sibi id qđ plꝰ cõstituit attẽtis facultatibus, iuxta quas dos est cõmẽsurãda iurib.hic in p̃cedenti priuilegio allegatis;videlicet in bonis ipsius filię mĩnis,& tũc partẽ dotis cõstituisse de bonis filiæ, partẽ de bonis.tex.est ĩ d.l.fi.ver.vbi aũt.C.de dot.p̃mis. Et hoc opat̃ status,& cõdõ nobilitatis.Et rõnẽ diuersitatis assignat idẽ de Curt.ĩ d.loco in 20.priui.quia scđo casu pr̃ dr̃ fecisse cõditionẽ filiæ meliorẽ,& vtiliter gessisse negotiũ suũ,attẽto nobilitatis statu ipsiꝰ primo casu,nõ ita dicit declarasse do.Carolũ Ruinũ l.j.ff.sol.mat.& vt dicit,facit ĩ arg.tex.ĩ l.ius alimentorũ.ff.vbi pup.educari debeat,& tex.ĩ l.cũ plures.§. nimium.ibi respectu æstimationis pupilli.& §.se.ibi pro dignitate natalium.& in l.tutor secundum dignitatem.ff.de admi.tut.

Ego volui de verbo,ad verbum hic inserere hmõi priuilegiũ ad demõstrandũ,q ille tex.ĩ d.l.fi.nihil facit ad p̃positũ,q in hoc plꝰ priuilegiet̃ nobilitas in scđo casu,q̃ in primo,nec q hoc faciat status nobilitatis ĩ scđo casu plusq̃ ĩ primo:imo q ita dici põt,q ĩ primo casu erat nobilis p̃ut in scđo, vt clare videri põt,& sic p̃bat̃. Nã,vt dicit ibi tex.ẽt ĩ primo casu liberalitas aũt paterna dotẽ,vel añ nuptias donationẽ dare suggessit.& decidẽdo primũ casum dicit: Liberalitas itaq; talis remaneat vera, & irreuocabilis, vt puro noĩe liberalitas,& debitã suã sequat̃ fortunã,q̃ q.dẽ liberalitas cõuenit nobilib.tex.ĩ §.hoc amplius, inst.de rer.diuis.& ĩ l.fi.C.de consulib.lib.12.Ludo. Rom.sing.suo 664.in c.nobilitas.ergo in vtroq; casu est nobilis,sed ĩ uno cõsiderata est inopia,& ĩ alio abũdantia bonorũ,& hoc ne pr̃ deueniat ad inopiã, q̃ est sola cõsidera.secũdi casus, & diuersificationis à patrimonio,& nõ nobilitas in scđo vltra q̃ sit primo casu.Et ita mihi vr̃ cõtra opi.Caroli Ruini,& predicti Boni,ex quo nõ debebat tale quid poni pro priuilegio nobilitatis,prout nec etiam posuit Cæpola.

Hinc ẽt est,q nobili ad paupertatẽ redacto debet dari gratis soldata,vt tenet Barth.Cæp.ĩ d.suo tract. de imp.mil.eligẽd.in verbo,nobilitatis.in 31.priui.

QVadragesimasecũda consid.In constitutione dotis,aut donationis pp nuptias furiosorum,ĩ qbus nõ solũ curarores,sed ẽt hi q sunt ex eo genere nobiliores adhibẽdi sunt,vt est casus in l.tá demẽtis. C.de epi.aud.ideo dicit ibi Alb.q nobiliores degenere puellæ sunt vocãdi.cũ agit̃ de dote sibi restituenda.& idẽ Raph.Ful.in fi.qui dicit idẽ in filijs maritãdis,vt nobiliores ex genere debeãt adhiberi,& istud est 11.priui.in loco sæpe alle.positũ,& 33.quod posuit Bonus de Cur.in suo tract.de nobilitate.vbi affert rationem,ex eo quia multum præsumitur p̃ nobilib.quæ est multum generalis ad plures casus.

QVadragesimatertia consid.Nobiles nomina sua apponi solẽt facere in instrumentis, aut ĩscribi,tex.est in l.si pupillus.§.sed si per interpositã personam,ff.de auto.tut.& probat̃ in l.optimã.in verbo optimas.C.de contrah.& commit.sti.& istud est 13. priuil.Cæpolæ in loco supra sæpe allegato.

QVadragesimaquarta consid.Nobilitati defert̃ in priuil.cõdẽdi testamẽta,vt est casus ĩ l.oium. ĩ prin.C.de test.ibi tot nobiles.Sed nõ video,q ĩ hoc nobilitas sit cã istius priuilegij,sed p̃lentia principis, vt dicit Cęp.ĩ d.loco.ĩ 14.priui. Et qũo defert̃ nobilitati,habes p G.Bene.in sua repe.c.Raynut.in verb. mortuo itaque testatore 1.num.221.extra de testa.

Quadra-

QVadragesimaquinta consi. Nobilitas in hoc honoratur, q̃ si aliquis sit incola duarum ciuitatũ, & ab vtraq; parte simul vocet ad munera, nobiliori, & maiori ciuitati est deferendũ. arg. in auth. & hære. & Falc. §. si quis autẽ. col. 1. in auth. de defen. ciui. §. interim. coll. 3. & in l. fi. ff. de fi. inst. & l. si quis. C. de natu. libe. & hoc no. gl. in l. j. C. de mune. patrimo. in gl. magna, circa finem, lib. 10. Et istud est 18. priuilegium Cæpolæ in loco supra alleg.

Hoc dubiũ pluries euenit apud nos tpe fenagiorũ, sed semper fuit decisum q̃ tenet ad fenagia illius loci, in quo faciebat residentiam tempore concessionis, nõ habendo respectum ad utilitatem loci.

QVadragesimasexta consid. Nobiliũ appellatione comites, & marchiones comprehendũtur. c. grandi. ibi: nobilẽ virũ comitẽ Bononiensem. de sup ple. negli. præla. in 6. & c. cõstitutis. 2. ibi: sororis nobilis viri marchionis Misinen. extra de test. quod fm Domin. de S. Gemi. in d. c. grandi. in prin. in 3. notab. facit ad priuilegia, quæ comitibus palatinis cõcedũtur, vt possint legitimare illegitimos exceptis filijs nobilium, quia comprehenduntur filij comitum, & marchionũm in illa exceptione, & istud est 40. priu. Cæp. in loco supra relato, & Boni de Cur. 23. vbi dicit, q̃ idem in ducibus excepto tñ vno casu, videlicet vbi ageretur de derogatione aliquorũ suorũ iurium, vt puta in derogatione iurispatronat⁹ laicorũ ẽt nobiliũ facta à sede apostolica: quia in hac derogatione nõ cõprehenderentur iurapatronatus regum, ducũ, comitũ, & marchionũ, vt dicit Fel. in suo tra. qñ literæ aplicæ piudicẽt pronis. i 5. co. ver. ampliat octauo

QVadragesimaseptima consid. Nobiles laudãtur ex magnanimitate, magnificentia, docilitate, industria, politia, & affabilitate: vt de his supra in 5. par. dictũ est in multis consid. Ita dicit Luc. de Pen. in l. si qui. col. 2. C. ut rusticani ad nul. obse. deuocentur, lib. 11. Et ibi addit, q̃ ẽt cõmercia fugiũt. Et multis alijs laudãtur nobiles si euitauerint iniustã rapinã & iustitiã in oẽs seruauerint, vt ample Iud. Clicto. in suo trac. de vera nobilitate. c. 13. Ex religione in deũ & diuini cultus reuerentia. eod. trac. c. 11. Si consortia virorũ proborũ colant, & luxurias euitẽt. eo. trac. c. 20. Ex abstinẽtia à deieratione dei, & sanctorum. Clicthoueus ibi. c. 15. Si à ludis ihonestis se cõtineãt. ibid. c. 16. Si talia euitauerit, q̃ recenset ibi Clicth. c. c. 17. & 19. sed cũ videã hoc quasi impossibile apud nobiles, qui in hmõi irretiti, & assuefacti sunt, vt plurimũ saltẽ tpe belli ingruẽtis, non aliter insisto, cum ẽt esset vltra intẽtum, si vitia eorũ explicare vellem.

QVadragesimaoctaua cõ. Nobilitas in hoc honoratur, q̃ nobiles excusantur à muneribus tã realibus, q̃ personalibus sordidis, & à tallijs, & collectis primo de iure, vt tenet Guid. Papæ in decisio. Dalphina. 384. & post eũ Io. de Month. ciuis, & contemporaneus noster in suo promptuario iuris. in verbo, tributũ. in gl. reddite. ad fi. ibi: quarto collecta. &c. & p ista par. allegãt. l. 3. §. j. ff. de mu. & hon. & l. à muneribus. ff. de vac. mu. sic ĩducẽdo illos tex. quoad milites q̃ actu militant, & veterani, qui à militia missi sunt: & sic militare desierunt, excusantur à collecta, ergo, & nobiles, cũ nobiles, vel militent, vel militare desierunt, vel saltem apti nati sunt militare.

Facit scdo, & fortius, q a pp nobilitatẽ solet qñq; à principe tribui immunitas ẽt à tutela. vt est tex. quẽ oẽs singularizant in l. nõ tñ. §. j. in prin. ibi: & pp inclytã nobilitatem. ff. de excu. tu. & ibi hoc no. Bald. & Nicolaus de Neapoli dicẽtes, q̃ nobilitas tribuit immunitatem, siue est causa immunitatis concedendæ.

Itẽ nobiles excusantur apud nos à collectis ex priuilegio principis. Nã rex Carolus sextus anno dom. 1408. ordinauit nobiles ad contributionẽ Galliarũ, nõ teneri pro bonis ẽt ab ignobilibus quoquo mõ acquisitis, q̃ diu illa in suis tenebunt manibus, imo cẽseri debent nobilia, & sic exẽpta quouismodo eis obuenerint: & istã ordinationem refert, & sequitur G. Bene. in sua rep. c. Rayn. in verb. & vxorem nomine Adelasiam. in 4. deci. in fi. illius. ff. de testa. & Aufrerius ĩ ti. de tallijs. & est posita ĩ ordine 12. apud eũdẽ

Itẽ ẽt ex præscriptione cum immunitas pscribi pt vt tenet Iacobinus de S. Geo. in tract. suo de homag. in verbo, & promiserunt, col. pe. ad medium.

Item ex cõsuetudine generali, vt dicit Iã. Rebuffi in l. j. C. de indictio. lib. 10. & Io. de Monthelo. vbi s. & Gui. Papæ ĩ d. dec. innuẽs, q̃ ex cõsuetudine, in cõfessione statuũ patriæ Delphinat⁹, q̃ fit pro subsidijs indicẽdis, excipiuntur nobiles nobiliter viuẽtes. Lu. de Pẽ. in l. agros limitaneos. C. de fundis limitrophis, li. 11. Et dixi in cõmento nostro sup cõsue. duc. Burg ti. des iustices. §. 4. ĩ gl. & sur les hommes. var. ad. Lu. de Pe. nu. 6. & p Bonũ de Cur. Brixien. ĩ suo trac. nobilit. in 5. par. num. 44. vbi dicit q̃ ita seruari solet in sua patria Brixiæ: & ibi ample per eum discutitur in ver. vigesimumsecundũ est. nu. 43. an nobiles excusentur à munerib. psonalibus, & realibus, vbi tenet, q̃ ñ excusentur de iure. sed quia ex rationib. ante deductis hodie ĩ Francia, & apud nos aliter obseruatur, iõ eius fundamẽta recitare esset supernacaneum, & præter propositũ, & intentũ huiusce operis: dixi tamen s. in 5. par. ĩ 24. consid. incipi. principes vltra alios in multis. ver. 119. incip. principes honorantur &c. ibi: sed quia vt dicit Spe. q̃ nobiles tenentur pro redemptione regis captiui, pro magna necessitate cõi, & euidẽti periculo. & vide Iac. Rebuffi in loco añ alleg.

QVadragesimanona cõsid. Diuersi reperiũtur rit⁹ & mores nobiliũ fm diuersas patrias, & prouincias, qm̃ quælibet patria in ritu viuẽdi quo ad nobiles suo sensu abũdat. Et ita inter nobiles hr̃ & consideratur laus nobilitatis diuersa (cũ multiplex, & varia sit obseruatio illius) fm diuersos visus, & mores patriarũ, vt scribit Pogius in tract. suo de nobilitate, & quãtũ inter se differãt, vt ẽr ex sequentibns patescit.

Neapolitani vero qui præ cæteris nobilitatẽ p̃ se ferre vidẽtur, cũ in desidia ac ignauia cõstituere vñr. Nulli etenim præterquam inerti, & in experto ocio intenti, sedendo, atq; oscitando ex suis possessionib. uitam degunt. Nephas est (vt opinãtur) nobili, rei rusticæ, aut suis rationibus cognoscendis operam dare. Sedentes in atrijs in hemicyclis, aut in equitando, priscis domibus orti, se nobiles profitentur. Mercaturam turpissimam uilissimamq; exhorrent, adeo

fastu nobilitatis tumẽtes, vt quantumuis egenus atque inops citius fame interiret, q̃ filiam, vel opulentissimo mercatori matrimonio collocaret, mauultq; furtis, & latrocinio, quam honesto quæstui vacare.

Venetorũ cõsuetudo huic absurditati, inertiæ, ineptitudini, & obseruationi cõtraria est: inter quos nobilitas, veluti factio quædam ab reliquo populo discreta mercaturã omnis exercet: ea quoq;, quæ equestris ordinis insignio potitur, neq; mercaturam à nobiliũ exercitio existimant alienam. Oẽs.n. qui reipublicæ muneribus funguntur, quique (vt dicunt) ex ordine sunt senatorio, nascuntur atque appellant nobiles, Adeoq; hac vulgari aura inflant nonnulli, vt ẽtsi q̃s parẽte absurdo, stulto, insulso, inopi, ipse quoque haud dissimilis patri fuerit, tñ si in popularẽ virũ inciderit quamuis doctum, & sapientẽ, eũ præ se contemnet tumore, seu rumore nobilitatis. Sed, vt ait Pogi⁹, mallet Apulei se eẽ asinũ, q̃ vt talis eẽt, aut ortus ex eo cui minim⁹, q̃ asello sensus, aut prudẽtiæ inest.

Romani, q appellantur nobiles, mercaturã, vt rẽ vilẽ, atq; abiectam cõtemnũt, cultui agrorũ, & rei rusticæ vacare, gregis atq; armentorum curam gerere, re pecuaria opes querere, quæstũ honestũ, & viro nobili dignũ putant. Idq; eis qui possunt agere etiam si recenti sint familia, hoc lucri genere patefit aditus ad nobilitatẽ. Est apud eos (vt ait Pogi⁹) honesta, licet rustica, na nobilitas, longe distans à Neapolitana.

Sed ſm eũ rectius de nobilitate sentire vr̃, dũ ait. Habetur.n. & apud oẽs dicunt, & esse nobiles affirmãtur, orti, seu originẽ trahẽtes ab antiqua familia, & stirpe, quorũ maiores opulẽti functi honore officijs aut dignitate ciuitatis reipub. administ. versati sint: quorũ pars se ad mercaturã ꝯfert pars ti. nobiliũ gaudẽs, nulli exercitio dedita, veatu & aucupio oblectat.

Ianuensibus idẽ quod Venetis vsu venit, negotiationi dedunt omnes, præsertim maritimæ, nobiles atque ignobiles, q nulla alia re nisi origine distingunt.

Sũt ex his quidã in castellis mõtanis dispersi Caci more, itineribus infesti, q nobiles habent Lombardi

Et itẽ tractus, seu distractus oĩs Venetorũ, qui dñr nobiles viuũt ex prædiorũ fructu, & paterna hæreditate, nullo præterq̃ venãdi acupandiq; studio ducti: his sola origo, & negotiorũ vacatio nobilitatẽ largit.

Germani atq; Alemanni quib. cẽsus patrimonij, ad victũ suppetit, & his qui procul vrbibus, aut qui castellis, & oppidulis dominant, quorũ magna pars, latrocinio dedicat, nobiles cẽsent. Quib. humanius ingeniũ natura dedit, hærẽt principibus, quorũ ĩ aula assuescũt cultiori vitæ, rudes tñ & morib. asperi.

Galliæ omnis vna est nobiliũ norma. Nã rura & ꝓdia sua (dicam potius castra) incolentes vrbes fugiũt, in quibus habitare nobilẽ turpe ducitur: qui in illis degũt ignobiles habentur à nobilibus. Mercatores aspernãtur, vt vile atq; abiectũ oĩum genus. Prædijs suis (hoc est censibus, redditibus, seu ꝓuentibus) contentũ ac ꝓdigũ esse (vt eis a natura inest) neq; futura quicquã pensi habere, signum nobilitatis volunt. Ea quotidie augetur, vel pecunia, vel famulatu. Nã mercatorũ, aut quorũuis opificũ filij, qui diuitijs ꝑstant (quos burgenses vocamus honestiori vocabulo) aut empto prædio (hoc est seignoria) rus se cõferũt, vrbe relicta atq; eius fructu cõtenti, seminobiles, seu nobilitati euadũt, suisq; posteris nobilitatẽ præbent. Aut famulãtes principibus aliquo prædio collato ꝓ nobilibus honorãtur. Ita plus illis rura, & nemus conferũt, q̃ vrbes atq; ocij aut negotij ratio ad consequẽdã nobilitatẽ. Salua pace Pogij, quia nõ bñ intellexit nobilitatẽ Gallorũ quippe illi apud nos habẽtur nobiles, & tales reputãtur, qui origine antiqua, & immemoriali sunt nobiles, aut eorũ prædecessores, ex priuilegio principis, & tales, vt communiter morãtur in rure, vbi habẽt sua castra, hoc est casas altas, amplas, sumptuosas, & luxuriosas, fortes, & munitas; muris, & vallis, atq; ẽt sua dominia habent quibus victum ꝑcipiunt, cum cẽsibus super ruricolis sibi assignatis: super quibus habent iurisdictionem, & venationibus, & aucupijs cõtinuẽ occupantur. Qui vero ẽt nobiles forent, in villis, seu vicis ruralibus (vbi sunt ædificia, sine muris, vel vallo) habitent, à nobilibus reprobantur, & dedignant. & de ritib. Gallorũ nobiliũ iá dixi, supra in 18. cõsid. ver. apud nos Gallos. Et ꝙ nobiles Galli sint optimi venatores, multũq; eis venatio conueniat, satis scribit G. Bñd. in sua rep. c. Ray. in verbo & vxorẽ noĩe Adelasiã, ĩ materia successionis ab inte. nu. 885. vbi inquit: est.n. Gallicæ nobilitatis vana cõsuetudo, ad feras venatu deprehendendas se cõuertere. c. quorũdã. 34. d. vbi dr̃, ꝙ Germani, & Galli sunt venationi naturaliter dediti, q b. multũ cõfert; ꝙ canes, q leporarij vocantur, leues, & agiles habent, de quibus insigniter meminit Ouidius lib. 1. Metamo.

Ipse amor admisso (hoc est ueloci) seqtur uestigia passu,
Vt canis in uacuo leporem cum Gallicus aruo
Vidit, & hic prædam pedibus petit ille salutem.

Præterea dulcis, & naturalis venatio potius fit causã spatij, & exercitij, quàm cõmodi aut lucri, quia non tam gaudent nobiles de magna præda, quã de suolatu, & cursu, q̃ animos recreãt, præsertim Gallorum.

Hos Britanni sequũtur Angli hodie vocati, q nobiles in ciuitatibus morari ignominiæ loco putant, rura siluis ac pascuis seclusa inhabitant, nobiliorem ex cẽsu iudicãt, rẽ rusticã curãt vendẽtes lanã, & armẽtorũ fœtus: neq; turpe existimãt admisceri quæstui rusticano, & vt refert Pogius: vidit hominem relicta mercãdi cura, cum prędia præciosiora emisset, atque in ea cũ familia vrbe relicta se contulisset, authorem nobilitatis filijs extitisse, & ipsũ nõ reiectũ à nobiliũ cœtu. Multos huiusmodi hodie uidemus in Gallia, qui à plebeis orti, cũ eorũ prædecessores urbe posthabita possessiones iurisdictionales sibi compararint, ex quibus uitam degunt se nobilium consortio immiscere, & pro nobilibus reputari uolunt, quod absurdè fit apud nos. sicut & in Anglia. Multos ẽt, ait Pogius, in Anglia ignobilis generis, aliquod præstans in bello facinus acceptis à principe donis nobilitauit.

Hispania duplici nobilitate utit. Nam & q̃ in suis ciuitatibus antiquo genere orti cæteris præsunt diuitijs præditi, & qui in campis commorantes nutriunt ex ꝓdiorũ censu cũ ornatiore quodã uiuendi ritu, q̃ cæteris præstant, nobilium nomen tenent. Inter oẽs illos equester ordo primum nobilitatis locũ habet.

Apud

Apud Græcos quicunq; ad imperatoris aulam vocati seruitio eius insistunt, quantumuis abiecti generis, ob principis cõsuetudinem ac famulatum nobilitatis titulo potiuntur, appellãturq; deinceps nobiles: & de ista nobilitate dixi supra in ista parte, in decimanona consideratione.

Hodie vero apud principes is mos inoleuit nobilitãdi, vt quilibet princeps priuilegio, & literis faciat nobiles, nulla habita virtutis ratione. Ita illi (quod risu dignum est secundum Pogium) vsu & obsequio est, scriptura, & cera nobilitatem adipiscuntur: & de hac dixi supra in 17, consid. huiusce partis.

Barbaris quoque gentibus diuersi sunt nobilitatis mores.

Ægyptijs ac Syris nulla habetur nobilitas, nisi eorũ, qui militiæ deduntur, qui soli excellunt ac dominant, reliquis seruorum loco habitis. At illos omnes constat esse emptitios seruos, qui postmodum præfecturas eqtum prouinciarumq; sortiti, vsq; adeo fortunæ beneficio efferuntur, vt ex eis potentior regnum occupet, viribus armorum fretus.

Teucros insuper, & superiores Sarmatas arma nobilitant. Nam qui ordines ducunt, ditati prædijs nobiles dicuntur: & ipsi quoque ex seruitio maiori ex parte ad militiam asciti, pueri.n. empti pretio militiam condiscunt, in qua excellere parit nobilitatem, & de ista nobilitate, quæ causatur ex militia, habetur supra ista parte in vigesimaquinta consideratione.

Sed quæ istarum sit certa, & uera nobilitas, disputat Pogius in dicto opere de nobilitate, & tandẽ concludit ꝙ sola nobilitas animi, & quæ uirtute procedit, est vera nobilitas, & excellentior alijs de quibus diffusè ista parte dixi, præcipue in 5. consid. ideo non repeto.

QVinquagesima consid. Ex omnibus superius deductis bene pensatis infertur illud vulgatum (qđ solent nobiles quandoq; dicere) in suis gentil homme comme le roy: & quod inferior nobilis dicitur superi. Je suis gentil homme comme vous: non esse verũ imò falsum, & per hoc fit iniuria superiori. Cum vt hic ante scriptum est in 15. consid. etiam rex, dux, marchio, & comes dicantur nobiles, & sint in alia dignitate, quam inferiores. Et rex sit in maiori dignitate quam dux, & dux quam comes, & sic de singulis. Cum dignitas, & nobilitas idem sint, vt dixi ante in prima parte, in 66. consid. Sicut ergo dignitas capit augmentum, vel diminutionẽ secundum qualitatem eidem adiectam, ita & nobilitas secundum dignitatem ei adiectam Quia nobilitas non potest esse sine aliqua specie dignitatis, vt hic ante dixi, in 7. consideratione: quod nobilitas dr̃ eo, ꝙ secernitur & differt à plebe siue plebeis, qui sunt sine aliqua dignitate. Ideo conclusiue omnes nobiles habentes annexam dignitatem principatus præferuntur omnib. inferioribus. Et tales dici possunt esse in primo gradu merę nobilitatis. Quoniam sicut iurisdictio diuiditur in tres, in meram, mixtam, & infimam. Et meræ iurisdõnis sunt sex gradus, vt dicit Bar. in l. imperium. ff. de iurisd. omnium iud. aut tres secũdum Bal. aut quatuor, vt voluit do. meus Ias. in d. l. imperium. de quibus per Purpuratũ ibi, nu. 206. qui sequitur diuisionem Bart. Sed quia de his suprà dixi in 5. parte, hic nõ repeto, cum in hac parta ẽt discutiatur de alia nobilitate, quæ non est in mero gradu, sed in mixto. s. post principes. Et licet de hoc gradu mixti imperij, & sic mixtæ nobilitatis possent fieri sex species, secundum quod Bar. facit sex gradus, tamen do. meus Ias. facit tantum tres. & sunt maximi, medij, & minimi: & hic erit idem in nobilibus, quia erunt maximi, vt barones, medij, & castellani, & alij minimi, vt minimi, valuasores, seu alij dñi habentes tantum omnimodam iurisdictionem, & nullos vasallos sub se habentes. Et sic ex pluribus cognoscitur maioritas in istis ex antiquitate originis, ex maioritate præeminentiæ, & iurisdictionis, & ex maiori reputatione, & quis ex his potest, dici maior, & maiorem habere nobilitatem. In infimis, qui sunt tertij gradus, ẽt sunt tres species, vt dicit dom. meus Ias. in d. l. imperium. in pen. col. & sunt isti parui nobiles, qui habẽt aliquam paruam iurisdictionem, & qui non possunt mulctare delinquẽtes, nisi vsq; ad 60. solidos. alij vsque ad septem solidos tantum, quæ dr̃ iurisdictio seu iustitia sub solato, hoc est sub laicte. Alij q̃ habent aliquod dominium nobile, & francum, non subiectum alicui, sine aliqua tamen iurisdictione: & isti ẽt dicunt se nobiles, sed in infimo genere nobilitatis, & in minimo gradu. Ex his põt considerari in vnaquaque persona secundum eius qualitatem cuius gradus sit nobilis, & an sit verum dicere, ꝙ existens in vltimo gradu infimæ nobilitatis possit dicere existenti in primo genere, & gradu nobilitatis, ꝙ est ita nobilis sicut, & ille: q̃m ex prædictis constat ꝙ non: & sic ꝙ sit iniuria superiori, qui potest ornare suam nobilitatem ex multis qualitatibus supradictis, ex quibus diuersificabitur ab alia. Ideo erit verum dicere, quòd vnus est magis nobilis, q̃ alius: vide hic ante in vigesimaseptima consid. Et tali, si dicatur per inferiorem, quòd sit ita nobilis, fit iniuria, vt dixi. Sicut si fieret de armis, ita quod vsurpans arma nobiliora alterius, infert ei iniuriam. vt supra in 1. par. in 15. 20. 21. 23. & plerisque alijs conclusionibus, 38. conside. Sic hoc casu, si inferior, & minus nobilis vsurpet nobilitatem maioris, & superioris, & suam inferiorem adæquare voluerit maiori, & istud facilè cognosci potest ex multis, quæ elici possunt ex antedictis in hac parte. quæ si contingant in facto, considera qualitates partium, & scias diuersificare secundum maius, & minus, & secundum maius dignum, & minus dignum.

Octauæ partis Catalogi Gloriæ Mundi, Finis.

NONA CATALOGI GLORIAE MVNDI PARS,

Laudes, & honores Militum declarat.

QVADRAGINTA ET OCTO HABET CONSIDERATIONES.



CVm militiæ summa laus sit, vt habetur in c. sũma. in initio. & in fi. 3 3. q. j. & Seneca in Hercule furente Tragędia prima. Omnis (inquit) in ferro est salus. ideo dicitur bellum omni iure diuino, naturali, & gentium pro tuitione rerum suarum permissum esse, ẽm Paulum de Cast. consi. suo 3 3. & dicit tex. in c. militare. 3 3. q. j. ꝙ militare non est delictum. Quoniam plures fuerint milites à deo approbati, vt de Dauid, de quo dicit deus. Inueni hominem secũdũ cor meũ, & de plurib. alijs de q̃b. hr̃ Reg. 1. 2. 3. & 4. & Macchab. 1. & 2. dicam infra in 3. & 11. consid.

ERIT ex eo prima cõsideratio: quia hic ponitur ordo militum ante ordinem literatorum. propter quod quęri posset, quis præcedere debeat, an Doctor, an miles.

Et in primis reperio inter alios dominum Signorolum de Homodeis legũm doctorem, q hãc quæstionem disputauit, Anno domini M. CCCXL. & quæsiuit, An doctor insignis honoris, & præcellentiæ militem præcedere debeat, vel econuerso. & post eum Ludo. Bologn. qui in huiusmodi disputatione introduxit nouum duellum inter illustrem ac excellẽtissimum in toto terrarum orbe iurisconsul. do. Franciscum de Accoltis dictum de Aretio, pro parte doctorũ tuenda loquentem. Et inuictissimũ, ac iustissimum principem armorumq; ducem & totius Italiæ bñmeritũ do. Federicum Vrbinum pro parte militari defendenda loquẽtem. & vltimo loco pro oĩum cõcordia introduxit do. Alex. Tartagninum Imo. cuius sententiæ, omnes acquieuisse attestatur. Cuius ẽt sententiæ acquiescendo, dico prout Ale. omisso tñ primo loco sedẽdi inter milites & doctores, quem credo dandum esse militibus, quicquid dicant omnes doctores, vt satis probaui in 8. consid. 7. partis huius operis.

Facit pro hoc vna ratio vrgens inter alias, ꝙ in omnibus ferè locis iuris ciuilis, vbi fit mẽtio de armis, & legibus, semp ꝑferuntur arma, non solũ in legibus Imperatorũ, vt in l. j. in prin. C. de Iustin. codice cõpon. & in l. j. C. de vet. iu. enuc. & l. tãta. eo. ti. & in proœ. inst. in pri. verũetiã in legibus iurisconsultorum. l. his honoribus. ff. de vacatio. munerum, vt supra dixi in 8. considera. 7. partis: ẽt iure diuino, vbi fit mentio de officiarijs militaribus, & iustitiæ, præponunt̃ militares in ordine literæ, seu scripturæ: q quidẽ ordo seruandus est. l. qui soluendo. ff. de hæred. inst. & dixi supra in 4. par. in 73. consid. vbi amplè. in alijs autem locis præter illum primum insequendo doctrinã Alex. in l. centurio, ff. de vul. & pup. subst. dico in hunc qui sequitur modum.

Post prædictũ primum locum quẽ dimitto suo loco, vt supra dictũ est in actib. doctoreis, sine dubio doctor præfert̃ militi. l. nemo clericus, vel militaris. C. de sum. tri. & econtra, in actibus militaribus, milites doctoribꝰ præferuntur. l. ciuilibus. C. de offi. vic. sed in actibus ꝑmiscuis, seu neutralibus primò præferuntur doctores existentes ad latus principis: & hi habent primum locũ post supremũ quẽ omitto. Secundum vero locũ tenent milites, q militant ad latus principis, vel qui sunt equites Romani. Tertium verò locum habent doctores excellentes, q nõ sunt ad latus principis. Quartũ verò locũ habẽt simplices milites. Quintũ vero, & vltimũ locum tenent doctorelli: & ita dicit se aliàs tenuisse in lectura in l. centurio. in 2. col. ff. de vulga. & pup. subst. in ver. puto, ꝙ in actibus militaribus. Et quicquid dicant & d. Ale. & alij, ego sum huius opinionis, ꝙ semper in actibus doctoreis ꝑferunt̃ doctores, in actib. militaribꝰ milites, sed in actu indifferenti data paritate militum, & doctorũ, videlicet in magistro militũ primo, qui dr̃ apud nos Conestabilis: & in præfecto præto. seu q̃store, q ẽt vulgo cãcellarius nũcupat̃, ꝙ semper miles ꝑfertur doctori, & sic de singulis de gradu in gradum: q̃a in ordine literæ præponũtur arma legib. ex rationibus superius per me deductis in d. 7. par. in 8. conside. ideo etiam tractando primo incipiam à militibus.

Secunda

Secunda consid. Plura militum genera reperiuntur quo ad nos. Quidam.n.sunt milites militiæ ecclesiasticæ, qui etiam licet sequãtur arma, tñ sunt milites ecclesiæ seu militiæ ecclesiasticæ, q dicũtur Hierosolymitani, & participant de vtraq; : tñ quia plus attingũt dignitatẽ ecclesiasticã q̃ tpalẽ, iõ eos ꝑponendos censui cęteris militibus: quemadmodũ ecclesia seu spiritualitas tpalitati præfertur, cum a digniori fiat denominatio. dixi supra in 4. par.

Alij sunt milites ordinis seu torquati apud nos, q̃ sunt milites existẽtes ad latus principis: qui proprie & maxĩe hñt ĩ vi illi⁹ ordinis quãdã dignitatẽ, seu ꝓgatiuã ꝑticularẽ vltra militiã simplicẽ ꝺ ꝑ se.

Alij sunt milites armatæ militiæ simpliciter, & ꝺ ꝑ se, de quibus principaliter intẽdim⁹ hic tractare, & de eorum laude, gloria, ꝑeminentia & dignitate.

Tertia consid. Inter omnia exercitia mortalium nihil excellẽtius, nihil ꝓclarius armata militia, ea.n.exercitatio vtilitate, & honore cętera præstat. Per militiã enim & armorũ exercitium reipublicæ quies, atq; salus quæritur & conseruatur, & ab omni hostili vastitate liberatur. Cuius exercitii laudes & vtilitatem ipsa humana indigentia demonstrat & extollit. vt.n.antiqui voluerunt, militia recte manibus comparatur, quæ naturæ imperio parata est ad corpus iuuandũ. Sicut.n.manus sunt in corpore naturaliter institutę ad repellendum nociua, ad percutienda infestãtia, ad attrahenda necessaria, & ad conseruãda alia mẽbra corporũ illaq; augenda: sic milites ad ista conficienda in republicã pnecessarij sunt. Quid.n. ꝓfuit disciplina militaris Imperio Romano, ponit Valerius in suo li. 2. in ti. de disciplina militari. Et merito dr̃, ꝙ summa militiæ laus sit, vt hr̃ ĩ c. summa. 33. q. 1. in prin. & in fi. & Seneca ĩ Herculẽ furẽte, Tragedia j. oĩs, inquit, in ferro est salus. Et iõ dr̃, ꝙ bellũ oĩ iure ꝓ defensiõe rerũ suarũ pmissum est, vt ample scribit Ioã. de Terrarub. in ope de vinea ecclesiæ, art. x. tertij tract⁹ ĩ gl. ĩ ver. sufficiãt.

Imo & nos de regno Franciæ dicere possumus illud quod scriptũ est in l. j. C. de iustiniano C. cõponẽdo: quod dicebat Iustinianus. summa reipublicæ Francorũ tuitio de stirpe duarum rerum armorum atq, legũ veniens, vimq; suam exinde muniẽs. Felix regum nostrorum Christianissimum genus oĩbus anteponi nationibus, omnibus gentibus dñari, tam præteritis effecit tpibus q̃ Deo propitio in æternũ efficiet, vt de his infra dicetur, & primo de militia.

Inducta est.n.pro pace tuenda. l. mulierẽ. ff. de ac cus. hinc Plato de republica. Cum cęteros status in ciuitate instituisset, vnũ necessariũ genus hoĩum lõge cęteris anposuit, qui arma teneret, ciuesq; alios ab hostib⁹ defenderet. quibus mirifica priuilegia tribuit: honoreq; & dignitate cęteros voluit antecellere, quodq; si minime honorent̃, pauci fortes reperirẽtur, iuxta Ari. sñiam. apud illos inueniunt̃ fortes milites & tyrões, apud quos fortissimi quiq; honorant̃, & ſm Ciceronem iacent semper & parum vigẽt qui apud quosdam non decorãtur. Ea ergo respublica tyrãnidẽ sapit, q̃ fortes, aut sapiẽtes minime honorat. Quis.n. clarissimos milites cũctis non añponet, quorũ pietas in pr̃iã studiosa est, & mors pro illius salute sp offert̃? hinc Bruti, Publicolæ, Camilli, Scipiones celebrant̃. Si.n. milites in republica deessent, virgines passim raperentur, m r̃es familiæ ad libidinẽ traherẽt̃, sacra simul & ꝓp hana polluerent̃, tãdẽq; cũcta cędib. & incẽdiis misera quadã cõdõne miscerẽtur. Et tãdẽ quicquid prauis hoĩb⁹ liberet, id inoxios atq; inocẽtes pati oporteret. Et iõ Hipodam⁹ scripsit tres ꝑtes eẽ necessarias ĩ ciuitate, primã q̃ dẽ agricolar. ꝺ q̃ b. ỹ. dictur⁹ sũ ĩ xi. par. secũdã artificũ, tertiã ꝓpulsatorũ belli & arma tenẽtiũ.

Quod videntes nr̃i Hedui & huius nr̃ę ciuitatis incolæ post habitas literas regias ĩ forma ædicti generalis de fugãdo, deiiciẽdo, & inuadẽdo quosdã ribaldos dictos auanturiers, qui se absq; licẽtia principis insurrexerãt, oĩa deuastãdo, & quædã societates inerãt, qui infinita & innumerabilia nefanda & relatu horribilia in ppl'm cõmittebãt: vt opp̃ssionibus & deuastationib. illorũ, ſm mandatũ & edictũ dñi regis nr̃i, in eorũ ciuitate hoc ann. Dñi 1523. statũ militarẽ ordinauerũt decernẽdo capitaneos, decẽnarios, & cẽtenarios. ita ꝙ ꝑ hmõi ordinationem militarẽ ppl'm & vicinos ex mãdato regis ab hmõi sceleratissimis viris liberarũt, ꝙ nec ausi fuere attẽtare aliæ q̃cũq; ciuitates regni, nisi post infinitas mirabiles executiones factas ꝑ nr̃os ciues Heduen. in huiusmodi facinorosos hoĩes, quos ita castigauit & disrupit hæc nr̃a ciuitas, ꝙ quoscũq; potuit interfecit, & laqueo supẽdi fecit: qđ fuit gratissimũ regi & toti reipublicę plusq̃ fructuosũ & necessariũ: al's totã Galliã deprędassent, nõ habẽdo respectũ ad nobiles quos spernebant, virgines quas violabãt, & matronas quas adulterabant, oẽsq; alios quos cruciabant, & bona eorum deprædabant.

Sed redeundo vñ digressi fueramus, has vitę militaris vtilitates Ari. cõspiciẽs, in 7. Poli. ait, ꝙ merito bellicis artib⁹ vacantes proprie sunt partes ciuitatis, & eos veros ciues appellat. suadit.n. qđ ꝓdicti Bellici hoĩes, itẽ cõsiliatiui, iudicatiui, ac ẽt sacerdotes sunt vere partes ciuitatis. Mercatores vero ĩquãtũ tales & agricolæ, ac artifices mecanici & mercenarij (quãtũcunq; sunt diuites licet necessarii sint in ciuitate) non tñ sunt vere partes nec ciues illius. rationem ibi assignat, q̃ etiam posuit Zodericus Zamorensis in suo speculo humanæ vitæ, lib. 1. cap. 9. vbi per eum vide de laude militaris exercitij.

Et hæc exercitatio militaris fuit primo inuenta a Publio Autilio. vt refert Valeri⁹ li. 2. de institutis, & ibi dr̃, qđ Neuius centurio inuenit vsum velitum, i. des archies. Virgilius Polidorus lib. 2. de inuẽtorib. rerum c. 10. dicit quod primo fuit inuenta a Tubalcaym. & ibi postmodum ponit de pluribus aliis, qui inuenerunt artem militarem: dicit tamen in prin. quod tanto literis præferenda videtur, quãto facta dictis præstant.

Quarta cõsid. Ordo militum Hierosolymitanorum, qui dicuntur milites Rhodij seu Rhodienses, eo quia principalior locus eorũ religionis constitutus ĩ insula Rhodi. Cuius nonnunquã ẽt habitatores & incolæ dicti sunt Colossenses tpe Pauli, ad quos

ad quos scripsit epistolã.& a noĩe vrbis, q̃ dicta est Rhodos, insula nomen accepit, quorum ordo est S. Ioannis Hierosolymitani: & incepit Anno 1120. ab incarnatione, prout refert Vincentius, lib. 27. hi degunt sub regula B. Augustini habẽtes nigrum modo laicali, sed cũ cruce alba in pectore, & deputati sunt ad pugnandum corporaliter contra infideles. & de his vide supra in 5. par. in 64. cõsid. Et licet firmissimum christianæ religionis esset propugnaculum, p maledictũ Turcã expulsi fuerunt, & quasi ꝓfugi nõ habent certum locum religionis: sperandum tamẽ (Deo auspice) seditionibus principum semotis, ipsã recuperari, ac ipsum Turcam affligi posse.

Prædicti ergo milites subsunt magno magistro Rhodiẽsi, quod nomẽ est sibi ĩpositũ instar illius, q̃ habet regimen & administrationẽ plurimorum militũ, de quo est rub. C. de officio magistri militũ. Et, vt denotetur eius autoritas, additũ est istud adiectiuum magnus, ad denotandum maioritatem & superioritatẽ vltra illam quam habet magister militum, qui dr̃ illustris, vt hr̃ prædicto ti. in l. vlt. in supscriptione cum dr̃. Imperator Iustinianus Zitæ viro illustri magistro militum. Et magister dr̃, quia maior est in statione. sterõ grece, statio latine dr̃ ꝺm Papiã: vñ & magister militũ dr̃ princeps militũ. 2. Reg. 10. c. hr̃ per Hos. in summa. de magistris. §. j. & Io. And. in cle. 2. de magistris. qui dicit ꝙ nemini dẽt hmõdi noĩatio esse molesta. cum Christus sic a discipulis vocaretur, Io. 3. qđ ẽt ipse acceptauit, Io. 12. Vos vocatis me magister, &c. sum etenim. Et est proprie is cui totius rei gubernatio est cõmissa. l. j. §. j. ff. de exercita. actio. & facit l. item magistri. ff. de pactis. & l. actor. ff. rẽ ratã haberi. vel dicunt̃ magistri a monẽdo. Nã quibus p̃cipua retũ oĩum cura incũbit, & q̃ magis q̃ ceteri diligentiam & solicitudinẽ hñt rebus q̃bus p̃sunt, debent hi magistri appellari: quinẽt ipsi magistratus p deriuationem a magistris cognominant̃. l. quib. ff. de verb. sign. idcirco & iudices & magistri eodem ordine p̃cepti ponuntur, Deute. 16. Iudices magistros constitues in oĩb. portis tuis: vt iudicent pplm iusto Dei iudicio. imo magistri sunt maiores, eo q̃a dictio, &, est augmẽtatiua. do. meus Ias. in l. 2. ĩ §. v. de succes. edict. Et ẽt qñq; dr̃ comes. l. 3. C. de cursu publico, lib. 12. vide ad p̃dicta Luc. de Pẽ. in l. hi qui. C. de castrensiarijs, lib. 12. vbi ponit de offi. magistri. dixi supra in 6. par. in 7. consid.

Et qm̃, vt hic supra dixi, iste magnus magister & milites Rhodij nõ amplius habẽt insulã, nec vrbem Rhodiẽsem, hñt tñ in Gallia & multis Christianitatis partib. pulchra tẽpla & oratoria, q̃ multa sunt & opulẽta. Sed q̃a pauci eorũ sunt clerici, licet sint religiosi, vt dictum est supra, & gaudeãt priuilegio psonali & reali clericorum, idcõiter dicunt horas suas seu officium ex oratione dominicali, i. Pater noster.

Bernardus aũt in suis sermonibus talẽ religionẽ militum commendans docet quales mores habere, & a quibus abstinere debeant. Sic. n. dicit ad milites tẽpli scribens. Nouum militiæ genus ortum nuper audit in terris, & inexpertũ oĩbus seculis: quos gemino pariter cõflictu atq; ĩfatigabilr decertat, tũ aduersus carnẽ & sanguinẽ, tum contra spiritualia nequitiæ in cœlestib. Quid autem viuens vel moriens timeat, cui viuere Christus est, & mori lucrũ? Gaude fortis athleta, si viuis & vincis in dño. sed magis exulta & gloriar̃ si moreris & iũgeris dño, si beati q̃ ĩ dño moriũtur, multo magis qui ꝓ dño moriunt̃. O vita secura vbi pura cõsciẽtia. O vere sancta & tuta militia, atq; ab illo duplici periculo prorsus libera, quo id hoĩum genus solẽt frequẽter in militia seculi periclitari, vbi Christus nõ ẽ cã militãdi. Quoties nãq; cõgrederis qui militas militia seculari timẽdũ oĩno, ne aut occidas hostẽ quidẽ ĩ corpore, te aũt in aĩa: aut tu forte occidaris ab illo in corpore, simul & aĩa. Ex cordis nãq; affectu nõ belli euentu pẽsat̃, vel periculũ vel victoria Christiani. Viuũt. n. hi milites ĩ cõi sub vniꝰ obediẽtia absq; vxoribus & liberis, & absq; oĩ ꝓprio. Nullo aũt tpe, aut ociosè sedẽt, aut curiose alicubi vagantur: sed sp dũ nõ ꝓcedũt, ne gratis panẽ comedãt, armorũ seu vestimẽtorũ, vel scissa resarciũt, vel vetusta reficiũt, vel inordinata cõponũt, & quæcũq; postremo faciẽda magistri eorũ voluntas & cõis indicit necessitas. Persona inter eos minime accipitur, meliori non nobiliori defertur: verbũ insolẽs, opus inutile, risus ĩmoderatus, murmur uel tenue siue susurrus nequaquã deprehenditur, inemẽdatus relinquit̃. Scacos & aleas detestant̃, abhorrẽt venationẽ, nec ludicra illa auiũ rapina, vt assolet, delectant̃. Mimos & magos & fabricatores scurrilesq; cãtilenas atq; ludorũ spectacula tãq̃ va nitates & ĩsanias falsas respuũt & abhominant̃, capillos tõdẽt sciẽtes iuxta apl̃m ignominiam esse viro si comã nutriat: nunq̃ cõpti, raro loti, magis aũt neglecto crine hispidi, puluere fędi, lorica & caumate fusci. Porro ĩminẽte bello intus fide, foris ferro, nõ auro se muniũt, quatenus armati & nõ ornati hostib. metũ ĩcutiãt, nõ auaritiã ꝓuocẽt, equos habere cupiũt fortes & veloces, nõ tñ coloratos & phaleratos, pugnã q̃ppe nõ põpam, victoriã sed non vanã gl̃iam cogitantes, & studẽtes magis esse formidini q̃ admirationi. At vbi vẽtum fuerit ad certamẽ, pristina leuitate deposita (tanq̃ sibi diceret: Nonne qui oderãt te dñe oderã &c.) in aduersarios irruunt velut oues eorũ reputãtes, quia nõ de suis viribus p̃sumere nouerũt, sed de virtute Dei Sabaoth uictoriã sperare, cui facile eẽ cõfidũt, iuxta Maccab. sniã, cõcludere multos ĩ manus paucorũ. Quia nõ ĩ multitudine exercitus victoria belli, sed de cęlo fiducia est. Ita miro & singulari quodã mõ cernunt̃ & agnis mitiores, & leonib. ferociores. quibus nec deest monachi mãsuetudo, nec militis fortitudo: de qua re quid dicẽdũ est, nisi quia a dño factũ est istud, & est mirabile ĩ oculis nr̃is? Tales. n. elegit sibi Deꝰ & collegit a finib. terræ ministros ex fortissimis Israel, qui viri lectulum Salomonis, i. sepulchrum vigilãter fideliterq; custodiãt, oẽs tenẽtes gladios ĩ manibus & ad bella doctissimi. Hæc Bern. vbi s̃. relatus per Ant. Flo. in 2. par. histor. ti. 15. c. 20. vbi ẽt inuehitur contra prædictos milites in pompis eorum & cupiditatibus, dicens. Quis hic, ô milites, tam stupẽdus error & furor tãtis sumptibus & laboribus militare,

litare, stipendijs vero nullis nisi aut mortis aut criminis? Opitis equos sericis, & pẽdulos nescio quos panniculos loricis superinduitis: depingitis hastas, clypeos, & sellas, fręna, & calcaria auro & argento circum ornatis, & cum tanta pompa pudẽdo furore & impudẽti stupore ad mortem properatis: militaria sunt hæc insignia, an potius muliebra ornamẽta? Nũquid forte hostis mucro reuerebit͛ aurũ, gemmis parcet, serica penetrare non poterit? deniq; ipsi sæpi⁹ certiusq; experimini, tria esse pci puę necessaria pliãti, vt s. strenu⁹, industriusq; & circũspectus sit miles ad se seruandũ, & expeditus ad discurrendũ, & promptus ad feriendum. Vos per contrarium in oculorum grauamen ritu fœmineo comã nutritis, lõgis ac profusis camisijs propria vobis vestimẽta obuoluitis, delicatas ac teneras manus amplis & circũfluentibus manicis sepelitis. Nec aliud iter͛ vos bella mouet litesque suscitat, nisi aut irrationabilis iracũdiæ motus, aut inanis gloriæ appetitus, aut terrenæ qualiscũq; possessionis cupiditas. Talibus certe ex causis neq; occidere neq; occũbere tutũ est. At uero milites Chr̃i securi p̃liant͛ p̃lio dñi sui, nequaquam metuentes de hostiũ cęde peccatum, aut de sua nece periculũ: qñquidẽ mors ꝓ Christo ferẽda sit vel inferenda. Hæc Bernardus vbi supra, relatus per Anto. Floren. in loco præallegato.

Nescio qd dicẽdũ đ talib. militib. hodiernis, nec solũ iuectiua Bernardi põt eis applicari, imo & multo maiora, qm̃ si tales fuisset, ꝓut dicebat Bernard⁹ ꝙ erãt tpe suo, forte De⁹ nõ pmisisset eos expelli à sedib. & finib. eorũ, s. ab vrbe & isula Rhodi, q̃ ẽt qñq; dicta fuit ebrya: sed cũ iudicia Dei abyssus multa, iõ tacere meli⁹ & vtili⁹ q̃ male loqui: maximã tñ plagã i Christianitate fecerunt in perdẽdo Rhodũ, q̃ forte tpibus eorũ qui amiserũt nõ recupabit͛: & vt verisile ẽ, si pecunias quas in suis negotiis particularib. & in põpis, & alijs q̃ satis notoria sunt (quę iã nõ dico) in defensione & munitione loci Rhodi, & in præparandis his quæ erãt ad illius tuitionẽ necessaria exposuissent, melius Christianitati cessisset.

Crederẽ ꝙ iste magnus magister Rhodi post Papam præcederet omnes Patriarchas, Cardinales, & alios Pontifices ecclesiasticos.

Et cũ videat͛ esse tãtæ dignitatis cuius est patriarcha, ꝙ post Imp. & alios principes habẽtes iura imperij, vt sũt reges Frãciæ, & Hisp. ꝙ pcederet oẽs prĩcipes recognoscẽtes supiorẽ, & nõ habẽtes iura imperii, puta reges subditos impio, & quoscũq; duces.

Sub se habet multos milites qui dicũtur priores & habent aliqui adiectionem huius verbi magni ĩ qualibet ꝓuincia: vt in Frãcia est vnus q dr̃ magn⁹ prior Frãciæ, & hẽt ille magnus prior multos alios cõmẽdatarios. Est ẽt vnus magnus prior Aluerniæ, ali⁹ magn⁹ prior Cãpanię, & sic đ singulis quos enumerare lõgũ esset: & isti honorant͛ inter eos ẽm eorum ordinem, & ẽm antiquitatem promotionis.

De origine horum militum sic descripsit Polid. Virg. de inuent. rerũ, lib. 7. c. 5. Hierosolyma añquã a nostris postremo circiter annum salutis 1099. recepta fuisset, a saracenis obtinebat͛. Christiani Latinis noĩs. q inibi đgebãt ab illis impetrauerũt, vt sibi liceret iuxta saluatoris sepulchrũ habitare, vbi cęnobium diuæ genitrici construxere, quod latinorum appellabatur, cui Abbas præerat: huius erat in primis officium hospites excipere latinos.

Eodẽ exẽplo breui post tpe alterum virginũ cœnobiũ D. Magdalenæ iuxta dedicarunt, quod itẽ fęminas exciperet. Confluentem postmodum peregrinorũ cateruã, cum locorum nõ caperet angustia, hospitalem domũ ꝓpe ẽt cõstituerũt, quod D. Ioanni Baptistæ dedicarũt, admoniti Zachariæ p̃ris memoria, ꝙ eo loci sæpe ad meditandũ cõueniret. Sunt tñ qui scribant Ioanni eleemosynario illud dicatum fuisse, qui Phoca imperante Patriarcha fuit Alexandrinus: ita cognominatus ob frequentes quas pauperibus dabat eleemosynas.

Huic ẽt domui vnus præficiebatur, quare procedẽte tpe. q̃dã ꝑpositus loci noĩe Gerardus cũ socijs, crucem in nigro pallio candidam affixit, & eũ assũpsit ritũ quo nũc degũt. Pari exẽplo Agnes q̃ virginũ cęnobio p̃erat, ꝓfessa est: res postea p pontifices Romanos, & p̃riarchas ꝓbata adeo breui coaluit, vt opes deĩde maxĩas prĩcipũ liberalitate sint assecuti.

Raymũdus aũt primus creatus est magister p̃dictę militię, q ĩ vniuersum ordinẽ obtineret ĩperiũ: cẽsentur D. Augustini ordinis: dñicam orationẽ certo numero repetitam pro canonicis recitant horis.

Hi cũ militiã Deo optimo maximo & Ioanni sacrã ĩsigniter exercerẽt, dẽmũ Rhodũ ĩsulã (vt testat͛ Platina) à Turcarũ Imperio armis vindicarunt, quã Clemẽs V. illis attribuit: q fuit annus 1000. humanæ salutis 308. Sunt q tradãt eã ĩsulã e Gotthofredo rege vrbis Hierosolymæ primo cõcessam: plures tñ quibus assentio, cũ Platinæ testimonio cõcordãt, post receptã ex hostib. insulã illuc se receperunt, dictiq; inde sunt Rhodianæ militiæ milites, ibi cum Turcis ꝑpetuũ bellũ gerũt, atq; ex ꝓximo hostiliter infestãt, sępè & ipsi bello petiti oppugnatiq; acriter nr̃a p̃cipue, vt dixi supra memoria & ætate, cum eã male defensitasse notum sit, ita ꝙ nunc exulant.

Aduerte etiam, quia dicit Bal. tales eẽ incapaces feudi, vt in consi. suo 170. inci. ad euidentiam præmittendum est in 2. par.

Vlterius aduerte ad dictum Oldr. consi. suo 127. inci. qm̃ ad inuestigationem sapientiæ. ꝙ conuẽtus p̃dictorũ militũ est superior magistro, & maiorem potestatem hẽt: vt constat ex statutis & ordinationibus regulæ p eũ ibi positis, ex quibus in multis arguit maioritatem conuentus, & ipsum conuentum esse supra magistrũ seu superiorem magistro. videas eum, q̃a ibi amplè p eum de illius potestate disserit.

QVinta consid. Fuerunt & alij milites, qui templarij dicebantur, & circiter annũ Dñi 1117. sub Põtifice Gelasio II. Hierosolymis initiũ sumpserunt: vt refert idem Polidorus in loco supra alle. & Philip. Bergomen. in suo supplemẽ. chronicarum, lib. 12. hi quia in parte ędium tẽpli habitabãt, templariorũ nõmen ĩde habuerũt. Hi primũ deuotionis gratia nõ lõge è sepulchro dñi habitãtes Chr̃ianos pegrinos hospitio cũ charitate suscipiebãt, atq; eos

eos ꝑ sacra loca & tẽpla armati ducebãt & comitabãtur, vt oẽm terrã sanctã tuto ĩuiserẽt,& inde sine aduersariorũ molestia reducebãt. Fuerũt hui⁹ charitatis officij autores viri pietate ĩsignes nouẽ nu. quorũ prĩcipes Hugonẽ, Paganũ & Gaufredũ de S. Alexãdro extitisse ferũt. Vtebãt᷑ atq; ĩcedebãt mãtelis albis cũ cruce rubea. durauit hæc religio ferme 200. annos.& maxĩas facultates & oppida q̃ plurĩa vbiq; gẽtiũ suo tp̃e possẽdit. Verũtñ cõuicti demũ ĩpietatis, ꝙ q̇ Hierosolymis agebãt ad Saracenos defecissent, essentq; in fœda vitia pp rerum abundantiam, à Christianis comprehensi tanquam infideles & hæretici pontificatu Clemẽtis V. exterminati sunt. Et ẽt qui apud Gallos stabãt, cũ vbiq; ignominiose nimium vitam ducerent, a Philippo Francorum rege Põtifice Roma. concedente. Quibus oĩbus deletis, eorum bona opulẽtissima partim militib. Rhodianis, imo maior pars, partim nouis religionib. attributa & consignata sunt. Et istis templariis Hierosolymitanis priuilegiũ cõcessum erat, vt excõicati per suum priorem qui sacerdos erat, absoluerentur: vt in c. canonica. de senten. excom. extra.

SExta consid. Alij reperiũtur milites Theutonici & eorũ religio ex vtraq; priorum mixta est, cum hospitio suscipiunt peregrè illuc ꝓfectos,& cum res exigit ꝓ Christianitate & fide armis certant. Initiũ fecit vir natione Theutonicus, qui post Hierosolymã receptam à Christianis vna cum pluribus suę nationis ibi remãserat: is vxorẽ & facultates hñs motus suorum populariũ (qui sepulchrũ dñi quotidie visitabãt misericordia) qui neq; linguã nouerãt, neque diuersoriũ inuenirẽt, domũ suã hospitalem illis cõem fecit, ac inibi diuæ virginis sacellũ adiunxit, cui postea turba magna fideliũ, tã ꝓ infirmis curandis & solicitãdis, q̃ ꝓ tuẽda fide dicauit: vnde deiparæ Mariæ virgi. milites sunt appellati. Teguntur pallio albo cũ nigra cruce subtus & tunica nigra. Ex statuto null⁹ nisi Theutonic⁹ illius militiæ esse põt, atq; idẽ claris ortus sit natalibus,& cui ꝓponat᷑ añ receptionẽ vt cõtra fidei hostes & sacratissimæ crucis dñi nr̃i parat⁹ sit oĩ tp̃e dimicare. Itẽ barbã vnusq̃sq. nutriat p̃ter eos q̇ sacris ĩtẽdũt,& demũ dñicã orationem pro canonicis horis tantum vsurpet.

Hæc fuit Theutonicæ militiæ origo,& est multũ laudãda, cũ eã Romani Põtifi. postmodũ apꝓbarit.

Hi post Hierosolyma iterũ amissa reuersi sunt in Germaniã,& terrã Prusiã subegerũt & occupauerũt & prius castellũ ad visulã fluuiũ cõstruxerũt,& mox successu tp̃is opidũ frequẽs cultu appet, Mariẽburgũ vocãt, caput atq. sedes eorum q̇ vniuersi ordinis fungũt᷑ magisterio Abũdãt diuitiis: nec minor q̃ regib. ẽ illis potẽtia: vñ nullus ambigere põt quantus & qualis honor & reuerẽtia eisdem exhiberi soleat.

SEptima consi. In Hispania sunt milites S. Iacobi sub regula D. Augustini instituti,& sub Alexandro III. Pontifice Romano (qui ordinem eorum approbauit) initium cœperunt, quorum primus fuit magister Petrus Ferdinandus.

OCtaua consid. Alios esse milites quos Calatranenses a loco sic dictos ponit ipse Polidorus ĩ d. suo libr. Istius militiæ fuit autor rex Sanctius in anno 1160. nigrum amictum cum cruce rubra portant. Sub ordine cisterciẽsi profitentur. Et istiusmodi ẽt sunt in Lusitania quam Portugaliam vocamus milites Iesu Christi, quos (teste Platina) Ioã. 22. sub Dionysio rege anno Dñi 1325. instituit, vt essent q̇ ex officio Saracenorum insultibus Bethicam id temporis tenentibus resisterent: crucem rubrã assigunt pallio seu mantello. Huius ordinis est gubernator Abbas Alcohasiani monasterij, Cisterciensis cõgregationis, Vlysbonensis diœcesis,& conscribendi & exauctorandi milites habet potestatem.

NOna onsid. Sunt etiam alteri apud Alcãtariã oppidum in regno Castellę milites, de quorũ initio parum recitant scribentes. Iacobus rex Aragoniæ duos etiam ordines militum circiter annum salutis 1212. ordinauit: quorum alteros sanctæ Mariæ de redemptione captiuorum siue de mercede vocari voluit, quibus captiuos redimere onus incũberet. Pallio vtuntur albo cum nigra cruce. Alteros Montesiæ milites rubra cruce munitos nũcupauit. vtranq; militiam Gregorius IX. sua autoritate approbauit. De his militibus etiam & ordine eorum ponit Volaterranus in sua antropologia, li. 21. ca. ordines militares. quem videas.

DEcima consid. Alij sunt milites particulares, q̇ habent certum ordinẽ regularẽ, inter eos ultra milites simplices: & isti in Francia dicunt᷑ milites ordinis: qđ aptè & accõmodatè fit, eo q̇a militia põt dici ordo, cum milites laudabilr̃ & virtuosè viuere debeant, vt dicit Luc. de Pẽ. in l. his quidem. in 2. col. C. qui mil. pos. lib. 12. Et ideo merito dicũtur milites ordinis. habent tñ inter eos aliquod signum particulare ꝑpter qđ dicuntur habere dignitatem militarem particularẽ & specificam vltra alios, vt ĩ Francia torquem aureã, qđ est signũ militiæ, ut dicit tex. in c. ius militare. 1. di. vbi dicit tex. ꝙ ius militare est belli inferẽdi solennitas fęderis, faciẽdiq; nexu signo dato egressio in hostem vel pugnæ commissio. Item signo dato receptio: item flagitij militaris disciplina, si locus deserat᷑: item stipẽdiorum modus, dignitatum gradus, primorũ honor ueluti cũ corona vel torques donat᷑:&, vt dicit Io. de Turrecr. ibi. illo iure militari hr̃ in quo gradu siue dignitatis officio vnus alium p̃cedat, vtputa in quo gradu comitẽ dux, marchio marchionẽ, dux ducẽ:&, vt dicit princeps aũt oẽs excellit dignitate. Et qualiter distet vnus comes ab alio comite,& dux a duce,& marchio a marchione,& princeps a principe: dixi in 5. par. vbi etiã posui de istis militib.& de ordine ipsorum, qui fuit institutus in regno Frãciæ p Ludouicũ regẽ XI. in honorẽ S. Michaelis archang. certo militum numero decreto & ordinato, inter quos rex ipse ẽ prĩus & caput,& cuilibet certorum millium librarum annuorum pro status augmentatione assignata regia pensione. Et isti milites de ordine regio vocant᷑ portãtes aureã torquẽ,& D. Michaelis, regiũ insigne aureum pendens, vt publice uideri potest. Vnde secundum Budæum ĩ suis annota. super l. vlt. ff. de senato. torques aurea militibus ob rem strenue gestam

gestam donari ab imperatoribus solebant. Vnde torquati dicti. Torquati tamen hodie vocitari debent equites, qui vulgo cochleati dicunt, quos rex nr̄ gestamine suo regioq; insigniuit. Nec potest aliq̄s vti hoc insigni ornaméto, nisi cui rex concesserit. instar Ionathæ, cui Antiochus dedit potestatem bibere in auro & esse ī purpura, & fibulā aureā ferre, Maccab. 11. & figurata est Gen. 41. Vbi Pharao rex Aegypti ī signū p̄mij & fauēdo Ioseph p̄posito suæ domus, ī signe militiæ & dignitatis dedit ei torquē auream. & Dan. 5. vbi ēt p regē Balthasar circundata est collo Danielis torques aurea, quod est signum p̄eminentiæ militaris in domo principis. Cui adiunxit Christianissimus Rex imaginē diui Michaelis, cū nemo sit adiutor illi⁹, nisi ipse Michael prīceps fidei Christianæ in locum synagogæ subrogatæ, vt dixi supra in 3. par. huius tractatus.

Et iō cū S. Michael sit signū & tanq̄ p̄ronus & ꝓtector huius ordinis excellentiss. pōt dicere rex nr̄ Christianiss. illud Dan. x. Ecce Michael vn⁹ de principib. prim⁹ venit ī adiutoriū meū: & eo. c. ī fi. Nemo ē adiutor me⁹ ī oīb. his, nisi Michael prīceps vester.

Quo autem ordine incedere & sedere debeant p̄dicti milites, qūo alios præcedere debeant, dixi supra: sed tamen inter eos habent ordinationē de modo & ordine præcedendi, quæ est talis.

Item & pour oster toutes erreurs, doubtes, scrupules & difficultez qui porroient venir touchant a priorite & posterite des honeurs, estatz & degre z dentre lesditz Cheualiers, compaignons & freres de l'ordre, Attenduque vraye & fraternelle amour ne doibt point auoir regard à telles choses. Nous volons & ordōnons que tant en aller, venir, seoir en leglise, ou chapitre, à table, nōmer, parler, & escrire, & en tous aultres faictz & choses quelconques dependans, regardans & touchans la situation en l'ordre present, les freres & compaignons dicelluy ayent & tiennent maniere, lieu & ordre selon que auāt ou apres ilz auront receu l'ordre de cheualerie. Et si plusieurs en y auoit qui en vn mesme iour eussent estez faictz cheualiers. Ordonnons que le plux ancien deulx ait premier lieu en ce que dit est, & les aultres ensuyuant. Et quand à ceulx qui cy apres seront mys à l'ordre par election du souuerain & desdictz freres de l'ordre; ordonnons qu'ilz auront le lieu selon le temps qu'ilz seront entrez en l'ordre. Et si plusieurs en y auoit d'vn mesme iour ilz l'auront selon leur eage comme dit est. Excepte, Empereurs, Roys, ou Ducz, lesquelz pour la grandeur & haultesse de leurs dignitez auront lieu en cest ordre selon le temps qu'ilz auront receu l'ordre de cheualerie sans en auoir autre regard à noblesse de lignage, grandeur de seigneuries, offices, estatz, richesses, ou puissances.

Philippus verò dux Burgūdię in suo ducat⁹ Burgundiæ & in vrbe Diuionēsi hunc ordinē militarē ordinauit. & ꝓ hmōi ordine instituendo accepit signū velleris aurei pendulū cū torque aurea. Alii vero principes habētes tales ordines alia & alia habēt signa q̄ eis reliquo. Sed an q̄libet prīceps ī suo dñio & principatu hūc ordinē creare possit, non insisto.

Sed q̄cquid sit hi milites p̄ferūt cęteris militib⁹, qui sunt simplices nō existentes de hmōi ordine: & sic laudandi sunt ex plurib. p̄ cęteris nobilib⁹, cū vltra nobilitatem quo ad nos habeāt illam dignitatē a principe, & sunt aggregai consortio seu societati principis: ita q liberū ad eū hn̄t accessum, in negotijsq; regni pertractandis assistūt, & sunt de cōsilio secreto ipsius principis. Et, vt dicit Luc. de Pen. in l. vni. C. de equestri dignitate, li. 13. plus laudādus est qui militiam à rege suscipit, quam is qui recipit ab inferiori. Et istos vr̄ adaptare Purpuratus in l. j. col. 11. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio. patritijs, sed non video eius bonam adaptationem.

VNndecima consi. Alij sunt milites simplices & cōes, de quibus in iure loquitur & laudantur in pluribus, dummodo habeant ea de quibus in gl. in l. pe. ff. ex causis maiores. cui addo gl. in §. fi. in verbo, siquidem. in auth. de mandatis principum.

Et ideo Cy. & Sal. post eum in l. 1. C. de iur. & facti ignorātia, & post eos d. meus Ias. dicunt, q milites nr̄i temporis non gaudent priuilegijs militum, eo quia non habent virtutes necessarias ad militiā: idē tenet Bar. in l. filiusfamilias. §. veteranus. ff. de ꝓcura. & in l. militibus. C. de procuratoribus.

Quæ aūt sint illa priuilegia militū, & vtrū extēdātur ad doctores, & clericos, qui sunt milites cęlestis militię, pōit Ale. ī l. cēturio. ī pri. ff. de vul. & pu. substi. & forte ea ponā ī. & ēt priuilegia doc. ī suo loco.

Militiæ huius summa laus est cōi vtilitati intēdere, vt dicit tex. in summa. 23. q. 1. Luc. de Pē. in l. vnica. in 2. uol. vt armorū vsus, lib. 12. Instituta est. n. pp duo, s. pp iniuriam propulsandam, & vindictā inferendam. 23. q. 1. c. 1. Est aūt exercēda ea intentione, vt mali coerceantur, & boni subliment. 23. q. 1. c. apud. & c. se. Nāq; & plerisq; sancti p̄res ex militia laudē acquisierūt: vt ꝓpheta Dauid, qui militasse legitur. 1. Reg. 28. c. & Centurio, vt in c. noli. 23. q. 1. & de pluribus alijs, vt infra dicam suis locs: ipsa quidem militia nō culpat, sed ita militandū est, q nil vltra stipēdia q̄rat. c. militare, eadē cā & qōne. & vide Luc. de Pen. in l. j. in 1. col. C. qui militare possunt, vel non. & in d. l. vnica. C. vt armorum vsus.

Miles. n. ꝓcedēs ad bellū si occidat aliquē, nō est reus homicidij, quia ltima superioris autoritate occidit. c. miles. 23. q. 1. Militaris quippe ē disciplinæ tenacissimū vinculū, ī cui⁹ sinu ac tutela serenus trāquillusq; beatæ pacis status acquiescit, vt ait Valerius, li. 2. c. 2. ī pri. Disciplina siquidē militaris acriter retenta principatum Italiæ Romano impio peperit, multarum vrbiū, magnorum regnorum, validissimarum gentium regimen largita est, fasces Pōtici sinus patefecit, Alpium Tauriq; mōtis cōuulsa claustra tradidit, ortusq; & puula Romuli casa toti⁹ terrarū orbis fecit columē. hæc vbi s. Et refert Luc. de Pē. ī l. tā collatores, ī 3. col. C. de re mili. lib. 12.

DVodecima cōsi. Duplex est militia secularis. s. equestris & pedestris. l. a caligato milite. ī gl. C. de nuptiis. & pedestres milites dicūtur qui hn̄t caligas de corio. et equites qui ī equites vadūt. & notaī l. nō oēs. §. qui ī pace. ff. de re mili. ide magister militum dr̄ equitum & peditū magister. l. 1. & 2. C. de offi. p̄f. p̄t. & l. 1. C. de offi. magistri militū. Et, ut dicit

cit Tit. Liui, de bello Maced. li. 3. Eq̃stres milites dicunt equi milites. Ita dicit Luc. de Pẽ. ĩ d. l. 1. ĩ 1. col. C. q militare pñt vel nõ. Et isti simplices milites eq̃stres sunt ĩ dignitate, i. ordine post clarissimos, vt est tex. & ibi idẽ Lucas in l. vnica. C. de equestri dignitate, li. 12. & ĩ. amplius dicturus, ibi, ponam eos post cõstitutos ĩ dignitate, & ex q̃b. laudari pñt & dẽnt.

Equestria vero loca in theatro 14. gradibus concludebant, qui & ipsi ordines dicunt. Sæpe. n. apud autores Suetoniũ, Iuuenalẽ, & cęteros de 14. ordinibus mentionem fieri inuenies, per quos equestria loca 14. graduũ noie ĩtelligi cõueniet, vt dicit Vdalricus Zasius in repetit. l. 2. §. post hũc. maxime. ff. de orig. iuris. in verbo, in equestri dignitate.

Et aduerte, ꝙ ſm Budęũ in suis annotationibus sup l. fi. ff. de senato. dignitas equestris quæ hodie a regib. & regũ legatis, aut exercituũ p̃fectis donatur, decus est militiæ, & ius annulorum donare apud antiquos erat, id ferme quod equitem facere dicimus. Et dicit idẽ Budæus in dicto loco, ꝙ insigne militis equestris erat olim annulus aureus, hodie verò calcar aureum. & hoc accipiendo militem pro illo qui habet illam dignitatem, quod tamẽ in iure nõ reperitur, sed ꝓ milite simplici tam equestri q̃ pedestri.

DEcimatertia consi. Inter milites equestres sunt multæ dignitates. Quidã sunt ĩ maiori dignitate. vt sunt duces seu principes militũ: & isti sunt in primo gradu, & apud nos vulgo dr̃ Conestabilis, de quo s̃. dixi in 6. par. huius operis, in 7. in fi. & ĩ 8. cõsid. vbi posui de eius excellentia & dignitate, & qũo habet primum locum post principem, itá (vt ibidẽ dixi) videtur ꝙ præcedere debet cancellarium.

Et tales duces sunt q̃ p̃sunt exercitui a ducendo dicti, licet forte melius dicerent gubernatores. arg. eius qđ notat ĩ l. quẽad. §. si nauis. ff. ad leg. Aqui. vt dicit Luc. de Pẽ. in l. tam collatores. in 2. col. C. de re mil. & ibi dicit, ꝙ tales duces debent ordines ĩstruere, tpa ostendere, & tramites per quos sit eundũ manifestare, vt in proę. fforũ. §. 2. vt nihil ex militari arte relinquitur incognitũ: his aũt cessantib. & exercitus, & populi corruunt. l. item quæritur. §. 2. ff. locati. & Prouerb. 11. Vbi non est gubernator ppl's corruit, salus aũt vbi multa cõsilia. Hi ergo duces, vt dicit, verius, & vtilius pugnant. Vñ Ouid. 13. Metam.

Quippe manu fortes, nec sunt tibi marte secundi.
Concilijs cessere meis, tibi dextera bello
Vtilis ingenium est, quod eget moderamine nostro,
Tu vires sine mente geris, mihi cura futuri est.
Tu pugnare potes, pugnandi tempora mecum
Eligit Atrides, tu tantum corpore prodes.
Nos animo, quantoq; ratem qui temperat anteit,
Remigis officium, quanto dux milite maior;
Tantum ego te supero, necnon in corpore nostro
Pectora sunt potiora manu, vigor omnis in illis.

Et, vt ibi dicit Luc. de Pen. pro his & eorum salute etiam honesta mors a militibus est appetenda.

Sed aduertẽdũ est, ꝙ qñ creatur talis tribunus, s. primus qui dicitur Conestabilis debet ei extẽsa manu dextra dari gladius aureus, & dicit: Accipe sanctũ gladiũ, in quo deiicies aduersarios populi mei.

prout olim fiebat, vt hr̃ 2. Maccab. c. vlt. De officio huius multa reperiunt scripta, tã in sacra script. iure canonico, q̃ ciuili, & ĩ dictis historiographorum & poetarum: ex quibus multa ponit Luc. de Pẽ. ĩ l. tribuni, C. de re mili. li. 12. q̃ quidẽ ad simpliciũ iuristarũ notitiã (cũ multũ faciãt ad laudẽ militię, & illi⁹ dignitatis) hic ĩserere volui. Nã, vt dicit ſm sacrã script. debent milites ad pugnam p̃parare, instruere, & præcepta dare, vt formidolosi ẽt corde pauidi, & p̃les alij ad pugnã inhabiles reuertant ad domũ: & ista habentur plenè Deut. 20. vbi instruuntur duces exercitus quid habeant agere ante cõflictum belli.

Adde tñ vltra Lucam, ꝙ debẽt exploratores mittere ad inuestigãdum de viribus aduersariorũ, & de dispõne ciuitatis, & terræ expugnandæ, sicut fecit Moy. ꝓ terra Chanaã, q̃ misit 12. exploratores, vt hr̃ Nu. 12. Silr̃ fecit Iosue, vt hr̃ Ios. 2. & habet 1. Regũ. 26. c. vbi Dauid misit exploratores contra Saul.

De iure vero ciuili plus in obseruãda disciplina, quã in p̃cipiẽda ei⁹ cõsistit offim̃. l. offim̃. ff. đ re mil. Debent aũt parcissime cõmeatum dare, equũ militarẽ extra ꝓuinciã suã duci non permittere. (Istud optime practicant Hispani, cum non permittunt, ꝙ equi eorũ qui sunt multũ agiles, nr̃is armigeris Gallicis vẽdant. Ad opus priuatũ, piscatum, venatum, militẽ non mittere (quod male obseruant Galli) cũ sint pl⁹ dediti venationib. q̃ exercitio rei militaris: sed milites in castris retinere, quo ad exercitationẽ ꝓducere, claues portarũ suscipere, vigilias interdũ circuire, frumẽtationibus cõmilitum interesse, frumentũ ꝓbare, mẽsorũ fraudẽ coercere, delicta huiusmodi ſm suã autoritatẽ castigare, principijs frequẽter ĩteresse, querelas cõmilitonũ audire, valetudinarios ĩspicere, vt ead. l. officiũ p totũ. Et adde qm̃ ẽt de iure ciui. officiũ eorũ est exploratores mittere.

De iure vero canonico debent duces exercit⁹ milites monere & instruere, vt parati sint ad laborẽ, in hostes ẽt a dorso excurrere, & vt viros fortes condecet laborare, quatenus eorũ opinio ex laboris qualitate amplius ĩ republica Deo auxiliãte ꝓficiat. Scultasq;, i. exploratores mittere, quicquid hostes faciãt indagare. Ita ꝙ in aliquo reprehẽdi nequeũt, nec vtilitas reipublicæ ĩtelligatur. Iuxta monita Gregorij. 23. q. 8. c. vt pridẽ. vtq; oĩ timore & terrore deposito cõtra inimicos sanctæ fidei seu republicæ oĩũ religionũ aduersarios virilr̃ agere studeãt, adiicientes, ꝙ si quis eorũ morietur pro fidei veritate, patrię defensione, ac saluatione Christianorum, a Deo cœleste præmium consequetur, eadem quæstione. c. omnium. debẽt quippe duces appetere bella nõ desiderio fundendi sanguinem, sed tm̃ causa dilatãdæ reipublicæ (in qua Deus colit) affectare, eadem cã. q. 4. c. si non ex fidei. vt sic nomen Christi p subditas gentes fidei prædicatione circũquaq; discurrat: ibidem & forẽsibus bellis debent aduersarijs catholicę ecclesiæ pro Christiano populo vehemẽter obsistere, & ecclesiastica p̃lia sicut decet bellatores dñi fortiter dimicare, ea. q. c. sicut excellentiam. non cupiditate aut crudelitate bellare, sed pacis studio, vt mali coerceant & boni sublimẽt, ea. cau. q. 1. c. apud. & hæc

est

est summæ militiæ laus. Inter alia bona merita, obedientiam reipublicæ vtilitatibus exhibere, quicquid sibi vtiliter imperatum fuerit obtemperare, eadem q. in summa. Hæc Lucas vbi supra.

Secundum vero poetas, & scriptores historiarum de hac materia plura inueniuntur. Nã ſm Salustium in Iugurtino de Metello, & Mario referentẽ, debent transuersis itineribus castra mouere, iuxta ac si hostes adessent vallo fossaq; munire, vigilias crebras ponere, & eas ipsi vel per alios circuire ĩ agmine: interdum in primis, mõ in postremis, sæpe ĩ medio adesse, ne quisq̃ ordinẽ egrediat̃, sed cũ ordinib. frequenter intercedere, q̃d hostes agant diligenter explorare.

Sed adde, ꝙ hanc explorationẽ multũ cõmẽdauit Vegetius de re militari, lib. 3. tit. 26. dicens: Difficile vincitur qui verè potest de sui aduersarij copijs iudicare. Et Frontinus lib. 1. tit. 2. laudat Scip. Aphr. qui misit exploratores in castris aduersariorũ ad scrutandũ de eorũ viribus, & de situatione castrorũ: redeundo ad eũdẽ Lucã, vbi cũ opus est cunctã militiã secũ habere. ac ut formido, & fuga hostiũ latius crescat, diuersa castra agitare simul ac si nullo ꝓposito omnia prouidere, apud oẽs adesse, laudare, & increpare merentes. Itẽ prælijs interesse: nã ob pudorẽ suæ præsentiæ augetur audacia pugnatoribus, nõ tamẽ se certamini faciliter ingerat. Nam in milite vnius sors est, ĩ imperatore. i. duce exercitus, periculũ vniuersorum, dicit Egesippus de bello Iudaico, lib. 6. ſm Quintiliã nũ in milite Mariano: debet tribunus milites continere, vt alij excubẽt armati, alij claustra portarũ tueãtur, alij vallo fossaq; scutis innixi cingãt exercitum, cibũq; stantes capiant. Et, prout ait Petrus Blesenen. ĩ quadã epistola. Nihil damnabilius est in milite quã ociũ, ꝑ q̃d vsus armorũ dediscit̃, nutrit̃ pusillanimitas, vires fatiscũt, obrepit inertia, & ad immunditiæ actus animus occupat̃. Itẽ debẽt cõtinere militiã castrẽsis disciplinæ, ꝑcipere seueritatẽ, imperatore, uel rege curis maiorib. districto delicta militũ coercere, & pctã corrigere: ad ipsos cõfugiẽdũ, corã ipsis q̃rẽdũ est. Ideo his milites parere lex iubet, vt ff. de re militari ĩ pluribus locis: q̃a nõ solũ militib. sed ẽt cẽturionib. præpositi partẽ quandã imperatoriæ obtinẽt potestatis, ſm Quintili. ibid. Plenius in hoc Egisippus de bello iudaico, lib. 3. Singuli commissa sibi munera nõ deserere, instruere muros, manum legere bellatoriã: ex q̃bus Iosephus Galilæã descẽdẽs munire castella, instaurare propugnacula, validissimos quosque, & bello prõptissimos adscire sibi impigrè curabat, regiones latrociniis defendere, quotidie ĩ castro milites Romanæ militiæ more exercitare, diuidere ordines, distribuere quo facilius disciplina ab omnibus exigeret̃, ne quenquã lateret quæcunq; munera ꝓpria deseruisset. Instruebat ẽt vt agnoscerẽt excitationes tubarũ, & reprehensiones, sequerentur ordines, aciẽ dirigerẽt, clypeos intexerẽt, ut murali uice, si forte vis hostiũ irrueret, sic se aduersum incursantes defensarẽt, subuenirẽt laborantib. fessis compati, pericula aliorũ in se trãsfundere: nec solũ belli artes instar Romanæ militiæ docere, sed ẽt añ bellũ, q̃ amplius añ bellãtes iuuarẽt denũtiare, vt miles sibi cibũ & arma portaret, vallo & fossa se muniret, castrisq; ponendis præueniret hostem, obtemperare ꝑceptis furtis & rapinis abstinere assuesceret, lucrũ ꝓprium putaret si nihil dispendij ruralib9 cultoribus ingerat̃. Quid. n. distat ab hostibus qui ipse hostiũ modo auferat, & tam socios q̃ aduersarios spoliat? plerunque in bello valere bonã conscientiam, eo ꝙ amplius de diuino auxilio præsumeret, qui se nulli affinem crimini recognosceret. Hæc ille de Penna in loco vbi suprà, & de singulis omnibus infrà dicam.

Frãciscus ẽt Patritius in libro de institutione reipublicæ, lib. 9. ti. 2. ponit hmõi offim ducis exercitus ſm quod de iure ciuili ponitur in d. l. officiũ. vbi etiã ponit qũo coercendi sunt milites, s. per multã pecuniariã, munerũ interdictionẽ, militiæ mutationem, gradus deiectionẽ, ignominiosam missionẽ. l. deserto rẽ. ff. de re militari. & p capitis truncationẽ. l. qui commeatus. §. arma ff. de re militari. & l. oẽ delictum. ff. e.

Missionum tamen triplex est causa, vt in l. milites ff. de re militari, & duo sunt genera, l. 2. ff. de his qui notantur infamia.

Dicit etenim F. Patritius vbi s̃, ꝙ nihil rarius, aut difficili9 optimo duce exercitus, seu impatore inueniri põt: ex quo Alexãder Macedo admirabatur, ꝙ Athenienses singulis annis nouos impatores, seu duces exercitus eligerent, cũ ipse in omni vita non nisi vnũ ducẽ bonũ Parmeniona inuenisset. Et cũ de Homeri versibus certamẽ esset, quisnam oĩum elegantissimus haberet̃, eum prætulit, qui de Agamẽnone est hic. Vtrũq; fuit bonus, & rex miles & acer. quasi manus, & mẽs in duce sunt necessaria, cõsiliũ, & robur, q̃ duo ĩ Parmenione ꝑcipua extiterãt. Nã manu strenuus & prudẽtia ꝑstãtissimus habitus est, quin ẽt 70. ann. natus iuuenis ducis, & egregij militis munera sæpe implebat, quem dicunt scriptores multa sine rege Alexandro prospere egisse.

Et refert Ciceronẽ dicentem, in imperatore. i. duce exercitus existimari quatuor res inesse oportere. scientiam rei militaris, uirtutem, autoritatem, & felicitatẽ, & deinde addit: Virtutis imperatoriæ sunt labor in negotiis, fortitudo in periculis, & industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in prouidendo, vbi multas uirtutes ducis exercitus, seu imperatoris ponit, laudando eas.

Et huic duci, imperatori, seu gubernatori tenent oẽs obedire, q̃ obedientia cõsistit in reuerentia exhibenda, in mãdato suscipiendo, & in iudicio subeũdo. & qũo sit tali obediendũ ponit amplè Bar. Cæpola in tractatu suo de imperatore militum eligendo. in verbo, pro imperatore, vbi amplissimè.

De hmõi duce, officio ipsius, & de dictis ducum vide Raphaelem Volaterranum in suis cõmmẽtarijs vrbanis, lib. 30. c. 4. cũ seq. vbi multa ꝑclara ponit, q̃ hic non sunt omittẽda. Inter alia. n. enarrat, ꝙ Agesilaus dicebat oportere ducẽ hr̃e tria: erga quidẽ inimicos audaciam, erga subditos beneuolentiam, erga temporum opportunitates rationem.

Epaminondas vidẽs pulchrum exercitum sine duce, video, inquit pulchram bestiam sine capite.

Philippus solebat dicere se malle hr̃e exercitum

ceruorũ, cui præesset leo, q̃ leonũ cui pesset ceruus. Alia uero egregia dicta ducũ uidere poterit q̃ sq; ibi

DEcimaquatta cõsid. Locũtenentes regij ĩ aliquo actu eis cõmisso habẽtes illius actus administrõnẽ, vt ĩ aliquo exercitu regẽdo pcedũt oẽs, & quoscũque alios principes in illo actu eisdemq; debet p oẽs alios quoscũq; (ẽt si fuerint maiores) obediẽtia, quæ consistit in reuerẽtia exhibẽda, ĩ mãdato suscipiẽdo, & in iudicio subeũdo: & dicta reuerẽtia ẽt cõsistit in hoc vt assurgat ei, & det ei primus locus in sedendo, stãdo, & eũdo, vt notat gl. notabilis in summa 93. di. & notatur p Goffredũ in summa, in tit. de maior. & obed. in §. reuerẽtia debet. p illã gl. q̃ vult, q minori cui maior administratio est cõmissa, debet reuerẽtia, & obedientia ab ipso maiore. Et de his videri poteris Cępolã Veronẽ. in trac. suo de imperato. militum, eligẽdo. in verbo, p impatore. in 8. col. & ibi pbat hoc esse verũ per plura, etiam si alij sint maioris autoritatis, dignitatis, nobilitatis, scientiæ, virtutis, magis diuites, aut quocunq; sint post principẽ, qui eidẽ administrationem dedit. de quibus omnib. suis locis dicemus, & dixi supra in 7. pat. in 10. consid.

DEcimaquinta cõsid. sit ista, de disputatione duorũ capitaneorũ Venetorũ, q cõtendebant super præeminẽtia illius status ducis, seu generalis gubernatoris exercitus: in qua materia Cæpola posuit 46. concl. in suo trac. de imperatore militũ eligẽdo, in fi. quas in procinctu suæ materiæ optimè probat: & ne sim tædiosus, solum illas conclusiones referam.

PRima cõcl. In impatore, seu duce belli, aut exercitus quinq; requisita sunt, fidelitas, s. scia rei militaris, virtus, autoritas, & felicitas, hæc singula pbat ĩ tract. in prin. qñ arguit p illo q cõtẽdebat cõtra electũ, & ẽt pro ĩpatore electo. ver. pro ĩpatore vero &c.

Secunda cõcl. Fides præsumitur ex dignitate, & bonis moribus. Istam comprobat Cæpola in ver. pro imperatore ibi: hæc autem fides. coll. 6. illius versiculi, vbi plura ad hoc allegat.

Tertia cõcl. Infidelitas præsumitur ex inimicitia, & auaritia. ex quo sequitur correlarium, q sine fide præsumitur inimicus, & auarus: probat in d. ver. pro imperatore. col. 6. ibi: Item ex amicitia. & ibi: Itẽ præsumitur infidelitas.

Quarta. Quòd inimicus, vel auarus non eligatur, in principem ducem, seu gubernatorem militiæ. probatur in loco præallegato.

Quinta. Sciẽtia rei militaris cõsistit in cognitione itinerum, locorũ, psonarũ, ingenio, eloquentia, & in cognitione omnium rerum ad vsum militarem pertinentium, probatur ibi in verbo, scientia.

Sexta Rei militaris scientia acquiritur p solertiã, vigilantiã, assiduitatem locorũ, p doctrinã, & lectionem librorũ de re militari, & per oẽs reliquas partes virtutis rei militaris: de quib. satis probat ibidem in d. verbo, sciẽtia: & in verbo, virtutis, & ample in pluribus considerationibus sequentibus.

Septima. In milite præsumi põt, & cognosci scientia rei militaris ex ætate, tempore, natione, loco, pceptore, & experientia. de singulis declarat Cæpola ibi in verbo, scientia, & in verbo, natione.

Octaua. Partes virtutis rei militaris sunt sapientia ĩ cõsulẽdo, Consilium inprouidẽdo, Industria in agẽdo, Celeritas in conficiendo, siue exequẽdo, Astutia siue Sagacitas in stratagematibus, hoc est astutijs rei militaris, solertia, & vigilãtia cũ assiduitate, & patiẽtia laborũ, & sic ẽt bona valetudo, magnanimitas, rerũ gerendarũ fortitudo, & cõtẽptus periculorum. Fides ẽt adiungi pñt, sed eã nõ vt partem virtutis, imo vt necessariũ, & primũ in principe tenet Cæpola: vt ait in prima conclusione supra posita, & ibi dixi in d. ver. pro ĩperatore. Nã quãto magis valeret miles in cæteris, quæ ĩ imperatore necessaria dñr, tãto magis de eo dubitãdũ esset, si in ipso fides non reperiretur.

Nona. Poti⁹ eligat prudẽtior, q̃ formosior. Ex quo seqt, q ĩ duce exercitus p̃honorãda est prudẽtia fortitudine, & sic potius attẽdi dẽt prudẽtia siue sciẽtia, q̃ fortitudo, vt probat clarè ĩ d. trac. ĩ verbo, virtutis.

Decima. Si quis est pulchrior & fortior, in dubio in imperatore exercitus eligendus est. probatur ex infra dicendis. & ibi per Cæpolam.

Vndecima. In virtute rei militaris continẽtur humanitas, modestia, clementia, suauitas, facilitas, temperantia: cunctis in rebus innocentia, fides, liberalitas, atque iustitia.

Duodecima. Autoritas acquiritur propter virtutẽ, corporis formositatẽ, dignitatem, honorem, potẽtiam, diuitias, nobilitatem, felicitatem, humanitatẽ, clementiam, & per cæteras rei militaris virtutes, præsertim ex rebus feliciter gestis. Ista comprobant ample in dicto tract. in verbo, autoritatis, & dixi supra in prima, & infra in vndecima partibus.

Tertiadecima. Quæ ex prædictis infertur in eligẽdo duce, seu imperatore exercitus, consideranda est ĩ primis psona q̃ eligitur si possit esse Dux, vel Imperator exercitus. Scdo ætas illius. Tertio natio, siue origo. Quarto nobilitas. Quinto dignitas. Sexto facultates, siue diuitiæ. Septimo fides. Octauo sciẽtia rei militaris. Nono virtus. Decimo autoritas. Vndec. felicitas: de q b. oib. ex li. ibi Cæ. & ĩ. particulariter dicet.

Quartadecima. In eligendo aliquẽ ad honorem, siue munus psonale decẽ sunt consideranda, quę ponit gl. rubricaria. C. quemadmodum ciuilia munera libro 10. & ibi Io. de Plat. de quib. in 1. parte, in 44 consideratione dixi, ideo hic non repeto.

Quintadecima cõclusio sumitur ex dictis Hieronymi, q̃ habẽtur in libro Leuitici: de quo c. licet. 8. q 1. scilicet qui præstãtior est ẽe omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui deniq; in oĩ virtute eminentior, ille ad ducatũ siue gubernationẽ eligat exercitꝰ & satis pbat ex his q̃ dicta sunt de virtute, & sciẽtia.

Sextadecima. Non debet, nec potest de iure eligi ĩ duce exercitus, qui nõ sit miles, nec debet, si est iunior, & si diu non militauerit, & hoc probatur ex dictis Cæpolæ in d. tractatu, in pricipio, vbi dicit seniores, & antiquiores esse præponendos.

Decimaseptima. Si exercitus Imperator, seu dux electus, vel constitutus est alijs fidelior, indistincte omnes militũ duces sub eo de iure militare tenẽtur. probat hanc conclusionem Cæpola amplè, in d. ver. incip. pro imperatore &c. & infra dicetur.

Decima-

Decimaoctaua. Si electus est magis dignus, & sufficiẽs, q̃ alij, licet fidelitate pares censerent: sine dubio perfecta esset electio, & possent de iure cogi sub eius potestate militare, & manere, quáuis alij sint eo nobiliores, & digniores. probatur hæc cõclusio in d. ver. pro imperatore. in distinctione magna.

Decimanona. Item si Imperator, seu dux, & cæteri militum duces sunt pares fide, virtute, p̃stantia, & sic sunt æquè sufficientes ad regendũ exercitũ, non pñt duces armorũ de iure denegare ei subeẽ, licet sint eo seniores, & aliàs nobiliores, & digniores: quæ conclusio est verissima, & necessaria, & probatur in d. ver. p imperatore, in tertio casu principali distinctionis magnæ.

Vigesima. Quando est dubium quis sit melior, & p̃stantior, potest princeps gratificare cui vult in proponendo vnum alteri, & alius cogitur ei subesse de iure: & ista probatur in d. ver. pro imperatore, in quarto casu distinctionis prædictæ.

Vigesimaprima. Si exercitus Dux electus, est dignus, & sufficiens illi gubernationi, & ducatui, & si alius esset eo dignior, & magis sufficiẽs satis est, q̃a cogit ei de iure subesse, etiam si aliàs dignior dici possit

Vigesimasecunda. Princeps nõ tenet eligere de iure gentib. seu militib. suis imperatorẽ, seu Ducẽ exercitus seniorem, nobiliorẽ, digniorẽ, ditiorem, ac præstantiorem, modo dignũ, & sufficientẽ eligat, probat in d. ver. in dicta distinctione.

Vigesimatertia. In dubio potius eligi debet, ille, q est de ciuitate, vel prouincia, vel regno principis, q̃ alienigena, nisi aliter se haberet consuetudo, vel statutum loci principis. probantur ista in d. tractatu, in ver. propter nationem, in fine.

Vigesimaquarta. Nõ debet impator eligi, nisi qui assiduè militauerit, & præponendus est in electione, q diutius militauerit, & maiora stipẽdia meruerit: vt ibidem in ver. dignitatis rõne comprobatum est.

Vigasimaquinta. Etiã nati ex damnato coitu possunt eligi, & creari duces, & imperatores exercituũ, dummodo sint virtute præstantes; probatur. vbi s̃. ver. pro imperatore, col. x ibi: vnde dicitur.

Vigesimasexta conclusio. Electus vel creatus imperator, vel dux exercitus ĩ dubio p̃sumitur dignus, & sufficiens. pro quo faciunt j̃ dicenda, in 43. cõcl.

Vigesimaseptima. Nõ detrahitur honori alterius si ipse subijciatur imperatori siue gubernatori generali exercitus: digno inquam, & sufficienti, licet ipse alias esset senior, nobilior, dignior, atq; præstantior.

Vigesimaoctaua. Si electus in imperatorẽ seu ducẽ exercitus p principẽ nõ est præstantior, & dignior alijs, detrimẽtum, & dedecus est principis eligentis, seu constituentis, nõ autẽ alterius sub eo militantis, vt constat in d. versi. pro imperatore. in distinctione.

Vigesimanona. A principe, seu populo, vel senatu non à militibus imperator eligi, & ab ipso constitui solet, & debet, vt per dictum Cæpolam in d. ver. p imperatore, in principio.

Trigesima. Imperatori seu duci belli nõ benè nec legitimè cõstituto, nõ est obediendũ, vt habet. ibi s̃.

Trigesimaprima. Qñ duo, vel plures duces, seu capitanei exercitus electi, sunt pares ĩ vocibus, seu suffragijs, ĩ dubio p̃ferri debet q est fidelior. dictũ est s̃.

Trigesimasecunda. Si electi sunt pares fidelitate p̃ferri debet qui est alijs virtute præstantior. ver. virtutes. & ver. pro imperatore. in d. tract. Cæpolæ.

Trigesimatertia. Si electi sunt pares virtute, p̃ferri dẽt dignior honore: vt si est vnus dux, comes, vel marchio, alter non. argumento l. ille à quo tempestiuũ. ff. ad Trebel. probatur in l. fi. ibi, amplioris honoris inferiori. ff. de fide instru. probatur, & s̃ in 5. part.

Trigesimaquarta. Quando impatores sunt pares virtute ac dignitate, senior dẽt anteponi, licet alter sit nobilior, quia senior in dubio præferri debet. et si sit minus nobilis. d. l. fi. de fi. instr. vbi arguẽdo ab ordine literæ, quod fieri põt, vr̃ præferre seniorẽ maiori in dignitate, seu honore. Faciunt ad hoc dicta Cæpo. in d. tract. in principio, vbi posui priuilegia antiquitatis. & ample p eũdẽ in hac sua cõclusione. & dixi j̃ in 11. par. ubi posui de antiquitate, & senectute.

Trigesimaquinta. Duob. electis ducib. belli uirtute ac nobilitate, paribus, præponi debet senior iuniori. Cæpola ibi, & in principio illius tracta.

Trigesimasexta. In p̃ferẽdo unũ alteri in actu militari, primo inspiciat fides, scdo scia rei militaris, tertio virtus siue p̃stãtia, quarto autoritas, quinto fidelitas, sexto dignitas, & honor, septimo ætas, & tẽpus, octauo nobilitas, nono natio siue origo, decimo diuitiæ. adde multa, q̃ j̃ dicã. ex quib. laudant milites, & q̃ dicta sunt s̃ in 3. & 13 conclusionib. cũ sequẽti.

Trigesimaseptima. Si impator eligatur indignus, fit iniuria toti exercitui, nedum uni militum duci, vt probat Cæpola in d. ver. pro imperatore. in sexto casu principali distinctionis magnæ, in principio.

Trigesimaoctaua. Si electus dux belli nõ est sufficiẽs neq, dignus, licet alij reperiant digni, & sufficiẽtes, si tñ facta est electio p principẽ ex certa scia, alij nõ possunt obediẽtiã denegare rõne p̃sonæ indignæ, vel sufficiẽtis: q̃a reputabitur dignus, & sufficiẽs. Vide s̃ i 20. cõcl. & ĩ d. ver. p imperatore. & j̃ ĩ 40. cõc.

Trigesimanona. Impator belli creatus p̃sumit scire gubernare exercitũ. facit qd̃ dictũ est s̃ in 23. cõc.

Quadragesima. Si princeps elegit vnũ ducem belli ignorãs de sua sufficiẽtia, & dignitate, p̃t vnus dux militiæ recusare venire, uel ei subesse, donec pricipi hoc significauerit. Facit p hoc c. si qñ, cũ ibi notatis, de rescripti s. extra. & ibi per Zabarellam, ubi ponit de iudice delegato, vel executore, qui iubetur p principẽ, q exequat. Nã si habet conscientiam læsam dẽt supersedere. & rescribere principi opinionem suã, & expectare prius secundã iussionẽ anteq̃ aliud faciat: ut de hoc est gl. in uerbo, nũtiãs. ĩ §. si tibi. in auth. de manda. princi. in ptin. coll. 3. & plures alias remissiones ad hoc allegat Cæpo. in d. trac. in hac conclus.

Quadragesimaprima. Si princeps videt ducẽ sui exercitus non esse sufficientem, neq, militibus gratũ debet si potest caute mutare.

Quadragesimasecũda. Caueat princeps, ne eligat indignum & insufficientem ducem, & minus gratũ militibus suis. Facit quod dicit ibi Cæpola in 11. articu. de diuitiis.

Quadragesimatertia. Si princeps vult oĩno aliqua ex causa (forte fidei) vnũ ducẽ cõstituere, qui non videatur dignus neq; gratus alijs, eũ nõ eligat, nisi cũ cõsensu, & volũtate aliorũ: sicut fecit (vt ait Cæpola) excelsum ducale dñiũ Venetorũ, qñ cõstituit magnificum Gentilem Leonisam totius exercitus sui gubernatorem generalem, de quo ibi erat quæstio, & pro quo Cæpola fecit prædictum tractatum.

Quadragesimaquarta. Si data notitia principi de maiori alicuius dignitate, aut præstantia, vult omnino, ꝙ electus sit dux exercitus, quilibet ei subesse tenetur, nisi iuste timeret pro se, & militib. suis. Istam conclusionem probat Cæpola vbi suprà, versic. circa hanc. in sexto casu principali distinctionis magnæ.

Quadragesimaquinta. Aduertat quis ne procuret incautè electũ, vel creatũ ducẽ nõ admitti, ne sub eo fortassis postea inimico clandestino militare cogat, vt ait idẽ Cæpola ĩ dicto sexto casu prĩcipali, in fine.

Quadragesimasexta, & vltima conclusio. Cautus sit qlibet miles, vel dux siue princeps armorũ, vt qñ concluditur cũ gentibus suis, faciat sua capitula clara, ne incidat in prædictas dubitationes. Hæ sunt cõclusiones quas dictus Cępola ex p̃dicto suo tractatu illum recapitulando extraxit, quæ sunt multum utiles & singulares principi, & duci exercitus.

DEcimasexta consid. Post locũtenen. gñalem, seu gubernatorem, aut ducẽ belli apud nos admiralus præferri vr̃, q habet, & dr̃ habere maximã dignitatẽ post Conestabilem, præcipuè in mari cui p̃est. Et isti admirali antiquitus apud Romanos non legũtur fuisse creati, sed solũ tẽpore Cõstãtini erecti sunt isti admirali magistratus: vt inquit Petrus Cothereau in suo schedulari magistratuũ ciuiliũ, titulo de præsidibus ꝓuinciarũ &c. Purpur. in l. j. col. 30. in nono exemplo. ff. de officio eius cui mandata &c. dicit, ꝙ hic admiralus cõparari põt comiti rei militaris, q mittitur extra mare, ex quo habet iurisdictionem sibi mãdatam in prouincia sibi decreta, quæ est in his quæ eueniunt in mari, & talis dr̃ illustris: cum, vt ait tex. in l. j. C. de comitibus rei militaris, lib. 12. ex reuerentia altissimarũ dignitatũ, subiugant, vt his locum præstẽt, qui proconsulatus insignibus adornãtur. Et non comprehenditur in statuto prohibẽte ne rector prouinciæ, aut aliquis officialis quid capiat.

Antiquitus ĩ Gallia erãt tres: vnus in Aquitania, alius in Britania, & alius gñalis in Frãcia: sed hodie hæc tria officia habet illustris dñs Philippus Chabot dictus de Briõ gubernator, & locũtenẽs regis gñalis in Burgũdia pro Christianissimo rege nr̃o Frãcisco. Et iste amiralus habet iurisdictionem apud nos quæ exercetur in palatio Parisiensi in mensa marmorea.

DEcimaseptima consid. Post hũc ducẽ exercitus, & admiralum sunt alij quatuor sub eo, qui olĩ dicebantur magistri militũ, loco quorũ hodie apud nos sunt quatuor marescalli in Francia, qui ẽt tales sunt tribuni, & duces belli ẽt dici pñt, vt dicit Luc. de Pen. ĩ l. tribuni. C. de re militari, lib. 12. Hi. n. vt dicit, præerãt equitib. & sm̃ locũ à regibus obtinebãt, l. 2. §. ĩ ĩitio. ff. de origine iuris, & isti quatuor fuerũt ordinati, & instituti instar quatuor magistrorum, militum, qui erant Romæ, vt habetur in l. 2. §. sancimus. C. de officio magistri militum.

Marescallus. n. est nomẽ officij eius q parte aliqua bellicis reb. p̃est, ut dicit Guagu. in suis chron. lib. 7. de quorũ origine, institutione, officio, & potestate, est tex. in d. l. 2. §. post deinde, ver. pp̃lo deĩde aucto. ff. de ori. iur. & in l. milites. C. de offi. magistri militũ.

Et sic sicut olim in Romano Impio fuerunt quatuor principales magr̃i militũ. d. l. 2. §. sancimus. sic ẽt in regno Frãciæ sunt quatuor marescalli, & fuerunt simul cum dictatorib. quorũ loco sunt hodie p̃fecti p̃torio. d. §. post deinde, & in Frãcia p̃sidẽtes, & magr̃i in parlamẽto. Nã p̃fecti p̃torio. i. magistri in parlamẽto, & magistri militũ nõ modicã iter se hñt cõnexitatẽ, q̃ apparet ex l. j. loquens de p̃fectis p̃torio. & l. 2. loquẽs de magistris militũ sub eo. ti. positis. C. de off. p̃fecti p̃torio Africæ, & rex expresse eos iungit in l. j. ff. eo. ti. imo respectiuè sunt æquales, & origine, & potestate in his q̃ eorum incumbunt officijs. & facit rub. C. de præfectis p̃torio siue vrbis, & magistris militũ in dignitatibus exequendis. & ibi Luc. de Pen. lib. 12. vbi ponit aliquam disparitatem.

Sed ex supra deductis ĩ quarta parte, vbi posui de cãcellario, dixi esse differentiã inter p̃fectum prætorio simpliciter (qui dicitur cãcellarius, & pro certo est maior magistris militũ, & est æqualis conestabili, q̃ est s̃ magistros militũ. i. marescallos) & præfectum p̃torio cũ adiectione loci, puta Parisiẽsis, Tholozæ, Burdegalen. Diuionen. &c. qui tales (vt credendum est) adæquant magistris militũ, & magistri militum illis. Et tales magistri militũ non subijciuntur talib. præfectis prætorio cũ adiectione. s. præsidentib. parlamẽtorũ. Hinc videmus, ꝙ in signum huius, & memoriã sub eodẽ tecto præsidentes in parlamento, & marescalli, qui sunt sub conestabili in palatio Parisiẽsi curias tenẽt diuersas, vicinas tñ & cõtiguas, s. p̃sidẽtes, & de parlamẽto in magna camera auditorij, & marescalli in magna Aula eiusdẽ palatij sup tabula marmorea in alto capite dictæ aulæ sita solum de actionibus, & quæstionibus bellicis cognoscentes, ĩ quos dictatores nunq̃ fuerũt pares in potestate existẽtes, nisi quis equitũ magister pro necessitate tp̃is, aut gratiæ causa voluntariè dictatori se subiecerit. l. est receptum. ff. de iurisd. om. iu. vt Romæ semel cõtigit, ꝙ Minutius equitum magister, seu marescall. Fabio dictatori pro subsidio ei impenso gratificauit, de quo Valerius, lib. 5. ti. de gratitudine. aliter. n. & alias marescalli præsidentibus, & præfectis prætorio locorum æquales semper fuerunt.

Tales ẽt marescalli habẽt iudices qui dicuntur p̃positi marescallorũ vulgari eloquio, qui crimina belligerorũ coercẽt, à quib. nõ appellatur ad curias parlamẽtales: & si ab eis appellaret, appellatio esset deuoluẽda corã marescallis in palatio Parisiensi super tabula marmorea, & non in curia parlamentea.

Et dicit G. Bñd. in sua rep. c. Ray. in verbo, & uxorem noĩe Adelasiam. nu. 53. de testamẽtis, ꝙ tales marescalli non subijciuntur quæstoris, seu cancellarij, iudicio, nec præfecto prætorio, secundum Cassiodorum, si pares Franciæ non essent præsentes: sed

solum

solum regem habẽt vltorẽ.l.fi.C.vbi senato, vel clarissimi, vel eum cui rex ipse cõmiserit: vt ibi tex. & ĩ l.j.C.de offi.megistri militum. Sed non credo, quod istud sit verum quo ad cancellarium, per ea q̃ dicta sunt supra de cancellario, & eius autoritate, dignitate, præeminentia, & excellentia.

Et ẽt isti marescalli ẽm Budæum in suis annotationib.super l.posteriore, de ori.iur.ff, forte hodie dici possunt tribuni militũ, aut certè p̃fecti militum.

Et aduerte; q̃ p̃fectus vrbis, & p̃fectus p̃torio, & magister equitũ, & peditũ sunt ĩ pari gradu dignitatis, & p̃cedit, q̃ primo fuit dignitatẽ adeptus.l.j.& 2. C.de p̃fectis p̃torio, siue vrbis, & magistris militum exequẽdis, vt dicit Io.de Pla.ĩ l.fi.ibi: q̃a dignitas est. C.de decurio.li. 10.&, vt dicit cõtra Speculatorem, tales magistri militũ sunt illustres.l.j. & 2.C. de offi. magistri mili.& l.2.C.de comitib.rei militatis, li.12.

DEcimaoctaua cõsid. Post istos marescalcos, seu marescallos, sunt capitanei, q̃ dicuntur q̃nq; tribuni.q̃n.s.præsunt mille hoibus: quãdoq; centuriones, i.centũ militibus præfecti, sicut erat ille de quo ĩ euãgelio Mat.8.& Lucæ 7. Alij quinquagenarij, q̃ p̃sunt quinquaginta militibus. Alij decani, qui decẽ

Et iste status habuit originẽ ex Moyse cõsi. Ietronis cognati seu soceri, vt hr̃ Exod. 18. Cũ dicit. Prouideat de omni plebe viros sapiẽtes, & timẽtes Deũ, in quib.sit veritas, & q̃ oderint auaritiam, & cõstitue ex eis tribunos, & cẽturiones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicẽt populũ omni tempore. Fuit etenim ordo castrensis (autore Liuio lib.8. ab vrbe condita) vt miles cẽturionis, centurio tribuni, tribunus legati, legatus consulis, magister equitum dictatoris, pareret imperio.

Hi ẽt capitanei dicunt̃ comites rei militaris. Luc. de Pen.in l.C.de comitib.rei militaris. lib.12. adornatur tñ insignibus proconsulis, i. gubernatoris patriæ, d.l.j.imo ducibus, seu administratoribus p̃uinciarum adequantur, q̃n illuc mittũtur pro defensione patriæ.l.2.C.eod.& dicit Luc. de Pen. in d.l.j. cũ venerint ad consistorium assurgendum est eis, & præstari eis debet locus, & dicit Io.de Pla.in d.l.j.q̃ tales capitanei guerrarũ, qui mittuntut extra patriã sunt pares p̃consulibus in dignitate: imò vr̃, q̃ sint maiores, cum proconsules sint tm̃ spectabiles.l.j.C. de comitibus cõsistorian is, notatur in rub.ff.de offi.procõsulis. Purpuratus in l.j.nu.252.vsq; ad nu.256.ff.de offi.eius cui manda.est iurisd.vr̃ intelligere.d.l.j. de illo capitaneo q̃ mittitur vltra mare, & qui habet iurisdictionẽ, & sic vr̃ ille tm̃, qui apud nos dicitur admiralus, de quo ante dixi, eodẽ teste, vt alij capitanei guerræ sunt tm̃ spectabiles, & ibi vide differentiam inter capitaneos guerræ, & ciuitatum.

Et istorum plures sunt ordines: quidam sunt in primo, q̃dã in secũdo, q̃dã in tertio, & sic de singulis, & sedent inter eos ẽm eorum ordines, vt dicit Iacob. Rebuffi, in d.l.j.C.de comitib.rei militaris.

DEcimanona consider. Habemus & alios milites apud nos, qui dñr cẽtũ nobiles, & ducentũ balistarij, seu velites, sagittarij, aut rorarij, vulgo dicti *archiers*; sed sunt equites, qui quidem sunt domestici, custodes, & p̃tectores p̃sonæ regis nr̃i. & isti sunt honorandi, ita q̃ postq̃ salutauerint vicarios principis possunt eos osculari.l.j.C.de domesticis, & protecto. lib.12. Et habẽt primiceriũ, qui est eiusdem dignitatis cuius sunt duces, vt est tex.in l.primicerius C.eo. & qui sub primicerio sunt ĩter clarissimos collocãt̃. d.l.primicerius.vide ante in 6.par.in 11.consid.

VIgesima cõsid. Post hos supradictos capitaneos sunt alij milites habentes dignitatem, qui ẽt ab alijs militibus sunt honorandi, qui dicuntur in vulgari nostro *les porteurs Denseignes, & des Guydons:* & isti in iure vocantur primipilarij, & sunt hi qui primum vexillũ portãt ante Regem, vt per Luc.de Pen. in rub.C.de primipilo.libr.12. & ẽt hi habebant pecuniæ, & stipẽdiorũ suorũ militũ administrationem. vt p̃ eundẽ Luc.de Pen.in l.vtilitas.C.eo. Et isti officio funguntur p̃prie ille qui portat vexillum in societate centũ nobiliũ, seu militum regit (qui dicũtur apud nos) *les centz gentilz hommes du Roy.*

Alij vero qui sunt in alijs societatib. militiæ dñr, p̃positi laborũ, qui clarissimi sunt, & sunt digni tali immunitate quali gaudẽt, qui circa latus principis committuntur.l.j.C.de præpositis laborũ.libro duodecimo. Et vt dicit Luc. de Penn. in rubrica, quod legitur in j.libro tripartitæ historiæ, q̃ Constantinus in somno signum Crucis vidit in cœlo, & Angelos astãtes, & dicentes Constantino. In hoc signo vinces & extũc signum crucis ante se præferri fecit in acie, & in signum, vel vexillum crucis transformari fecit signũ victoriale, quod vocabatur labarum, quodque ante ipsum cõsueuerat in acie prius ferri: &, vt dicit, tale forte est flãma regis Francorũ. Signum aũt imperij Romani ẽt ante Cæsarẽ est aquila, vt patet ex Valerio, lib.6.c.1.ibi, libidinosi.& lib.1.c.de prodigijs.ibi, nõ sinit nos, & quare, dixi supra in 5.par.

VIgemaprima consid. Etiam in exercitu sunt alii habẽtes officiũ ultra militiã, ut sunt marescalli hospitiorum, qui in iure dicuntur epidimetici: ab epi, quod est supra, & metis, i.metatis seu militibus ĩ terminis castrorũ existẽtib. quia si supra milites demetiant̃, i.diuersis diuersa assignẽt hospitia ẽm gl.ĩ rub.C.de metatis, & epidimeticis, lib.12.vbi & ĩ l.j. ibid.Io.de Pla.uocat eos marescallos. Et hi epidimetici ẽm gl.ĩ l.2.C.e.ti.habẽt Mẽsores sub se, quos lingua nostra Forrerios appellamus, q̃ cũ p̃ficiscit̃ princips exercitus, vel cũ princeps hospitat̃ĩ aliqua ciuitate, vrbe, vel oppido, mẽsurãt hospitia militib⁹ assignanda.de quibus hr̃ in rub.C.de mensorib.lib.12. Et hi Forterij metati dicunt̃ à metatis, i.hospitijs, vt in l.oẽs.C.eo. tit.& est propriè metari, i.diuidere castra, vel mutare, vel ponere ẽm Hugutio. quia in certas metas castra constituebant, & fossis circundabant.l.omnia.C.de episc.& cler.

Metator aũt est qui locũ p̃parat aduẽtui Potestatis, dictus quia castra designat, à metiendo ẽm Papiam, vt dicit Luc.de Pen. in rubr C. de metatis & epidimeticis. lib.12. vbi dicit, q̃ in regno assignare hospitia singulis tp̃e exercitus pertinet ad marescallos, quibus generaliter pertinet cura exercitus, ordinare castra, & facere explanare vias, & põtes cõstrui,

vt exercitus trāſeat ſalubriter,& habiliter,i. aptè, cōſtituere cuſtodias: primo ꝓ regis pſona,ſcđo ꝓ toto regno. Plura ēt ad ipſum ptinēt q̄ olim tribunus agebat,& iō habet aliquā pemīnētiā, & excellētiā vltra ſimplices milites,ex quo īter milites eſt honorādus.

Cauere tñ debet, ne poſtquam ſua manu ſcripſerit ſuper hoſpitis domum nomē illius militis,cui talis domus eſt ꝓ hoſpitio aſſignata,illud nomen poſtea deleat,aut variet: quia aliàs incideret in falſum & inſtar falſi teneretur.l.j.cum ſua gl.C.eo.ti.

Et ēt ſi alicui aſſignatum fuerit hoſpitiū, & ī illo poſuit aliquod ſignū,forte ſcutū ſuū ſeu nomē,vt ſolent facere milites, & aliquis illud ſignū ſubſtulerit, ꝙ tanquā falſarius puniri debet.ita ipſe Luc. de Pē. in d.l.j.& Ioan. Surgetes in ſuo libello(qui Enchiridion militaris diſciplinæ dr̄)in j.par.& aliqua dixi ī commentarijs noſtris ſuper conſuetud.duca. Burg. in ti.des iuſtices.in §. le droictz de indire.in gl.j. Et de iſtis mareſcallis hoſpitiorum ponit etiam Benedicti in ſua repe.c.Ray.in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam.nu.54.de teſtamentis.

VIgeſimaſecunda conſid. Adhuc vltra ſimplices milites habemus caſtrenſiarios in iure q habēt curam caſtrorū,id eſt tētoriorum,quæ ſunt ī caſtris, dicuntur atrienſes ſerui, qui cuſtodiunt atrium.ff. de verb.ſig.l. in lege Cenſoria, vel qui lauant atria. vt no.ff.de vſuf.l.ſed & ſi quid.§.j. vel caſtrenſiani,q faciebant tentoria,in quibus princeps morabaturin caſtris.gl.rubricæ.C.de caſtrenſianis.lib.12.ita Luc. de Pen.in rub.illius ti.

Iſti etiam apud nos dicuntur Capitanei, ſeu Caſtellani,& tales ſunt tm̄ clariſſimi,& nō ſpectabiles, vt dicit Purp.in l.j.col.30.ff.de offi.eius cui mandata eſt iuriſdictio.de quibus in l.liminarchæ.ff.de ſer. fug.& ibi Budæus.& in l.j.C.de fundis limitrophis, & ibi Ale.lib.11.& in l.munerum.ff.de muneribus & honorib. Et limitanei dicti q ſtabant,limites ſuos tm̄ tuentes,& iſti ſolum inuaſiones,& ingreſſus hoſtium p loca eis diſpoſita impediebāt,de quibus memorat Pet.Cothereau in ſuo ſchedulari magiſtratuū ciuiliū.ti.de magiſtris militū. vbi ēt ponit de alijs militibus,qui dicuntur comitatenſes,& pſentiales,qui inter milites ſimplices videnť habere aliquam præeminentiam,ex quo habent adminiſtrationem.

VIgeſimatertia conſid.ſit de militibus præſentalibus,qui in comitatu ſacro militare deputati erāt,& pſentiæ Imperatoriæ obſequioſi erant, vt ad mandatum principis mitterētur,vnde præſentes milites,vel pſentales ſeu pſentiales,erāt Imperatoris diuinæ pſentiæ obſequentes: qui regulariter ſtabant ī vrbe Cōſtātinopolitana,vbi florentiſſimū palatiū,& Imperatoria ſedes erat,& ibi hi milites morabantur niſi à principe trāſmitterentur. vide tex.ī l.nemo milites.C.de re mil.lib.12. de q́b.præſentalib.ſcribitur in l.fi.ibi,ſed & de præſentalib.& orientalib. & alijs agminib.ſegregatos.C.de officio magiſtri mil. Vnde iſti non tm̄ bellis erant dicati, ſed Imperatoriæ maieſtati erāt in armis obſequioſi. Vnde dicatiſſimi,hoc eſt dedicatiſſimi,& ſacrati milites iſti praſentales dicebantur, vt in l. fina.in principio.C. de re militari. iſti libr. 12.præſentiales milites ſpectabilib.ducibus cōmittebanť,vt dixi s̄.in 11.cōſid.6.par. vbi de protectorib.& domeſticis ſcripſi,quos adaptaui cētū nobilibus,& ducētū baliſtarijs Chriſtianiſſimi regis Francorū. Et ſi ad comitatū alicuius magr̄i cum aliquib⁹ præſentialib.militib.mādato principis tranſmiſſi eſſent,ipſi duces eorū erāt ſubditi pceptionib.& iuſſionib.magiſtri equitū,quantū ad diſpoſitionem agēdi belli, vt in l.fi.in fi.C.de re militari,lib.12.Sed quantū ad iuriſdōnem,nec ipſe,nec milites ſui pſentiales erāt iuſtitiabiles magiſtri militū,ſed milites pſentiales ſuis ducib.parebāt: à q́b.magr̄ officiorum appellabať,vt pdicta l.fi.& de tali appellatione magr̄ officiorum(q dr̄ apud nos magnus magr̄) vna cum quæſtore iudicabat l.ſi qñ.C.de appel. Et iſti milites vnt debere præferri alijs ſimplicibus militibus ſub alijs capitaneis ordinarijs militantib. vt de eis ſatis amplè Petrus Cothereau ī ſuo ſchedulari magiſtratuum ciuilium.ti.de magiſtris militum.

VIgeſimaquarta cōſid.Inter milites ſunt aliqui q̄ habēt certa officia, ſeu certas adminiſtrationes, ex quib alijs pſunt. Cum qui præeſt aliquibus dr̄ tales hr̄e dignitatē, vt dicit Bal.in c.j.§.cæteri.in fi.quis dicatur dux,marchio,comes,& tales ſunt preferendi cæteris,vt dixi,vt ſunt circitores,qui ī militia noctu caſtra circumibāt, qui à capitaneis eligebātur.Et,ut dicit Pyrrhus in tractatu de militaribus officijs fact⁹ eſt militiæ gradus,& in vrbe Romana erant qui circumibant: & ibant ad extinguenda aut cauenda incendia, vt ſecundæ quædam excubiæ,quos ſubuigiles appellamus. Et iſti poſſent comparari præfecto vigilum,vel, vt ait idem Pyrrhus in pandectis de inſtitoria actione. Circitores ſunt qui res venales proponentes vrbem circumeunt, vt de hoc eſt tex. in l.q̄cunque.ff.de inſtitoria actione. vbi ēt dicit, ꝙ ſunt medici,qui circumeunt ciuitates curando infirmos. l.ſi duas.§.j.de excuſa.tuto.de pluribus alijs vide Pyrrhū ibi,licet non ſint multum i vſu apud nos,niſi de his de quibus hic ante dictum eſt, vt de metatis,& epidimeticis,& ſtratoribus.

Si quis vero ſit curioſus indagare plures ſpecies magiſtratuū,munerū,aut officiorū militariū, videat R. Volaterra.in ſuis commētarijs lib.19.in c.de magiſtratibus Græcorum,& Romanorum.ex plurib.tamen pauca referre huic rei facientia ſufficiat.

Magnus dux claſſis īperatoriæ, hoc eſt exercitus præerat,cui magnus drungarius parebat,& amiralus & protocomes, hoc eſt qui largitionibus imperatorijs præerat,cæteriq; claſſis curatores.

Magnus domeſticus poſt Cæſarē erat, ſpatam añ Imperatorem ferebat,quo honore factus eſt Catacuzenus apud Andronicum iuniorem.

Magnus Coneſtallus caput erat rogatorum Francorum.

Scuterius fert ſcutum ante Imperatorem quocūque proficiſcatur,& præcedit.

Acolutus vero ſequitur Imperatorem quocunq; ierit.

Admiralus præeſt claſſi maritimæ vniuerſæ, ſubeſt autem magno duci.

Magnus

Magnus stratopedarca est curator exercitus necessariorum & commeatuum.

Domesticus murorum curam habebat castrorũ aut murorum reficiendorum, si quid his opus erat.

Præfectus vestiarij imperij curat vectigal datiq; & accepti rationes.

Vestiarius imperatorem per mare sequitur, curamq; habet eius instrumenti ac vestium.

Protocomẽsis ĩ mari p̃est omnibus curatoribus.

Protostrator qui ĩ absentia magni domestici fere bat spathã impatoris, & eo adequitare uolẽte tenebat equũ vsquequo sit tẽpus. Tũc comes equorum exceptũ ab eo ducit ad quintũ aulę palatinæ gradũ: inde rursus magnus Chartularius excipiens ducit ad portam vbi adequitet. idem quoque cum descen dit ordo seruatur.

Comes p̃terea equitatũ pompæ imperatoriæ ĩ iti neř disponit, ireq; iubet ordine quo sibi placet. Habet ẽt dona regia ephippia, hẽnas, omnẽq; equi ĩperatorij veterẽ ornatũ singulis annis, ꝙ eadẽ omnia in resurrectionis dominicæ celebritate iterentur.

Protostrator etiam post exercitum adequitat, ac si quos videt inordinatos ire corrigit, de quibus officiarijs posui supra ample in 6. & 7. partibus.

VIgesimaquinta consi.sit circa gloriã militum, q̃ multũ eis est exhortãda: qm̃, vt ait F. Pritius in libro de institutione reipublicæ, lib. 9. c. 1. docẽdi sunt milites exẽplo M. Catonis vt feroces aduersus hostes sint, humani erga amicos & socios, timidi ad iniurias inferẽdas, prõpti ad vlciscẽdas, & tãdẽ nihil magis cupiãt q̃ laudẽ ac gloriã adipisci, q̃ quidẽ per suasio optima est. Cyrus ad milites ait: Quod maximũ oĩum vobis psuasistis, laudẽ p̃ oĩbus reb. esse expetẽdã: laudis. n. cupidi nullos labores fugiunt, nullũ discrimen aut periculũ detractant, sed gloriæ cupiditate incẽsi, maxima q̃q; pericula obire nõ ambigunt. dicã infra in 39. cõsi. vbi dicetur quomodo appetunt laudari milites. Et vidẽdũ est ĩ quibus laudari & extolli possunt, q̃d ex pluribus demõstrabit.

VIgesimasexta consid. Miles ẽt laudař, & honorẽ consequitur ex cingulo. Cum in signũ dignitatis a principe cingi debet: hic cingulum militare dř quo cingitur, & gladius quo cingit miles; debet esse aureus, i. deauratus, ꝓut ꝓbatur 2. Mac. c. vlt. ibi ẽt ꝓbať quid debeat dici qñ cingiť miles: qm̃, vt ibi hř, dici debet. Accipe sanctũ gladiũ, in quo deijcies aduersarios ppľi mei. &c. Et si hoc cingulo spoliantur, oẽ pdũt militiæ priuilegiũ, quẽadmodum videmus ĩ capitaneo, cuius si vexillũ amittať ĩ bello, nũquam portabit vexillũ, donec alicui recuperauerit.

Aduerte qm̃ milites dicũtur habere characterẽ, quod debent portare in corpore eorũ, vt dicit tex. ĩ c. quod quidã. vers. & si forte. 1. q. 1. vel alias habere debẽt symbolũ, vt cognoscanť ne aufugiãt: de quo sit mẽtio p Calepinũ in lr̃a S ante Y, in verbo, symbolũ. Et ꝓprie dř apud nos, *La liurée*, q̃ datur eis. & aliquãdo dř tessera, vt idẽ Calepinus in verbo, tessera. & laudantur si non dimittant signum eorũ: qm̃ si dimittunt, est præsumptio quòd habent voluntatem fugiendi: & hoc faciunt ne cognoscantur.

Et aduerte ꝙ cingulo militari ꝓuida maiorum institutione gladius incertus est, & hoc vt collato honore cinguli, potestas quoq; ipsius gladii aliqualiter intelligatur esse collata: & recte cingulo decorať ad militiã quisquis accedit, quia eũ expeditum esse ad munera reipublicæ officij sui necessitas exigit. Accingi nãq; solet cui gerẽda ĩminẽt, & cui uacatio dať, licet eẽ discinctũ. Vñ illud in lib. regũ. Non æque gloriabitur accinctus & discintus: quia solicitudo laboris ĩminentis gloriã, diligentia nõ amittit, ut ait policratus lib. 6. c. 13. vbi hř ample de cingulo, quem alleg. prædicta dicendo Luc. de Pen. ĩ l. his quidem. in 3. co. C. de his qui mil. pos. vel nõ, li. 12.

Et tales milites hodie apud nos habẽt quãdã pẽminentiã vltra simplices milites, quia p cõsuetudines nr̃as si efficiantur milites, possunt indicere suos subditos: ꝙ intellige dũmodo in exercitu & suitio pricipis hoc fiat. Et ista militia collata à principe cõfert dignitatẽ, ita ꝙ cęteris simplicib. nobilib. eiusdẽ qualitatis p̃ferunť pp illã militiã. Et præstant in huiusmodi cinguli collatione sacramẽtũ, ꝙ nunquam aufugiãt, nec timebũt mortem, nec dimittãt capita, neũ sub quo militabũt, nunq̃ faciant concussiones (quod vulgo pilarias vocãt) viuendo sup & expensis populi. Si sciãt aliquẽ machinari contra principẽ & regni cõmodum, reuelabũt. nunq̃ iduãt arma cõtra illũ pricipẽ qui eis cingulũ uedit: pluraq, alia iurãt & ꝓmittũt q̃ ꝓ certo ñ obseruãt: & de hmõi sacris militiæ meminit Vegetius, lib. 2. de re milit. ca. 5.

Simplex tñ militia de p se nõ ẽ dignitas, vt dicũt Cy. Bar. Bal. & Sal. in l. 1. C. de iuris & facti ignorãtia. Bal. & Ang. ĩ l. filiusfamilias. veterani. ff. de ꝓcu. Io. de Imo. Pan. in c. in nostra. de procu. & do. meus Ias. in l. fi. C. de testa. & in l. si quis in cõscribẽdo. co. 1. C. de pactis. vbi plus dicit, ꝙ militia nedũ est dignitas, sed nec nobilitas, ꝙ licet non sit tutũ de iure, vt ante dixi in 8. par. in 25. cõsid. tñ apud nos ex cõi reputatione milites saltẽ equestres habẽtur pro nobilibus, & gaudent priuilegiis nobilium, ita q̃d non cottizantur in talliis & collectis ordinariis.

VIgesimaseptima cõsid. Milites sunt laudandi ex corpore bñ dispo sito, ꝓportionato, & cõplexionato & ex duritia mẽbrorũ: cum militia duritia appelleť. Vñ ad pugnãdũ fortes sunt fabri & cæteri. qui laborib. cõtinuis uiuũt. Hi aũt qui debiles, parũ valẽt ad corporalẽ pugnã, qm̃ licet in studio sapiẽtiæ & sciẽtiæ molles carne aptos mente dicamus, vt Philos. dicit in 2. de Aĩa: tñ ĩ armis ẽ oppositum ƒm Vegetium de re militari. Nõ est (inquit) dubitandũ aptiorem armis esse rusticam plebẽ, q̃ sub dio & in labore nutritur solis ardorẽ patiẽs, vrbẽ negligens, balneorum nescia, delitiarum ignara, simplici aĩo, paruo contenta, duratis ad omnium malorum tolerantiam membris, cui gestare ferrum, fossam ducere, & quodcunq; on⁹ ferre cõsuetudo est: vt p exẽpla ĩ. videri poterit. Piscatores aũt, aucupes & cæteri oẽs qui tractare videntur ad muliebria pertinẽ- longe arbitror pellendos a castris: sed fabros ferrarios, carpẽtarios, aprorũq; venatores sociare conuenit militiæ: qm̃, vt ad Lucillũ dicit Seneca. Nullũ laborem

laborē recusāt man⁹, q̃ ad arma ab aratro trāſierūt. Ex quo ſequi vr̄, ꝙ de eſſentia militię nō eſt nobilitas, nec requirit miles de gn̄re nobiliū eē, ſm Io. de Pla. in l. 1. C. negotiatores ne militent. li. 12. Hęc dicit G. Bened. in ſua repe. c. Raynutius. in verbo teſtamentum. 1. nu. 25. & 26. de teſtamentis.

Mos tn̄ Gallorū eſt, ꝙ oēs milites equeſtres ſunt nobiles vt plurimū. quātū vero ad pedeſtres pauci ſunt nobiles, imo ferè oēs rurales & plebei, dēptis capitaneis, ex quo cum caret virtutib. & ſunt vitiis dediti, tot & tā nefāda d̄licta cōmittūt, ꝙ vix poſſet enarrari: imo mirant̄ oēs q̄uo talia poſſunt adinuenire, q̄ ꝑpetrant̄ & cōmittunt a certis annis circa in hoc regno, nec ſatis in eos poſſem excādeſcere, ob quod iam pluries Chriſtianiſs. Rex noſter eos publicari & proclamari fecit in toto ſuo regno inimicos, hoſtes, & diffidatos ſui regni & reipublicæ, ordinādo ī illos ppl̄m & nobiles & iuſtitiarios īſurgere, irruere, & illos īuadere, occidere punire, & aliàs morti tradere, ꝓut hoſtes regni, vbi paſſim repirent̄.

Et ex p̄dictis cōſtat q̄uo capitanei iſtorū pedeſtriū d̄ēnt aduertere ad eligēdū illos, quos corpore bene cōplexionatos & robuſtos viderint, vt ſ. dictum eſt.

VIgeſimaoctaua cōſi. Etiā, vt dicit Cæpola Veronen. in ſuo tra. de imperatore militū eligendo. in verb. pro imperatore. in verſi. potuit ēt eſſe tertia rō. Laudādi ſunt milites ex formoſitate & pulchritudine. Cū, vt dicit, ī dubio formoſior ſit eligēd⁹. dicit, n. Philoſophus 1. Politicorū. vbi ſi tm̄ fuerit differētes corpore, ſolūq; deorum imagines ſeu defectuoſitatis homines dicēt dignos ſeruire aliis: quaſi diceret, quod deformes debent aliis ſeruire. Item dicit Prophyrius, quod Priamus propter ſui formoſitatem fuit dignus imperio. vnde de eo dicitur.

Facies Priami digna eſt imperio. vnde Virg.

Gratior & pulchro veniens in corpore virtus
Adiuuat.

Et F. Barbarus in libello quem de re vxoria ſcripſit, ſic ait. Formoſos cūcti diligūt, dignos credūt īperio, eis facilius obſequunt̄. Imo qn̄q; dignitas capit̄ ꝓ pulchritudine: cū vt ait Tullius li. 1. officiorū, Pulchritudinis duo ſunt genera, vnū muliebre quā uenuſtatē appellamus, alterū virile, quā dignitatē dicimus. Et facit ꝙ præſumendū eſt pro formoſiore, eo quia, vt dicit Bal. in prima cōſti. fforum. in §. itaq;. ī fine ſcdæ col. ſi ſint duo nati ſimul nec iudicari poſſit quis eſſe dēat, iudicādum eſt ꝓ formoſiore. & de pulchritudine ſatis dictum eſt in 5. par. in 18. cōſi. vbi laudantur reges & principes ex pulchritudine.

Et plures laudati fuerūt propter formoſitatem, vt de Adone filio Myrrhæ. de quo Virg. Aegloga 10.

—Et formoſus oues ad flumina pauit Adonis.

Et Ouid. lib. 10.

Laudaret faciem liuor quoque qualia namque
Corpora nudorum pabula pinguntur amorum,
Talis erat. Et Propertius lib. 2.
Teſtis qui niueum quondam percuſſit Adonim,
Venante Idalio vertice durus Aper.
Illis formoſum fleuiſſe paludibus illuc
Diceris effuſa tu venus ipſe coma.

Et de Auentino. de quo virg.

Victoreſq; oſtentat equos ſatus Hercule pulchro
Pulcher Auentinus.

Adon.	*Alexis.*
Aſtur.	*Auentinus.*
Atys.	*Achillas.*
Anthionus bithynicus.	
Achantus.	*Alcibiades.*
Amaracus:	*Aſterius.*
Auguſtus.	*Alſus.*
Amphimedon.	*Bellorophon.*
Bathyllus.	*Caſtor.*
Pollux.	*Cyllarus:*
Ceſtus.	*Daphnis.*
Diadumenus.	*Democles.*
Demetrius.	*Eurialus.*
Endymion.	*Epheſtio.*
Filius Maximini.	*Galetes.*
Ganymedes.	*Pelops.*
Artaxerſes.	*Cyrus.*
Troilus.	*Patroclus.*
Gyges.	*Hyppolytus.*
Hylas.	*Hyas.*
Hyppoclides.	*Iulus.*
Iuuentius.	*Iaſon.*
Ioſeph Lauſus.	*Lygdus.*
Magnes.	*Muſeus.*
Ligurinus.	*Maratus.*
Magnes Smyrneus.	*Narciſſus.*
Niſus.	*Nireus.*
Nearchus.	*Pyramus.*
Paris.	*Phaon.*
Phædrus.	*Parthenopeus.*
Roſcius.	*Idas.*
Hymen.	*Serranus.*
Spurina.	*Scipio cognomento.*
Turnus.	*Demetrius.*
Tibullus poeta eliographus.	

Xerſes qui in exercitu habuit 68. myriades: q̃ rō habet bis & quinquagies cētū octoginta tria milia hominū. Herodot⁹ tn̄ ſcribit ī tāto mortaliū numero neminē fuiſſe pulchriorē rege ipſo, aut ꝓceriore ſtatura, vt refert Tex. in ſua officina, vbi ēt q̃ fuerunt mulieres pulchrę. & ſupra dixi de illis in 2. parte.

Fuerūt & temporibus noſtris principes formoſitate mira decorati.

Philibertus Sabaudus.
Philipus Auſtriacus.
Henricus Anglus.

Franciſcus Francus rex noſter, qui fuit & eſt ingenti pulchritudine decoratus, antecedens omnes homines totius regni tam pulchritudine, proceritate, eloquentia, clementia, quam placabilitate, & quod magis eſt fortitudine, vt infra dicetur.

Subtiliſſimus ille & acutiſſimus Papinianus iureconſultus laudādus fuit de pulchritudine, ut eſt tex. in procœmio ffōrum. in §. & hos tres libros, &c. ibi: vobi autem ipſe pulcherrimus Papinianus, & ibi Albericus.

Vige-

Vigesimanona cõsi. Miles laudatᷣ si fuerit audax & terribilis: vt dicit Vegeti⁹. Nã vt plurimũ si leõis aut vrsi (vt fuit Alexãder magnus ĩ bello valentissim⁹, vt dicit G. Bñd. ĩ sua repe. c. Raynuti⁹. ĩ verb. q̃ ex eo filiũ suscipiẽs. de testis) effigiẽ hẽat, ferox vt plurimũ & audax erit in bello: qa audaces (vt lib. 1. Aen. Virg. hr̃.) Fortuna iuuat, timidosque repellit. Qm̃, vt dr̃ ĩ libro principiorũ, Aĩa cõiũcta corpori imitatᷣ passiões corpis, sicut p experiẽtiã videm⁹, φ masculi hñtes effigiẽ mulieris sũt cõiter quali fẽmina molles, ocij & dlitiarũ amatores, q̃ multũ cõtrariatᷣ militiæ, q̃ oĩa mala sustinere hẽt ꝓ alijs & republica vsq; ad mortem inclusiue, & ita iurant milites. insti. de testa. mili. super rub. & in l. fi. ff. ex quib. causis maiores in integrum resti.

Timere. n. nõ dẽt miles hostes quãtũcũq; superbos, nec eos fugere, vel ab eis occidi pmittere, sed ĩ faciẽ eorũ accurrere: & qui cõtrariũ apud Romanos faciebãt, ignominiose puniebantᷣ, vt de Lucio Minutio cõsule, li. 2. ti. de disciplina militari, refert Valer. Decet ergo militẽ esse audacem & strenuum, prõptũ ad oẽs labores absq; timore mortis, iuxta illud Senecæ ad Lucillũ. Gñrosos animos, labor nutrit, nec ẽ viri timere sudorẽ. Quinimo dicit Philosophus 3. Ethicorũ. Mollitiem eẽ fugere laboriosa. Ideo milites exercitio frequẽti dẽnt habilitari. tex. ĩ l. milites. C. de re mili. li. 12. vt infra ample, vt laboribus subesse nõ timeãt. l. j. ff. de mili. testa. Cum ars tritos, vsus prõptos, imitatio artifices aptos, tria cõcurrentia summos. Nec habet cõtrariũ plusq̃ ociũ: de quo Valerius vbi supra. Hæc G. Bñd. in d. repe. c. Rayn. in verb. testamentum. nu. 27. de testamentis.

Trigesima cõsi. Milites ẽt laudantᷣ ex latitudine pectoris, & ex lõgitudine brachiorũ, & ex pluribus alijs q̃ dicit Vegetius de re mili. li. 1. c. 6. vbi dr̃. Sit ergo adolescẽs Martio opi deputad⁹ vigilãtibus oculis, erecta ceruice, lato pectore, humeris musculosis, valẽtib. digitis, lõgiorib. brachijs, vẽtre modicus, exilior crurib. suris & pedib. non supflua carne distẽtis, sed neruorũ duritia collectis. Cũ hęc ĩ tyrone dephẽderis, pceritatẽ nõ magnope d̃sideres: vtilius est milites fortes eẽ q̃ grãdes, iuxta illud Cato.

Corporis exigui vires cõtẽnere noli. Et illud Papinij.

Maior in exiguo regnabat corpore virtus.

Scribit Homerus Tideũ paruo fuisse corpore decoratũ, in quo tamẽ anima esset maxima, & vires amplissimæ. vñ in Priapis a poeta decenter scriptũ est.

Vtilior Tideus, qui si quid credis Homero,
Ingenio pugnax, corpore paruus erat.

Et Xãtippes Lacedemonius, qui breui statura erat, ita laudatur a Sillio.

Exiguis vigor admirabile membris,
Viuidus & magnos nisu qui vinceret artus.

Idẽ Vegeti⁹ li. j. scribit corpaturã boni tyrõis ĩplere sex pedũ lõgitudinẽ. Preterea ĩ amplitudine & latitudine plusq̃ ĩ lõgitudine sapiẽtia cõsistit, ₰m Pe. d̃ Bellapuca, qd̃ sũme displicuit Cyno, q̃ vltra modũ lõgus erat, vt dicit Bar. ĩ l. j. ff. de iuris. om. iu. nec sũt cõiter audaces, nec valẽtes, velut cor multũ distãs à cerebro hñtes. Hæc ipse Bñdicti in loco supra alle.

Trigesimaprima cõsid. Milites laudantᷣ & in sobrietate: qm̃ miles sobrius eẽ dẽt in cibo & potu, de q̃b. nõ multũ curet nec de lecto. Nõ. n. assuesci dẽt sensualib. delitiis: qm̃, vt ait Facetus poeta.

Nil valet in bello qui viuit delitiose,
Nec sine duritia bellica palma datur.

Eo ẽt, qa miles dr̃ à malo, qd̃ sustinere dẽt ꝓ republica. l. j. §. miles aũt. ff. de testa. milit. vbi miles dr̃ à militia. i. duritia q̃ sustinet. Iõ cũ ĩ expeditione degũt, tradi eis dẽt panis bucellatus ad comedendũ p biduũ. i. panis bis coct⁹, q̃ siccitate sui grossos & põderosos humores attrahit & bibit, quos cũ supfluo digestiõis expellit p secessũ: q̃b. eiectis sunt milites agiliores ad pugnãdũ, & p̃seruati a multis. ĩfirmitatib. quas dicti mali humores ad putrefactionẽ faciũt gignũt. Et tertia die panis ĩteger nõ bis coctus eis ministratᷣ. Et vna die datur eis vinũ, altera die acetũ ad bibẽdũ; & vna die lardũ, alia die hñt carnem veruecinã: vt de hoc est tex. in l. j. C. de erogatione militaris annonæ, li. 12. vbi hęc oĩa ample declarat Luc. de Pẽ. quare ista fiãt. Etiã Guil. Bñd. ĩ sua rep. c. Ray. in verb. testamentum. 1. nu. 30. extra de testa.

Trigesimascd̃a cõsi. Miles laudatᷣ ex paupertate. Nã olim milites solis stipẽdijs cõtẽtabãtur, de q̃b. viuere dẽnt, & ñ sup ægros, vt hr̃ Luc. 3. Nec dẽnt subditos regis ad eis p̃bendũ victualia cogere, nec illorum p̃dia inquietare, nec victualia aut cætera bona tãgere. Quib. cõtrariũ faciẽtib. licitũ est cuilibet de plebe eos aut eorũ ministros expellere, & ꝓpria autoritate resistere, amicis & vicinis ĩ auxiliũ cõuocatis ad expellẽdũ inuasores. Capitaneũ q̃ eos delegauit, tpali exilio, puniẽdo, quia militib. trãseũtib. solũ pmittitᷣ hospitari ĩ domib. & nihil ꝓ victu aut eorũ pabulo a ꝓuincialib. ẽt spõte offerẽtib. recipe, nõ soluto valore. l. cęnaticorũ. C. de erogatiõe mili. annonæ. & l. deuotũ. C. de metatis & epydimeticis, li. 12. vbi Io. de Pla. dicit æqualitatẽ dr̃e esse in eo qui gratis hospitatᷣ, vt nihil petat ab hospite vltra hospitalitatẽ. facit tex. ĩ l. vni. & q̃ ibi dicit Io. de Pla. C. de salgamo hospitib. nõ p̃stando, eo. lib. 12. Nec p̃nt milites tpe pacis faciẽdo mõstras psonarũ suarũ, equorũ armorũ & ceterorũ militib. stipẽdiarijs necessariorũ, viuere de bonis rusticorũ, & aliorũ subditorũ, nec cõuocari ĩ magna multitudine. l. fi. §. erit aũt. C. de re mili. li. 12. ne grauẽt subditos. O deos cũ videamus hodie modũ eorũ viuẽdi esse oĩno ĩ cõtrariũ, ita φ excruciant pauperes ruricolas quotidie, & tpe pacis, & alio mõ viuẽdo sup pplo, quid fiet de aĩa eorũ? vñ nõ debet dici quo ibit anima mercatoris (vt dicit Bal. in c. cum causam. ex tra de testib. & in auth. ad hoc. coll. 8. C. de vsuris.) sed quo ibit anima armigeri seu militis qui non cõtentatur de uictu, sed ẽt in domibus suorũ hospitum rapiunt quicquid possunt more p̃datorũ. & ut plurimum eos uerberãt & cogunt soluere, & dare certã summã, vt a domibus eorum exeant: uñ deberẽt in simplicitate uiuere, q̃ magis cupit arma q̃ leges. l. fi. in prin. C. de iure delib. unde refert valerius lib. 3. de fiducia sui, Scipionẽ Aphricanum in cõcione publica dixisse, φ cum totã Aphricã Romanę ditioni

ni subiecisset, nō tñ aliud ex ea quod suū diceret p̄ter cognomen tulisse. Et Publ. Scipio de se & Lucio Scipione eius fratre loquēs, Nō (inquit) me Punicę, nō fratrē meū Asiaticæ gazæ auarū reddiderūt, sed vterq; nr̄m inuidia magis q̄ pecunia locupletior est. Quā Scipionis accusati cōstātē defensionē Roman⁹ vniuersus senat⁹ cōprobauit: vt ibi refert Valerius. Et idē li. 4. de valerio publicola post Tarquiniū eiectū primo cōsule, dicit q̄ post tres cōsulat⁹ acceptissime pactos tātę paupertatis fuit, q̄ p̄rimoniū ei⁹ ad expēsā exeq̄arū suarū defecit. Ex quo patet q̄d viu⁹ possedit, cui mortuo lectus funebris & rog⁹ d̄fuit.

Fabrici⁹ quoq; pluries cōsul & iperator Roman⁹ (vt idē refert) filias p̄prias paupertate dotare nequit.

Mar. ēt Curius contra Sānites bellū gerēs, legatis eorū se in scāno assidētē, & ī catino ligneo cęnātem, spectamentum p̄buit. Cūq; magnū auri pondus ei post attulissent, risit dicens: Referte & dicite Sānitibus Marcum curium magis locupletib. imperare, quam ipsum locupletem fieri: & memē tote me nō acie vinci, nec pecunia posse corrumpi.

Attilius vero ab aratro ad imperiū Romanū vocatus, postq̄ rempublicā stabiliuit, & ingētes hostiū vires cōfregit, multosq; triūphos cōsecut⁹ deposito ipiali sceptro ad aratrū redire non erubuit. Textus tñ in d. l. fi. in prin. C. de re militari, vocat eos ditissimos. & cōtra istos imperatores seu duces belli, de quibus hic añ qui fuerūt paupes, multū faciunt ea q̄ dicit Cæpola ī suo trac. de iperatore militū eli. ī verb. diuitiis. vbi iperator seu dux exercitus & militū plurimū cōmēdat in diuitiis. q̄d p̄bat duodeci rōnib. & ibi scribit 31. priuilegia diuitiarum, q̄ sunt multū laudāda: q̄ ibi videre poteris: & satis d̄clarāt p̄ Albe. ī l. si q̄s ad declinādā. C. de epis & clericis.

Phocion Atheniēsis vir nō minus virtute q̄ rei militaris gloria clarus, cognomēto Bonus pauper. Fuit. n. semp pauper, cū ditissimus esse potuisset ob frequētes ei delatos honores. Huic cū legati Philippi Macedonū regis īgētia munera offerrēt, hortarēturq; vt ea acciperet: quāuis enim facile iis careret, liberis tñ eius essent necessaria, quibus difficile foret in summa paupertate ad paternā gloriam peruenire. Si mei (inquit) similes erunt, idē hic agell⁹ alet illos, qui me ad hāc dignitatē p̄duxit: si dissimiles, nolo meis impensis illorum ali augeriq; luxuriam.

Trigesimatertia cōsid. Laudantur milites in castitate, quoniā casti esse debēt: inde statiōes militū dicuntur castra, a castrando, quasi castrata, vel casta, q̄ ibi castrari debet libido, & caste ibi viuebāt milites antiqui considerantes castitatē secum habere fortitudinē annexam, quam seruarunt semper vt pupillam oculi. iuxta illud poeticum in Georgicis.

Sed non ulla magis uires industria firmat,

Quam Venerem & cæci stimulos auertere amoris.

Luxuria. n. vires eneruat. Vnde Quintilianus ī milite Mariano. Iō meretrices ab exercitu submouētur. Intrare castra fęminis non licet. Deutero. 23. Quādo egressus fueris cōtra hostes tuos in pugnā, custodies te ab oī re mala: si fuerit iter vos hō, q̄ nocturno pollutus sit somno, egrediet̄ extra castra, & nō reuertetur priusquā ad vesperā lauet̄ aqua. & ꝟ. Dñs deus tuus ambulat in medio castrorū, vt eruat te, & tradat tibi inimicos tuos, vt sint castra tua sc̄tā, & nihil ī eis fęditatis appareat, nec derelīquat te. propterea impator amatorē castitatis se dicit in authē. quibus modis naturales efficiūtur legitimi. collatio. 6. Vnde nō sine cā eā tātum dilexerunt armigeri veteres & gētiles. Nā de Cornelio Scipione refert Valerius li. 2. ti. de mili. disciplina. q̄ cōtra Numātinos īperator missus eo momēto quo castra ītrauit, duo mille scorta de ipsis expulit: qua peste vacuefactus exercitus (q̄ paulo ante metu mortis deformi se fœderis ictu maculauerat) erecta ac recreata virtute aciē illā fortē & aīosā Numātinā superauit, & incendiis exustā, ruinisq; p̄stratā Numātiā solo ęquauit.

Scipio quoq; Africanus summis ēt effertur laudib. q̄ Carthaginē obsidēs, oblatam sibi ex hostibus virginem eximiæ formę, & nobilitatis, intactam & dotatam restituit. Hæc Guil. Benedicti in sua repetitione. c. Rayn. in verbo, testamentum. 1. num. 37. de testamentis. extra. de laude uero castitatis dictū est in 2. par. in 12. conside. Idcirco non est mirandum hodie apud nos, si gētes armorum in bellis & exercitu nō se bene habeant, cum in eis nulla sit castitas, imo si fiat exercitus viginti mille hominum, tertia pars illius erit scortorum & meretricum quæ exercitū sequuntur, & ducuntur per amigeros. Maxime per pedites, quorū quisq; frequentius suam sibi cōsociat: q̄ cōtingit culpa capitaneorū, & ducū exercituum, qui talia pati nō dērent: iō facilius & frequētius Thaydis castra q̄ Hānibalis videmus euerti, vt ait Luc. de Pen. in l. vnica. C. de castrēsi omniū palatinorum peculio. col. v. in principio. lib. 12.

Trigesimaquarta cōsid. Milites multū & summe laudantur ex obediētia: quoniā, ut ait tex. ī summa. 24. q. 1. summa militiæ laus est obedientia, & quicquid sibi vtil̄r imperatum est, obtemperare. ita dicit Bartho. Cæpola in tractatu suo de impato. eligē. in uerb. diuitiis. uersi. 10. diuites, &c. Imo p̄cepto ducis omnino parendū. c. quid culpatur, in fin. cum. c. sequen. ibi, igitur q̄d cæsar p̄cepit ferēdum est, q̄d imperator tolerandū est. eadem causa. & quęstion. ex tali. n. obediētia uictoria sequitur, & latis impetii gloria parta est, dicit Luc. de Pen. in lege tā collatores. col. 3. C. de re militari, lib. 12. & iussionibus gubernatoris exercitus, quę ad bellū uel pugnā spectant omnino parendū est: & si quis contemnat eas, etiā si rē prosperē gesserit, capite puniendus est l. 3. §. in bello. ff. de re militari. historiæ sunt nobis ī promptu ad hoc p̄ Valeriū ī libro de disciplina militari descriptæ, ut de Mālio Torquato, qui filiū p̄prium licet uictorē occidi fecit ob uiolatā disciplinam militarē. & de Papyrio dictatore, qui Fabium Rutiliū magistrū equitū, qui aduersus edictū eius q̄ prosperē pugnauerat, uirgis iussit cædi, securi percussurus, nec contemni, aut p̄cibus militū concessit animaduersionē, eumq; profugientē Romam prosecutus est: nec ibi quidē remisso prius supplicii metu, quā ad genua eius & Fabius cū p̄re p̄uolueretur, & pariter senatus & populus rogarēt. Hæc tñ seueritas

ritas nõ intantum est exercenda, vt aium militũ ab imperatore exercitus auertat, qa tpe belli rigor nõ debet omnino seruari.c.fi.de transactio.& c.sciendũ 29.d.fm Ioan.Fabri in prooemio institut.super verbo, gubernari.vbi et dicit, q tpe belli iura non seruant de facto, licet sanctius eẽt: q iustitia illo tẽpore fieret, q̃ alio: quia, vt dicit Cicero 1.officiorũ: Nullum est tempus quod iustitia vacare debeat.

TRigesimaquinta consi. Milites et multũ laudãtur ex scientia militari, quã habere dẽnt, vt habetur in l.vnica.C.de castrẽsi omniũ palatiorũ peculio, li.12.ibi: q pstõ sunt sup actibus quos intẽtos & eruditos studiis itinerũ plixitas & expositionũ difficultas exercet.& pbatur in l.1.ff.de decretis ab ordine faciẽdis.ibi: & peritia artis.& Io.de Plat.in l.1.C.de cõditis in horreis publicis, li.10.& hoc est, qm turpe est ignorare scientiã & artẽ, in qua q s versatur.l.j.§.Seruius autem Sulpitius.ff.de orig.iur. Vnde dicit Vegetius li.1.c.1.de re militari. Sciẽtia rei bellicę dimicãdi nutrit audaciã, nemo facere metuit qd se bene didicisse cõfidit. etenim in certamine bellorũ exercitata paucitas ad victoriã própior est. Rudis & indocta multitudo exposita sp ad cœdẽ. Ideq; 24.c.2.libri scribit. Cui⁹ manib. est seruãda respublica, studiosius oportet scientiã dimicãdi, vsuq; reipublicę iugis exercitiis custodire. Et dicit idẽ Vegetius c.13.2.libri, in pugna usum pdeẽ amplius q̃ uires. Nã si doctrina armorũ cesset, nihil paganus distat a milite: q̃ quidẽ scientia necessario requirit in duce exercitus, & in capitaneis ad guerrã, aut alijs habentibus administrationẽ seu autoritatẽ in exercitu, ut ample demõstrat Cæpola in tra.de imperatore eligẽdo.in uerbo, sciẽtiã.ubi q hęc sciẽtia militaris p armorũ exercitationẽ acquirit: ut est casus in l.in noie Dñi.uer.hæc aũt.ibi: iubemus ut semper milites ad exercitationẽ armorũ teneãt. C. de officio præfecti ptorio Africæ.& ibi Albericus, qui dicit per illũ textũ, q milites armorũ usu quotidiano ad bella se pparare dẽnt.alleg.l.milites.C.locati.& est casus in l.milites.2.ibi: ut armorũ quotidiano exercitio ad bella se pparẽt.C.de re militari, lib.12.unñ exercitus nomẽ ab opere exercitij & exercitatione traxit.tex.in l.j.in fi.ff.de mili.testamẽto. Veget.li.2.de re militari.c.1.ideo dicit, q omne artificiũ seu sciẽtia exercitio crescit, & p illud suscipit incremẽtũ.tex.in l.legatis seruis.§.ornatricibus.& ibi gl.in verb.incremẽtũ.ff.de legatis 3.notat gl.in uerbo possit.in ca.puenit.84.d.& dicit Policra.in suo 6.li.q tria secerũt Romanos esse triũphãtes & uictores, sciẽtia rei militaris, exercitatio, & fides. p quo facit tex.in §.cũq;.in prooemio insti.ibi: quorum oĩum solertiã, & legum scientiã, & circa nr̃as iussiones fidẽ.& tex.in 2.cõstitutio.C.in principio. dicit arma & leges Romanos oĩbus anteponi gentibus & nationibus: scientia & dignitate ẽt dñari præteritis effecit temporibus: q̃ quidem scientia rei militaris optime cognoscitur ex experiẽtia, vt per plura ostendit cæpola in loco supra citato.

Ex quo ifero milites expertos plurimũ eẽ laudãdos: qm experiẽtia est rerũ magistra.c.q sit.de ele. in 6.in prin.cũ aliis per eũdem cæpolã allegatis & dicit Philosophus, Natura potẽtem, ars facilem, usus prõptum reddit artificem.& in 2.cõstitutione. C.sed cũ sit iurisperiti, cõmendãtur experientia rerũ.& i l.certi.C.de iudiciis.ubi cãrum exper ti iudices dari possunt. Et dicit Bern.ad fratres de monte Dei. Rusticus habet duros neruos, fortes lacertos, exercitatio hoc facit: i ocio simul cũ corpore molle scit uoluntas: facit usus usum, exercitiũ uires i omni labore ministrat. Et de huiusmodi exercitatione quomodo a ducib.& trib.militum docenda est, facit tex.i l.officiũ.i prin.ff.de re mil.& in l.unic.§.1. C.de offi.prætoris Africę.& quæ ample ponit Luc. de Penna.in l.milites.2.col.2.c.de re mil.lib.12.

TRigesimasexta consid. Milites ex uigilãtia laudant, quoniam miles dẽt esse uigilans ad custodiam eorum quibus ppositus existit, ne dormiẽs inuadat ab hostibus. Et inde dr præfectus uigilum, q tota nocte uigilare debet, armatusq; discurrere, & inquilinos admouere, ne cupla eorũ, aut negligentia incendiũ oriat.tex.in l.pen.§.pen.ff.de officio pręfecti uigilũ. Vigilare etenim debent milites pcepto diuino excitati per christũ in euãgelio, ut hr̃ Mat.24. Mat.13.& Luc.12. Vigilate, inquit, & parati estote, quia nescitis qua hora fur ueniet. Nã hostes dicunt fures, quos per dolum & insidias, licet uincere, si cis aliter fides pmissa nõ fuerit. Sicut fecit Macrobius carthaginensiũ dux cõtra Assyrios missus, quos uincere dubitans uino & mãdragoris dolose inebriatos dormiẽtes iteremit. Nã, ut ait Hiero.in li.uigiliarũ, Vigilãdo timor oĩs excludit, fiducia nascit: q̃ multũ psunt in exercitu militari. Et de utilitate uigiliarum scribit Luc.de Pẽ.in l.unic.de studiis liberalibus urbis Romæ.col.11.li.11.imo ita in eis laudat, & est necessaria uigilãtia, q si excubias sibi ordinatas dimiserint, capite puniunt.tex.i l.qui.excubias. & ibi gl.ff.de re mili.facit l.4.§.si præsidis.eod.titu.

TRigesimaseptima consid. Etiã milites laudãdi sunt ex patientia in aduersitatib.& belli sudoribus: qm patiẽtes esse dẽnt in aduersitatib.& belli laboribus sustinendis: fame, siti, æstu, frigore, ac cæteris calamitatibus, q̃ innumerabiles ex istunt l.unica.§.1.c.de caducis tollẽdis. Et ad istud cõprobãdũ, G.Benedicti in suã repetitione c.Rayn.in uerbo testamentum 1.nu.39.versi.octauo miles, de testamẽtis. adducit plura dicta & historias antiquorũ. Prio enim in testẽ adducit Senecã lib.3.de ira scribẽtem historiã de Timagine historiarũ scriptore, qui cum quædam contra Augustum cæsarem scripsisset, monuit eũ cæsar ut sermone moderatiori uteretur, qd facere renuit, nec tñ cæsar se uindicauit, sed solum ei domũ suam interdicit. Adducit pariter Policra. lib.3.c.14.(qui plura exẽpla ibi de patiẽtia scribit) de ipso Octauiano cæsare Augusto, q miræ patientiæ fuit, & q̃dã alia de patientia aliquorum, q̃ cum non multũ faciant ad propositum, aliter nõ insisto.

De huiusmodi patientia melius faciunt dicta Aeneæ, in 1, & 2. Aeneidos, cum dicat.

Durate, & vosmet rebus seruate secundis, & sequit.
Spem uultu simulat, premit altum corde dolorem.

Et

Et libro 11. de eo dicitur.

Mens immota manet, lachrymæ voluuntur inanes.

Et in primo.

O passi grauiora, dabit Deus his quoque finem.

Sed, vt dicit Luc. de Pen. in l. milites. 2. C. de re mili. allegãdo Tulliũ in 2. de Tusculanis q̃stio. nr̃i exercitus primum vñ nomẽ habeãt: nisi ab exercitatione, vt facit tex. in l. j. in fi. ff. de militari testa. dein de q̃s labor, quãtũ agminis ferre plusquã dimidia mẽsis cibaria ferre, si q̃d ad vsum velint ferre vallũ. Nã scutũ, gladiũ, galeã, in onere nr̃i milites nõ plus numerẽt q̃ humeros, lacertos, manus. Arma. n. mẽbra militis esse dicũt. q̃ quidẽ ita gerunt apte, vt si vsus foret abiectis onerib. expeditis armis, vt membris pugnare posset. Quid exercitatio legionũ? q̃d ille cursus, cõcurs⁹. clamor, quãti laboris est? Ex hoc ille aĩo in p̃lijs paratus ad vulnera adhuc pari aĩo ĩexercitatũ militẽ, mulier videbit. Cur tantum interest nouum & veterem exercitum? quantũ experti sumus ætas Tyronum plerunq; melior est, sed ferre laborem, cõtẽnere vuln⁹ cõsuetudo docet. Quin et uidemus ex acie afferri sæpe saucios, & quidẽ rudẽ illũ & ĩexercitatũ, quãuis leui ictu plorat⁹ turpissimos edere, at vero ille exercitat⁹ & vetus ob eãq; rem fortior medicum nõ requirens à quo obliget.

Trigesimaoctaua cõsid. Milites laudant in fortitudine, & in plurib. locis impator vocat milites fortissimos eis dãdo p̃dictũ titulũ, cũ ex illo decorent, & honorent, vt de hoc est tex. ĩ l. tã collatores. ĩ prin. & duobus aliis locis. C. de re militari. & in l. fortissimi ac deuotissimi milites. C. de erogat. milit. annonę. li. 12. Et ĩ milite fortitudo est virt⁹, qua cæteræ solidant, & sine qua in bono nõ pseuerat, & qua oĩa roborant, & moderantur, de qua ait Philosophus 2 Ethico. fortitudo tenet mediũ inter timores & audacias. & Cic. Rhetorica. Fortitudo est cõceptio cõsiderata paruulorũ laborũq; p̃pessio, & in Tusculanis q̃stio. li. 4. Fortitudo, inquit, est affectio aĩ lege sũme p̃petiẽdis reb. obtẽperãs, vel est cõseruatio stabilis iudicij in eis reb. q̃ formidolosæ uident subeũdis, vel repellendis, vel ex sciẽtia rerũ formidolosarum, contrariarũq; aut omnino negligendarum conseruans earum stabile iudici um.

Ex quibus infertur fortitudinẽ locũ habere ĩ arduis, & in grãdib. p̃bat, cũ sit illa de qua dr̃, Tendit ad arduã virtus. hanc si quidem virtutem si miles habuerit, minas nõ timebit, imo nec mortem pauebit. Cum viro forti nequaquam turpis mors accidere possit. Fortitudo certe sui natura, & effectu fortunã superat. Vnde Valerius. Fortiter, inquit, se in aduersis gerere, quid aliud est q̃ fortunã sęuiẽtẽ in adiutoriũ sui pudore victã vertere, vt dicit G. Bñdi. in loco allegato in præcedenti consideratione. qui, vt ait, nõ sunt optanda pericula, vt forte quis se ostendat, sed sufficit pericula si cõtingãt valide tolerare. Nõ sum (vt ait Seneca ad Lucillum) tã demens, vt ęgrotare cupiã, tñ si ægrotandũ fuerit, sufficit vt nihil effœminate faciã. Nõ. n. pati tormenta optabile est, sed pati fortiter, nec debet vlla rei nouitas fortia vertere pectora. Cũ nõ posset athleta magnos spiritus habere, donec suum viderit sanguinem. Iuxta illud: Sãguis fusus humi vires accenso roborat igne.

Tunc. n. proiectus aĩum nõ proiicit. sed cum magna spe ad pugnã descẽdit. eaq; virtutę mala fortuna vincit, & bona ornat. Oportet ego milites eẽ fortissimos nulla vi, nulloq; terrore a p̃posito recedẽtes, & cõsiderare, vt ait Valeri⁹. ti. de cõstãtia, ĩ prin. q̃ natura sic cõparatũ est, vt quisquis se aliquis ordine ac recta mẽte cõplexũ confidit, vel iam gestum, si obtrectet acriter tueat, vel nondũ editũ si ĩterpelletur sine vlla cunctatione ad effectũ perducat. Vñ refert Salustius bellũ Catilinariũ narrans, prope fi. catilinã Romanũ potẽtia nimiũ obsessum die sui iteritus milites suos sic obsecrasse. Nemo, inquit, nisi victor pro pace bellũ mutaret. Nã in fuga salutẽ sperare, cũ arma quib. corpus tegit ab hoste auerteris, ea vero demẽtia est semp in p̃lio, his est maximũ periculũ qui maxime timẽt, audacia p̃ muro hr̃. Cũ vos considero milites, & cũ facta vestra æstimo, magna me spes victoriæ tenet, aĩus, ætas, uirtus uestra me hortant. p̃terea necessitudo, q̃ et timidos fortes facit. Hæc ille. Nã eiusdẽ nationis hoĩes fortiores sunt ad se mutuo auxiliandũ. Historiographi p̃fecto laudant, & ad cœlos usq; tollunt eos, q̃ fortes & cõstãtes fuerũt ĩ p̃lio. Multa & terribilia Piso Rom. cõtẽpsit, dũ speciosum mẽtis suę flecti noluit rigorẽ.

Laudat pariter ille Iudas Machabeus, 1. Mach. 3. ibi: Et surrexit Iudas qui vocabat Macha. & induit loricã sicut gigas, & succinxit se arma sua bellica in p̃lijs, & protegebat castra gladio suo, similis factus est leoni in opib. suis, & sicut catulus leonis rugiẽs in uenatione, & de p̃liis Iudę narrabãt oẽs gentes.

De Catone maiore refert etiam Valerius li. 3. tit. de fortitudine. felicior, inquit, p̃genie sua supior Cato, a quo Portiæ familiæ principia manarũt: qui cũ ab hoste in acie uehemẽti periculo peteret, uagina gladius eius elapsus decidit, quem subiectum prliantiũ globo, atq; undiq, hostilibus pedibus circũdatum postq̃ abesse sibi aĩaduerterit, adeò constãti aĩo in suam potestatem redegit, ut illum non periculo oppressus rapere, sed metu uacuus sumere uideret. Quo spectaculo attoniti hostes postera die ad eum supplices pacem petentes venerunt.

Cneus Pompilius a Senatu Romano ad Syrię regem missus sua fortitudine, & audacia ac si totus senatus adfuisset, regẽ terruit. de quo idem Valerius, lib. 6. ti. de grauiter dictis aut factis.

Iulius quoq; cæsar, ut idẽ Valerius ti. de fortitudine refert. Cum in Galiis innumerabili multitudine, & feroci impetu Neruiorum inclinari aciẽ suã uideret, timidius pugnanti militi scutũ detraxit: eoq; tectus accerrime præliari cœpit. Quo fcõ, fortitudinẽ, & cõstantiã p totũ exercitum diffudit, labẽtẽq; belli fortunam diuino animi ardore restituit. Hæc sunt exempla, & historiæ q̃ G. Bñdicti ĩ dicto loco pro huiusmodi fortitudine in militibus requisita adduxit. Si tamen uelis uidere ad saturitatẽ exẽpla bellicosorũ uirorum cum illustribus uictoriis, & fortissimorum fortitudine corporęa, uide Textorem in sua officina, ubi amplissime,

Addo

Addo etiam de Parmenione duce fortissimo bellicoso,& strenuo per F. Patritium libro 9. de institutione reipublicæ.ti.2.

Dicit ét Luc.de Pen.in d.l.fortissimi.C.de erogatione militaris annonæ, lib.12. ꝙ ad militiam (quæ ét à malo dr̄) nō debet assumi debiles, sed fortissimi, bello idonei, præparati ad pericula,& præstantis animi: & ibi amplè. vbi ét accumulat quindecim, quæ fortitudinē,& corporis & animi iuuant, vbi sunt pulchra dicta pro militibus: sed cū hoc opus iam sit satis oneratū, extra suam materiam, hic non repeto.

TRigesimanona consi. Milites appetunt laudari, & prodest laus à duce eorū exercitus, cū de strenuitate laudant. Titus Liuius 2, ab vrbe condita, Addebant & laudes, quibus haud minus q̄ præmio, gaudent militum animi. Vnde ex laudibus ét malitia interdum auget.l.j.§.sed vtrū.ff.de seruo corrupto, & c.sunt nonnulli.68.d.vir quippe ad gloriā erudit⁹ nullā partē animi, tam mollē habebit, quā non meditatione, & ratione corroboret, vt ait Cicero 2.de Tusculanis quęst.ita dicit Luc.de Pen.in l.fortissimi col.ult.ibi, quartumdecimum.C.de erogatio. militaris annonæ, lib.12.hinc est, ꝙ vt uidemus milites attribuūt gloriæ,& honori mori in bello, cum de talibus ibi mortuis dicāt eos esse mortuos in lecto honoris.pro quo tex.in §,j.in fi.ibi.Hi.n. qui ꝓ republica ceciderūt, in perpetuū p gloriā uiuere intelliguntur. inst.de excus.tut.facit tex. in l. qua actione.§. si quis in colluctatione.ff.ad legē Aquiliam.&, vt dixi ante in 25.cōsi.nihil timent ꝓpter laudem consequendā

QVadragesima cōsi. Milites laudantur ex deuotione, qm̄ Imperator eos etiam vocat deuotissimos.l.tā collatores, C.de re mil.& l.fortissimi, ac deuotissimi milites.C.de erogatione militar. annonæ. lib.12. Et hoc est qm̄ deuota oratio multum valet ad fortitudinem, de cęlo enim est fortitudo. 1.Mac. c.3.& c.11.Scidit Ionathas vestimenta sua,& posuit terram in capite suo,& orauit,& reuersus est ad eos in prælium,& conuertit illos in fugam,& pugnauerunt.& Exod.17.Cum leuaret manus Moyses,& oraret, vincebat Israel.ita tenet Lucas de Pen.in d.l.fortissimi.ibi: Octauum deuota oratio,&c.

QVadragesimaprima cōsi. Milites laudantur ex fide seu fidelitate, q̄ licet in quocunq; necessaria sit, maximè tn̄ militantibus congruit vt sint fideles.in hoc militia fundata est, vt nulla fraude vituperetur, quia, vt Cicero ait, lib.1.de Offi. fundamentū primum iustitiæ est fides.& Seneca ad Lucill.fides (inquit) est sanctissimum humani pectoris bonum, nulla necessitate ad fallendum cogitur: nullo præmio, corrūpitur.imo,& hosti cōgruit tenere fidem. Nam qui fidem perdidit, nihil habet quod possit amplius perdere. Vnde nobiles dici non possunt, qui fraudib & infidelitatibus sua prælia exercent, & qđ promittunt minimè obseruāt. Occultum ꝓfecto, & insidiosum malū est perfidia, cuius efficacissimæ vires sunt mentiri,& fallere, quæ tm̄ incōmodi affert humano generi, quātū salutis bona fides p̄stat. Oēs.n. fideles esse honestū est, illos p̄cipuè, quorum status militaris, quorumq; vocatio est rempub. defensare. Militia aūt dedecus patitur, nisi fideliter exerceatur. & in milite nil pulchrius q̄ fides, teste Vegetio de re militari.c.2.vbi dicit, ꝙ totius reipub.salus in hoc consistit, vt tyrones, i. milites nō solum corpore, sed animo p̄stantissimi deligantur.atq; iuramēta suis principibus facta obseruēt. Cui assentit Policr.lib.6. c.5. dicens duo esse p̄cipua in milite, s.electio seu delect⁹ & sacramentum, vt, s. fides promissum teneat. Et de hac fide seruata ponit G.Bened.in sua rep.c.Raynu. in ver.testm̄. 1.nu.42.ibi, decimò requiritur.de testamentis,& Textor in sua Offi.c. fidelissimi. scribit de Attilio Regulo, qui maluit ad supplicium redire, q̄ datam Carthaginensibus fidem violare.pro quo facit.l.nihil interest.ff.de captiuis.l.conuentionum.ff. de pactis.& in c.noli.ibi, fides enim quando ꝓmittitur, etiam hosti seruāda est, cōtra quem bellū gerit. quanto magis amico, ꝓ quo pugnatur.23.q.1.& c.innocens.22.q.4.Et armigeri, qui iuxta vulgare se reddunt ad fidem, illud obseruare debent, cum tātū sit ac si ꝓmitterent sub fide, vel iurarent per Deum, aut per sacra Euangelia. vt dicunt Ang. Lud. & post eos do.meus Ias.in l.3.§.iurari.col.2.ff.de iureiu.

Et de commendatione fidei,& fidelitatis in milite, vide Cæpolam in tracta. de impetatore eligendo. vet.pro Imperatore.

QVadragesimasecunda consid. Milites etiam laudantur ex p̄seuerantia, nisi.n.in prædictis virtutibus bellando perseuerauerit, nunquā reportabit victoriæ triūphum, imo deficiens in vno, factus est oīum reus.c.defleat peccator.de reg.iu. Nec meretur dici Athleta, q saltem non vicerit.l.j. C. de athletis, lib.10. Vnde Romani, q.a cōtra Carthag.in bello perseuerauerūt, funditus eos deleuerūt. Hæc ē vnica virtus perseuerātia, q̄ milites coronat. Bene.n.agere parum ꝓdest, si mens labilis existat. Nec ex actibus gn̄atur habitus, nisi fuerit operis perseuerantia: q.a fm̄ Ciceronem Rhet.1.perseuerātia est in rōne bene cōsiderata stabilis perpetuaq; p̄mansio. Nam talia cōtinuata vigēt: imo gutta aquæ mollis durissimum cauat lapidē, p̄seuerāter cadēdo fm̄ Alanum dicētem.

Gutta cauat lapidem, non vi, sed sæpè cadendo,
Sic tu proficias, non vi, sed sæpè studendo.

Tali certè medio extolluntur veteres Romani milites in oratione ad Cæsarem senem de repubu. simili laude adhuc referuntur Cymbrorū antiqui milites, q̄ nisi morerentur in bello, non reputabāt se felices ad finem vsq; non p̄seuerantes. de quibus Val. lib.2. de institutis. Mortui.n.morbo, vel senio, verè mortui sunt mūdo, nec cōputantur in numero liberorū viuētium, sed q̄ in acie principis ꝓ repub.ceciderūt, adhuc post p gloriam viuere dicunt.§.j.inst.de excu. tut.quia vt Cicero ait, qui per uirtutem perit, non oino interit. hinc est, ꝙ milites nostri dicunt se mori in lecto honoris, cum in acie mortem obeunt, ut ante dixi. De Ænea legitur lib.11.Aen. quod per medios ignes, tela,& hostes perseueranter se habuit, ex quo magnifica peregit. Qui licet multas in parte sensitiua pateretur tribulationes, tamen vsum rōnis in mēte nunq̄ perdidit, imo suos consolando, fortius p̄seuerauit, ut pulchrè hr̄ lib.1.Ae. ubi ad suos milites,

Reuocate (inquit) animos, mæstumque timorem
Mittite, forsan, & hæc olim meminisse iuuabit;
Per uarios casus, per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium, sedes ubi fata quietas
Ostendunt, illic fas regna resurgere Troiæ.
Durate, & uosmet rebus seruate secundis.
Et sequitur.
Spem uultu simulat, premit altum corde dolorem.
Et libro IIII. de eo sic dicitur.
Mens immota manet, lachrimæ uoluuntur inanes.

Et Valerius lib. 3. c. 2 50. de fortitudine, ponit de perseuerantia cuiusdam militis, & lib. 3. titu. de fiducia scribit de perseuerantia vtriusq; Spartani.

Cæsar ēt ad cælos vsq; summos pseuerantiā militarē, lib. 8. suorū cōmentariorū de bello Gallico, extollit. Et intantū est laudanda in militibus, q̄ ex contrario desertio militiæ est grauiter etiā usq; ad mortem punienda, vt per plura satis comprobat G. Ben. in rep. c. j. Rayn. ī verb. testm̄. 1. nu. 43. de testamētis. quæ nō tāgo, cū sit extra fines laudis, & propositi nr̄i.

QVadragesimatertia consid. Milites ēt laudant̄ ex charitate inter eos. Cū in militibus debeat eē charitas, & mutua dilectio, qua deficiēte, ex sentētia veritatis diuinæ, desolabunt̄. Imo vr̄ q̄ maior debet esse dilectio inter milites, q̄ inter parentes, cum, vt facit tex. in l. militē. C. de procuratorib. Miles admittitur ad comparendum tāquam procurator pro cōmilitone, & tn̄ nō admittitur ꝓ parentibus. Præterea pactū de succedendo velut mortis captandæ inductiuum non valet. l. si. C. de pactis. Et tn̄ inter milites valet. l. licet. iter priuatos. C. eo. de pactis, eo quia abundantia mutuæ dilectionis facit cessare præsumptionē captandæ mortis, cū nō sit verisimile vnū militē alteri insidiaturū: & sicut sunt socij passionū, ita esse debent & cōsolationū, iuxta dictum Apostoli ad Cor. j. & cum socij sint, & vnius societatis debent se ad inuicē diligere tanquā fratres, cū vt hr̄ Proue. 18. Vir amicabilis ad societatem magis amicus erit, quā frater. facit text. in l. verū. in prin. ff. pro socio. vbi societas dr̄ ius, seu species fraternitatis. & ibi gl. in verb. fraternitatis. & ut dicit G. Bened. in loco in præced. consid. in fi. alle. si se non adiuuarent in prælio eēnt peiores dæmonib. dæmones. n. si se nō diligant, tamē mutuo auxilio coadiuuant̄ cōtra nos in prælio. Sic faciūt milites, & armigeri, quoniam si vni fit iniuria, omnibus ēt fit iniuria. Si obsequium, & placitū, nec illi nec cæteris. Et ista charitas consistit in duobus, s. uno modo adiutorium proximi habēdo, alio mō veritati adhærēdo, vt dicit Lu. de Pe. in l. fortissimi. col. j. ibi: quartū. C. de erogatiōe militaris annonæ, li. 12.

QVadragesimaquarta consi. Etiam milites laudātur ex sapientia: quoniam, vt habet Prouer. 24. Vir sapiens fortis est, & vir doctus robustus est. & Gregorius in moralib. Valde fortitudo destituit̄, nisi per consilium fulciatur. Et Titus Liuius lib. 2. de bello Punico, Malo te sapiens hostis metuat, quā stulti ciues laudent. Omnia audentem contemnet Hannibal, nil temerè agentem metuet. Non. n. tm̄ viribus corporis, & lacertis fortitudinis gloria est: sed magis in virtute animi, dicit Ambro. 1. de officijs. & Cic. 1. de officijs, parua sunt foris arma, si nō est cōsiliū domi: quod citat Pan. in c. ex multa. col. 2. versi. nota, q̄ pollens cōsilio. extra de voto. & perierunt gigantes quos dn̄s non elegit. quia nō habuerunt sapientiam. Baruch. 3. nō sic dr̄ de filio sensato, pp quē dn̄s deiecit potentiā inimicorū. Eccles. 47. Expedit. n. interdū astutia insidijsq; pugnare, maximè in bello iusto, & cōtra eos, qui nequeūt apertè deuinci. c. dominus noster. 23. q. 2. & ibi plures concordantias. l. j. §. nō fuit ff. de dolo. Vnde Greg. in registro. lib. 3. c. vlt. Terren' hostis qui munita loca cupit inuadere, pugnandi arte sic vtitur, latēter quidā ponit insidias, & ad vnius loci expugnationē totum ostendit: vt dū ad defensionē loci illius vbi instat periculum conuenitur, loca alia de quibus nulla est suspitio capiant̄, & euenit: vt qui cognitus resistentis virtute expulsus est latens obtineat, quod certādo nō potuit obtinere. Nā dū aliud attenditur, aliud non cauetur. Ita dicit Luc. de Penna in l. fortissimi. ibi: quintum sapientia. C. de erogatio. militaris annonæ. lib. 12. Et q̄ in militib. requiratur sapientia, probatur in l. postliminium. §. fin. ff. de captiuis, & postlimini. reuer. not. Angelus in l. quod constitutum, ff. de militari testamento, & in l. vnica, C. de cōditis in publicis horreis. lib. 10. Et ibi per Io. de Platea. facit ēt quod notat Bal. in l. ex diui. C. de locato. in fi. per dictam l. unicā. Et ad hęc vide Valeriū, titulo, de sapienter dictis, qui de Scipione scribēdo, sic ait. Turpe est viro militari dicere nō putarā, ex explorato, & excusso cōsilio quæ foro agunt̄ administrari oportere arbitrabat̄ summa ratione. irreuocabilis est. n. error, qui uiolentiæ martis cōmittitur. Vn̄ Cicero libro primo de senectute. Nō viribus aut velocitate corporis res magnæ gerūtur, sed cōsilio, autoritate, & scientia. dantes enim cōsilia plus agūt alijs, & philosophi consilia plus valuerūt in bellis, q̄ principes aliunde, vt idem ait lib. 1, Officiorum: & salus est vbi consilia multa Prouer. 11. Vnde Trogus Pompeius. li. 11. ait. Alexāder uictoriā obtinuit, qui consilio gubernauit exercitū. Ita Cæpola in tract. de imperatore militū eligēdo. in verb. virtus. vbi apprimè cōprobat qūo sapientia, & industria ēt est militibus necessaria. Adduco dictū Horatij in odis. lib. 3. ode. 4.

Vis consilij expers mole ruit sua.
Vim temperatam dij quoque prouehunt.
In maius ijdem odere uires.
Omne nephas animo mouentes.
Testis mearum centimanus gygas.
Sententiarum notus, & integre
Tentator Orion Dianæ
Virginea domitus sagitta.

Item Valerius Flaccus. lib. 4. Argonauticon, ita scribit. Sæpe agri potior prudētia dextra. Et habetur Eclesia. 9. Dicebā meliorē esse sapientiam fortitudinē. Et paulò post. Melior est sapiētia quam arma bellica. & Sap. 6. Melior est sapientia quam vires, & vir prudens q̄ fortis, & melior forti est sapiēs vir, & prudens vnū cōsiliū multas manus vincit. Vnde apud Homerū li. 2. Ilia. Agamemnō asserit facile se Troia potirū, si decē sibi adessent. Nestori siles, tanq̄ pluris facceret decē Nestorū cōsiliū, q̄ magnā militum manum.

testis

testis est Cælius lib.antiquarum lectio.6.c.31.

Fuit optimè poetica historia ab ipso Homero Odissleæ 8.descripta, dum ait. Vulcanus claudus cum suspectam haberet vxorem Venerem, q̄ furtim cum Marte cōcūberet, nec vires suppeterēt, quibus adulterantes deprehenderet, ad artes ingeniūq; cōfugit: lectum suum cathenulis inuisibilibus circūuinxit, quod vbi fecisset, foras abire se simulat: deinde cum in arctissimis essent complexibus Mars, & Venus, vinculis illis hoc magis irretiti, quo magis se circū agerent, vnde in adulterio manifesto deprehēsi sunt. Vnde Homerus ibi dicit.

Nonnunquam assequitur tardus celeremq; citumque
Sic uti nunc Vulcanus, ut est uestigia tardus
Mauortem cepit, qui percitissimus unus
Cunctorum, quicunque tenent super astra Deorum:
Et quanquam est claudus pede, rem tamen arte peregit,
Prouide etiam debet pœnas deprehensus adulter.

Cui sententię cōformat illa Menedemi philosophi, teste Laertio. Capitur ergo, & ab infirmis celer. Aquilāq; breui testudo vincit.

Ad hæc accedit alia, & vera historia quā recenset Plutarchus in vita Sertorij, & Valerius Max. lib. 7.c. 3.& Sextus Iul. Frontinus li. stratagematum vltimo c.fi. de qua etiam meminit Io. And. in c.j. in verbo, difficile, extra de treuga, & pace, q̄ cum Sertorius ipse dux strenuus suis copijs ex barbara turba conflatis rationibusq; persuadere non posset in re militari plus habere pōderis, & momenti consiliū q̄ vires temerarias: postea quā illi interdū parū feliciter certassent, hoc commento vsus est. Conuocata totius exercitus turba, duos equos prope adduci iubet: alterū macie senioque confectum, alterum vegetum cauda pilosa: atq; macilento illi iuuenem adhibet prægrandi statura, & viribus admirandis. Contra valenti, & forti pusillum imbecillum, & debilem admouet hominem. hic, vt illi præceptum erat, singulos pilos robusti equi paulatim vellens, breui tpe totā depilauit caudā. iuuenis ediuerso caudā oēm gracilis equi simul manibus vtrisq; deprehēsam, vi atq; impetu conat euellere. Qui cū incassum niteret, risum circumspectātib. pbuit. Sub hæc assurgēs Sertorius, cuius cōsilio pceptoq; hæc acta fuerāt: Videtis, inquit, cōmilitones, quāto plus possit īgeniū q̄ vires: cui historiæ cōcordat dictū Horatij. lib. 2. epist. ad Augustū, cū ait

Vtor promisso, caudæque pilos ut equinæ
Paulatim uello, demo unum, demo etiam unum
Dum cadat elusus ratione ruentis acerui.
Qui redit ad fastos, & uirtutem æstimat annis.

Hæc recitat Tiraquellus in suis legibus connubialibus, in prima lege.

QVadragesimaquinta consid. Etiam milites plus laudantur, & inter eos extolluntur fęlices, q̄ alij. Vnde Vegetius lib. 3. de re militari. in prin. dicit. Rem militarem virtute sola, vel certè fęlicitate contineri. Et Cæpol. in tractatu ante alleg. in uer. ob felicitatē, āplè cōmēdat felicitatē ī militia maximè ī duce exercit⁹ adducēdo plura exēpla de multis, qui laudē meruerunt ob felicitatem. Et felix dicitur prosper, quia cuncta ad votum sibi succedunt, vt habetur in procemio institu. in verbo, felix. Textor vero in sua officina in c. fortunati, & felices annumerat plures, qui fuerunt multum fortunati, & felices. Et istud interdū prouenit à virtute animi, vel pp multas diuitias, vel cognitionem rerum mundi, vt per glo. in d. verbo, felix. in proę. fforum, vel ex custodia, & administratione bonorum angelorum cuiuslibet, qui iuuāt personas quibus sunt cōmissi. ita q̄ vnus angelus deputatus vni est fortior & maior altero, sicut s̄ dictum est in 3. par. in 16. consid. incip. istorum angelorum. ver. 3. protexit. cum seq. quod qn̄q; vnus angelus vnius patriæ, seu gentis resistit alteri, vt habetur Dan. 10. Si ēt unus angelus vnius hoīs particularis, resistit alteri, prout in casu simili recitat Plutarchus lib. de Romanorum fortuna. allegatus per Cælium lib. antiquarum lec. c. 31. in fi. vbi dicit Marcum Antonium, & Augustum singulari amicitia, & beneuolētia iunctos, cum suppeteret ocium, sæpe lusibus inter se diuersis transmittere solitos: verum in his cū semper victus abiret Antonius, quidam apud eum diuinandi peritia clarus audacter ita admonuit, Antoni, quid nam tibi cum adolescente isto? refuge istū & vita: Tu quidem illustrior es natu, item grandior, sed plurium quoq; imperator, bella multa exanclasti, peritia rerū pstātior es. At nescis quo pacto hui⁹ ipsius dæmonem dæmon reformidat tuus. Quin tua quidem fortuna ex se ampla est, sed fortunæ adolescentis subblanditur. Quid ni abieris, procul ad illū defecturam apparet.

QVadragesimasexta conside. Quis in pugnando, consequitur maiorem honorem in duello, pro impresia facto ex multis, vt dicit Paris de Puteo de re militari, & duello, lib. 10. c. 1.

Primò qui cum maiori virilitate ac strenuitate segesserit in ipso prælio armaturis corporeis vtēdo: vt membris mouēdo se in armis, vt inermem, & agili-ter pugnando cum prudentia, & cum temporis moderatione, & cū brachiorū, & pedum temperamento offensas, & defensas faciendo vbi, & qn̄ oportunitas aderit, fines modestiæ non exeundo, ac arte, & artificio belli gerendo, & non sola fortitudine, sed ingenio mixto prosiliēdo, nō offendendo incaute, nec defendendo indefensus, armaq; cū mēsura mouendo.

Secundò etiam is maiorem honorem reportat, q. amplius de campi spatio reportat, & qui melius occupatum spatium, seu rendum conseruat, & tenet.

Tertiò is etiam honoratur, qui proprium vultū, nūquā conuertisset nec retro, nisi oportune cessisset: deniq; & is q. melius insidias hostis, & offensas vitasset, & is qui in faciem percussus: & repercussus inuictus permansisset, & is qui se non plicasset, nec manus, aut crura ad terram tetigisset: quia cadenti simi lis esset, & is maximè qui sanguinem inimico fecisset se illæso, is ēt qui inimicum in capite percusserit, vel in manu, aut in membris nobiliorib. Ideo dicit Vegetius de re militari, q̄ pugnator pedestris debet scire artē dimicādi, & dicit Salomon, q̄ in bello requirit prudentia. Idem etiam ait Vegetius lib. 1. c. 2 in fin.

QVadragesimaseptima consid. Milites, & armigeri de consuetudine non habent soluere col-

lectas, vt dicit Iacob. Rebuffi in l. j. nu. 4. C. de indictio. & in l. fi. C. de fundis limitrophis. lib. 11. vbi ample tractat ipsam materiam. & ibi dicit, quod milites in acie existentes ab extraordinarijs muneribus excusantur. l. in honoribus. §. angariarum. ff. de uacatio. munerum. ubi dicitur, quod ab angariarum præstatione, & recipiendi hospitis necessitate excusantur. pro quo etiam facit l. vlt. §. pe. ff. de munerib. & honorib.

Aduerte etiam, quia milites in multis alijs priuilegiantur, seu honorantur.

I. Quia miles accusatus de crimine non quæstionatur l. milites. C. de quæstionibus.

II. Quia miles furca non suspenditur. l. 3. §. j. & ibi hoc no. Bar. ff. de re militari.

III. Miles in 20. casibus in actu testandi priuilegiatur, quos scribit Guillelmus Benedicti in sua rep. c. Ray. in verbo, testamentum. j. nu. 22. extra de testament. militis, qui alio modo illos ponit: & Bal. in l. milites C. de testam. militis.

IIII. Contra militantes dantes in bello non currit præscriptio, vt ait Martinus de Laude in tractatu de milite. articulo 2.

V. Militibus datur restitutio. l. fi. C. de restitu. militum. & etiam eorum vxores, titulo de vxoribus militum. & etiam medici illorum. l. inter eos. §. militum medici. ff. ex quibus causis maiores. & Albericus in l. j. C. de vxoribus militum.

VI. Præuentio iurisdictionis non tollit priuilegium militis volentis declinare iurisdictionem. gloss. in l. si quis posteaquam. ff. de iudicijs: Martinus de Laude in dicto tract. de milite, arti. 22.

VII. Miles non potest cogi esse tutor nisi filiorum commilitonis. l. sed miles, in prin. & ibi Bal. ff. de excu. tuto. & idem Bar. in l. propter. §. si in castris. ff. de excu. tutorum. instit. eodem. §. idem, & in milite.

VIII. Miles præfertur alijs creditoribus etiam anterioribus in re empta ex pecunia sua. gl. in l. ideoque. ff. qui potiores in pignore habeantur.

IX. Licet miles teneatur soluere gabellam de rebus quas portat, non tamen res quas portat cadunt in commissum. Baldus in lege omnibus. C. de vectigalibus, & commissis.

X. Miles non tenetur, nisi quatenus facere potest. l. miler. ff. de re iudicata.

XI. Miles excusatur à vera contumacia, & dolo præsumpto. Ideo non obstante contumacia, appellat. Alexan. in l. 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit. & Ange. l. j. ff. de edendo.

XII. Assertioni militis ab hostibus remissi creditur suffragantibus meritis. Spe. in tit. de teste. §. 11. versi. tamen fallit.

XIII. Miles corporaliter non est puniendos, cum insignijs militum, sed debet exauctorari, hoc est nudari insignijs militum. l. 2. §. sed si cum. ff. de his qui notantur infamia.

XIIII. Si procurator militis simpliciter contrahat, vt contrahere nomine militis domini sui. Pau. de Cast. in l. pecuniam. ff. si cer. pet.

Alia priuilegia militum ponit Spec. ti. de procuratore. §. j. ver. item quod est miles.

Quadragesimaoctaua consideratio. Miles habens cicatrices ex vulneribus sibi illatis in prælio, laudandus est. Vnde legitur in historia scholast. quod Antipater. Idumæus pater magni Herodis, in quodam seruitio Imperatoris fuit multis vulneribus confossus. Qui tandem ab æmulis accusatus apud Imperatorem, reiectis vestibus, totus denudatus, dixit. Ego, Cæsar, nolo me verbis apud te excusare, sed ista vulnera quæ suscepi pro te, loquantur pro me si ego diligo te: & ob id Cæsar illum in gratiam recepit, & inculpatus remansit. Exemplum est nobis cicatricum repræsentatio in corpore Saluatoris nostri Iesu Christi, & stigmata perpetua quæ sunt quoddam sigillum irrefragabile, & supra omnia alia sigilla autentica ostendens veritatem suæ victoriæ, & gloriosæ resurrectionis. Imo etiam in corporibus martyrum. Nam, vt inquit Aug. in vlt. de ciuit. Dei. In corporibus martyrum remanebunt post resurrectionem cicatrices in signum uictoriæ præteritæ. Et in eodem lib. etiam dicit. Videbimus in corporibus martyrum circatrices quas pro Christi nomine pertulerunt, nec erit in eis deformitas, sed dignitas: & in eorum corpore quædam singularis pulchritudo fulgebit. Ideo a simili alacres pugiles ob vulnerum cicatrices à suis ducibus laudari debent.

Nonæ partis Catalogi Gloriæ Mundi, Finis.

DECIMA CATALOGI GLORIAE MVNDI PARS,

De præeminentia Scientiarum enunciat.

SECTA IN QVINQVAGINTA DVABVS CONSIDERATIONIB.



CVm, vt supra vidimus, multa sunt quæ faciūt quẽ dominari, vt ait diuinus Plato, cū dicat principatus quinariam esse distributionem, alium legitimum, naturalem aliū, alium ſm consuetudinem, quartum ſm genus, quintum violentum.& vt idem Plato ait lib.3.de legib.Septem sunt rōnes, quę ad dignitatem imperandi facere vidētur, quæ sunt paternitas,nobilitas,dominatio,potētia, senectus, prudentia,& sors.& de singulis suis locis dicitur,hic tātum amplè de prudentia, quæ ex sapientia, & scientia, constat,cum cæteris omnibus anteponi debeat, in hac parte decima dicemus laudem,honorem,& excellētiā scientiarum,describendo,& depromendo,& de ordine præcedendi inter viros literatos, de quibus etiam in sequenti parte proxima dicetur.

HVius partis prima consideratio materiam introducit,ad demonstrandū, quòd dictum Aristo. in primo de anima sit verum.s. scientia est de numero bonorum honorabilium,& ideo literati,& habentes scientias,sunt multum laudandi.Cum scientia sit plusquam vtiles necessaria. cum rationis vsus sine dirigente,& illustrante scientia haberi non possit.vbi.n.non est scientia,non est bonum.Prou.13. Et cupiditas discendi, est optima ratio viuendi,l.apud Iulianum.ff. de fideicommissarijs libertatibus.Hæc.n.charitate suffulta callem virtutum aperit,& viam vitiorum præcludit.hæc.n.vt dicit Aug.lib.12.de trini.c.14.nec virtutes ipsæ,quibus rectè viuitur haberi possunt,per quas hęc vita misera sic gubernetur vt ad illam,quæ verè beata est, perueniatur æterna,rursus qui hac pollet,deum hic,saltem per speculū,& enigma,& alibi facie ad faciem limpidius cognoscent. hinc habetur Dan.12.qui docti fuerint,fulgebūt quasi splēdor firmamenti,& qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.

SEcunda consid. Scientiam esse necessariam dicit Bernardinus de Bustis, secunda parte sui Rosarij serm. 29.in litera D,E,& F,4.rationibus.

Prima.s.ratione perfectionis: qm̄, vt ait Philosoph. 2.Metha. humana natura est multipliciter ancilla, & multis angustijs oppressa,& ideo inuēta est ars siue sciētia, vt suppleat defectum naturæ.6. Politicorum,quæ ars siue scientia, est habitus quidam cum ratione factiuus.vbi habetur.6.Ethi.& ideo imitatur naturam inq̄tum pōt.l.adop.§. minorem natu. propterea diffinitur natura à Philosopho in secundo Physic.q̄ est principiū motus, & quietis eius in quo est primo, & per se, & nō per accidens.q.d. vt perfectè quiescat natura mouetur ad artem seu scientiam:& ideo Seneca dicit ad Lucillū scribens.dociles nos natura edidit.& Hiero.in prologo bibliæ comparat naturale ingenium molli cæræ, quæ indiget artifice informante.& Tullius in Tuscu.quæst. lib.2.Sicut ager quantuncunq; fertilis absque cultura fructuosus esse non pōt,ita animus sine doctrina,& disciplina.& Ouid.in quinto de Tristibus inquit.

Fertilis assiduo si non renouetur aratro,
Non nisi cum spinis germen habebit ager.

Et quia anima cum corpus intrat, est tanquā tabula rasa,cui innata est omnium rerum ignorantia,per scientiam tamen perfectibilis,vt habetur 3.de anima, & intellectus est in potentia ad omnia, & non reducitur ad actum eorum nisi per scientiam.2.de anima.

Quæ quidē scientia est perfectio animæ, vt ibi dicit commentator Auerrois,& omne imperfectum naturaliter appetit suam perfectionem.5.Metha.& 2.Physic. ideo quilibet affectat scientiam.Nam,vt multi philosophi dixerunt,anima est posita in corpore, vt scientijs perficiatur,ita etiam tenet magister sentētiarum in 2.dist.

TErtia consid.Sciētia ēt dicitur necessaria ratione illustrationis,ambulantibus.n.nobis in regione umbræ mortis,necessaria est illustratio,seu illuminatio q̄dam:& hoc est propter pericula multa, & dæmonum insidias, & in figuram huius deus educens populum de Aegypto præcedebat eum in nocte in columna

 ignis.

gnis.Exod.13.Hæc autem illustratio est scientia cōtra tenebrositatem ignorantiæ, quæ est mater cunctorum errorum.38.d.c.j.

Sed facit pro hac rōne,& melius ad ꝓpositū, ꝙ sciētia illustrat,seu illustriorem reddit hoīem, potius esset quā militia: qm̄, vt ait Ouid.9.Metam. Vlixes contra Aiacem militiæ gloriam obtinuit, cum sapiens esset.

Vñ Apuleius libr.de deo Socratis.Si laudas,inquit, virū,qa diues,hoc fortunæ debetur.si qa fortis, ægritu ne debilitat seu fatigabitur: si qa nobilis,nō ipsum,sed parentes eius laudas,& si quia pulcher,pulchritudo in senectute abiet: sed si laudas virum, qa sapiēs,& quātū liber bonis morib.ornatus, tunc ipsum virum laudas. hæc dicit Ia.magnus ī suo sophologio Sapiētiæ li.j.c.j.

Vel esset, dic, ꝙ p scientiam totus mundus illuminat,vt est tex.in auth.habita,C. ne filius pro patre.imo sine illa mundus regi nō potest, unde ecclesia vniuersalis indiget viris literatis.c.cū ex eo.§.j. de electio. in 6. c.fi.de magistris.extra,& non asinis serratis secundum Io.Monachi in c.super eo.de hæreticis in 6.

QVarta cōsider.Sciētia dr̄ necessaria ratione appetitionis,deus.n.nō dedisset hoī naturalem appetitum nisi esset reducēdus ad actum: qm̄ ipse dn̄s,& natura nihil agunt frustra.ſm Aristo.1.de cælo, & mundo.& 3.de Anima.& 1.Physico.&, vt ait philosophus 1.Metaph. oēs hoīes naturaliter scire desiderāt. qđ ēt dicit Tullius in Tusc.quæstio.& Lact. in 1.diuinarum institut.Et ideo dicebat iurisconsultus Iulia. in d.lege apud Iulianā.ff.de fideicommissis liberta.& est glo. in c.nisi cū pridem.in verbo,plerunq;. extra de renunc.c.si habes.23.qu.3.& gloss. in c.de constantinopolitana, 23.d.Si pedem in foueā haberem, adhuc addiscere qdē vellē.& rō huius est,qa oēs res naturalr̄ habēt inclinationē ad ꝓpriā operationem, in qua etiam delectantur,vt aues ad volandum, ꝓpria hominis operatio est intelligere,vt ait Aristot.in 3.de anima.& j.Ethic.Tullius in 1. de Officijs,& Quintilianus in primo de Oratoria institutio.& in hoc differt ab alijs animalibus. sine sciā.n.homo appellatur animal brutum,dicēte Dauid psalmo 48.Homo cū in honore esset, non intellexit.i.intelligere neglexit, comparatus est iumentis insipientibus,& similis factus est illis.& idem psalmo 31. Nolite fieri sicut equus, & mulus,quibus nō est intellectus.& Augus.ad Hæreticos ait.q̃d.n.homo sine lr̄is reputatur?nunquid non bos,vel asinus,nō equus,vel mulus,q̃b.nō est intellectus,vnde interrogatus Solō Atheniensis quid esset diues sine literis?respondit. Ouis aureo vellere.& Diogenes videns diuitē literarum ignarū sedētē super lapidē,dixit. Lapis super lapidem. Qui dā autē alius philosophus dixisse fertur, ꝙ tm̄ distant docti ab indoctis: quantum homines à bestijs.& Diogenes cum ascendisset in locū eminentem, & clamasset venite hoīes,multis de turba irruentibus, dixit.Non. n.hoīes estis, qui non datis operā scientiæ. Sicut.n. aīa informat corpus,ita scientia intellectum, & iō intellectus hominis sine scientia dici potest sine forma. hinc etiam dicit Cicero in libro Officio, ꝙ multi sunt homines nomine, pauci re, ad denotandum, ꝙ prorsus ignari non merentur appellari homīes: sed potius imagines hominum, sicut in simili dicit text. in cap.multi 40.dist.Pano.in c.prudentiam.in prin.de off.deleg.

Hæc autem scientia studiose quærenda est, vt honoris nomen adipisci possit: quod obtinuerunt hi qui sapientiam dilexerūt, vt fuerunt Theodosius, Abraham, Dauid,Salomon, Alexander, & plures alij enumerati in Sophologio sapientiæ.c.1.& 2.qui oēs magnū appetitum sciendi habuerunt.De hoc appetitu sciendi loquitur Hiero.in prologo Bibliæ dicendo,legimus in Historijs veteribus quosdam lustrasse ꝓuincias,transijsse mōtes,& nouos adijsse populos,vt eos quos ex libris nouerant,palam coramq; viderent.Et ibi loquitur de Pithagora & Platone, & de Apollonio magno Philosopho, ac de alijs multis q̃ prædicta fecerunt discendi causa, licet in patria sua essent aliorum ꝑceptores,& magistri. Quibus etiam adiungemus illum virum oīum literatorum in omni scibili perfectissimum Iacobum Fabrū Stapulensem,qui causa discēdi, ferè totam Europam & Asiam transfretauit,& partem Africæ etiam transcurrit,vt uiros doctos,& perfectissimos literis græcis, atinis,hebraicis,& chaldæis,inueniret.

Non video prætereundum do.& præceptorem meū doctissimum do.Iasonem Maynum, qui, vt perfectam scientiam haberet,& ne in cognitione,& perscrutatione veritatis scientiæ impediretur a stimulis uxoris,nunquā vxorari voluit: memor doctrinæ Ciceronis, quod vxori,& doctrinæ difficile uacare esset.

De hoc etiam appetitu loquitur Lactantius in principio primi diuinarum institutionum, dicēs.Magno,& excellenti ingenio viri cum se doctrinæ penitus dedissent,quicquid laboris poterat impendi contemptis oībus publicis,& priuatis actionibus,ad acquirendæ ueritatis studium se contulerunt: existimantes multo esse præclarius humanarum diuinarumq; rerum inuestigare,ac scire rationem,q̃ struendis opibus, aut cumulandis honoribus inhærere. Hæ Lactantius vbi suprà.

Hinc etiam inter viros literarum, & literatorū amatores enumerat multos Textor Niuernen. in sua officina cap.alij,qui literarum,& literatorum fuerunt amantissimi,quos multum laudat,& honore maximo extollit, vt fuerūt Anaxagoras, Democritus, Cyprianus, Scipio,& plures alij.nu.45.quos ibi enumerat Textor.& in c.præcedenti ponit viros doctos habitos in magno precio,& honore vsq; ad nu.67.quos statim ponam.

Non erant inter alios omittēdi Nicolaus Rolin cancellarius Burgundiæ tempore Philippi ducis Burgundiæ,Guido de Rupeforti Cancellarius Frāciæ,Ioannes-Antonius de S.Georgio, qui fuit præpositus Mediolanen.& propter eius eminentem scientiam effectus Cardinalis Alexandrinus: Adrianus de Treiecto qui ob eius eminentem scientiam,& virtutē(licet nūquam fuisset Romæ visus nec cognitus) à cardinalibus, fuit tamē electus in summum pontificem in ciuitate Romana, licet esset tunc in Hispania.

Prætereundus ne sit ille vir doctissimus d. Clau.de Seysello dictus de aquis (qui licet nothus)propter eius laudatam scientiam tam apud reges Frāciæ claruit, maximè apud Ludouicum XII. ꝙ eius consiliarius secretus habebatur: & tandem effectus episcopus Marsilien. & Archiepiscopus Taurinen.

Nonne Guillelmus Budæus ille apud omnes latinos

nos notissimus, & famatissimus ob eius p̃claram scientiam ad maximam dignitatẽ referendariorum (qui dicti sunt hodie magistri supplicationum seu requestarum ordinarij domus aut Hospitij regalis, elatus & promotus fuerit.

Quid de illustri viro do. Antonio de Prato inter cunctos excellentis. qui etiam ob inenarrabilẽ eius scientiam, dignitatem præfecturæ prætorio, hoc est cancellariatus regni Frãciæ cum omnimoda administratione & gubernatione regni assecutus est?

De hmõi aũt appetitu, de quo iã supra dictũ est, vt cõpleri possit: oportet discere cupiẽtẽ intẽto esse aĩo ad studiũ, vt inquit Tullius in Tusc.q.lib.4.& ideo Eccl.6.dr̃. Si iclinaueris tuã excipies doctrinã, & si dilexeris audire, sapiens eris. imo ẽt hr̃ Prouer. 1.in prin.ꝙ audiens sapiens sapientior erit.

QVinta consid. Scientia dr̃ necessaria rõne fructificationis. qm̃, vt dicit Bern. de Bustis in loco supra all. innumeræ.n. sunt sciẽtiæ vtilitatis. facit.n. scia hoĩem honestum & virtuosum. ex quo dr̃ apud Tullium 1. Offic. primus honestatis locus q̃ in veri cognitione consistit, maxime attingit naturam humanam. item (vt dicit) est bonũ qđ nobis auferri non põt: sed hominem sequitur quocunq; perrexerit, dicente Boe. in 1. de consolatione.

Has saltem nullus potuit peruincere terror,
Ne nostrum comites prosequerentur iter.

Vnde, vt refert Valerius Max & Tullius in paradoxis. lib. 1. Bias philosophus qui fuit vnus ex septem sapientibus Greciæ, cũ capta ab hostibus patria alij compatriotę eius fugientes preciosa quæ habebant asportarent, & ipsum ad similiter faciẽdũ iuitarẽt, ille respõdit. oĩa mea mecum porto. Nihil.n. suũ reputabat, nisi scientias & virtutes. & ideo Seneca ad Lucillum scribit. Lauda hoĩem in eo quod ab eo nũquã eripi potest, & quod est proprium hoĩs inquantum homo, hoc autem est animus & ratio p̃fecta. & vt ait Macrobius Saturnalium, lib. 7. existima disciplinas multas multis eẽ pecunijs p̃stãtiores: istæ quidẽ cito desinunt, illæ vero per totũ tempus permanent, scientia.n. sola possessionum immortalis.

Scientia quoq; est illa p̃ quã Deo assimilamur. Gen. 3. eritis sicut dij scientes bonum & malum. & Tullius in primo de natura deorũ, inquit. Nihil est per quod magis dijs immortalibus similemus, q̃ p̃ ipsum scire: ideo Salomon optime p̃posuit illam regnis & sedibus, & diuitias nihil esse dicit in cõparatione illius, nec comparauit illi lapidem p̃ciosum, & aurum in cõparatione illius arena est exigua, & tanquã lutũ æstimabitur argẽtum in cõspectu eius.

Propter autem ipsam suam scientiã a Deo amamur. vnde philosophus. 12. Ethic. dicit, ꝙ Deus valde curat de his qui diligunt intellectum, tãquã de suis amicis, & ideo ibi dicit, ꝙ p̃ scire & intelligere hõ cõiũgit Deo & substãtijs separatis. & iõ nõ est mirũ si oẽs scire affectãt: vnũquodq;.n. naturalr̃ desiderat cõiũgi suo prĩcipio, dicẽte Maximiano poeta.

Ortus cuncta suos repetunt. & Boe. lib. 4. de cõso.
Repetuntq́ suos singula cursus,
Reditúq; suo singula gaudent.
Nec vlli manet stabilis ordo,
Nisi fini iunxerit ortum.

SExta consid. Scientia laudat̃ p̃p eius vtilitatem, cum scientia sit vtilissima. dixi supra in princ. & vt dicit August. in lib. Enchirid. & magister Senten. in 2. dist. fecit Deus rationalem creaturam, vt summum bonum intelligeret, intelligẽdo amaret, amãdo possideret, possidendo frueretur. & ideo cũ oĩa desiderent ad finem suum pertingere. 2. & 8. Physi. non est mirandum si ab omnibus appetatur.

Facit ẽt & reddit scientia hoĩes nobilissimos. l. p̃uidendũ. C. de postul. vnde stoici dicebãt oẽs sapiẽtes & doctos liberos esse. & Tullius ĩ paradoxis, inquit: Nullus vir doctus, seru⁹ aut ignobilis esse põt, nisi forte volutabro vitiorũ fuerit infectus. & vt dixi supra. in prin. Arist. in lib. 1. de Aĩa, ponit sciẽtiã esse de numero bonorum honorabilium. & ĩ 1. Politicorum idem philosophus inquit, ꝙ hoĩes ratione & intellectu vigẽtes, sunt dñi & rectores aliorũ. & iõ in primo de officijs inquit Tullius: Oẽs trahimur & ducimur, cognitionis sciæ cupiditate, in qua excellere pulchrũ putamus. dixi alibi ĩ plurib. locis.

Refert ẽt Aulus Gellius, ꝙ dũ Ari. Alexãdri magni p̃ceptor libros de physico auditu publicaret, recepit ab ipso Alexãdro epistolã in hæc verba p̃rupẽ tẽ. Aegrefero, ꝙ ea q̃ a te hausi & didici in publicũ p̃ftearis, ego.n. nõ tã cupio & delector opib. & potẽtia alios excellere, quãtũ lr̃is & doctrina præstare. Hæc ille. Propter quod paucos videmus, qui in lr̃ario cõflictu alijs cedere velint, sed vnusquisque, & si nõ existentia sed ẽt in apparẽtia alios excellere satagit, atq; aliis doctior apparere. vnde Martial. ait.

Diuitias & opes frequens donauit amicus,
Qui velit ingenio cedere, rarus erit.

Salomõ aũt Sap. 7. de sapientia inquit: Proposui illã regnis & sedib. & diuitias nihil esse dixi in cõparatione illius. nec cõparauit illi lapidẽ p̃ciosum, qm̃ oẽ aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutũ æstimabit argentum in cõspectu illius. & ẽt Prouerb. 1. ait: doctrinam magis quam aurum eligite. Melior est.n. sapiẽtia cũctis opib. & oĩa q̃ desiderant huic nõ valẽt comparari. p̃p ꝙ inquit Tullius in 2. de Officijs. Optima hæreditas a parẽtibus liberis traditur, & oĩ patrimonio p̃stãtior dignitas virtuti. Cũ ergo oĩa bonũ appetunt, vt Philosophus. 1. Ethico. 1. Rheto. 3. Thop. & 4. Metaphy. iõ cũ sciẽtia sit tã bona & vtilis, ab oĩbus desiderat̃, cũ s̃m philoso. 1. Metaphy. oẽs hoĩes naturaliter scire desiderãt. &, vt, inquit B. Tho. 2. 2. q. 188. art. 5. Studia lr̃arũ dirigũt & coadiuuant hoĩem ad contemplandũ diuina, illuminãdo intellectũ, & offerũt ea q̃ possunt nos impedire a statu salutis fugando errores, & ẽt cõferunt ad euitãdã carnis lasciuiã. vnde Hiero. ad Rusticum ait. Nũquã de manu tua & oculis tuis recedat liber, ama sciẽtiã scripturarũ, & carnis vitia nõ amabis: p̃sunt ẽt ad auferendã cupiditatẽ diuitiatum atq; auaritiam: qm̃, vt ait Salustius ĩ Catilinario: Auaritia pecuniæ studiũ habet, quam nemo sapiens cõcupiscit. Scientia.n. vt dicit Bernardus in lib. meditationum, parit cognitionẽ amoris amor,

amor frequentiam, frequētia familiaritatē, familiaritas fiduciā, fiducia facilem imperatorem. Et null⁹ aīæ fauauior eſt cibus, quē perfecta cognitio veritatis, dicit Lactā. Firmianus in 1. diuinarū inſtitutio.

Habet. n. mirabiles delectationes, ut ait philoſophus 10. Ethic. & 2. Politic. dicit Fran. Petrarcha in ſuis triumphis, aliam delectationem q̃ diſcere nō reperio, vt ample ponit Bern. de Buſt. in d. ſermone. ī lr̄a F, in fi. Felices etiam hoīes reddit: qm̄, vt ait Ari. 10. Ethic, Homo ſapiēs, maxime felix eſt. & Seneca ad Lucillum. beatam (inquit) vita ſapīa perfecta efficit. & ſequitur: Scio neminem bene viuere ſine ſapientiæ ſtudio. per ipſam. n. Salomō obtinuit principatum & honorem, ipſo dicente de ſapiētia. præpoſuit, inquit, illam regnis & ſedibus. & ſequitur. Infinitus eſt. n. theſaurus hoīb. & Prouer. 2. Melior eſt, ī quit, acquiſitio eius acquiſitione auri & argēti: ipſa. n. eſt precioſior cunctis opib. dixi an̄. Per ipſam. n. Alexander potius quam viribus ſublimatus eſt: habuit. n. Ariſt. in doctorē, prout narrat Aulus Gelli⁹ lib. noctium Atticarum 9. c. 3. vn̄ pater Alexādri, ſ. Philippus Macedo, eo nato, Ariſtoteli miſit epiſtolā, in qua gratulabatur filiū ſibi genitū, & diis gr̄as agere debere, nō quia natus eſſet ſibi, ſed q̄a ſuis tpibus ipſum naſci contigerat, ſperans ꝙ ſua eruditione fieret dignus regno, quam ſtatim in ſeq. conſi. ponam. Et etiam narrat Iacobus magnus in d. ſuo Sophologio Sapiētiæ. lib. 1. c. 1. vbi ponit qualiter Alexander ꝓ ſtudio vitam expoſuit. & ibi in c. 2. ponit de principibus qui ſcientiam dilexerūt. dixi aliquid ſupra in 5. parte, in 10. conſid.

SEptima conſid. Scientia vtilis eſt, quod exēplis ꝓbat̄, cum multi ex ſcientia & doctrina habiti ſunt in magno honore, & ꝑcio. Nā ſancti viri cōmēdant̄ ex peritia ſcīarū ſeculariū, vt arguit Io. de Turrecr. in c. legimus. ver. ſed cōtra. in prin. 37. di. quod ꝓbat exēplis. Nā legit̄ Act. 7. ꝙ Moy. fuit perit⁹ ī oī ſapīa Aegy. & de Daniele, vt hr̄ Dan. 1. ꝙ Dn̄s dedit ſibi & ſocijs ſuis ſcīam & diſciplinā in oī libro, & in oī ſapīa, & ſuper oēs ſapiētes q̄ erāt in regno Chald. iō vltra principes ponit Tex. ī ſua Officina c. viri docti &c. vbi enumerātur multi, ex quibus aliquos ponam infra, & quanti olim æſtimatę ſint bonæ literę, quantūq; doctis ſit conceſſum, nullo certius argumento, quam ſequen. patet exemplis, de quibus ēt infra in 30. & in 45. conſid. aliquid dicetur.

Scipio Africanus ſtatuam Ennii poetæ (quem in ſuis expeditionibus comitem ſemper habuerat) ſepulchro ſuo imponi iuſſit, cui viuenti hortos ſuis proximos donauerat. Ouid. lib. 111. de Arte.

Ennius emeruit, Calabris in montibus hortos
Contiguos ponè Scipio magne tuis.

Et Politianus in Nutritia, Longe gratiſſimus olī Scipio magne tibi, & Calabris vicinus in hortis, Virtute emeritis, cuius gētile ſepulchrum mox tenuit. eundem & Fuluius nobilior ciuitate donauit. de eo ponit Phil. Berg. lib. 7.

De Homero legitur, ꝙ Alexan. Magnus capto īter ſpolia Darii Perſarū regis vnguētorum ſcrinio (ꝙ erat auro gemmisque, ac margaritis precioſum) quos tanto dignos loculo exiſtimabat, incluſit.

De Pindaro Vate ac poeta etiam loquitur, ꝙ idē Alexander cum Thebas euerteret, & in omnes ſine diſcrimine ſæuiret, Pindari Vatis penatibus parci iuſſit, & omni familiæ eiuſdem.

De Ariſtotele idem Ale. patriam nomine Ariſtotelis ꝑceptoris ſui condidit, eiq; multa hoīum millia parere iuſſit, ad ſcribēdos rerum natural. libros.

Archilochi poetę interfectores Apolo arguit Delphis. de iſto Archiloco ponit Philippus Bergom. in ſuis cronicis lib. 4.

De Sophocle tragico poeta defuncto legitur, ꝙ ipſum ſepeliri iuſſit liber pr̄. Nam obſidentibus Lacedæmonijs mœnia, & Lyſandro eorū rege ī q̄ete ſępius admonito, vt pateret̄ humari delicias ſuas, Lyſander vbi ītellexit Soph. mortuū, pacē funeri ꝺdit.

De Platone legitur, ꝙ cū Siciliam ipſe veniſſet, Dionyſius tyrannus quamuis ad ſuperbiam, ſæuitiamq; natus vittatā nauem miſit obuiam, & egredientem in littore, quadrigis albis excepit.

Legitur etiam ꝙ Annicetus Cyreneus eundē Platonem ab Aeginetis captum, & inter mancipia expoſitum, ne quid indignū pateret̄, nummis aliquot mercatus eſt, & honeſto comitatu Athenas ad ſuos remiſit, quā pecuniam cum à Platone ſibi remiſſam intellexiſſet, ꝑfecto, inquit, peccatum videri poteſt, ꝙ maiore ſumma non iuuerim tantum virum.

Platonem ipſum tanti fecit Ariſtoteles diſcipulus, vt nomini eius aram in templo conſtruxerit, ſtatuamq; conſecrarit, in qua ſcriptum erat, hunc eſſe illum, quē ꝓbi oēs merito debeant imitari & cōmēdare. Vnde extant Criniti verſus in Parthenicis.

Hæc illa eſt ara floribus redimita ſuaue olentibus,
Quam gratus benemerenti ſtatuit diſcipulus ſeni.

Tituloq; hoc teſtatus animum ſuum atque officiū, Platonem probandum probe a probis.

De Iſocrate legitur, ꝙ viginti talentis vnam orationem vendidit.

Aeſchines Demoſthenis orōnē (qua tn̄ in exiliū pulſus fuerat) corā amicis laudauit ī ſua calamitate.

Athenieſes Thucydidem rerum ſuarum ſcriptorem ab exilio reuocauere, eloquentiam mirati, cuius virtutem damnauerant.

Menander Comœdiographus ab Aegypti regib⁹ per legatos magnis præmiis inuitatus eſt.

Gn. Pompeius Poſidonii ſapiētiæ profeſſoris domum intraturus, fores percuti de more a lictore uetuit, & faſces lictorios ianuæ ſubmiſit, is cui ſe oriens occidensq; ſubmiſerat.

Auguſt⁹ carmina Virgilii cremari cōtra teſtamēti eius verecundiā uetuit. eidem in theatro recitāti uniuerſus populus Ro. perinde ac imperatori aſſurrexit. hacten⁹ Pli. li. 7. eiuſdē Virg. diē natalē (q̄ fuit Octob. ibib.) quotānis celebrabat, & q̄buſdā uelut ceremoniis uenerabat̄ Sillinus. Vn̄ Mar. Maiæ mercuriū creaſtis id⁹, Auguſtis redit ibid. Diana, Octob. Maro ꝯſecrauit id⁹, Qui magni celebras Maron. id⁹.

Conſtantius Imperator Ablabium Aegyptiū philoſophum prætorij ſui præfectum, & vna cum Conſtantio filio imperii rectorem conſtituit.

Frontoni

Frõtoni philosopho M. Antoni⁹ princeps statuã erigi fecit, autore Capitolino, quem Augustus quoq; consulari ornauit dignitate.

Anaxenori Cytare doe Tyana ciuitate M. Antonius tributa quatuor ciuitatum legenda prębuit.

Augustus, Alexãdrinis (in quos bellũ gerebat) tribus de causis fassus est se pepercisse ob Alex. memoriã, vrbis pulchritudinẽ, & amorẽ Arrij philosophi.

Arcadij & Honorij Imperatorum patrocinio statua Claudiani fuit erecta.

Dionem Prusieum sophistam, & philosophum, Traianus curru suo plerumq; dignatus est, Romã etiam ingressus cum triumpho.

Artaxerxes rex Persarum Hiscani p̃fecto Hellesponti l̃ris scripsit, vt Hyppoc. medicũ quibuscũque fieri posset præmijs in familiã suã inuitaret. epistola ad hunc fere modum se hẽbat. Rex regũ magnus Artaxerxes Hiscani S. Hypocratis medici Aesculapio ꝓgnati ad me fama ꝑuenit. da igit operã, vt aurũ illi tribuas quantum cupit, aliaq; itẽ quorũ indiget, & ad me mitte. erit. n. par honore sũmis in Persidis viris. Et si quis alius fuerit in Europa uir clarus, hũc amicũ nr̃æ domi redde, nec parce pecunijs. eidẽ Hyppocrati ab Illirijs redẽũti eosdẽ honores (quos Herculi) decreuit Græcia ob p̃dictam pestilentiam.

Iunio Rustico philosopho M. Antonius imperator, publica oĩa priuataq; consilia solebat credere, quẽ postea cõsulatu, & mortuum statua decorauit.

Ciceronẽ ab vrbe pulsum Põpo. Atticus sestertijs ducẽtis & quadraginta milib. & iuuit, & ꝓsecut⁹ est.

Oppianus poeta cũ Antonio imperatoris Seueri principis filio, poema de piscib. nũcupasset, ab eo totidẽ aureis donatus est nũmis, quot illic erãt versus.

Dani. ꝓpheta cyro rege (quẽ theologiæ mysteria ꝑdocuit) familiarit. vtebat. author Theod. Cyrenẽsis.

Theombrotũ medicũ Ptholemęus rex cẽtũ donauit talentis, seruato Anthioco rege patre suo: dicit t̃n idẽ Textor, ꝙ habet codicẽ Plinianũ in alterutro mẽdosum. nam li. 7. c. 37. hoc de Theombroto scribit. lib. vero 19. & c. 1, de Erasistrato.

Olim tãtus erat artis oratoriæ q̃stus, vt Gorgias Leotin⁹ aureã statuã & solidã sibi posuerit Delphis.

Demetrius Phalereus ab Atheniensibus trecẽtũ & sexaginta statuis ornatus fuit, vt refert Philippus Bergomen. lib. 7. sui supplementi chonicarum.

Zenonẽ philosophum Athenienses tãto honore prosecuti sunt, vt apud eũ claues vrbis deponerent, ipsumq; ornarent aurea corona, & imagine ærea.

Plinius iunior referebat potuisse se (cũ ꝓcuraret ĩ Hispania) vẽdere suos cõmẽtarios Largio Licinio quadringẽtis millibus nummũ. quis nũc tegũ (inqt Budę⁹) emere bibliothecã cõfertissimã decẽ aureorũ millib. velit, quãti a Plinio ciuis vn⁹ priuatus re gesta q̃dã ex tpanea licitari ausus est. hęc Textor vbi s.

Philippus Macedo Amyntę filius, quãuis oĩ ferme tpe negotijs belli esset implicitus, nũquam t̃n à liberali musa, studiisq; humanitatis recessit. propterea scribens ad Aristotelẽ gloriabat natũ sibi Alexãdrum tanti Philosophi tempore, a quo doctrinam imbiberet cum virtute: epistola autem in hunc modũ sequẽtis se hẽbat, vt ꝓdit Aulus Gel. li. 9. c. 3. Philip. Aristoteli. S. D. Filiũ mihi genitum scito, quod equidẽ diis habeo gr̃am, nõ perinde q̃a natus est, q̃ ꝑ eo ꝙ eũ nasci cõtingit temporibus vitę tuę. Spero enim fore, vt edoctus eruditusq; abs te dignus existat & nobis & rerũ successione. Hãc epistolã narrat ẽt Iacob. in suo sophologio sapientiæ, lib. 1. c. 1.

Alcibiades ambitiõe quadã munera ĩ Socr. cõgerebat, dignã uiri doctrinã multo ampliorib. existimãs.

Euripides tragœdiographus Archelao macedonũ regi sola virtutis admiratiõe fuit familiaris, adeo vt frequentibus conuiuiis ab eo exceptus fuerit, & aureo donatus poculo: in eius quoq; gr̃am Syracusani plerosq; Atheniensium (qui apud se seruiebãt) libertatẽ donatos, domum incolumes remisere.

Iulius Calidius poeta, cũ a Publio Volusio in ꝓscriptorum numerum relatus esset, ab Attico propter ingeniũ, & elegãtẽ eruditionem absolutus est.

Cor. Gallus elegiographus fauore Augusti ad p̃fecturæ gradum conscendit, tribunusq; cohortium effectus est: de quo Philippus Bergomensis libro 7. Anno ante christi aduentum 81.

Vespasianus t̃m cõcesit Saleio Basso poetæ Lirico, vt propter ingenium singulareq; eruditiõnẽ auri plurimũ eidẽ sit elargitus. Et refert eidẽ Bergom. in loco supra allegato, ꝙ C. Bassus ornatissimus orator & copiarum Augusti præstantissimus dux, fuit missus contra Parthos per Augustum Cæsarem, & constitutus imperator strenuissimus.

Statium Domitianus magnifico atq; apparatissimo donauit conuiuio, coronaq; insigni, & aliis muneribus honestauit.

Eiusdem imperatoris beneficio Syllius ad tertium consulatum prouectus est. vnde Martial.

Augusto pia thura victimasque
Pro nostro date Syllio camœnæ.
Bissenos iubet en redire fasces,
Noto consule nobilique virga.
Vatis castaliam domum sonare
Rerum prima salus & vna Cesar.
Gaudenti superest adhuc quod optet,
Felix purpura, tertiusque consul,

Stertinius vir clarissimus t̃m concesit Martialis ingenio & doctrinæ, vt ei adhuc viuenti imaginem, more veterum, in sua bibliotheca posuerit.

Ausonius Cæsaris gratiani (cuius filiũ Gratianũ iuniorem erudierat) beneficio & honestissimis suffragiis dignitatem adeptus est consularem.

Aurelius Prudentius beneficio Theodosii imperatoris ad præfecturam militiæ perductus est.

Lampsaco vrbi Helesponti ꝓpter Themistoclẽ pepercit rex Persarum, de cuius gloria ample poni Philippus Bergomas libro suo suo v. chronicarum, Anno ante Christi aduentum 4720.

Phalaris Agrigentinus tyrãnus, alias sęuissimus, tẽplum Stesicnoro poetæ ædificandũ curauit, suasitque diuinos illi honores in urbe patria habendos, quem tamen olim capitalem inimicum habuerat.

Democedes medic⁹ a Dario (quẽ sanitati restituerat) duobus aurearũ cõpedum paribus, & ab uxoribus

bus ipsius Darii aureis phialis donatus est. author Herod.ĩ Thalia.de quo dicit Phi.Bergo.ĩ suis chronicis lib. 5.sic, ꝙ inter captiuos Darij existens cum ob iuersum pedẽ Darius ipse acriter doleret, ita vt ꝑ septem dies dormire nõ posset, Dariũ sanitati restituit.ita quod in maximo honore apud regem & Persas habitus est.

Matthias rex Pannonię Ioannem Monteregium hominem germanum, & ephemeridum scriptorẽ multis auxit honoribus & diuitiis.

Quum Hermolaus Barbarus Venetorũ legationes obiret in Italia, & ad vrbẽ Florentiã accederet, Laurentius Medices tanto viro cum multis amicis obuiam processit, quamuis podagricus, eumq; in Cayna villa honorificentissime excepit, quam cum instructissima bibliotheca eidem obtulit.

Robertus Siciliæ rex Franciscum Petrarchã omnesq; eruditos viros in precio habuit.

Ptholemæus Philadelphus senes 70. bibliacæ historiæ scientissimos ab Iudæa vsq; in Aegyptum vocauit, quos regia vrbe acceptos hospitaliter & benigne aluit, magnisq; muneribus donatos dimisit.

Ioanni Cãpegio Bononiensi in Patauinũ gymnasium (quo ad publicã lr̃arum ꝓfessionem fuerat inuitatus) ꝓficiscẽti, ab vrbis magistratib. gymnasiarchisq; magna hoĩum frequentia obuiam itum est. Vincentina ciuitas Sabellicum argentea patera magni ponderis donauit.

Quintilianus ex Hispania veniens è fisco stipendium accepit ab Eusebio sub Domitiano.

Thadæus Flo. medicus tanta fuit nominis celebritate, vt ad curã ægrotorũ extra vrbẽ vocatus, nõ vilius q̃ quinquaginta aureorũ mercede ĩ singulos dies pegrinaret, vocatusq; ab Honorio 4. centũ sibi statui voluit, a quo curato decẽ millia reportauit.

Marcus Popilius Andronicus opusculum quoddam annalium 16. milibus nummorum vendidit.

Arrianum historicum (qui historiã magni Alexãdri octo libris scripsit) Adrianus & Antoninus propter literas ad honorem consularem euexerunt.

Asinius Pollio Varronis imaginem collocauit in bibliotheca.

Cyrus panapolyta poeta beneficio Theodosii iunioris & Eudoxiæ eius vxoris præsul factus est.

Democritus Diagoram Millesiũ philosophũ seruũ mille drachmis emit, vt eundẽ erudiret. prædictos recenset Textor in loco supra alleg. vbi et quosdã alios pictores, & ludi magistros enumerat, quos alibi ponã, cũ nõ multũ hic faciant ad propositum.

Multi alii iurisconsulti propter eorum sciẽtiam eminentem fuerunt in maximo honore, vt fuit Seruius Sulpitius, cuius statuam Romanus populus ꝓ rostris posuit. de quo pluribus aliis qui fuerunt in maxima autoritate, ht̃ in l. 2. §. iuris ciuilis. vsq; ad finem. ff. de origine iuris. Et plures alii reperiuntur quos plus laboriosum esset recitare quam subtile.

Seneca q fuit cõsul vrbis Romæ, §. restituta. inst. de fideicom. liber. & familiaris ac præceptor Nero. de cui⁹ morte Boe. in 3. de cõsolatiõe philosophiæ.

Tꝑibus vero nouissimis visum fuit in quãta autoritate fuerit ille vir præstantissimus & prudẽtiss. Nicolaus Rolin, ciuis huius nostræ ciuitatis Heduen. apud Phil. ducem Burgun. cuius fuit cancellarius, & cuius consilio omnia regebantur. Et in tãta veneratione apud eundẽ fuit, ꝙ pater a dicto duce appellabat: ita ꝙ ex eius scĩa acquisiuit 2500 libras turoñ. reddituales singulis annis, quas suis hæredibus reliquit, de quo iam supra dictum est.

Cui cuidẽ adiũgẽdi sunt duo circũspecti viri huius ciuit. Heduẽ. oriũdi, q̃ ex eminẽti scĩa effecti sũt ꝓsules & epi, videlicet reuer. in Christo pr̃ d. Guil. de clugny eps Pictauẽ. & Luduici XI. regis Christianiss. nostri Francorum secretus cõsiliarius & cãcellarius Francię. Et reuer. in Christo pater d. Ferricus de Clugny eius frater, Tornacen. eps, q̃ primo fuit Heduẽ. officialis, & referendarius seu magister requestarum in domo Phil. ducis Burg. & de his ample dixi in meis cõmen. super consuetudinibus ducatus Burg. in proœ. super verbo, *messire Ferry.*

Prætereundus nõ est quondam d. Io. Rolin, decanͦ primo ecclę Heduẽ. & S. Martini Heduen. abbas, q̃ ob eius eminentem sciam a Ludouico XI. Francorum rege ĩ studiis fuit vocatus, & ipso adhuc existẽte ĩ studio, & ne ad partes Flãd. vbi vocatus erat a ducib. Burg. ne illuc accederet euocat⁹, & tãdẽ habitus in magno honore, & effectus fuit Heduẽ. eps.

Et his nostris temporibus prudentiss. vir d. Dionysius Poillot, noster ciuis & cõtẽporane⁹, vtriusq; iuris doctor peritiss. prætermittendus non est. Cũ ob eius eminentem sciam, ita in ꝑtio habitus fuerit apud Christianiss. regem nostrum Franciscum I. tũ quia fuerit effectus consiliarius in suo magno consilio, tum post multas in Anglia, Scotia, & Alamania legationes fuit magister ordinarius requestarũ domus regiæ, & multis muneribus & donis ab eodem donatus, & tãdem ꝓsidens in parlamento Parisiẽ. cuius memoria tanta est, vt q̃ duabus horis aut tribus legerit, etiam id memoriter recitare solet.

Claudius Seysellus dictus de aquis, iurisconsultus acutiss. a Ludouico XII. Francorum rege euocatus, & in magno ꝑtio & honore habitus, cui Rex Ludouicus publica oĩa priuataq; consilia solebat cõicare, & ei in oĩbus credere, in magistrum sui hospitij ordinarium requestarum receptus, tandem in epm Marsilien. & deinde in Taurinen. archiepm fuit ob eius eminẽtem scientiam prouectus & ordinatus.

Et etiam reuer. pater do. Philippus Bondet Lingonẽ. eps in parlamẽto Parisien. cõsiliarius & præsidens, fuit ob eius eminentem sciam primo decanus, deinde eps Lingonen. electus & confirmatus.

Quid de Guidone de Rupeforti Burgũdo, qui in tanta fuit veneratione apud Christianiss. regem Ludouicum XII. cuius tꝑe erat cãcellarius, ꝙ de eo dixerit post eius mortem, ꝙ voluisset donasse centũ mille aureos, vt tñ vixisset in officina cancellariatus Franciæ, quantum ipse Lubouicus Rex viueret.

Nonne cum supradictis annumerabitur reuerẽ. pater & dñs & præceptor meus, d. Ioã. de Magdalena, iurium doctor & nostras. quem in meis primis iurium cunabulis vniuersitate Dolana legentem audiui,

audiui, qui quidem ob eius eminentem scientiã cũ maxima & mirabili prosecutione, prosecutus est ab ordine Cluniacẽ. vt in illo habitũ & ꝓfessiõnẽ faceret: in quo fulget & splendescit, sicut sol inter planetas: & in illo ordine obtinet primatum, statũ, & dignitatem magni prioris habentis regimen, administrationem, & gubernationem totius ordinis: ĩ quo nõ legitur fuisse a centum annis talis, nec in scĩetia, nec in peritia, nec ĩ religione, sanctitate, & deuotione. habet sub dicto ordine prioratum de Charitate, in quo & in prioratu Cariloci, & pluribus aliis locis miranda, tã ĩ reparationib. ecclesiarũ & monasteriorũ, q̃ ẽt fundationibus & donationib. fecit, vt vix dici aut scribi possit. Monasteriũ. n. abbatiæ S. Rigualdi funditus & totalr̃ destructũ a fundamẽtis restaurauit, & đ nouo deuotissima cõpositiõe cõstrui & ædificari fecit: dormitoriũ ẽt abbatię Cluniac. ruinosum de nouo cõstrui & fabricari fecit, & cũ mirabili deuotiõe factũ appet plurib. cellulis adornatũ.

Quid aliud de tãto viro dici põt, nisi ꝙ oĩa fere monasteria & priorat⁹ ꝑdicti ordinis ruinosa, aut đstructa, aut suis sumptibus, pœnis & laboribus construi, ædificari seu reparari fecit, aut saltẽ ꝓcurauit, ita ꝙ de eo dici põt. resplẽdet sicut sol ĩ medio nebulæ meridionalis. Nõ omittẽdũ est, ꝙ post mortẽ abbatis Cluniacẽ. fuit elect⁹ vnanimiter ĩ abbatẽ illi⁹ loci, sed ad ꝑces regis nr̃i Francisci cessit iuri suo in fauorẽ illorũ de Boisy, q̃ tũc erãt in maximo fauore apud ipsum regẽ, ita ꝙ oĩa negotia regni eorũ cõsilio expediebant, nec quisquã illis resistere potuisset.

Octaua consid. Sciẽtia est honorabilis & gloriosa, quoniam ex illa consequimur gloriam. Viris nãq; literatis debentur ꝑmia & honores. Sap. 7. Venerunt mihi oĩa bona pariter cũ illa, & innumerabilis honestas ꝑ man⁹ illi⁹. & Esdræ c. fi. ĩ fi. Magnificẽ sunt exaltati uerbis legis, q̃b. edocti sunt. Inde iurisperitis ẽt princeps honorem exhibet, & multa priuilegia cõcessit. l. quicquid. ibi, reuerentia studiorum. c. de aduocatis diuer. iud. & talia studiorũ labor iuste meret̃, qui spe ꝑmiorũ & honorificẽtia digni sunt, non his q̃ sunt incongrua libertati. tex. in l. 1. C. de assessorib. & bona dona dãda sunt doctoribus, vt hr̃ in c. infames. in verb. non ad turpe. 3. q. 7. & ꝙ sciẽtia & doctrina tribuunt vitã suo possessori, infra dixi ista par. in 44. consid. in fi. Nã, vt ait Cassiodorus 10. variarum epist. Nec aliqua in mundo põt esse fortuna, quam non augeat literarũ gloriosa notitia. Cũ ẽt per literaturã efficiamur nobiles, vt hr̃ Sap. 7. Omnib. n. nobilibus nobilior sapiẽtia, vt tenet Luc. de Pen. in l. proximos. C. de proximis sacrorum scri. li. 12. & hic ante in 6. consi. dictũ est. Et amplissime de laude scientiarum scribit G. Benedicti in proœ. suę repetitionis. ca. Raynutius. de testamen. in antiquis.

Nona consid. Ex quo solum in hac parte fit mẽtio de literatis & sciẽtias seu artes liberales habentibus (qm̃ de mechanicis in sequẽti parte dicet̃.) Ideo de ipsis artibus liberalibus, & earum professoribus seu in eis ꝓfitẽtibus vidẽdũ est, q̃ sint illæ, & q̃bus partibus aliæ q̃ hic cõprehẽduntur subiiciant̃.

Primo & in hoc conueniunt omnes, sunt tm̃ septem artes liberales, quæ sic denominantur, vt ait F. Patritius lib. 4. de institutione reipublicæ. titu. 6. quia liberos homines efficiunt ab omni turpi ac sordido q̃stu, & ab oĩ voluptate ac turpitudine, & redigũt nos ad sapientiam: qua nihil ꝑstantius mortalibus esse potest, quaq; Deo optimo maximo coniuncti esse cernimur. faciunt quæ hic ante in 6. consid. ver. facit ãt &c. dicta sũt. vel, vt dicit Io. de Turrecr. in c. de quibusdam in fi. 37. dist. dicuntur liberales tribus de causis. primo, quia liberam mentem requirunt, ad differentiam seruilium & mechanicarũ, in q̃b⁹ artifices plus ẜm cor pr a q̃. ẜm mentem occupantur. Secundo dicuntur liberales, quia licite & absq; seruitute peccati, & superstitione addiscũtur. Tertio quia ad ipsas addiscendas pueri liberorũ & nobilium debito tempore & cõpetenti ponebãtur & instruebant̃. Et sunt (vt ibi inquit) septem, Grãmatica, Logica, Rhetorica, Geometria, Musica, Arithmetica, & Astrologia, de quibus suis locis dicet̃. & ꝙ sint septem asserit glo. in verbo, continebuntur. in l. j. §. 1. ff. de variis & extraordinariis cognitionibus.

Primo. tñ dicendum est de theologia & iurisprudentia, seu scientia iuris ciuilis, & philosophia, quæ potius liberales artes dici possunt, sed proprie non sunt artes, sed sunt veræ sciæ: tñ ẽt scia seu professio iuris dr̃ ars liberalis, aut studiũ liberale. tex. in l. 1. C. qui ætate vel ꝓfessione se excusant. lib. 10. & ibi Io. de Pla. contra gl. ꝓ quo allego tex. in l. medicos. C. de ꝓfessoribus & medicis, eo. li. 10. & in l. vnica. C. de studiis liberalib. vrbis Romæ, ĩ fi. li. 11. vbi inter ꝓfessores liberaliũ artiũ cõnumerat iuris ac legum doctores & interpretatores. facit. l. vnic. c. de ꝓfessorib. q̃ ĩ vrbe Cõstãtinopolitana docẽtes &c. li. 12. l. j. §. nã vt elegãter. ff. de iust. & iu. ibi: veram philosophiã nõ simulatã profitentes. ẽt moralis scia lex dr̃. ẜm gl. in auth. de nuptiis. ĩ prin. ĩ verbo, degere. coll. 4. Et in toto corpore iuris vera theologia inuenit̃ & docet̃, cũ eius ꝑcepta cũ diuinis cõcordant. §. iurisprudẽtia. & ibi gl. ĩ verb. notitia. insti. de iust. & iu. & in l. iustitia. §. eo. ff. de iustitia. Ideo ciuilis sciẽtia sanctissima dr̃. l. 1. §. est. n. q. dẽ, ff. de variis & extra ord. cog. cũ leges sint sacratissime. l. leges 3. C. de regib. & cõsti. Iõ iura reddẽtes & profitẽtes, merito sacerdotes appellant̃. d. §. nã vt elegãter. Et de materia ample tractatur infra ista par. in 18. consid.

Et aduertendum est, ꝙ vt habeamus cognitionẽ eorum de quibus in hac parte & sequẽti dicemus. Philosophia vniuersalis diuiditur in speculatiuã siue theoricã aut practicã. Et theorica siue speculatiua diuidit̃ in realẽ aut rõnalem. Et realis iterum in metaphysicam, quæ est aut diuinitus inspirata, vt ẽ theologia vera ĩ veteri & nouo testamento tradita, aut humanit⁹ ꝑquisita, de quã dicet̃ infra. aut vero ĩ mathematicã, & huius ꝑtes sunt quatuor: vna ẽ arithmetica, alia geometria, alia musica, & alia astronomia. Aut vero in physicã seu naturalẽ, sub qua dicunt medicinã theoricã cõprehendi, quæ põt videri in libris Aristotelis physicorũ de cęlo & Mundo, de Gñatione & corruptiõe, Metheororũ, Mineralium,

lium,de elementis,de anima,& sic de singulis.de q̄ bus suis locis dicetur.

Quantum vero ad philosophiam practicam,aut est actiua aut effectiua:de actiua quo ad polyticum, dicam sparsim in pluribus locis,de factiua cui⁹ partes sunt artes mechanicæ,dicetur in proxima parte sequente.Et de vna quaq; parte philosophiæ,etiam dicam secundum intentum nostrum,quo ad laudes & excellétias illarum inter se & ad alias, & nō alias.

Secundum aliquos aliter diuiditur philosophia ī tres partes,s.in moralē,naturalem,& rationalem, vt in c.legimus.iuncta gl.pen.37.dist.quæ per tria munera dn̄o oblata a magis dātur intelligi,ſm tex. ibi & ibi Io.de Turrec.sic exponit.Prima vero pars dignior,est metaphysica & naturalis, cum sit q̄ tractat de Cœlo,& Mundo,ac partibus eorum,quę est realis,i.rebus speculatiuis,quæ tanquam nobilior per aurum significatur.Secūda est sermocinalis cōprehendens grammaticam,dialecticam,& rhetoricam,quæ ratione ornatus & facundiæ,per thus intelligitur,quod orationū odorem designat. Tertia vero pars est moralis,q̄ mores ornat, ac passiones sensibiles mortificare,& rationi subiicere docet, vt merito per myrrhā,q̄ vermes mortificat,intelligat.

Decima consid.Inter omnes literatos mūdi p̄ferendi sunt habentes scientiam theologalē. Et sic theologi omnibus sunt præferendi,& ī primo loco ponendi,quod probatur multis rationibus.

Nam scientia theologalis est nobilior & dignior oībus aliis sciētiis, ratione nobilioris subiecti:qm̄, vt dicit philosophus & commentator in 1.de Aīa, & 1.metaphysi.& Porphyrius in vniuersalibus.Vna scientia dr̄ nobilior & dignior ratione nobilioris subiecti.Quanto.n.subiectū alicuius sciētię ē nobilius & excellentius,tanto scientia illa est dignior. Cum ergo subiectum scientiæ theologiæ sit dignius subiecto oīum aliarum scientiarum.Concludendum est, ꝙ ipsa est excellētior oībus aliis scientiis.Et ꝙ subiectū theologiæ sit nobilius & excellētius oībus aliis subiectis cæterarum scientiarum,probatur hoc modo.Quia subiectum illius scientiæ est ipse Deus, vt dicunt theologi in prologo sn̄iarū,maxime Richardus q.6.& Tho.1.par.summæ.art.7.q.1.vbi probat theologiam esse aliis scientiis digniorem: vn̄ theologi a theos qđ est Deus,& logos sermo, quasi sermo de Deo. Raym.vero Lullius in suo introductorio artis generalis in prin.vbi ponit subiecta sciētiarum, dicit,ꝙ Deus est subiectū in theologia.Et dr̄ subiectum,eo ꝙ oīa quæ tractat ipsa theologia, diriguntᷣ ad dādū notitiam de Deo.Et ideo,vt dicit Ioan.de Turrecr.in proœ.decret. ꝙ subiectū theologiæ est infinitum ipse Deus,qui nobilissimus est,& infinitę nobilitatis.Et ēt ibi dicit, ꝙ theologia est sermo de Deo.Et ꝙ Deus sit subiectū ī ipsa sciētia theologiæ ꝓbatᷣ p philosophū primo posteriorū,vbi dicit ꝙ illud est subiectū in scia, cuius p se ꝓprietates cōsiderat scientia,sed sacra scriptura & theologia considerat Dei proprietates & operationes,ergo Deus ē subiectum in ea.Nam theologia tractat de Deo multipliciter seu multis modis.

Primo.n.tractat de Deo ſm rōnem suæ naturalis perfectionis.Eo quia intra diuinam perfectionem comprehēduntur attributa diuinæ essentiæ personarum emanationis,& diuinæ proprietates,ideo de illis tractatur in primo sententiarum.

Secundo tractat de Deo inquantum eius ꝑfectio relucet in operibus cōditionis,& sic tractat de creatione rerum,de creaturarū distinctione,& distinctorum ordinatione:& hoc in secundo lib.sentētiarū.

Tertio vero tractat de Deo inquantū eius operatio relucet in opib.restaurationis,& multa opa cōprehēduntᷣ facta a Christo,vt de natiuitate & passione &c.Et de his tractatur in 3.lib.sententiarum.

Quarto tractat de ꝑfectione ipsius,inquantū relucet in opibus sanctificationis,in quibus intelligēdum est virtutum infusionem & sacramētorum nouæ legis institutionē:& de infusione virtutum, tractatur in fine ipsius tertii libri. De sacramētorū vero institutione in 4.lib.Itē de opibus retributionis, ibidē.Et sic patet ꝙ oīa q̄ cōsiderantᷣ in sacra scriptura siue theologia: Aut spectāt ad Dei itrinsecā ꝑfectionē,aut ad refulgētiā suæ ꝑfectiōis p multiplicē eius operationē:quia per quandam eius appropriationē eius potētia maximè relucet in creatione.

Sapīa in administratione,gubernatione,& distinctione,misericordia in restauratione & sanctificatione,iustitia in reproborū dānatione,bonitatis affluētia in electorum glorificatione. Cum igitur omnia q̄ cōsiderantᷣ in theologia attribuantᷣ ipsi Deo, seqᷣ ꝙ subiectū est Deus: quod tenet Ant.Flo.ī sua summa,in 4.par.ti.xj.§.7.ex quo in §.8.illius partis & tituli,dicit eam eē nobiliorē cæteris alijs sciētijs.qđ ēt tenet & multū latè explicat S.Tho. 1.q.1.17.q.ꝑ totū.dicit ead.q.3.c.1.prolo.4.p totum,ꝙ ens diuinum rationabilę est subiectum theologiæ.

Hac igitᷣ rōne theologia oēs alias sciētias excellit. Vn̄ 5.metaphy.dr̄,quod sciētia de Deo ē nobilior, q̄a ē de nobiliori subiecto. Et 8.Ethic.dr̄, ꝙ ē scia sciarū,& hēt rōnē capitis inter oēs scias:& in prologo metaphysicę appellabatᷣ dea sciarū.Ea pp Aug.d ciui.Dei.li.11.c.1.inquit.Oīum gētiliū lr̄as, omniū sibi gn̄a ingeniorum humanorum diuina scriptura excellit,& authoritate subegit.Oībus.n.impar quasi principalis,& vtitᷣ oībus in obsequium sui quasi visualis,S.Tho. in ꝓlogo 12.c.1.Dātes quoq; in 2.c. Inferni,in commēdationē theologiæ introducit Virgilium loquētē Beatrici,q̄ theologiæ cōparatᷣ,& dicētē.O mulier virtutis sola p quā humana lex excedit oē contētū.in quibus verbis ostēdit,ꝙ p theologiā humanū genus trāscēdit oē quod continetur intra orbē lunæ,& ascēdit vsq; ad quintam essentiam. Omnibus.n.sine delectu doctrinis præponi dēt.Omniumq; sciētiarum reginam eē testantur oēs diuina & humana ei tribuētes,& iam non vsq; ad nubes, sed in æthera quoq;,quin & illas quondam Luciferi sedes eam collocantes,vt statim amplius dicam, ponēdo alias causas eius excellētiæ & præeminētiæ vltra omnes alias scientias.

Vndecima cōsid.Excellētia theologiæ probatur ratione certioris veritatis.Quonia, vt ait philosophus

losophus,& cõmẽtator primo cõmẽto de aïa. Quãto vna scientia certiori demõstratione pcedit, tanto est dignior. Et ista scientia, q̃ pcedit p demonstrationẽ, ppter qd, i. à causa super effectũ, dignior est illa quæ procedit per demõstrationẽ qa. i. ab effectu ad cãm. Et ideo demõstrationes mathematicæ hac rõne sunt digniores, quia sunt in primo gradu certitudinis, & naturales sequunt̃ eas, vt dicit Linconen. in j. posteriorũ, Auerrois ĩ 2. Metap. Procedũt. n. ex principijs & dignitatib. notiorib. nobis, abstrahentiũ. n. mathematicorũ non est mẽdaciũ. 2. physicorũ. Sed theologia hac rõne oẽs alias sciẽtias excellit seu excedit. Nã oẽs aliæ sciẽtiæ habẽt certitudinẽ ex naturali lumine rõnis humanæ. Ipsa vero ex superno lumine sapiẽtiæ increatæ, q̃ errare non põt, 1. Petri 1. Spiritu sancto illuminati locuti sunt dei hoïes. Errare. n. nõ põt circa principia, nec circa cõclusiones, qa Deus veritas est. Io. 14. & c. si cõsuetudinẽ. & c. qui contempta. 8. d. Nihil aũt verius esse põt, q̃ qd à veritate profertur. Iõ ppheta ait ps. 118. Principiũ uerborũ tuorũ veritas: in æternum iudicia iustitiæ tuæ. i. verba tua procedũt à veritate tua, quæ est ueritas increata, & oïs veritatis creatæ regula, ac ideo sunt stabilia. Matthæi 5. & Marci 24. Ait Saluator. Cęlũ, & terra transibunt, verba aũt mea non transibunt. Et tunc theologi concludunt in 3. dist. 24. q fidei nr̃æ nihil põt subesse falsũ. Et si aliquis dicat, q ẽt in 12. metaphysi. tractatur de ipso Deo, & de intelligẽtijs separatis: pp qd theologia nõ vr̃ nobilior methaphysica, & ĩ 8. physicorũ tractatur de Deo, inquantum est primus motor, Respõdendũ est, q hoc est tãtummodo quo ad ea, quæ pñt inuestigari lumine naturali, & inquantum ipse Deus se habet fm aliquã habitudinem ad ens, qd analogicè dr̃ de creatore, & creaturis. Methaphysica em̃ tractat de Deo, qa est de ente fm qd̃ ens, & vr̃ velle Philosophus 4. Methaphysicæ, & Auicena lib. 1. suæ metaphysicæ. c. 1. Sed theologia tractat de Deo sub rõne nobiliori, & mirabiliori. Quia ea quæ non sunt nata cognosci de Deo a creatura nisi per reuelationem, mirabiliora sunt q̃ ea, q̃ possunt cognosci de Deo p inuestigationẽ naturali lumine factã. Nec etiam obstat prædictis, si dicat̃, q certitudo ptinet ad dignitatem scientiæ: sed aliquæ sciẽtiæ certiores sunt, vt metaphysica. qa de earũ principijs dubitari non potest, ergo sunt nobiliores theologia, qa in sacra scriptura principia nõ sunt ita indubitabilia, ut sunt articuli fidei. Quia respondetur fm Thomã, j. part. summæ, q. j. art. 5. q nihil prohibet illud qd est certius fm naturam esse quo ad nos minus certũ. 1. Physi. ubi dicitur Quę sunt magis nota naturę, sunt minus nota nobis. Et hoc pp debilitatẽ intellect⁹ nr̃i, qui se hẽt ad manifestissima in natura: sicut oculus noctuæ ad radios solis. 2. Methaphysicæ. Et tñ minimum q põt hr̃i de cognitione rerũ altissimarũ desiderabilius est, q̃ certissima cognitio q̃ habet de minimis reb. vt dr̃ 11. de animalibus. prout dicit Floren. in sua summa, in 4. par. ti. 11. §. 8. uel fm Richar. in prologo. j. q. 6. Theologia est nobilior alijs sciẽtijs simplr̃, i. in natura sua, quamuis aliquæ aliæ scientiæ sint certiores secundum quid, s. per comparationem ad debilitatem intellectus nostri. Nam nihil prohibet aliquid esse notius simplr̃, minus tñ notum quo ad nos. j. physi. Certitudo autẽ quæ est certitudo simplr̃ reddit sciẽtiam nobiliorẽ: q̃ certitudo, quæ est secundum quid, hoc est quo ad nos. Et vt dicit idem Anto. Floren. in sua sum. 4. par. ti. 11. §. 8. Hęc scientia habet certitudinẽ ex lumine diuinæ scientiæ, q̃ decipi non potest. Aliæ autẽ habẽt certitudinẽ ex lumine naturalis rationis humanæ, quæ errare põt: vt ẽt dicit S. Th. in d. 1. pa q. j. art. 5. s̃ all. Et ita ẽt tenet Io. Ludou. viualdus de monte regali in suo opere regali. in ttact. de persecutione ecclesię. in decima persecutione, vbi dicit, q utitur in obsequium sui omnibus alijs, quod ibi amplè [illegible], ut uideri potest.

Duodecima consid. Etiam probatur excellentia sciẽtiæ theologalis ratione dignitatis materię eo quia, vt dicit Ant. Floren, in loco s̃ allega. Ista scientia theologię est de his principaliter, q̃ sua altitudine rõnem trãscendũt: vnde alię scientiæ dicuntur ancillæ, hęc verò domina, iuxta illud Prouerb. 9. Sapientia ędificauit sibi domum &c. Misit ancillas suas vocare ad mœnia ciuitatis, & alijs scientijs vtit̃ tanquam inferiorib. & ancillis, à quibus nulla accipit principia, sed à Deo per reuelationem. S. Tho. j. q. j. v.

Decimatertia cõsid. Probatur excellentia theologię ratione nobilioris, potioris, & salubrioris finis. Quod sic pbat̃, qm̃ fm philosophũ 2. Methaphysicę. Scientiarũ quędam sunt speculatiuę, quędam practicę. Finis speculatiuę est veritas, finis practicę est actio. Tãta aũt est dignitas theologiæ, q nedum speculatiua scientia, sed ẽt practica dici põt. Richardus vbi s̃ in 4. q. Et sciẽtiarũ speculatiuarum nobilitas, seu excellentia attenditur penes nobilius obiectũ atq; subiectum, & certiorem modum procedendi. Et his duobus modis theologia excedit alias scientias, vt dictũ est ante: Practicarum aũt nobilitas fm Philoso. 1. Ethi. c. 1. attenditur penes nobiliorem, & potẽtiorẽ finẽ, qua tanto scientia practica est dignior, quãto eius finis est nobilior. Finis autem huius scientiæ practicæ est beatitudo æterna, ad quam sicut ad ultimum finem ordinantur omnes fines aliarum scientiarum practicarum, dicit Anto. Floren. in loco s̃ allega. vel, ut dicit Bernar. de Bust. in loco statim allegando, est charitas, & æterna felicitas: quoniam ipsa theologia inserit uirtutes, docet facienda, & oĩa ad salutẽ pertinentia. 2. ad Timotheum. Alię vero sciętendunt vel ad corpus humanum, vel ad tpalem trãquillitatẽ, ut dicet̃ amplius ĩ in alijs scientijs, & articulis, suis locis. Hinc ex his sequitur, q est dignior, & nobilior omnibus alijs scientijs ratione finis.

Decimaquarta cõsi. Probatur excellentia theologię ratione utilitatis, quæ apparet ex effectu cũ illuminet. Ad quod facit quod hr̃ Psal. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Et Petrus in cañ. sua. Habetis propheticum sermonẽ, cui benefacitis attendentes, quasi lucernę lucenti in loco caliginoso. Et licet scientię seculares etiam illuminẽt in multis, alr̃ tñ, & alr̃. illę quidem, ut nocti lucent in nocte, & interpollatim. hęc aũt sacra doctrina, vt radius a sole iustitię procedens domino

Deo semp & i totū orbē: illuminatio si quidē illarū scientiarū defectibilis est, quia speculatiuæ sint siue practicæ, vel morales, tñ ordināt hoīem ad felicitatē q̄ in p̄senti hr̄i pōt polyticā, vel speculatiuā, non aūt futurā: quā nō nouerūt authores illarū, vt hr̄ di. 37. §. hinc ēt filius. Vñ Hier. tractās illud Ecclesiastes x. Labor stultorū p̄det eos, q̄a nescierūt p̄gere in ciuitatē. Noīat ibi plures philosophos, Platonē, Aristotelē Parmenidē, & alios quos stultos appellat, quianō habuerūt rectū iudiciū de ultimo fine Deo. Nam & si multū laborauerunt in speculando & inquirēdo veritatē, in multis tñ ex suo labore non reportauerunt vitæ æternæ donū sed p̄ditionis, & hoc q̄a nescierūt p̄gere ī urbē supernā. Nō. n. eorū doctrinæ habēt tale lumē, sed hæc vera theologia seu sacra scriptura, q̄ est vera sapiētia, p̄ducit ad claritatem æternā, ponēs copiosissime de vltimo fine vero Deo, & mō p̄ueniēdi ad eum sequendū, qui est lux vera, & indeficiens: hæc dicit Anto. Floren. in sua sum. 4. par. ti. 11. c. 2. §. 2. vnde in §. 5. dicit illam esse ēt necessariam ex rationibus ibi p̄ eū adductis, q̄ tendit ad hunc finem.

Decimaquinta consid. Probatur excellētia illius scientiæ theologicæ rōne excellētioris doctoris. Ab excellētia. n. & dignitate doctoris dignificat̄ sciā: vñ grāmatica Prisciani est dignior. Et rhetorica Ciceronis apud latinos, & Demosthenis apud græcos, & poesis Maronis apud latinos, Homeri apud græcos. & philosophia Aristotelis, & sic de alijs authoribus aliarū sciētiarū. Hæc. n. sacra theologia, nō Tullium, nō Maronē, nō Homerū, nō Abraham, non Isaac, nō Iacob, non Moysen, non prophetas, nō Petrum, non Paulū, nō Ioannē, aut alios apostolos, seu quoscunq; alios hoīes: sed filiū Dei, qui est sapiētia p̄ris, in quo sunt oēs thesauri sapiētiæ, & scientiæ Dei absconditi. Ad Colossen. 2. Cui omnia nota sunt, ad Hebræos 4. & c. Deus. 2. q. 1. qui dicit Moysi Exod. 4. Ego ero in ore tuo. Et Hierem. 1. Ecce dedi verba mea, in ore tuo. Et Io. 15. Oīa quæcunq; audiui à p̄re meo, nota feci vobis. & Lucæ 21. ait Apostol⁹. Ego dabo vobis os, & sapiētiā, cui resistere non poterunt oēs aduersarij vestri. Hāc aūt scientiā non solum tradidit nobis Deus p̄ Patriarchas, & prophetas, & per ipsos apostolos à spiritu Sancto instructos, quib. ait Matthæi 10. Non. n. uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri q̄ loquitur in vobis. Sed ēt voluit docere per seipsum, Matthæ. 5. Aperiens os suum docebat eos. Vnde Claudianus poeta ait illi.

Impia tu nostræ domuisti crimina vitæ,
Passus corporea mundum vestire figura,
Affariq̄, palam populis, legemq̄, fateri.

Hinc dicit Anto. in sua sum. 4. par. ti. 31. cap. 2. §. 1. q̄ autoritas sacræ scripturæ est magna, & maior esse nō pōt: quia à Deo est reuelata. Ideo dr̄ Ps. 118. hic ante alleg. Declaratio sermonum tuorum, quæ, s. sunt à te Deo proferente. Et vt ait Petrus in sua cano. Spiritu sancto īspirati locuti sunt sancti Dei hoīes. Et de paulo ad Heb. 1. Multipharie multisq; modis olī Deus loquens patribus in prophetis, s. in ueteri testamento. Nouissimis diebus istis locutus est nobis in filio, & c. vt ibi. Ex quibus patet dignitas theologiæ à tam excellentissimo doctore tradita à quo processit. Ex quib. supradictis cōsiderant̄ origo, effectus, & finis huius scientiæ, ex quibus laudatur scientia.

Decimasexta cōsid. Etiam apparet eiusdem scientiæ excellentia ratione disciplinatus p̄fectionis. Nullus. n. philosophorū, aut poetarū, uel oratorum aut aliorū magistrorū cæterarū scientiarum in magnis gymnasijs habuit tales discipulos. nam Socrates habuit Platonē, Plato Aristotelē, Aristoteles Alexādrum Magnum, Plutarchus Traianum, Seneca Neronem, Mutius Publius Aquiliū Gallum, Cornelius maximus Trebatiū, Volusius Aulū Casseliū, & q̄ plures alij, de quib. in l. 2. ff. de ori. iur. quo ad scientiam legalē. Sacræ aūt scripturæ discipuli sub Deo præceptore, & doctore fuerunt Moyses, Samuel, Dauid, Abraham, Aarō, Ieremias, Esaias, & alij p̄phetæ. In nouo quoque testamento fuerūt Ioannes Baptista, quo inter natos mulierū nō fuit maior. Matth. 11. & apostoli, cæteriq; discipuli ac fideles, quibus, vt dicit ad Hebræos 11.) dignus non erat mūdus. Alias tres rōnes ponit Bernardi. de Bust. ad demōstrandū eius excellētiā, in 2. par. sui Rosa. in sermo. 29. in 2. par. in litera N. in fi. post aliquas ex prædictis, sed cum nō uideātur mihi habere magnum saporē, ad illum te remitto. & in litera sequēte, quæ est NN. duplicata ponit q̄uo in se cōtinēt oēs alias scientias, ex quibus cōcludit illam esse digniorem, nobiliorem, & excellentiorem omnibus alijs scientijs.

Ex q̄b. cōcludēdū est, q̄ doctores theologi oib. q̄bulcunq; alijs doctorib. sunt p̄ferendi. Ex quo, ut uidemus, tā p̄ cōcordata, q̄ p̄ regulas cancellariæ apostolicæ, ubi bñficia debētur graduatis noīatis, p̄ferendi sunt doctores in theologia: licet Præpositus dict⁹ Cardinalis in p̄oem. decreti, in fine dicat, q̄ in beneficijs cōferēdis, p̄ferendus est canonista theologo. dicam amplius in glossis concordatorum, & infra.

Decimaseptima consid. Scientia iuris canonici cæteris post theologiā dignior est, quod multipliciter ostenditur, & maximè q̄ sit dignior scientia iuris ciuilis, in quo per consequens sit dignior omnibus alijs scientijs: cum scientia iuris ciuilis sit dignior oībus alijs. Quod ostenditur ex multis.

Primo ex eius necessitate, cū sciā iuris canonici seu eius utilitatē: q̄ necessitas ostenditur ex quinq;

Primo quidē quantū ad fidei munitionē, & ecclesiæ sanctæ Dei cōtra errores, & hæreses subortas. Licet. n. in sacra scriptura quid credendum sit contineatur plenissimè, nihilominus multi errores, & hæreses subortæ sunt in eccl̄a Dei occasione peruersorū hoīum, qui aliter scripturā sanctam interpretari nisi sunt, q̄ Spiritus sanctus efflagitat. Quocirca necessariū fuit ad habendū verā consonantiā scripturæ sacræ, vt sancti patres spiritu Dei pleni simul conuenientes multa explicarēt, exponerēt, & interpretarentur de scriptura sancta. Et ita illustrata ueritate nubila p̄palarētur errorū, qd maximè factū est in quatuor uniuersalib. cōcilijs, quorū canones, & diffinitiones sanctæ p̄pugnacula, & lucernæ fidei nr̄æ sunt in eccl̄a sancta Dei. Vñ B. Gregorius in c. sicut 15. di. quatuor cōcilia sicut quatuor libr. euangelii, quo se profiteri

& ve-

& venerari testat, quare in c.ignorãtia.38.dist. dr, ꝙ ignorãtia mr cũctorũ errorũ, maximè in sacerdotib' dei vitãda est, q docendi offm i pplis susceperũt. seqt ibi: Sciãt ergo sacerdotes scripturas sanc.& canones.

Secundo pdicta scia est necessaria ad morũ informationẽ. Tradit.n.hæc scia canonica plurima pcepta & documẽta sanctæ mris ecclæ, q ad religionẽ, pietatem, & sanctimoniã oẽs hoĩes maxime componunt. iuris namq; pcepta sunt honestè viuere, alterũ nõ lædere, ius suũ vnicuiq; tribuere. l. iusti. §. iuris. ff. de iu. & iur. & in procœmio Gregoriano; quare optimè conuenit huic loco illud prouerb. Audi fili disciplinam patris tui, ne dimittas legẽ matris tuæ, vt addat gra. i. corona capiti, & torques collo tuo. gl. j. fulgor pfectæ operationis. de quo hr 1. d. c. ius militare.

Tertiò pdicta scia canonica est necessaria ad discretionẽ graduũ, & ordinũ ecclesiasticorũ, & litium, & iurgiorũ terminationẽ. Crescente. n. eccla ipsa deo authore gradibus & ordinib. rite in ea dispositis, cũ ad eos discernendos, & lites quas cupiditas effrenata pacis æmula quotidie gnat, lex nõ sufficeret euangelica, tam ab apostolis, q eorũ vicarijs per successiones tẽporũ, statuta plurima sunt edita, quæ generali uocabulo canones appellati sunt. Per quæ, & dispositionis in gradib. & ordinib. (quorũ uarietate ipsa ecclesia tanq regina ornata est) distinctio haberetur, & noxio humano appetitu suo iuris regulis limitato, iurgia ecclesiastica sopirent. Quare in c. sacerdotib. dist. 38. inter alia quæ ipsis sacerdotibus sunt necessaria ad addiscendũ B. Hieronymus ponit canones: ergo scientia canonica est necessaria ad seruandam vnitatem doctrinæ, & religionis in ecclesia dei, cui' una debet esse fides, & obseruãtia pietatis: qđ fieri nõ põt si nõ hretur notitia regularũ, & sanctionum sanctorũ patrũ, quos Christus tanquã operis sui uicarios ecclesiæ suæ pesse voluit pastores, & doctores, quare in c. nulli sacerdotũ. 38. dist. dicit Celestinus Papa, nulli sacerdotum liceat canones ignorare, nec quicquã facere qđ possit patrũ regulis obuiare.

Quarto est necessaria ad multarũ quæstionũ solutionẽ, quæ in sacris canonib. & sanctionibus sanctorũ summorũ pontificũ sunt apertæ, & illucidatæ illi' maximè sedis est fidei, & altissimarum causarũ dubia plana facere. iuxta c. quoties. & est fides. 24. q. 1.

Quinto hæc scientia canonica est necessaria, qa in nulla alia scientia traditur nobis pfecta doctrina ordinum, & officiorũ ecclesiasticorũ, sicut in canonica. Vnde, vt dicit ex prædictis Io. de Turrecr. in pœmio decreti. ver. ad pmium. manifesta est huius scientiæ necessitas, vbi respondet ad argumenta quæ fiunt in oppositũ. ꝙ videbatur, ꝙ non esset necessaria attenta theologia, quæ satis videbatur sufficere ad determinationem eorũ, quæ sunt in scientia iuris canonici.

Pro sexta rõne dicit Host. in summa in procœm. ibi quæ vtilitas. ꝙ hæc scientia affert magnam utilitatẽ, vt inter iustum, & iniustum, æquum & iniquum sciamus discernere. vt honestè viuamus, alterum non lædamus, & ius suum vnicuiq; tribuamus, vt in procœmio Gregoriano. §. ideoq; lex, sed istum est pprium iuris ciuilis, ut ĩ dicam in sequenti consideratione.

Secundo excellentia illius cõputabit ex eo: qm, vt dicit Host. in procem. Gregoriano. versicu. cui parti. philosophię supponat non est quærendum cui parti philosophiæ supponatur, sed cui sciæ tota philosophia supponatur, & põt respõderi, p canonicæ, quæ oia cõprehendit. & dicit Io. de Turrecr. in proęm. decret. in ver. ad tertiũ, ꝙ saltem theologiæ, partim, & philosophiæ partim supponit. Sed inquantũ philosophiæ supponit, est ea ratione, qua dicitur de scientia iuris ciuilis, ut amplius dicam.

Tertio eius excellẽtia probatur ratione finis, quæ est eadẽ cũ theologia, vt s. ędificent. ut dicit Host. in dicto pę. suæ sum. ver. quis finis. ibi: secũdæ, vt ædificentur. & ad hunc tendunt theologi, & canonistæ.

Quarto excellentia huius scientiæ iuris canonici probatur ex eius digniori subiecto ad alias sciẽtias, qđ quale tñ sit, sunt diuersæ diuersorũ opiniones. Et inter alias Host. in loco præallegato dicit, ꝙ subiectũ huius scientiæ est fides catholica: cũ vt dicit, sit materia. Sed hoc nõ approbat Ioã. de Turrecre. in loco s. all. uer. ad quintum. cum, vt dicit, illud est subiectum in sciẽtia, de quo & eius pprietatibus est principalis & totalis cõsideratio talis scientiæ: sed fides catholica non est hmõi, de qua, & eius proprietatibus sit tota scientia iuris canonici. Et etiam qa subiectum scientiæ debet cõplecti omne quod determinatur in illa scia, hoc autem nõ facit fides catholica respectu oĩũ quę determinantur in iure, igitur &c. Et et fides est virtus theologica, cũ deũ habeat pro obiecto, & fine Vnde si subiectũ alicuius sciæ esset dicendum, magis scientiæ theologicæ esset dicendũ subiectum, q iuris canonici, qđ tñ non dr. Et ut finalr ponam subiectũ Io. de Turrecr. omittẽdo alia, q reprobat vbi s. est bonũ ciuilitatis Christianæ, fm ordinẽ iusti, & recti, fm leges siue cõstitutiones canonicas p os sanctorum patrũ promulgatas diuinitus: qđ, vt dicit, si ostendit: id subiectũ i aliqua scia, quod principalr intẽditur, & gra eius oia alia in eadẽ scientia considerant. Sed omnia alia quæ tractantur in scientia iuris canonici non alterius gratia tractari videntur, q cõicatio ciuilitatis Christianæ rectè, & sanctè regatur ac honestè viuat, vt dicit Greg. in dicto proœ. gregoriano s alleg. uel, vt dicit, scientia subalternans, & scientia subalternata debent aliqualiter conuenire in subiecto, licet subalternata addat aliquid ad subiectũ sciæ subalternãtis, vt dicit ibi: sed subiectũ sciæ moralis, vt dicit Albertus, est bonũ hoĩs, fm qđ hõ: & subiectum sciæ politicæ cõicãtio ciuilis fm ordinẽ recti, & iusti, vt idẽ Albertus testat. ergo subiectũ sciæ iuris canonici quæ morali scientiæ subalternatur, ut dicit idẽ de Turrecre. ĩ dicto loco s allegato. ver. ad tertium. sit bonum ciuilitatis Christianæ fm ordinẽ recti, & iusti, fm leges, siue cõstitutiones canonicas p os sanctorũ patrũ diuinitus promulgatas. Et hæ partes ponunt ad distinguẽdũ subiectũ huius sciẽtiæ a subiecto aliarum scientiarũ humanarũ practicarum. Qm sciẽtia iuris ciuilis habet idem subiectũ, qđ ciuilitas Christiana: magis tẽdit ad saluationẽ animæ, & actus concernentes aiam, q scientia iuris ciuilis. Et ideo cũ anima sit corpori pferẽda, vt est rex. in l. sancimus. C. de sacro-

ſanct.ecc.videtur,ꝙ etiam ſcientia iuris canonici ſit ſcientiæ iuris ciuilis præferenda dicam infrà.

Nonò, dicit Barbatia, ꝙ ẽt ex mõ acquirendi sciẽtia legalis est dignior, cú faciliori modo acquiratur scia legalis q̃ artis aut medicinæ, qm̃ licet modꝰ sciẽdi in Philosophia naturali sit demonstratiuus, & sit certior & verior, iuxta illud, Certior aure arbiter ẽ oculus. l. corruptione. §. fi. ff. finiũ regundorum. l. 1. ver. atrox aspectu. ff. de ferijs. Et eodẽ modo modus sciẽdi medicinam est demonstratiuus aut diffinitiuus: vt apparet ĩ primo Tech. primo canonis tertia Fen. primo. Itẽ modus sciẽdi leges est positiuꝰ & fallax. Iõ non est certus & demonstratiuus, sed modus sciendi leges licet sit positiuus, tñ est finitus, & sic est certus: & adducit tex. quẽ dicit valde singularem in ꝓœmio ffiorum. §. quibus. imo est sub. §. duabus, in impressionibus nouis. vide tñ tex. alium ad hoc ĩ ꝓœ. insti. in §. cumq;. in fi. ibi: vt & initium uobis & finis legum. Ex quibus textibus tria inferuntur.

Primo, quod legalis censura est sciẽtia cõtra multa argumenta in contrarium, & supra ample probaui in 4. consid. huius partis.

Secũdo ꝓbat, ꝙ est scia finita, & traditur ꝑ modos certos, determinatos & finitos. Hinc dicit etiã tex. in auth. de priuileg. doris. in prin. coll. 8. Vnam nobis esse in omni nostræ reipublicæ & imperij vita. In Deo spẽ credimus, scientes quia hæc nobis & animæ & imperij dat salutem: uñ & legislationes nostras inde pẽdere cõpetit, & in eam respicere, & hoc eis principium esse, & medium, & terminum.

Tertio ꝓbat̃, ꝙ finis suus est mirabilis & faciat illud quod habetur in aphorismis Hippocratis, cum dr̃. Vita breuis, ars uero longa: tempus acutum, experimentum uero fallax, & per consequens sequit̃ quod ratione modi per quem scitur scientia legalis est excellentior quam artis & medicinæ.

Decimo facit, ꝓut dicit Barbatia, illa scia est alia excellẽtior, cuius finis excellẽtiorẽ ꝓducit effectũ ĩ qa oĩs effectus assimilatur cãæ, quia natura est uis ĩsita rebꝰ ex silib. silia ꝓcreãs, ut in 1. de gñatione & corruptiõe. c. ius naturale. 1. di. l. qđ si nolit. §. si mãcipiũ. ff. de edi. edic. sed peritꝰ in cẽsura legali, efficit̃ parẽs imꝑatoris, ut est tex. in l. diui. in uer. apud Vlpianũ parentẽ nr̃m. C. de locato. Et alios plures esse ctꝰ hñt iuristę, quos nõ habẽt medici: ut supra dixi ĩ 6. & 10. cõsi. huiꝰ partis: sed nõ inuenit̃ iure cautũ, ꝙ medicus aut philosophus sint parẽtes principis, aut alios effectus hẽant, de q.b. s. Et licet dicatur, ꝙ primꝰ medicus principis æq̃paretur duci, ut supra dictũ est. Non tñ sequitur, ꝙ ꝑp hoc sit ꝑ̃ponendus iurisconsulto. Nam iurisconsultus est pater Imperatoris, qđ bñ notabis ad declarationem. l. 1. C. de comitibus & archiatris. li. 12. Quoniã si in curia principis aut Papæ sint duo doctores, quorum unus sit medicus principis, & alter consiliarius: ꝙ ꝑ̃ferretur doctor consiliarius: quia dicitur pater imperatoris.

Adde ultra Barbatiã, ꝙ maxime istud dẽt habere locũ in cãcellario principis, qui nõ solum medicos, sed ẽt oẽs alios, ẽt duces (q. bus assimulatur & æquiparatur medicus) præcedit, ut dixi supra in 6. parte, ubi

vbi amplè de eius excellẽtia, & poteſtate deſcripſi: & ita ſe habet conſuetudo, de qua dicam in fi.

Vndecimo facit, illa ſcĩa dr̃ nobilior, cuius ſplendore illuminatur vniuerſus orbis. Nam publica vtilitas priuatæ p̄fertur. l. j. §. pe. C. de cadu. tollen. c. bonæ. 1. de poſtu. præla. dixi ſupra. ſed per ſcientiam legalẽ illuminatur mundus: vt probatur in auth. habita. C. ne filius pro patre. dixi ſupra in 10. cõſi. & reſpublica legiſtis committitur gubernanda. §. fin. in procemio inſtitutionum. §. duab. in fin. & §. pen. in proœ. digeſtorum. Sunt etiam iuriſtæ omni tempore felices, vt dicit tex. in proœ. fforũ. d. §. duabus. ĩ fi. Nec permittunt leges aliquem iuriſconſultũ in anxietate aut paupertate viuere. ita dicit tex. ĩ auth. de hæred. & falcid. §. fi. coll. j. Sed hoc non multũ facit, quia ẽt idẽ dicendum eſt de medicina, cum vt dicat gl. in verb. ditiſſimi, in d. proœ. fforum. §. nos vero.

Dat Galienus opes, & ſanctio Iuſtiniana,
Ex illis paleas, ex iſtis collige grana.

Sed magis communiter & plures videmus legiſtas ditiſſimos quàm medicos.

Duodecimò facit, q̄a orbis maior eſt vrbe. c. legimus. verſ. ſi autem. 93. diſt. ſed legalis ſcientia prodeſt vniuerſis, quia bonos inuitat ad præmiũ, & malos prohibet a malo. l. j. ff. de iuſt. & iur. vt dicit Barba. in dicto loco. ſed adde, ꝙ etiam oĩs homo ſubditus eſt legib. c. de capitulis. cũ quatuor ſeq. 10. diſ. ẽt in foro cõſciẽtiæ, vt no. gl. Bal. & doct. in c. q̄ in eccleſiarum extra de conſtitu. Abbas in prin. decretalium. Pe. de Anch. in conſ. 21. incip. videtur prima facie dicendum. dixi in cõmentariis noſtris ſup conſue. ducatus Burgun. in ti. *des droictz & appertenan. a gens mariez*. §. 7. in gl. *des prochains parens*. ver. cõtrarium tñ. Et redeundo ad Barba. Sed medicina non prodeſt niſi ęgrotis: cũ, vt dicit dñica veritas, Ma. 9. & c. multi. 2. q. 1. nõ opus eſt medico valentibus. dixi ſupra. ergo melior & honorabilior eſt ſcĩa legalis.

Decimotertio, ſacerdotes p̄ferunt laicis: ſunt. n. dii. c. cũ iniũcto. §. licet aũt ibi, diis nõ detrahes, ſacerdotes ĩtelligẽs, de hr̃ticis. extra. c. ſacerdotibus. ĩ prin. 11. q. 1. dixi ſupra in 4. par. ĩ 1. 2. 3. 4. 5. & 6. cõſi. Sed doctores legũ dñr ſacerdotes. l. j. §. 2. ff. de iuſ. & iur. dixi ſupra ĩ hac parte, in 10. cõſi. Ergo doctores legũ p̄feruntur doctoribus artium & medicinę.

Decimoquarto, vt dicit idẽ Barb. facit qđ hr̃ in c. vnico. quod inc. Glorioſus Deus ĩ ſanctis ſuis. §. j. de reliq. & vene. ſan. in 6. vbi dicit tex. ꝙ doctores quaſi illuminoſas & ardentes lucernas ſuper candelabrum poſitas vniuerſum corpus (orbis errorũ tenebris ꝓfugatis) velut ſydꝰ irradiat matutinũ: & ſic doctores iuris ſtãt ſicut ſydus in cęlo, ergo p̄ferunt medicis. & facit tex. ĩ c. ſup ſpecu. qđ eſt c. fi. de magiſtris. extra. vbi dr̃ ꝙ doctores velut ſplẽdor fulgẽt firmamẽti, & velut ſtellæ in ꝑpetuas æternitates ꝑmãſuri, cũ plurimos ad iuſtitiã edocere valeant. facit ẽt tex. in cano. multi. de pœ. di. 2. ubi tex. appellat doctores ſolis radios. & dicit Hoſt. in ꝓœ. ſuæ ſummę in 6. mihi col. ver. ciuili. ꝙ recti iudices & aduocati fideles vtẽtes legibus ꝓut debẽt, meliorẽ vitã ducũt, q̄ fratres p̄dicatores, aut alij fratres: vide quę ſcripſi ſupra in hac par. in dicta 10. cõſid. Ergo ex p̄dictis infert, ꝙ doctores legũ p̄feruntur artiſtis & medicis.

Decimoquinto, facit pro iſta parte, vt dicit Barb. tex. cui mũdus rñdere nõ poſſet, in ꝓœ. fforũ. §. duabus. ver. q̄b. vbi tex. dicit, & quod pene in nulla alia euenit arte, cũ & ſi viliſſimę ſint. vnde ꝓbat ibi text. ꝙ oẽs aliæ artes dicunt viliſſimę habito reſpectu ad ſcĩam legalẽ, ex quo ſeq̄tur, ꝙ habito reſpectu ad doctores iuris, doctores artium & medicinę ſuccũbẽt.

Et ſi dicat, ꝙ lex nõ eſt ars: dicit qđ ibi ꝓbat contrariũ, ꝙ imo eſt ars, ſcĩa, philoſophia vera & non ſimulata, vt in l. j. §. nam vt. ff. de iuſtitia & iure. Additio tñ ibi poſita ad Barbatiã dicit, ꝙ illud argumentum eſt ab autoritate iuriſconſulti, ꝙ nullũ eſt ſm philoſophum & ueritatẽ: & vt dicit ibi, ſi valet, artiſtæ habẽt autoritatem magni Auerrois, qui appellat ſequẽtes leges inuoluẽtes & ſtultos, vt patet 8. Phy. tex. cõm. 4. & in prologo eiuſdem: ſed ad talia dicta per eundem apoſtillatorem, ibi ſupra, ſatis eſt reſpõſum, ideo non inſiſto. cum conſtet de contrario.

Decimoſexto, facit ſecundum eundẽ Barbatiam, quoniam facultas legalis dicitur eſſe theſaurus: ita probatur in dicto proœ. fforum. §. nos vero. ergo excellentior eſt artibus. hinc ut ibi etiam dicitur, doctor iuris ciuilis dicitur anteceſſor, & pluribus aliis nominibus excellentiſſimis & egregiis ſupra poſitis in 10. conſid. quam vide ad hoc.

Decimoſeptimo ẽt facit vnũ aliud, quod ægrè & moleſtè ferre deberent omnes, qui Saluatorẽ Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum colunt, ꝙ Iudęi aſſumuntur ad doctoratum in medicina, ſed nõ poſſunt aſſumi ad doctoratum iuris, vt l. fi. C. de poſtulãdo. Ex quo ſequitur, qđ cũ Iudæi nõ poſſunt aſſumi ad doctoratũ iuris, vt p Bar. in l. fin. C. de Iudæis. eo q̄a eſt dignitas, q̄ Iudæi habere nõ poſſunt. Si ergo aſſumuntur ad doctoratũ medicinæ, ſequitur ꝙ doctoratus in medicina non eſt dignitas, & per cõſequẽs præferendi ſunt legiſtæ artiſtis & medicis, niſi dicamus, vt dicit, ꝙ de facto & non de iure Iudæi uſurpant doctoratum in medicina & in artibus.

Decimooctauo facit argumẽtum ab ordine lr̃æ, quod eſt ualidum in iure. l. generaliter. §. quid ergo. ff. de fideicõmiſ. liberta. ſed ex ordine lr̃æ notarius præfertur medico, ut in l. fi. in prin. C. commu. de lega. Ergo multo fortius iuriſta ſiue doctor legis præfertur medico. & facit, ut dicit, quoniam ſeruus nõ põt eſſe notarius, ut in l. gñrali. C. de tabulariis. lib. 10. & tamen ſeruus poteſt eſſe medicus: ut ibi. ergo inferioris gradus eſt medicus quam notarius.

Decimonono facit rub. C. de ꝓfeſſorib. & medi. li. 10. ubi profeſſor iuris pręfertur medico. ut ibi dicit Luc. de Pen. qđ licet medici ĩ ordine p̄poſitionis p̄ferant patronis cãrum. c. non ſane. quod eſt ca. fin. 14. q. 5. ẽt p̄ponunt ꝓfeſſorib. in iuſtitia petitionis, cum publice uiuentibus proſint. l. ſi Duas. in fin. ff. de excuſ. tuto. Et de ſalute hoĩum curã agant. in l. j. in prin. ff. de uar. & extraor. cogn. Et in ordine lr̃æ ẽt p̄ferantur. in l. medicos. C. de profeſſoribus & medi. ubi dicit literam eſſe prępoſteratam. Cum etiam grammaticus in tali ordine etiam medico p̄feratur,

l.fi.C.eo. Et pfessor medicinæ siue Romæ, siue i patria profiteatur, habet excusationem a muneribus, l.eos qui.ff.de vacatio.munerum. quod doctores legum non habent. Et ẽt medicus hẽt excusationem a patrimonialib.d.l.medicos. quod non inuenit̃ in doctore legum secundum quosdam, imo ẽt ibi de legum professoribus dr̃ idem. Non tñ cócludit̃ ex his honoribus, ꝙ scientia medicinalis sit nobilior sciẽtia legali, vel æquè nobilis: imo totũ oppositũ: vnde Ari.1.Ethic. prope finem. Oportet politicum scire aliqualiter eorum quæ circa animam, quemadmodum, & q̃ oculos curat, totum corpus, & tanto magis quãto nobilior, & honorabilior est politica medicinali, quæ politica est tantæ nobilitatis, ꝙ principatᵒ diis, ut habetur 5. Ethi. Et dicit ibi Luc.de Pen. qui multum inuehit contra medicos æmulos sciẽtiæ, &, vt dicit, veritatis & iustitię inimicos.

Vigesimo, vt dicit idem Barbatia facit qm̃ subrogatum sapit naturam illius in cuius locum subrogatur. lege eũ qui.§.qui iniuriarum.ff.si quis cautio. quod an ille tex. hoc probet, ponit ibi do.meus Ias. sed melius facit tex. in c.ecclesia 1.extra vt lite pen den.sed doctores legum subrogãtur loco Dei, ergo p̃ferunt̃ medici. sminor probatur, vt dicit. Nã Deᵒ à principio creauit cœlum & terram, & oĩa q̃ in eis sunt: & angelicã & humanam naturam spiritualia & tpalia q̃ oĩa p seipsum rexit & gubernauit, sicut factor suã rẽ gubernare solet, & homini quem fecit, præcepta dedit, & trasgredienti pœnam imposuit, vt hr̃ Gen.2.3.& 4.c. Et rexit mundum vsq; ad tempus Noe, quo tpe Deᵒ incœpit regere creaturas suas per ministros suos, quorũ primus fuit Noe: postea per Patriarchas, per iudices, p reges, vsq; ad tempus Christi, qui fuit uerus & naturalis Rex noster, iuxta illud Psalmistæ. Deus iudiciũ tuum regi da. Prout ita scribit pulchrè Inn. in c.licet de foro competen.

Et sic apparet, ꝙ iudices, vt constat in lib. Iudicũ, successerunt loco Dei ad regendum ppl̃m, ergo doctores iuris dati sunt, vt regant populum in locum ipsius Dei, quod regimen non fuit datum artistis & medicis: ergo nobilior est scientia legalis, q̃ artium & medicinæ: quia Deus regit mundum lege & non medicina: qui etiam solus Deus sanat ab omni malo & nõ medici. Sap.16.& ĩ.subiicit. Etenim neque herba, neq; malagma sanauit illos, sed tuus dñe sermo, qui sanat omnia, tu es qui uitæ & mortis habes potestatem &c. vt ibi: & ita dicit Luc.de Pen. in dicta rub.c.de professoribus & medicis.lib.10.

Vigesimoprimo ſm Barbatiã facit: qm̃, vt scribit, siqs opponat ꝙ scĩa legalis est reducibilis ad nihilũ, ergo nõ est scĩa: qa est de cõtingẽtibᵒ, q̃ pñt adeẽ & abeẽ, & scĩa ẽ ens entiũ, ut sæpe supra dictũ ẽ. Lex. n. põt aboleri p nõ vsum ipsius, vt p gl.ĩ verb.sacrm. in lege, rẽ nõ nouã. in prin.C.de iud.& gl. in ver.frãgere. in fi. in c.1.de treuga & pa. extra per dispositionẽ principis, qa illã tollere põt & corrigere, qa eius est tollere cuius est condere. l.rẽ non nouã.C.de sacros.ecc. Facit.c.erit autẽ lex.4.di. vbi lex adaptatur tempori.c.non debet.de consang.& affin. cũ similibus: & dictum est supra, ergo peritia legalis non est scientia. Quia ad ista põt rñderi, ꝙ licet lex corrigatur, tñ rõ legis nõ corrigit̃, sed semp remanet firma. l.1.ff.de cõiũg.cũ emãci.li. in gl.& p gl.ĩ uerbo, quicunq;. in c.nouit.§.nos igit̃.de iudiciis.extra & in c. fuerunt.7.d.cũ similib.& per consequens remanet firma scientia legalis, posito ꝙ lex non obseruetur: dixi ample supra in 4.consid.

Ex quibus oĩb. supradictis, vt dicit Barbatia in loco supra allegato, sequitur & inferendũ est, ꝙ licet artista & medicus sint doctorati a principe uel in loco illustriori: & iurista sit doctoratus ẽt ab inferiori à principe, uel in loco nõ ita celebri, quo casu data paritate p̃ferret̃ doctoratus a principe, nõ tñ artista uel medicus præferẽdus est iuristis. Ista sunt fundamenta Barbatiæ, q̃busdam p me additis pro corroboratione materiæ. Ex quibus tamẽ noluit concludere in ipsa materia pro aliqua parte, eo quia, ut dicit, nõ adhiberetur sibi fides, quia etiam quasi uelit se dicere ita medicum sicut artistam.

Oẽs tñ alii canonistæ tenẽt indistinctè, ꝙ semper iurista doctor q̃cũq; sit p̃fert̃ medico doctori, & sic de similibus, prout tenẽt & decidũt in d.c.clerici. supra alle. Et istud ẽt tenet & obseruat ecclesia Romana, ut hr̃ tã ĩ regulis cãcellariæ apostolicæ Iulii II, q̃ in concordatis nostris initis inter summũ Põtificẽ & Christianiss. Regẽ nr̃m Frãciæ. in ti. de collationibus, in quibus hr̃ & declaratur clarissime, ꝙ Doctor Theologus p̃fertur Doctori in iure, Doctor in iure canonico, Doctori in iure ciuili, & Doctor in iure ciuili, Doctori in medicina p̃ferendus sit, ẽt ĩ nominationib. Ex quo cũ sit exp̃ssa decisio de p̃latione inter eos, tã summi Pontifi. quam regis, uĩ ꝙ non sit ulterius super huiusmodi controuersia hæsitandũ.

Vniuersalis ergo & gñralis erit conclusio, in qua non est dubium quo ad ecclesiam & quo ad tpalitatem in curia Romana & in Gallia, ꝙ doctores in iure canonico & ciuili, vel in altero tm̃, p̃feruntur doctoribᵒ in medicina. Et idẽ in licentiatis & bacchalariis. Et de hoc sunt regulæ cãcellarię, & apud nos cõcordata, & ante idem determinabatur p pragmaticam sanctionẽ, quæ dant istam prælationẽ doctoribus in iure, ẽt in noiationib. ad bñficia cõsequenda: ex quo satis denotat̃ ꝙ sunt maiores, & in hoc non est dabile rñsum, nec ægrè ferre dẽnt medici, si eisdẽ ad oculũ demõstrat̃ p̃latio iuristarũ quo ad eos, tã ex decisione sedis apostolicæ q̃ regis nr̃i: & ista est q̃ confundit q̃cq̃d uoluit dicere Petrus de Bayro ĩ suo tractatu super hoc edito, q̃ finaliter, licet uoluerit ponere certas conclusiones, se ipsum tñ cõfundit & intricat in illis, cũ oĩa sua fundamenta, q̃ ꝓ sua parte assumunt̃ ex superius deductis, satis confundantur, & ad ea satis sit responsum. & cũ ita sit decisum, nõ est amplius disputandũ; quia uideret̃ ꝙ per hoc uellẽt impugnare ptãtẽ principis, & de eius ptãte disputare, eẽt icidere ĩ crimẽ sacrilegii, ut dicit text. in l.2.q̃ icipit, Disputare de principali iudicio nõ oportet, sacrilegii. n. instar est dubitare, an is dignus sit quem elegerit imperator. C.de crimine sacrileg.

Vt tñ sit pax & cõcordia inter eos, iuxta dictum Apostoli, cõsulerem, ꝙ ultra casum decisum seruaretur

retur opinio theologicorum, iuxta dictum apostoli ad Rom.12. Honore.n.inuicem præuenientes, q̃ sibi ad inuicem honorem præstent, s̃m mores & virtutes illorum, & s̃m quod inferius dr̃, quod unus doctor in vna scia debeat præcedere aliũ, quodq; simul communicent inter eos, prout si essent vnius & eiusdem scientiæ doctores, nec alter alterum contemnat aut derideat.

Et pro conclusione dicerem seruandã eẽ consuetudinem in istis, quę est, q̃ inter doctores & medicos iuristas antiquior p̃feratur, non habita differẽtia facultatis, & istã cõsuetudinem recitat & refert Dec.in d.c.clerici.col.6.de iudiciis, vbi dicit, q̃ dẽt obseruari: quia in istis p̃lationibus consuetudo attenditur, vt per Bal.in l.obseruare.§.antequã.ff.de offi.procons.& in c.cum olim.per illum tex.de consuetu.extra.dixi supra in 5.par.in 43.consid.

Vigesimasexta consid. Inter tamen oẽs doctores cuiuscunq; facultatis sint, præferuntur q̃ actu legunt, ẽt licet alij sint seniores qui non legant: ꝓut probat tex.in l.2.& ibi And.de Barrulo, & Ioan.de Pla.C.vt dignitatum ordo seruetur.li.12. Idẽ And. de Barrulo, & Nicolaus de Neapoli in l.2.C.de cõsulib.lib.12. Ale.in l.cum quid.ff.si cer.pe.& in l.2.§.prius.ff.de vulg.& pup.substi.ita dicit d.me⁹ Ias. in d.l.cũ quid.in j.lectura.col.4. Et hoc maximè, quoniam tales si legerint per viginti annos, dicuntur comites, vt hr̃ per gl.& doct.post tex.in l.vnica. C.de professoribus, qui in vrbe Cõstãtinopolitana docẽtes ex lege meruerũt comitiuã. lib.12.& p Cardinalẽ ĩ c.j.q̃s dicat Dux, Marchio, Comes, in vsib. feu.& de comite dixi suprà in 5.par.in 53.conside. Doctor.n.legens apud suos scholares dr̃ quidam regulus, vt dicit Bal.in proœ.Gregoriano.in v.col.

Sed aduertẽdũ est, q̃ tales habere dẽnt multas cõditiones, de q̃bus hr̃ in d.l.vni.C.de profes.qui ĩ vrbe constanti.& inter cęteras, q̃ sint inter doctores ad legendum connumerati. Scdo, q̃ laudabilẽ in se probis moribus vitã esse mõstrauerint. Tertio, q̃ docendi peritiã habuerint. Quarto, q̃ ẽt facundiã dicẽdi hẽant. Quinto, subtilitatẽ interpretãdi. Sexto, q̃ copiã disserẽdi se habere patefecerint. Septimo, q̃ cętu amplissimo iudicante digni fuerint ęstimati. Ista oĩa ponũtur necessario req̃sita ad hoc, vt sit comes legẽs p viginti annos, p tex.in d.l.vnic.q̃ oĩa sigillatim & singulariter declarat ibi Luc.de Pẽ.de verbo ad verbũ, & de vno ad aliud, dicẽs ibi in 2.col.q̃ s̃m Boetium de disciplina scholarium, dẽt aliã sex habere, s.quia debet esse eruditus, mansuetus, rigidus, antiquus, nõ negligens, non arrogans: q̃ singula particulariter ibi declarat, ideo non transporto, cũ oẽs videre poterunt, & sit satis hæc pars onerata: & alibi fortè de vnoquoq; dicã, ꝓut suo loco quadrabit.

Et his oĩb⁹ põderatis, & bñ in quolibet discussis, pauci tales inuenient̃, q̃ possint se dicere comites: sciui tñ & cognoui dñm & præceptorem meum dominum Iasonem habuisse peritiam docendi, facundiam dicendi, subtilitatem interpretandi, & q̃ seipsum patefecit publicè, habuisse copiam disserẽdi in cœtu amplissimo, scilicet Mediolani, & etiam toti⁹ Franciæ dignum fuisse ęstimatum, & inter doctores ad legẽdum deputatos, & in diuersis vniuersitatib⁹ famosis semper per viginti annos & vltra fuisse connumeratum, & semper tenui & reputaui eum laudabilẽ in se probis morib⁹ viuentẽ: ex quo merito inter comites annumerari dẽt. Et de his doctoribus, qui sic actu legerunt per viginti annos, q̃d dicant̃ illustres, & de effectu illius ponit amplè Purpu.in l.j. ff.de offi.eius cui mãd.est iurisd.col.18.versi.octauũ ponit in doctorib⁹. Et tales à talliis excusant̃. Guid. Pap.q.386.& q.39.

Vigesimaseptima consid. Inter tales etiã doctores actu legentes p̃feruntur qui maiora stipẽdia habent. Pan.in c.clerici, de iudiciis.extra, facit tex.ĩ l.1.in ver.ordine stipendiorũ.C.de agẽtibus in reb.lib.12 in l.j.ibi, pro merito laborũ stipẽdiorũq;.C. de castrensib.& in l.fi.ibi, stipendiorũ prolixitas suffragatur.C.de tyronib.eod.lib.& do.meus Ias.in d. l.cũ quid.ff.si cer.pe.facit, l.1.& 2.C.de off.magistri officiorũ.vbi dicit tex.is gradus cæteros antecedat, quem stipendia meliora vel labor prolixior fecerit anteire. cui cõcordat c.miramur, §.pen.& fin.61.di. notat gl.fina.c.Vulterranæ.q.2.notatur in d.l.vnic. C.de professo.qui in vrbe Constatinopo.per And. de Barrulo.faciũt & plura alia q̃ dicit Barth. Cępo. in trac.de imp̃atore eligendo. in verbo, virtutis.in prin.2.col.& in verbo, ratione dignitatis.in 3.co.ad quem in hoc recurras.

Et iõ tp̃e meo inter oẽs doctores totius Italiæ & Galliæ p̃ferendus erat dñs & p̃ceptor meus do.Ias. Maynus, cũ pp̃ eius eminentem scientiam, & eo q̃a comes, & legerat per uiginti annos & vltra, ut dixi: & maiora stipendia hẽbat q̃ vnquã habuerit doctor legens, eo q̃a scio ipsum fuisse stipẽdiatũ a christianiss.rege nr̃o Lud.12.de mille ducatis aureis: & me existẽte Mediolani fuerunt augmentata eius stipendia de ducentũ aliis ducatis, ita q̃d habebat duodecies centũ ducatos aureos seu scuta aurea, q̃d nunquã habuerunt neq; Bar.nec Bal.nec Ale.neq; Barba.nec quicunq; alius doctor qualiscunque fuerit. & pro certo non solum prædicta, sed multo maiora merebat̃: & scio q̃ recusauit & cardinalatũ & multa beneficia, sed nunquam voluit, neq; vxorari, neq; promoueri ad sacerdotium.

Quomodo aũt istud salariũ taxari dẽt, tã doctoribus, quam aduocatis in magistratu, & officio, vide p G.Bñd.in sua repe.c.Rayn.in verbo, & uxorẽ nomine Adelasiam.in 5.decisione.num.589.per Specul.in ti.de salario.& Bart.in l.1.ff.de var.& extraord.cogni.

Vigesimaoctaua consid. Inter plures doctores p̃ferunt̃, q̃ libros cõposuerunt, seu scripserũt, cũ sint maximo honore digni. Cũ sint uelut stellæ in firmamento cœli. Danie.13. Et satis magni sunt, qui inueniunt sapientiam, & scientiam. Eccle.30. Nõ.n. solũ sibi laborant, sed oĩbus exquirentibus ueritatẽ. Ecclesiast.34. De his uere dici põt illud sacrę scripturæ. Beati qui seminant super aquas.i.super populos.c.cum Marthæ.§.verũ.de celebra.missarum. Semen quippe latum in chartis p̃petuo manet, & quilibet

quilibet lector inde metuens potest sumere icremẽ ta, sed quod verbo diffundit tanquã naturaliter fluidũ, non sic de facili germinat, cũ interdum supra petram, & secus viã, & inter spinas & aliàs in mala herba cadat, vt dr̃ Luc. 8. Hi sunt qui cum nihil videãt agere, maiora siquidẽ & humana tractãtes fm Senecam lib. 1. epist. Epist. 8. vt plene dicit Luc. de Pẽ. in l. mulieres. i pe. col. C. de digni. lib. 12. vbi dicit, ꝙ hi sunt qui omnibus gentibus recẽtes semp edunt, & floridos sapiẽtiæ fructus, è quibus, quia teneris ætatibus doctrinarum abundantia satiant, optimos habent sapientiæ sensus, instituunt ciuitatibus & humanitatibus mores, æqua iura, leges, q̃bus absentibus nulla ciuitas pôt esse incolumis. Honorãdi. n. atque cõmẽdãdi sunt hi qui uiã veritatis aperiunt, teste philosopho, dicente. Etiam ex falsis commendabor: quia veritatis inuestigandæ viam & materiam præbui, præparaui, & iuuat vt veritas sciatur.

Hinc dicit idem Lucas in dicto loco, cũ ergo tanta munera scriptorũ prudentia priuatim publiceq; oĩbus fuerint præparata, nõ solũ arbitror palmas & coronas his tribui oportere, sed ẽt triumphos, & inter deorũ sedes eos dedicãdos iudicari, & dicit hæc scripta in libro, victoriã architectorię. & tales etiam multum cõmendat Hierony. super Eccl. 2. c. De laude vero scriptorũ scripsit amplè Ioannes abbas sancti Martini episcopi in Spanhem, & Ioãnes Gerson in libro quem fecit de laude scriptorum, qui incipit, Scrutari scripturas.

Sed vtrum scriptores librorum debeant nomina sua in suis libris inscribere. Io. An. plenissimè i Mercurialibus. in data post regulas iuris, vbi arguit ad vtraq; partẽ, & ꝓ vtraq; parte multa bona argumenta adducit, & ibi ẽt ponit, an liceat doctori ex se dicere laudẽ suã, vide eundem, & in c. nisi. §. fi. de renun. extra. & p doctores in l. j. C. de nouo codice cõponẽdo. vbi dicit Alb. ꝙ licet ĩ ore ꝓprio sordescat laus, tñ ẽt & Deus & Paulus & Aug. q̃nq; se laudauerũt ore proprio, vt supra dixi in 1. par. in consid. inci. cõsideratio erit, an homo gloriari debeat &c.

VIgesimanona consid. Antiquior doctor iuniori pferri dẽt, fm gl. i verbo, nouũ. in l. cum quid. ff. si cer. pe. facit tex. in l. j. ff. de albo scribẽ. & in ca. 1. extra de ma. & obe. notat exp̃sse in §. audiẽt. in verb. iudice. in auth. de defens. ciuita. coll. 3. & in l. j. C. de cõsuli. lib. 12. & l. fi. C. de decu. eo. lib. facit. l. sp in ciuitate nr̃a. ff. de iure immu. l. fi. ff. de fid. inst. c. epi. & ibi gl. vnic. 24. dist. l. ꝓuidendũ. in prin. ibi, aut vetustas. & ibi glo. 2. C. de postulãdo. vbi dicit, ꝙ seniores aduocati p̃ferunt iuuenibus: de quibus supra dictũ est in 7. par. Et facit, quia senes melius scire p̃sumuntur. facit gl. vnic. in c. sic viue. 16. q. 1. ubi dicit, ꝙ seniores magistri potius sunt audiẽdi, quã iuuenes.

Etiam faciunt per me dicta in commentariis nostris super consuetu. ducatus Burgund. in proœ. in gl. *de nostre conseil.* & in gl. *ordonne.* vbi scripsi, ꝙ consiliarii seniores & antiquiores præferẽdi sunt. Facit & ratio. c. nisi cũ ptidẽ. §. alia vero causa. de renun. extra: quoniam qui est ætate maior, præsumit maturitate sensus p̃stãtior: & facit c. sciendum. ibi accessit ẽt dęmonib. & ibi gl. magna. ibi: item quia p antiquitatẽ. 26. q. 4. qm̃ præsumitur ex rerum experientia doctoris, & iõ sapientior. & c. porro Moysi. quod est c. fi. 84. dist. & Prouer. 20. Præsumuntur. n. senes ꝓbi, scientes, graues, vt dicit Luc. de Pen. in l. 1. C. de consulib. lib. 12. vbi ponit in quibus senes & iuuenes sunt laudabiles, & ẽt vituperabiles: &, vt dicit gl. in verb. ad senilẽ. in c. cũ in iuuentute. quod est c. pe. de p̃sumpt. extra. meliores iuuenib. p̃sumũtur seniores, & consiliũ suum melius est quàm iuuenũ. c. ex multa. §. scdo q̃siuisti. in fi. extra. hinc dr̃. Cõsilium iuuenum Roboam fecit egenum. ut in c. ecclesia. 16. q. 1. & etiam his versibus ostenditur.

Roma vetus veteres cum te rexere quirites,
Nec bonus immunis, nec malus vllus erat.
Defunctis patribus succesßit praua iuuentus,
Consilio cuius præcipitatur uis.

Dixi alibi. Et vt dicit tex. i c. fi. 20. dist. seniores sunt potius interrogandi & consulendi q̃ iuuenes. Vnde & iurisconsultus q̃nq; ex verbis senum rusticorum argumẽtari solet, vt in l. si chorus. §. j. ff. de leg. 3. Et vt dicit Bal. in c. j. p illũ tex. de renun. extra. plus valet vmbra senis, q̃ eloquẽtia aut gladi⁹ iuuenis. idẽ Bal. in l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. Fel. in c. 1. de maio. & obed.

Et ad p̃dicta uideatis d. meum Ias. in l. cum quid. in 2. lec. in pe. & ult. col. ff. si cer. pe. ubi ponit in quibus actibus iuniores postponuntur seniorib⁹, & seniores p̃ferunt. Et de huiusmodi præcedẽtia respectu antiquitatis, dicam infra in 11. parte, qñ antiq̃ & seniores ciues præferũtur ceteris. Decius tñ in d. c. clerici. col. 5. in 4. & 6. fallẽtiis, dicit hoc esse uerũ in honoribus delatis, sed in honoribus deferendis nõ antiquior, sed magis idoneus p̃ferẽdus est, ut p tex. in l. honores, in prin. ff. de decurio. ad idem tex. unicuique. C. de proximis sacr. scrin. li. 12. facit tex. in §. ordinationem. in auth. de monachis. coll. 1.

Ex prædictis ẽt dici potest, ꝙ ista antiq̃tas considerari dẽt ẽt respectu ætatis, licet dñs Philipp⁹ Dec. in d. c. clerici, in 2. col. de iudiciis, extra. dicat, ꝙ antiquior in hoc intelligitur non ætate, sed gradu & dignitate, & dicit gl. notabilis in uerbo, antiq̃ores. in c. statuimus. de maio. & obe. extra.

Et ista consideratio ampliatur & procedit, etiã si posterior sit ditior uel nobilior, q̃a istę qualitates ñ tollunt p̃rogatiuam tẽporis à iure ordinatã, ut notabiliter uoluit Inn. in d. c. statuimus: sed cõsiderantur data paritate in tpe, ut notat Bar. ĩ l. j. ff. de obsequiis, Bal. in l. nemini. C. de aduocatis diuersorum iudiciorum. Decius in d. c. clerici.

TRigesima conside. Doctor in scientia excellens etiam si sit iunior, antiquiori præfertur, p glo. ĩ uerbo. tempus. in §. ordinatione. in authẽ. de monachis. & ibi Ang. coll. 1. facit l. prouidẽdum, in princ. ibi, aut meritum. ubi Sali. notat. c. de postulando. imo fortius tenuit gl. j. in l. j. C. de annonis ciuilib⁹ lib. 11. quod scholaris si sit peritus & excellens doctrina, doctorem præcedere dẽt in sufficiẽtia, cum non pro titulo dignitatis, sed ꝓ meritis stipẽdia assignari debẽt, secũdũ tex. ibi: & quomodo procede-

re debeat illa gl. vide Pau. in d. c. clericis. Facit tex. ꝑ huiusmodi excellẽte in l. sed & reprobari. §. valde disciplinatos. ff. de excus. tut. & ibi Bal. notat: & per illum tex. dicit Rom. ꝙ alias fuit determinatũ Bononiæ vbi erat statutũ, ꝙ minor vigintiquinque annis non posset habere lecturam ordinariã, fuit recessũ a statuto pp excellentiã. ita notat Rom. in l. si vero. §. de viro. ff. solut. matri. & sequuntur Ale. & d. meus Ias. in d. l. cum quid. ff. si certum pe. & Fel. in rub. de maio. & obed. & Decius in d. c. clerici.

Homini. n. excellenti deferendũ est in multis, ꝓut enim primo uobis exẽplo tradidit Athenarũ excellens curia in ꝑsona Zenocratis philosophi, cui testimonium reddenti propter eius excellentiã iuramentum remiserunt, soli eius verbo credẽtes: quod sibi iudicibusq; suis nunquam remiserant. de quo Valerius lib. 2. ti. de maiestate.

Pariter senatus Romanus accusationẽ lege Iulia repetundarum contra Metellum consulẽ Numidicũ ꝓpositã, propter eius excellentiam & sanctitatẽ repulerunt, vt refert idem Valerius, lib. 2. in prin.

Similiter Alexãder magnus licet Thebas igni & ferro militib. diripiendas cõcessisset, vnicã Pindari clarissimi illius philosophi pp ipsius excellentiam cremari vetuit, ſm eundem Valerium, lib. 8.

Et licet Dionysius tyrãnus fuisset, Platonẽ sapiẽtem pp eius excellentiam honorificẽ suscepit, narrãte Policrat. lib. 8. c. 38. Platoni obuiam Dionysium tyrannum vncatam nauim misisse Plinius refert, ipsumq; quadrigis albis egredientẽ in litore excepisse.

Fertur & Mytridates Persarũ rex imaginẽ in academia locasse, & ei inscriptum. Mytridates Rodobati filius platonis, hanc Musis, imaginem dicat.

Cneus Pompeius Possidonii domum intraturus lictorẽ, i. bidellum præeuntem vetuit de more pulsare fores, sed consulares fasces ianuæ philosophi inclinari submittiq; iussit.

Hippocrati quoq; Pythagoræ discipulo ob singularem eius doctrinam, auxiliaq; medicinæ hominibus impensa, honores quos Herculi cõsueuerat impendere, Græcia dicauit.

Iura ẽt relaxantur pp excellẽtiam hoĩs. eo quia vir multũ excellens in sua arte pp eius excellentiam & eminentiã non punitur ad mortem, vbi deberet puniri, tex. est in lege, ad bestias. ff. de pęnis. do. meus Ias. in l. j. in 2. col. ff. de legib. Nã inter artifices longa est dñia & ingenij, & naturæ, & doctrinæ, & institutionis. verba sunt tex. ĩ l. inter artifices. ff. de solutio.

Multa alia de excellentia hoĩs, q̃ in pluribꝰ relaxat ius, vide p G. Bñdicti ĩ sua rep. c. Ray. in uerbo, Adiectæ. insequendo materiã iuuenis excellentis, à num. 18. vsq; ad finem. de testamentis, extra. Nec in hoc fit iniuria maiori, si a minore melius dr̃, in iure. l. potioris. §. 1. C. de offi. rectoris prouinciæ. & antiq̃ doctores non sunt maiores nouis in solertia. glo. in verbo, iudice. in §. audiẽt. in auth. de defens. ciui. colla. 3. & q̃nq;, reuelatur minori quod maior & antiquior ignorat, vt in c. ad audiẽtiã. in gl. 1. de cõsuet. extra. Et si malitia suppleat ætatẽ, vt ĩ c. monachus. & ibi notat in gl. in verbo, deuotio. q̃ allegat ad hoc l. 3. C. si minor maiorẽ se dixerit. & c. de illis. secũdo. extra de desponsatione impub. Nõ est mirũ etiam si sciã suppleat. l. j. C. q. & aduersus quos. & c. fin. extra. de despõsa. impub. & l. vnicuique. C. de proximis sacrorum scrin. lib. 12. cum sit donum Dei, vt ĩ c. qualiter. de elec. & in ca. illo vos. de pignori. extra. Ita ꝙ sunt aliq̃ q plus addiscũt in vno anno q̃ alii ĩ tribus, quia tunc ingenium ipsorum vtetur diplomate, vt in lege, continuus. §. cũ ita. ibi, ꝙ si diplomate vsus. ff. de verb. obl. præsertim quãdo sunt iuuenes, quia ad addiscendum sunt natura aptiores. l. præcipiunt. ff. de ædil. edic.

Nõne Bald. qui in xv. suæ ætatis anno publice repetiit legem centũ Capuæ. ff. de eo quod certo loco. dignus erat & excellẽs ĩter alios, & eẽt aliis ꝑferẽdꝰ?

Barbatiam ẽt, qui secũdo anno quo leges audire cœpit, publice sub dño Ioã. de Ana. de iure rñdit in materia satis difficili. l. j. de cõd. inde. ff. & anno tũc seq. & sic in triẽnio sui studii ad legẽdũ publicẽ conductus Bononiæ extitit, vt ipsemet attestatur in ca. cum vigesimum. in xv. col. ff. de offi. deleg. & in c. si. in prin. de solutionibus.

Conciuis ẽt & cõtemporaneus noster dñs Dionysius Poillot olim magister ordinarius requestarũ regis, nũc ꝑsidẽs in parlamẽto Parisiensi effectus, fuit doctor in ætate xx. ann. ĩ vniuersitate Ticinẽ. & si ſſet viri excellẽtes in iure nostro cõciues & contẽporanei nostri dñi Frãciscus & Ioannes de Monthelone effecti sunt doctores in ætate xxii ann. Ego vero in ætate viginti vnius anni assidebã capitaneo iustitiæ Mediolani, & in ætate xxii. anno. effectus sum doctor in vtraque censura, licet immeritus.

Et aduerte, ꝙ dato cõcurrente de excellẽtia inter aliquos, ipsa est probanda per quindecim testes, & non minores, p tex. qui est singularis in l. vnicuiq;. ibi: vt 15. primatum eiusdem &c. C. de ꝓxim. sacr. scrini. lib. 12. ꝓut tenet do. meus Ias. ĩ l. cũ quid. co. 4 ff. si cer. pet. & G. Bened. in loco supra all. nu. 20.

Aduerte etiam, ꝙ non omnis excellentia est laudanda, & vtilis, sed solum illa quæ procedit ex virtute, ut ait Arist. lib. 3. Politic. c. 9.

Trigesimaprima consid. Doctor creatus à summo Põtifice, vel Imperatore ꝑferẽdus est doctori ab alio inferiore creato, ẽt si talis ab inferiore creatus fuerit antiquior. Ita tenet Roma. in l. si vero. §. de viro. ĩ 49. col. ff. solut. mat. sequitur do. Ale. ĩ l. 2. §. si prius. ff. de uul. & pup. subst. arg. c. p tuas. extra de maio. & obe. ubi Fel. post alios, qui idem dicũt in militibus, de quo supra dixi. & Pan. in c. postulasti. col. 2. de concess. pręben. & fuit dictum Francisci Tigrini, in l. 2. per illum tex. ff. de albo scribendo. prout refert Barbatia in c. qd clericis. in pen. col. extra de foro competenti, & facit glo. fin. in l. restituendæ. C. de aduocatis diuersorũ iudicum. & in c. dominus noster quod est c. pe. in glo. in verbo, elegit. 93. dist. & per gl. vnicam. in c. fi. 97. dist. Istud tenet, & sequitur do. meus Ias. in l. 2. §. prius. ff. de uulgar. & pup. & in l. si quis maior. in fi. C. de transact. & idem Fel. ĩ d. rub. de maio. & obed. quod dicit idem do. meus in d. §. prius. intelligẽdũ esse in doctore ab Imperatore, vel

Papa

Papa cũ rigore examinis, secus si sit doctor simplici verbo, puta, esto doctor, qđ põt facere imperator, ut notat Ang. in l. cũ salutatus. C. de sniam passis. Et talis sic doctoratus nõ præcedit doctorẽ cũ rigore examinis, vt tenet And. Sicu. in proœ. cle. in 14. colũ. & Maria. Siculus in c. qualiter. & qñ. in 3. notabili. extra de accusatio. per text. in l. nemo. C. de aduocatis diuersorum iudicum. dicit enim Bar. in l. magistros. C. de professo. & medicis. lib. 10. quod tales præsumuntur paruæ doctrinæ.

Sed tñ vt dicit Philip. Dec. in d. c. clerici. de iudicijs. in 3. col. istud vr̃ potius procedere de æquitate quadã, q̃ ex rigore iuris: quia tota vis in ipsa dignitate consistit, q̃ ab impatore ẽt sine examine tribuitur. Cum ipse solo verbo, doctorẽ creare possit: & q̃a talis progatiua dignitati cõcedit, quo casu exercitium non considerat, vt notat Dominicus. in pę. sexti. in fine. Bal. in l. qui sub p̃textu. C. de sacros. eccl. Bart. in l. maximarũ. in fine. C. de excusatio. munerũ, lib. 10. & Ar. in d. c. clerici. ubi ẽt concludit, q̃ doctor ignarus gaudent priuilegio doctorũ, & ibi uide. quando quis est in matricula alicuius artis, si non exerceat artẽ, an debeat gaudere priuilegio illorũ, vbi dicit q̃ sic, donec fuerit remotus. Plus dicit idẽ Dec. in c. clerici. q̃ idẽ dicendũ est, de doctorato à comite palatino, qui autoritatem doctorandi aliquẽ specialiter habet ab imperatore vel papa, quod dicit secus si haberet potestatem doctorandi gñaliter, non nominando personã, ar. tex. ĩ c. hi qui. ibi, uel alterius autoritate apostolica sibi specialiter in hac parte concessa. de præb. in 6. & facit tex. in c. si cui. de p̃ben. eo. lib. & c. seq. & c. is cui. de off. deleg. dicto lib.

Et ad hoc facit, quia ille, qui simpl'r cõsequitur potestatẽ à Papa, uel Impatore nõ vr̃ hr̃e illam prærogatiuã, q̃ in ipso Imperatore vel Papa cõsiderat, vt notat Inn. vbi loquit' in materia dispẽsationis. in c. dudũ. le secõd. col. fi. ver. itẽ si Papa mãdat alicui de electio. & idẽ Bal. in l. si testm̃. in prin. C. de testam. uersi. item põt. Fel. in c. postulasti. col. 15. ver. quartus cas° de resc. Ale. consi. 94. inc. consideratis. col. pe. lib. 1. & in consi. 60. col. 7. inc. uisa legitimatione. lib. 2. quod tñ intellige verũ nisi noĩa illorũ exprimant', cum q̃bus facultas dispensandi conceditur, ut no. Io. Milis in repertorio. in uerbo, dispensatio. quem allegat Fe. in d. c. postulasti, sed est dictum Spe. in t. de dispensatio. §. uidendum restat char. 7. versi. quid si Papa dat potestatem alicui. in fine. Et dicit Decius idem esse, si autoritas doctorandi tribueretur expresse cum illa prærogatiua, quæ esset in ipso imperatore, vel Papa, vt in simili notat Bald. in l. filius. ff. de testament. militis. Alexan. in consi. 67. incipient. consideratis. uersicul. corroborantur prædicta. in primo uolumine. Paulus consilio 225. incip. super primo dubio, colũ. penultima.

Secundò limitat Fel. in c. per tuas. extra de maior. & obed. dummodo imperator creet eos in terris imperij, quia si sint creati extra, non habent illam p̃eminentiã: imo creati à Papa in terris eccl'ę p̃ferunt'. Cũ creati ab impatore nõ habeant prærogatiuã ĩ terris ecclæ, allegat Pet. de Anch. in consi. suo 316. inci. primum dubium. ubi dicit, q̃ Imperator iurans non exercere iurisdictionem in terris ecclesiæ, non potest etiam creare doctorem.

Tertiò limitat non hr̃e locum in doctore creato ab impatore in iure canonico, & in sacra pagina, q̃a de istis non vr̃ ei data potestas. & uerba intelligunt', s̃m quod petitur qualitas illius in quem proferunt', l. plenum. §. equitij. ff. de vsu, & habitatione. & notat plene p̃ Fel. in c. cãm, de rescrip. & cũ impator subsit istis scientis, iuxta notata in c. eccl'a. de constitut. extra. nõ videtur talis doctoratus posse emanare ab eo in tali materia. ita dicit Fel. in d. c. per tuas, audiuisse aliàs fuisse attentatum: sed quia non reperit scriptũ, non affirmat.

TRigesimasecunda consi. Ex quo doctor creatus ab ipso Papa vel impatore, p̃ferendus est ratione maioris dignitatis creantis, ideo vr̃ dicendum, q̃ creatus in maiori, famosiori, & digniori uniuersitate sit alijs p̃ferendus. Et ideo doctores in theologia, & iure canonico, aut medicina in uniuersitate Parisiẽsi p̃ferri debẽt oĩb. alijs doctorib. in illis scientiis, creatis ĩ alijs uniuersitatib. reddẽdo singula singulis & data paritate ĩ reliquis, cũ illa uniuersitas sit maior dignior, & antiquior oĩum uniuersitatũ, maxime Galliæ, & apud nos, & maxime ĩ sacra theologia, q̃ sp floruit in dicta uniuersitate. Quæ quidẽ uniuersitas à Carolo Magno rege Francorũ fuit instituta, ut refert Guag. in suis chron. lib. 4. Nam delati naue ex Scotia Claudius, & Io. Raba. quoq;, & Alcuinus ex venerabilis Bedæ discipulis in Galliã cum uenissent, nec quicquã p̃ter bonas disciplinas patria exportassent, se sapienriã profiteri eamq; uenalẽ proclamant. qua re ad Carolũ plata, illos ad se uocat. uocati liberè ꝓfitentur sapientiã illis eẽ, quã adipisci cupientes gratis edocerẽt, si uita locusq; tm̃ eis p̃beret. Intellexit imperator ingenuam hoĩum mentem, eosq; cum aliquot dies apud se tenuisset, uidẽs, q̃ studia literarũ iã erãt ubiq; in obliuione, ut dicit Ant. Florent. in sua historia. in 2. par. ti. 14. c. 4. §. 12. Claudiũ, cui nomẽ erat, cõuersari Parisiis, & generosos adolescentes bonis disciplinis instruere iubet. Ioannẽ uero Papiã misit, & monasterium S. Aug. iuxta Ticinenses, qđ est in Papia eidẽ delegauit. ut refert idẽ Florẽ. ubi s.

Hoc initium habuit Parisiensis schola celebre, mox philosophis atq; theologis gymnasium.

Dicit ẽt Zabarella cardinalis ĩ cl. j. de magistris. in 5. q. q̃ fundatores studij Parisiẽsis fuerũt Alchuin°, Rabanus, Claudius, & Hestorus: &, ut ibi dicit, legit' q̃ caput aureũ statuæ, de qua Dan. 2. per Carolũ Magnum exercuit Deus ĩ Scotis, q̃ cũ Franci regnarent & studia literarũ nõ haberẽt, & essent in obliuione, & cultus Dei periret, contingit duos Scotos monachos de Hybernia cũ mercatorib. Britannis uenire ad littus Gallicũ in sacris, & secularib. literis eruditos: qui cũ nihil uenale ostẽderent ad turbas uenientes eã canẽdi clamabãt: si quis eẽt auid° sapiẽtiæ ueniat ad nos, & accipiet eã. Nã apud nos nõ est uenalis. & aliis putãtib. illos eẽ insanos, uenit ad aures regis, vocatiq; sunt ad eũ, & cũ ĩterrogarent', an hẽrent sapiẽtiã, dixerũt q̃ sic, & se paratos eã dare petẽtib. in

noīe dñi, quo q̃rēte, quid pro ea vellēt, rñderūt tria. bona loca, aīas īgeniosas, & alimēta, tūc rex gaudēs cū iret ad bellū, vnū noīe Clementē dimisit Parisijs, & nobiles pueros ei cōmēdauit. & victualia ei mini strari ꝑcepit, & loca optima concessit. Aliū secum in Italiā duxit, cui monasteriū in Papia S. Augu. delegauit, ut qui vellēt addiscere, ad eum accederēt. Et hoc audito, ꝙ rex gratanter sapiētes, & religiosos admitteret, venit Alchuinus ad eum in oīb scipturis exercitatus, quē vsq; ad finē secum retinuit, nisi cum ibat ad bella. & dedit ei abbatiā S. Martini, ut ibi qñ rex eēt absens, quiesceret. & ad se cōfluētes instrueret, & sic Frāci æquati sunt Romanis, & Atheniensib. quo ad gloriā studiorū in liberalib. artib. Hæc ille ubi s̄.

Nolo ꝓtermittere, ꝙ hoc ēt tpe ex dictis Gaguini, Anto. Floren. in sua historia, & ēt Zabarellæ in locis ꝓallegatis, schola, vniuersitas seu Gymnasium Papiē. habuit saltē initiū, ex quo cōtēdere pōt cum uniuersitate Parisiensi de institutione eodē tpe facta, & sic de paritate tpis, & hæc dico, eo q̃a fui alumnus, & scholaris Papien. sub quōdā recolēdæ memoriæ do. meo Ias. de Mayno ꝑceptore meo excellētissimo, & ibi doctoratū accepi sub eo, & dño Frācisquino de Curte, necnon dño Philippo Decio, ac dño Rocho de Curte, q̃ fuerūt ibidē ꝑceptores mei eximij p quinquenniū, & ideo nolui tacere laudem illius uniuersitatis Papien. q̃ me enutriuit, educauit, & aluit in iure canonico, & ciuili: postq̃ tñ habuerim prima cunabula in vniuersitatibus Dolana, & Pictauen. de quib. j̄. dicturus sum, ꝓut suo loco quadrabit de vnaquaq;

De vniuersitate vero Paduana dicit Zabarella in clem. dudū. ver. ab olim. de sepultu. & Iac. de Are. in ꝓœ. ffōrū, ꝙ ciuitas Paduana ex consuetudine lōgissima habet studiū. & in cl. j. de magistris. in 5. q. in fi. dicit, ꝙ nō est memoria qñ incœpit: habuit tñ, vt dicit, postea priuilegia, & apostolica, & imperialia.

Sic ergo ex prædictis cōstat, ꝙ hæ vniuersitates, s. Parisiensis & Papiēsis habuerūt saltem initium tempore Caroli Magni Frācorū regis circa ann. Dñi 740 & Anto. Florē. nunc canonizatus, in sua secunda parte historiæ, li. 14. c. 4. §. 12. prædicta de studio Parisiēsi narrat. & in c. 5. in fine dicit, ꝙ ille Alchuinus origine Anglus Philosophia excellentissimus studiū ab vrbe Romana transtulit Parisius, quod studium à Græcia ad vrbem Romanam translatum fuerit à Romanis. Et apud nos tenet̃ pro primo, & principaliori totius Galliæ uniuersitate, quo ad philosophiam, theologiā, artes, medicinam, & cæteras artes: sed non quo ad leges: q̃m in ea non legunt̃ leges, nec iura ciuilia, vt est tex. in c. super Specul. extra de priuilegijs. rationem duplicem assignat ibi tex. ne, s. iura ciuilia, sint impedimento theologiæ, vt ēt dicit Luc. de Pen. in l. vni. col. 6. C. de studijs liber. vrbis Romæ, lib. 11. & q̃a ciuitas Parisiensis est maior, & principalis ciuitas Franciæ, vbi non vtuntur Franci legibus Romanorum imꝑatorum, cū eas nō receperint, ut ait gl. j. c. de accusationib. 3. q. 5. dixi amplè, eo quia Frāci nō subijciuntur imperatori in aliquibus, ut dixi amplè supra in quinta par. imo ēt Hispani non utuntur legibus imperialibus. & quod plus est, Hispaui aliàs ordinauerunt in regno, ꝙ quicūq; allegaret leges imperatorum in iudicio, capite puniretur, ut dicit Oldra. consi. 69. & aliàs fuerunt expulsæ leges à regno Hispaniæ, ita ꝙ fuit prohibitū, ne quis retineret libros, vt refert Ioā. Lupus in rep. rub. de donatio. inter virum, & uxorem, in prin. ver. idem mihi vr̄ dicēdum. in antiquis. refert tñ Ioā. le Maire in illustrationibus Galliæ, in 3. lib. in c. incip. Semyramis, ꝙ Sarron filius Magi III. Rex Gallorū primus instituit studia, uniuersitates, & collegia publica ad refrenandam ferocitatem, & uitam hoīum ferinam. A quo Celtarū theologos, & philosophos uocauerūt Sarronidas: in maximo, & ꝑcipuo quōdā honore habitos, & hæc excerpsit Io. le Maire à Beroso, lib. 15. antiquitatum.

Sed redeūdo ad ꝓpositum uñ digressi fueramus, ēt ī Gallia apud nos sunt aliæ celebres, & famosæ uniuersitates, ut est uniuersitas Tholosana, q̃ est de uniuersitatibus approbatis in Gallia, ut dicit Io. de Pla. ī §. itē Romæ grammatici. circa fi. inst. de excus. tut. uel curat. &, ut ait Philipp. Bergomē. in suo supplemēto Chronicarum. lib. 7. Ioan. 22. in ciuitate Tholosana, bonarum literarum Gymnasium constituit, ex quo de approbatis dici debet.

Est ēt uniuersitas Aurelianē. q̃ silr est approbata, saltē ex cōsuetudine tāti tpis, cuius initii memoria non extat in cōtrariū, & habet priuilegia tā apostolica q̃ regalia. Cuius tñ institutionē primariā nō memini legisse, nec parū admiror, cur Pyrrh⁹ doctor dictæ uniuersitatis, q̃ supra decēniū fatet̃ se ibi legisse ī Panegyrico Aureliæ, quē reperies post cōmētaria cōsuetudinū Aurelianarū, ubi laudat, & ciuitatē, & uniuersitatē ꝑdictā, eius tñ fundationē (ut ita loquar) & uñ & qñ ortū habuerit, ul' sciēter, ul' ignorās ꝓtermiserit

Est & alia uniuersitas q̃ Pictauensis dr̄, q̃ est excellētissima, & de antiquioribus huius regni, in qua oēs sciētiæ liberales legūtur, exercētur, ꝓfitentur, & in ea ēt extraordinariè text. iurium ciuilis, s. & canonici. In quo audiui oēs tex. meos iuris ciuilis, & canonici, & studui p trieniū cū dimidio: sed in fi. legi instituta cū certis alijs sociis meis, & maximè conuersatus sū cū excellētissimo uiro magistro Thoma Cusenier Valcone, pp eius excellentē doctrinā, ut uiderē eius modū studendi, audiui postmodū, q̃d fuit aduocatus fiscalis in parlamēto Burdegalē. Deus eū conseruet, & lōgæuos eius uitā protrahat in annos, si supstes fuerit, post obitū beatitudine fruat̃. q̃m, ut uerū fatear, multū illi debeo, & ab eo multa didici, & multa singularia sub eo scripsi, nec credo unquā uidisse, aut audiuisse sibi similem in iure ciuili, nec tempore suo fuisse similem in Gallia, qui ueros sensus legum, ut ipse, haberet, caperet, & intelligeret.

Illa. n. uniuersitas tpe meo abūdabat doctorib. excellētissimis, & legētib. & aliis lectoribus doctissimis ī oī scibili, ita q̃d affluebat ibi multitudo scholariū, diuersarū nationū, & Frāciæ, Flādriæ, Scotiæ, Alemaniæ, & Britānię, cū uiderim in ea ultra 4000. scholariū studētiū, & residētiū: & q̃m in ea legūtur oēs sciæ liberales, theologia, s. iura canonica, & ciuilia, medicina, artes, & cæteræ, ꝓut ī unaquaq; uidi doctorari plures, dicēda ē de famosis uniuersitatib. huiusce regni, cum

gni,cum ẽt multa priuilegia tã apostolica q̃ regalia, habeat, vt ex eorundem conseruatoribus apparet.

Multi viri solénes,& literatissimi antiquitus in p̃dicto Gymnasio floruerũt, vt Guilelmus de Monte Lauduno,doctor ĩ vtroq; iure,q̃ cõmẽtariũ egregiũ, & utile fecit sup clemẽtinis,& restaurator dictæ uniuersitatis post lõga bella fuisse dr̃.Itẽ Nico.Dorbellus doctor theologus: cæteros omitto,q̃a est vltra ꝓpositũ,nec intẽdo repetere egregios gemini iuris interpretes,q̃ in vnaquaq; uniuersitate floruerũt,q̃ que scribẽdi laborẽ nõ refugerũt: ut docta uolumina ex eorũ efficina producta comprobant, & in eorũ laudib.efferendis stylus, vox, & vires deficerẽt, & tãtus est numerus,ut nec singulis satisfacere possem , nec orationi colophonem,hoc est finem imponerem.

Alia est uniuersitas,q̃ dr̃ Caturcen. q̃ fuit instituta p Io.22.ut refert G. Bñd.doctor dictæ uniuersitatis ĩ sua rep.c.Ray.in verb. & uxor noĩe Adelasiã. in succes.ab intest.nu.595.extra de test. & idẽ Bñdicti in d.gl.nu.146.dicit,ꝙ in collegio S. Nicolai , ꝙ est collegiũ doctorũ p̃dictæ uniuersitatis, nõ admittunt extranei , sed tñ oriũdi ex p̃dicta uniuersitate.

Sic ẽt faciũt doctores Papiẽses Mediolanẽ.& Parmenses,& ferè in oĩb.collegijs Italiæ non admittunt nec recipiuntur extranei,& non oriundi , & doctores dictorum collegiorum habent multa priuilegia.

Et licet Mediolani,ut dixi,extranei nõ admittant ad p̃dicta collegia doctorũ,nec acquirere possint ĩmobilia in eorũ districtu,Ego tñ cum assidebam capitaneo iustitiæ Mediolani,& essem magister requestarũ illustrissimi principis dñi Caroli Abasiaci tunc locumtenentis generalis pro rege Frãcorũ in Italia , fui admissus ad p̃dicta ex priuilegio Mediolanensiũ q̃ mihi obtulerũt tale priuilegiũ, qđ gratanter acceptũ habui: sed eo nunq̃ vsus sum, nec uolui. Etiam hac occasione vocatus fui de collegio Papien.sed nõ fui inscriptus: ex quo posthac non fuit mihi tẽpus ad me trãsferendũ ad locũ pro p̃statione sacramẽti.

Parisiẽses eteni doctores ultra p̃dicta adhuc magis grauãt extraneos , cũ nolint doctores extra eorũ vniuersitatẽ creatos,& sic extraneos ab eorũ uniuersitate Theoricã eorũ ad practicã deducere,& ibi practicare,ut noluerunt facere de doctoribus in medicina extra eorũ uniuersitatem creatos,quos nolunt pati ibi practicare. qđ non uideo multũ æquum,nec iuridicum. sed istud vr̃ quodãmodo sentire naturã caninam , cum non solũ qđ capere non possunt, sed etiam alijs capere non pmittunt. Cũ & pro eis,& ꝓ alijs sit sufficiẽs uniuersitas Parisiẽ. & si sint doctiores alijs demõstret unusquisq;,ꝙ sciat alter scire suũ, cum aliàs nihil sit, testante Persio in suis satyris.

Sextò datur osculũ pacis, vt hr̃ per Ioan. Andr. in clemẽtina 2. de magistris. ĩ verbo, insignia. & ibi Car. Floren. dictus Zabarella in 1. q. principali. Et sic datur. Accipe pacis osculum, vt fœdus pacis in facultatibus iurium serues perpetuum. Beati quidem pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Et de hoc osculo habetur in c. pacem. de consecr. distinctio. 2.

Septimum est benedictio, licet dicat Zabarella in dicta clemen. 2. in 1. quæst. principali, ꝙ osculum, & benedictio potius sint de bene esse, seu ad bene esse reputantur, quàm sint de insignijs.

Et ꝓdicta ĩsignia dat doctor doctori tanquã pater filio secũdùm Io. Fabri. in l. ij. C. de veteri iure enucl. Et aduerte, ꝙ doctores pñt vti insignijs doctoratus vbi est princeps, sed nõ cogunt̃. l. vnica. C. de honoratorum vehiculis, lib. 11. & Ant. Corsetus in suis singularibus. in verbo, & vbicũque. ẽt extra suũ locũ, in quo sunt doctores. vt dicit Zabarella in cle. vni. 1. q. de foro cõpe. Eo quia talia insignia tm̃ sunt ad honorẽ, vt dicit ibi. & ibi ponit de ꝓlatis, an possint vti insignijs suis extra sua loca: qđ distĩguit ĩ ĩsignijs honoris tm̃, & tũc sic: aut iurisdõnis, & tũc non. dicã alibi.

TRigesimaseptima cõsid. Doctor nõ tenetur semper vti doctoralibus insignijs, sed qñ vult, vt tenẽt Iac. Rebuffi in l. vni. C. de honoratorũ vehiculis. lib. 11. & Ant. Corset. ĩ singularibus suis, in verbo, doctores. faciũt ea q̃ supra ꝓximẽ dicta sunt, q̃ iõ vide.

TRigesimaoctaua consid. Si quis vsus fuerit insignijs doctoralibus antequàm esset doctor, puta qui portauerit togã seu cappã, Zonam & birretum, si postea efficiatur doctor, non debent ei dari talia insignia. Casus est in c. quod quidam. versi. si fortè. in lectura. gl. in verbo, exhorruit. 1. q. 1. quam ibi sequuntur Archid. & Io. de Turrecre. refert & sequitur Romanus singulari suo 721. incip. quidam vtitur insignijs doctoratus: & etiã apostilla ad Iacobũ Rebuffi in d. l. vnic. C. de honoratorum vehiculis. lib. 12.

TRigesimanona conside. An insignia doctoratus possunt præscribi per licẽtiatum aut bacalariũ. puta ꝙ portet Zonam auream, cum nemini cõcedatur portare deauraturã nisi habentibus dignitatem. tex. est in c. clerici. extra de vita & hone. cle. Lud. Ro. cons. suo 291. dicit, ꝙ talia possunt pręscribi per tm̃ tẽpus, cuius initij memoria nõ extat in cõtrariũ. Insequendo opinionem Host. in c. cùm contingat. de æta. & quali. Si verò præscriptio sit minor, q̃a scitur eius initiũ, tunc insequẽdo opinionẽ Io. An. in c. abbates. de priuilegijs. in 6. in nouella. non possunt pręscribi.

QVadragesima consid. Doctores in hoc honorantur, ꝙ iudex tenetur eos ad se venientes salutare & inuitare ad sedendum. tex. in l. fi. & ibi glos. in verbo, honoratis. C. de offi. diuer. iud. Nisi qñ est hora propriæ causæ. tex. in l. j. C. de offic. ciuilium iudicum. quod quomodo sit intelligendum declarat Purpuratus in l. j. nu. 166. 167. & 168. ff. de officio eius cui mandata est iurisdi.

QVadragesimaprima conside. Doctores in hoc ẽt honorantur, ꝙ consiliarij principis vocãtur, vt dicit Ale. in addi. ad Bar. in l. i. C. de dignit. lib. 12. pro quo allegat l. fi. C. de offi. diuer. iud. quod tñ non est de mente Angeli in l. quisquis. C. ad leg. Iul. maie. ita ꝙ Bar. non potuisset se dixisse consiliarium principis ex eo solũ quod esset doctor: & ita sequitur Purpuratus in l. j. col. xvij. versic. septimum. & col. xxij. in prin. ff. de offi. eius cui mãdata est iurisdi. Propterea non abs re à dominis consiliarijs de parlamento huius patriæ fuit inhibitum, ne amplius simplices aduocati dicerent & intitularent se consiliarios, nisi cũ effectu essent officiarij regis.

QVadragesimasecũda cõsid. Cùm ex præcedentibus satis sit ostensum & demonstratũ de pręcedẽtia scientiarũ & doctorũ tam theologiæ, iuris canonici, ciuilis, q̃ medicinæ, & qualiter inter eos sunt hono-

honorandi,& alijs ꝑferēdi,& de insignis doctorū de dignitate,excellētia,& priuilegijs eorūdem. Nūc de ueniēdū est ad alias sciētias,q̄ sunt īferiores,& minores post ꝑdictas.Et inter inferiores videndū est q̄ illarū ꝓcedere debeat.Et inter alios qui melius demonstrauerit ꝓeminētiā,autoritatē,honorē,& gloriā illarū,fuit Philippus Beroaldus Bononien.q̄ supposuit testm̄ cuiusdā patris habētis tres filios, philosophū, medicū,s,& oratorē,& illū hæredē fecit & instituit, q̄ esset utilissimus ciuitati.Post mortē cuius fuit contētio inter dictos fratres,cui hæreditas paterna cedere debeat.Et inter illos philosophus primo causam corā iudicib.agit ꝓ iure suo sustinēdo,dicēs,ꝙ philosophia est regina cūctarū disciplinarū.Quā M.Tullius īuentū deorū,Plato uero donū deorū eē tradiderūt:quo bono(vt ipsius Platonis verbis utar) nihil vnquā maius mortalib.datū est à diis,nec unq̄ dabitur.hæc est.n.uitæ lex,uirtutū īdagatrix, vitiorū expultrix,lumē legū,magistra morū, rerū elemētariorū exploratrix,cœli,& mūdi cōtēplatrix, q̄ in altitudinis studio et cœlo ipso sublimiora q̄piam vestigat. Et ut inquit Platonicus Apuleius ī æstimo mūdi,tergo degit,hac īternūcia hoīes deo cognati, & ꝓximi (imo,ut uerius loquar)Dei terreni efficiunt̄.Quid ꝑ deos immortales excellētius sacratissima illa philosophia,q̄ s hāc caliginē,in qua uolutamur, excedēs, docet,q̄d agat ī cœlo?meritoq; Seneca philosophorū sincerissimus sciētissimusq;,cui uti q; credi cōuenit naturæ rerū grās agit,cū secretiora eius īgressus, discit,q̄ uniuersi materia sit,q̄d sit Deus totus ī se ītēderit.An ad nos aliq̄ respiciat, faciat quotidie aliq̄d.An semel fecerit,pars mūdi sit,an mūdus,an mūdi aīa,an potius opifex,& factor,liceat ne illi ex l.fatorū aliq̄d derogare.An maiestatis diminutio,& erroris cōfessio sit mutāda fecisse.Ad hæc nulla res magis discusserit caliginē illam nebulæ crassissimā, q̄(ut duo poetarū clarissimi ꝓdiderūt)obtutus mortaliū hebetat mētesq; obducit applausō ignorationis vela mēto.Quid porro utilius illa philosophię parte , q̄ partim Ethicē,partim moralē appellāt,q̄ maximè ad homines spectat,q̄ docet quid in terris agēdum sit? Et errores nostros discutit.Quæ vrbes peperit,dissipatos homines ī societatē cōuocauit,respublicas bene moratas īstituit.facit ī l.unica.circa finē,ibi,igitur vnū.C.de studijs liberalib.vrbis Romæ.lib. 10.& ut disserit Cælius.lib.antiquarū lectionū 12.c.21. post Socratē.Nisi philosophi ciuitatib.dominent̄, vel hi qui nūc reges potētesq; dicunt̄ legitimè,satisq; philosophent̄,in idemq; ciuilis potētia, & philosophia concurrāt,neq; q̄d nec fit à diuersis hæc tractent̄ ingenijs,nō erit ciuitati hominū generi ulla malorū requies,neq; prius respublica orietur pro virib. & lumen solis spectabit,q̄d cōfirmat Cicero in epi.ad Q. Fratrē didascalica,& hāc cōiūctionē,inq̄t Plato, ptātis,& sapiētiæ saluti cēsuit ciuitatibus esse posse.

Vnde nō immerito sectatores philosophiæ ubiq; philosophos nomināt noīe sancto,& religioso, quasi solos sapiētiæ studiosos.Qui ante Pythagorā,Sophi, id est sapiētes,& habebant,& uocabant. Quid est.n. ꝑ deos immortales(vt aït Tullius lib.2.de offi.ca.1.) optabilius,q̄d ꝓstātius,q̄d melius,q̄d hoīe dignius sapiētia,qua philosophi nominant̄? Nō est, inquit, aliud philosophia ꝑter studiū sapientiæ.& est res religiosa,ut est tex.ī l.j.§.an & philosophi.ff.d̄ variis & extraor.cogni.Vnde Philosophus verus teste Augustino,Dei amator esse credit̄,q̄a sapiētia Deus est, ꝑ quē oīa facta sunt.Io.1.Nomē.n.philosophi sanctū, ut dicit idē Tullius Tusculanis q̄stio.lib.2.c.3.cū,ut inquit,philosophia medet̄ animas inanes,solicitudines detrahit,à cupiditatib.liberat,pellit timores.Et vt ait Seneca ad Lucillum,epist.16.philosophia gesta est,& cōtēni non pōt,quinimo apud pessimos honori est.& Aug.de ciui.Dei li.22.c.22.Philosophia inquit,vel sapiētia donum Dei est,donum Dei,& auxilium cōtra miserias huius uitę.Et,vt dicit ipse Tullius in dictis q̄stio.lib.5.est vitæ dux, uirtutum indagatrix,inuētrix legū,magistra morū,& disciplinæ.&, vt inquit Seneca ad Lucillū,epist.98.est lex uitæ.& in Policratico.lib.3.c.9.de philosophis sic dicit̄,In ipsis fuit imago uirtutis,& utinā inueniat̄ in nobis, qui uirtutis imaginē teneat.Quia umbras uirtutum induit,quibus uidemus floruisse gentiles. Quis.n.

Themistoclis diligentiam, Frontonij grauitatem,
Socratis continentiam, Fabricij fidem,
Scipionis pudicitiā, Vlixis longanimitatē,
Catonis puritatem, Titi pietatē imitatur?

Hi.n.laudabiles uiri, quasi q̄dā seculorum suorū sydera splēduerūt illustrātes tēpora sua. hæc ille ibi. vt ēt sequit̄,& refert Iacob⁹ magni ī suo sophologio sapiētiæ li.1.c.13.ubi pōit d̄ dignitate philosophię.

Et,ut semel finiā,philosophus,hoc est sapiens, est oīa,&,ut inquit ille,uno minor est Ioue, diues, liber, honoratus,pulcher,rex deniq; regū. *Et in tāta apud priscos æstimatione ac reuerētia habiti philosophi fuere,ut Platoni Sapientiæ antistiti Dionysius Tyrānus uittatā nauē obuiā miserit: ipse quadrigis albis, & curru regio egrediētē ī littore exceperit, & triumphantiū more ad urbē deduxit.vt Alexāder Magnus Aristotelis philosophorū doctissimi patriā restituerit in honorē ꝓceptoris.Cui se nō minus debere q̄ Philippo patri ꝓfitebat̄.& teste Gellio li.9.c.Philippus, Macedonū rex scripsit ad Aristotelem,se dijs gratias agere,ꝙ filiū illius tēporib.sibi nasci cōtigisset.& autore Plinio lib.7.c.30.Cn.Pōpeius,Mitridatico bello cōfecto Possidonij philosophi domū ītratur⁹ fores à lictore ꝑcuti uetuit,licet ex cōsuetudine cū cōsules domū aliquā ingressuri eēnt,clamosè simul,& imperiosè ianuę pulsarent̄.& idē Plinius lib.24.c.8. īquit.Nō ęre captus, nec arte vnā Zenonis statuā in expeditione n̄ vēdidit Cato,quia philosophi erat.Et veteres ꝑfectionis loco existimabāt: si vel Aristotelis vel Pythaci vel alius magni philosophi imaginē ad bibliothecæ ornamentum habuissent.Vn̄ Iuuenalis Satyra secūda.Nā ꝑfectissim⁹ horū, Si quis Aristotelē similē vel Pythacō emit.vt Pytagorā Crotoniatæ, ac Metapontini pro deo colerent,& ex eius domo tēplum facerent.Qui in tāta fuit admiratione, ut qui ꝑsentia illius frui meruissent, id ꝑscriberēt ad suos, tanquā magnū quiddā ac præclarum adepti forent, quod Pythagorā uidisseut.& Pythagorici discipuli si

quid

nota ... Philosophi ... (manuscript marginalia)

quid affirmarent disputando, cũ ex his q̃reret quare ita esset r̃ndere solebant: ipse dixit. ipse aũt erat Pithagoras, tm̃ opinio p̃iudicata potuit, vt sine rõe valeret autoritas, vt inquit Cice. j. de natura deorum.

Ex quibus vr̃ dicendum, ꝙ philosophus sit praeferendus, & medico, & oratori. Cum sit, & medicus, & orator, ut dicit Beroaldus vbi supra. imò & qđ plus est, vr̃ ꝙ legista sit philosophus, cum vt dicit tex. in l. j. ff. de iust. & iure. §. nã vt elegãter. in fi. legistæ verã philosophiã nõ simulatã profitentur, & affectãt. Nã ciuilis sapientia vera philosophia dr̃. vt in d. l. j. §. est enim quidem res sanctissima ciuilis sapientia. ff. de varijs, & extraor. cog. Ideo ẽt hac ratione legistæ præferendi sunt cęteris. verum ipsi iuriscõsulti pro eorũ sententijs adducunt philosophos, vt Aristotelem in l. si pater. §. fi. ff. de solutio. & in lege proponebatur. §. fi. ff. de iudicijs. vbi arguunt ex autoritatibus philosophorum, & in plerisque alijs locis.

Quomodo tamen aliquando, & in quibus reprobetur philosophia videatur. 37. dist. quasi per totũ: in quibus non insisto, cum hoc opus tantummodo assumpserim, ad declarandum ea, quæ sunt honoris, gloriæ, laudis, & dignitatis. Plura in laudem philosophiæ: vide per Beroaldum in oratione per eum habita in enarratione quæstionum Thusculanarum. & p̃ Cęlium lib. antiq. lectionum 4. c. 30. per Senecã in epistolis, præcipuè in lib. 11. epist. 74.

QVadragesimatertia consi. est pro tuitione honoris, gloriæ, & laudis medicorum contra philosophos, & oratores. Nam contra iuristas satis supradictum est in hac par. in 25. consid. & omnia fundamenta, & argumẽta pro medicis ibi facta, multo magis hic prodesse poterunt, & possent adduci. licet hic sit tm̃ qõ, q̃s istorũ fratrũ sit vtilior ciuitati. In cuius dubij elucidatione cognoscetur, & q̃s honorabilior. & tuẽdo iura medici, sic inquit Beroal. in dicto loco.

Quis nescit medicũ ad omnes totius ciuitatis ordines, ad oẽm sexũ, ad oẽm ætatem pertinere cũ summatibus, infimatibus, viris, fęminis, senibus, pueris, ægrotare cõtingat? Cũ oẽs ex hoc vtilitatẽ indiscriminatim petant, meritoq; dici potest. Medicum rẽ cõmunẽ terrarum esse. & profecto, si vera dispicimus, si curiosè cũcta perpendimus, sola medicina soloq; medico opus est oĩbus. Medicina est, quæ vna cõtra facta depugnat, eaq; identidẽ expugnat: quæ languẽtibus vitã prorogat, quæ iam deploratos, iã defletos, iã ĩ familia orci numeratos luci, auræq; vitali p̃sæpe restituit. Multiq; medicinæ opera reuixisse credunt.

Et ne fabulas percenseã, quæ ab Aesculapio Hyppolitum, & Tindaridam ad vitam reuocatos ferunt. Nonne Asclepiades inter medicos famigerabilis argumentũ huiusce rei, vel potissimũ est, qui homini, iam conclamato, depositoq; dum effertur, fatũ attulit? Cuius aĩam in corporis latibulis delitescẽtẽ euocauit, eũq; ab inferis postliminio prope funeratum domum retulit. Etenim iuriscõsulti sacrati in libris eorum s̃nias medicorũ recitant, vt in lege. septimo mẽse. ibi, p̃p autoritatem doctissimi viri Hippocratis. ff. de statu hominum. Et de sententijs Hippocratis, & Galeni. in c. ne tales, de consec. dist. 5.

Huc adde, ꝙ huic arti tm̃ honoris tribuere maiores, vt dijs inuentores suos assignauerint, cęloq; dicauerint Apollinẽ, Aesculapiũq; prodendo, quẽ ob id Archiatrũ seu Protomedicũ, i. medicorum principẽ dicit antiquitas. Hæc Beroaldus. Etiam de hujusmodi inuentoribus scribit Polidorus in suo lib. de inuẽtoribus rerũ. c. 19. & Io. Matthęus Lunensis c. 4. & c. 6. Et poteris uidere de ista arte medicinæ in dicto loco per Polidorum: & per Rodericum in suo speculo humanæ uitæ. lib. 1. c. 22. vbi describit medicinam ĩter artes mechanicas, licet videatur, ꝙ sit ponenda ĩter artes liberales, & ibi dicit eam multum vitæ humanæ necessariam, cum salutem hominum agant, tex. in l. j. §. medicorum. ff. de var. & extraor. cogn. Et si amplissimè, melius, & singularius quàm per alium de laude medicinæ videre velis, videas Erasmum in suo Encomio, de laude medicinę.

Aduerte etiam ad vnum, ꝙ grammatici, oratores, medici, & philosophi sunt exempti ab hospitio militum, tex. est in l. medicos. C. de professoribus, & medicis lib. 10. & in l. fi. ff. de munerib. & honorib. sed ibi oratores præferuntur in ordine literæ medicis, & medici philosophis: sed tamen etiamsi grammatici videantur esse de minoribus scientijs, quandoq; prę feruntur in ordine literæ, & oratoribus, & medicis, & philosophis. sed hoc est, quia est fundamentum aliarum scientiarum, & initium, vt inferius dicetur.

QVadragesimaquarta consid. erit de oratore, qui callet rhetoricam, & eloquens dr̃, an sit cæteris præferendus. Et eius cãm sustẽtãdo, vr̃ primo, ꝙ sic ex eius diffinitione. Cũ orator sit vir bonus, dicendi peritus, rhetorice vero bene dicẽdi scientia, vt ait Isidorus lib. 2. Æthymologiarũ. c. 1. & 2. Exquo necessario extollenda est, q̃ bonitate cõstat, elegantia pollet, nitore splendescit. Cuius ope, & opere p̃clara oĩa fiunt, & magna. Equidem conditores vrbium, nõ tã philosophica doctrina, q̃ elegantia oratoria, & illicio facũdiæ pellexerũt dispalatos, seu disparatos homĩes ad ciuilitatẽ, politicãq; viuẽdi rõnẽ. Et, vt multa omittã, nihil est ita incredibile, qđ in dicẽdo non fiat probabile, nihil tã horridũ, atq; incultũ, qđ non splẽdescat oratione, ait Cic. ĩ paradoxis. Et eloquẽtes ꝓ alijs loquunt̃. Vnde hr̃ Exo. 4. Nõ sum eloquẽs, ĩpeditioris, & tardioris linguæ sum. Et sequit̃. Aaron eloquẽs est, ipse loquet̃ ꝓ te ad pp̃lm. Et tales debẽt ẽe aduocati. l. p̃ hãc. C. de aduocatis diuers. iud. Qui ẽt oratores dicunt̃, tex. in ꝓœ. florũ. §. nos verò. ibi, ditissimi regũ oratores efficiãtur. & in l. oẽs. §. hãc ibi, & oratorum effluens in defensionibus copia larga p̃stetur. & ibi, gl. C. de episc. & cler.

Hinc videmus cõditores legum, quibus nihil penè emũctius, limatius, & sententiosum magis adminiculatos fulturis eloquẽtia: leges saluberrimas eloquẽtissimasq; cõdidisse. Formatores quoq; rerũ publicarũ imperatores bellicorũ exercituũ regere cõsilijs, & moderari res magnas sine docta voce, & oratoris vi nullatenus potuisse. Vnde, vt ait Franc. Patritius lib. 2. ti. 4. de institutione reipublicæ. Animi medicina eloquentia est, quæ philosophiæ rationibus ad vitia nimiũ elatos, cõprimit, depressosq; eleuat, &

ignauos fortes efficit. Vera est. n. illa Euripidis sententia, qua dicitur. Oïa conficit ratio, quæ etiam hostile ferrum neutiquam efficere valeat. Quæ. n. alia vis, q̃ eloquẽtiæ potest furentem populum refrenare, aut metu perculsum excitare? Quod, vt exprimeret diuinus poeta Maro, oratorem minime furẽtem, aut populum maritimæ tempestati comparauit, his uersi.

Ac veluti magno in populo cum sæpe coorta est
Seditio, sæuitq; animis ignobile uulgus.
Iamq; faces, & saxa volant, furor arma ministrat.
Tum pietate grauem, ac meritis, si forte virum quem
Conspexere, silent, arrectisq; auribus astant.
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.
Sic cunctus pelagi cecidit fragor æquora postquam,
Prospiciens genitor, cæloq; inuectus aperto,
Flectit equos, curruq; volans dat lora secundo.

Eloquentiam ẽt veteres rerũ dñam esse dicebant. Et eá Ennius Flexanimá appellauit, qđ aïum in quancũque partẽ vellet, raperet: & ea dulcedini mellis cõparat. p tex. in c. legimus. 38. dist. Nec in pace, & otio solum vtilis hr̃, sed in bello atq; tumultu vires alias oẽs antecellit. Quod quidẽ verũ esse asseruit Pyrrh⁹ Epirotarũ Rex. Nã cũ bellũ in Italia gereret, comitẽ quasi gerendorũ, ac socium Cyneã Thessalum oratorẽ, Demosthenisq; discipulum accepit. Eiusq; opera impensè admodũ utebat. Nã ad ciuitates quas vi, & armis subigere nõ poterat, eũ oratorẽ mittebat, quas magna ex parte, in sñiam suã adducebat. Adeo vt sæpenumero Pyrrhus diceret plures a Cynea urbes eloquentia in p̄tatem suã redactas, quam à se armis esse superatas. Et, vt inquit idẽ Patritius, si rectè iudicare volumus ex oïbus disciplinis, nulla magis congruit ciuitati, q̃ oratoria: q, vt ait, in triplici cãrum genere versat, q̃ ibi videri possunt. & plura alia, ẽt qui primi scriptores huius artis fuerunt. Et, vt ait Budæus vir eloquẽtissimus, li. 5. de asse. vt sine aqua & igni sacrificiũ, aut cõsecratio nõ rite peragit, sic sine stylo eloquẽtia nullius aut principis, aut pp̄li gesta ad posteros i calescere p̄nt, & æternæ memoriæ cõsecrari. Meritò apud Romãos qua republica nulla vnq̃ maior, nulla sanctior, nulla bonis exẽplis ditior extitit: summa sp̄ oratorib. dignitas fuit. Et, ut autor est Cor. Tacitus, nullus magnã potẽtiã sine eloquẽtia est cõsecutus. Qđ ut de alijs taceã, Nõne Marcus Tullius ille orãdi regula, & dicẽdi lex, cuius ingeniũ Ro. imperio par fuit: q latinæ facundiæ pomẽriũ p̄mouit ad cõsulatũ vsq; amplissimãq; dignitatẽ ex humilitate nataliũ, & loci euect⁹ est? Quo, q̃d vtilius i Ro. rep. excogitari p̄t? Quo suadẽte legẽ Agrariã, hoc ẽ alimẽta abdicarũt Romæ trib. Cui⁹ lignæ fulmẽ Catilinæ ifregit audaciã, & ip̄m p̄scripsit Antoniũ. Cui⁹ noïe supplicationes à senatu decretę sũt.

Per eã de magnis mire, & sublimiter, de paruis p̄priè, & subtiliter, de mediocrib. iucũdè, & grauiter, de oïb. sentẽtiosè, & luculẽter dicere q̃s docet. vt hic dicit Budæus in suis annot. in l. j. §. qđ ait p̄tor. ff. de ser. cor. &, vt ẽt ait ipse Beroal. in orõne p̄ eũ habita in enarratione epistolarũ Ciceronis, & Lucani maximũ deorũ munus est, & quo nullũ maius excogitari põt, eloquentia. Qua una vel maximè separauit hominẽ à cæteris mutis animantibus deus ille parens, & mundi fabricator. q̃ q̃a sermone carẽt, irrõnabilia meritò uocant. Eloquentia homines uagabundos in agris atq; dispersos cõgregauit in populũ, & ex feris, atq; immanibus mites reddidit, & mansuetos, vt iã i prin. huius cõsid. dixi. Eloquẽtia multæ vrbes cõstitutæ sunt, plurima bella restincta, firmissimæ societates sanctissimæ amicitiæ comparatæ. Eloquentia mortales immortales efficiunt. Merito itaq; flexanima, & oïum regina rerũ orõ a doctissimis nũcupatur. Cui⁹ tanta est dignitas, tanta maiestas, vt duce eloquentia dijs simillimi esse videamur. Et hoïes eloq̃ẽtes (q oratores noïantur) tm̃ reliq̃s hoïbus præstare creduntur, quantum hoïes Bestijs antecellunt. Nihil medicatius eloquentia diuinius reperiri potest, nihil consummato oratore præstantius. Et quanti olim fuerunt in p̄tio, & æstimatione artes (maximè oratoria) scribit Bud. in li. 2. de asse, & partibus eius. & G. Bñdicti in p̄œ. rep. c. Raynutius. de testam. in antiquis. Sed in orõne hæc requiruntur: Acumen Dialecticorum, sñia Philosophorũ, verba p̄pe poetarũ, memoria iuriscõsultorũ, vox tragœdorum, & gestus penè summorum artificũ: ex quibus oïb. alijs de p̄ se est p̄ferendus. ita inquit Bud. in l. j. ff. de iust. & iur. Siquidem, & de ipsis oratoribus sæpe fit mentio in libris iuriscõsultorũ, eorum ẽt dicta & sñias approbando, vt in l. aut facta. §. qualitate. ff. de pœnis. ubi allegat, & dr̃ Demosthenes apud Græcos maximus orator. Et de Cicerone flore, & tuba Romani eloquij fit mẽtio in l. Cicero. ff. de pœnis. & in l. Fulcinius. §. quid sit aũt. ff. quib. ex causis in possessio. eatur. & in l. in q̄stionib. ff. ad legem Iuliã maiestatis. Et, vt semel finiã cõcludit Beroal. in sua declamatione, q̄ orator philosopho, & medico est anteponendus. sic q̄ credibile est, vt ait, post peroratam causam à tribus fratrib. coram ipsos iudices cõcordi consensu oïb. sententijs simul pronunciasse pro oratore. Illiq; adiudicasse paternam hæreditatem. & hanc partem fouet ipse Beroal. cum esset orator exactissimus, & tota dignitas dicendi fuisse existimatur, præcipuè in cathedra.

Textor in sua officina sub tit. oratorũ quorũdam nomina, scribit plures oratores fuisse: sed ferè oẽs p̄ eũ nominati erãt pagani, & infideles, & cum nullos Christianos adnumeret, licet reperiãtur plures, etiã ita excellentes, vt Pagani: Ideo illos oratores Christianos hic describere volui. & sunt sequentes.

Dionysius Areopagita Parisiorum Episcopus.
Dionysius Episcopus Corinthi.
Quadratus Apostolorũ discipulus, & Athenarum Eps.
Aristides Philosophus.
Philotrates Ephesiorum Episcopus.
Ignatius Episcopus Antiochensis post beatum Petrum.
Policarpus Io. Apl̄i discipulus, Smyrneæ ciuitatis Eps.
Egesippus Historicus, & Martir.
Philippus Episcopus Cretensis.
Basilius Episcopus Cæsareæ Capadociæ.
Panthæus Philosophus.
Gregorius Nazanzenus.
Athanasius.
Pamphilus Martyr.

Ioannes

Ioannes Chrisostomus, id est os aureum.
Ioannes Damascenus. *Ioannes Cassianus.*
Damasus Romanus Pontifex.
Hylarius Pictauen. episcopus.
Iustinus rhetor, & martyr.
Apollonius rhetor Romanus.
Hyreneus episcopus Lugdunensis.
Cyprianus episcopus Carthaginensis.
Isidorus episcopus Hispalensis.
Ambrosius Mediolani præsul.
Hieronymus cardinalis.
Augustinus Hipponensis episcopus.
Gregorius summus Pontifex.
Fortunatus. *Leo Papa.*
Fulgentius episcopus Ruspensis.
Hylarius Arelatensis episcepus.
Sidonius Auernorum episcopus.
Boetius.
Bernardus natione Burgundus.
Anselmus.
Petrus Damianus.
Petrus Comestor.
Petrus Alphonsus.
Franciscus Petrarcha. *Bocatius.*
Pius Pontifex II.
Bessarion ecclesiæ Romanæ Cardinalis, & Constantinopolitanæ patriarcha.
Paulus gentium apostolus.
Dauid regius propheta.
Salomon sapientissimus rex.
Ieremias propheta sanctus ab vtero.
Iob in aduersis patientissimus.
Prudentius hymnorum scriptor.

Hi etenim fuerunt oratores maximi, & Christiani, quos noïat, & refert Reuerendus quondã pater dñs Petrus Rolin canonicus, & archidiaconus Heduensis sanctæ sedis Apostolicæ prothonotarius, & Ciuis nr̃ Hed. in suo excellentissimo libro, quem composuit in defensionem artis oratoriæ, in 1. par.

Nam ẽt (vt ait Cassiod. in expositione Psalterij) Omnis splendor rhetoricæ eloquẽtiæ, oïs mod⁹ poeticæ elocutionis, q̃libet uarietas decore ꝓnuntiationis à diuis scripturis sumpsit exordium. recitatus in ca. legimus. ver. in Leuitico. ibi: deniq; in expositione 37. dist. Ipsa quoque rhetorica pars est ciuilis scientiæ, ait Cicero 1. rhetoricorum. inde aduocati dicunt negotia perorare, hoc est, postulãdo, orñatius loqui. tex. est in l. nemini. in fi. C. de aduocatis diuers. iudiciorum. in his. n. non requiritur mobilitas linguę nõ celeritas uerborum, non denique ea quæ nobis non possumus fingere facies, uultus, sonus. In oratore at̃ acumen Dyalecticorum, sñia philosophorum, uerba prudẽtium poetarum, memoria iurisconsultorum, vox Tragedorum, gestum penè summo citatiorẽ nõ sanè displicet adhibere. Educẽdi deinde dictio est ex hac domestica exercitatione, & umbratuli, medium in agmen, & in puluerem, in clamorem, in castra, atque in aciem forensem subeundus vsus omnium, & periclitandæ uires ingenij. Et illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est. Legendi etiã poetæ, cognoscendæ historiæ, omnium bonarum artium doctores atq; scriptores legendi, & peruoluendi, & exercitationis cau sa laudandi, & interpretãdi, corrigendi, vituperandi, disputandũq; de oĩ re in cõtrarias partes. Et quicquid erit in quaq; re, quod ꝓbabile uideri possit, eligendũ atq; discendum, & per discendum ius ciuile, cognoscendæ leges, percipienda oĩs antiquitas, senatoria consuetudo, disciplina, reipublicæ iura, sociorũ fœdera cognoscẽda, est libandus ex omni urbanitatis genere facetiarũ q̃. dã lepos quo tãquã sale conspergatur omnis oratio, ut ait Cicero, lib. 1. de Oratore. Neque, n. solum acuenda nobis, neq; procludenda lingua est, sed in enarrandum, complẽdũq; pectus maxima rerum suauitate, copia, & ubertate, ut idem ibi ait in secũdo; hæc Luc. de Pẽ. in rub. de legationibus. in prin. lib. 10. C. ubi ẽt dicit, ꝙ potissimẽ legati debẽt habere virtutẽ oratoriã, seu eloquentiæ, & facũdię, & ꝙ ad huiusmodi legationis officium præcipuè iurisperiti sunt assumendi, & consueuerunt assumi, qui maximè facundia polleant.

Reperiunt ẽt plures alij Christiani oratores q̃ nõ sunt connumerati à ꝑdicto dño Petro Rolin, ut sunt Gregorius Turonensis, Annonius monachus (licet alij Ammonius dicant) Benedictinus, & Gallus &c. q̃ elici, & extrahi possent ab historiographis, ꝑcipuè à Collectanea de scriptoribus eccl. quos hic insererè potius esset fastidiosum q̃ utile, ideo recurrat ad illã.

Ex quibus cognosci põt, qđ satis absurdè dicit Antoninus Florẽtinus oẽs artes, & liberales, & mechanicas inuentas fuisse ab infidelibus, & reprobis hoĩbus cũ si bene cõsideret, oẽs scię, maxime principales fuerunt inuentæ à viris honestissimis, & à Deo approbatis. Primo, ipse Deus caput, & autor est toti⁹ eloquẽtię, scĩæ, & sapĩæ, vt plenè in d c. legimus. circa fi. 37. dist. Secundo ab Adã oẽs scĩæ inuentæ, & demõstratæ fuerunt. Nã etiã Iosephus in 1. antiq. tradit liberos Seth Adæ filij in duabus columnis disciplinam rerũ cœlestium à se primo inuentam conscripsisse, & sic constat ante diluuium Noe oĩno vsum extitisse literarũ, & sciarũ. Post uniuersale diluuiũ (quo hoïes, perierunt, ẽt literarũ monimenta deleta fuerũt) Noe literatũ artiumq; notionẽ restaurasse, atque prophetas: vt Abraham, Moysen, Esdram scribã legisq; doctorem illustrasse, & introduxisse semper arbitratus q̃ue. Et in testẽ ꝑ parte adduco Polidorũ de inuentoribus rerum, li. 1. c. 6. Et sic theologia à prophetis, ars ẽt oratoria à Dauid, Salomone, Ieremia, & plerisque aliis inuentæ sunt. Et nullus alius post Dauidẽ, fuit elegantior eo quicquid sentiant oratores, & Historiographi. de aliis uero suo loco dicemus.

Sciẽdũ est ẽt, ꝙ intentio principis est, vt Oratores maximè legũ, ditissimi efficiant, tex. in proœ. ffor um §. nos uero. ibi; ditissimi legũ oratores efficiant, iam supra allegato. Ad ꝙ ẽt facit lex p hãc. §. lexcẽtis. C. de aduocatis diuerso. iud. & leges neque in pauperta te uiuere, neq; mori in anxietate pmittunt. tex. in au then. de hæredib. & Falcidia, collatio. j. vnde dicitur.

Esurit ars, decreta tument, lex lucra ministrat.
Pontificem Moyses, thalamos medicina subintrat.

Et iterum, ut notatur in d. §. nos uero.

ij alij or[illegible]
[illegible]

nota[illegible]
[illegible]

Dauid ele[illegible]
autor omn[illegible]

Dat Galienus opes, & sanctio Iustiniana.
Ex alijs paleas, ex istis collige grana.

Et prou. 18. dr. De fructu oris viri replebit' vēter eius, & genimina labiorū ipsius saturabūt eū. & 12. c. de fructu oris sui, vnusq́sq; replebit' bonis. & hoc hēt eruditio, & sapia, ꝙ vitā tribuit possessori suo. Eccle. 7. & Prou. 8. In vijs iustitiæ ambulo, vt ditē diligētes me, & thesauros eorū repleā. & c. 11. Aīa q̄ benedicit, impinguabit'. Ipsa quoq; iura nimis appetūt literatos honorari, & ditari, vt in c. de multa. in fi. de pbendis in antiquis. & Prou. c. 8. dicit Sapientia, Mecum sunt diuitiæ, gloria, opes supernæ, & iustitia.

QVadragesimaquinta consid. Ars poetica laudabilis est, ipsiq; poetæ laudādi sunt, & licet in laudē illorū plures enauigauerint: tñ copiosius, & pclare de his disseruit Beroal. in orōne habita in enarratione Lucani, ubi sic exordit'. Poetica in primis sacratissima est, q̄ antiq primariā quādā Philosophiā eē tradiderūt. q̄ à cunabulis viuēdi formulā nos doceret, q̄ mores, q̄ affectiones ostēderet. Quæ res gerendas cū iucūditate pciperet: vñ veridicè ait Horatius.

Os pueri tenerum, balbumq́, poeta figurat.
Mox etiam pectus præceptis format amicis,
Instruit exemplis, inopem solatur, & ægrum.

Quapropter ciuitates Græcorum eruditissimæ liberos in poesi in primis erudiebāt, solum poetam sapientem esse dicentes. Et, vt diuus Augu. attestatur, poetę theologi dicti fuerunt, cū de dijs immortalib⁹ diuinitus multa scriberēt. Quales Orphæ⁹, Musęus, Linus fuisse commemorantur. Quippe artis poeticę studia, vt scribit Cicero, adolescentiam agunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, aduersis solatium præstant: Ablectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinātur, rusticantur. Huc accedat, ꝙ decor poeticus exercet' ab oratore, ut testis est Corne. ꝙ oratori lectionē poetarū plurimū conferre Theophrastus affirmat, vt hic añ in pc. consid. aliquid dictum est, apud quos in rebus spiritus, in verbis sublimitas, in effectibus motus oīs, & in psonis decor exprimit: ideoq; in hac lectione ipse Cicero existimāt esse quiescendū, atq. oēm loquēdi elegantiā expoliri augeriq;. Est. n. finitimus oratori poetę, suntq; inter se cognatione quadā cōiūcti; Deniq;. vt Cicero ait, se à summis hoīb. eruditissimisq; accepisse, cū cæterarū rerum studia præceptis cōstent atque doctrina: poetæ soli ipsa natura ualēr, & mentis viribus excitantur, & quasi diuino quodā spiritu inflammantur. Vnde Plato ille diuinus scribit li. 3. de legibus, poetarū genus esse diuinum. & ab eodē dr̄ in libello de furore poetico, poetas diuino instinctu cōcitatos eundē furorē interpretib. infundere, imitarique magnetis lapidis naturā, qui non solum ferreos anulos trahit, sed eandem trahendi vim ipsis anulis latenter insinuat. Origenes quoque in libris ecclesiæ, quibus titulus est, Periarchon. virtutem quandā esse docet spiritualem, quæ poetam inspiret, cuius inspiratione poetæ repleantur. Platonis, Origenisque sententiæ astipulatur Ouidius, sic scribens.

Est Deus in nobis, agitante calescimus illo.

Et alibi.

Est Deus in nobis, sunt & commercia cœli,
Sedibus æthereis spiritus ille venit.

Idcirco merito poetas prisci sacros intitularunt. Vnde ab eodem scribitur.

Ad sacri uates, & diuum cura uocamur.

Et Calphurnius in Bucolicis ait.

Ille fuit uates sacer. Et Lucanus.

O sacer, & magnus uatum labor.

Ennius uerò sanctos poetas appellat, qui quasi deorū aliquo dono, & munere præditi esse videātur. Hinc est, ꝙ poetæ antiquitus in maxima ueneratione, maximoq; pcio habebant': ꝙ à principib. fouebantur, ꝙ à regibus ditabantur, ꝙ ab omnibus certatim amabant'. Vñ ob id uere, & pulchre canit Naso.

Cura ducum fuerant olim regumq́, poetæ.
Præmiaq́, antiqui magna tulere chori.
Sanctaq́, maiestas, & erat uenerabile nomen
Vatibus, & largæ sæpe dabantur opes.

Nam, ut hic ante in 7. consid. scriptum est. Charus fuit Scipioni Africano Ennius. Charus Archias merito atq; Lucullus. Cherilū poetā quāuis ignobilē in delitijs habuit Alexāder. Virgilium fouit Augustus, cuius versiculos, cū in Theatro Po. Rō. audisset, surrexit uniuersus, psentē, spectātēq; Virgiliū, tanq̄ Augustū ueneratus est. Horatiū Mecenas adamauit. Tibullū Messalla dilexit. Papinium Domitianus aureo palladio coronauit. Ausoniū, Gratianus cōsulatu decorauit. Neq; solū uiuētes poetæ, q honorificētius uates dici existimant', sed ēt defuncti uenerabiles extiterūt. Si quidē Alexander magnus, cū inter spolia Darij Persarum regis scriniolū cepisset, auro, gēmisque, ac margaritis preciosum, in eo libros Homericos reposuit, vt preciosissimū humani ingenii opus opere ditissimo seruaret'. Idē Homerū adeo diligebat, ut ei⁹ Iliada, qđ diuinū poema ediderat, quod viaticum rei militari appellabat, noctu sub puluino, vna cum pugione subijceret, & ita cū Homero poetarū principe uigilabat, cū Homero dormiebat. Idem Pindari inter Lyricos poetas pstātissimi, familiæ ac penatib⁹ parci iussit, cū Thebas euerteret. Alter uero Alexander, qui Romano pfuit imperio, Virgiliū adeò admirabat', vt eū Platonē poetarū uocaret, eiusq; imaginē ī Larario cōsecraret. Quinēt Aelius Verus Romanus imperator Martialē Epigrāmaticū poetā, suum Virgiliū nūcupabat. Qđ & de Fausto apud nos scīm est, q poeta regi⁹, sæpeq, regine⁹ dict⁹ est tpib. Caroli VIII. Ludouici XII, & Frācisci I. hodie moderātis Frācorū regnū, & ab eis optime stipēdiatus semp extitit. Huc adde, ꝙ ēt dij amatores, ultoresq; extiterunt poetarū: Siqdē Apollinis oraculū, ut inqt Eusebius Paphil⁹, Euripidē laudib. in cœlū tulit, & Archiā tāquā scelestū, ac pfanū iussit exire de tēplo, qđ Archilocū poetā iterfecisset. Sophoclē quoq; tragici coturni principē liber pr̄ tanq̄ delitias suas sepeliri iussit. Præterea poetæ quadā suauiloquētia adeo sūt dulces, ut nō legant' modo, sed ēt ediscant': quorū autoritas tanta est, ut illorū dicta pro certissimis testimoniis habeantur. Nā & Plato, & Aristoteles principes philosophorum Homeri, aliorumq; poetarum carminibus suas sentētias, & sua dicta sæpe corrobotāt.

Quin

Quin ēt iuriscōsulti illi sanctissimi in libris fforū. frequenter allegāt poeticos versus. Maxime in l.j.§. sed an.vbi ter fit mētio de versib.Homeri.ff.de cōtra hē.emp.& vend.& in §.item pcium cū §.seq.inst.e.titu.& in l.aut facta.§.fi.ff.de pœnis.vbi Homer⁹ pcipuus poetarū dr, & ī l.nō facile.§.affi.ibi, viri soror. ff.de gradib.& de Virgilio fit mētio in l. in tm̄. in fi. ibi testis in ea re est Virg.ff.rerum diuisi. uerumetiā in l.quæ extrinsecus.in prin.ff.de verb.ob. apponuntur hæc verba Virgilij, Arma virumq; cano.& in plerisq, alijs locis citant testimonia poetarum.

In decretis quoq; Virgilij carmina afferunt, ut in c.nunq̄.de cōse.di.5.& ibi in c.legimus.Horatius allegat.itē Lucanus in c.nec mirū.§.magi.21.q.6.

Et apostolus Paulus uas electionis, Tuba euāgelij,& sanctarum scripturarū armariū poetas studiosè legisse videtur: qui (vt hr in sua epistola ad Titū) illum versiculū Parmenidis poetæ recitat. Cretēses semper mendaces, malæ bestiæ, & uentres pigri. Et apud Athenieses in Areopago, hoc est, martis curia disputās illud Arati poetæ inducit.In quo uiuimus, mouemur,& sumus,hr Actuum 17.Præterea scribitur Exodi 3.& 11.& recitatur in c. legimus.37. disti. dominus præcepit Israeliticis,ut Aegyptios argento spoliarent, Tropologicè intelligens,ut argentum, id est eloquentiam apud poetas inuentam colligerent, possiderent,in usumq; salutiferæ eruditionis applicarent. vt dicit tex.in d.c.legimus.

David quoq; ille Psalmographus psalterium numeris poeticis cōcinnauit. Quod (vt inquit Hiero.) ī morē Horatij,& Pīdari,nūc iābo currit,nūc alcaico psonat,nūc saphico tumet,nūc semipede ingreditur.

Deniq; Esaiæ,& Iob,& Salomonis luculēta uolumina exametris versib.(vt Iosephus & Origenes scribūt) apud Hebræos composita decurrunt.Quinetiā, vt Cassiodorus attestatur recitatus in d.ca. legimus. Oīs poetica elocutio à diuinis scripturis sumpsit exordium,adeo musica,venustas,leposq; poeticus existimatus est omni esse suauitate refertissimus, adeo carmina moduliq; numerosi placuerunt,ut deos existimarēt eē placabiliores si eos versib. adorarent, & carminib.præcarentur,unde ab Horatio dicitur.

Carmine dij superi placantur,carmine manes.

Et non minus uere quam fęcunde ait Lucretius.

Calliope requies hominum,diuumq́; voluptas.

Igitur sanctum ac uenerabile nomen poetarum,qui principibus chari sunt,qui fouentur à bonis, quorū carmina ediscuntur à literatis. Quorū versus tersissimi aures deorum mulcent,eosq; exorabiles mortalib.faciunt, qui quibusdā figmentis adumbrati multa saluberrima præcipiunt,adhortantur: sententias è penetralibus philosophiæ depromptas sub uelamē to quodam interserunt,mentes nostras optimis cōsilijs frequenter instruunt,& ut testis est Manlius.

Omne genus rerum docti cecinere poetæ.

Item linguam ornant,facundiam augent, & supellectilem uerborum faciunt copiosissimam.

Deniq; solis penè poetis datū est, vt ad laudandū & uituperandum pariter sint accōmodati: & quēadmodum immortali laude donantur illi quos versib. extollūt,amant, ita indelebili illi notantur infamia, quos maledicis carminib.insectātur.Merito nos admonet Socrates platonicus,ut diligenter caueamus, ne poeticum hominē quēpiam nobis infensum habeamus.Et principes quos versib.ornant diui seu īmortales efficiuntur,quod Horatius sic exprimit.

Dignum laude virum musa vetat mori.
Cœlo musa beat.

Hæc Beroal.ubi supra,ubi ēt excusat poetas,q ludicra atq; amatoria carmina cātare,& de pmere vñr.

Budæus uero in suis annotationib.in l.j.ff.de contrahē.emp.plura de laude poetices explanat.ēt F. Patritius in li.2.de institutione reipublicæ,tit.6.ait,q poetæ in ciuitatib.tenendi sunt, & honore ac laude decorandi, q cōmendatissimi oīb.esse debent.Cū pp eorū raritatē(nihil.n.rarius in oī hominum ęuo optimo poeta inueniri pōt)tum pp ingenij magnitudinem diuināq; naturam,ut s̄ dictum est.Igit (ut post plura omissa psuadet ibi Patritius) poetæ ab optima ciuitate recipiendi,& alendi sunt, cū utiles admodū esse cernantur.Quid.n.grāmatice sine poetarū ptractatione eruditionis haberet? Verborum elegantia, linguæ proprietas,suaues trāslationes, verborū sententiarumq; licentia,q̄ orationes,quasi stellis qbusdam ornant,nonne à solis poetis inuēta, & suis locis collocata ac distincta sunt?Qui uero scripserint ī poesi tam græci,quā latini,uide p Textorē in sua officina. in ti.de poetis græcis,& latinis.ubi fere infinitos cōnumerat.Sed inter græcos excellentior est Homerus & inter latinos Virgilius, p quo tex.in §.sed ius, in fi.de iure nat.gen.& ciui.in inst.ciuilib. & Beroal. de re rustica, hoc est in oratione habita in enarratione Georgici carminis.Et de laude uniuscuiusq; satis succincte ibi describit ipse Textor.

Sed de poetarū comicorū latinorū gradu, & ordine dignitatis autore Aul. Gellio noctiū atticarū lib. 15.c.24.Sedigitus in lib.quem scripsit de pueris, & quē pstare ex oīb.cæteris patet,ac deinceps quo quęq; in loco,& honore ponat his uersib.suis demonstrat.

Multos incertos certare hanc rem vidimus,
Palmam poetæ comico cui deferant.
Eum (iudice me) errorem dissoluam tibi,
Vt contra si quis sentiat,nihil sentiat.
Cęcilio palmam statuo de comico.
Plautus secundus facilè exuperat cæteros.
Dein Næuius qui feruet precio in tertio est.
Si quid quarto detur,dabitur Licinio.
Post insequi Lacinium,facio Attilium.
In sexto consequitur hos Terentius.
Turpilius septimum,Trabea octauum obtinet.
Nono loco esse facile facio Lucium.
Addo decimum antiquitatis causa Ennium.

QVadragesimasexta cōsideratio.Historici ēt in ciuitatib.recipiēdi,& inter alios literatos laudādi sunt,qm̄ (inquit Beroaldus) in orone p eū habita in enarratione Titi Liuii,cuius uerba, transportare curaui. Cum oīum disciplinarum cognitio utilis, atq; iucunda mortalibus sit: Historiæ cognitionem, medius fidius utilissimam iucundissimamq; esse censeo,ex quo cū multū oībus scriptoribus debeamus,

 qui

qui non sibi sed ẽt posteris uixisse creduntur, plurimum ꝓfecto historicis debere nos nõ possumus inficiari, quorũ labore ac industria effectũ est, vt oĩum ætatũ, oĩum gentiũ, oĩum populorũ res gestæ, oĩa p̄clara facinora scirentur à nobis, intelligerentur, & cognoscerentur: vt cuncta illustrissimorũ uirorũ dicta factave memoratu digna contueri, ediscere, & recordari liceret, qua quidẽ re nihil pulchrius, nihil iucũdius, nihil magnificẽti⁹, excogitari posse cõtẽderim.

Etenim (vt à Cicerone scriptũ est) nihil earum rerum scire, quæ antequam nasceris factæ sint, hoc est, semper esse puerum. Cognoscere uero res gestas, antiquitatum, exẽplorumq; memorabiliũ habere notitiã, vtile, decorum, laudabileq;, ac propè diuinum ẽ.

Senib. iõ maior autoritas, & fides est, qm̃ ob lõgã ætatẽ plurimas res nosse, ac vidisse credunt, & in antiquis est sapiẽtia, & in multo tpe prudentia. Iob 12. Ad hoc iuuenib. cognitio historiarũ valet, vt ẽt ante actis seculis vixisse videantur, & illi ꝓfecto adolescẽtes, qui historias habeant ad manũ & exẽpla illustriũ virorum in promptu, tanto senibus sunt anteponendi, quanto plura negotia complectitur historia multarum ætatũ q̃ faciat hominis uita longissima.

Accedat, ꝙ q̃ bonus orator esse affectat, in primis abundare debet exemplorũ copia. & legisse atq; nosse q̃ plurima. Nã cũ historia testis sit tporum, lux, & euangelium ueritatis, magistra vitæ, nũcia antiquitatis, nihil ambigitur, quin orator optimus eẽ nõ possit, nisi fuerit uetustatis, exẽplorũq; cognitione instructissimus, nisi historias pinde ac ungues suos habuerit exploratissimas: qm̃, vt inquit Quintilianus, Historias alere oronem molli quodã ac iucundo succo.

Præterea operæ p̄tiũ est, teste Liuio li. j. in uolumi nibus historicorũ cuiusq; exempli documẽto, velut in monumẽto insigni posita cõtẽplari, intueri. Vñ q̃ sectãda sit depromere, ac nobis ꝓponere ad imitãdũ, q̃ fugiẽda cauere possimus: q̃a (vt vere inq̃t Diodorus) pulchrũ est aliorũ errorib. uitã nr̃am ĩ meli⁹ instituere, & q̃d appetẽdũ, fugiendũue sit ex aliorũ exẽplis posse cognoscere, uñ merito Demetri⁹ Phalereus Ptolomeũ regẽ subinde admonebat, vt libros de imperio regnoq; cõpositos legeret sæpissimè. qm̃, q̃ amici timẽt principib. dicere, aut demõstrare, ea in libris scripta reperiunt: hoc est in cognitione rerum salubre atq; frugiferũ scire quib. arti. qua disciplina, q̃b. morib. maxima imperia orta sint, maximi imperatores nomẽ sibi ĩmortale cõparauerĩt. Et ediuerso q̃ uitiorũ sẽtina ĩfecta amplissima regna collapsa sĩt.

In sũma historia ad id q̃d honestũ, & utile ẽ capessendũ inflãmat, incitat, detestat̃ vitia, ꝓbos extollẽs, ĩprobos deprimẽs, ꝓut de legib. dr̃ in l. j. circa prĩ. ff. de iust. & iu. Historięq; (ut ait Vitruui⁹) p se tenẽt lectores cũ habeãt nouarũ rerũ uarias expectationes.

Cæterũ, cũm oẽs historici sint legẽdi, ediscẽdi, scriptores potissimũ latini, rerũq; nostratium enarratores sunt colendi, & legẽdi, ꝙ historici latini sanctiores, uariosq; Græcis scriptorib. fuisse existimantur, teste Satyrico, qui ait. Quicquid Græcia mẽdax audet in historia. Annales iõ illorũ legam⁹ qui monumenta rerũ gestarum recta, incorrupta, integrã, atq; fideliter conscripta reliquerũt, primã illã ĩ primis obseruãtes legẽ, historiæ, quæ præcipit, ne q̃d falsi dicat. etenim dẽpta ex historia veritate, ita narratio oĩs inutilis. ac penitus mãca efficit̃, sicut corpus animãtis ĩutile fit oculis effosis: ut scribit Polib. hac tẽ⁹ Beroa.

Ex quib. satis clare cõcludendũ est historicos esse laudandos, & honorãdos, atq; latinos grecis antepõnẽdos. Et ibi Beroaldus inter cæteros multũ laudat Titum Liuium, sed in epistola p eum habita in declaratione Salustij ait, ꝙ Salustius ob elegãtiã inimitabileq; in scribẽdo breuitatẽ, assequut⁹ est primas inter historicos partes: teste epigrãmatico poeta, q̃ sic iq̃t.

Hic erit, vt perhibent doctorum corda uirorum,
Crispus Romana primus in historia.

Ex cuius oratione nil demi sine detrimento sententiæ potest, unde nõ immerito dicit Macrobius Salustium in genere dicendi breuissimo dominari.

Sed attende, dicit insuper Aug. lib. 1. suarũ orationũ in oratione de laudib. historicorũ, & oratorũ, ꝙ magna sp apud p̄claros principes ac populos non mõ græciæ ac latii, sed ẽt cæterarũ totius orbis nationum atq; gentium laude, & gloria digni habiti sunt gestarũ rerum scriptores, q̃ uel historias, vel annales literis commendauerunt, ꝙ plurimũ, tum ad antiq̃tatis memoriã, tũ ẽt ad iuuandã rerũ publicarũ administrationẽ scriptorum monumẽta ꝓdesse videãtur.

Intm̃ ẽt sunt utilitatis chronicę, ꝙ probant in causis decidendis, s̃m Bar. in l. j. ff. si cer. pet. Bal. Ant. & alij in c. inter dilectos. extra de fide inst. post gl. ibi in verbo, magis, & etiam gl. in verbo, transtulit. in c. per venerabilem. extra de elect. & gl. j. circa principium. in c. cum ex literis. extra de resti. in integ. glo. & doc. in c. placuit. 16. dist. & gl. 2. in c. in nomine domini. 23. di. & gl. in c. j. 27. dist. & glo. in uerb. Romani. posito in suprascriptione. c. ablit. & ubique Dominicus notat l. dist. & glo. in uerbo, regijs uirib. in procœmio fforum, in §. hæc autem tria, ut refert Fel. in d. c. inter dilectos. col. 7. vbi etiam dicit idem esse in libris historiarum quo ad facta antiqua secundum Dominicum in c. quamuis. ante finem. 21. di. & uide etiã de materia domi. meum Iasonem in d. l. j. ff. si cer. pet. Si vis uidere nomina multorum scriptorum in historia recurre ad Textorem in sua officina in c. historiographi pleriq, greci, & latini.

Qvadragesimaseptima consid. Ars grammatica, etiam laudanda est, quæ in republica est multum necessaria, cum sit fundamentum omnium liberalium artium, ut dicit Isidorus li. j. Etymologia, ca. 4. Ideo grammatici ponuntur, & describuntur ante oratores, ut hr̃ in l. grãmaticos. 1. & 2. C. de professo. & medi. li. 10. Nam orator sine grammatica esse non potest, & tamen grammaticus esse põt sine oratoria.

Et, ut dicit F. Patritius lib. 2. de institutione reipublicę. ti. j. in fi. ꝙ fundamentum omnium disciplinarum est grammatica, proinde (ut inquit) uidẽdũ est, vt solida sit: si alias res ediscere uolueris, quãdoq; dẽ inconcinnę, & rudes admodũ reliquę doctrinę uidẽtur, q̃ infantes sunt, & barbaro eloquio hęrẽtes. Grãmaticẽ Romani tãti fecerunt, ut in triuiis eã ex sena tuscõs. publica mercede doceri edixerint: quocirca triuialis

triuialis sciẽtia diutius nũcupata est. Hortaturq; ibi Patritius reipublicæ præsides, vt curẽt, & publica quidem mercede, vt singulæ quæq; doctrinæ pceptores habeant, & de ipsis mercedibus, vt cõstituant & soluantur. prædictis ẽt aliorũ studiorum liberaliũ præceptoribus cognoscit pses prouinciæ. tex. in l. j. & ibi glo. 1. fin. de varijs & extraordinarijs cogni. optimus tex. in l. medicos, in fin. C. de pfessoribus & medicis. lib. 10. Et inter alios sint egregij pfessores grãmaticæ: & non tantũ literis, sed ẽt moribus probatissimi. Cũ ẽt tales excellere alios oportet moribus primũ, deinde facũdia, vt dicit tex. in l. magistros studiorũ. C. eod. titu. l. vnica. C. de studijs liberalibus vrb. Romæ. §. oratores. lib. 11. Et sunt immunes ab omnibus muneribus publicis, & ciuilibus, & psonalibus ciuitatis, vt dicit tex. i l. medicos. & maximè archiatros, vel ex archiatris grammaticos, & professores alios literarum & doctores. C. eo. tit. de professorib. vbi patet, q grammatici ponuntur in ordine literæ ante legistas. Etiã sunt immunes à tutela & cura. l. si duas. §. grammatici. & ibi glo. ff. de excusatio. tutorum. cõcordat tex. in §. item Romæ. instit. eodem titu.

Huc adde ẽt: quoniã, vt dicit tex. in ca. si quis artẽ grãmaticam, 38. distinc. grãmaticorũ doctrina etiam potest proficere ad vitam, dũ fuerit in meliores vsus assumpta, & in his artibus triuialibus gloriosa adolescentia edocenda & instruẽda est, vt ad pfundiores & meliores scientias & doctrinas ascendere valeant. facit tex. in §. oratores. supra allega. Et nõ sunt ferẽdi (teste Quintiliano in lib. de arte oratoria) q artẽ grãmaticã, vt tenuẽ ac ieiunã cauillant: q nisi fundamẽta fideliter iecerit, qcquid supstruxeris finaliter corruet, necessaria pueris, iocũda senib⁹, dulcis secretorũ comes. Et Augu. verè ait, q grãmãtica est scientia qua aperta cæteræ aperiunt, & qua clausa cæteræ claudunt. Ex qb⁹ & multis alijs eã plurimũ extollit Ioã. Ludouicus Viuald⁹ de mõte regali i suo opere regali de psecutionib⁹ ecclesiæ, i psecutione 10. & vt dicit, est prima, nõ tamẽ ordine dignitatis, sed necessitatis.

Qui aũt fuerint grãmatici, & qui i grãmatica scripserint, vide p Textorẽ in sua officina. i c. grãmatici.

QVadragesimaoctaua cõsider. Dialectica etiã est laudãda & cõmendãda. Cũ nõnulli philosophorũ eã eloquentiæ comitẽ dicant. Aristoteles verò æquilancem. hinc opinatur F. Patritius lib. 2. titu. 5. in libr. de institutione reipublicæ, eã ciuili viro non negligendam, tum q iter ad alias quascunque disciplinas adolescẽtibus aperire vr, tũ q ingeniũ acuit, & ad veritatẽ cernẽdã maximas vires habere cernit.

Nam cum duo sint orationis genera, alterũ perpetuum, cui oratoria præest, alterum concisum cui dialectice, vtrumq; necessarium est, vnũ pbare, alterum psuadere volenti. Licet primũ illud magis ciuile esse videatur, qñ suadendo aut dissuadendo, molliori quadã via animos in voluntatẽ suã alliciat; hoc verò secũdũ magis extorquere vr, qd pbare nitit: & quibusdam concisis seu truncatis orationib. nos in sententiam suam rapit, cogitq; ea fateri verbis, quæ nõ nũquam animo nullo mõ assentiri volumus: has tamẽ disciplinas Zeno adeo cõiunxit, vt hãc cõpresse in pugnum manus, illam verò explicitè, ac planè similem esse diceret: vtcũq; tñ sit rhetoricem sine dialectica imbellẽ, dialecticẽ verò sine rethorica rudem oĩno, & quasi eliguẽ esse arbitrat. Ex quo iuuenes adhortantur ut illi indulgeant, quo melius diffinire ac diuidere valeant, & sua acrius probare: aliena verò fortius infringere possint: vtique ad alias disciplinas parati magis accedant.

Et licet quodãmodo, vt ait Hierony. sup epistolã ad Titiũ recitatus i c. si quis artẽ. 37. di. si rectè loquẽdi rõnem habeat, & inter vera & falsa dijudicet, nõ improbet ab ecclesia. tñ quia nõ multũ placuit deo pri, filio, & spirituisancto, vt in c. oẽm. ea. dist. & dialecticorum sophismata sint tẽdicula, & fantasmata, & vmbræ qdã & imagines, q cito pereũt & resoluunt, vt i c. vnico. ea. di. Iõ aliter circa laudẽ illius nõ insisto.

Probat tñ certis rõnib. Io. Lud. Viuald⁹ i suo opere regali, i trac. de psecutionib. ecclesiæ dei i x. psecutione. q theologus tenet scire dialecticã, q ibi pbat eẽ necessariã theologo, & eã laudat, vt vider poteris.

Sophistæ ẽt seu dialectici in ciuitatib habendi & admittẽdi sunt, pro quo tex. in l. vnic. C. de studijs liberabilib. vrbis Romæ. §. oratores. lib. 10. & sunt immunes, vt grãmatici & alij pfessores, de quib. i pcedenti cõsideratione, p l. medicos. C. de pfes. & medi. lib. 10. eos tñ excellere oportet morib. & facundia. l. magistros. C. eo. ti. facit tex. in l. vnica. C. de pfessoribus qui in vrbe Cõstantinopolitana docẽtes. libr. 12.

QVadragesimanona consideratio. De sciẽtijs mathematicis pcipuè de arithmetica tractat Cælius lib. suarũ antiquarũ lectionũ. 4. c. 30. ad rem sic ait Pythagoras Italicæ philosophiæ princeps, & cũ eo multi, ac eo duce amplissime astrinxerũt, absq; mathematico quadriuio nõ facile philosophiæ apicẽ cõtingi, nec verũ posse pcipi: pterea qui illud neglexerit, philosophari rectè nõ poterit: qm mathematicæ disciplinæ, vt ibi ait. & li. 9. c. 4. in fi. subsellia qdã sint ac elemẽta vel gradus, quib. cõscendatur altiora.

Eas verò sic nũcupatas existimat Anatolius, q cũ cæteræ disciplinæ deprehẽdi, vel non docẽte aliquo possint oẽs: Mathematica sub nullius cognitionẽ veniãt, nisi pe̋ũte aliquo, cuius solertia & industria succidãtur vepreta, vel exurantur, & supciliosa cõplanẽtur. Vñ & mathematicum in anima sicut theoreticum, hoc est, speculatiuum in moralibus vocat Plutarchus. Equidẽ & M. Tullius mathematicos in magna rerum obscuritate, recondita arte, multiplicig; ac subtili versari scribit. Sunt qui ex demonstrationum formitate dici mathematicos opinentur.

Cæterũ initio Geometria pcipuè, vt ibi ait Cælius, & arithmetica in mathematicarũ albũ à Pythagora sunt aduocatæ. q ad oẽm sciam, oẽmq; disciplinã capessendã has in primis cõmodas psepexisset. Hinc & illa iucũda vox Aristippi Socratici pfluxisse opinat Cælius: qui ex naufragio i Rhodiorũ littus maris impetu, & ventis assilientib. cum foret excusus, ac inibi mathematicas formulas cõspexisset, gaudio gestiens prosiluit, & bene sperare comites iussit, qm vestigia hominũ nosceret. Sed. n. mathematica speculatio ad cogitationis acumẽ à Platone suscepta est, quia eleuat

De Dial

De mathematica = de Arithmet

Geometri

nat aium, & ad rerũ diuinarum notionem aciẽ mentis exacuat. Quaobrẽ, iqt Alcinous, nisi finis isti⁹ gr̃a mathesin expetere prexerim⁹, oĩs n̄r̃a idagatio recasura ĩ nihilũ ẽ nudior Leberide, ac Cinclo paupior.

Hinc F. Patritius li. 2. de istitutione reipublicę, ti. 2. quadripartitam mathematices scientiã ciuili viro necessariã esse autumat: quia, vt prędixi, Pythagoras opinatur frustra quenquã philosophari, qui eam nõ modo primoribus labris (vt dicit) attigerit, verũ omnino exhauserit. Cẽset etenim sapientiam earũ rerũ esse, quæ sunt, quæq; substantiam immutabilẽ habẽt veram, ratamq; cognitionem. esse autem ea solũ putat, quæ cùm immutabilis substãtiæ essent, neq; intẽtione crescerent, neq; detractione minuerent, neve accidẽtibus vllis variarent, sed ꝓpria vi, ꝓpriaq; natura semper niterent: veluti sunt qualitates, formæ, magnitudines, paruitates, æqualitates, habitudines, actus, dispositiones, cęteraq; eiusmodi q̃ corpori coaugmẽtant. Intelligibilia nãq; omnia esse dicimus, videri autẽ corporea talia per sese spectacula semp eodem modo inueniuntur: iuncta verò corpori variantur, qppe q̃ omnia suapte natura incorporea sunt, vigentq; immutabilis substantiæ ratione, sed corporis cõtagione mutant, subsequẽter duas esse substantias asserit: vnam continuam, alteram discretam: quarũ declarationes ibi vide. Et tandem concludit necessariam esse ciuili viro (quem sapientem esse volumus) huius quadripartitæ scientiæ cognitionem.

Et licèt Cęlius in loco iã citato inferre videat primã & præcipuã esse Geometriã: Attamen Iudochus Clictoueus ĩ sua epist. ad itroductionẽ Arithmeticã Iacobi Fabri præponit Arithmeticã, vbi sic ait. Inter eas disciplinas (quæ mathemata Græci vocant) duæ Arithmetica & Geometria, præcipuũ sibi vendicant locum, ꝙ ad cæteras assequẽdas viã sternant. Ipsisq; ignoratis nequicquã reliquis ediscendis p̃ltetur opera. Quis. n. arithmeticã non edoctus, musicen sanè intellexerit? Quis item geometriæ inexpertus inspectiuã, aut astronomiã propè calluerit? Quã quidẽ hisce duabus cæteræ matheseos partes subijciantur, ex ipsisq; pendeant. Quarum prior arithmetice numeros absolutos, eorumq; affectiones determinat ad diuinorum contẽplationẽ priscorum iudicio accommodatissima, & grauissima Pythagorę autoritate mirũ in modũ illustrata, qui primus quidẽ numerorũ perscrutator habitus est, eorumq; indagatricẽ Arithmeticã posteris reliquit cõmẽdatissimã. Is. n. ad cœlestia dispicienda illorũ p̃sidio vsq; adeo euectus fuisse crẽditur, vt de eo non absurdè cecinisse videatur Ouid.

Isq; licèt cœli regione remotus
Mente deos adijt, & quæ natura negabat,
Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.

His etiã astipulatur Plato scribẽs in Epimenide: inter oẽs liberales artes, & sciẽtias contẽplatrices, p̃cipuã, maximeq; diuinã esse scientiã numerãdi. Interrogatus itẽ cur hõ aial esset sapientissimũ, respõdisse fertur, quia numerare nouerit. Cuius quidẽ sentẽtiæ & Aristoteles meminit in ꝓblematis. Et sanè nõ abre, nẽpè id numero, inquã, rerũ discernicula, discretionesq; dignoscere, inter aĩalia dũtaxat homini (vt qui solus omnium rõnis sit particeps) cõcessum esse pquàm exploratũ: hæc ille. Et vt repetã à loco F. Patritij p̃allegato. Numerorũ quidẽ cognitio singulis penè artibus necessaria est, aut. n. numerãdũ est digitis, aut scribẽdi numeri sunt, supputandęq; rõnes ad vsum ratiocinãdi, qui quotidie penè singulis vsu venit, sine qua rudes oĩno hoĩes eẽ vident, & inciuiles.

Ex quibus etiam concludo magistros, & in tali scientia expertos esse in ciuitatibus admittendos, & honorandos. Cùm huiusmodi scientia non solũ vtilis, sed etiam necessaria esse creditur.

QVingagesima cõsideratio. Geometria ijsdem ferè laudibus, & p̃conijs (quibus laudata extitit Arithmetica) laudanda est: qm̃ etiã vt ait F. Patritius in lib. ij. de instit. reip. tit. ij. Dimensionis disciplina artes singulas adiuuat, vix. n. quippiam agere possumus sine mensura. & turpe admodum videbitur; in singulis quibusque dimensionibus ancipitem fieri virum, qui in cœtu hominum negotiationibusq; versat. Hebetis nãq; & obtusi ingenij est, vel manifestæ omnino negligentiæ ea ignorare, q̃ singulis quibusque horis necessaria sunt. Et, vt inquit Iudocus Clictouæus in epist. præce. consid. alleg. ipsa Geometria circa magnitudines earumq; ꝓprietates versat, q̃ a plurimis, maximè Archimede Syracusano suo ingenio celebratissima effecta est. Is. n. teste Plutarcho, machinamẽtis geometrica rõne excogitatis Marcelli Romanorum ducis (cùm Syracusas obsidione premeret) victoriam multos dies remoratus est. Et hanc quoque disciplinam ad diuinam anagogẽ, seu intelligentiam quàmplurimum conducere putauit antiquitas, quæ per circulos, sphæras, triquetra, pyramidasq; & cætera id genus: in primis ardua, cognituq; dignissima peruestigati posse contendit.

Cæterũ Geometria (teste Cœlio lib. antiq. lect. 4.) c. xxx. initiũ est ac metropolis cæterarũ sciarum mathematicarũ. Hæc. n. sensibilibus inhęrẽtes agglutinatosq; auellit assiduè, seducitq; ad itelligibilẽ, æternamq; naturã, cuius cõtẽplatio sit philosophię finis.

Nam etiã deus satis approbat hanc sentẽtiam, cũ ipse sol⁹ mẽsus est pugillo aquas, & cibos patino põderauit, qui appendit tribus digitis molẽ terræ, & librauit pondere montes & colles in statera, vt habet Esaiæ 40. & iterũ 48. c. ait. Man⁹ quoque mea fundauit terrã, & dextera mea mẽsa est cœlos. Ita ait Io. L. Viualdus in suo opere regali de p̃secutionibus ecclesiæ in 10. persec. vbi laudat Geometriã dicens talem doctrinã videri necessariã theologo, cùm etiã dicat Sap. 11. Oĩa in mensura, numero, & pondere disposuit Deus: vt amplè infrà in 12. parte, in 36. conside. dicetur. Et ars scientia liberalium artium diligenter edocenda est: quia per eam diuina manifestantur. c. de quibusdam. 37. dist. & quemadmodum artes liberales ad virtutem non perducant, sed præparant, vide Senecam in epistolis ad Lucillum, epistola 88.

Hæc ars est licita, & approbata. l. artẽ geometrię. C. de malefi. & mathema. imò discere atque exercere publicè interest, vt ibi text. est formalis. Ex quo possunt cogi hoĩes ad illã addiscendã, vt tenet Lucas de Pẽna in l. ij. C. de excusationib. artificũ. lib. 10. vbi ait tex.

tex. ꝙ tales habent excusationem à munerib. Et geometri dicunt calculatores, ſm gl. in verb. calculatores in l. oratione. C. de profeſſ. & medicis. li. e. 10. Sed potius mẽſores. l. ſi irruptione. ff. de iudicio finiũ regũ. l. geometri. & ibi gl. de ex. tu. & hr̃ ꝑ totũ titulũ. Si mẽſor falsũ modũ dixerit. i libris florũ. & ibi Budæus q̃ noĩa mẽſurarũ deſcribit, q̃ ſingula ꝑter duo & plura alia recitat Textor i ſua officia. i c. mẽſurę q̃dã.

Qvinquageſimaptima cõſideratio, ad artem muſices ſe cõuertit, & an cantores, & periti ĩ muſica ſint laudãdi. Etenim, vt inquit Beroald. ĩ orõne ſua habita ĩ enarratione Horatij Flacci. Muſica adeo delectabilis eſt: vt eius dulcedine cuncta viuentia capiant, cuius origo cœleſtis memoratur, ipſiusq; rõne mũdũ eſſe cõpoſitũ Pythagorici aſcripſerũt: vñ theologi nouẽ muſas eſſe dixerunt pp octo ſpherarũ cœleſtium muſicos concentus, & unã maximam continentiam, quæ conſtat ex oibus, quam Harmoniã nominauerũt. Cœlũq. ipſum canere aſſeruerũt. Muſicã antiquis illis temporib. ĩ ueneratione maxima fuiſſe memoria ꝓditũ eſt, ac maximos duces fidib. tibiiſq; ceciniſſe: quin ẽt apud priſcos tã Græcos q̃ Romanos in cõuiuijs poſt cẽnã lyra circũferebat, qua laudes atq; virtutes virorũ fortiũ canebant, quã cum olim Themiſtocles ĩ epulis recuſaſſet, habitꝰ ẽ indoctior: teſtis eſt Cicero in Tuſculan. contra laudatus Epaminundas Thebanus, ꝙ citharizare, & cãtare ad cordarũ ſonũ eſſet eruditus. Socrates quoq; iã ſenio cõfectus inſtrui lyra non erubuit: & Plato ciuili viro quẽ politicũ uocat, muſicam credit eſſe neceſſariam. Et Ariſtoteles ĩ politicis dicit muſicã inter diſciplinas illuſtres eẽ collocatã, q̃ vna cũ literis, & gymnaſtica adoleſcẽtes priſcis tpib. diſcere cõſueuerunt.

Et hanc à teneris annis didici ĩ gymnaſijs: qa oli, & tempore meo præceptores, & gymnaſiarchæ his ĩ hebdomada poſt prãdiũ loco ſolatij, & recreationis muſicã docebãt, quod hodie male obſeruat: ſed hoc contingit, quia ignari ſunt illius ſcientiæ. Iõ nõ eſt ĩ honore quemadmodum fuit, & eſſe deberet.

Deniq; F. Patritius in præfatione de inſtõne reipublicæ dicit, ꝙ libera ſunt hominũ ĩgenia, & quiſque ad ea ſtudia incẽditur, quæ patria cõſuetudine laudãtur, muſices laus in oĩ Græcia, q̃ maxima habebatur. Nec quiſquam ſatis egregius, ſatiſq; eruditus videri poterat, q̃ eiuſmodi diſciplinæ expers eẽt, quocirca eã in ſenectute didicit, ut dixi. quam quidẽ ipſe Socrates apud Platonem tanti facit, vt ad eius numerũ pleraq; ĩ republica cõſtituit, & mutationẽ quoq; harmoniæ, ſeu muſices deterrimã, piculoſamq; reipublicæ arbitretur. hæc ẽt, & plura recitat idẽ Patritius lib. 2. ti. 2. & Cælius lib. antiquarũ lectionũ 5. ca. 20. in prin. ubi ẽt recitat: ꝙ Lycurgus quãuis duriſſimas Lacedemonijs ſuis leges iniũgeret, muſices tñ ſtudiũ egregiè vr̃ amplexatus, qñ ipſam hac natura parens impertiuiſſe animaduertitur, quo tranſmitti laborũ onus moleſtiſſimum procliuius poſſet. Remigem, vt Fabius inquit, cantus hortatur, & ſingulorum fatigatio quãlibet ſe rudi modulatione ſolatur.

Muſica antiquitꝰ ſacrificiis ac funerib. adhibebat. curas. n. abigit clemẽtiã ſuadet, & ad mulcẽdos affectus plurimũ ualet, &, vt inquit eleganter apud Philoſtratũ Canius tibicen. Muſica mœrentibus adimit mœrorẽ, hilares efficit hilariores, amatorẽ calidiorẽ, religioſũ ad deos laudandos paratiorẽ, eadẽq; uariis morib. accõmodata animos auditorũ quocũq; uult ſenſim trahit, ut ait Beroal. in dicta epiſtola. Magnus eq̃dẽ iuxta Citharedũ Theophilũ, ſtabiliſq; theſaurus muſica ẽ: mores. n. ĩſtituit, cõponitq;, atq; mollit irarũ ardores, q̃d vr̃ Homericꝰ abũd Achilles ẽnotat.

Pythagoras, & q̃ deinceps ſtudia cõſectati ſunt ea dẽ, mundũ ipſum nõ citra muſices rõnes cõcinnatũ cõpoſitumq; argumentorũ ſubtilitate uiſi ſunt. Quũ & artiũ veluti præſtãtiſſima diuinis ſe inſeruit rebus. & q̃d teſtatur Ptolemæus, numinibus placandis adhibetur. Plato ẽt gentibus cõtributã putat muſicam, præclarius quoddam, ꝓſtantiuſq; opus. Nam cum ſit cõcinnitatis inter frequentamenta uaria præcipue artifex muſica, nõ iõ à dijs data, vt ad delitia conuertamus, & auriũ pruritũ: ſed vt q̃d animæ cõſonãtiã turbat, & harmoniã huiuſce uoluptatis delinimento ſedari, ac ad ordinẽ redigi ualeat, vt ait Cælius ubi ſ.

Pythagoricis ẽt moris fuit animos ad lyram excitare, vel lenire, neq; ſolũ pturbationib. animorũ, ſed ẽt corporis morbis medet muſica modulatio. Cũ ad febrẽ quoq; ac uulnera cantiones quotidie adhibeãtur. Nam legitur ꝙ à Peone, & nonnullis aliis medicis ægroti penè diſperatæ ſalutis muſicæ oblectamẽtis curati fuerunt.

Quapropter laudatus eſt Zenocrates, qui organicis modulis lymphaticos liberabat.

Et Aſclepiades, q̃ tubarũ cãtu ſurdiſſimis medebat. Theophraſtus quoq; ad affectiones animi moderandas tibias adhibuiſſe fertur. Quin etiam traditũ eſt Thaletem Cretenſem cytharæ ſuauitate morbos ac peſtilentiam fugauiſſe.

Iſmeniã illũ tibicinẽ celeberrimũ Boetius cõplures Iſchiaco, ſeu Sciathico morbo diuexatos modulis ſuauiorib. perſanaſſe tradunt. Et in teſtõ ueteri ſcriptum eſt, quemadmodum Dauide citharizãte Saul refocillabatur à furore dementiæ, quo identidem corripiebatur, vt habetur 1. Regum 16. in fin.

Quid, nõne bella muſicis modulationib. accẽdunturꝰ q̃d aliud ĩ Romãis legionib. litui, tubæ, cornuaque moliebantꝰ quorũ cõcẽtus, equos, militeſq; pariter acuebat, aiabat. Lycurgus etenim tibias ĩ re militari cõſtituit, quib. ꝓgreſſui, receſſuiq; caneret, & animos militũ adeo incitarẽt, vt ignauiſſimi ẽt cõcẽtũ cõcitati, fortiſſimi aliqñ euaſerint, patriæq; victoriam pepererint, uelut in bello cõtra Meſſenios, in quo iã ſuccũbebãt in acie. Lacedæmonij. q̃d aĩaduertẽs Tyrtheus Tibicen egregius, mutatis tibiæ modulis, adeo militũ animos ĩ pugnã cõcitauit, acrioreſq; reddidit, vt Meſſenios iã penè uictores Lacedæmonij ſubiecerint. Cretẽſes ẽt impetũ in hoſtes facturi lyræ ſeu citharæ modulis incitabant. Argiui aũt tibiæ, ſicut latini tubarũ clãgore, & Galli olim cornuũ ſtrepitu, nũc vero tibijs ex ære fabrefactis, & ſonoroſis. & de multis tibiarum ſpeciebus ſcribit Cælius, lib. antiquarũ lectionũ 5. c. 26. Sed ad rẽ redeo. Nonne Amazones ad calamos arma tractabãtꝰ Nõne Halyattes Lydorum

rum rex (vt author est Herodotus) ĩ exercitu habuit, concinantes fistulatores, atq; fidicinas?

Timothæ⁹ quoq; musicus; ut testis est Dioprusensis, celebrat, ꝙ Alex. magnũ nihil tale p id tp̃s cogitãtẽ musici cãtus modulatione ad arma corripienda ĩflãmaret: idẽ inflãmatũ mutato cõcẽtu cohiberet. Is n. decimã, & undecimã lyræ chordã addidit, & antiquã musicã in meliorẽ modũ mutauit: & huius Timothæi meminit Cicero li. 2. de legib. Profuit ergo Lacedæmonijs musica, ꝓfuit Alexan. & multis. Et q̃tũ utilis sit musica, incidat nobis Ariõ Methymne⁹ citharedus, & poeta Lyricus, dũ Lesbõ patriã peteret videretq; ĩsidias & cõiurationẽ parari sibi à socijs, vł nautis, q̃buscũ nauigabat, pp opes quas ferebat se cũ rapta cithara nõnihil pri⁹ modulans, in mare se coniecit. Cui⁹ cãtu illect⁹ Delphin dorso exceptũ portauit ad litus, hoc est in Laconiã, anteq̃ nautæ illuc applicuissent: in cuius rei monumentum erecta est illi statua cum græco epygrammate, quod Raphael Volaterranus latinum fecit hoc modo.

Cernis amatorem, qui rexit Ariona Delphin.
A Siculo subiens pondera grata mari.

Ouid. li. 2. Fastorũ de eo abũde meminit his uerbis.

Quod mare non nouit, quæ nescit Ariona tellus.
Carmine currentes ille tenebat aquas.
Sæpe sequens agnam lupus est à voce retentus,
Sepè auidum fugiens restitit agna lupum.
Sæpè canes, leporesq; vnà iacuere sub vmbra.
Et stetit in saxo proxima cerua Leæ.
Et sine lite loquax cum Palladis alite coruus
Sedit, & accipitri iuncta columba fuit,
Cynthia sæpe tuis fertur vocalis Arion,
Tanquam fraternis obstupuisse modis.
Nomen Arionium siculas impleuerat vrbes,
Atq; ita quæsitas fortè ferebat opes.
Forsitan infelix ventos vndasq; timebas,
At ibi naue tua tutius æquor erat.
Namq; gubernator districto constitit ense,
Cæteraq; armata conscia turba manu.
Quid tibi cum gladio? nubiam rege nauita puppim.
Non sunt hæc digitis arma tenenda tuis.
Ille metu pauidus, mortem non deprecor, inquit,
Sed liceat sumpta pauca referre lyra. Et subiungit.
Protinus in medias ornatus desilit vndas,
Spargitur impulsa cęrula puppis aqua.
Inde (fide maius) tergo delfina recuruo,
Se memorant oneri supposuisse nouo.
Ille sedet, citharamq; tenet preciumq; uehendi
Cantat, & æquoreas carmine mulcet aquas.

De hoc etiam satis loquuntur Herodotus in Clio, & post eũ Aul. Gellius in suis cõmẽtarijs noctiũ Atticarum. lib. 16. c. ult. ubi fabulam esse asserit. Et ab Arione lyra uocatur Arionio. Idem lib. 3. de arte.

Quamuis mutus erat, uoci fauisse putatur,
Piscis Arionæ fabula nota lyræ.

Quid pacis munia, nonne apud antiquos musicis cãtib. lætis celebrata fuerit? qđ & adhuc his temporib. obseruantissime fit apud nos, dum nunciãtur publicæ lætitiæ, & foci festiui, ob qđ ꝓsperi, vel pacẽ cõpositam, aut partam victoriam, natiuitatemque Dalphini, seu primogeniti regis, & huiusmodi.

Ceterum huius magna uis ad animos in quemcũque affectum commouendos. Pythagoram. n. accepimus concitatos iuuenes ad vim pudicæ domui afferẽdã mutatis in spõdæũ tibiæ modulis, compressisse;

Eius quoq; discipulus Empedocles Agrigentinus furibundum adolescẽtẽ (qui eius hospitem damnati patris accusatorem gladio adoriretur) canru reuocauit, & placatum, mansuetumque reddidit.

Et Caius Gracchus fere populũ Roma. in uolũtatẽ suã pellexit, cũ cõcionanti sibi seruus assisteret, q fistulæ modulis affectus orationis lõgè p̃cellẽtes redderet. Etenim plures Græcorũ ciuitates: vt Martian⁹ affirmat ad lyrã leges, decretaq; publica recitabant; Quid multa? musices disciplina, nõ solũ homines, uerũ ẽt bruta animalia demulcet. Cerui fistularum cãtu capiunt, Delphines, vt añ patet, musica arte mulcent, Aues fistulis alliciunt, Architectus quoq; citra Musicẽ p̃fectus nõ erit, q̃ in primis efficax ẽ, ut inq̃t Vitruuius ad balistarũ catapultarũ scorpionũ tẽperaturas. Hidraulicas quoq; machinas efficere nemo poterit sine musices rõcinationib. Cũ ergo inter homines reliquaq; animãtia musicæ tanta sit dominatio; eiusq; dulcedine capiat oẽ qđ uiuit, celeberrimi scriptores extiterunt, q̃ ad lyrã carmina cõponerent, & Rythmis musicis numerosisq; modulationibus sua scripta cõtexerent. Qđ non solũ à Græcis Latinisq;, verũ ẽt ab Hebræis factũ est. Tanta quippe est suauitas, tãtaque uoluptas in musica modulatione. Quid; n. psalterio Dauidico modulatius? Quid canorũ magis?. qđ in morẽ Pindari, Horatiiq; decurrit? Quid Deutero. & Esaiæ cãtico pulchrius? Quid Salomone pulchrius? Quid p̃fectius Iob? q̃ oĩa exametris, & pẽthametris versib. ut eruditi testant, & hic añ, in 45. consideratione dictum est, apud hebræos composita circa salebrosam asperitatem progrediuntur.

Qui aũt inuentores fuerũt huius sciæ, & multorũ instrorũ musicorũ, & qũo scribit. Textor in sua officina. c. citarędi, tibicines, cãtores, & musici, & F. Patritius in d. lib. 2. de instõne reipub. tit. 2. & ibi Textor, dixit, ꝙ poetæ faciunt Orphæum principem musicę lyræ, Dorceus uero cantu citharę apud Thraces scdã post Orphęũ meruit palmam. Marcianus tñ Capella ait. nã Orphæus, Amphion, Arionq; doctissimi aurata oẽs testudine cõsonantes flexanimum pariter reddidere cõcentũ. & de his tribus Citharœdis omnium præstantissimus meminit Pacificus sic.

Orphæus Euridicem cithara reuocauit ab orco,
Eq; suis mouit saxa nemusq; iugis.
Pisce fuit pelagus per longum vectus Arion.
Hæc etiam Amphion mœnia struxit ope.

Anaxenori citharædo M. Ant. tributa quatuor ciuitatum legenda concessit, propter eius artis peritiam.

Eunomius Citharœdus Locrẽsis statuam, q̃ insidentem citharæ cicadam habebat. Nã cum in certamine, qđ cum Aristone regio musico de cantu suscepera, chorda una fracta defecisset, cicada supuolans vocẽ fertur suppleuisse. Et de plerisq; alijs: vide ibi per Textorem, q enumerat 77. & apud priscos tanta fuit copia ac tantus numerus, vt Cicero neget, si sibi duplice-

duplicetur ætas se habiturū tẽpus, quo lyricos poetas oẽs plegat, quorū (teste Beroal. in epist. i prin. huius consid. allegata) apud Græcos lõgè Pindarus princeps extitit, apud Latinos Horatius, qui, vt ait Quintilianus, ferè solus lyricorū poetarū legi dignus est.

Sed, vt semel finiam, de laude illius et satis cõstat ex dictis Isidori. in 3. lib. Etymol. c. 14. vbi dixit tã turpe esse musicã nescire, q̃ literas, vt refert Lud. Viual. in suo ope regali. in trac. de persec. eccl. in 10. persec. eccle. vbi etiam de inuentoribus eiusdem scribit. Et ait Christũ fuisse summũ musicum, & qđ plus est, ꝙ ferè totum corpus sacræ scripturæ non solũ uersatur circa musicã, sed etiã vniuersos ad cantandũ in musicis hortat. Vnde Dauid, qui teste Hieronymo Christũ Lyra personat, & in decachordo psalterio ab inferis excitat resurgẽtẽ, ĩ Psal. 32. ait. Cõfitemini dño in cithara, in psalterio decẽ chordarum psallite illi. Cantate ei canticum nouum: bene psallite ei in vociferatione. & Psal. 42. Cõfitebor tibi ĩ cithara Deus Deꝰ meus, quare tristis es aĩa mea, & quare cõturbas me? Et adhuc nos hortat sacra scriptura laudare dominũ in musica, cùm dicat Psal. 98. Psallite dño ĩ cithara, & voce psalmi, in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ, & Psal. 150. Laudate eũ in sono tubæ: laudate eũ in psalterio, & cithara. Laudate eũ in tympano, & choro: laudate eũ in chordis & organo. & laudate eũ in cymbalis bene sonãtibus: laudate eum in cymbalis iubilationis, omnis spiritus laudet dñm. Et ideo dr Eccl. 40. Vinũ & musica lætificant cor. & sup vtraq; dilectio sapiẽtiæ. Quocirca tã exẽplo, q̃ rõne satis cõstat musicã in ciuitate admittẽdã, & ciuili viro vtilẽ eẽ verũ necessariã, & nõ modo aĩum oblectare, verũ ĩgeniũ fouere, & prõptiores alacrioresq; viros reddere, nõ solũ ad rẽ militarẽ, verũ ad summa quæq; negocia obeũda, diuinaq; psoluẽda, & venerãda. idcirco in eius cõmendatione fuimus prolixiores.

Qvinquagesima secũda, & postrema consideratio iamiã ad aliã artis, seu sciẽtiæ mathematicæ partem deuenire nos admonet, quæ Astronomia, vel Astrologia vocatur, quæ tñ inter se discrepant, cum Astronomia cœli conuersionẽ, ortus, obitus, motusque siderum continet, vel qua ex causa, ita vocẽtur.

Astrologia verò partim naturalis, partim superstitiosa esse creditur.

Naturalis dum exequitur solis, & lunæ cursus, vel stellarum, certasq; temporum stationes.

Superstitiosa verò est illa quã mathematici sequũtur, q ĩ illis augurant, quiq; et duodecim cœli signa p singula aĩe, vel corporis membra disponant: sydereoq; cursu natiuitates hominum, & mores prædicare conantur. vt dicit Isido. 3. Aetymologiarum. c. 26.

In primis anteq̃ vlterius ꝑgressum faciã, qm̃ intẽtio huius opis solũ ad laudẽ ꝑtendit, licèt multa in reprobationẽ huius artis dici valeant, de quibus supersedeo, vos remittẽdo ad illos, q de hmõi reprobatione scripserunt, videlicet ad principalẽ inter alios post doctores ecclesię, Picum Mirandulam in suis disputationibus cõtra Astrologos: dicit tñ Lud. Viual. in suo ope regali de persec. ecclesiæ Dei. ĩ 10. persec. ꝙ theologus tenetur scire Astrologiã, eo quia ĩ sacra scriptura multis varijsq; modis de cœlis, de cursu solis, lunæ, & astrorum tractatur: ideo conuenit vt theologus discat ipsam Astrologiam, de qua hic intendo tantum dicere prout est permissa. & secundũ quod Ecclesiastici, & theologi doctores illam approbauerunt, decisionibus eorum me submittendo: & cum protestatione, quòd nullo modo intendo deuiare à decisionibus doctorum ecclesiæ.

Astrologiã ideo dico esse laudandã, & maximè extollendã, cũ si vera sit & talis, vt à nonnullis et ecclesiasticis existimat, est multũ necessaria, & vtilis reipublicæ, & sub ꝓtestationibus pdictis, videt corroborari posse multis rationibus, autoritatibus, & exẽplis:

Primò rõnibus sequẽtibus, qm̃ vna est vox Theologorũ & Philosophorũ, mundũ inferiorẽ à deo per cœlũ gubernari: vnde corpora inferiora à superioribus regunt: hoc Aristotelis vulgatissima illa snia docet, necessario mũdũ hũc inferiorẽ superioribus motibus esse cõtiguũ, vt eius oĩs virtus inde gubernetur. Sic Aurelius quoq; dixit Aug. p corpora subtiliora, grossiora hęc regi atq; moueri. q̃s igit (inquiũt Philosophi, & Theologi) dubitauerit mutationes quascũque rerũ terrenarũ à motibꝰ fieri corporũ superiorũ?

Secunda rõ erit experientia quæ hoc demonstrat, cũ variatis anni tpibus ex accessu solis ad nos atque recessu: vnde viuẽtiũ quoque habitus & cõditio variat, dũ tẽperat aura cœlũ, dũ variat fruges, redditq; rapitq;. Sed & in diurna reuolutione sol aeris qualitate immutat plus minꝰ, tũ meridie, mane, vespere, calefaciẽs, exsiccãs, humori, frigoriq; derelinquens.

Luna quãtas hẽat vires in omnia corpora psertim fluxiora quis ignorat? Aestus hæc Oceani faciens, ascendens, atque descendens: pontũ mouet, & terris immittit, & affert: sed & submersa fretis cõcharũ, & carcere clausa, Ad lunæ motũ variant aĩalia corpus. Crisimi seu critici vel decretorij dies à medicis obseruari. Lunę solisq; motus sequũtur, luna plena nascẽte, diurnas plepẽ cieri tẽpestates, & ĩ corporibus agitari videmus humores. hinc pastoribꝰ, nauticis, agricultoribus obseruationes multæ, de lunæ motibus acceptæ, multipliciq; experiẽtia multis retrò seculis cõprobatę. Cur igitur si luminariũ manifestiores impressiones, & in pmutãdis inferioribus autoritatem psentimus cessare aliquas stellas, & inefficaces eẽ credimus? nec eorũ vires ad nos, quanquã occultiores peruenire: quibus subdita illis corpora varijs modis afficiantur. Quarũ gnari atq; prudẽtes, secretiora q̃dam de futuris euẽtis possint præcognoscere, quàm quæ medici, pastores, agricolæ, nautici prædiuinant.

Tertia rõ etiã sumitur ex dictis Pici Mirandulę in suis disputationibꝰ cõtra Astrologos li. 3. c. 2. vbi ait post pcedentia. Præterea nemo negabit aeris habitũ tẽpestatesq;, de siderũ statu, positu raq; variari: cũ & calor, & frigus, & siccitas, & humiditas, & quæcunq; in sublimi fiũt ipressiones à cœlestibus motibꝰ, & influxibꝰ generẽtur. Quod si terræ visceribꝰ inclusi sicciores halitus terrã mouent, si causationes in aere ex quatuor illarũ qualitatũ, vel exuberãtia, vel defectu: si caritatẽ annonæ vel humiditas nimia facit, vel siccitas, cũ aut fructꝰ legũtur, aut ferũtur inuicẽ fertilitatem

tatē ſtat⁹ aeris modic⁹ opportun⁹. Quis negabit à ſtellis nō modo tēpeſtatū mutationes, & terræmot⁹, ſed peſtilentias quoq;, & morborū varia genera ī hoīb⁹, in pecoribus, ſalubritatē regionū, & fertilitatē, ſterilitatemq; ꝑuenire? Tum ſi cōſtamus nos quoq; ex iiſdē qualitatibus, & corporis tēperatura, mores, ingeniaq; variant̃, integra tñ libertate, ſeu libero arbitrio, cur nō fieri pōt: vt ꝓpenſiones in nobis ad irā, māſuetudinē: ad effectus, alios bonos, & malos, à ſyderibus fiāt bilē, ſanguinē, pituitā, atram bilē, vel ſuſcitātibus, velfrænātibus, ꝙ humores affectus illi plerunq; comitātur? Cur nō pariter ſiccę calidæq; cęlorū impreſſiones bilē exacuātes ī nobis ad litē, iurgia, cōtumelias, inimicitias excitare pñt? Vñ bella, cędes, uaſtationes, vñ īperia regnaq; mutant̃. Poſt hæc ita colligit Ptolomæus. Si faciunt ſtellæ diuerſitatē corporis, & animi, deriuat̃ hæc deinceps ad ea, q̄ ſunt q̄dē extrinſeca, ſed hñt cū illis affinitatē qualē cū corpore vxor, facultates, cū aīo dignitas, & honores: hęc eſt p̄cipua rō Ptolomæi, nec oīum effectricē ſyderū vim ꝓbat, alter vllo loco, q̄ ex efficientia primarum qualitatū, quas ꝓducendo, cætera quoq; ꝓducāt cōſequēter: quare nec alias affert cauſas, q̄ hęc q̄dem Saturnus, hæc Iupiter, illa verò Mars oper̃, q̄ ꝙ Iupiter ſit planeta calidus, & humidus. Saturnus ſiccus, & frigidus, Mars ſiccus magis, & feruid⁹: hoc de ſtellis erraticis, hoc de nō erraticis pariter ſentit, ex natura primarū qualitatū erraticas, ex erraticarū natura iudicās non erraticas: verū.n. vero poſſent alij, relictis primis qualitatibus ad occultas vires eminentioresq; confugere, quas ineſſe cęleſtibus plurimas, & efficaciſſimas ambigi non conueniat.

Quarta rō aſſignata ab eodē Pico, Si quid ī terrenis quaſcūq; ſingulares, & excellētes dotes ditemur, eas cęli ſolemus munera exiſtimar̃, q̄ nō elemētares: de q̄b. illa corpa coaleſcūt qualitates, ſed īfuſam illis potius virtutē cęlitus cōſequant̃. Quāto igit̃ magis nō carebūt hmōi viribus, & ꝓprietatib. nobiliſſima illa corpa luce tā clara, mole tā vaſta, agitatione tā rapida, aut quonā pacto ſi cū motu lumine trāſmittūt̃ ad terrā, non erunt mirabiliū apud nos effectrices.

Quinta rō, vt ait Picus, cū curſus humanarū rerū, de q̄bus Aſtrologorū potiſſime diuinatio, cęli fatiq; ptātem vel nolētibus vndiq; pſuadere vr̃: in quo varietas ipſa familiaris, & frequētiſſima: tum multa ſuprà vires nr̃æ mortalitatis fieri videmus, multa p̄ter rōnem, & meritum, plurima præter ordinē, & inſtitutū conditionis humanæ, q̄ cauſas alibi, q̄ in cęlo nullas hr̃e poſſe uidētur: hic habilis ad philoſophiā, ille naſcitur ad poeticā, alius literas aſpernat̃: vel ciuile negociū, vel arma libētius feliciuſq; pertractat: vñ iſta varietas ingeniorū? Eſt q̄ diuitias nihil faciat eſt q̄ aīam lucro vēdat: hic ſobrius, ille nequā: hic audax, ille meticuloſus: vnde tanta ī moribus diſſimilitudo? Alexāder orientē tā cito vicit q̄ vidit. vñ impetus tātę felicitatis? Quæ vis Ariſtoteli p̄ceptori illi⁹? Quæ Platoni prius, Pythagoræ, Socrati cæteris naturæ ſecreta reſerauit? Hæc rō maior, q̄ ut terra pullulaſſe credat̃. Illa rurſus aſtrorū fortuitis curſibus, q̄s nō aſcribat? hoīem innocentē condemnari, nocentē præmijs affici, induſtriamq; plurimorum, ſolertiā, ingeniū, doctrinā mēdicare: aliorū ignauiā nequitiāq; locupletari. Pyratā cędibus cruētatū inter mille pericula maris, & terræ, tādē domi inter ſuos, & ſenectute vita fungi: hoīem mitiſſimū, & paratiſſimū, uel à nolentibus imprudenter gladijs obtruncari? tū portēta ingeniorū quædā, & monſtra, uel fętidis gaudentiū: uel, ut ſemel dicatur, à legibus exorbitantium humanitatis: nonne illam ſibi uim quandā, neceſſitatēque fatalis potentiæ teſtari vñr? ut infra amplius dicet̃ in finali par. in 16. cōſid. ubi de excellētia climatū: pp influētias maiores in uno climate q̄ in alio dicetur, & has quinque rōnes ſcribit Picus in ſuo loco ſuprà allegato: ad quas tandē rñdet impugnādo eiſdem, & de quibuſdam rationibus ſuprà deſcriptis uide in margarita philoſophica. lib. 7. tract. 2. c. 8.

Et ſic uideretur inferēdū, ꝙ Aſtrologia ad hoc ualet potiſſimū, ut ſciamus quibus auſpicijs, quibus p̄ſidijs dextro ne an amico Hercule, demū res noſtras ſic frugi, & optimè īſtituamus: ne īpingam⁹ ueluti de cura cuticulæ, de bellis, & acieb. inſtituēdis, & de itinerib. copijs, ſeruorū, ul' amicorū fortuna. Quæq; ſua tēpora, & obſeruationes hñt. Herculi ꝓpterea, feliciter nō ceſſiſſe ſuos labores aiunt, quod nō ī tpe bono natus ſit: & hoc poetæ probant, ut ĩ patet.

Et ꝙ Aſtrologia utilis ſit in republica, autoritatibus comprobari poteſt, poetarū dicta in primis ad hoc adducendo. Vnde Virgilius inquit.

Ipſa dies alios alio dedit nomine lunæ,
Felices operum quintam fuge.
Septima poſt decimam, & ponere vites,
Et præhenſos dominare boues, & licia telæ *Addere;*
Nona fugæ melior contraria furtis.

Omnium verò elegātiſſimè Heſiodus in libro, cuius titulus, opera & dies.

Ab Ioue nate omnis.
Prima dies ſacra eſt, & quarta, & ſeptima.
Prima natus Apollo radiantia lumina fudit.
Luce demum quarta felix ducenda ſit vxor:
Omine captato ſunt omnia proſpera rebus,
Et licèt incuruam trabibus componere nauim.
Et quintas fuge, namq; illarum pallidus orcus,
Tum diræ eumenidum facies toto orbe vagantes
Caſtigant, ſi qua in terra periuria falſum affirmant.
Sexta dies triſtem oſtendit mulieribus ortum,
Læta viris, multiq; etiam naſcuntur in illa.
Hac ouibus fœtum licitum caſtrare, vel hædos:
Scindimus octauo forti genitalia tauro,
Caſtramuſq; ſues, felix eſt ponere plantas.
Nona viros gignit, vel amica ſorte puellas,
Luce viris decima fauſtos quoq; credimus ortus.
Vna poſt decimam felix incidere vites,
Et tempeſtiuam ſegeti ſupponere falcem.
Tertia poſt decimam plantaribus optima ſurgit,
Spargere ſemen humi.
Quarta poſt decimam mulieribus proſpera natu,

Et rurſus de natura planetarum. Virgilius.

Atque hæc, vt certis poſſimus diſcere ſignis,
Aeſtuſq;, pluuiaſq;, & agentes frigora ventos:
Ipſe pater ſtatuit quid menſtrua luna moueret.

Sol

Sol quoq; & exoriens, & cùm se condit in vndas
Signa dabit, solem certissima signa sequentur.
Solem quis dicere falsum
Audeat? ille etiam cæcos instare tumultus.
Sæpe monet fraudemq;, & operta tumescere bella,
Felix qui potuit rerum cognoscere causas,
Atq; metus omnes, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus.

Nã ēt, vt inquit F. Patritius lib. 2. de institutione reipublicæ titu. 2. Astrologia vtilis est in omni republica, pp agriculturã (q̃ magnã rõnē ab eo accipit) siderib. suis vertẽdã eē terrã docet Maro in Georgicis, vt s̃ patet. & Hesiodus arandi, serendiq; tempora, syderum ratione significat, cum ait.

Pleiados est subigenda seges athlantidos ortu,
Hæc autem sese stella condente serendum est.

Columella uero singulos quosque dies astronomica rõne obseruari p̃cepit, tũ pp rei rusticæ vtilitatē, tũ pp picula q̃ plurima, q̃ moniti à pitis ei⁹ disciplinæ, cauere possum⁹: vt ĩ dicet, vbi de exẽplis fit mentio.

Et, vt dicit Ptolemæus, Astrologiæ maximus indagator, in suo Cētiloquio. Ex cõstellationib. & planetarũ influuẽtijs, ea q̃ in mũdo accidũt, causant. Iõ videret, ꝙ nihil melius aut potẽtius hr̃e valeat hõ, q̃ sub bonæ influentiæ planeta nasci. Fato enim oĩa fiunt, inquit Tullius lib. j. de Diuinatione. circa fin. Vnde Lucanus lib. 6.

Præceps agit omnia fatum.
Nec medij dirimunt morbi vitamq; necemq;

Et Seneca in lib. Traged. ait.

Quicquid patimur mortales, quicquid facimus, uenit ex alto. Et iterum.

Regitur fatis mortale genus.

Et Plinius libro. 1. naturalis historiæ. Singulis sidera tributa sunt nobis? clara diuitib. minora pauperib⁹, obscura defectis, & ꝓ sorte cuiusq; lucentia ad munera mortalibus. Et Quintilianus li. Declamationũ.

Fato uiuimus, languemus, morimur, medicina q̃d præstas, nisi vt iuxta te nemo disperet? Et de potentia Fati Ouid. 3. de Tristibus.

Ratio fatum vincere nulla valet.

Et Iuuenalis lib. 3. Satyra 1.

Distat enim quæ sidera te excipiant modo primos
Incipientem
Edere vagitus, & adhuc à matre rubentem.
Ventidius quid enim, quid Tullius, an ne aliud, quàm
Sidus, & oculti miranda potentia fati?
Seruis regna dabunt, captiuis fata triumphos.

Vt inq̃t Bernar. de Bustis in 2. par. sui rosarij. ser. 31. sub litera N. Et iterum Iuuen. lib. vlt.

Plus etenim fati valet hora benigni,
Quàm si nos veneris commendet epistola Marti.

Et Boetius de consolatione.

Mutare fata non possumus,
Stant dura inexorabilia.

Et Damascenus lib. 2. ait. Corpora cęlestia cõstituũt nobis habitus, cõplexiones, & dispõnes. & Ptolomę⁹ Astronomus li. 3. quadripartiti. dixit. Sed interficiẽdi, & sanãdi vim habet. & ibidē ait. Corpora cęlestia cogũt hominem peccare, & bene facere. Et, vt dixit Q. Curti⁹ lib. 5. Eludãt videlicet, q̃b. forte ac temere humana negotia volui, agiq; psuasum est. equidem æterna cõstitutione crediderim, nexuq; cãrũ latẽtiũ, & multo añ destinatarũ suũ queq, ordinē immutabili lege pcurrere. & Aug. de ciuitate Dei. c. 5. dixit, fatũ eē ordinē quẽdã, & dispõnē secũdarũ cãrum ad effc̃t⁹ ꝓducẽdos in his corruptibilib. & gñabilib⁹, pter Dei, & hoĩũ volũtates. pp quod dictũ ēt vñr tenere aliqui, ꝙ tales dispõnes fatales ex siderib. prouenientes necessitant, qđ nõ est verum, & istud reprobant theologi, vt inferius in vlt. par. in 16. cõsid. dictũ ēt. & hr̃ plenè, & catholicè p Bartholomeũ Sibyllæ ĩ suo Speculo peginarũ quę. ĩ c. 9. primæ decadis, in pluribus q̃stiunculis, ĩ q̃b. declarat q̃d credẽdũ sit de huiusmodi ĩfluẽtijs, & cõstellationib. siderũ, & fato reꝓbando; aut confutando opiniones philosophorũ, & astrologorũ: ēt eas interpretãdo, ꝓut ēt fecit Pic⁹ Mirãdula in loco p̃alle. & Io. Lud. Viual. in suo opere regali, in trac. de psecutionib. ecclesiæ. in 3. persecutione. vbi ponit plures errores istius scientiæ existentes in plurib. & ex quib. ecc̃lia multum grauat, & turbata extitit: & est tam à Lutheranis, q̃ pluribus diuinatorib. & sortilegis, q̃ his tpibus pullulãt: sed cũ hæc sint extra propositum, ad materiam redeo.

Exemplis ēt probatur astrologiã, nõ esse negligendã. Nã, vt refert F. Patritius in loco s̃ alleg. Anaximãder Milesius Lacedæmonijs prædixit, vt ciuitatē, ac tecta custodirent: instare. n. terræ motũ hac disciplina p̃uidit, quod quidem factum est, & magna pars eius vrbis montisq; Taygeti concidit.

Sic Hipocrates veniẽtē ab Illiricis pestilentiã prædixit, discipulosq; circum vrbes Gręciæ dimisit, vt ęgrotantibus adessent. Pro beneficio omnis Græcia honores illi quos Herculi, decreuit.

Pericles Atheniensiũ impator exercitum suũ solis defectione perterritũ, iamiãq; hosti veluti propitiore numine adiuto trophæum consedentem liberauit, reddita ratione id sideris natura fieri, non ira Dei, aut prodigio aliquo accidere.

Qua disciplina nisi caruisset Nicias, nunquã pulcherrimum exercitum in Sicilia amisisset, simili motu confusum, quę plaga Atheniensibus non mediocris extitit, sed principium multorum malorum.

Atqui ne idem accideret exercitui Romano, cui Lucius Paulus imperabat, Sulpitius Gallus multo ante de Lunæ defectione disseruit, ne veluti ꝓdigio diuinitus facto militum animi deficerent.

Cicero de natura deorũ adducit exẽplum duorũ fratrũ, q̃ cũ simul nati essent, ēt simul postea ægrotare cœperunt, & eorum morbus pariformiter cępit ingrauescere, & eodem medicamine sanati sunt. de q̃b⁹ dicit Possidonius Astronomus, ꝙ iõ hęc æqualiter, & vniformiter illis acciderũt, q̃a eãdē cõstitutionem astrorũ in cõceptione, & natiuitate habuerũt.

In hac disciplina plurimũ claruit apud Romanos Publi⁹ Nigidi⁹, q̃ figuli cognomẽtũ habuit, pp eius scientiæ comẽtũ. Nã cum disputaretur, cur Gemini diuersa haberent fata, cũ & geniti & orti ijsdem sideribus essent: & ipse artis suæ parte tueretur, negareturque id fieri propter celerem cœlestium orbium

Nn motum

motum, id hoc pacto ostēdit. Figuli rotam magna vi cōcitauit, & eadē duas atramēti guttas liquauit, & desistente motu, lōgo interuallo extremitatibus rotæ guttæ īuētæ sunt: quō igr, inqt, opinant, cū tā celeri vertigine cœlum rapiatur, posse & gigni, & oriri geminos eodem sidere, cum figuli rota paruo concitata cursu, excussas guttas eodem momento tam diuersis locis ostendat?

Aliud exēplū addo de filio Io. de Lignano tpe Papæ Martini, qui qdē Io. doctissi. iuriscō. ac celeberrimus Astronomus, pͥuidēs ex genitura filiū quendā suū cruci affigendū, volensq; fatali geneseos dispōni succurrere, eū sacris initiari, ac liberalib. disciplinis apprime fecit erudiri: sed nec sic q̄dē euitare potuit vim fati. Nā cū eū patria Bononieñ. ꝓ pace cōponēda ad Martinū pōtificem maximū legatū misisset, & ipse magis ad exitiū, q̄ cōmodū patriā clanculo prodidisset pōtifici, idq; post reditum dñis innotuisset, eū nocte patibulo affixerunt. Quem illucescēte die, cum pater pendentē vidisset, deplorās inquit. heu fili mi, tuū infelicissimū fatū nec humanis literarum adminiculis, nec diuinis ministerijs supare potuisti.

Itē Eschilus Athenieñ. tragicus primus in Sicilia mœnibus vrbis (in qua morabať) egressus, aprico in loco resedit, sup quē Aquila testudinem ferēs elusa splēdore capitis (quod erat capillis vacuū) eādē pinde ac lapidi illisit, vt fractæ testudinis (Nā ingenium est ei testudines raptas frāgere e sublimi iaciēdo) carne vesceretur, quo ictu mortuus est. Sed illa sors (vt ait Pli. lib. naturalis histo. 10. c. 3.) interemit illum poetam Eschilum, prædictam fatis eius diei ruinam secura cęli fide cauentem.

Audiui ēt à plurib. me existente Mediolani (vbi assidebam capitaneo iustitiæ Mediolani) cum semel q̄dam eximius astrologus dixisset duci Mediolani (qui vocabať Galeatius Maria vicecomes, quintus Mediolanensiū dux) se moriturū ex vulnere inferēdo à quodā suo vasallo: interrogatus à duce quā morte ipse Astrologus moriturus esset: q̄ cū eidē dixisset in publico occidi, & interfici dr̄e ex trabe ligni cadente, mox ei dux verba fecit dicēs hodie secus fiet, sciamque quā pͥdicas ex rei euentu nō esse verā apparere faciā, qm̄ morieris ex gladio, & tūc iussit eū decapitādū ab executore iustitiæ ī brolio publicè, & cū interī pararetur locus, cāpanæ solito more in talib. pulsarētur, vt populus interesset, ductus fuit ad palatiū, & traditus executori. & cū hora eū ducēdi ad brolium aduenisset, executor eū ducēs ad dictū locū, exeundo palatiū sub porta magna, q̄ est ante ecclesiā cathedralē (q̄ vulgo le Dome dr̄) tunc cecidit turris seu coopertura dictæ portæ, & pͥdictos astrologū, & executorē iustitiæ vna cū certis aliis Birreriis interfecit: & illo anno dux Mediolani in festo S. Stephani ꝓtomart. & in ecclesia ipsi sancto dicata, Mediolani uniuerso astante populo, omnibusq; aulicis ipsius, ab uno ex suis uasallis, multis uulnerib. turpiter confossus est. qd & uerū est de cęde ipsius ducis, sed de astrologo, & alijs nō uidi nec legi, sed à q̄busdā (vt dixi) accepi, q̄ ita referebāt: sed tūc nō credidi, nec adhuc credo.

Plures astrologos noīat Tex. ī sua officina. i c. astrologi, qui Astrologiā inuenerunt, & in ea scripserunt.

Ad hanc materiam an Astrologia sit prohibita, ēt Legistæ & Canonistæ insudauerūt. Ita q̄ ēt Canonistæ disputauerunt an eam exercentes peccent. Et in hoc varij varia dixerunt, sed non multum circa pͥdicta insistendo nisi quodammodo remissiuè, videreť primò, q̄ non sit prohibita. Cū sit vna ex septem artibus liberalibus, vt supra dictum est. Iō in se nō est mala, vt inquit Io. An. in c. 2. de sortilegijs. Eo ēt, q̄a oīs scientia, à diuinis scripturis sumpsit exordium, vt dicit gl. in c. qui sine saluatore. 26. q. 3. Imò tales scientias exercentes præmiāt iure. l. j. ff. de varij s, & extraord. cog. facit. l. eorum. C. de mathematicis.

Sed quicquid sit, opus est, vt ad veritatē condescēdens, dicam id quod Canonistæ dicunt, quod in desuetudinē abijt: q̄a ex eius occasione homines q̄nq; incidebant in idolatriā, ex eo, q̄ credebant hoīes necessitatos corporibus cęlestibus: quod non est verū, vt dicit Bartholomæus Sibyllæ, in suo speculo peregrinarum quæstionum, sed corpora ista inferiora regūť ex vi superiorum, diuina potentia hoc operante. vt dicit Archidiaconus in c. non licet. 26. q. 5. Vel iō abijt in desuetudinem, quia studentes in ea, dum nimia curiositate essent illi scientiæ intenti, minus vacabant his quæ saluti animarum essent accommodata, vt dicit tex. in c. sors. 26. q. 3. no. Pan. in c. ex tuarum. eatra de sortilegijs.

Et ad id quod dr̄, & quæritur an eam exercentes peccent: dicēdū est, q̄ si velint prædicere ea quæ causantur ex corporibus supercœlestibus, vt ecclypsim lunæ, seu solis, siccitatē, vel abundantiam frumenti, non peccāt, dūmodo nō credant necessitatem inesse quia Deus potest aliter facere, q̄ astra significēt: sed demōstrēt. Ideo dicit gl. in c. nō licet. 26. q. 5. q̄ medici in dando medicinam, & rustici in seminando non peccant inspiciendo cursum lunæ, vel stellarū, dummodo nō credāt necessitatē inesse: q̄a ista corpora supͥ cœlestia sunt signa rerū, & non sunt cāæ. de hoc p Arch. in c. si clericus. 25. q. 5. & p B. Tho. 2. 2. q. 10. art. 10. vbi dicit hoc modo. Aut uolunt Astrologi pͥdicere casus fortuitos hoīum, certitudinaliter hoc asserentes, & peccāt. Quia licet corpora supercœlestia habeant inclinationē, non tñ necessitatē. Et licet homo inclinetur s̄m dispositionē corporis ad aliquod vitiū, tamē per rationē liberi arbitrii pōt aliud facere. Anima. n. non subijcitur istis corporib. supercœlestibus, sed quia pleriq; hoīes sequūtur sensualitatē suā, & appetitus naturales, captiuātes liberum arbitriū, & rōnē ītellectus. Ideo Astrologi q̄nq; dicūt uerū, dicendo, q̄ talis est dispositus ad tale vitiū. Sed si Astrologi dicāt, q̄ astra inclināt ad tale q̄d, & nō imponant necessitatē (quia vir sapiēs dn̄abit astris) non peccant. ita dicit Pan. in d. c. ex tuarum. ex tra de sortilegijs. Et cum his hæc pars decima claudatur.

Decimæ partis Catalogi Gloriæ Mundi, Finis.

VNDECIMA

VNDECIMA CATALOGI GLORIAE MVNDI PARS,

De plebeis, artificibus, seu opificibus: & de laudibus eorum tractat.

SECTA IN QVINQVAGINTA DVABVS CONSIDERATIONIBVS.



NOTATV dignũ venit primo pro inductione huius partis, q̃ reipublicæ p̃sunt, in primis operam suscipiant, vt iuuenes, vel studijs bonarum artium, indulgeãt. Cura.n. disciplinarum p̃cipua oĩbus esse debet in omni libera ciuitate. Plato.n. beatas fieri respublicas, q̃ à sapiẽtibus, & doctis viris regunt, vel si minus, qñ non omnes doctissimi euadere possumus. Mercatura, nautica, aliæve artes ciuili societati vtiles exerceant. Pro se laborare, q̃sq; debet, vt vsui sit sibi, familiæq;, & alijs conciuib⁹. hinc ocij magis, q̃ negotij ratione exigere debent, qui reipublicæ p̃sunt, & optimi ẽt patres familias ab his, q̃bus imperant: qđ quidem & doctissimi veteres cẽsuerunt, & Gymnosophistæ nudi illi sapientes, qui in India degebãt: Nihil magis odio prosequendum arbitrabant q̃ segniciẽ, ac torporẽ animi. Quocirca, antequã epularentur, adolescentes ad mensam deuocabant, ab eisq; rationẽ exigebãt, qđ officij, q̃dve negotij p̃ diem peregissent: & illis solis esculenta apponebant, quorũ industriã cõprobabãt. illos ãt ex cœnaculo expellebãt, qui per ignauiam, & inertiam nihil egissent, & cibum officio, negotiove, vt lucrarentur, imperabant, vt scribit Frãciscus Patritius lib. 1. de institutione reipublicæ, ti. 8. vbi ait exemplum formicarum, & apum omnes seq debere, & quasi in cõi labore, vt oĩa, q̃ necessaria humano vsui suppeditentur. Licet.n. (ut inquit) durior eẽ videretur, & ab humanitate aliena illa lex Draconis, vt ocij damnati capite punirentur, tñ rõne neutiquam caret. Cùm ẽt, vt scribit Diodorus, legẽ fuisse apud Aegyptios, qua singuli cogebãtur noĩa sua apud p̃sides p̃fiteri, & qua arte quove lucro viuerent, ostendere. Et si qui mentirentur, aut iniusto quæstu viuerent, capite dãnabantur. Nec, vt dicit, medius fidius iniuria otiosi, & ignaui iuuenes venenum ciuitatis sunt, q̃ pni ad libidinẽ fiunt, bonis inuident, aliena appetunt, & deniq; seditiosi, & turbulẽti euadunt. adeo vt pessimè cũ illis agat (vt ẽt planè in præfatione huius opis in initio scripsi,) & ĩ ista par. in 29. consid. ideo neq; admittendi ad munera publica sunt, sed ad frugalitatem redigendi: vel si hoc minus fieri potest, mulctandi sunt bonis, vel extorres, &, vt ait Paulus iureconsultus in l. 3. ff. de off. p̃sidis curare debet is, qui prouinciæ præest, malis hominibus prouinciam purgare: quia hoĩes pestilentes dissipant ciuitatem. Prouerbiorum 29. & ociosi, ignaui, & inutiles patriæ suæ magis oneri, quàm honori sunt, teste Valerio. libro de testamentis quæ rescissa sunt. c. 2. & idem lib. 2. tit. de institutis antiquis dicit. apud Athenienses inertes, id est, qui sine arte, seu exercitatione viuebãt, tã quam obnoxij delicto etiam in forum protrahebãt, vt punirentur. eius sunt verba. apud Athenienses inertia ĩ latebris suis lãguore marcens, in forum perinde ac delictum aliquod protrahitur, sitq; ut facinorosæ, ita erubescendæ rea culpæ. & in c. seq. subdit. Areopagitæ (qui officium simile Romanis censoribus gerebant) qđ quisque Atheniensium ageret, aut quo nam quæstu sustentaretur, diligentissime inquirere solebant: vt hoĩes honestæ uitæ rationem memores reddendam esse sequerentur. Vnde in euangelio dr̃. Redde rationem villicationis tuæ, hoc est negotiationis, vt scribitur Lucę 16. Et mirum in modum, & seuerè increpuit aliàs quidam philosophus adolescẽtem Romanum ex equestri familia stantem segnem apud se, & assiduè oscitantẽ: vt scribitur apud Gellium in c. 2. octaui libri, qui tamen hac ætate non reperitur.

Et idẽ Gellius libr. 4. c. ult. refert unum exemplum castigatissimæ disciplinæ, & quid de eius nota deliberatum, q̃ steterat fortè apud censores oscitabundus, dum ait. Altera seueritas eiusdẽ sectæ, & disciplinæ est, deliberatum est de nota eius, qui apud censores ab amico aduocatus est, & in iure stans, clare nimis ac sonore oscitauit. Atque inibi prope, ut plecteretur, fuit: tanquam illud iudicium uagi animi foret, & allucinantis, & flexæ

atq; aptæ securitatis. Sed quũ ille deierasset inuictissimus sese, & repugnanté oscitation e victũ, teneriq; eo vitio, ꝙ oscedo appellat, tũ notæ iá destinatæ exéptus est. & vt ait Gelli. P. Scipio Africanus Pauli filius hãc historiã posuit ĩ orõne, quã dixit in cẽsura, quũ ad maiorũ mores populũ hortaret. Ideo non immerito Textor in sua officina laudat laboriosos quosdam ab eo recitatos, sub verbo laboriosi, vbi ait, ꝙ Cleanthes philosophus inopia mercennarium se fecit, ac noctu quidem in hauriẽdis aquis victũ sibi cõparauit, interdiu liberalibus studijs dedit operam: pinsebat quoq; farinas sæpenumero, vt penuriam illam necessarium plerisq; malum excuteret.

Itẽ pugnabat Plautus ĩ paupertatẽ dies, & noctes, scribebat. n. fabulas suas interdiu, nocte vero opam locabat pistori, & ĩ agẽdis molis (quas trusatiles uocant) qualemcunq; faciebat q̃stũ. Sed q̃ inter alias sit ratio, vt inertes, & ociosi extorres fiãt, est: q̃m sæpenumero fit vt eiecti patria cũ peregrinantur, & à parentum delitijs absunt, egendo discant quærere, & parta nõ modo luxu prodigere, verũ oĩ parcimonia, & continentia cõseruare. Idcirco cũ opifices parãt ea, q̃ vsui nobis sunt, & sine quib. minus commodè viuitur, non modo tolerandi sunt, sed inter honestos ciues cẽsendi, eo ẽt cum vrbes diuersis ornamẽtis illustriores reddunt: vt & ibi narrat Franciscus Patritius, quo mõ aliqui opifices, & artifices vtiles fuerint ciuib⁹ suis, vt de Demetrio duce expugnare, q Rhodum accedẽs ab ea parte muri, ĩ qua notissima illa Prothogenis Sicauni tabula ĩ collocata erat. Cũ iá incendiũ vrbi pararet, certior ab oppidanis factus eius rei, ne p̃clari artificis incendio monimenta deleret, vrbi, & ciuib. pepercit: ut & attestat Aulus Gellius lib. 15. c. vlt. Olimpij Iouis statua diutius Phidiæ nomen seruauit, Capitolini aũt Mẽtoris. Tales opifices ciuitates illæ, q̃ protulerunt: inter suas laudes connumerare possunt. Solonis lex p̃cipue laudatur, quã quidem sanciuit, filium nequaquam parẽti necessaria vitæ subsidia debere, à quo nullam artem suscepisset.

Et nõ solũ opifices, verũ ẽt mercatores in ciuitatib. fouẽdi sunt, & extollẽdi, cũ ciuitates lõgè magis abundãtes reddũt his reb. q̃ magis vsui esse possunt, vt inferius eadẽ par. in 45. cõsid. latius describet. Et ex plurib. cõcludit Patritius, opifices honestioris quæstus qui ciuitatẽ rebus necessarijs augẽt, vel speciẽ vrbis decorãt, neutiq̃ excludẽdos. Sed aliter cũ his agendum, ut cognoscant industriã suã nõ esse pœnitendã. Et si illis locus inter primarios non sit, inter reliquos honestè esse possunt. iustũ namq; esse vr̃, & ad concordiam inter ciues seruandã maximè accommodatũ, si hi sine quibus ciuitas vix esse põt, quiq; participes onerũ sint, honorũ etiã participes aliqua ex parte reddant. Et sic post honestos, & virtuosos primò, secundò vero disciplinarum liberaliũ expertes, tertiò nobilis in suffragijs reddendis habenda est ratio eorum, qui mercatura, artificio, & industria ciuibus prosunt, & vrbem opulentiorem, nitidioremq; reddunt.

Si verò opifices inter ciues connumerãdi, & ad honores assumendi sint, vide Aristotelem. 3. Politic. c. 3.

Inter plebeios reperiuntur quatuor status, secundũ Luc. de Pen. in l. in albo, C. de decurionib. lib. 10. Quidam. n. sunt in primo honore, vt sunt qui in magistratu constituunt, in secundo honore, qui sequentem honorẽ administrauerint, vt post officiales regios, sunt officiales ciuitatis. & post eos tertio dignantur honore, vt sunt decuriones, & alij inferiores, qui præsunt alicui cognitioni. Vltimo, & quarto qui nullo functi sunt honore, vt de singulis infra dicetur.

SEcunda consid. Barth. Cęp. in trac. de re militari, & duello. lib. 7. vbi de nobilitate scribit. in 4. col. dicit, ꝙ triplex est hominum status, s. Maiorũ, & hi sunt, qui ad dignitatẽ à fortuna prouecti sunt, & de his ante in 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. partibus: Mediorũ, & hi sunt nobiles sine alia dignitate, & de his in 8. par. scriptum est: Minorum, & hi sunt ignobiles, seu plebei. Et horum modi sunt nouem, vt vult Iac. Faber in sua introductione in politica Aristotelis.

Primus Agricolarum, qui circa alimenta versatur.
Secundus Opificum, qui versatur circa artes, aut necessarias, aut honestas, aut voluptarias.
Tertius Cauponum, vendentium, ementiumq;, mercatorum, & numulariorum.
Quartus Naualium bellatorum.
Quintus Piscatorum.
Sextus Portitorum.
Septimus Negotiatorum marmorum.
Octauus manu operariorũ paruas facultates habẽtiũ.
Nonus Liberorum non tamen ex vtroq; parente ciue ortum habentiũ. & de singulis suo loco dicendum est, & in hoc opere explicabitur, vt comprehendatur status reipublicæ, in qua multæ sunt species hominũ, & rerũ: de quibus satis scripsi, præter plebeios hic describẽdos, vt tres status hoĩum hic comprehendant, qui sunt, s. eorum qui sunt in dignitate, nobilium, & plebeiorũ, vt dicit Luc. de Pen. in l. j. col. vlt. C. de desertoribus. li. 12. &, vt dicit Guil. Budæus in lege diuus Marcus. ff. de officio præsidis, qui vulgo status dr̃, in iure ordo dicit: &, vt dicit, sunt tres ordines inter quos sunt plebei. & ait Zasius in rep. l. 2. in §. post hunc maxime autoritatis fuerunt. ff. de origine iuris, ꝙ Romæ fuerunt tres ordines, sed inter alios ordo plebeiorum erat infimos.

Aristotelis verò s̃nĩa, & Politicorum primo, esse inter homines quosdam velut natura imperantes, seu principes, & alios velut natura parentes, & seruituti mancipatos, seu rusticiores ferina quadam mente, & nimio plus ab humaniore vsu, ac vrbaniore sequestratos. Quod fit propter conseruationem. Nam qui mente rem prospicere potest, natura imperare uidetur, ac dominari. Qui vero ita corpore affectus est, vt exequi ista possit, nihil ipse fere e xratione despiciens, natura paret, atque seruit. Nihil enim natura facit tale qualem Chalcotypi, idest ærarii fabri Delphicum gladium diuersis accommodum ex inopia: teste Cęlio libro antiq. lectio. 10. cap 8. de quo infra latius ista par. in 8. consid.

TErtia consid. Antoninus Floren. in sua summa, par. 1. titu. 1. c. 3. §. dicit, ꝙ mechanica ars septem habet species. Lanificium, Armaturam, Nauigationem, Agriculturam, Venationem, Medicinam, & Theatricam. Et dicitur mechanica, scientia adulterina, siue non liberalis, secundum glossam. in verbo, mechanicis,

nicis.in auth.de nō alienādis, aut pmutādis reb. ecclesiasticis &c.§.qđ aūt dictū est,coll.2.Et ad hāc artē mechanicā oīum rerū fabrica cōcurrere vr̄,q̄ humanis necessitatib.īueniť grata,cōmoda , & necessaria.ita ēt dicit Luc.de Pē.ī l.2.C.de excu.artifi.li.10.

Lanificiū verò prima est eius species , ad q̄ ptinet oīs opatio uendi,retorquēdi,cōsuēdi,q cq d fit istro, colo,fuso,acu,pectīe,calamistro, girgillo,alabro.In materia lini,lanæ,canapi,& sub eis oēs vsus floccorū filtrorū,sagorū,sagmarum,sportatum &c.

Armatura ponitur ꝓ secūda , q̄ iterū habet duas species Architectonicam,s.& Fabrilem. Architectonica in cementariā,& carpētariā.Cemētarij sunt qui ædificiū ex lapidib.& cemēto faciūt, & construunt. Carpentarii,qui ædificia ex ligno componūt. Fabrilis in malleatoriam,& fusoriā,& hæc fabrilis,& ferraria duabus rebus cōstat,ventis,scilicet, & flamma.

Agriculturā ponit Antoninus ꝓ tertia : ego verò eam primam cōstituo insequēdo modos plebeiorū, à Iacobo Fabro hic in pcedenti conside. designatos. Licet lanificiū fuerit prius,qm̄ anteq̄ Adam laborasset terram , dn̄s Deus fecerat ei, & vxori eius vestes pelliceas quibus induit eos, vt scribit Gen.3. in fine. quod quidem artificium continetur sub arte lanifica.de qua hic ante,& infrà in 41.consid.dicetur.

Agricultura verò quatuor habet species.s. aruum seu agrū,q sationib.deputať. Cōsitū qui nemoribus cōstat,vt sunt vineta,olīueta,pomeriū. Pascuū,q pascuis constat,vt prata.Floridū,vt hortus,& rosaria.

Venatio pro quarta specie ponitur ab eodē. &, vt ait,tres habet species,s.ferinam,aucupium,& piscaturam: quæ quomodo fiant,vide ibi.

Nauigationē scribit post venationē, quæ cōtinet oēm industriam emendi,& vendendi, hæc vniuersa littora adit, pacē, & familiaritatē cū exteris nationibus componit,& priuata bona communicat.

Medicinam deinde ponit Antoninus,sed Luc.de Pē.ponit chirurgiā,& credo quod melius: qa medicina est ars,seu scientia liberalis: vt s̄ in pcedenti parte dictū est,in 24.consi.Medicina verò corporis , vel tuetur,vel restaurat salutē: hæc continet occasiones & operationes,vt latius ī in 48.conside.dicetur.

Septima species est theatrica, q̄ ludos diuersi generis cōtinet, vt in pen.cōsid. huiusce partis uidere poteris.Sed in pcedētia horū plebeiorū nō sequar, nec ordinē Antonini Florentini , nec Iacobi Fabri, nec Zoderici Zamoren.ī suo Speculo humanæ vitæ.

Et aduerte ad vnū quod scribit Budęus in l. vl.ff. si mensor falsum modū dixerit, ꝙ in omni arte, tres hoīes sunt considerandi. Opifex , Architectonicus , & in arte institutus,& eruditus.

QVarta consid.Priusq̄ ad particulares plebeiorū modos,seu mechanicorū species condescendamus,p̄ponere gn̄alia decens est.Primò,in oī statu seu modo masculi præferendi sunt fœminis,& sunt plus honorādi q̄ fœminæ: qa p masculos conseruať agnatio.l.ꝓnūciatio.§.pr̄ ibi: cōi iure.in fi.ff.de verb. & rer.signific.l.j.iuncta gl.ff.de probatio.Et per masculos conseruatur memoria æterna ascēdentium.l. liberorum.in fi.ff.de verb.& rer.significę.facit l. & qa ff.de interrogat.actio.facit ēt tex.in §.item vetustas. in prin.inst.de hær.q̄ ab intest.deferun. & de senatu sconsul.Tertul.in prin.vbi masculi p̄ferunttur fœminis.Et naturalr̄ parētes plus diligūt masculos , quā fœminas. Quinimò matres q b.fortē, & coiter filia dulcior eēt,& magis gratiosa,velut ei similis,in sexu semper concipere, & parere mallent masculū : quia grauius fœminam in vterū gerūt,& pariūt,s̄m philosophū in libro animaliū.Quæ(inquit)fœminam ferunt,fiunt pallidiores,& grauius degūt,& varia auidius appetūt,statimq; fastidiūt,quā q mares: & plꝰ motus magna ex parte mas ī utero infert, q̄ fęmina, & celerius ꝑdit,& sic mr̄em nō tm̄ torquet ī partu. Et ēt masculi sunt longioris vitæ fęmellis, cum callidius animal sit masculus q̄ fęmella,teste Aristotele, lib.de longitu.& breuit.vitæ,& eodem autore in lib. de animalib.in gn̄e humano, pauci gemini seruanť, si alter mas,& alter fęmina sit,q̄ mari nocet in breuitate.vitæ.inde dr̄ Ecclesiastici 36. oēm masculū excipiet mulier, id est gratū accipiet in partu plusquā si mulierem pareret,s̄m Lyram,ibi: Quia fęmina non est homo simplr̄,sed homo occasionatus, secundum philosophum lib.de animalibus. quod denotat impfectionē rōne defectus materiæ, ex quo prouenit, ꝙ fęmina generať,& calor est causa maris, & frigiditas reddit fęmellam,& p membra dextra gn̄antur masculi,& sinistra feminę. Et in vtero matris à dextris sunt masculi,& à sinistris fęminæ , vt scribit Arnal. deVillanoua in suo tract.de coitu.in prin. circa fin. & in i.c.& Cęlius lib.antiquarū lectio.2.c.54.& 55.

Et ex his facilè cognoscimus,& cognoscere debemus nos summo Deo teneri, & obnoxios esse , quòd nos hoīes creauit,& nō mulieres. vnde refert Lactātius lib 3.nō sine cā Platonē de quatuor gratias egisse Deo.Primo ꝙ hō natus esset,& nō animal brutū. Secūdò,ꝙ Gręcus potiusq̄ Barbarus.Tertio,ꝙ Athenis tpe Socratis.Quartò,ꝙ mas potiusq̄ fęmina: qa teste Thoma in j.q.99.art.2.Fęmina est quid occasionatū,& defectuosum, eo ꝙ virtus ꝑductiua q̄ est in semine maris ꝑducere intēdit simile sibi pfectū,s̄m masculinum sexum,sed ꝙ fęmina generet,est pp virtutis actiuæ debilitatē,vel aliquam materiæ indispositionē,aut transmutationē ab extrinseco,puta à ventis australib.qui sunt humidi , s̄m Aristotelem in d. lib.de aīalibus.vbi dicit,ꝙ virtus septtērionalis coadiuuat gn̄ationē masculorum. Australis vero ad gn̄ationē fęminarum.Vnde si Adam nō peccasset in paradiso delitiarū residens , qui est s̄ omnes ventos,de quo in sequenti par.in 4.consid.scripsi,homines tot fœminas,& non plus quàm viros generassent.

Et nobilitas masculi,& excellentia illius vltra fęminā cognoscit,tā ex eo ꝙ creatio humanæ naturæ fuit ꝑducta ī vno indiuiduo solo,& sexu virilitatū: vt hr̄ Gene.1.& 2.vt sic esset primus hō principium oīum indiuiduorū naturæ humanæ, & consequēter totius speciei suo modo: sicut Deus est principium totius vniuersi , vt quoad esset in masculo quædam similitudo hominis ad Deum propter humanæ naturæ dignitatem,iuxta illud Actuum 17.Fecit Deus ex vno,omne genus hominum, id est ex Adam , quem

solū (cum Eua tunc adhuc creata nō esset) posuit in paradisum voluptatis, eisq; soli adduxit oīa q̄ creauerat, q̄b. ipse noīa imposuit, & deinde Euam creauit, vt patet Gene 2. & 1. ad Timoth. 2. dr̄. Adam. n. primus formatus est, deinde Eua. Nec obstat, quod ī primo ca. Gene. dicitur. masculū, & fœminā creauit eos: quia hoc ibi dicitur p̄ anticipationē, vt dicit Nicolaus de Lyra ibi, vt recitat G. Bn̄d. in sua rep. cap. Ray. in verbo, duas habēs filias. nu. 136. de testam. & nu. 137. dicit, q̄ maiorē habet dignitatē sexus virilis q̄ fœmineus, per textū in l. j. ff. de senatorib. vbi sunt verba Vlpiani, q̄ maior dignitas est in sexu virili. & ad corroborationem huius scribit ibi plura exempla G. Bn̄d. in gl. in verbo. si absq; liberis. secundo. de exēplari substitutione. num. 41. allegans Augustinū de ciuitate Dei. lib. 18. & ibi dicit, q̄ dignior est homo quam fœmina, & quod licet ciuitas Athenarū fuerit noīata à nomine mulieris, tn̄ Neptunus iratus, & iniuria motus, q̄a mulieres ex vna obtinuerunt, aquas laxauit p̄ totam regionē, in maximam eius destructionem, & perditionem, pro quo placando fœminæ ea tunc fuerunt triplici pęna afflictæ.

Primò, q̄ nunquam vocem in deliberatione consiliorū haberēt, ex quo ēt obseruarunt Romani, q̄ in legib. condendis soli viri, & nō fęminæ vocarentur, vn̄ Papinia. in l. j. ff. de legib. Lex, inquit est cōe p̄ceptum virorum prudentum, consultum: & hoc quia mulieres sunt fragiles, & earum consilium inualidū. & consilium proprie virorum est, non mulierum. argu. l. quidam decedens. §. Papinianus. ff. de administratio. tutorum.

Secūdò quod nunquā proles nomē matris gestaret. de quo scribitur p̄ eundem G. Bn̄d. in eadem repe. in gl. pro quo tex. expressus. in §. j. in fi. institu. de legitima agnatorum tutela.

Tertiò, q̄ nunq̄ fęmina hoc pulchro nomine Athenæ vocaretur, vt dicit Augustinus vbi suprà.

De pluribus priuilegijs, p̄rogatiuis, & honoribus quibus viri honorantur, & nō mulieres hr̄ in l. fęminæ. ff. de reg. iur. & quia ibi amplissimè p̄ Philippum Decium, vbi est propria officina, & iam aliquid suprà dixi in secunda parte huius opis, nō insisto, & p̄ materia semp recurras ad Deciū, ubi scribit multos casus, in quibus fęminæ sunt deterioris cōditionis, put ēt hr̄ in l. Papiniani, quæ incipit in multis iuris nostri articulis deterior est conditio fęminarum, q̄ masculorū. ff. statu homi. & ibi glo. enumerat 55. & idem Decius multos casus in quibus fęminæ sunt melioris conditionis, & plures in quibus pari passu ambulant, scripsit in d. l. fęminæ.

Adde quæ notat Dominicus in c. statutū. 3. colū. mihi prima in fi. de hæret. in 6. q̄ quo ad honores filij sequuntur lineam paternam, & non maternam, quod facit (vt ait) q̄ filius non debet portare arma familiæ maternæ, sed paternæ.

Aduerte tn̄, q̄ actus deambulationis in altiori loco, & sedendi in mensa denotant prærogatiuam, vt s̄ dixi. in prima par. in 16. 30. & 37. considerationib. Sed mulieribus debetur honor in deambulando, tā vicatim, quàm oppidatim, & etiam in sedendo, & epulando: vt superius in 2. par. in 37. consid. scripsi. Ideo videtur, q̄ fęminæ sunt honorabiliores, saltem in illis actibus.

Vlterius ad ant̄edicta facit, & cōprobatur masculos fęminis esse præferendos pluribus rationibus.

Primo rōne naturali, ex eo, q̄ naturale est illum dn̄ari, & p̄esse q̄ viribus corporis p̄stātior est: qm̄, vt ait Ioseph⁹ apud Egesippū, lib. 5. excidij Ierosolymitani c. 15. & ēt lib. 6. belli Iudaici. c. 12. lex naturæ eadem oībus hominibus, volatilibus, feris, bestiis infusa: vt vnusquisq; cedat potentiori, Taurus Leoni, ceruus Vrso, Leopardo, Caprea, Aq̄læ, Accipiter, Accipitri, Colūba, seu Alauda. Ipsi tauro iuuēci inferiores, Arieti ouium greges, hirco caper, ne diuersi generis videatur aliqua distantia. & refert Plato li. 3. & 4. de legibus, iustum imperium ac s̄m naturam esse, vt potentiora imbecillioribus dominētur. Quod satis approbare vident̄ iura, cum velint uictum captum in bello victoris seruum fieri, ut hr̄ de toto tit. de captiuis, & postli. reuer. ff. & C. & latè per scribentes in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. Quæ iura ēt apud extraneos à Romanis locū habuere ex testimonio Zenophonis. lib. 7. lex est, inquit, inter oēs hoies perpetua q̄n Belligerētiū vrbs capta fuerit, cūcta eorum eē, q̄ ceperūt, & corpora eorū q̄ in vrbe sunt, & pecunias. & illa īni am sequit Arist. lib. 4. Politic. c. 4. quod locū habet veritatis, cū bellū fuerit iustū, vt in c. fulgētium. dist. j. & in c. dicat. 23. q. 5. vbi Amb. in lib. j. de Patriarchis scribit prædam regis Sodomorum vtiq; fuisse in potestate victoris Abrahæ, & hr̄ per scriben. super 4. iniarum. dist. 15. & per Bal in c. j. ver. sed nūquid. de milite vasallo, q contumax est, & dom. meus Ias. in l. j. 3. q. in vtraq; lect. ff. de acq. poss.

Sed constat mares fęminis esse robustiores corpore atq; animi viribus multo præstātiores; qd̄ licet sit clarū, tn̄ sic probatur. Primo, quia vir ita nominatur quia maior in eo vis est q̄ in fęmina; & hinc virtus nomē accepit, vt uoluit Lactātius li. de opificio Dei. c. 12. Mulier verò, vt Varro interpretatur, & repetit ipse Lactantius à mollicie dicta est, immutata, & detracta litera, quasi mollior, vt ēt hr̄ in ca. quod proposuisti. 32. q. 7. licet ibi ad mollicié mētis referatur, ad corpus verò refert Lactantius vbi supra, quod & idē scribit lib. j. diuinarum institutionum. cap. 16. & Plato in lib. 5. de republica, vnde Arist. lib. 9. de natura animaliū. c. 1. & Plinius lib. 9. naturalis historiæ c. 48. scribunt omnes mares in oī specie animalium fortiores esse, atq; animosiores, p̄terquā in Pātheris, & Vrsis: & dixi in seq. par. 78. consid. Auicenna verò li. de animalibus. 9. in prin. in Leopardis, & Lupis. Albertus aūt magnus lib. 8. de animalib. c. 1. in Vrsis & Leopardis excepit. Aristote. ēt l. 4. de generatione animaliū. c. 6. scribit fęminas sua natura debiliores esse q̄ mares, & idē orbicularium qōnum lib. 39. c. 11, dixit, mulierem interfecisse iniquius esse quam virū (quanquam naturæ ratione mas sit præstantior fęmina) q̄a mulier infirmior est, minusq; proinde iniuriā facere potest. Hinc idem lib. 4. de natura animaliū col. ult. & lib. 3. de partibus animaliū. c. j. autor est, & partes quas velut arma natura aīalibus dedit:

vt

vt dētes, cornua, aculeos, calcaria, & cætera huiusmodi, aut marib. tm̄ naturā ipsam cōcessisse, aut certè potiores atq; robustiores quàm fœminæ: qđ & scribit Plinius li. 11. c. 32. & Albertus lib. de animalib. 12. c. vl. ad fi. & li. 18. tract. 2. c. 5. vbi ex hoc arguit mulieres citius crescere, cōpleri, & senescere quàm viros.

Ex hoc effici pōt, si mas, & fœmella eodem casu simul moriātur, seu perierint, de iure p̄sumit vir tanq̄ robustior diutius vixisse, & mulier p̄mori tanq̄ debilior. casus est l. q. duos. §. si maritus. ff. de reb. dubijs. & i l. cū hic status. §. ambo. & ibi gl. in verbo, simul. ff. de dona. inter virū, & vxorē. & in l. si possessor. §. si eo dē, vbi hoc notāt gl. vlt. & Bal. ff. de religiosis, & sumptib. funerū. Felinus ī c. capitulū sanctæ crucis. colū. antepe. extra de rescriptis. Hippolitus de Marsilijs in rep. rub. C. de probatio. co. 93. de quo tñ vide Signorolū de Homodeis, consi. 9. inc. hoc capite quomodo p̄supponit. & cōs. 155. inc. in pcessu facto. col. fi. Facit, qa si gemini puta mascul⁹, & femina nascant̄, & de natiuitatis ordine nō appareat, p̄sumit masculus prior edit⁹. cas⁹ est ī l. si fuerit. §. fi. ff. de rebus dubijs.

Et inter theologos dixit Alexander de Halis ī secūda parte suæ summæ, qōne 78. mēbro. 5. cōuenisse mulierē fieri corpore debiliorē: virum autem validiorē ex quatuor rationibus ibi per eum descriptis.

Illud verò nec admiratione caret ex hoc q̄ q̄ mascula sunt, ea quoq; sunt valentiora, & firmiora. vñ, & masculū pro forti, vehemēti, & magnanimo vsurpauerint antiq., vt scribit Neuius. E cōtrario Hippocrates libro Aphoris. 5. c. 16. carnium effœminationē in sua trāslatione scribit p debilitate: vt sentit, ibi Gale. interpres, qm̄ fœmina masculo sit debilior. Hinc quoq; mulier, vt scribit idē Hippocrates aphoris. 7. c. 44. retulit. & Plinius li. 7. c. ambidextra nō efficit̄: hoc est q̄ ambab⁹ manib. p dextra vtat̄, vt non nulli viri vtraq; manu vtētes sæpenumero nobis apparent. Cuiusmodi Aioth fuisse testat̄, lib. Iudicū c. 3. & Asteropeū Homerus li. Iliad. 21. Nēpe ob naturæ muliebris debilitatem, vt pdit Galenus in eo loco. Nā si ambabus (iquit) manib⁹ ob neruorū robur ac musculorū quidā viri vtūtur, optima rōne, nulla mulier vtet̄: sed satis abundeq; habeat si vna dextra modice vtat̄. Amazonidas quidē solitas dextrā amburere mammā tradit historia, vt in proximā manū plus alimēti cōcurrēs, & proueniens maior vigor, & valētia ei adesset: vt q̄ ēt ei per naturā inualida hēat̄, vt scribit Cęlius lib. antiquarū lect. 2. c. 35. circa mediū. vbi ēt scribit qua rōne physici tradūt ambidextrū fieri hominē, aut sinistra vtatur aliquis p dextra.

Accedat huc, q scribūt qui numerorum rationes scrutati sunt, numerum parem feminam esse, imparem verò marem: quia semper fortior sit ad omnia, vt copiosè disseruit Macrobius lib. j. de somnio Scipionis, & Lucas de Penna in l. 3. post initium. C. qui morbo se excusant. li. 10. vt in sequenti parte, in 37. consideratione dixi.

Pro hac ratione militat, q rerū naturæ scriptores plantis, herbis, arboribus, & virgultis, quibus maior vis inest, masculi nomē ac titulū assignāt: quibus vero minor fœminæ, licet nō propriè, sed similitudinariè, q q̄dā illis insint masculorū proprietates, & feminarū, & quemadmodū masculus maioris est virtutis, vt plurimum, q̄ femina. Ideo planta cui maior vis adest fructus pmēdi, masculi adepta est nomen. Cui āt minor feminæ, vt scribit Plinius naturalis historiæ li. 14 c. 4. circa initium. Arborib. imo potius omnibus quæ terra gignit, herbisq; etiam vtrunque sexum esse diligentissimę naturæ tradunt: vt etiam refert Cęlius lib. antiquarū lec. 11. c. 33. in fin. & de quibus in seq. par. in 40. consid. dictum est.

Secunda ratio est, qm̄ qui plus habet rationis, ingenij, prudētiæ, & cōsilij, aliorum rector, & dñs cōstitui dēt, q vero min⁹, seruiat, qa, vt ait Salomō Prouerbio. 10. Qui stultus est, seruiet sapiēti. & 17. c. Seruus sapiēs dñabitur stultis filijs. Et scribit̄ Ecc. x. Seruo sensato liberi seruiē̄. Et ī hac par. in 8. cōsid. latè dicet̄. s. Sapiētes eē p̄ferēdos illis q̄ inscitia rerumq; ignoratione tenent̄. Sed cōsiliū mulierū est inualidū vt inquit Aristo. li. j. Polit. vlt. c. & refert Bald. in rub. C. de rerū pmu. ver. itē quare donatio. vbi dicit hoc esse naturale, & immutabile. & in c. j. ī 2. lect. col. pe. ver. vltra q̄ro. extra de iudi. Cùm plerūq; feminarū cōsiliū aduersus ppria cōmoda laborat. l. si par. in fi. C. de spōsalib. & dicit gl. in l. j. C. de cōfirmando tutore. q cōsiliū mulierū est fragile. & in §. j. insti. de satisda. tutorū, dicit esse infirmū. Et ēt Cicero in oratione p Lucio Murena. Mulieres oēs (ait) pp̄ter infirmitatē cōsilij, maiores in tutorū potestate esse voluerūt. & multo plura alia p fragilitate huius cōsilij dici possent, q̄ cū sint extra ppositū, relinquo ea Andrææ Tiraquello in suis legib. cōnubialib. in princi. vbi multa cōtra mulieres scripsit. vñ aduersus eū Aimericus Bonchardus Gallicus apologiā feminei sexus edidit. Et ibi cōcludit Tiraquellus, q cū mulieres sint viris lōgè iferiores, & animi, & corporis virib⁹, vt ibi, & an aliquid dictū, & cōprobatū est, à qb⁹ virib. potestas p̄ficiscit̄, & dominatio: illud cōcludēdū est. vt viri vxorib. p̄sint, dñent̄, imperēt, vt dñi cōtra vxores, quas rōes (vt ait) à diuo Augustino assumpsit. Cuius verba sunt huiusmodi in lib. q̄stionum, Gen. vbi & gl. ordinaria citat. Est ordo naturalis in hominib. vt seruiāt feminæ viris, quia & illius hæc iustitia est, vt infirmior seruiat fortiori, & hæc i dominationib. & seruitutib. clara iustitia est, vt q excellūt ratione excellāt dominatione: q̄ verba (corruptè tñ, & diminutè) repetunt̄ in c. est ordo. 33. q. 5. imò etiā vir īferioris dignitatis p̄fertur feminæ maioris dignitatis. cùm vir p̄fectorius p̄ferat̄ feminæ cōsulari. l. j. ff. de senatorib. vbi Vlpianus scribit cōsulari feminę cōsularē virū præferendū esse nemo ambigit, sed vir p̄fectorius an feminæ cōsulari præferatur vidēdum est. & puto præferri. Quia maior dignitas est in sexu virili. In quā sententiā Euripides ī Iphigenia inquit.

Præstat vir vnicus, estq; lucis huius munere
Dignior, quàm multa sanè fœminarum millia.

Ideo firmabitur, q nimis gloriosæ quædā domicellæ in pompis, supplicationib. rogationib. seu processionibus dominicalibus, & festiuis incedūt statim post sacerdotes, & ante masculos, quoniā semper masculi in actibus publicis præferendi sunt.

Tertia

Tertia ratio ꝓ excellētia sexus virilis ad muliebrē quantū ad dignitatē procedit, & est in principiādo, oēs tam viri q̄ fœminæ ex vno viro fuerūt, in quo est expressa representatio egressus rerum ab illo vnico principio primo & summo, q̄ ratio confirmatur ex dictis Pythagorę dicētis. Marē ī omni genere animaliū esse naturę & virtutis principiū, sicut scribit Albertus Magnus. li. 18. de animalib⁹. c. 2. ad finē. & de hoc infrà eadem parte, in 16. consid. versic. honor.

Quarta ratio est virtus ī agēdo, quia viri est agere, & mulieris est pati. vñ plus habet sexus virilis de virtute actiua propter qđ robustior est, & re & nominatione. & istud tenet Bal. ī l. vlt. C. de seruis fugitiuis. vbi dicit marē esse fœmina nobiliorē: qm̄ agēs nobilius patiente, sicut etiā dicit Bartol. in l. j. ff. de regu. Cato. & Ias. in princ. 5. col. ff. de verborū obliga. qui & paulò post illud dictū allegat pro notabili. Et fortior est causa in agente q̄ in patiente. l. ij. & vlt. C. ad Tertullianū. & l. ij. §. obiicitur. ff. eod. Ideo & res magis denominat̄ ab agēte q̄ à patiēte. l. j. ff. de seruitut. rusticorū prædiorū. & l. si quis binas. ff. de vsufruct. & vtrunq; tradit per ea iura Signorolus de Homodeis cōsilio 167. incipien. hoc capite in curia Barani. col. iij. versicu. nunc perueniamus. vbi & illud quoq; dicit sexū masculū obtinere vicē agentis, per notata in l. j. C. ad leg. Pōpeiam de parricid. Et Alber. de Rosate in l. veluti. nu. 7. ff. de iustitia & iure. dicit, ꝙ pater magis est diligendus à filiis quàm mater ƒm philosophū, inquātum sunt principium generationis: quia pater est agens in generatione, & mater patiēs: tamen ibi dicit, mater multū excederet patrem in virtute, esset magis diligenda. facit quia boni domestici (vt ait Ambrosius) sunt magis filiis præponēdi.

Quinta, q̄a vir præcellit fœminā, ex quo habet autoritatem in præsidendo. Nam ƒm verum ordinem non mulier viro. sed vir præfertur mulieri tanquam caput corpori, sicut dicit Apostolus ad Ephes. 5. ad Corinth. 11. ad Coloss. 3. & 1. Pet. 3. & has tres rationes posuit Bonauentura in 3. sent. di. 12. argu. 3. q. 1. vbi & alij alias rationes sexus virilis dignitatē cōprobātes adducūt super illa quæstione. An Deus humanā naturā potuit assumere ƒm muliebrē sexū, in qua re cōcludūt diuus Tomas, Richard. & alij id indubitanter potuisse, decentius tñ atq; conuenientius Christū hominem in sexu virili induisse, qui dignior est, perfectior, atque honorabilior, vt tradit Augu. lib. 83. quæstionū antedictis tribus rationibus, quas repetit Tiraquellus in suis legibus connubialibus, in cōmentario ante primam legem connubialem.

QVinta cōsid. fit in primis de defensoribus ciuitatū, q̄ inter plebeios numerant̄: ex quo gerunt magistratū inter plebeios, omnibus plebeis præferendi sunt, vt ex doctrina ante deducta in 7. par. in 24. consid. comprobatum est. sed quia de his ibi, & in 6. par. reseruaueră hoc loco scribere: ideo de potestate eorum & iurisditione dicendū est. Nā ante Iustinianū imperatorē iam id officiū fermè defecerat, cuius officij autoritas ab ipso Iustiniano reparata est, vt habetur in authen. de defenso. ciuita. in initio. colla. iij. & ratio fuit, vt scribit̄ ibi in §. nulla. quia præsides prouinciarum ita depresserāt id officium defensorum ciuitatum (qui erant magistratus, seu iudices ciuitatum) in quibus sedes præsidalis erat: unde et p̄sentia p̄sidū authoritas defensorum obumbrabat.

Isti defensores ciuitatum apud nos in plerisq; locis dicuntur maiores, habentes magnam autoritatē & iurisditionem, ut est maior Burdegalen. Rupelle, de quo fit mentio in suprascriptione c. ex parte, extra de cōsuetudine Pictaueñ. & multi alij: etiam maior Diuionēsis dr̄ Vicecomes, qui magnā habet potestatem in suos, & ab eis plurimū honoratur, & de multis cognoscit quæ ad cognitionē & iurisditionē p̄sidis uidentur. In hac uerò nostra ciuitate Heduen. defensor noster dicitur Vergobretus, & sic nomē antiquum retinēs, quod habebat tp̄e Iulij Cęsaris, qui tunc summus magistratus erat, creabat̄ annus, & uitæ necisq; in suos potestatem habebat, teste Cæsare ī suis commentariis. lib. 1. de bello Gallico circa initium. Et licet tp̄e Iulij Cęsaris duo, s. Diuiaticus & Liscus huic magistratui p̄erant: nunc aūt vnicus presidet, qui vulgariter *le Vierg*, appellatur, vt per g scribatur: iuxta allusionem vocabuli, nec tantam habet potestatem: quam officiarij regij sępè conantur deprimere, & etiam alij magistratus municipales ī hac ciuitate existentes, qui habent iurisditionem in pluirib⁹ locis ciuitatis, vt Episcopus, & ēt venerabiles viri dñi Decanus & capitulum Ecclesię Heduen. q̄ habent iurisditionem in eorum claustro, sed Vergobretus & Scabini ciuitatis ꝓ virib⁹ iura ciuitatis nostrę tuent̄ & cōseruāt. Verū à diuetriculo ad iter incæptū redeamus. vnde sciendum est, ꝙ ciuitas sumit̄ generaliter ꝓ quolibet municipio totius prouinciæ, quæ caput est alicuius prouincię, vnde p̄ singulas prouincias vna erat ciuitas p̄sidalis, facit. l. i defensorib. ibi, ciuitatū vniuersarū prouinciarū. C. de defen. ciuitatū. & in auth. presides gentium. ibi, per vnāquāq; ciuitatē. C. de episc. audi. & vide hic infrà in 14. cōsid. Et quia in huiusmodi ciuitate erat sedes metropolis cui oīa municipia prouinciæ suberant, ideo ibi q̄ plurimi nobiles affluebāt, & sæpius habitabant. Vnde in ipsis ciuitatibus erat statutus magistratus, & non de decurionib⁹ coartalib⁹, seu de proprio corpore ordinis, sed de nobiliorib⁹ habitātib⁹ ciuitatem. l. ij. C. de defens. ciuit. & hic magistratus defensor ciuitatis dicebat̄, & eligebat̄ à decurionib⁹ municipalib⁹ vrbis. idē ab habitatorib⁹ simul & ab ep̄o, vt ī l. defensores ita p̄cipimus. C. e. Postea tñ iure nouissimo ista imutata sunt, qm̄ nec ꝓhibitū est de incorporatis municipalibus & decurionibus assumere ī defensorē, nec ēt de reliquis habitatoribus ciuitatis, sed vltra albū seu matriculā curialiū erat albū quoddā seu matriculā ī qua certus numerus cōstitutus erat nobiliorū ciuitatis tā decurionū q̄ cęterorū ciuitatis habitatorū, & ƒm decursum illius albi seu exēplaris obtinebat̄ dignitas, vt ī auth. de defen. ciu. §. interim. sed circa hęc plus īmori incassum laborarem⁹, cū electiones horū defensorū hodie diuerso mō fieri cōtingit: vt satis īnuit ibi gl. ī ver. circulū. & apud nos raro iura obseruent̄ ī talib. cū ferè vnaq̄q; ciuitas sua īsequēdo priuilegia à pricipib. eis ꝯcessā, certis anni dieb. suos defensores

fensores eligat. Et nos Hedui hunc eligimus sępi⁹ defensorē ciuitatis nostrę, q nec decurio seu scabin⁹ fuerit,& indiscriminatim oēs habitores ēt coartales (quos Petrus Cothereau dixit esse burgēses) eligebāt: sed à paucis annis vnus ex ciuib. nostris prospectans, ꝙ plurimum gratia valeret apud burgēses,& primarios ciues, sed nō apud plebē, lr̄as à rege impetrauit: q̄b. cautū erat, vt balliu⁹ Heduorū ad electionem defensoris ciuitatis ꝓcedi faceret, cū numero .l. ciuium principaliū,& maiorū ad hoc tm̄ collectorū, vnà cū officiarijs regijs, quod & actū extitit, plebeis infimis nō admissis,& meritò, cū tales in ꝑceps feruntur. nec de cōmodo aut dāno ciuitatis ꝓuideāt. & rogati aut ꝑ machinationes, seu ꝑ brigas, vt ita dicā, tanquam coacti eligebāt: q̄a obnoxij, aut ob pecunias creditas aut ꝑꝑ lucrū, q̄d in artificio eorū lucrabant̄, aut metū, ne si forte cōtra vota eorum defensorē eligi cōtingeret, cū in officio esset, vindictam de eis sumeret: ex quo laudād⁹ est mos antiquus, & de iure obseruād⁹.

Et isti defensores ciuitatū taxatā habeāt iurisdōnē vsq; ad summam l. solidorū de iure. C. vt hr̄ in l. C. de defensori. ciuita. sed de iure nouissimo vsq; ad 30 aureos, vt in auth. eodē. §. & iudicare. colla. 3. prout adhuc & taxatā habent iurisdictionē apud nos. Et rō assignatur ibi, q̄a in ea ciuitate aderat ipse præses, qui forenses q̄stiones digne, & pro magnitudine posset, & deberet determinare. Sed in municipijs non erāt ꝑsides, ex quo iurisdictio magistratuū municipaliū, nō erat taxata, vt in sequenti consid. dicetur. Sic ergo in simili idem erit dicendum de magistratib. municipalibus, ꝙ ratione propinquitatis, si habeant prę sidem prouinciæ ꝓpinquū, etiā municipales magistratus excusantur à necessitate officij, text. in l. dies cautionis. §. si tam vicinum. ff. de dam. infec.

Itē defensor ciuitatis ē maioris autoritatis q̄ magistratus municipij, q̄a oīum ꝓuincialiū ibi repertorū iudex est, imò omniū rusticorū ibi repertorū totius ꝓuinciæ iudex est per ꝓuentionē, vt omisso magistratu municipali corā defensore ī pecuniatijs causis litiget, vt lege vtili ratione. C. de defensorib. ciuitatū. Et huius rei rō est, q̄ñ ipse defensor, est tāquā parens humiliū,& plebeiorū, vñ nomē habet defensoris ea ratione,& plebeis parēs dr̄ in lege in defensoribus,& lege defensores nihil. C. eo. Ideo à rusticis recusari nō pōt, vel à sede sua rustici euocari non possunt. Cum eis sit tutor, parēs, & defensor ob omni oppressione & molestia officialiū: qm̄ si temerariè vexatus sit rusticus distractus à labore suo, erit defensoris coercere calūniā aduersarij,& omnino in re ꝓuidere, non tāquā simplex magistratus, sed tāq̄ capitaneus plebis decurionū, & cæterorū nobiliū: ita ꝙ oppressiones, & abusus ī prouinciā fieri impedire facto suo debet. Vnde quorūcunq; nobilium in hoc casu oppressionis popularis ipse capturā habet, non tamen cognitionē causæ, sed referre debet causam cognitioni iudicis cōpetētis, siue sint militares, siue ciuiles iudices. vt in l. defensores ciuitatum, cum seq. C. de defenso. ciuitatū. & in §. audient. auth. eo. Nō enim mulctare possunt, nec mulctas infligere plebeis, nec seueriores quæstiones exercere, ne nomen defensoris amittant, sed plebē,& decuriones ab omni improborum insolentia,& temeritate tueri debēt. l. defensores nihil. supra allegata. Ideo nō recēset Petrus Cothereau ī suo schedulari magistratuum ciuilium. ti. de magistratib. municipalib. Iurisdictio defensoris ciuitatum nō est eis patrimonialis, qm̄ plebeios ad emendas condēnare non possunt.& hoc est quod vult dicere text. in l. vnic. in prin. ibi: non tñ &c. ff. si quis ius dicenti nō obtemperauit. Et ratio est, quia cum ipsi defensores, vel municipes archam cōem habeant pro ære, & thesauro suæ cōitatis, vel uniuersitatis, vt in l. j. §. j. ff. ꝙ cuiusque uniuersita. noīe. periculum erat ne nimis suo ærario fauerent, si emendas haberent. Iurisdictio vero principis est p̄rimonialis. vide Gui. Papę decisi. sua 626. vbi quærit, an Castellani possint mulctare, & mulctas imponere: vnde præsides principis iurisdictionem pœnali iudicio, i. à mendis emendari habent. l. pen. & fi. C. de modo mulctarum. Hodie tamē alr̄ obseruat̄ ferè in oīb. defensorib. ciuit. Franciæ, cū habeant potestatem condemnandi plebeios ad emēdas,& illas de ærario ciuitatis applicant, sed hoc fit ex concessione principis cōiter: vt plurimum in diuersis locis habent cognitionem cārū criminaliū, ēt in forenses delinquentes in eorum ciuitate,& districtu repertos, vt maior Diuionē. qui habet cognitionem in oībus causis criminalibus: sed gentes regiæ volunt excipere certos casus: ut in crimine læsæ maiestatis, falsæ monetæ,& alijs. vt de hoc pendet processus in parlamēto Diuionensi. Etiā iure nouissimo vr̄ habere locum, cum talibus leuiora crimina audire, & competenti castigatione tradere permittitur, vt est tex. in §. audiēt. in initio. C. de defens. ciuit. nec mirū est, q̄a simplex iurisdictio sine modica coertione nulla est, tex. ī l. vl. ff. de officio eius cui mādata est iuris. q̄d vr̄ verū, nisi expresse ꝓhibitū eēt à pricipe.

Et ut concludam ex p̄dictis, defensor ciuitatis tā quā totius prouincię, gubernator hr̄: ut colligi p̄t ex l. in defensorib. cū quatuor ll. seq. C. de defens. ciuit. Eo ēt quia habet censurā, seu politiā morū, seu status non solū hoīum, sed & ipsius patriæ, vt l. pe. C. eo. Et scias, ꝙ defensor ciuitatis (cū sit loco patris ciuibus, vt ante dictum est) non potest per aliquem ex ciuib⁹ in i⁹ uocari sine venia. ita tenet Ang. in l. generaliter. ff. de in ius uocando. quē sequit̄ do. meus Ias. in §. pœnales. nu. 69. inst. de actio. allegat tex. in §. eos autem qui ita sine mercede. in auth. ut iudices sine quoquo suffrag. coll. 2. Sed hodie eorum potestas non ita extenditur, cum maiores ciuitatum hodie loco defensorum ciuitatum constituti, tantum in vrbe, seu infra circuitum,& muros suæ urbis, uel incolatum aut balliuiam defensionem suæ plebis habent.

Item plebanatum habent in urbe qui ordini decurionum coartales sunt, seu fide coartati, quos Franci Burgenses vocant.

Cæteris autem habitatoribus maiores nostri non sunt ius dicētes, seu in illis magistratus nō est: sed solummodo tribunus eorū, i. capitaneus pro obseruatione,& custodia loci,& habet respectū super obseruādis morib. seu statu & politia ipsius urbis. Et hæc est autoritas maiorū vrbicariorū, qui per prouinciā

extra

extra vrbē nihil possunt, nec sunt iuridici inter rusticos prouinciæ: sicut iure scripti defensores ciuitatū. Defensores verò patriarū seu gubernatores maximi decori sunt, de quib. ante ī 7. par in 10. cōsid. & in 9. par in 14. cōsid. dixi. nā insignijs regiis fruuntur, ita regis psonæ locū representāt, sed munus seu partes gubernatoris patrialis eędē sunt, cū partib. defensorū ciuitatū, vt scribit Petrus Cothereau ī loco alleg.

Sexta cōsid. Sunt & alij plebeiorū, seu incolatuum municipiorū, dicti magistratus municipales, & in multis differūt à defensorib. ciuitatū, de quibus in p̄cedeuti cōsid. dictū est: qm̄ isti meliores partes in iure dicēdo habent q̄ ciuitatum defensores, licet in iure agendo minores sint, quia ciuitatū Capitanei sunt defensores, & non magistratus, sed magistratus ius dicunt de iure supra 300. aureos, & nō ipsi defensores. Et isti magistratus municipales nullum imperiū exercent merum aut iurisdictioni mixtum: sed cās tantum expedire possunt. In quibus iudicis dandi licentia est, seu q̄ delegari possunt, iuxta ea, quæ scribūtur in l. imperium, ff. de iurisd. om. iud. Et sic coram magistratibus municipalibus tantū expediri potest legis actio, hoc est iuris actiones exerceri coram eis solum possunt. facit l. 2. §. deinde ex his. ff. de origine iur. Edicere aūt, vel discernere non possunt hi magistratus municipales. ita scribit Petrus Cothereau in suo schedulari magistratuū ciuiliū. ti. de magistratib. municipalibus. in initio, vbi declarat quid sit edicere & de potestate balliuorū, vasallorū, seu dominorum Franciæ, & quā iurisdictionem habeant, dicens ipsos habere maiorē iurisdictionē, q̄ magistratus municipales. Et scias, q̄ in Frácia cōmuniter Barones, & magni dn̄i ī suis baronijs, & magnis seignorijs, q̄ meliori feudi noīe decorantur, duos habent iudices, & apud eos ordo iuris dicēdi obseruatur, nec habet locū præuentio. Nā primus qui est inferior, & subalternus sæpe in vulgari nostro Castellanus dr̄. & in prima instantia cognoscit de causis inter personas dictorū locorum, & aliqui habēt iurisdictionē limitatā vsq; ad certam summā: & à sentētijs eorū appellare licet ad 2m iudicem, qui dr̄ balliuus, & est superior, cū maiorē potestatem habeat. Iurisdictionē. n. habent non taxatā pro quātitate summæ. Edicta, & decreta facere possunt, dummodo legibus principis nō refragātur. Merū, & mixtū īperiū, & iurisdictionē exercere pn̄t: & hoc vel ex speciali beneficio, & expresso priuilegio principis: quia præscriptis verbis inuestire cauet. de collatione iurisdictionis, vel moribus cōpetit ex tali intitulatione Baroniæ, vel dignioris feudi, iure communi fundatā esse iurisdōnē omnimodā, & ip̄m modū imperiū habere, vn̄ amplior est potestas dictorū balliuorū. Aliqn̄ ēt qui habet ita feudū nobile cū iurisdictione à principe cū illa potestate cōstituēdi balliuū, p̄t oēm iurisdictionē sub se cōcedere, nec tn̄ abdicare videtur iurisdictionē: quia ad suum balliuum appellabitur a iudice minorū vasallorū, qui pedanei vasalli dici possent, ad īstar iudicū, vel minores valuasores dicant, qui apud nos habent iurisdōnē taxatā, & solā iurisdictionē infimam exercere pn̄t. Et à sentētijs huiusmodi balliuorū, licet secūdario appellare ad curiā p̄sidis proninciarū, quī ēt apud nos balliui, uel senescalli vocant. de quib. ante dixi in 7. par. in 19. cōsid. Sed vn̄ egressi sumus redeamus. Municipes hodie dicūtur oēs ciues, seu inhabitantes municipiū, vt in l. j. ff. ad municipales. Municipiū autē est quod propriū publicū, & ordinē habet. facit lege legatis. ff. ex quibus causis maiores. ēt si sit ciuitas. l. 1. ante allegata. tn̄ de locis vbi est ciuitas habens suum defensorē, diximus in præcedenti cōsid. Ideo hic de municipijs fit mentio, q̄ fortè sunt oppida, seu vrbes non maximæ, hoc est mediocres, vel minores, vt p̄priè est locus Belnæ, qui tn̄ maiorem habet. locus de Sinemuro, in quo est magistratus municipalis. locus Auxonæ, Montis barri: imò ēt ciuitas Cabilonen̄, nō habet defensorem ciuitatis, sed magistrum municipalem, & Scabinos, qui nihil habēt cōmune, quoniā ipse magistratus municipalis, nō habet aliquid agere cum scabinis, qui habēt cognitionem de politia ciuitatis, & nullam habēt iurisdictionem, sed subiiciūtur ipsi magistratui municipali.

Et ipsa uniuersitas municipij, seu ordo decurionū ad iurisdictionis expeditionē tenebatur sibi assumere magistratū. Nō. n. ipse ordo ius dicere poterat, sed per suos magistratus: qui quidē magistratus duūviri dicebātur, quia duo in numero ordinabant iudices eiusdē potestatis ī iure dicēdo, & per p̄uentionē vnicū magistratū, seu officiū exercentes, & unius soli hoīs vicē agentes, ut lege magistratus municipales. ff. ad municipales. ex qua lege in finali. verbis cōstat, q̄ oīa municipia vniuersitatē, seu ordinē decurionū habētia habēt ius habendi magistratū, uel expressa lege municipali, hoc est, ex singulari lege, & sp̄ali priuilegio principis, vel ex motibus, & iure commmuni, dūmodo eis municipib, id nō sit expresse p̄hibitū.

Et non solū municipia debent habere magistratū municipalē, si non habeant defensorem ciuitatis, vel eius vices gerentē: sed etiam quælibet Castellaniæ, & alij districtus iurisdictionales, q alio feudi noīe, & ti. decorātur, debent habere proprium magistratum, p quem iurisdictionem expedire in sua terra curabunt dn̄i habētes tale feudum, ex quo omnē meri, & mixti imperij iurisdictionē habēt, vel unā speciē iurisdictionis tantū, vel ex expressa concessione inuestituræ feudi, vel expresso priuilegio principis, vel ex p̄scriptione tanti temporis, de cuius initio memoria nō extat, seu aliàs qualitercunq;, vt declarat Petrus Cothereau in loco hic ante alleg. Vnū ex antedictis cōcludā, q̄ cū ipsi magistratus habeāt iurisdictionem in suos municipes, & subditos, debēt eis præferri, ex ante deductis in 7. par. in 24. consideratione. vbi scripsi de gerentibus magistratum, seu administrationē, qui alios præcedere, & præhonorari debet.

Septima consid. Habētes dignitatē p̄ferunt nō habentibus dignitatē, vt ante in 1. par. in 66. consid. scripsi. ex quo illi, qui p̄sunt cognitioni uillæ, seu villagij, vel castri, aut burgi, de quibus in p̄cedenti cōsi. dixi in fine, cum habere dignitatem dicunt, ut dicit Bal. in c. j. §. cæteri vero, quis dicatur dux, marchio, comes ī usib. feudorū. p̄ferūtur omnib. aliis plebeis, ut etiam in dicta 67. consideratione dictum est. & in

septima

septima par.in 24.cōsideratione. vbi scripsi magistratus cęteris esse præponendos. videt̃ tamen, ꝙ dignitas tẽporalis nõ sit ĩ cõsideratiõe quo ad p̃cedẽtiã data paritate in aliis, vt dicit Franciscus Niconitius in repe.c.quoniã cõtra falsam. versicu. notat sexto loco Abbatis. extra de ꝓba. Sed inter alios, officiarij regij ꝓferũt,ex quo maximè sunt ꝑpetui, & nõ tẽporales, nec reuocabiles ad nutum principis, vt scribit G. Benedicti in repetitio.c. Raynutius. in verbo, vxorẽ nomine Adelasiam. in 5.decisione. numero 464. de testamẽtis. ꝙ pręferant̃. facit c.vt debitus honor. extra de appell.& l.omnẽ honorẽ saluum iudicib⁹ reseruãtes. quæ est. l.fi.C.quando prouocare non est necesse. l. iudices.& ibi Lucas de Penna.C.de dignita.lib.12. & in l.pen ult.C.de veteranis.eod.lib. Et postea consules quos ĩ Gallia vocamus Scabinos.c.j. de imunit. eccle.lib.6. & in clem.1.§. potestas. & ibi glo. in ver. scabini.de pęnis c.2.cuius initiũ est, ex parte scabinorũ. extra de alienatione iudicij mutandi cau. facta. & ita refert Ioannes Montaigne in suo tractatu de auctoritate magni concilij. intellige tamẽ, dũmodo exiſtẽs ĩ dignitate, dico & ĩ dignitate, quia si efficeret̃ vilis, tũc iuniores eo & ĩferiores p̃ponerent̃. ita dicit Frãciscus Niconitius in dicta sua repetitione.c. quoniam contra falsam. ver. nota sexto loco Abbatis. vbi plura allega. extra de probationibus.

Et quilibet magistratus etiã infimi sunt in honore l.honor. in prin.ff.de mune. & hono.c.fi..16.d.Dec. in d.c. vt debitus honor iudicibus deferatur. extra de appell. Ideo tales honorãdi sunt, vt dicit Purpura. in l.j.num.310.ff.de offi. eius cui mandata est iurisd. qui præferri debent scabinis, hoc est decurionibus, seu consulibus, cum habeant iurisditionem ante scabinos, ut hic ante in præcedenti consideratione dictum est.

OCtaua consid. Post nominatos in præcedẽtibus cõsiderationibus, p̃ferẽdi sunt aliis Satrapæ ciuitatis, q. s̃m gl. in uerb. Satrapis in c. fundamẽta. de electione. pro sapientibus accipiũtur: ut sunt aduocati, & patroni causarum, qui debent per iudices honorari. l. nec quicquam. §. circa. ff. de offic. proconsulis & legat. notat Boerius in apostillis ad Dynũ sup regula, in iudiciis. de regul. iur. in 6. & ante in 7. par. in 28. consid. deductũ est, & cõprobatũ. & latius ĩfrà eadẽ par. in 18. consid. & aliquando sagacitas dicit̃ prudentia. l. quæsitum. ff. de cõditio. & demostratio.

Facit quod scribitur Deutero.1. ibi, Date ex uobis viros sapiẽtes & gnaros, quorũ cõuersatio sit ꝓbata ĩ tribubus vestris, vt ponã eos vobis principes. & ibi sequit̃, ꝙ Moyses elegit de tribubus Israel viros sapiẽtes, & nobiles, quos cõstituit principes, tribunos & centuriones, & quinquagenarios, ac decanos, qui docerent illos singula, atq; rectè iudicaret, Proue. 11. Qui stultus est, seruiet sapiẽti. & 17.c. seruus sapiẽs dominabit stultis filiis. & Ecclesiasti. 10. seruo sensato liberi seruiant. Idq; est q̃d Aristoteles lib.1. Politico. dixit, eos esse seruos in republica, qui inscitia rerumq; ignoratione tenentur, qui verò ingenio p̄stãt, naturaliter p̄stant. dixi hic ante in secunda cõsideratione. in fine. & in 4. versicu. 2. ratio. vbi scripsi masculos anteponi fęminis, quia plus habent prudẽtię, intellectus, cõsilij & rationis. Et Platonis est s̄nĩa in lib.3. de legibus. septẽ esse rationes, q̃ ad dignitatem imperandi facere vident̃: q̃ sunt, paternitas, de quo hic infra. in 16. cõside. Nobilitas, ut dixi ante in 8. par. dominatio & potẽtia, de q̄bus etiã dixi in 3.4.5. 6.& 9. partibus. Senect⁹, ut hic infrà in 17. cõsi. Prudẽtia, ut supra in 10. par. Sors, vt ante ĩ j. par. in 43. cõsid. & in quinta in 45. cõsi. & infra ĩ vltima ĩ 52. cõsi. Sed prudentiã oĩbus anteponit, ut intelligantur q̃ humanorum saluti expediant, & satis scripsi ĩ dicta decima par. in principio. & meritò q̄a princeps ille (inq̄t Euripides) q̄ s̃ ıs p̄eminet sapiẽtia. Astronomi pariter istud cõfirmãt, testantes solẽ ac Mercuriũ prę cęteris planetis propinquos assidue in cęlesti circuitu comites inuicem esse: vt. s. quicũque solem siderũ dominum viderint, absq; sapiente Mercurio in cęlo nusquam incedere planè intelligant, & in terris potẽtiã atque dominationem nunquã absq; sapientia, vel cõcedi debere, vel concessam diu posse regnare. ideò principes plurimũ laudandi sunt, si sapientia prędititi fuerint. vt ante dixi in 5. par. in 10. cõsid. Et in omni negotio nedum in re militari absq; cõsilio, prudentia, & ratione (vt dixi ante in 9. par. in 44. consid.) nihil aut parum ꝓspere geri potest. Cùm prudẽtia nimiũ plus ponderis & momenti habeat quam robur corporis. vt Homerus lib. 23. Iliados. vbi Nestor prudentissimus introducitur alloquens Antilochum filium, his versibus comprobat.

Consil o sanè multò quàm robore præstat,
Hirsutam quicunque parat succidere syluam.
Consilio rursum nauclerus in æquore nigro
Dirigit vndiuagam nauim, raptantibus austris.
Consilio auriga aurigam vincitq;, præitq;.

Accedat & illud Titinnij apud Marcellum, Sapiẽtia gubernator nauem torquet, non valẽtia. & illud validissimum Ciceronis in Lęlio. Non.n. viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporum magnę res gerũtur, sed consilio & autoritate, & scientia. & quod idem scribit libro Officiorũ, parum sunt arma foris, nisi sit cõsilium domi. quod citat Panor. ĩ c. ex multa. §. j. versic. nota quòd pollens consilio. extra de voto. & ibi dicit tex. quòd nõ sunt inutiles ad pugnãdum, qui etsi per se pugnare nõ possunt, maturitate tamẽ consilij adesse valent pugnantibus. Et non solum ius postliminij est his, qui pugnare possunt, sed oĩbus q eius naturæ sunt, vt cõsilio, vel auxilio, seu aliis modis vsui bellico adesse p̄nt. l. postliminiũ. §. vlt. ff. de captiuis, & postliminio reuersis. facit. l. secũda. §. corporis ibi, cęterum quæ consilio prudentis viri &c. non remittuntur. ff. de vocatio. & excusa. mune. Nec cum ante dictis discrepat illud Horatij ĩ Odis. li. 3. Ode. 4.

Vis consilij expers mole ruit sua.
Vim temperatam dij quoque prouehunt in maius, &c.

Et vide in dicta 44. consider. facit etiam quia aduocati, & causarũ oratores non minus prouident humano generi (ex maturitate & salubritate cõsilij) q̃ si patriã armis defenderent, vt dicit text⁹ in lege, aduocati. C. de aduocatis diuersorũ iudicum. vt ante in 7. par. in 28. consideratione scriptum est.

Nona

Nona consid. Stulti & imbecilles, seu minus sapiẽtes interdũ sunt admittẽdi, nec sunt omnino abiiciẽdi: qm̃, vt ait Gellius lib. 2.c. 6.& Macrobius lib. Saturnaliũ. 6. Nemo quisquã tam efferis moribꝰ, quin faciat aut dicat nonunquã aliquid, quod laudari queat. in quam sententiã, profertur gręcũ prouerbium. Sæpe ẽt est olitor verba oportuna locutus. de quo Rochus Curtius ĩ c.fi. col. 18. versic. sextò nota. extra de cõsuetud. Sed Erasmus dicit, ꝙ ĩ illo prouerbio gręco debet esse stultus pro olitor : sed vtcunq. sit, vtrunq; huic proposito optime cõuenit. Et facit, quia queẽadmodũ nemo est adeo malus, atq; improbus, quin interdũ boni q̃ppiã faciat. tex. in c. q̃d ergo turbamur. de pœniten. d. 3. Ideo dicit Plinius in panegyrico ad Traianũ. laudabilia multa ẽt mali faciũt sic ẽt nemo tam infimæ sortis & notæ, quin interdũ dicat quippã ad rẽ vehemẽter accõmodatũ, & neutiquã aspernendũ, etiã summis viris, & prudẽtia p̃ditis. Nõ multũ discrepat dictũ Ciceronis lib. 3. quęst. Tusculanarũ. Sæpe est ẽt sub pallio sordido sapiẽtia. summa ẽt sæpe ingenia sub occulto latẽt, vt scribit Plautus, in ea fabula q̃ intitulat᷑, captiui duo. & ait Seneca. põt ingenium fortissimum, ac beatissimũ sub qualibet cute latere. Sed melior est sententia ꝓ hac consideratione, in l. §. sed neq;. C. de veteri iure enuclean. ibi. cum possit vnius forsitan & deterioris sententia, & multos & maiores in aliqua parte superare. quẽ tex. dixit aureũ Franci. Curtius cõsilio 57. incip. super eo quod ab ordine. col. 4. & ante eũ Barbatia cõsil. 1. col. xix. lib. 3. & facit singularẽ Panor. ĩ c. 1. col. vlt. extra de cõstit. & ipse Barbatia in l. si dari stipuler. col. xj. ff. de verb. obliga. & cõsil. 15. incip. Deũ inuocent adiutorẽ. col. 7. lib. 3. consil. 40. q̃d incipit, à Ioue principium. col. v. eodem li. 3. & consilio 63. incip. illud referã in mediũ. col. v. eod. lib. & in repet. rubr. C. qui admit. col. 8. & in clemen. ne Romani. col. ij. de elect. & alibi dicit esse valde notabilẽ Panor. in c. capellanus. col. ij extra de feriis. & ponderauit ipse Panor. consil. 1. in fi. in 1. lib. vbi etiam dicit notabilem. & iterũ consilio 85. incip. in pręsenti quęstione. in prin. eod. lib. & Romanus in repet. l. si verò. §. de viro. ĩ. 54. fallen. ff. soluto matrimo. & Barbatia col. incip. clare p̃scribitur. col. fi. li. 2. & cõs. 34. ĩcip. p̃clare optimus dicit Psalmista. col. xiij. eo. lib. 2. & alibi sæpè, vt curiosus lector ĩ his ĩdagare poterit.

Quam sententiã clarè cõprobat illud Dei optimi maximi, vt scribit Mat. 11. & Lucę. 10. Abscondisti hæc à sapiẽtibꝰ & prudẽtibꝰ, & reuelasti ea paruulis. ideo nõ abs re dicit gl. 1. in c. ad audientiã. extra de cõsuetud. Nõ esse inconueniens ab insipiẽtibꝰ idest minus sapiẽtibus (vt ibi glo. declarat) petere cõsiliũ, q̃ aq̃nq; reuelat᷑ minori, q̃d maior nescit. l. potioris. C. de officio rectoris ꝓuinciæ. & c. esto subiectus. in fi. 45. dist. & c. si habes. 24. q. 3. quã gl. ad hoc notant doctores in d. c ad audientiã nostrã. & ferè oẽs ibi scribẽtes post Ioã. And. referũt historiã, huic materię cõgruentẽ, de quodã fatuo Parisiẽsi, qui miro modo determinauit cõtrouersiã inter egenũ quẽdam, & tabernariũ. Nã cùm tabernarius pecunias peteret ab egeno, qm̃ panẽ veluti suauius comederat ad culinæ suæ fumũ & odorẽ. Iudicauit fatuus tabernario soluendũ ex sono denarii. Quã quidẽ q̃stionẽ nõ potuisset Cato, aut Gratianus (vt dicũt Io. And. & Panor.) ęquius decidere. Hanc ẽt historiã post illos refert Barba. in l. j. col. 7. vers. pone ꝙ furiosus. ff. de verbo. obli. & cõsilio 58. incipiẽte. clemẽtissimi Dei patris, col. ij. lib. 1. & cõsi. 59. incipien. illud in mediũ afferã. col. 3. lib. 2. & Rochus de Curte. ĩ c. vlt. col. 18. versi. sexto nota. extra de consuetudine. Subiũgit autem Panor. ĩ d. c. ad audientiam nostrã. audiuisse se à suo ipsius præceptore (qui fuit Cardinalis) cum, locum illũ legeret, Bartholũ sæpius in causis, in quibus ab eo petebatur cõsilium, cũ mercatoribus cõferre solitum, & per notata in dict. c. & dict. c. esto subiectus, monet Specu. in titu. de aduocato. §. nunc tractemus, versic. facto aũt intellecto. ante finẽ. vt ẽt minus peritos cõsulamus, cũ quibus conferre aliquãdo ꝓsuit. Et ex dicto Specul. sæpè dixit nonnunquam fore bõnũ in cõsiliis, seu consulationibus q̃ fiunt super difficultatibus iurium alicuius partis litigantis, aut in decisione causarũ, seu visitatione processuũ aduocare aduocatos iuuenes, ẽt nõ multũ peritos, nec sunt despiciẽdi: quoniam, vt plurimũ, mouẽt aliqua dubia, quæ si decidi ab eis nequeunt: dant materiam cogitandi prudentia & sciẽta prouectis. facit tex. in l. munerum. §. mixta. ibi, vt Herẽnius Modestinus, & notando & disputando bene & optima ratione, decreuit. ff. de muneribus, & honoribus.

Accedat huc exemplũ apud Gellium lib. 18. c. 3. ex Eschine ĩ oratione Timarchũ accusauit, vbi cum populus Lacedemonus de summa reipublicæ q̃dã esset vtile & honestũ deliberaret, & vir quispiã ĩprobeatissimus & turpitudine pristinæ vitę diffamatissimus cõsiliũ dedisse ꝓbatissimũ, turpi autore mutato cõsiliũ tñ secutus est. q̃d etiã recẽset Plutarchus de ciuili institutione, vbi hunc inhonorem virũ & diffamatissimũ Demosthenem dicit fuisse vocatum.

Refert ẽt Valerius, lib. 7. tit. de testamentis nõ rescissis. c. 1. Tuditanus ciuis Romanus, vir notæ insaniæ, vt pote qui populo nummos sparserat, togamq́; velut tragicam vestem in forũ trahẽs, maximo cũ hominũ risu visus fuerit, multaq́; alia furoris testimonia dederit, fecit tñ testamentũ legibus tam consentaneũ, vt à centũ viris comprobatum sit. licet T. Longus ei sanguine proximus illud subuertere conatus est, qm̃ ex Romanorum legibus furioso & insano testari nõ licet. Magis. n. (vt scribit Valerius) cẽtumviri, quod scriptũ esset in tabulis, q̃ quis eas scripsisset considerãdũ existimauerunt. & fortè rationẽ istã habuerunt, qui licet furiosus, tẽpore furoris cõdere testamentum non possit. l. in aduersa. ff. de testamentis, q̃ est. l. Pauli iureconsul. Tñ si habuerit dilucida interualla, illo tẽpore testamenti factionem habet l. furiosum. C. qui testamenta facere possunt. & §. furiosi. institu. eod. de quo satis constabat ex ordinatione illius testamenti, ideo ratum mansit. Istam historiam post Valerium etiã recitat Ioã. And. in c. fin. in fine. de succesſio. ab intest. Bal. in c. 1. col. ij. ĩ verbo, sed iusta. tit. per quos fiat inuestir. Roma. Alexand. Cortieus & Iason in d. l. furiosum. Barba. ĩ l. j. col. iij. ff. de

ff.de verb.obli.& consi.58.col.2.libr.2.& l.is cui bonis,col.2.eo.tit.Corneus consi.69.incip. visis nõnullis actis.col.antep. versi. & quod ex qualitate.li.1.& consi.73.incip.visis & diligẽter inspectis.col.1.versi. insup dicit.eo.lib.1.& consi.217.incip.in causa vertenti.col.vltima.lib.3. Ange. Are.in §. præterea testamentum.instit.quib. non est permissum facere testamentum. Et ex antedictis vnà cum pluribus alijs rationibus concludit Tiraq.in suis legib.connubialib. in cõmentario ante 11.legem, q̃ licèt etiam consiliũ mulieris sit quodãmodo debile & fragile, vt communiter, tamen interdũ à maritis exquirendũ est, & laudandum, vt dixi suprà in 2.par.in 10.consid. Possent & multa adduci ad rem facientia. & quomodo ab iniquis, & prauis sententiæ veræ, & certæ interdum proferuntur, vt Cayphas, qui licèt non esset verax, tñ verũ dicit, vt in c.dominus. 1.q.1.& Saul rex malus prophetauit.c.prophetauit.eod.loco.& ibi plura.

DEcima consi. Vxorati præferuntur nõ vxoratis, cùm per matrimonium quis consequatur magnam dignitatem. quia, vt dicit tex.in auth. de nupt. §.deinceps.nuptiarum magna est dignitas.colla.4.dixi in commentarijs nostris super consuetudinib.ducatus Burgundiæ, in rubrica. *des droictz & appartenances à gens mariez.* ante finẽ.in additione. & ibi plura scripsi ꝓ laude matrimonij. Et perpulchrè scribit Aulus Gellius. lib.2.c.15.maritos habẽtes vxores ꝑferri debere nõ habentibus, etiã senioribus, maximè si habent liberos.& eius verba elegantissima, quia ẽt multas quæstiones in materia huius cõsid.& 12. sub sequẽtis decidunt, trãsportaui. Postquã soboles (ait) ciuitati necessaria visa est, & ad prolẽ populi frequẽtandã præmijs atq; inuitamẽtis vsus fuit, tũ antelati quibusdã in rebus, qui vxores, quiq; liberos haberẽt senioribus, neq; liberos, neq; vxores habentibus. Sic capite 7.legis Iuliæ priori ex consulibus fasces sumẽdi potestas fit, nõ qui plures annos natus est, sed qui plures liberos q̃ collega, aut in sua potestate habet, aut bello amisit. Sed si par numerus liberorũ vtriq; est maritus, aut q in numero maritorũ est, ꝑfert. Si verò ambo, & mariti & patres, totidẽ liberorũ sunt, q maior natu est, prior fasces sumit, & in omni specie honoris prior, potiorq; hr̃. Super his autem qui aut cęlibes ambo sunt, aut parẽ numerũ filiorũ hñt, aut mariti sunt, & liberos nõ habent: nihil scriptũ in lege de ea ætate est, solitos tamen audio (vt ait Gellius) qui lege potiores essent, fasces primi mensis collegis concedere, aut longè ætate prioribus, aut nobilioribus multo, aut fm cõsulatum ineuntibus. & ꝓ hoc est casus.l.prima.C.de consulibus.lib.12.vbi decidit inter habentes eandem dignitatem, ille debet antecedere q prius est adeptus dignitatem, etiã si posterior pluries eandem assecutus fuerit. Faciunt quæ dicit Lucas de Penna.in l.mulieres.col.5.C.de incolis.li.10. vbi scribit laudem matrimonij. Cœlius lib. antiq. lectionum 15.cap.19.& 23.

Et prædicta apparẽt vera inter viros, sed inter mulieres, virgines in incessũ, & alibi ꝑferunt viduis, & maritatis, vt dicit Bal.& post eum Barbatia in c. causam.extra de ꝓba.qđ tamen nõ est absque dubio. in viris virginibus & castis.cùm, vt ait ibi Barbatia, dictum illius.c. in muliere virgine habeat locum in viro.de virginibus dixi ante in 2.parte, in 11.conside. & 3.parte, in 34.consid.

Filijs vero etenim pueris consulũ Romæ. ante patres eorũ ambulandi ius erat: & hunc morẽ summa diligẽtia retinuerũt, ne qs ab his inter cõsules & ꝓximos lictores, q̃uis officij cã vna ꝓgrederet̃, se interponeret. vt ait Vale.lib.2.tit.de institutis antiquis.

VNdecima conside. Sicut inter plures plebeios, præferuntur ciues habentibus incolatũ. l.libertus.§.præscriptio.ibi, potior est originis cã.ff.ad municipales.& de incolis de q̃bus hic ĩ.in 22.cõsid.ita Burgenses alijs inhabitationẽ seu mansionẽ habentibus, qm̃ burgenses dicuntur habere quandã præeminentiã inter alios ex generali consuetudine Franciç. & de his fit mentio in c.2.extra de his, q̃ vi metusve cã fiunt.& in c.ex parte.in suprascriptione.de cõsuetudine.& apud nos burgenses dici possunt, q cũ aliqua ꝑeminentia inter cęteros plebeios viuũt, absque tñ aliqua administratione, vt sunt originarij loci, maximè vrbis, aut oppidi, habuerũtq; prædecessores in loco à tpe longæuo. Itẽ opulenti sunt, & amplas habent possessiones, & pingues redditus: rarò exercẽt mercationes, nisi de his q̃ à suis percipiunt possessionibus, & post nobiles, & magistratus, tertiũ obtinẽt honoris & ordinis locũ. Et scias, q̃ tales burgẽses si emãt baroniã, vt plures faciũt, nõ tñ p hoc sunt barones, nec inter barones sedere debẽt, nisi habeant id à principe. ita dicit Iac. Rebuffi ĩ l.in his. nu.50.C.de ꝑdijs & alijs rebus nauiculariorum.lib.11. Et de his ĩ.ista par.in 26.consid.etiam aliquid dictum est.

DVodecima cõsid. Inter quoscũq; similis status, ẽt inter plebeios habẽs filios ꝑfert̃ non habẽti tex.sunt ad hoc expressi.ĩ l.Spurij.in fi.ff.de decurionib.& in l.in albo.C.eo.ti.li.10. Et, vt dicit gl.fi.in d. l.ĩ albo.in ordine scripturæ anteferri dẽt.& eius vox in sententijs, & consilijs debet esse prima. etiam ante ire deambulãdo & loquendo. per iura in ipsa glo. allegata.& per l.j.C.de consulib.lib.12. ratio est ille fauor publicus, vt ciuitas liberis repleat̃.l.j.ff.sol.mat. l.liberorum.§.præter.ff.de verb.& rerum signific. Et dicit Pyrrhus in eadẽ l.in albo. in fi.se audiuisse doctos viros legentes illum locum, qui ex illo textu tenebant doctorem habentem liberos præferri nõ habenti, & ex multis concludit numerum liberorũ in multis operari. Faciunt q̃ scripsi hic ante in 10.conside. & in commentarijs nostris super consuetudinibus ducatus Burgund.§.v.in gl. *sur ses homme.* versi. quid autem. Et idem dicit Pyrrhus idem esse in habente filias, sicut si haberet solum filios: sed ex dictis in 4.conside.huius partis, magis præferretur qui liberos masculos haberet. Et ista prælatio etiam consistit in ordine sedendi, vt dicit Petrus de Rauẽ.in suo compendio iuris.in dictis notabilib.fol.99. Et etiam in honoribus allequendis, vt inquit Ioan. Sanxon in consuetud.patriæ Turonẽsis.tit. *des doubaires de femme noble.* artic.1.& ista videntur vera in actibus publicis, in quibus benemeritus, & vtilior est præferendus.dixi ante in 7.parte, in 24.consideratione.

Secus in actibus priuatis, vt in familia, in cuius ordine ordo naturæ tm̃ inspici debet. c. est ordo. 33. q. 5. hinc cum in domo sedetur, ambulatur, in conuiuio quoq; familiari discūbitur, cessant honores inter patrem priuatum, & filiū gerentem magistratum, aliàs non, vt hic infrà in 16. consider. scribitur.

Et in rectore studij qui præcedit episopum scholarē in studio existētē, sed in alio loco nō, vt dicit Pan. in c. auditis. col. 3. de electio. & Fel. in rubr. de maio. & obed. & plenè dixi ante in 4. part. in 44. consi. cum seq. & in 7. par. in 37. conside. Sic ēt filius episcopus in domo tenet̃ facere reuerentiā patri, sed in ecclesia præcedit patrē: vt dicit Hosti. in c. indecorū. de ætate & qualitate. Ex quibus cōcludendū, ꝙ quis p̄t haberi maior, & minor ex diuersis qualitatibus & sub diuersis respectibus, & ita oīa cōcordari & ꝓportionari debēt: & ita dicit gl. 2. in c. q̃ritur. 2. q. 7. q̃ alle. c. quanquam, eodem loco. & c. perlectis. 25. distin.

Decimatertia consid. Inter duos æquales, qui est in suo territorio, est maior altero. gloss. vlt. in l. apud eum. ff. de manumissio. Imò etiā Archiepiscopus, vel Cardinalis in terra Episcopi debet honorare ipsum episcopum, vt notant gl. fi. & ibi Io. de Plat. per l. nihil. per illum text. C. de palatinis. libr. 12. dixi ante in 4. par. in 22. consid. Et ratio, quia per eius aduentum & præsentiam non perdit suam iurisditionem, nec desinit eam exercere. l. cunctos, quæ est l. 3. C. de metatis. eo. lib. 12. c. j. de officio delegati.

Et dicit tex. in ea. l. nihil. exemplificando in palatino Comitis thesauri, q forte in ꝓuincia p̄sidis morabatur, ꝙ honor & reuerentia non solū debetur, & defertur prǫsidibus prouinciarū ab inferioribus, sed etiā à maioribus. Et ex his subnotat ibi Luc. de Pen. in col. j. deberi reuerentiā & honorē à maiore, minori, cùm in domo maioris est minor, & econuerso, Cū in domo minoris est maior. alleg. text. in auth. de defensorib. ciuitatum. §. iusiurandum. in fin. colla. 3. & in authē. vt iudices sine quoquo suffragio. §. illud videlicet. versi. non sinimus. colla. 2. & d. l. 2. & c. qui se scit. 2. q. 6. & c. quanquam. 23. dist. & vide ante in j. par. in 20. & 21. consid.

Ex quo etiam cōcludo, defensores & maiores ciuitatum & vrbiū debere honorare decuriones seu consules, hoc est, scabinos in ordine & loco vbi sunt scabini. Ideo qñ fit congregatio triū statuū huius patriǫ Diuionæ, non est dubiū ꝙ maior Belnǫ: & Vergobretus, Heduen. præcedūt scabinos Cabilonen. sed si fieret dicta congregatio Cabilone, esset dubium, an ibi essent præferendi argumento supradictorum.

Decimaquarta consid. Ciuis alicuius ciuitatis supremǫ prǫfertur, seu anteponitur primario mediocris ciuitatis, vt tenet Dec. in c. clerici. col. 6. extra de iudicijs, quod intellige verum in loco indifferēti, sed in loco eorū q̃libet in suo territorio, seu districtu p̄fertur: vt dictū est in cōsideratione p̄cedēti. Fert̃ tñ cū Iulius Cæsar ī Alpibus oppidulū p̄teriret, amicis q̃rentibus an ēt illic seditiones aliq̃ de principatu forēt, Mallē, inq̃t, hic esse primus, q̃ Romæ secundus.

Et vnū scias, ciuitates sunt ī multiplici dñia, vt dicit Bar. in extrauagan. qm̃. ī prin. in gl. Lōbardię. circa medium. Quædam. n. sunt ciuitates minores, & pusillæ, vt cōiter oēs habentes iurisdictionem absq; mero, vel mixto imperio. Aliquæ sunt mediocres, q habent mixtū imperiū. Aliquæ verò sunt maximæ, q habent merū & mixtum, vt ciuitas metropolitana, nec dico, vt ait Bar. pp episcopatū, quia forū causarum est magnū, cui suberant multæ aliæ ciuitates. ad legat l. si duas. §. est aūt. cū §. sequēti. ff. de excus. tu. vide ĩ. in 60. conside. in fi. & hic ante in 5. conside.

Ex antedictis erat argumentum, ꝙ Vergobretus Heduen. in congregatione trium statuum huius patrię prǫcedere debebat, & maiorē Diuionē. & Belnē, cū Hedua sit ciuitas ex vsu nostro. Diuio verò & Belna sunt vrbes, seu oppida, nisi vrgeret ea rō, de qua ante: q̃a dictæ cōgregationes cōiter fiunt, & fuerunt vsq; in prǫsentē diem factǫ Diuioni & Belnǫ, & cum Belna sit de bailliuatu Diuionēsi, & sic de territorio, dicunt Belnenses dum sunt in vrbe Diuionēsi ea rōne, ꝙ maior eorum præcedit Vergobretum Heduē.

Decimaquinta cōsid. Inter plebeios legitimi plebei præferuntur, etiā bastardis nobilibus: vt dicit Geminia. in c. statutū. le secund. de hæreticis. 16. asserens Angelum ita consuluisse. est in consi. 30. incip. domina Francisca. prout refert & sequitur Guillelmus Benedicti in sua repet. ca. Raynut. in verbo, Raynutius de Clera. num. 32. extra de testamentis. abominabiles. n. sunt & exosi omni iure spurij, & incestuosi. propterea scribitur. in c. si gens Anglorum, 56. dist. quod diuulgatum est tales incestuosos, & adulterinos, nec bello seculari esse fortes, nec in fide stabiles, nec hominibus honorabiles, nec adeo amabiles, vt sunt Hispani & Burgūdiones, q sunt fortes, stabiles, honorabiles, & amabiles, *vt dicit ibi text.* Et ꝓles naturalis deturpat familiā. Et si ꝓles nō fuerit legitima, sequitur qd̃ h̃r Sap. 3. Filij adulterorum in cōsumatione erūt, & ab iniquo thoro semē exterminabit̃, & si quidā longæ vitæ erunt, in nihilū cōputabunt̃. & tales spurij sunt īfames, vt dicit Azo ī sum. C. ex quibus causis infamia irrogatur, vt infrà dicā.

Et aduerte, ꝙ conditio liberorum tacita nō comprehendit bastardos, cū affectio legis non sit ad eos, qui propriè non dicunt̃ filij, quia non sunt ex matrimonio nati. l. filiū. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. per q̃ pulchrè dicit Bal. in ca. quǫ in ecclesiarum. colum. pen. extra de constitutio. ꝙ filius nomē naturæ est, scilicet genituræ. caro ex carne parentis decisa, & ex lumbis eius transmissa. & sicut natura manifestum est. Et, vt dicit Guillielmus Benedicti ī sua repetitione c. Raynutius. in verbo, Raynutius de Clera. extra de testamentis. post Baldum in eo loco supra allega. ex nobili præsumptione intelligimus verba de iusto filio, qui honestè potest filius nominari. qualis est filius legitimus, lege fin. ff. de iure deliberandi, non de eo in quem non decet, vel non potest disponere virtus agendi in splendoribus: illegitimi nec succedunt, quia sordidi sunt. quibus non communicatur dignitas tanquā indignis, & ex peccato productis. Nec concubinæ viri dignitas communicatur postquam deficit matrimoniū, titul⁹ nobilitatis, nec mutat domicilium ex p̄sona viri, sicut mulier, q illegitimè nupsit, sim

Bar.

Bart.in l.fi.§.idem rescripserunt.le sec.ff. ad municipales. vnde si statuto cauet, ꝙ de relictis factis filijs non soluatur gabella, tamē de legato facto & relicto filio bastardo debebitur & soluetur gabella secundū Bar.consi.222.incip. statuto cauetur. Bastardi enim non includuntur in dispositione legali quantum ad commodum & honores, secundum glo.in clem.vnica.in verbo, liberi.in fi.de baptismo.& dixi alibi.

Nec includuntur in feudis, posito ꝙ essent simpliciter legitimati per rescriptū.c.naturalis.si de feudo fuerit cōtrouersia.i vsibus feudorū.de quo Panor.in c.cū Vintonēsis. col.4. & c.innotuit.de electio.quia feudum est beneficiū & honor, qui non intelligitur sentire de reprobatis.l.Lucius.§.Lucius.ff.de leg.secundo. Ale.in cōsi.64.col.4. in j.vol.vbi dicit, ꝙ nō est verisimile cōcedentē feudū de tali sensisse. & idē Alex.in consi.123.eod.vol.& cōsi.60.in 2.volu.Pariter non comprehenduntur in dispositione emphyteotica s̄m Spec.ti.de locato.§.nūc aliqua.vers.172. de quo per Bal.in d.c.quę in ecclesiarū.colum.mihi pe.& fin.versic. dubitatur vtrum naturalis.vbi etiam dicit, ꝙ in priuilegijs consequendis non continētur naturales, per l.lege Iulia.§.nec distinguitur.ff. de ritu nuptiarum.& idem Alex.in locis ante allegatis.& ꝑ dominum meum Ias.in l.generaliter.§.cū aūt. col. pe.C.de insti.& substi. ignominiosum est enim tales filios habere.l.pe.C.quemadmodum testamēta aperiantur.s̄m Bal.in d.l.generaliter. Et non solū ignominiosum est tales filios habere: sed etiā ignominiosum est filijs patrē habere talē, cuius vitio spurij vocantur.ita ꝙ melius foret, & honestius patrem habere legitimum q̄uis plebeiū & pauperē, q̄ ꝙ sit filius illegitimus, maximē Spurius, seu adulterinus, aut incestuosus patris excelsæ nobilitatis. facit text.in l.si qua illustris mulier.§.j.C.ad Orficianum. Quod facit contra aliquos nedum intellectu & verecundia: sed ēt sensu carentes, qui malunt se filios magnatum (q̄bus etiā filios habere non licet, vt ecclesiastici, & nō cōiugati) vt illorū nomina & arma (cis tñ non debita) occupent, q̄ maritū propriæ matris eorū genitorem honorare, tanq̄ patrē legitimū, et si agricola, aut mercator, aut alterius negociationis sit. tales profecto se infames spurios fatent̄, ꝓpriamq̄, matre impudicam demonstrāt, s.si verū fatentur. aliàs si fastu sup̄biæ fingāt, non est eis honor, sed summū dedecus apud probos viros.& talibus debet improperari, cū sint quomodocūq; infames.vt dicit Azo. in summa. C.ex quibus causis infamia irrogat̄.s̄.alleg.& p Ale. in d.consi.94. vt apud nos sunt aliqui nati in matrimonio (saltē p̄sumptiuè) habētes fratres, qui legitimi reputant̄: tñ vt bona cōsequi possint, se bastardos & spurios dixerūt, & in hoc gloriari volūt, & ēt timorē ex hoc icutere putāt ampliorē (cū spurij citius, & feruētius ad vindictā domus aduolent) q̄ legitimi, vt dicit Ang.cōsi.suo 30.incipiē.domina Fr̄acisca.& cōsi. 191.inci.sup puncto vr̄.sufficiat exemplū de Goliath spurio, vt hr̄ j.Regū 17.in quo vituperari debet, put de Hercule legimus, cui improperatum fuit se filiū Iouis ex Alcmena matre genitum dicentem.de quo Ouid.lib.9.Metamorphos.in principio.ita ait.

Nam quo te iactas Alcmena matre creatum.
Iuppiter aut falsus pater est, aut crimine verus.
Matris adulterio patrem petis, elige fictum:
Esse Iouem malis, an te per dedecus ortum.

Non sic fecit Moyses, qui grandis factus negauit se filium esse filiæ Pharaonis, magis eligēs affligi cū populo dei, quàm tempotalis peccati habere iocunditatem. vt dicit Apostolus ad Hebræos vndecimo.

Sic, nec etiam eximius prophetarum Dauid, sui generis paupertatem manifestare vetuit clamans, de post fœtantes, de prope fontes suscepit me dominus, vt scribitur Psalmo 78.in fine.

Pariter legimus de Gordio patre regis Mydæ opulentissimi Phrygū, qui Gordius ex agricultura sumptus ad regimen peruenit, quo potitus Gordium ciuitatē inter Asiam maiorē, & minorē cōdidit, & à se denominauit. In qua templū Ioui consecrauit, & nō immemor, nec veritus originaria cōditione, nec eam celans, in eo aratrum, quo interdum vsus fuerat, destinauit, & ex funibus quibus colla boum subiugarat nodū cōnexuit miro, & inextricabili artificio: vt neq; principiū neq; exitus deprehēderet in eo. Eūq; Ioui consecrauit, donec qui eum soluat, occurreret.

Qua de re secūdū oēs Alex. ille magnus reprehensione fuit maxima dignus, ꝙ potius se voluit Draconis filiū, s.dei Hāmonis in spē Draconis apparētis, & spuriū nūcupari: q̄ regis Philippi. d̄ quo Valeri⁹ lib. 9.tit.de supbia. Et i hoc fuit suorū ꝓgenitorū despector, ꝓut cōmuniter sunt nobiles, & nimiū honoris appetitiui, vt dicit Aegid.d̄ regimine pricipū, pte 3.

Accedat huc Olympiadis Alexādri matris super hoc comis, ac prudens ad filiū rescriptio, quam scribit Aulus Gellius lib.13.capitulo quarto in plerisq; monumentis rerum ab Alexandro gestarū, & paulò antè in li.M.Varronis, qui inscriptus est Orestes, vel de insania. Olympiadam Philippi vxorem festiuissimè rescripsisse legimus Alex.filio. Nā cū ipse ad matrē ita scripsisset, Rex Alexan.Iouis Hāmonis filius, Olympiadi matri salutē dicit. Olympias ei rescripsit ad hāc sn̄iam. Amabo, inquit, mi fili quiescas, neque deferas me, neq; criminere aduersum Iunonē. Malū mihi ꝓrsum illa magnū dabit, cū me literis tuis pellicē illi esse cōfiteris. Ea mulieris scitè atq; prudētis, erga ferocē filiū comitas sensim, benignè nō grauatè admonuisse eū visa, deponēdā esse opinionē vanā, q̄ nō nisi ex magna gloriæ inanis cupidine, & fatuitate nō mediocri oriebat̄, & q̄ ille ingentibus victorijs, & adulātium blandimentis, & rebus supra fidem prosperis imbiberet. scilicet genitum esse sese de Ioue.

Videmus etiā Romanos, tanquē molles, effeminatos, & lasciuos, se ab Aenea adulterino coitu ex venere Vulcani vxore, & Anchise concepro processisse, gloriasse. vnde Aeneadæ dicti sunt, vt est tex.Iustiniani Imp̄atoris ī authētico. vt p̄ponat̄ nomē Imp̄atoris §.1.colla.prima. imò tales, qui familijs alienis se immiscent, præsentium infimi, vt magnatū & potētum honore, & successione participēt, acriter puniunt̄ lege 1.C.de crimine falsi.cum rem nedum priuatā, sed publicam perturbent: quod ferēdū non est, vt dicit Valerius, lib.9.titulo vltimo, qui est de his qui infi-

mo loco nati, mēdacio se clarissimis familijs inserere conati sunt. ī principio hoc īpudētiæ genus, & anceps nō ferēda temeritas. Et ibi recēset de quodā, qui cū sanctissimæ & clarissimę sororis Augusti vtero genitū surgere ausus fuerat, imperio Augusti remo publicæ triremis (hoc est nauis īplēdæ triplici remorū ordine ad rempublicā pertinētibus) fuit affixus. Nā veteris moris erat (vt & hodie vsus inoleuit de inertibus, ociosis, & in tenebris ciuitatū languore torpētibus) perniciosos & perditos ribaldos ad remigiū dānare, vbi talis superbia domat᷑. Ideo tales spurij, & illegitimi, nati etiā in matrimonio non verēres impudicitiam matris patefacere propter eorum superbiā, ne dicam temeritatem, & impudētiā in republica pniciosissimā: & cōtra bonos mores & politiā, ad remigiū damnari seu deportari dērēt, more antiquorū.

Illegitimi ergo dicunt᷑ indecori, & ideo inhabiles ad ea quæ in decore cōsistut, vt ad dignitates. c. cum indecorū. de fil. presbyterorū. Ex quo non potest bastardus, & spurius, etiā magnatis dicere legitimo etiā filio plebei, ꝙ sit magis æstimandus, & honorādus, sed pōt impunè filius plebei legitimus dicere huiusmodi spurio. *quil est plus hōme de bien que luy.* & in hoc non errat. Cùm in his, quæ sunt honoris, & dignitatis seu decoris, bastardi tanquā infames nihil ptendere possint: vt antè dictū est. Sed infamibus portæ nō patēt dignitatum, iuribus vulgatis, & infrà dicet᷑.

Imò etiam consiliarij principis esse nō possunt, secundū Bal. in l. cùm legitimæ nuptiæ. ff. de statu ho. & nō immerito cū sint (vt dixi) infames secūdū Azo. in loco ante alleg. & Bal. ī l. 4. in prin. ff. de li. & posthu. quem ibi sequitur Alex. & idē Bald. in l. in bonæ fidei. C. de reb. credi. & ī l. j. C. de iure aureorū anulorum. Alexan. in consi. 94. antè allega. Sed etiā si spurius & bastardus fuerit legitimatus, remanet īfamis de facto inter bonos & graues notatus. d. l. 4. in prin. ff. de li. & posth. cū quo trāsit Alex. in l. ex facto. col. 3. ff. de vulg. & pup. & in d. l. 4. col. 2. & dixi suprà in prin. huius cōsiderationis. Et sic tabellio ad banchū iudicis, hoc est, grapharius esse nō pōt, vt dicit Bart. in l. eadem. ff. ad leg. Iuli. repetū. quē sequitur Alex. cōsi. 80. incip. examinato processu. in 2. vol. p quorū dicta dixi aliàs in contingentia facti: ꝙ condemnatus actione famosa, tanquam infamis nō poterat esse grapharius ad banchum psidis seu bailliui, aut curiæ seu sedis cancellariæ: de quibus curijs ad longū suprà ī 7. par. in 19. & 20. cōsiderationibus dictū est.

Nec sufficeret, ꝙ cōmuni opinione haberet᷑ p tabellione, nisi ēt p homine legitimo reputaret᷑, ꝙ est verum secundum aliquos, etiam si esset legitimatus.

Nec ēt testis esse pōt, vt plenè not. in l. 1. in verbo, diuina. C. de summa trinita. & Panor. in ca. testimonium post gl. ibi, in verbo, emēdatus. extra de testib.

Nec etiā potest doctorari, quia doctoratus est dignitas, vt dicit Bar. in proœ. C. & Zabarella ī pemio clemēti. &c, vt scribit Bal. in d. l. j. C. de sum. trinit. licet doctoratus infami, & excōicato conferri possit: Tamen spurio doctoratus conferri non potest, vt dicit Zabarella in clem. 2. de magistris, quod videt᷑ esse verum, ēt si essent legitimati. Cùm legitimatus sit similis alchimiæ: q̄ facit apparere, qđ non est: vt dicit Bald. in c. 1. col. 5. extra de cōstit. quē refert, & sequitur do. meus Iason, in l. cū acutissimi. C. de fideicommissis. & idē Bal. in c. fi. extra de transla. episc. dicit, legitimatū assimilari homini medicato à morbo, in quo semp aliquæ remanēt cicatrices. cuius dictū recenset Curtius cōsi. 78. col. 19. & sequē. sed tamen Guillelmus Benedicti in d. sua repe. c. Raynutius, in verb. eodem Raynutius. nu. 29. extra de testamētis, videt᷑ tenere etiam legitimatos doctorari posse. licet legitimatio id nō exprimat in verbis, ꝙ sit legitimatus ad doctorandū: quoniā tales etiā simplices legitimationes extendunt᷑ ad dignitates alteri nō piudiciabiles, secūdū Innoc. in c. p venerabilē. qui filij sint legitimi. & plus dicit idē Zabarella in clem. 2. de magistris, valere consuetudinē, vt ēt non legitimati doctorent᷑. quē sequitur Fel. in c. quanto. de magistris.

Vnde non sine causa, pręsertim inter illustres bastardi pro nihilo reputātur, quos magnatū ac nobiliū consuetudo non nouit pp bonos mores obseruādos & retinēdos: vt notat Barb. in addit. ad Bal. in c. naturales, tit. si de feu. fuerit controuer. inter domi. & agnatū vasalli, in vsib. feud. & dicit Cur. ī cōsi. 26. incip. clarus vir. col. 6. ꝙ totus mundus abborret, & detestatur istos spurios. facit tex. in d. c. p venerabilē. & in §. fi. in auth. quib. mod. natu. efficiun. sui. col. 7. hinc cōe prouerbiū de eis habetur. *que ce seroit contre nature si faisoient bien.* eo q a sunt male nati, vt cōiter male nutriti, male edocti, ideo dicit Bal. in d. c. naturales. ante fi. ipsos eē rudes & indoctos, & ab omnibus spreti, ex quo non nisi mala facere possunt, & sic non nisi male agere, prout ad rei veritatē cōtet: videbimus. Non. n. sunt de parētela nobilium, cum sordes nominari non mercatur inter præcipuos: vt dicit Bal. in d. l. cū legitimæ nuptiæ. ff. de statu hom. & in c. p tuas. extra de maio. & obe. ꝙ bastardus quātūcunq; legitimatus, sedere non debet in eadem mēsa cū fratre legitimè nato, cui semp honorē & reuerētiā debet. l. humilē. C. de nuptijs. facit §. soror. inst. de inoffi. testam. Nec ēt spurij habēt ius retractus: vt. p plura tenui in cōmentarijs nostris sup consue. duca. Burgun. ti. *des retraictz.* §. j. in glo. *le plus prochain.* versi. add. quando. ita ēt decidit Dec. consi. suo 275. ibi per me allegatus. in versic. plenè de hac. & vide etiam Guillel. Bened. in sua repe. cap. Raynutius. in verbo. & vxorem nomine Adelasiam. in secūdo principali articulo, circa finem. extra de testamentis.

Nec pōt portare bastardus nobilium insignia, vt dicit Bal. in d. l. cū legitimè. & est de mēte Angeli in cōsi. 30. & 191. ante allegato. nisi esset cōsuetudo in cōtrarium, vt apud Frācos, vbi bastardi portāt arma domus cū quadā tamen barra per transuersum (quæ incipit à sinistris, & tendit ad dextram) vt dicit Gui. Papæ q. 58. & dixi ante in j. par. in 38. consid. in 24. & 77. cōclusionibus. secundum Nicolaum de Vbaldis in trac. successionum. parte prima. colum. 19. & 20. Quia si barra inciperet à dextris, & tēderet ad sinistram, non designaret genus illud infectū: sed esse de matrice domo legitimè, fortè collateraliter pcessum, vt sunt illi de Borbonio, vel alij, q hēnt Barrā

originalem in suis armis, vt illi de Longo vico, qui habent barram azuream in campo aureo. & illi de Cabilone habent barram auream in campo rubeo. in d.38.consi.in 73.conclusione.

Nã si bastardi illarũ familiarum portẽt arma sine barra tendẽte ad dextrã,& incipiẽte à sinistra, potius facerẽt agnationi & domui iniuriã, q̃ honorẽ, qm̃ aliàs nõ est eis pmissum. & possint abradi, & deleri ab illis de agnatione, & ꝓhiberi bastardis ne aliter portẽt, qm̃ expedit ita fieri, vt familiæ distinguantur & indistinctè recognoscantur: & pˢertim hoc debet seruari in bastardis, vt differentes & distincti à legitimis cognoscant, ne sordes p errorẽ computent inter splẽdores. facit c.nisi cùm pridem.§.pro graui. in fi. extra de renũc.maximè in participatione bono. Cũ portare arma sit honor, qui nõ cõpetit bastardis: vt tenet Bal.in d.l.gñaliter.& in l.filiũ.ff.de his, q sunt sui vel alie.iur. Nec dicunt bastardi esse de gñe patris, cũ appellatione eorũ de gñe solũ veniat agnati, & nõ cognati.l.j.iũcta gl.ibi.ff.de ꝓbatio. Et ipsi bastardi agnati non sunt, nec habent agnatos, qm̃ etiã, vt dicit Bal.ĩ d.l.gñaliter.bastardi ꝓpriè, iure, aut cõsuetudine nõ sunt de domo, nec familia seu agnatione patris: qđ tenet Bar.ĩ l.fi.ff.de verb.& ret.sign. & Pet.de Anch.ĩ cõsi.290.ĩ initio.ĩci.visis diligẽter. ex quo nimis supbè, & pˢumptuosè loquunt bastardi aliquorũ magnatũ seu nobiliũ, qui dicũt se eẽ de domo & familia illorũ, q nõ hẽnt iura sanguinis: vt ĩ §. vulgo.insti.de succes.cognatorũ.l.ex parte. & l.Spurius.ff.vñ cognati.l.ꝓnũtiatio.§.familiæ.ff. de verb. sig.vt dicit Barb.in addi.ad Bal.ĩ d.c.naturales. imò plus dicit Pe.de Anch.ĩ d.loco, ꝙ filius legitimè natus ex bastardo nõ pt dici nobilis, cùm nascat ex radice corrupta.l.fi.C. de naturalib.lib. ẽt si mater eiꝰ esset nobilis. Cuius nobilitas verè obnubilat si nupserit bastardo.& sentit Bal.ĩ l.ex libera.C.de suis & legi.hæredi.per l.j.C.de dignitatib.lib.12.ꝙ mulier nobilis nubens plebeio perdit nobilitatẽ. Et iõ cum carent agnatis, nõ habẽt tutores legitimos, ſm Bal. per illũ tex.in l.matres.C.quando mulier tutelæ officio fungatur. Nec etiam tutores testamentarios secundum gl.& Bar.in l.j.ff.de testamentaria tutela.

Nec ẽt bastardus dr̃ coniuncta pſona, ſm Inno.in c.nonnulli.de rescript.& Bal.in l.cũ acutissimi.C.de fideic.& Ang.in consi.191.suprà allegato. Nec etiã eius filius. ideo non agunt, vt cõiuncta persona sine mandato: vt consuluit Paulus de Castr.consi.134.vt dicit Guillelmus Benedicti in loco suprà allegato.

Nec etiã bastardo debetur legitima, nec aliqđ remedium contra testm̃ patris, ſm gl.in hoc singulare in l.j.ff.de bono.poss.contra tab.q̃ sequitur Bal.in l. humanitatis.C.de impu.& alijs subst. Nihil.n.capit contrà, vel præter voluntatẽ patris, vt ibi. Nec econtra pater naturalis in bonis filij naturalis secũdum Azon.singulariter in sua summa, titulo de legitimis hæredibus.quẽ sequit Bar.in l.fi.col.secũda.ff.de his quibus vt indignis.& dominus meus Ias.in §.pœnales, numero 61.versi.accedat dictum.instit.de actio.

Nec possunt fieri successibiles ex statuto, vel consuetudine: vt dixi in cõmentarijs nostris sup consuetudinib.ducatus Burgũdiæ, in rubr. *des successions des bastards*. vltra quæ ibi dicta sunt, adduco Bal.in l.j.in 3.oppo.C.de his q̃ pœnæ nomine. vbi dicit tale statutũ esse contra ius diuinũ. vnde habetur Gen. 31.quod renouat Apostolus ad Gala.4.in fi.ꝙ filius ancillę non erit hęres cum filio liberæ. vnde pœna in contrarium non teneret, neq; iurm, ſm Bal.in l.j.& Bar.in l.Seius & Augerius.ff.ad legẽ Falcid. Et intm̃ legitimi præferuntur bastardis, ꝙ si statutũ ciuitatis quo ad honores & dignitates, præferat filios nobiliũ filijs popularium, certum intelligendum est de legitimis: quia legitimi plebei prẽferuntur bastardis nobilibus: vt dicit Ang. quẽ refert & sequitur Dñicus de sancto Geminiano in c.statutũ.col.2.in fi. de hæreticis.in 6. Alleg.n.Ang.in cõsi.suo 33.& corruptè: qa est in cõsi.30.cuius initiũ est, Domina Francisca supra allega. Cùm bastardi sint duntaxat in defectũ legitimorum assumendi.l. generaliter.§. spurios.ff. de decurionib. Facit dictum Bal.in d.l.filiũ, in 2.lectura.in prin.quod si alicui cõceditur priuilegiũ in causam filiorũ, bastardi vti priuilegio nõ poterũt.l.si liberti ius.ff.de opis liber.& in l.2.ff.de excus.tutorũ. & idẽ Bal.in d.c.q̃ in eccl.col. vlt.extra de constitut.

Similiter idem Bal.dicit in l.parentes. circa fin.ff. de in ius vocando.ꝙ si doctori fuerit concessa immunitas, & filijs: qa hoc casu non ponderatur ratio naturalis, sed accidentalis: qualitas ipsius patris, s. doctoratus, tunc naturales, vel spurij non continentur. Et generaliter vbicunq; agitur de cõmodo, & honore filiorum & nepotũ, nõ veniunt filij naturales tm̃ aut spurij. Circa ea videatis Bar.ĩ l.in tutela.ff. de capitis diminutione.& in l.pronunciatio.ff.de verbor. signific.& in l.prima & secunda.ff.de accusatio. Ioã. Andreæ in addit.ad Spec.in tit.qui filij sint legi. Bal. in cap.nonnulli.de rescriptis. Panor.in c.per tuas.& ibi etiam Bal.de probatio. Bar.Bal. Ang.& alij in l.fi. C.de verbor. signifi. & plures remissiones ad hoc adducit dominus meus Ias.in §.pœnales. nu.58.instit. de actionibus.

Ex quibus omnibus concluditur effectus nostræ considerationis, ꝙ legitimitas hominis est valde decorus titulus, quem parentes debent filijs procurare, per legitimum matrimonium.

Ad vnũ tamen est aduertendũ, ꝙ vbi ageretur de illegitimorũ onere & incommodo, & sic in materia odiosa, veniũt appellatione filiorũ & comprehendũtur ĩ dispositione liberorũ: de quo plenè p Io.de Pla. in l.j.C.de imponẽda lucratiua descriptione.lib.10, per Ang.in d.consi.30.& Dominicum de sancto Gemin.in d.c.statutum.de hæreticis, in 6. Ita ꝙ sicut filius patrem naturalẽ, & legitimum occidens tenetur & punitur.l.Põpeia.de parricidijs. Sic ẽt tenebit bastardus & spurius.per tex. in l.hos accusare.§.oĩbus. ff.de accusation.Bal.in c.per tuas, col.2.extra de probatio.& in d.c.quæ in ecclesiarũ.col.pen. ver.ex nobili.extra de consti. Et cõprehendũtur in l.quisquis. C.ad leg.Iul.maiesta. qa tunc cũ de eorũ agitur incõmodo, dispositio legis ad naturã refertur, & non ad ciuitatem, nec ad fictionem iuris. Ideo dicit Barto.in l.cùm scimus.C.de agricolis & censitis. lib.11. quòd

ſpurij poſſunt agere actione iniuriarũ, & pro iniuria facta alicui de genere, quod non credo verũ, cũ ſpurij ſint infames, vt ante dictũ eſt. Ideo vr̃, ꝙ cũ nulla bona fama tolli p̃t cũ nõ habeãt: & ſic frigiditas nõ põt eſſe ſine ſubſtantia vel ſubiecto. l. 2. Et ibi Bar. ad hoc not. ff. de vſufructu. Nec põt eſſe accidẽs ſine ſubſtãtia vel ſubiecto: ita p illũ textũ dicit Bal. in l. 2. C. de bon. poſſ. ſm tabulas. & in l. omniũ. C. de teſtamẽtis. Cũm. n. nõ ſit ſubſtantia bonæ famæ, quõ reſtitui poſſit: & priuatio præſupponit habitum, & nõ entis nullæ ſunt qualitates: vt dicit do. meus Iaſ. in l. eius. verſi. ꝙ ſi ſtipulatus. ibi: nota tertiò. ff. ſi cert. peta. & ꝙ non põt. l. quoties. ff. de nouatio. Idẽ do. meus Iaſ. in l. ſingularia. col. 2. ff. eo. ſi cer. pet. Faciunt quæ dicta ſunt in prima part. in 42. conſid. ꝙ praui, hoc eſt infames, & turpes pſonæ nõ ſunt digni honore, qm̃ & infamibus portæ nõ patẽt dignitatũ. tex. in l. 2. cuius initium eſt, neq; famoſis. C. de dignitatibus. libr. 12. & regula iuris infamibus. de reg. iur. lib. 6. Et ſic cũ honor debeat tm̃ his, q ſint capaces honoris: q̃a actus agentiũ operãtur tm̃ in patiente bene diſpoſito: ſm Philo. 2. de aĩa. probatur in l. 2. ff. de ſtatu hominũ. & in c. venerabilẽ. vbi colligitur de electio. Nõ eſt dicendũ, ꝙ homo infamis ſit patiens bene diſpoſitũ ad recipiendũ honorẽ. Nã qualia ſunt ſubiecta, talia debent eſſe prædicata, & p conſequens, ꝙ infamis poſſit petere, quod ſibi tanq̃ honorabili honor fiat: quia honor non cadit in eo tanq̃ in ſuo penitus cõtrario. Cũ honor & infamia tanq̃ duo cõtraria nõ poſſunt eſſe in eodẽ ſubiecto. l. j. C. de furtis. Et ſic ẽt prædicatũ, ſ. honor, nõ eſſet diſpoſitũ ad ſubiectũ, ſ. ad hominẽ infamẽ, nec ſimul ſtare poſſunt in eodem ſubiecto, tanq̃ cõtraria. Nam hõ, qui eſt ſubiectum, habet iã prædicatũ infamiæ, quõ nunc poſſit habere contrariũ ſubiectum reſpiciens honorẽ, cũ infamia, & honor omnino cõtrarientur: vt dictũ eſt. ideo bene dicit text. in d. l. neque famoſis & notatis. & quos ſcelus aut vitę turpitudo ingnãt, & quos infamia ab honeſtorũ cętu ſegregat, dignitatis portę patebũt. Facit, q̃ dicit Luc. de Pẽ. in l. vnic. C. de profeſſoribus, q ĩ vrbe &c. col. 3. li. 12. vbi dicit, ꝙ infamis nõ p̃t fieri doctor: q̃a doctori eſt honor, vt hic ẽt p̃ dictũ eſt.

DEcimaſexta conſid. Inter plebeios maximè, vbi nulla eſt dignitas, patres filijs ſunt præferendi. Cũ p filios honor debeatur patribus ĩ tribus. ſ. in exhibitione reuerẽtiæ: vt habetur Eccle. 7. Honora patrem tuũ, & gemitũ matris tuę ne obliuiſcaris: qd in multis conſiſtit, vt Eccle. 3. Secundò eis obediẽdo: vt habetur ad Coloſ. 3. Filij obedite patribus veſtris. Tertiò in neceſſitate ſubueniẽdo, vt habetur j. ad Timot. 5. Filij reddite vicẽ parentibus, vt ſcribit Anto. Floren. in ſua ſum. in 4. par. ti. 5. ca. 9. §. j. & in §. 2. declarat emolumenta, quæ filij conſequũtur ex huiuſmodi honore & reuerentia erga parentes: quæ ſunt tria. Primum. ſ. prolongatio vitę: vnde Eccl. 3. ſcribitur. Qui honorat patrẽ ſuũ vita viuet longiore. Item, Honora patrẽ tuũ, & matrẽ tuã, vt ſis longæuus ſup terrã, vt ſcribitur Exod. 20. Deut. 5. Mat. 15. Mar. 7. Et ad Epheſ. 6. Secundum eſt exauditio orationis, & conſolationis in filijs. Eccl. 4. Qui honorat patrẽ ſuũ iocundabitur in filijs, & in die orationis ſuæ exaudietur. Tertium eſt in multiplicatione temporalium, & ſpiritualiũ rerum. Eccleſiaſt. itẽ 3. Honora patrẽ tuũ & matrem tuã, & ſuperueniet tibi benedictio à Deo. Lẽge. n. naturæ patres ſunt honorandi. & eis obedire tenentur filij. l. j. §. j. iuncta l. ſequenti. quæ incipit, veluti erga Deum religio, vt parentibus & patriæ pareamus. ff. de iuſtitia & iure. Lege ẽt humana, & ciui li præcipitur filijs, vt reuerentiam & honorem parentibus exhibeant. l. parentibus. & l. generaliter, cũ ibi notatis. ff. de in ius vocãdo. & l. filia. C. de patria pote. & l. j. ff. de obſequijs à liberis, & libertis parẽtibus à patronis p̃ſtandis. facit l. cum oportet. §. non autẽ C. de bonis q̃ liberis. & in authẽ. de nuptijs. §. ſed q̃ ſancitum eſt. ibi: erubeſcit. n. lex caſtigatores filios genitoribus ſtatuere. & ſequitur. Illos quidem erubeſcit. col. 4. Et de hoc ſcribit Bernardinus de Buſtis in ſecunda ſui roſarij parte, ſermone 25. in 3. par.

Hinc parẽtes (hoc eſt pater & mater) in ius vocari nõ poſſunt à filijs, venia nõ ĩpetrata. d. l. generaliter ante alleg. & l. eo. ti. ff. de in ius vocan. etiam ſi mater eſſet meretrix. d. l. 4. in fin. cum l. ſeq. eod. loco. Aliàs puniuntur filij, vt in §. pœnales. inſti. de actionibus.

Etiã pater cõuẽtus à filio venia impetrata hẽt beneficiũ, vt ſolũ condẽnetur inquantũ facere põt, hoc eſt, deducto ne egeat, & detracto tanto, ꝙ poſſit inde viuere, vt eſt tex. in §. ſed & ſi quis. inſti. de actio. concordat l. ſunt q in id. in fi. cũ l. ſeq. ff. de re iud. & hoc ob reuerentiã paternã, ſm Dyn. in d. §. ſed & ſi quis. licet Nic. de Neap. ibi: quẽ ſequit do. meus Iaſ. Itẽ ibi dicit, ꝙ rõ eſt: quia tũc habet locũ regula. dolo facis qd̃ petis, qd̃ ſtatim reſtituturus eſt. Cũm filius patrẽ egentẽ teneat alere. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parẽs. ff. de liberis agnoſcen. Et vnũ ẽt ſcias, ꝙ metus reuerentialis qui eſt in filio erga patrẽ, eſt ſufficiens ad reſcindẽdũ cõtractũ filij factũ p̃ſentia patris, aut cũ patre: l. j. §. q̃ onerãdæ. ff. quarũ rerũ actio nõ dat. dñs meus Iaſon in l. tranſactionem. C. de tranſactio. & p eundẽ in §. quadrupli. nu. 58. cum 8. numeris ſequen. inſtitutio. de actio. & per Felin. in c. cauſam matrimonij. extra de officio delegati. Etiam frater maior qui gubernat, cauſat metum reuerentialem. Idem do. meus Iaſon, in lege pactum. in fi. C. de collatio. & idẽ dicendum eſt in marito erga vxorẽ, vt ait dominus Iaſon in dicto §. quadrupli. loco ante dicto. Quia non minor debetur reuerentia p vxorem marito, q̃ p filium patri, ſecundum eũdem dominum meum Iaſonẽ in d. l. tranſactionem. vbi declarat idem eſſe in ſocero, cui etiam huiuſmodi reuerentia debetur. ſed cũ hæc non ſint præſentis ſpeculationis, ad alia deueniam.

Et non ſolum pater naturalis eſt honorandus, ſed ẽt pater ſpiritualis: vt p plura tenet G. Bened. in repet. c. Raynutius. ĩ verb. & vxorẽ nomine Adelaſiam. nu. 76. extra de teſtamentis. vbi etiam amplè de patrino, hoc eſt, de illo qui aliquẽ de ſacro fonte leuauit, cui debetur honor & reuerentia: ita ꝙ pœnæ inductæ contra vocantẽ in ius ſine venia patrem naturalem, habent locũ in patre ſpirituali. & per dominũ meum Iaſonẽ, in d. §. pœnales. nu. 64. inſtit. de actio.

Interdum tamen filius p̃ferendus eſt patri, quãdo pater

pater est irrationabilis, vt in c.quæritur. 2.q.6. ubi ẽ tex.seruamus honorificẽtiam patri quę debet à filio, nõ æquamus filiũ patri in honore, sed pponim⁹ filiũ patri in veritate: & sic tribuimus honorẽ debitũ, vt nõ perdat æquitas meritũ. Et iuxta dictũ Senecæ: nõ quis, sed quid dicat attendito, vt recẽset Lucas de Pen. in l.oẽs iudices.col.15.C.de decurio.li.10.quia præualet veritas, & vincit.c.cõsuetudo.8.dist. & dixi infra in sequenti parte, in 26.consideratione.

Item quando filius est iudex aut gerit magistratũ, vt plenè dixi ante in 7.par.in 24.consideratione.ubi citauit ad hoc Aulũ Gelliũ lib.2.c.2.ubi disertè scribit, quæ ratio obseruatioq; officiorũ esse debeat ĩter patres filiosq; in discũbẽdo sedẽdoq; atq, in id gen⁹ rebus, domi forisq; si filij magistratus sint, & patres priuati.cui addo Valeriũ in lib.2.tit. de institutis antiquis.dũ ait. Q.Fabius Maximus à senatu legat⁹ missus ad filium cõsulẽ Suessam, post q̃ animaduertit eũ ad officiũ suũ extra mẽnia oppidi processisse, indignatus quoq; ꝙ ex lictorib⁹ nemo se equo descẽdere iussisset, plen⁹ irę sedere pseuerauit: quòd cũ fili⁹ sensisset, pximo lictori, ut sibi appareret, impauit: cui⁹ voci Fabi⁹ cõtinuo obsecut⁹. Nõ ego, ĩquit, fili, summũ imperiũ tuũ cõtẽpsi, sed experiri uolui, an scires Cõsulẽ agere. Nec ignoro q̃d patrię venerationi debeat, verũ publica ĩstituta priuata pietate potiora iudico.

Idẽ de filio Episcopo, aut sacerdote qui dẽt præcedere patrẽ in ecclesia, ut hic ante ĩ 12. cõsideratione scriptũ est. Et ratio est, quia ĩ illis filius est maior patre, & ĩ maiori dignitate: ut lege, sed si unus.§.ĩterdũ. ff.đ iniuriis. 56.dist.c.nũquã.in fi. hr̃ p Lucã de Pen. col.penul.C.de priuilegijs scolariũ.lib.12. Nam aliàs uideretur, & censeretur quędam insania si filius patrem, discipulus magistrũ, aut superiorẽ inferior subiugare conetur.ca.si quis dubitet.96. dist. Nõ enĩ est seruus maior domino suo, nec apostolus illo qui misit illũ.Ioan.13.& uide 2q..7.per totũ, & facit extra de officio delegati.c.ultimo.2.& 3. responso.

Nulla quippe iustitia est, vt maior minori seruiat. 23.q.vti. ca.est ordo. licèt nonnunquam vicarius sit melior principali.l.iustissimè.post principiũ.ff.de ædilitio edicto.Lucas de Penna.in l.j.ante allegata.

Et hic notabimus, ꝙ una psona dicit̃ alijs præesse quinq; modis, vt notat Archidiaco.ĩ c.quãuis. versi. in his 21.dist.scilicet offi cio, vt in c.nouo. eadẽ dist. Secundò vitæ merito.c.beati.2.q.7. Tertiò ordine, vt in c.à subdiacono.93.dist. Quartò administratione, vt archidiaconus archipsbytero. c.1. extra de officio archipresby. Quintò cõsecratione, vt episcopus omnibus.c.1.dist.21. Et hæc prælatio cõsistit ĩ tribus, in iudicijs.c.inferior.eadem dist.ĩ pceptis. ca.nũc autẽ. eod.loco, & in sacramentis.c.deniq;.eadẽ itẽ dist. vt per singula ante in 4.part.dictũ, & cõprobatum est, & ista diuisio etiam seruit potius pro illa.4. parte.

Subditur, & meritò, an parentes sint pponẽdi omnibus aliis ĩ honore. Hãc q̃stionẽ plenè examinat Albericus de Rosate.in l.ueluti.nu.8.ff. de iust. & iure. vbi dicit diuersos esse gradus honoris, q̃ debentur diuersis. Primus est cõmune principalis causæ, secundus est sapientiæ, & tertius bonitatis.

Honor siue præeminentia principij triplex est. Prima est q̃tũ ad esse naturale, q̃ pducit de nõ esse in esse, & hãc hẽt pater carnalis: & huius rõne honorãd⁹ est parẽs carnalis p̃ aliis, & iõ dr̃. Honora patrẽ, & matrẽ, & Ecclesiasti.6. Memẽto, ꝙ nisi p eos natus non fuisses, & dixi hic ante in 4.cons.versi.tertia ratio.

Alia præeminentia principiandi est quantũ ad eẽ spirituale, & ista ratione honorãdus est prælatus præ aliis.vnde Ecclesiastici 3. scribitur. Tanquã dominis seruite eis qui genuerũt opere, & sermone. & de ista præeminentia dixi ante in dicta 4. parte.

Alia est præeminentia principiandi quantũ ad eẽ temporale, & s̃m hanc honorandi sunt principes seculares, vt imperator, & rex.vnde scribitur j. Petri 2. c. Deum timete, & regem honorificate. & de huiusmodi præeminentia, vide suprà in 5.parte.

Secũdus gradus principalis honoris est rõne sapiẽtiæ: & scd̃m hoc honorãdus est doctor, iudex, literatus & senex.vnde Leui.19. Corã cano.capite cõsurge, & honora vultum potentis.de quibus singulis scripsi, s.de doctis, & literatis, in parte præcedẽti.de iudicibus seu magistratibus, suprà in 7.parte, & etiã de senibus in sequenti consi.& de potentibus.infrà eadem par.in 26.considera.& suprà amplè in 7.8.& 9. part.

Tertius gradus principalis honoris est rõne bonitatis, & scd̃m hoc honorandus est vir sanctus. vnde Apostolis ad Phili. 2.de Epafrodito dicit. Excipite illum, & sequitur. Et honore habetote: q̃a ppter op⁹ Christi usque ad mortẽ accessit tradẽs animam suã.

Est ẽt sciendũ, ꝙ honor paternus in duobus præcipuè consistit, s.in reuerentia, & in sustẽtatione corporali. de quib⁹ ante ista cõsideratione aliquid dixi.

Reuerentia autem paterna cõsistit in tribus. In affectu, timendo offensam paternã, ex amore. unde Hiero. Præbeatur patribus honoris mixta formido. In effectu, & hoc obediẽdo, ad Ephes.5. Filij obedite parẽtibus vestris. Et in signo, assurgẽdo, inclinãdo, eos pponẽdo, & similia faciẽdo, q̃ sunt signa honoris. vnde Apostolus ad Rom.13. Cui honorẽ, cui tributũ. & de huiusmodi signis scripsi supra in 1. part. in 11. consideratione, & pluribus alijs sequentibus.

Sustentatio ẽt cõsistit in tribus, s.in solatio uerborũ.vnde Eccl.3. Dedecus filii pater sine honore, q̃a vt dicit glos. Honore, & solatio debẽt fouere parentes. unde Hier. De honorãdis parẽtibus nemo patrẽ aspe ris uerbis lædat, affectũ sonẽt quicquid lĩguæ dixerit liberorũ, hæc filiorũ ora loquent̃, ꝙ parẽtes dẽant audire. In seruitio, vnde Eccl.3. Qui timet Deũ, honorat parẽtes, & ibi alia ad hoc. Itẽ ĩ exhibitione necessariorũ.vnde Hiero. Honorẽ patrẽ tuũ, ñ ĩ uerborũ sono, qui pt inopia parẽtũ cassa adulatione frustrari: sed in victus necessariis ministrãdis. Et Phil.9. Ethic. dicit, ꝙ ĩ his q̃ pertinẽt ad sustẽtationẽ naturæ, quæ est p nutrimentũ filii, maximè debent sufficientiã pbere parẽtibus: sunt.n. in hoc eis debitores, & sic filii coguntur alere parentes.l.si q̃s à liberis, in prin. & §.si vel parens.ff. de liberis agnoscẽdis, & hic añ dictũ ẽ.

Concludit tãdẽ Alb.ĩ eadẽ.l.nu. 10. ꝙ nõ oĩs honor debet̃ patri, q̃a nõ est largitor uniuersalis omniũ bonorum, sed particularis, nec cõtinet in se omnem præmi-

præeminentiam honoris, & id dicit Philo. 9. Ethic. Non omnē honorē debent homines parentibus: qa neq; eundē honorē debent patri, & matri, nec patri debent honorem qui debetur sapienti, vel qui debetur duci exercitus: sed patri debet honor paternus, & mři matern⁹, & cuilibet seni ēt suus debet honor.

Et ulterius q̄rit ibi Alberi. an in oībus obediendū sit parentibus? ubi sic resoluit, licèt uideatur, ꝙ sic, vt habetur ad Col. 3. Filij obedite parētibus vestris ī omnibus. tñ Philo. 9. Ethic. declarat, ꝙ non oīa parentibus debeantur, sed quædā ēt debentur cōsanguineis, amicis, benefactoribus, & uirtuosis, & ſm Alexādrū de Hales. 3. vol. sum. Non solū obedientia debet parentibus, sed & alijs: puta prælatis ecclesiasticis, & secularibus, scdm gradus, & distinctionē corporaliū, & spiritualiū, vt prelato ecclesiastico in spiritualibus, seculari in tēporalibus, patri ī regimine familiæ. & idē decidit Tho. in 2. 2. q. 26. arti. 3. Apud legistas verò ista qō facilius expedit. sic, ꝙ in atrocioribus filij nō debent obedire parētibus, aliàs secus, notatur in l. liber hō. 2. in gl. magna in fi. ff. ad legē Aquiliā. facit. l. ad ea q̄ nō habent atrocitatē. ff. de regu. iu. &c. non semper malum est non obedire præcepto. 11. q. 3.

Et argutius de officio liberorum erga parentes, & an semp in oīb⁹ patris iussis obsequendū sit, & parēdū super ea re relatis Grecorum, Latinorumque (qui de officiis scripserunt) sententiis, Aulus Gellius lib. 2. c. 7. ita concludit. Omnia quæ i rebus humanis sic fiūt, aut honesta sunt, aut turpia, aut media, q̄ sua ui recta aut honesta sunt, ut fidē colere, vt patriā defendere, ut amicos diligere, ea fieri oportet siue imperet pater siue non imperet. Sed quæ his cōtraria, quæq; turpia, & oīno iniqua sunt, ea ne imperet qdem, vt si ꝓditionē patriæ, si matris necē, aut alia qdā imperarit turpia, aut impia. Sed ea tñ quæ obseq nō oportet, leuiter, & verecundè, ac sine detestatione nimia, sine opprobratione acerba reprehensionis declinanda sensim, & relinquenda eē dnt, q de officijs scripserūt, q̄ respuenda. Quæ verò in medio sunt, hoc est, in differētia seu media dicunt, vt in militiā ire, rus colere, honores capessere, cās defendere, uxorē ducere, vti iussum, ꝓficisci, vt accersitū venire: qm̄, & hæc & his similia p se ipsa neq; honesta sunt neq; turpia, sed pinde, vt à nobis agūtur: ita ipsis actionibus, aut ꝓbanda fiūt, aut reprehēdēda, pp ea ī hmōi oīum rerū generibus patri parēdū esse cēsent, ueluti si uxorē ducere imper, aut cās ꝓ reis dicere. q d. n. si imper uxorem ducere infamē, ꝓpudiosam, criosam? Aut ꝓ eo Catilina aliquo, aut C. Bibulo, aut P. Clodio cām dicere? Non. s. parēdū, qm̄ accedente aliquo turpitudinis numero, desinūt eē p sese hæc media atq; indifferentia.

Decimaseptima consider. Quia in antiquis est sapientia, & in multo tēpore prudētia. Iob 12. & vbi inter plebeos est q̄stio de immunitate, hoc est exēptione, seu uacatione munerū, & onerū: semper fuit venerāda senect⁹ priuilegio ętatis. l. semp in ciuitate. ff. d iu. imu. ubi sunt verba hæc Calistrati moralia. Sēp ī ciuitate nřa senect⁹ venerabilis fuit. Nāq; maiores nostri penè eūdē honorē senib⁹ quē magistratib⁹ tribuebāt, circa munera quoq; municipalia subeūda, idē honor senectuti tribut⁹ est, & semper honorādos dicit esse antiquos. Bar. in l. j. ff. de albo scribēdo, & i l. 2. C. de decurio. li. 10. Canonistæ ī c. statuim⁹. extra de maio. & obed. Imò absurdū est, & iniquū nouos, & sic iuuenes antiqs præferre. tex. in c. statuim⁹ circa initium. 61. dist. & ibi notatur, ꝙ seniores semp ppo nendi sunt iunioribus, ī electione, in responsione, & in subscriptione, p plura iura ibi allegata: quoniā q est ætate maior, præsumitur maturitate sensus pstantior. tex. in c. nisi cum pridē. §. alia verò causa. extra d renuntiatio, & dixi in pluribus locis in 4. & 6. par. Et vtinā Heduī nostri (qui olim cōfederati Romanis, & ab eis fratres cōscripti fuere) more ipsorū Romanorum, suos antiquiores concorditer phonorarent; cū hodie iuuenes antiquioribus præferri, & senū cōsilia postponant, qđ & præpostere fit, cū in cōsilijs senes sint anteponēdi: ut plenè scripsi in cōmētarijs nostris sup cōsuetudinibus ducatus Burgundiæ, in ꝓe. super tex. *ordonne que six de noz conselliers*. Et eorum prouerbia sunt etiā attēdēda. text. in l. si chorus. §. ... ff. de legatis 3. & gl. in c. cū in iuuentute in uerb. senilem. de præsumptio, & pro causis decidēdis seniores sunt cōsulēdi. c. de qbusdā. in fi. 20. dist. Et antiquorū sententia in dubio est amplectenda c. dño sancto, in fi. l. dist. & ibi Arch. de priuilegijs antiquorū. & Ludouicus Romanus ī l. si verò. §. de uiro. ī 53. fallētia. ff. soluto matrimonio. Et iuuenes antiquis ꝓ eorum eruditione tradēdi sunt. c. omnis ætas. 12. q. 1. Et ipsi senes primā vocē hře debēt in cōsilio, ut scribit Ecclesiastici 32. Loquere maior natu, decet enim te. & post alia sequit de adolescente. In medio magnatorū loqui nō præsumas, & vbi sunt senes nō multum loquaris. Etiam de iure in deliberādo senior dēt primitus loqui scdm ordinē sessionis. c. j. de cōtrouer. feu. apud pares termi. & ibi Bal. Spec. ti. de aduocato. §. 1 nunc uidendū. ver. porrò. Tamē domini de Rota uolūt, ꝙ iunior prius loquat, ꝙ practicant aduocati palatii Parisiēsis in collationibus, ut dicit Cosmas Guymier in suis cōmētarijs. Ita Bal. in l. obseruare. §. antequam uero ff. de officio proconsulis. Et ꝓ isto dicto facit bonus tex. cum glo. in c. sciendū. initio. 26. q. 4. & tex. in l. clarum. C. de autoritate pstanda, & in l. fi. §. filij. C. de bonis quæ liberis. vbi antiqui præsumuntur magis tēperatiores iuuenib⁹, & dixi amplè in pte præcedente in 29. cōsideratione. ubi scripsi quomodo doctores antiqui preferunt iunioribus. dixi ēt in 7. parte, in 46. consideratione, ꝙ aduocati seniores ī iuuenibus anteferunt, quæ hic ñ repeto. Intellige tamen, vt dixi in dicta parte pcedenti, in 30. cōsideratione. Nisi iuuenes sint excellētiores sciētia, qđ quadrat ibi ad ꝓpositū de literatis, sed in nō literatis ēt iuuenes excellentes ingenio naturali pferunt senioribus. Ita decidit Imo. in clemen. 1. de ætate, & qualitate, & Ludo. Romanus in repetitio. d. l. si verò §. de uiro in 5. fallētia. ff. sol. matr. Alex. in apostil. ad Bar. in l. j. ff. de albo scribendo. Quoniam habens ingeniū naturale excellens ita debet doctorari, sicut habens excellentem scientiam.

Et, vt reassumā đ honore impēso senibus à iuuenibus, quodq; antiquit⁹ ætati senectæ potissimū habiti sint

sint ampli honores: eleganter scribit Aulus Gellius lib.2.c.15. i initio. Apud antiquissimos Romanorũ neq; gñi neq; pecunię pręstantior honos tribui q̃ ęta ti solitus. Maioresq; natu à minoribus colebãtur ad deũ prope,& parentũ uicẽ. Atq; oĩ in loco, inq; oĩ specie honoris priores,potioresq; habiti. A couiuio quoq;,vt scriptũ est in antiquitatibus,seniores à minoribus domum reducebantur: eumq; morẽ accepisse Romanos à Lacedęmoniis traditũ est: apud quos Licurgi legibus maior rerũ omnium honos maiori ætati habebatur. Et graui stylo in hanc sñiam differt Vale.Max.li.2.ti.de instit.antiq.ubi ait. Senectuti iuuẽtus ita cumulatũ,& circũspectũ honorẽ reddebat, tãq̃ maiores natu adolescẽtiũ cões patres eẽnt: quo. circa iuuenes senatus die vtiq; aliquẽ ex patrib⁹ con scriptis, aut propinquũ, aut paternũ amicũ ad curiã ducebant,affixiq; valuis expectabãt, donec reducẽdi officio ẽt fungerentur: qua qdẽ voluntaria statione, & corpora,& animos ad publica officia sustinenda ĩpigrè corroborant,breuiq; processu rerum in lucem futurarũ virtutũ suarũ verecũdia,laboris meditatione ipsi doctiores erãt. Et seq̃tur. Inuitati ad cœnã diligẽter quęrebãt,q nã ei conuiuio eẽnt interfuturi, ne senioris aduentũ discubitu p̃currerent, sublataq; mẽsa priores consurgere,& abire patiebant̃: ex quib⁹ apparet cœnę quoq, tpe q̃ parco, & q̃ modesto sermone his p̃sentib⁹ soliti sint vti. Et ibi seq̃t̃ de maiori b⁹ dãtib⁹ exẽplũ uirtutis iuuenib⁹, ꝙ videre poteris.

Et ñ solũ hæc antiq̃tas cõsideratur ex ætate, sed ẽt ex tpe. Nã qui longiori tpe laboribus assiduis stipendia meruit,in dubio est pręponẽdus,vt est tex.in l. ꝓuidendũ.in initio.ibi: aut meritũ nobilissimos fecerit aut vetustas.C.de postulãdo,& in l.2.ibi: vt is gra d⁹ cæteros antecedat,quẽ stipẽdia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire.C.offi.magistri officiorũ,& in c. miramur.circa fi. ibi: nec p̃t de eius ꝓuectione dubitari,cui ꝓ laborib⁹ multis, ꝓ moribus castis, ꝓ actionibus strenuis celsioris loci p̃miũ debet̃ 61.dist. & l.j.& 2.C.de pręfectis p̃torio siue vrbis, & magistris,&c.& ĩ l.vnic.C.de comitib.& archiatris sacri palatij,& l.unicuiq;.in initio,maximè ibi,vt nemini penitus liceat,cũ sit posterior tpe locũ præcedentis abire.C.de proximis sacrorũ scriniorũ,& in l.fi.§.illud p̃cipue.C.de primicerio,li.12.cũ pluribus alijs allegatis p Cœpolã in suo tractatu de imp̃atore militũ eligendo.in prin.ibi: ꝙ autẽ dictũ est, & ante illũ versic. enumerat. 50.priuil.antiquitatis,ĩ quibus senex ẽ magis honorandus,ad quẽ pro his te remitto. Et declarat Lu.Ro.in d.l.si verò.§.de viro.ff.sol. matr. in 54. fallẽtia. antiquitati seu senectuti deferendum est in multis.s.in cõsilijs quærendis,& ẽt sequẽdis, in onere excõicationis, in onere eundi ad iudicẽ ꝓ testimonio ferendo,in onere nõ cõparendi,in onere assumẽdi officia autoritate, vel vtilitate publica, aut autoritate tm̃,in seruitiorũ exhibitione, in suspicionis remotione,in pœnę relaxatione,in maiori ꝓbationis fide,in testificatione,in reuerẽtię exhibitione,in sessione, vocis redditione,& subscriptione, in cõsuetudinibus suscipiendis,in prælatis eligẽdis,in faciẽda reuocatione,in ordinis p̃posteratione,ĩ liberis corrigẽdis, in obseruatione instrorũ. De q̃bus singulis amplè p eũdẽ Rom.in eo loco.Et de ultimo, in obseruatione instrorũ,& actorũ inter duos notarios, uide p F. Niconitium in repe.c.qm̃ cõtra falsam.versi. nota sexto loco abbatis,ꝙ notarii officiũ circa tria uersat̃. extra de prob.ubi ẽt dr̃,ꝙ claues castri debẽt esse penes maiorẽ natu.honestũ est,n.iuuenibus ministrare, & obedire senioribus,qđ tñ limitat,nisi sit maioritas inter esse in minori: qm̃ tunc præfertur minor, & ideo q. habet maiorẽ partem in re dr̃ habere maiorem potestatẽ,& ibi plura,ad quæ recurre. Et etiã in quibus senes, & iuuenes sint laudabiles,& vituperabiles. scribit amplè Luc.de Pen.in l.j.C.de consulibus.lib.12. ubi dicit,ꝙ præsumitur ꝓ senibus,ꝙ sint probi, sciẽtes,& graues.quem,(vt sim breuior) uidere poteris.

Et qs dicatur senex, notatur in l. si paterfamilias. §.in arrogationibus.in uerbo,60.ff.de adopt.& l.inuiti.in j.gl.ff.de testibus,& per gl.2.in d.l.semper in ciuitate.ff.de iure immunitatis, ubi notat senẽ esse, qui habet 60.ann.l. non tantum. §.j.ff. de decurio.

DEcimaoctaua consid. Inter plebeios etiam præferendi sunt literati,& habentes aliquam scientiã,maximè legalem.qm̃,vt scribitur in proœ. institutio.§.fi.habentes illam scientiam erunt patriarũ suarũ gubernatores, & de hoc ante in p̃cedẽti parte,vbi laudaui viros literatos, & in 9. parte in 35. consi.de quo Cœpola in suo tractatu de im̃peratore militum eligẽdo,in uerbo,scientia.ubi probat̃,ꝙ miles callens scientiam rei militaris præfertur alijs. Agustinus Dathus etiam in suis orationibus.li.2.in 14. epistola, dicit inter homines ciuitatũ literatos esse honorãdos, & honore maximo extollẽdos ultra quoscũq, alios: cum,ut ait, Omnia quæ sunt in ciuitate nõ sunt omnibus apta tẽporibus: quis enim bellica uirtute p̃dit⁹ toga vir vtitur? Quid militaris disciplina in pace ꝓdest? quapropter bella geruntur: cætera nõ sunt etatũ omnium.qđ testatur Cicero. delirum nãq; senẽ appellauerim⁹,qui canes alat,pascat equos,studia venãdi cõsectetur,feris plagas trudat,ac turpiter demũ repuerescat: cętera nõ cõueniũt pluribus locis. Qui.n. ciuitate pulsum atq; extorrẽ hominẽ decet reipublicæ gubernatio? Mitto mercaturã, quæ nusquã apud priscos quicquã habuit põderis. Apud Thebanos verò nullus mercator fungi poterat publicis muneribus,nisi 10. annos negotijs ac mercatura destitisset. Sola literarum ac rerum cognitio ætatẽ oẽm exigit: nunquã intẽpestiua est,& ubiq; gentiũ magno celebrat̃ honore. Imò ẽt sciẽtiã supplet: ut scribit G. Bñdicti in sua repetitione.c.Raynutius.in uerbo, adiectæ impuberi.nu.37.de testamẽtis. Qui enim adepti sunt illã, verè homines sunt,& maximis præmiis muneribusq; dignissimi. Quapropter nõ iniuria pleriq; iureconsulti,quos nullius ferme rei sciẽtia fugiebat, cũ de scientiæ dignitate ac nobilitate dissererent, doctos viros nobiliũ nobilissimos, & verè, & eleganter appellare soliti sunt, vt ante ĩ 8.& 10.pte,ĩ pluribus cõsid.& ĩ d.epistola Augustini deductum est.

Concludo igitur,ꝙ inter plebeios aduocati cęteris p̃ferẽdi sunt,atq; multis honorib⁹ decorari dẽnt, vt & suprà in 7. & 10. pte dixi ĩ diuersis cõsiderationibus.

nibus. Quomodo sunt honorādi ēt īter nobiles, & literatos, multò fortius inter solos plebeios. Etiā quia aduocati dicuntur habere officiū, vt dicit Iacobinus de sancto Geor. in l. j. in pri. ff. de iurisd. omn. iud. per c. fi. extra de postulādo. Et post eos ēt sunt honorādi medici: vt in d. 10. par. scripsi, in 25. consi. licèt inter eos, qnq; fuerit contentio de paritate: ut ibi, utraque tn̄ scientia iuris, & medicinæ à Deo est. Nā leges diuinitus p ora principū sunt promulgatæ, & scriptū est de medicina. Eccl. 38. Altissimus de terra creauit medicinā, & vir prudēs nō abhorrebit eā. Et de iure seu legibus. Prou. 8. per me reges regnant, & legū conditores iusta decernunt. in l. inter claras. C. de sum. tri. & utraq; est necessaria hominibꝰ, iura ad pacificationem hominum, medicina verò ad sanationem corporum, c. factæ, 4. distin. Et utriusq; peritus multū ab hominibꝰ honorat̄. c. nō sanè. 14. q. 5. Et de iure quo exercetur iustitia. Sapiē. 8. Per hanc habebo claritatē ad turbas, & honorē apud seniores. Et de medico dicitur Eccl. 38. Disciplina medici exaltabit caput illius, & in conspectu magnatum collaudabitur. Ideo debent seruare iurisperiti, & medici illud Apostoli ad Rom. 12. Honore inuicem præuenientes, ut ait Antonius in 3. parte suæ sum. tit. 5. c. 2. §. 4.

Et ne absit dictū pulchrū Arnaldi de villa noua, subiungo id, quod i cautelis medicorū scribit, ꝙ primus locus in mensa solet seruari sacerdoti, & medico, quod intellige de sacerdote, qui est rector in sua parochia, vt supra dixi in quarta parte, in vlt. consid. Et etiam in medico in domo infirmi.

Et de laude literarum scribit F. Patritius li. 2. de institutione reipublicæ. tit. j. ubi dicit literas in primis ab omnibus, si fieri pōt, ediscendas esse pp fructū illarum, & vix arbitrari potest, vt ait, in libera ciuitate quenquam sine literis ingenij ciuis nomen mereri. qui. n. sine literis nō solū liberales disciplinas, sed minimas quasq; artes discere aut tueri pn̄t? Nec mercatura ipsa nec agricultura sine eis satis tuta esset: cætera prosequere, ut in eo loco.

Decimanona consi. Notarii, & tabelliones, ēt tāq̄ literati post aduocatos, & medicos p̄ferunt̄ aliis plebeis. Tabelliones enim dicuntur iudices ordinarij uoluntariæ iurisdictionis, scd̄m Inn. in c. cū à nobis. de testibus, & tenet clarius Paul. de Castr. in cōsi. 73. col. 4. Et esse notarium aut tabellionē est honor, ut habetur Eccl. 10. Sup faciem scribæ imponet honorē. Et magis creditur tabellioni aut notario q̄ alij, scd̄m gl. in uerb. tabularijs. in §. si uerò absunt. in auth. de hæred. & falc. coll. j. Bal. in auth. sed cum testator. C. ad le. fal. Fel. ī c. ī nostra. col. 3. circa med. extra de test. Et hoc pp officium publicum, quod habet tabellio. tex. iuncta gl. in uerbo, officij, in auth. de testibus. §. sancimus. colla. 7. Imò officium notariatus, & tabellionatus est dignitas, vt dicit Lucas de Pen. in l. uniuersos. C. de dignitatibus. li. 12. Maximè quando est notarius, aut tabellio à pricipe, ut ibi dicit Lucas de Pen. Quis enim, ait, non diligat eum, & honestate magna compleri putet, qui decreto principis ad tabellionatus officium peruenit? in auth. ut iudices sine quoquo suffragio. §. ideo licebit. colla. 2.

Et ēt pp necessitatē, & utilitatē in republica sunt honorandi, cū uideant̄ esse necessarii: qm̄ tabellionū siue notariorū ars, & uiuendi formula q̄ honesta honorabilis, & laudāda sit, ex plurimis præsertim illiꝰ necessitate, & utilitate facilè cognoscitur. periret siquidē oīs iudiciorū tela, nisi essent notarii qui acta conscriberent, piret ipsa ueritas, & fides ī cōtractibus, & cōmerciis, piret oīs ordo in iudicio forentiū cārū, nisi esset aliqua fidelis publicaq; persona, cui iudex crederet de his quę ab utraq; litigātiū parte, aut offeruntur, aut dicunt̄. Itē sunt instituti notarii ad confirmationē veritatis, sed ipsa ueritas ubicūq; sonuerit, ab illo est, q̄ d̄t. Ego sum uia, & veritas. Io. 14. ut scribit Zodericꝰ Zamorēsis ī speculo humanę uitę, li. j. c. 19.

Faciunt dicta Corseti in tractatu de potestate reg. q. 90. circa mediū. ubi dicit esse notariū est habere officiū, ut in c. ut officiū. de hæreticis. lib. 6. qđ rectatione est laudabile, quia in ueritatis comprobatione, & confirmatione radicem, & fundamentū suscipit.

Etiā huius artis laudes patent, quia publicæ vtilitati deseruiunt. hi nanq; nedū apud pedaneos, minoresq; magistratus creditū, & autoritatē obtinent: sed apud reges, & principes, & cuncta eminētia tribunalia acceptissimi, & familiarissimi existunt, de quibus añ dixi in 11. par. in 9. cons. & in 7. par. ī 16. & 50. cōside. Hi. n. eorū manibus admiranda fide instrumenta, priuilegia, & literas ad perpetuā rei memoriā conficiunt. Et post multa tpum sæcula, ex horū sola notariorū subscriptione indubitatā probationē inducūt, hi typū tenent euāgelistarū Christi, qui eius gesta, & acta in euangelio tā fideliter q̄ utiliter descripserūt. Et inter cæteras huius artis commoditates, ꝙ illā exercent magna lucra, summos honores assequūtur, ut breui tpe ac paruo labore opulenta utilitatis compēdia adipiscuntur, & tandē ab oībus honorant̄, quia oēs illis indigēt. ita Zodericus in loco antè allegato.

Notarii tn̄ principis sunt digniores, ut dicit F. Niconitius in sua repetitione c. qm̄ contra falsam. in uers. nota 4. nu. 29. extra de probatio. qm̄, vt dicit, eē notariū est dignitas, ut est casus singularis scd̄m eū in l. j. C. de mandatis principū. Bal. in lege, Cassius. ff. de senatorib. & de his uide plenè p Luc. de Pen. in d. l. uniuersos, & per Iacobū Bonaudi in glossis ad Ioā. de Terra rubea in tractatu qui Vinea ecclesiæ d̄r. ar. 10. 3. tractat. in glos. officia. ubi ēt scribit, an infames possint esse notarij: & cōcludit, ꝙ non, licèt infamis possit esse procurator, nisi sit pcurator regis, uel episcopi: quia tales ñ pn̄t esse infames. dicit tn̄ Cy. in l. reū. C. de proc. ꝙ ille qui fuit cōdēnatus de crimine, & sic infamis p sententiā nō pōt esse procurator per d. l. reū. concordat text. in c. j. iuncta gl. j. & 2. 3. q. 7. Si. n. pendente iudicio criminali contra eū remouetur, ipse multò magis post cōdēnationē. Sed si esset infamis, quia condēnatus alia actione famosa q̄ criminali, tunc pōt esse procurator viliū personarum. Ita Angelus, & Io. Fab. in §. fi. inst. de exceptio. de quo late per eundē Iacobum Bonaudi in loco ante dicto. ubi dicit officiū simplicium procuratorū esse vilissimum officium, per l. si quis procurationē. C. de decurio. li. 10. cū tn̄ proueniat ex quadā literatura, p̄ferendus

dus est alijs mechanicis, & plebeis artificib. Cũ oẽs tales plebei quodãmõ dicant feces vrbiũ, & sic viles: vt in principio hui⁹ partis dictũ ẽ. Et facit, q͂a officiũ ꝓcuratoris ẽ ars. c. q͂a episcop⁹ ĩ fi. iũcta gl. vlt. 5. q. 3.

VIgesima consideratio. Etiam inter plebeios, & populares præferri debent uirtuosi, q͂m virtutũ præmia tribui merentibus conuenit. l. fi. quę incipit. vt virtutũ. C. de statuis, & imaginibus. clem. cupientes. in prin. de pęn. & remissio. facit. c. nõ loc. 40. dist. & hoc est, ut dicit philos. 8. Ethic. honor est præmiũ uirtutis. dixi plenè in 1. parte, in 47. & 64. cõsid. in 4. parte, in 48. consideratio. in 7. parte, in 47. consider. & in 8. parte, in 28. consideratione, & in sequen. ꝓxima considera. Faciunt plura q̃ ad hoc accumulat Cępola in suo tracta. de imperatore militũ eligẽdo. in uerbo, uirtutis. de quo dixi in 9. parte, in 44. consideratione, ubi scripsi milites etiã ex uirtute eẽ honorandos. licèt hodie pauci sint tales. Et ex hac cõsideratione, ẽt laudari possunt, & aduocati, & medici pp uirtutes quas ex scientijs sibi acquirunt. de quo hic añ. in 18. consid. dixi. Imò, vt ait Aristoteles, lib. 3. Politicorũ. c. 9. excellẽtibus uirtute in ciuitate parendum est sponte, ita ut tales pro regibus habeantur. Alios autem excellẽtes potẽtia, aut diuitijs dicit esse à ciuitate expellendos, & inter cæteros præferunt q̃ sunt ꝓbatæ uitæ, & bonæ fidei, aut magnę legalitatis reputant. tex. in l. 3. in prin. ibi, & an honestæ, & inculpatę vitæ. ff. de testibus, & ibi glos. quæ notat, ꝙ p̃sumit bñ fieri si à bono fiat, argu. l. si q̃s ex argẽtarijs. §. 1. ff. de edendo. & in auth. de testib. §. sancim⁹. ibi, multorũ bonorumq; copia uirorũ. colla. 7. Cum tales in multis priuilegiant, & honorant ultra alios, & decem casus scribit do. meus Ias. in l. iubemus. C. de iudicijs, & vide eundẽ in repetitio. l. admonend. in 67. col. ff. de iureiuran. idem in l. sciendũ. col. 8. ff. de uerb. obligatio. Barba. consi. 23. in 1. uol. Fel. plenè in c. sup his. ĩ fi. extra de accusat. idẽ Barbatia. in ca. insinuante. col. 1. extra de officio deleg.

Et quantum ualeat uirtus ĩ uita beata perficiẽda, scribit Gellius lib. 18. c. 1. & amplissimè p Beroaldũ in suo opere de felicitate, ubi q̃rit an virtus sit effectrix uitæ beatæ. ubi plura ad laudẽ uirtutis disertè accumulantur: & in lib. quo septẽ sapientũ sentẽtiæ continentur, in sententijs Cleoboli.

VIgesimaprima cõsideratio. Inter omnes honorandus est, & laudandus, q ab omnibus, & publico iudicio bonus, & optimus iudicat. Quod ĩ ꝑsona Scipionis Nasicæ contingit, vt refert Valerius lib. 8. c. q̃ cuiq; magnifica contigerunt. c. 5. dũ ait uerum specimẽ honoris à Scipione quoq; Nasica oborit. ei⁹ nãq; manibus, & penatibus nodũ q̃storis senatus, Pythii Apollinis monitu Pesimonti accersitã deã excipi uoluit, quia eodẽ oraculo præceptũ erat, ut hæc misteria matri deũ à sanctissimo uiro præstarent: explica totos fastos, cõstitue oẽs currus triũphales, nihil tñ morum principatu speciosius reperies. Et tũc vnum esse dicit Plinius, qui à cõdito æuo, uir optimus sit iudicatus. dicit tamẽ Boetius in 2. de cõsolatione philosophiæ. est mentibus hominũ veri boniq; naturaliter incerta cupiditas, sed ad falsa deui⁹ error abducit. Et nihil est, tam populare, (ut dicit Cicero) quã bonitas, hoc est, nihil est tam charũ, & gratũ populo, & ꝙ magis fauorẽ populi conciliet, q̃ esse bonum: & idẽ. deteriorũ magna natio est: boni verò singulares, oẽ tempus Clodios non omne Carones inquit Seneca. ad deteriora faciles sumus, & ab adolescentia uiri ꝓcliui ad malũ sensualitas humana declinat, ut in ꝓę. clem. & non est q. faciat bonũ: nõ est usque ad unũ, Psalmus 13. & Catilinam, ut ait Satyrographus,

Quocunq; in populo uideas, quocunque sub axe.
Sed nec Brutus erit, Bruti nec auunculus vsqu. m.
Rari quippe boni numero, vis sunt totidem quot
Thebarum portæ, vel diuitis ostia Nili.

Quoties igitur uirũ bonũ uidere contingit, illi assurgito, illi caput aperito, illũ vt deum colito: via uitiorũ lata est, & decliuis: & ideo cunctis ꝑuia: uia uirtutis angusta, cliuosa, senticosa, & iõ paucis patet. Fimbria olim iudex electus in cã Pythiæ, qui sponsionẽ fecerat, ꝙ uir bonus esset, iudicatu illo supersedit dicẽs, non liquet: q͂m, vt uir bonus aliquis sit, ea res innumerabilibus officijs, & laudibus cõtinet, & vt dicere solebat Pittachus, ꝑdifficile est, bonũ esse. hæc Beroaldus in lib. de septẽ sapientũ sententiis, in sententiis Biantis. ubi concludit, ꝙ quoquo modo mali dicant siue improbi, siue imperiti, siue uiles, prout ibi interpretatur, elaborare debemus, ne inter malos enumeremur, imò enixe curemus, vt simus poti⁹ similes sacerdotibus Aegypti, quos piromas uocant. est autem piromis in græca lingua, idem quod honestus & bonus, in nostro sermone.

Item qui optimus habetur, & iudicatur non sine laude nominatur. Quòd optimi cognomen Traian⁹ (ut iste Beroal. ait lib. de optimo statu) ueluti peculiare accepit ex senatus populiq; Ro. appellatione. Quo nomine amplissima haud dubiè bona cõtinent. Quod nomen sibi quisq; mallet, (ut inquit Liuius) quam honores imperia ve, de quo Silius Italicus.

Optimus heu nomen melius maiusq; triumphis.

Et, ut author est Plinius panegyrista, nomẽ Augusti, & Cæsaris, minus est q̃ optimi. Iuppiter apud Ethnicos optimi nomine colebatur, dicebatur eñ Iuppiter optimus maxim⁹, qua in re illud annotandum, ꝙ antè optimus, quia ut inquit uerè Cicero, maius est certeq; gratius prodesse omnibus, q̃ opes magnas habere. Interrogatus Agesilaus ille magnus quo pacto quis gloriã apud mortales consequatur, sic respõdit. si optima dixerit, nec non pulcherrima factitauerit.

Prudenter. n. Solõ unus ẽ septẽ sapiẽtibus, & legũ scriptor solus ex septẽ rẽpublicã duabus rebus contineri dixit, ꝑmio, s. & pœna: vt hinc boni ad uirtutes inuitent, & honorib⁹ exornent. Illinc mali à flagitio arceant pęna; vt in officio oẽs sint. cõcordat l. j. §. Nã, ut ibi bonos nõ solũ metu pœnarũ, uerũ præmiorũ quoq; exhortatione efficere cupientes. ff. de iusti. & iur. & ibi gl. in uerb. metu pęnarũ. alleg. uersus Hora.

Oderunt peccare boni uirtutis amore,
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Et sicut bonos præmio prosequi decet, ita malos pœna affligi. Et si mali à malitia reuocari nõ possint per indulgentiã, pęna coerceri debent per seueritatẽ. sic

secreti

secreti sint à bonis mali, vt à frumento lolium incerniculo separatur. fiat more medicorum, qui interdũ urũt, secãt, abscindunt in corpore membrum, quod insanabile est, ne pars integra contagione obrepente pariter corrũpat. iuxta illud: *Immedicabile vulnus.*

Ense rescindendum est, ne pars sincera trahatur.

Cõsimiliter secari interdũ, & amputari dẽnt de corpore ciuitatis mẽbra putrida, hoc est, ciues malefici, scelerati, pfidiosi, turbatores publici cõmodi, & molitores rerũ nouarũ, exterminari atq; tolli de medio.

Superest, vt & propius ad rẽ redeamus, & de bene moratis dicamus, qui plurimũ honorari debent. qm̃ mores præferuntur scientiæ. arg. c. sedulo. 38. distin. & l. magistros. C. de profess. & medicis li. 10. vbi dicit tex. q magistros studiorũ, doctoresq; excellere oportet moribus primũ, deinde facundia. concordat tex. in l. unic. ibi, si laudabilẽ in se probis moribus vitã esse monstrauerint, si docendi peritiã, &c. C. de pfessioribus, qui in vrbe Constantinopo. docẽtes, & c. lib. 12. & patet ex argumento literali. Ps. 98. Bonitatẽ, & disciplinã, & scientiã doce me. Iõ scholares bñ morigerati præferendi sunt doctorib⁹ male morigeratis, & uitiosis: cũ doctores debeãt inter alia pcellere scholares, morib. iurib. ante allegatis. l. j. & ibi notat. C. de annonis ciuilib. li. 11. & uilissimus cõputandus est (nisi pcellat sciẽtia, & sanctitate) q est honore pstãtior. tex. ĩ c. vilissim⁹. j. q. j. ad minus dẽt eẽ bon⁹, ut ibi gl. illaudabilis. n. est sciẽtia, q̃ uita maculat. c. nisi cũ pridẽ. §. p defectu. extra de ren. iõ bñ dr̃, mores ornãt sciam, q oẽs excedũt diuitias. l. scire op3. §. pe. ibi, neq; . n. facultates, neq; dignitas ẽ ita sufficiẽs ad fidẽ, vt bona electio, & benigni mores. Ex quo cõcluditur bonos, & optĩos, ẽt moratos, cæteris pferẽdos eẽ.

VIgesimasecunda consid. Inter plebeios præferri debent originarii cæteris, ut facit tex. in l. 2. C. de officio prętoris. hinc dicit ibi Albericus, q syndicus potius eligẽdus est de uniuersitate, q̃ alius. facit dictũ Ciceronis in lib. de amicitia. Potiores, inquit, sunt ciues q̃ pegrini. Vnde ĩquilinus pbri, vel odij cã, quis appellatur, quasi domũ ppriã nõ habeat. Vnde Salust. M. Tullius inquilinus, ciuis urbis Romę: iõ dicit tex. in d. l. 2. potius eligendos esse prætores, q habent larẽ in urbe, q̃ illi qui sunt de prouinciis, vt facit ẽt tex. in c. ĩ noĩe dñi. 23. dist. iõ, ut d̃t F. Patriti⁹ in lib. de institutione reipublicæ. li. 3. ti. 2. q̃ri solet à nonnullis, an oẽs magistratus inter ciues distribuendi sunt, an aliqui peregrinis tradẽdi. Et, ut ait, placet quibusdam magistratus omnes qui iuri dicendo præsunt, quiq́, ditionem aliquam in sontes exercent peregrinos esse dicunt: nãq; simultates, inimicitias atq; odia inter ciues oriri, cum ciuis in ciuẽ suũ animaduertit. Alia aũt ex parte lõge faciliores esse, & ad gratiã clementiãq; proniores ciues inter se, q̃ si res à peregrinis agatur. Qua quidẽ rõne adducti pleriq; Italiæ populi, eiusmodi magistratus aliunde accersire consueuerunt, & his assentit. l. fi. C. de crimine sacrilegij, & l. 3. q̃ incipit, nullus. C. đ diuersis officijs, & apparito. iudicũ. li. 12. & de hoc aliàs fuerũt ordinationes regiæ. s. Phil. Pulchri, & Caroli V. regũ Frãciæ, de quibus p G. Bene. in sua repe. c. Ray. in verb. & uxorẽ noĩe Adelasiã. nu. 1050. usq; ad nu. 1052. extra de testamẽtis. ubi scribit rõnẽ quare beneficia originariis sint cõferenda, & nõ officia secularia, qm̃, vt ait, officiũ seculare dari nõ debet illi, qui est de loco oriũdus pp notitiã, & familiaritatẽ, quas habet seu habere psumitur cũ illis de loco, & cõpatriotis suis, quib⁹ forte nimis faueret, aut odio contra aliquos ex æquali, vel inæquali cõuersatione cõcepto: inter pares fit aliqñ, & sępe ĩuidia, ac dignitatis cõtẽptio l. obseruãdũ. circa initiũ. ff. de officio præsidis. eis læderẽt cõtra iustitiã, quam fauores, & odia multũ turbãt, & interdũ iudicia peruertũt, & suffocant. c. pe. ibi, de terra vxoris suæ oriundus. extra, vt lite nõ contestata. Ideo, vt d̃t, fuit ordinatio Phil. Pulchri, qua prohibuit quem præfici in senescallũ, præpositum, iudicem, vicariũ, aut bailliuium in loco unde oriundus dicitur.

Veruntamen idẽ Franciscus Patritius inclinãs ad cõtrariã opinionẽ dicit, q longe melius ciues imperabũt q̃ pegrini, qđ dicit eẽ manifestũ, & notoriũ ex experientia, nõ solũ apud Romanos, Cartaginẽses, Athenienses, Lacedæmonios, aliosq́; cõplures qui magistratus oẽs suis ciuibus tradiderũt: imò ex inclita Venetorũ repub. in qua pegrinis nullus est locus, & tñ nec iustitia, nec seueritas deest, & ex eiusmodi iudiciis nullæ discordiæ, nullæ seditiones, nullæq; inimicitiæ oriuntur. Et unũ de illa republica refert, q nunquã alibi se lectitasse aut uidisse meminerit, q ordo ciuitatis, qui à primis conditoribus constitutus fuit, semper mãsit, & nunq̃ mutatus est. Hi nãq;, qui eã vrbẽ ædificauerũt, inter se suosq; magistrat⁹ diuiserũt, quasi prẽmiũ laborũ suorũ, & hanc hr̃ditatẽ posteris reliquerũt, vt aduenã, colonũ, peregrinũ, ĩquilinũq; ad magistratus admitterent nullũ: & *ita antea obseruatũ est*, iã pœne annis mille. Quocirca posteri illorum, qui urbẽ ędificarunt, semper reipublicæ pfuerunt, & senatores, patritij, ac nobiles appellati sunt: reliqui autẽ oẽs plebei. Plurimũ tñ, ut ait, ualet consuetudo, à qua difficile est recedere. Sed si ab initio constituatur, tutius ciues q̃ peregrini imperabunt.

Nam etiã, vt habetur 3. Politic. noui incolæ qui ciuitatẽ, & patriã incolere cœperunt honoribus ciuitatis non participant: sed antiqui, q mores patriæ nouerũt sunt illis prẽferẽdi. Moderni uerò, maximè penitus extranei postponẽdi, corã quibus nõ est agẽdũ cõsiliũ: quia scribit, Eccl. 8. Corã extraneo ne facias consiliũ. Nescis. n. quid pariet. facit tex. ĩ auth. de collatorib⁹. §. sed neq; puinciarũ iudices. colla. 9. ubi iperator possessores exprimit eosq́, repetit. nõ autẽ habitatores simplices: de quibus mentionẽ antea fecerat. cũ hominib⁹ pfecto cõionis alienæ nullũ fas est inire certamen. 24. q. 3. c. cum quibus. in fine.

Facit, quod dicit Zenzelinus in extrauag. Ioã. xxij. incip. execrabilis. ibi, in diuersorũ regnorũ partibus, q contra promotionem, quę fieret ad dignitatẽ vni⁹ regni, de regnicola alterius regni, admitteretur exceptio dñi tẽporalis: si pmouẽdũ haberet suspectũ de pditione terræ suæ: vel cõsiliorũ, & secretorũ suorũ. arg. l. si quis aliquid. §. trãsfugæ. ff. de pœnis. l. omnes. §. exploratores. ff. de re militari. c. petitio. de iureiurãdo, & notant Inno. Hosti. Abbas, Arẽti. & Fel. in c.

super

ſuper his de accuſatio. Idē Abbas poſt gl. in c. ex par. de teſtib. & in c. ꝙ ſicut, & in c. 1. & in c. cū inter vniuerſas, & melius ī c. cū terra. de electio. Et eſt rō, q̄a alicui nō conuenit ſcrutari archana regni alieni. l. mercatores. C. de commerciis, & mercatoribus.

Peregrini. n. & incolæ offm̄ eſt, p̄ter negotiū ſuum agere nihil, de alio inquirere, minimeq; eē in aliena republica curioſum. c. leges. 3. q. 6. & ait Cicer. lib. 1. officiorū. Vñ vt amicos q̄rat laborare curat. Gen. 19. & Luc. de Pen. in l. quiſquis. C. de omni agro deſerto. lib. 11. ubi tractat p̄dictā q. Frāciſci Patritij. & illā decidendo aſſentit opinioni illius, ꝙ originarii ſunt præferendi. peregrini verò nō ſe debent de republica ciuitatis intromittere. cū certū ſit oriundos à patria potius mores regionis ſcire, q̄ extraneos. c. quoſdam. & c. q̄to, de p̄ſumpt. Vnde Teretius in Eunucho. ſola (inquit) ſum. habeo neminē hic, neq; amicū neq; cognatū, quamobrem alio cupio parare amicos bñficio meo. Id amabo adiuua me, ꝙ facilius fiat: pp ꝙ à uero facili⁹ ī cōſilio deuiabit. q̄ picula ī originariis, & antiquis habitatorib⁹ non præſumunt. Auſpiciis. n. patritiis non alienigenis rempublicam adminiſtrare oportere antiqui iudicabāt. dicit Valer. lib. 1. ti. de auſpiciis. in princ. Cū originarii ſint potius in bonis opulēti, & diuitiarū pleni. pariter olim nō præſumebantur in exteris, ubi officia tpalia erāt. cū tūc breui tpe, quo offm̄ duraturū erat magna familiaritas contrahi nō poſſet, imò nec appeti. hactenus G. Bñd. ī loco añ alleg. q̄ excerpſit à Luc. de Pē. in d. l. q̄ſquis. qui poſt eū dicit attendēdū eē, donec ex antiquis bonus h̄r, ex nouis nō aſſumat: quia maior bonitas noui antiquis nō debet p̄iudiciū afferre. Vñ præceptū fuerat Moyſi Deut. 17. regē cōſtituere de numero fratrū. Nō (inquit) poteris alterius gētis hoīem regē facere, qui nō ſit frater tuus, hoc eſt de tua patria, ſeu gēte nat⁹. Et ibi p eūdē G. Bñd. pulchra alia uide de lrīs naturalitatis, q̄ cōcedūtur à rege nrō extraneis: qm̄ aliàs ñ poſſent in regno h̄re hæredes ex teſtō, vel ab inteſtato. Et ex his ēt uidemus hodie in regno eſſe conſuetudinē: vt in officiis ſecularibus originarij, & patriotæ potius admittuntur ſublatis illis antiquis cōſtitutionibus, & ordinationibus regum, & in hoc operatur cōſuetudo, vt dicit Cępo. in tracta. de impatore militū eligēdo. in uerſ. pp nationem, ubi de iſtis. in fi.

Etiā de iure canonico bñficia ſunt cōferēda originarijs indigenis, & oriūdis de loco ſeu regno, aut diœceſi ubi ſunt ſita. faciūt notata ī c. ſi ꝓponēte. ī gl. fi. extra de reſcrip. & tex. ī l. ī eccleſijs. C. de epiſ. & cler. q̄ uult, ꝙ ad eccleſias eligātur potius illi qui ſunt ex uico in quo ſunt poſſeſſiones bñficii, q̄ alii, & d̄t ibi Bal. ꝙ ubi in eccleſia reperiuntur idonei ad promouendū, illi debent ꝓmoueri de ipſa, & non aliunde. & idē dicit ipſe Bal. & Alberic. in l. diuus. ff. de tut. & curato. datis ab his. idē no. gl. uni. & doctores. ī l. planē. ff. quod cuiuſq; uniuerſitatis nomine. & idem tenet gl. in c. cū inter canonicos. in uerbo, ad eccleſiam alienam. extra de electio. & idem tenet Cępol. ī tract. de impatore militū eligendo in d. uerbo, propter nationē. in fine. ibi, ſed etiam ſi eſſent. Idem etiam tenet Rochus de Curte in ſuo tractat. de iure patronatus. in uerbo, honorificum. in 21. col. dixi in p̄cedēn. par. in 32. conſid. uerſ. licèt. n. oriundi. idem tenet Barba. in d. c. ſi ꝓponēte, & cōſilio ſuo 23. incip. ſcripſit ꝓpheta optim⁹. ī 1. vol. col. 7. ubi dicit, ꝙ ſi imperator beneficij in ſua gr̄a nō faciat mentionē de loco vñ eſt oriundus, talis gr̄a eſt ſubreptitia: quia Papa nō intēdit ꝓuidere extraneo, ſed unicuiq; in patria ſua. imò tenet ibi Barba. ꝙ hmōi prouiſio eſt nulla cōtra Bal. quos uideas cū caſus euenerit, quia eſt caſus quotidianus, qui euenit mihi cōſulendo in caſu, in quo extrane⁹ ſeu alienigena à regno impetrauit mandatum apoſtolicū in vim cōcordatorum, nō facta mētione, ꝙ nō erat de regno, tenui ex dictis p Barb. ī eo loco, hmōi mādatū nō h̄re locum in loco ubi habent locū dicta cōcordata, cū ipſa, & cōtenta in eis ſint data regi, & regno in priuilegiū pro incolis regni, & non extraneis, qui nō ſunt de regno. & ſcripſi amplè in commentariis dictorū concordatorū. Et è noſtris aliquid de materia tractant Coſmas Guymier in ſuis cōmentariis. in uerbo, exterorū. fol. mihi. 10. & poſt eū Ioā. de Selua in ſuo trac. de beneficio in 3. par. in 26. q̄ō. & maxime, quia rex Franciæ habet priuilegium, q̄d alienus clericus non regnicola, ſine eius p̄miſſione, & literis naturalitatis, nō poſſit beneficiari in ſuo regno, ut per eoſdē in locis antè allegatis.

VIgeſimatertia cōſid. Inter oēs cuiuſcunq; ſtatus laudabiliores ſunt, q. pulchriora noīa h̄nt: qm̄ honor, & decus eſt h̄re pulchrū nomē. hinc dicit Io. And. in c. cū ſ͠m Apoſtolū. de p̄bēdis. & in c. 1. de depoſito. uxorē ſuam Milāciam dixiſſe, ꝙ ſi pulchra nōmina uenderent, caro eſſet precio emēda, ut dixi. ſ. ī 1. par. in 10. conſid. & refert Panor. & alii doctores in ꝓœ. decretaliū, & laudabile eſt h̄re pulchrū nomen. Panor. ī c. 1. col. pen. in initio. de iudiciis. iō pulchra noīa imponēda ſunt filiis. Et bona p̄ſumptio orit ex bono noīe, & q̄nq; ſiniſtra ex prauo, & turpi nomine oritur. faciunt tex. & notata in l. facta. §. ſi in dāda. ff. ad Trebel. in ꝓœ. ſexti. in uerbo Boniſacius. & ī ꝓœ. decretalium. in uerbo, Ioannes, & plura ad hæc ſcribit G. Bñd. in ſua repet. c. Rayn. in uerbo, Raynutius de Clara. nu. 52. & 53. de teſtamētis. Quia à noīe, & cognomine multotiens ſumitur argumentū, de quo plenè per Fel. in proœ. decretaliū. Et ſic unuſquiſq; curare debet, & laborare diligenter de bono noīe habendo, Cum multo melius ſit nomen h̄re bonum, q̄ diuitias multas. Prouerb. 22. Nobis. n. neceſſaria vita noſtra, aliis fama noſtra. in c. non ſunt audiendi. 11. q. 3. & qui negligit famam crudelis eſt, text. Auguſtini. ī c. nolo. verſ. duæ res. 12. q. 1. bona autē fama impinguat oſſa. Eccleſiaſtici. 30. hoc eſt, augmentat uirtutes in quibus robur hominis interioris conſiſtit, ſicut in oib⁹ cōſiſtit robur hominis exterioris, ut ibi declarat Nicol. de Lyra, de quo hic ī in 28. conſide.

Quod ēt clarè oſtendit P. Scipio, uir ille inſignis Romanus cōſul. de quo refert Valer. lib. 3. titu. de fiducia ſui. c. 5. ꝙ cū fratrē ſuum de bene geſtis obtrectatum defenderet, dixit. Nā cum Aphricam totam poteſtati ueſtræ ſubiecerim, nihil ex ea, quod meum diceretur præter cognomen retuli.

Etiā de Paulo Aemilio poſt triumphum Macedonicum

De boni nomine re... ī Ind. 22

nicum, lib. 4. tit. de abstinentia & cõtinẽtia. penates (inquit) suos nulla ex parte locupletiores fecit, præclarè secum actum existimans, ꝙ ex illa victoria alij pecuniã, ipse gloriã, atq; memoriã noĩs sempiternã occupasset & reportasset. Et paulò post de Scipione Aemiliano dr. Itaq; quum p socios, & exteras gentes iter faceret, nõ mãcipia eius, sed victoriæ numerabãtur, nec q̃tũ auri & argẽti: sed quantũ amplitudinis, s. gloriæ, famæ, & noĩs põdus se cũ ferret æstimabat.

Ex quibus constat, ꝙ de bono nomine curandum est, adeo ꝙ Salicetus. in l. j. in prin. C. de summa trinitate, per illum text. parentes exhortatur pulchra, & honesta liberis imponere, & non turpia: quæ secundum eum quodãmodo infamiam, & dedecus important: vna. n. queque res quemadmodum intelligi debeat, ex ipso nomine apparet. l. diuus. in princi. ff. de bonis damnatorum. & ibi fit argumentatio ex nomine. & per gl. facit quod scribitur. Exo. 23. cum Deus dixerit ad Moysen. Inuenisti gratiam coram me, & teipsum noui ex nomine. Faciunt quę dicit Fel. in dicto proœ. decretalium. col. 6. Hyppolitus de Marsilijs. in l. j. in initio. col. pen. ff. de quęstio. Petrus Giraldi in cautelis suis, cautela 85. incip. magnum. Caccialupus in d. l. j. col. x. C. de summa trinita. Simphorianus in chronica Sabellici. de hoc nomine Frãciscus.

Et bonum nomen facit, vt plus credatur illi quã habenti malum. notatur in c. in nostra. extra de testibus. Franciscus Niconitius in repet. c. quoniam contra falsam. ibi, notat Abbas quinto. nu. 46. & Ioãnes Neuizani in sua Silua nuptiali. folio mihi 99.

Vigesimaquarta consid. Inter cæteros, & aduenas præferuntur qui non sunt nationis infamatæ: quoniam, vt dicit tex. in l. quod si nolit. §. qui mancipia vendunt, nationem cuiusque in venditione pronunciare debent, plerũque. n. natio serui, aut prouocat aut deterret emptorem. idcirco interest nostra scire nationem. præsumptum etenim est, quosdam seruos bonos esse, quia nationis non sunt infamatæ, quosdã malos videri, quia ea natione sunt, q̃ magis infamis est. ff. de ædi. edic. id ẽt ꝓbat ex sacra scriptura. Io. 4. vbi mulier Samaritana dicebat se nõ esse dignam dare aquam Christo, quia Iudæus, & natio Samaritanorum erat probata apud Iudęos: ex quo etiã Iudæi improperauerunt Christo, ꝙ esset Samaritanus, aut dęmonium haberet. vt habetur in capitulo, Nonne bene dicimus. extra. de præsumptionibus.

Et licet vnicuiq; ꝓpria pr̃ia vr̃ maior, & pstãtior alia. l. fi. & ibi gl. C. si seruus exportãdus veniat. Nam pr̃ia est dulcis amor. l. qui hẽbat. ff. de leg. 3. vñ Virg.

Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua.

Et illud Nasonis ad Rufinum.

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui. Et idem.
Dulcis amor patriæ, quo non præstantius vllum.

Id efficit charitas patrię, qua pleriq; oẽs tenemur: vt sua cuiq; patria charissima atq; gratissima, dulcissimaq; sit, vt patriã suã qualiscũq; est quisq; laudet, & extollat. more Vlpiani in l. j. ff. de cẽsib. vbi suã patriã miris laudibus cõmẽdat. vnã tñ hẽt gratã qua caret altera opẽ. & vnus laudat Rhodon, & alius Rhodopen. alij autem aliã pro mentis captu & arbitrio. nobis sit satis ad rem, propria quarundã gentium epitheta referre. vt scribit Tex. in sua officina, ex quibus aperta est diuersarum gentium differentia.

Apuleius eruditos appellat Aegyptios, sicuti Iudæos superstitiosos. Nabathæos, mercatores. Fluxos vestium, Arsacidas. Frugum pauperes, Scythas. odorum diuites, Arabas. legimus Alexandrinos esse fallaces. Vopiscus scribit Aegyptios esse ventosos, furibudos, iactãtes, iniuriosos, auidosq, nouarũ rerum.

T. Liuius perfidiam Penis, Cicero caliditatem, vi numerum Hispanis, robur Gallis, artes Græcis, Italis sensum, Romanis pietatem ascribunt.

Io. Picus Mirandula ponebat in Hebræorum doctrina mysteria & prodigia, in Græcorum disciplinis ingenium, in Romana Academia politiam.

Horatius vocat Britannos hospitibus feroces, Persas infidos.

Iulius maternus ad Mauortium Lollianũ scribẽs, q̃dã, inquit, gẽtes ita à cęlo formatæ sunt, vt propria sint morũ vnitate pspicuę. Scythæ immanis feritatis crudelitate grassant. Itali fiũt regali sp nobilitate ꝑfulgidi. Galli stolidi, leues Græci, auari Syri, Afri subdoli, acuti Siculi, luxuriosi sp Asiatici & voluptatib. occupati, Hispani elata iactãtię animositate ꝑpositi.

Blondus vocat Afros fraudulentos, Ligures duros, Campanos superbos.

Ex nostris verò Christoforus Lõgolius Parisiẽsis, in oratione de laudibus diui Ludouici, & Frãcorũ: vocat Britones duros, vafros Normanos, religiosos Frãcos, industrios Flãdros, mites Lothoringos, faciles Andegauos, bellicosos Vascones, Burgũdos feroces, Picardos alacres, frugi Santones, atq; Pictauos, Narbonẽses fideles, fortes Aruernos, Hanonios pugnaces, magnanimos Senones, versutos Cenomanos, militares Bituriges. Apostolus verò ex testimonio Epimenidis thebani sacerdotis refert ad Titum primo, ꝙ Cretenses sunt semper mẽdaces, malę bestiæ, ventres pigri. & scribit in c. dominus. 1. q. 1. Et de his, & alijs in seq. part. in 16. conside. dictum est, & vnde ista procedant inferius paulo post dicetur.

Aduerte tñ, ꝙ extranei in multis priuilegiãtur, & inter alia, ꝙ ĩ causis eorũ est summariẽ ꝓcedendũ: vt tenet Paris de Puteo in tract. de syndicatu. in verbo, negligẽtia. char. 72. allegat And. de Iser. in ꝓœ. cõstitutionũ feudaliũ, qui dicit hoc eẽ verũ, maximẽ vbi cã est modica, p auth. nisi breues. C. de sen. ex periculo recitãdis. vel si sit causa in qua plus expendit q̃ sit valor rei, vt si sit q̃stio de equo, qui interim in hospitio satis comederet. vt dicit Bar. in l. ij. ff. de re iudic.

Et, vt reassumã qđ paulo añ omissum fuerat, facit qm̃ ex pr̃ia mores accipimus, & ex varijs cœli locis aspectibusue diuersæ ingenerant morũ cõtẽperationes. vt dicit Hippocrates Cous in lib. de aeribus cęli, & Plato ĩ Thimæo. & Arist. lib. 7. Polit. c. 7. & lib. Orbiculariũ qõnũ. lib. 14. c. 20. & ibi Pet. Aponẽsis, & Galenus in lib. de substãtia virtutũ aĩaliũ. c. 9. & Auicen. li. 10. Meta. & Cicero in orõne, q̃ de lege agraria scripsit cõtra Seruiliũ Rutilium. & Plin. lib. 2. c. 80. & Lucanus lib. 8. & Vegetius li. 1. de re militari. c. 2.

Huius

Huius ēt sñiæ sunt oēs Astronomici istud astris ascribētes: vt Ptolomæus 2.quadripartiti, & ibi Haly eius interpres,& Albumasar introductorij. lib. 3. & 5.& Firmicus Maternus ad Mauortiū Lollianum lib.astronomic. 1.ca.1.cuius verba hæc sunt. quædā gentes à cęlo ita formatę sunt &c. vide reliqua ante.

In hanc sñiam scribūt Herodotus in Calliope, & Plutarchus in apophtegma,ꝙ cū mōtuosa esset Persarum regio & aspera, vellentq; propterea regnante Cyro campestrem ac mollem capere, id quidem nō passus est Cyrus, inquiens,& plantarum semina, & hoīum mores, & ingenia regionum quoq; similitudinē trahere. vnde formatū est antiquū adagiū. Mores hoīum,vt plantæ,ad regionis habitū respondēt.

Vnde inferri posset,ꝙ cū terra Burgūdiæ meliora vina & subtiliora producat, quā reperiantur in tota Gallia,vt in seq.par.in 84.consid.scripsi,ita etiam indigenarum ingenia conformia habere debet.

Ex quo bene facit tex.ante allegatus.in d.§. mācipia.ex quo not.glo.in auth.de referendarijs.in verb. ex patrib.colla.ij. ꝙ rōne patriæ quis p̄sumit bonus aut malus.facit tex.in c.qn̄.24.dist.& in c.cōstitutus extra de purgati. canonica. vbi hr̄ cōsideratio ad patriā alicuius ordinandi,& cuius nationis sit: vt inde sciat qb⁹ morib⁹ sit imbutus. Et sicut p̄sumit ꝓ aliqua rōne patriæ, & aliqn̄ p̄sumit cōtra aliquē rōne patriæ: vt est tex.ī c. Afros.98.dist.& ibi glo.j.& Archid.(q adducit dictū Firmici Materni.s̄.alle. Tacito autore)& Bal.ī l.data.col.x. ver.8.modo.C. q accusa.nō poss.facit ēt dictū Bar.in trac.de Guelphis, & Gebellinis.col.4.ꝙ de iure quis p̄sumit eē eius affectionis,qualis est eius patria. Est.n.p̄ceptū iurisgētiū,vt patriæ pareamus.l.veluti.ff.de iust.& iu.quod dictū singularizat Barb. cōsi.34. īcip.p̄clarè optim⁹ dicit.col.xviij.lib.2.& alibi cōmēdat in repet.c.Raynal.col.iij.& lxxxviij.de testa. & Fran.Cur.consi.45. īncip.statuto seu consuetu.vers.quia quilibet.col.4.

Adduci possent multa q̄ faciunt ad hæc scripta, per Bartho.Cæpo.in suo trac.de imperato. militum eligendo.versi.propter natione.& in trac. de simulatione cōtractuum.in 21.p̄sumptione. & in suo libello de vita,& modo viuendi in studio.Et ꝙ Albertus de Gandino in trac.maleficiorū.in tit. vnde,aut quo loco possit fama procedere.in principio.ꝙ fama vel infamia potest ex loco,maxime originis procedere: cum quis à natura, & origine propria præsumatur esse bonus,vel malus.per dictum §.mancipia.

Et huius rei aliæ quoq; rationes vltra vim astrorū deduci possent: tū ex eo,ꝙ q̄dā nationes p̄ cæteris multa vitiorū irritamēta subministrāt. Nā q̄d aliud Cāpanos luxu ac libidine affluentes reddidit,q̄ terra ipsa oīum q̄ libido luxusq; expostulat feracissima,q̄ & inuictū armis Hannibalem(vt ait Valerius) illecebris suis cōplexa vincēdū Romano militi tribuit? ille.n.vigilantissimum ducem,illa exercitum acerrimū,dapib⁹ largis, abūdāti vino,vnguētorū fragrātia, veneris vsu lasciuiore ad sōnū, & delicias euocauit, ac tū demū fracta,& cōtusa Punica feritas. Nihil est ꝑfecto, q̄d magis hoīes molles reddat q̄ rerum copia.hinc Arabes à Virg.li.1.Georg.molles dicti sunt.

India mittit ebur,molles sua thura Sabæi.

Vt q̄ oīum regionum sit fertilissima Arabia. deinde sunt sui cuiq; patrię peculiares mores, vna queq;.n. ꝓuincia seu patria suo sensu abūdat. vt ait Hiero.ad Lucinū.in c.vtinā.76.dist.& in c.certificari.extra de sepulturis.& dicit Quinti. Gētib⁹ ꝓprij mores sunt. Nec idē in barbaro Romano Gręco probabile est,& ciuitatū ēt leges īstituta ac opiniones hn̄t differētes, ob idq; scribit argumenta à natione sumi. & scribit in c.oēs.1.dist.aliæ alijs gentibus leges placent. vnde ortū est vetus Græcorum prouerbium, lex & regio.

VIgesimaquinta conside.Inter ciues, & plebeios eiusdē qualitatis honorabiliores sunt ac p̄ferri debēt,q ex honestis,& ꝓbis parentibus orti sunt, & ꝓgeniti. vt s̄.dixi in 2.par.ī 24. cōsid.vbi scripsi mulieres ortas ex bonis parētib⁹ eē laudādas, potissimū si ex bona mr̄e, ꝓba,& pudica. Et idē de filijs dicendū.Mouebar rōne sequēti.Nā licet sua cuiq; mēs sit, tn̄ pleræq; sunt animi vires,q̄ simul cū corpore à parētibus transfundunt in filios. ꝑut amplè ibi deductū est.Et de filijs facit gl.ī verb.nō infamatę.in l.q̄d si nolit.§.q mācipia.ff.de ædil.edic. & ī l.q̄squis.§.j.ī verb.ī quib.C.ad l.Iul.maiest.ī q̄bus notat.Sępe solet similis filius eē pr̄i.& ēt in c.venerabilē.§.eos.in verbo,ꝓgenitores. extra de electio. & ibi Panor. col.4. facit tex.in auth.de referēdarijs sacri palatij.§.pen.& ibi gl.in verb.ex partibus.col.ij.& ī c.1.61.dist. & ibi gl.j.q̄ dicit hāc vnā eē cām quare filij p̄sbiterorū nō ꝓmouētur ad sacros ordines. tex.ī c.si quis.ibi,filij vero eius.& c.6.q.1.& ibi gl.ī verbo,metiunt. q̄ addit ad versiculū p̄cedētē. Et sequit leuiter filia mr̄is iter.& ī c.vlt.ī fi.de cōsecr.dist.vlt.& ī c.2.sup ver.defectu.de filijs p̄sbyterorū.ī 6.q̄ & illud quoq, dicit. hac, inter alias duas rōnes spurios sacris nō initiari. & facit q̄d voluit gl.ī verb.domū.ī l.cū vnus.§.j.ff.de alimē.& ciba.lega.& Cy.in l.in bonæfidei.ī 7.q.C.de iureiu.& Bal.in l.j.ad fi.C.de locato.& in l.si quos.ī fi.& ibi Ang.C.de captiuis.& Frācis. de Aret.in l.iubemus.in fi.C.de aduocat.diuerso.iudi. vnde scribit Sapi.3.de impijs,& ijs qui sapiētiam abijciunt. Nequissimi filij eorum quasi nequissimorum nequissimi sunt ēt filij.& facit dictū Esdrę.lib.4.c.9. Qualis ager talia & semina,& quales flores, tales & tincturæ,qualis opator,talis & creatio,& qualis agricola, talis & cultura.atq; Mat.7.& Luc.6.scribit. Nō pōt arbor mala bonos fructus facere, neq; arbor bona malos fructus facere. cuius sñiæ initium refert gl. in verb.nō īfamatæ.ī d.§.q̄ mācipia.Et elegāti similitudine insinuat Theogius, dū ait in verbis trāspositis.

Non etenim è squilla rosa nascitur,aut Hyacinthus.
Sed neq; ab ancilla filius ingenuus.

Et sub simili forma Horatius lib.carminū 4. Ode 4.

Fortes creantur fortibus & bonis,
Est in iuuencis,est in equis patrum
Virtus,neq; imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Et veridicè huiusmodi sententiā tanq̄ prouerbio celebrem extulit Euripides,verbis tamen translatis.

Heus,heus,vt illud dictitant rectè,probum
Patre ab improbo,non posse nasci filium.

 Et Arist.

v. 3.2 8. 27 p.2. 278. filios de ... p. 4.

Vocha ... Sabbad ... 1 p. 2. 69 ... 38

Et Aristo.Polit.1.c.4.ex quorundã sñia ait. Sicut ex hominibus hoiem,& ex bestia bestiã: sic ex bonis bonũ nõ generari.& lib.3.c.8.Consentaneũ est (inquit)ex melioribus ortos eẽ meliores.& iterũ in pceptis rhetorices,de causis ciuilibus.Nemini est obscurũ,qui ex bonis clarisq; parẽtibus nati sunt,eos consentaneè fieri suis maioribus non dissimiles. & Cicero p Roscio Comœdo.Nemo ex improbo patre pbũ filiũ nasci posse æstimaret.& Quintil.lib.5.de argumẽtis,scribit argumẽta sæpe à psona esse ducẽda. Nam similes parentibus ac maioribus suis, filij plerunq, credunt.& nonnunquã ad honestè turpiterq; viuẽdũ, inde causæ fluunt. Diogenes Cinicorũ princeps,cũ ebriũ in foro vidisset:illius (inqt) pr ebrius fuit,autor Laertius.in q̃ sñiam Martialis miratur, ꝙ filia ebriosi potaret aquã. dum ait libr.6. Epigram. ad Catullum.Miror,ꝙ Bassi filia potat aquam.

Sunt & ad rẽ multa antiquis celebrata pverbia. Quale istud est.Mali corui, malũ ouũ.cuius meminit Gellius lib.5.c.10.& illud Homericũ.li.Odysseę 19.& iterum Iliados 22. *E' quercu è saxis prognatus.*

Vnde & illud Virgilianum lib.8.Aeneidos.

Gensq; virum truncis,& duro robore nata.

Item illud Quintiliani, Generosioris arboris statim planta cum fructu,& plura alia id genus.

Ex quibus illud pcedit,vt psumat filius eẽ eiusdẽ volũtatis,& effectus cũ patre.l.si oparũ iudicio.ff.de ope.lib.& ita dicit p illũ tex.Bal.i l.liberti.col.j.ver. Op.3.C.eo.tit.p doct.in d.l.qsqs.C.ad l.Iul.maiest. ppea Alber.de Gandino in trac.maleficiorũ.titũ.de psumpt.& iudicijs dubitatis col.4.vers.præsumptio enim naturæ est: monetq;,vt parẽtũ eius qui accusatur mores cõspiciant.vt pinde ẽt sciam9, quibus sit accusatus moribus. Nam qui bonos habuit parẽtes bonus,qui malos,malus psumit,vt pluribus iuribus hic ante allegatis cõprobatum est. Et pulchre dicit Ang.in l.si fugitiui.C.de seruis fugitiuis, ꝙ ex eo qs præsumitur transiuisse ad hostes,ꝙ natus est ex progenie eo nomine infamata. & sequitur Barba.consi. 33.incip.pclarè optimus.col.8.lib.3. & Ioannes Neuizan inter consilia Alberti Bruni, consi.7.incip.patres concesserunt.col.x.§.hæc Tiraquellus in suis legibus connubialibus ante legem septimam.

VIgesimasexta consid.Inter populares,siue plebeios ciuitatis pferri debent primates: qui inter reliquos maioris ptãtis,vel dignitatis habẽtur.vt notat Luc.de Pẽ.i rub.de Alexãdriæ primatib.libr.11. C.& i lege quiq; summates.C.de decurionib.lib.10. facit qd dicitur de Christo. Mat.7.in fi.erat.n.docẽs eos sicut ptatẽ hñs.Et de his qui hñt aliquã autoritatẽ inter alios,ꝙ sint pferẽdi & honorãdi: scribit amplè Cæpo.i trac.de impatore militũ eligẽdo.ver.autoritatis.& dixi in 1.par.in 31.cõsid.vt sunt nobiles & burgẽses,vt dicit Ioan.Montaigne in suo tract. de autoritate magni cõcilij. allegat.ca.2. extra ꝙ metus causa.& c.proposuit.de clerico excommu. ministrãte.& c.literas.de psumptio.& Luc.de Pẽ.in l.qui curiæ.C.de fundis rei priuatæ.lib.11.Et ibi declarat vnde dicantur burgenses,s.à burgis:sed aliter accipiuntur in Gallia,quia est qdam pręeminentia inter plebeios, quæ quibusdam acquiritur ex sua declaratione:cum se declarat burgensem regis. Et tales soluũt certum quid regi,pro hmõi iure & pręeminentia,& ex hoc ẽt multa priuilegia consequuntur,sed cũ non sint apud nos,non insisto. Aliqui verò fiunt ex antiquitate domus,cũ antiquiores dicantur burgenses, Reliqui verò tm ciues vel habitatores.Et huiusmodi burgenses cæteris ciuibus præponuntur.vt hic ante in 11.consideratione dixi.Et an in potentia sit collocata felicitas,seu an potẽtia sit summum bonum, vide Beroaldum in suo opere de felicitate.

VIgesimaseptima cõsid. Diuites pręferuntur cæteris in honoribus, vt hr in l.honor.§.de honorib.ff.de munerib.& honorib. Cũ de honoribus siue munerib. gerẽdis facultates quoq, an sufficere oneri iniuncto possint: cõsiderandũ est tex. in l.pauperitas. & ibi gl.ff.de excus.tut.& in l.ad subeunda.& ibi gl. ad hoc clarior.ibi: vel põt dici.C.de decurio.lib.10. & notat gl.in rub.C.quemadmodũ ciuilia munera. ibi: quinto facultates. & ibi: facultas vt sit sufficiẽs eod.lib.& dixi s.in 1.par.in 44.cõside.ratio est quia etiam diuites sunt fideliores, vnde Iuuenalis,

Quantum quisque sua nummorum seruat in arca,
Tantum habet fidei.

Et potius obseruãt pacta q̃ pauperes: qm,vt ait philosophus,pauperes & miseri citò flexibiles fiunt, & probat tex.in l.iij.in prin. ibi, & an locuples vel egẽs sit, vt lucri cã quid facile admittat.ff.de testib.& pter paupertatẽ qñq; qs est suspectus.l. suspectus.& l.suspectum.ff.de suspectis tuto.vnde Luc.de Pẽ.notat in l.fi.col.ij.C.de spectaculis.li.11. ẽt per illũ tex. ꝙ quis ob timorem paupertatis de facili peccare psumitur. vide eum ibi,quia plura ad hoc allegat Salustius in catilinario. semp in ciuitate quibus opes nullæ sunt bonis iuidẽt,malos extollũt, vetera oderũt, noua exoptãt,& odio suarũ rerũ oĩa mutari studẽt: ergo diuites sunt pponẽdi.Cũ ẽt magis credatur diuiti q̃ pauperi, tex.i auth. de testi.§.sancimus.ibi, aut diuitiarũ.iũcta gl.in eod.verb.colla.7.& pbat in l.spadonem.§.fi.ff.de excusat.tut.vbi dicit tex.iã autem & qui modici patrimonij factus est tutor, affectasse videtur: & ideo suspectus efficit.l.scire oportet.§.fi.ff.de tuto.& cura.datis ab his. Ad qd optimè facit qd notat Specula.tit. de testib.§.j.circa princi. ibi: quartò fallit.& dicit Io.de Pla.in l.ne quis.C.de dignita.lib.12.Debent.n.diuites,cõtra quos non est turpis suspitio lucri,& qui possunt debitũ honorem dignitati impẽdere,eligi ad honores & dignitates.d. l.ad subeũda.Nã ẽt cæteris parib9 sunt diuites pauperibus digniores.d.l.iij.in prin.ff.de testib. & hæc per plura alia cõprobant p Cæpolã i suo tract.de impatore militũ eligendo.in verbo, diuitijs. vbi ponũtur multa priuilegia diuitũ, & q̃ diuitibus cõceduntur.

In hãc sentẽtiã scribit plura Philippus Beroaldus i suo opere de felicitate, vbi qrit an diuitiæ sint finis bonorum: & dixi in seq.par.in 54.consid. & ante in 8.part. in 22.conside.vbi scripsi nobilitatem causari ex diuitijs saltem antiquis. Et diuitum,& potentum laudabilia & vituperabilia ponit Luc.de Pẽ.in l.j.C. vt rusticani ad nullum obsequiũ deuocẽtur, col.2.& 3.lib.

3.lib.11.vbi refert post Philosophũ 2.Rhetoricorũ. ꝙ q̃dã mulier interrogata, vtrũ melius foret hoĩem diuitẽ esse q̃ sapiẽtẽ, rñdit, ꝙ sæpius videbat sapiẽtes frequentare ianuas diuitum, q̃ diuites ianuas sapiẽtum. Et in quibus casibus est melior conditio paupertatis, & in q̃bus deterior recẽset idẽ Luc. ĩ l.fi.C. de his qui nu.libe.vel pauper.excusa.meruerũt. eo.li.10.vbi enumerat 44.priuilegia paupertatis.& 17.incommoda ipsius.et de priuilegijs paupertatis: vide remissiones p Cepolã in loco ante citato.de q̃bus ẽt per Bernar.de Bust.in 2.par.sui Rosarij.serm.30. post Io.de Indagine q̃ librũ vnũscripsit de laude paupertatis, q̃ incipit. Beati pauperes. & recurre ad Bar. in l.illicitas.§.fi.ff.de offic.præsidis.& Io.de Turrecr. in c. pauper.11.q.3. vbi octo priuilegia paupertatis refert, & p Doct.ĩ l.si q̃s ad declinãdã.C.de episco.& cler.& dixi ante in 9.par.in 32.cõsid. ꝙ milites laudantur ex paupertate. & multa hic possent accumulari in laudẽ paupertatis cõtra diuites: sed quia parũ faceret ad ꝓpositũ, nõ amplius immorãdum est.

Vigesimaoctaua consid. Honestus p̃ferendus est inhonesto, & infami, & hñs bonam famã anteponitur infami.arg.tex.in l.j.in princ.ibi, & an honestæ & inculpatæ vitæ, an verò q̃s notatus, & reprehensibilis.& iterum ibi, vel pp p̃sonã à qua fertur, ꝙ honesta sit.ff.de testib.& in auth.eod.de testib.§. sancimus. ibi, bonæ opinionis esse oportet.& iterũ ibi: q̃a inculpabilis atq; moderata vita est, coll.7. & c.1. ibi, absq; vlla infam.extra de except. & ca.testes.2.q.7.& c.super co.§.j.ibi, vbi vir superior est diuitijs, & nobilitate, potẽtia vel honore, extra de testib.& Luc. de Pẽ.in l.ij.C.de dignitat.lib.12.& p eũdẽ ibi ĩ rub. col.ij.& hoc est, q̃a bona fama est multũ extollenda. Ideo dicit Bernar.de Bust.in serm.31.in 2. parte sui Rosarij: in litera S, ꝙ bona fama omnibus rebus est præponenda, quã omnes appetũt, maximè poetæ. Vnde Ouid.in 3.de arte amandi ait.

Quid petitur sacris, nisi tantum fama poetis,
Hoc votum nostri summa laboris habet.

Et iterum idem ibi.

Sed famæ vigilare iuuat, quis nosceet Homerum.
Illius æternum si latuisset opus?

Per bonã.n.famam homo viuit in æternũ, tex. & ibi notatur in §.filij autem.ibi, hi.n.qui pro republica. instit.de excusa.tut.& l.qua actione.§.si quis in colluctatione.ff.ad leg.Aquil. vnde scribitur Eccle.30. Lux oculorũ lætificat animã: bona fama impinguat ossa.de quo dicto vide hic ante in 23.conside. & idẽ sapiens Eccle.41. Curam habet de bono nomine, bonũ autem nomẽ permanebit in æuum, atq; idipsum magis permanebit tibi q̃ mille thesauri magni, & p̃ciosi.& ꝙ cura sit habenda de bona fama.tex.ĩ clem. exiui.§.cęterum.in fi.& Cardi.de verb.signi.c.1.§.ad exhibendũ.extra de sacra vnctione.& ait Iaco.Beneuentanus lib.2. Ille beatus erit cui bona fama viget. Et quæ quidẽ bona fama est nobis necessaria ꝓpter alios.1.ad Timo.3. & c.non sunt audiẽdi.11.q.3.c. nolo.12.q.1.& c.iubemus.de consecra.dist.1. cũ alijs allegatis p Luc.de Pen.in d.l.ij.col.iiij.C.de dignitatib.lib.12. Et probatur hæc cõsideratio ex dictis per Luc.de Pen.ibi, isto medio. Honor nanq; dignitatis honestat hoĩes. Nam illa sunt honesta, in q̃bus sunt p̃miũ & honor. vt dicit Aristoteles 1.Rhetoricorũ. sed econuerso maculatur dignitas, cũ honor tribuitr̃ inhoneste.l.ij.C. si serũus ad decurionatũ aspirauerit.libr.10. vnde Arist.4.Ethi.inquit, ꝙ solus bonus est honorãdus. Itaq; honor nõ debet tribui vilibus, & indignis, vt dicit Salustius in Catilina. Quinimmo solũ honesti ad administrationẽ sunt dirigendi, vt in auth. vt iudices sine quoquo suffragio.§.eos autẽ.ver.ideoq; licebit.colla.2. Ergo ex his sequitur, ꝙ si sint simul honestĩ & inhonesti, honesti veniũt p̃ferendi. Et sic artifices honestioris artis p̃poni debent exercentibus artẽ vilẽ, & inhonestã. Qui vero dicantur inhonesti, & q̃ sint exercentes artes viles, scribit F.Patritius, lib.1.de institu.reipublicæ.tit.8. & Luc. de Pen. in l.maximarũ.C.de excusatio.munerũ. vbi refert, ꝙ oẽs mercenarij quorũ opa venduntur, non quorũ artes, sunt sordidi. Itẽ ẽt q̃ mercantur à mercatoribus ꝙ statim vẽdãt, nihil.n.ꝓficiũt nisi admodũ mentiantur, vt scribit Cicero 1.officiorum.c.57. Nã ẽt, vt plurimũ, mercatores sunt mendaces. 88. dist.c. eijciẽs.& c.seq. Luc.de Pẽ.ĩ l.ij.C.de incolis.libr.10. Itẽ mercatura si tenuis est, sordida est: vt ĩ.ista part. in 45.cõsid. Possunt.n. viles cẽseri q̃ hmõi mercimonijs p̃sunt.arg.l.humilem.C. de nupt. & l.j.C.negotiatores ne militẽt.lib.12.& l.ne q̃s.C.de dignitatib. eod.lib. Potissimè si vtensilia vendũt, hoc est esculẽta, & poculẽta, vt lege eos.in princ.ff.de decurio. Et hi tricoli Bononiæ dicunt̃, vt ĩ l.ij.gl.vlt.ff. de nundinis.vbi Calistratus ait. deniq; summæ prudentiæ, & autoritatis apud Græcos Plato, cũ institueret quẽadmodum ciuitas benè, & beatè habitari possit: imprimis illos negotiatores necessarios dixit. Apud nos vero regretarij, negotiãtur.n. & emũt ĩsimul à rusticis, & reuẽdũt minutatim seu ociosè distribuũt ciuibus: ita Luc.in d.l.maximarũ.vbi ẽt ait, ꝙ sæpe tales mulctant̃, eo q̃a p̃cio statuto nõ vẽdũt, aut q̃a corrupta vẽdũt, ex q̃bus mulctari possunt.l.ij.C. de cõditis in publicis horreis.lib.11. Et vltra, q̃ sint artes viles: vide plures remissiones p Cep.ĩ trac.de impatore militũ eligẽdo, in verbo nobilitatis.in 18.opi.de q̃bus nõ intendo hic dicere, nec de sordidis: sed de honorãdis: & de vtraq; specie, vide ĩ.ista par.33.conside.

Vigesimanona consid. Diligẽs & vtilis p̃ferẽdus est inutili & pigro, & de nihilo seruienti: facit text. in l.suspectum.ff. de suspectis tutorib. vbi sunt verba Vlpiani. Enimuero tutor q̃uis pauper, est fidelis tñ, & diligẽs remouẽdus nõ est. & illa verba reassumuntur.in §.fi.insti.eadem ratio. Cum turpe sit ciuibus ignorare statũ seu artẽ in quibus versant̃. arg. l.ij.§.Seruius autem Sulpitius.ff.de origin.iur. vnde inertes, id est sine arte cogendi sunt ad laborẽ, & negotiationẽ.l.vni & ibi Luc. de Pen.C. de mendicantibus validis. libr.11. Et tales inutiles non afferentes fructũ reprobant̃: vt hr̃ Mat.3. & 7. Omnis arbor, q̃ non facit fructum bonum excidetur, & in ignẽ mittet̃. Vel quia etiam non sufficit abstinere à malo, nisi fiat quod bonũ est. l. in illa stipulatione 2. ff.de verbo.obligatio.in clem.cupientes.de pœnis. in cap.de forma.

forma. 22.q.5.nō.glo.in verb.cuiq;.in princ. in l.iustitia.§.iuris pcepta.ff.de iust.& iu. & institu.de eisdē locis.in gl.ius suum.in initio. q̄ allegat.ca. non satis, 87.dist. Sicut.n.piger vituperatur. Prouerb.21.& 6. Ab opposito laudāda est diligētia, q̄ mater est oium virtutū in suo quoq; ope.c.nihil.88.dist. dixi in pfatione huius opis circa initiū. & alia plura ad hoc refert Luc.de Pen.in d.l.vnic. Ideo dicit Cicero, libr.1. officiorū.ca.57.qbus artibus aut prudētia maior inest, aut nō mediocris vtilitas q̄rit, vt medicina, architectura, vt doctrina rerū honestarū: hæ sunt his quorū ordini cōueniūt honestę: vbi in hoc laudat artes, q̄ afferunt vtilitatē. Inertes aūt, & ociosi multū sunt reprimēdi, & à ciuitate oino expellendi. Cū Athenienses ignauos hoies, & languore marcescētes, qui vitam in ganeis, & popinis, atq; illecebris locis silētio transigebant, in forū ꝓtrahebant: eosq; vt facinorosos & flagitiosos supplicio plectebant: vt plenè in 1. cōsid. huius partis scripsi. & refert Guil. Leporeus Heduē. in suo trac. artis memoratiuæ, lib.4.c.10. vbi de ocio disserit. Ocia ergo tollamus: cū pro omni verbo ocioso reddituri sumus rationē in die iudicij. vt ait Hiero. relatus in c.quoties. 22.q.5. & multam malitiam docuit ociositas. Eccles.33. Et ociositas, & voluptas arma sunt hostis antiqui ad miseras animas captiuandas. c.nisi cum pridem.§.verum. extra de renuntia.& ibi glo.in verb.ociositas. allegans illud.

Ocia si tollas periere cupidinis artes. Et iterum.
Quæritur Aegistus quare sit factus adulter.
In promptu causa est, desidiosus erat.

Qui duo versus ēt scribunt in c.nunq̄. in glo. pen. de cōsecr.dist.5. vbi Hiero. hortatur Rusticū monachū, ꝙ cum in desiderijs sit omnis ociosus, faciat aliquid operis, vt semp diabolus inueniat eum occupatum.

TRigesima cōsid. Cū pulchritudo i hoīe sit dignitas, vt ait Cice.lib.1.officiorū. Ideo pulchriores cæteris p̄ferri debēt. vñ Beroaldus in suo ope de felicitate ait sine bonis corporis (inter q̄ enumerat pulchritudinē) nō posse esse veram felicitatem. & vt ait Aristoteles. non satis idoneus est ad felicitatē homo penitus deformis. Est.n.forma Dei munus, vt inquit Homerus. Deorum dona gloriosa nequaquam aspernanda. Ideo apud Platonē in gorgia.& 2. de legibus cantio cōuiuialis celebrat, quam cātores in cōuiuijs vsurpabant, ita cōcinentes, optimū quidem esse bene valere. Secundò loco formosum esse. Tertiò habere diuitias bono modo partas. Et ibi Beroaldus infert, ꝙ sine pulchritudine nō p̄t esse absoluta felicitas, ex qua plures laudati fuerunt: vt apud Homerum Agamennon, Achilles, Menelaus, Polyzinus, Nireus, Patroclus, Deiphebus, Aeneas, Vlisses, Thelemacus, Euryalus, & alij, quos in mēbrorum formæq; dignitate laudauit. Nec ipse Homerus nō tam laudauisset pulchritudinē in illis inuētā, aut nō finxisset (vt aliq opinant) nisi doceret magnū illud bonū esse, & in oculis hoium collocandum. Virgilius quoq; Apollinē formosum appellauit Eglog.4. ibi, formosus Apollo. ēt in libris Aeneidum, Lausum, Turnum, Auentinum, Iulum, Virbiū, & plures alios in formositate, & specie laudat, & in Eurialo de hac re ita sententiat.

Gratior est pulchro veniens è corpore virtus.

De quo meminit Alexā. consi.209. incip. ponderatis his.col.vj. vbi refert, ꝙ Cyn.in l.j.in 3.q.ff. de iurisdi. omn.iudi. dicit, ꝙ in corpore pulchro residet anima virtuosa: quia quo quisque pulchrior est, eo magis virtus in illo refulgeat necesse est: de quo Orphæus extollit Iasonem hoc pacto.

Clarior in cunctis diuus splendebat Iason:
Iuno etenim lætos oculis afflarat honores,
Et pulchrum dederat, magnumq; & pectore fortem.

Plato verò lib.1.de legib.& lib.6.de republica. Bona bifariam diuidit, alia, s.esse diuina, & alia humana: horum primum dicit esse sanitatem, deinde pulchritudinem, tertio vires ad cursum, & ad alios corporis motus, quartò diuitias, imò multi formam, & pulchritudinem bonæ valitudini pręferri nō dubitarūt: moti ex hoc, ꝙ secum pariter forma sanitatem habere existimetur. de quo Cice.lib.officiorum.c.35. quo loco de temperantia disserit. Venustas, & pulchritudo corporis secerni non pōt à valetudine. & Ambro. lib.1.officio. Pulchritudo, inquit, supra salubritatē ac valitudinem videt excellere: & tñ sine his esse non potest, neque vllo separari modo: quoniam nisi bona valitudo sit, pulchritudo esse ac venustas non potest. Et idem Cicero libr.4. Tusculanarum quæstio. Inter præcipua corporis bona, pulchritudinem primo loco colloca. dum inquit, Sunt.n.in corpore præcipua, pulchritudo, vires, valetudo, firmitas, velocitas. Etenim apud poetas forma hominis, & pulchritudo semper in honore & pretio fuit, vt hic ante patet. qđ & elegantius Titus Lucretius docet his versib.

Condere cœperunt tum vrbes arcemq; locare
Præsidium reges ipsi sibi perfugiumq;,
Et pecudes, & agros diuisere, atque dedere
Pro facie cuiusque, & viribus, ingenijq;.
Nam facies multum valuit.

Et non mirum si principes in distribuēdis rebus formosos cæteris anteponent: cum & antiquo tpe principes & reges apud plerosq; deligebātur, qui forma p̄ cæteris pstabāt, vt dixi ante in 5.par.in 18.conside. vbi dixi reges, & principes inter cæteros laudari ex pulchritudine, & decor corporis confert ad felicitatem in hoc mundo. verum ēt non solum principes, sed ēt plures alij laudandi sunt ex pulchritudine, vt plures annumerat Text. in sua officina, & vltra 60. sub verbo, formosi, vt ēt iurisconsulti & aduocati. vt s̄.in 7.par.in 49.consider. vbi dixi aduocatos ex pulchritudine esse cōmendabiles. De pulchritudine verò mulierū dixi in 2.par. in 22.consid.& qūo milites laudant ex pulchritudine, in 9.par.in 28.conside. dictum est, & ista consideratio sit generalis ad illas.

TRigesimaprima consid. sit de artificio, quoniam mutat hominis conditionē, & potentius est officio; cum quadam nanque perpetuitate discitur. & ex artificio vberior, & honestior quæstus ēt pcipitur. notatur in l.legatis.§.j.in ver.officium. circa fi.ff.de leg.3. Luc.de Pen.in l.ij.C.de excus.artif.lib.10. Ideo dicit Bar.in l.seruis vrbanis.§.si alij.ff.eod. de lega.3. ꝙ artificium superat officiū, nisi quis haberet plura officia & artificia, quia tunc attenditur id in quo magis versa-

versatur. Et ratio quare artificiũ extinguit officium, est: quia officium in quo quis prius erat, nõ põt dici artificiũ, & sic nouũ incipit habere: si aũt prius erat ĩ artificio, & postea trãsiuit ad officiũ, secus est, quia artificiũ põt dici officiũ. Hæc autẽ ratio cessare vr̃, vbi ex artificio transit ad aliud artificium. Ideo Rogeri⁹ in d. gl. officium, reddit aliam rõnem quæ non cessat, quia officiũ ideo nõ mutat̃ per officium, quia artificia potentiora sunt, & cũ quadam animi ꝑpetuitate discunt̃: eo, ꝙ inde vberior, & honestior quæstus percipit̃. Officia verò ad tempus ꝑꝑ necessitatẽ, vel inopias insurgentes subeũtur, ut dicit ibi gl.

Aduerte tñ, ut intelligamus, i. de quo est qõ. ꝙ artifex est ille qui emit rem, & mutata forma uendit, vt est emẽs ferrũ, & uendit enses ex ipso ferro fabricãtos, & sic de singulis, pro quo facit tex. i c. eiiciẽs dñs. §. quicunque. 78. dist. quod facit ad limitationem c. quãquã. de cẽsib. in 6. Quis aũt sit mercator, & negociator, scribit Ale. in d. l. legatis. & uide in d. §. quicunque. sed latius infra dicam ista par. in 45. consid.

TRigesimasecunda conside. Artificium est ita necessarium in republica, ꝙ non solum quis cogitur exercere artem quam nouit: sed ẽt ignorãs compellitur addiscere. Ideo si in ciuitate aliqđ artificiũ fuerit necessariũ, nec sit aliquis ibi q illud exerceat, uniuersitas ad hunc actum aliquẽ eligere põt, & dẽt, & cogit facere artẽq; illam addiscere, ut postea exerceat. argumento notatorum in c. sup specula. extra de magistris. 23. q. j. in summa. c. qd ergo. xj. q. 3. l. moris. §. sed dãnare. ff. de pœnis. l. semper. §. quibusdam. ff. de iure immunitatis. ibi necessariam operam, & l. 2. C. de ponderato. & auri illatione. lib. 10. & in auth. de defensoribus ciui. §. & iudicare. uers. præcepta verò faciat. collatio. 3. & l. 2. §. postea ne diutius ff. de orig. iuris, & c. ex studijs. extra de præsump.

In his. n. quæ ad uitæ cõis usum pertinent, peccatum est laicis, nisi sibiipsis inuicem fideliter operam dederint. c. te q.dem. & c. sicut enim. 11. q. 1. & c. placuit. 90. d. & c. clericus. cũ seq. 91. d. & c. ĩ scripturis. 8. q. 1. Nec. n. desidia blãdiẽte quis respuere debet, q.n obtẽperet in his, q̃ mr̃ sua respub. desiderauit: argumẽto. c. uos aũt. 16. q. 1. Nã & ad malitiã exercendã eligũtur tyrones. l. eadẽ. §. lege. ff. ad leg. Iul. repetũd. & l. qui cũ uno. §. j. & 2. & §. eũ qui. ff. de re mil. & l. ꝙ euitãdi. C. de cõd. ob tur. cau. ita tenet Luc. de Pẽ. in l. j. C. de excus. artificum. lib. 10. Et cum semel inceperint artifices aliqui exercere officium, nõ possunt illud dimittere, verum ad hoc cogi possunt, ut recẽset idẽ Luc. in l. j. col. 4. C. ut rustici ad nullũ obsequium deuocent̃. lib. 11. Ex quibus pluries dixi ĩ ciuitate nostra, ꝙ cũ aliqñ desint nec reperiant̃ qui uelint acceptare aliqđ onus, ad faciendum aliquid, ꝙ in republ. sit necessarium, ut de cõmissariis ad distribuendũ victualia pro equis armigerorum seu militũ stationariorũ, secundũ ordinationes regias, ꝙ ad hoc exercẽdum possunt cogi aliqui de ciuitate. Et etiam cum ĩterdũ desint panes, aut carnes, aut alia id genus quæ fiunt, aut exercẽtur ꝑ aliquos mercatores, & ꝑ eos q de talibus soliti sunt se intromittere, ꝙ possunt cogi ad exercendum, & ad ea quæ sunt necessaria inueniendũ: prout ante faciebãt: vbi ex desidia eorũ (aut fortè qa carius velint uendere res mercales) mercari desistant, ex antedictis, & aliis per Lucam de Pen. ĩ d. l. j. C. ut rustici ad nullũ offi. facit tñ dubiũ ibi, an possunt cogi ad uendendũ potius in uno loco quàm in alio. vide eũ. Et quomodo artifices sint necessarij in republica, hic ante in 1. consideratione dictum est.

TRigesimatertia cõsid. Licèt Budęus, vir bonarũ literarũ, dicat in suo tractatu de asse, & partibus eius, folio mihi 139. artifices esse feces vrbiũ, vt & ĩ dicetur de aliquibus: tñ inter artificialia est cõtentio de nobilitate, vt scribitur in Viola animę, in dialogo. j. c. j. & teste Bar. ĩ l. j. col. 7. C. de dignitatibus lib. 12. inter artifices distinctio fit talis. Nã quidã sunt nobiles, quidã aũt ignobiles. per text. & notata per doctores ibi in l. j. ante fi. C. de cõditis ĩ publicis horreis. li. 10. & in l. ꝓuidẽdũ. in prin. C. de postulando. Et isto modo seruus, & ancilla põt esse nobilis, vt hr̃ Leuitici 19. post mediũ. ibi, q̃ sit ancilla ẽt nobilis, & de hac nobilitate loquit̃ Aristoteles 2. Ethi. ĩ princ. vt refert Bonus de Curtili in suo trac. de nobilitate. in 2. par.

Facit ẽt dictũ Sabellici lib. 10. suorũ exemplorũ. Pulchrũ est (inquit) in omni artiũ genere excellere, & quia pulchrũ, & optabile, idcirco natura, homo desiderat cæteris oĩbus in suo ordine ꝑstare. quo. n. altiora sunt ingenia, eo magis laude efferunt̃, acriusq; nituntur in arduũ, laudis cupiditate. Et ait Cassiodorus. j. uariarũ epistolarũ 13. ꝙ ars est decus urbiũ, vt refert Luc. de Pẽ. ĩ rub. C. de excusatio. artificũ lib. 10. Et æquiparãtur à lege aliquẽ ali, & artificio erudiri. per tex. in l. j. in fine. C. de infantib⁹ expositis. ibi: ut siqua in alendo eo, vel fortè ad discendũ artificiũ iustẽ cõsumpta fuerint, restitues: licet aliàs aliqualiter differãt. l. impẽsæ. ff. de uerb. & rerũ significatione. Et interdũ ars laudatur: ut ab Aug. 4. de ciuit. Dei. ubi dicit, ars est uirtus, bene recteq; uiuẽdi. & ꝓ hoc Ecclesiast. 38. ubi de multis artificibus ꝑmissio subiungitur. Oẽs hi ĩ manib⁹ eorũ sperauerũt, & unusquisq; in arte sua sapiens est, sine his omnibus nõ ædificabĩtur ciuitas. Itẽ appellatione inopũ nõ cõtinẽtur agricolæ, nec artifices c. ꝙ super. §. j. extra de uoto. facit l. filij. §. ult. ff. ad municipales. Et licèt ab operariis seu artificibus uectigal exigitur. l. ad reparationem. C. de aquæductu. lib. 11. Veruntamẽ hi odiosè grauãdi nõ sunt, imò leuãdi, si ipsorũ artificiũ utile est ĩ ciuitate. argu. l. ad bestias. ff. de pœnis. c. q̃ritur. ante finẽ. ibi: probatur hoc 22. q. 2. honor. n. alit artes, ait Tullius lib. Tuscula. q̃stionũ. Et propterea his artificibus consueuerũt rustici immunitatẽ cõcedere. l. uacuatis. C. de decurio. lib. 10. Nã, & à pluribus oneribus artifices sunt ĩmunes. l. j. C. de excusatio. artificũ. eodẽ li. & agricolę. l. j. C. de agricolis, & cẽsitis. lib. 11. de quibus ĩ ista par. in sequen. & 37. consid. & l. fi. ff. de nũdinis. Imò, & omnes artes perutiles, & ex hoc fouẽdæ sunt, ut n. ait Tullius ij. de officiis. Quid enumerẽ artium multitudinẽ, sine q̃bus uita omnino nulla eẽ potuisset? Quis. n. agris subueniret, q̃ esset oblectatio valentiũ, quis uictus aut cultus corporis, nisi tã multæ nobis artes ministrẽt: quibus rebus ex cultu hoĩum tãtũ destitit à victu, & cultu bestiarũ? Et qũo ars generaliter

raliter sumpta, multa comprehendit. vide Lucam de Penna in rubr. & l. j. in prin. C. de excusa. artificum. lib. 10. ubi dicit, quòd magi dicuntur habere artem.

Verũ artifices à pluribus honoribus sunt arcẽdi, censentur. n. quidã artifices ignobiles. tex. in §. sancimus, & ibi notat gl. in uerb. ignobiles. in auth. de testib. colla. 7. vñ Eccle. 38. iã ante all. præmisso de pluribus artificibus subiungitur. Et nõ inhabitabũt, nec inambulabunt, & in ecclesiã nõ transiliẽt. Super sellã iudicis non sedebũt, & testamentũ iudicii non intelligent, neq; palã facient iudiciũ, & disciplinã, & in parabolis nõ inuenient: sed creaturã æui cõfirmabũt, & deprecatio illorũ in operatione artis, accõmodãtes animas suas, & cõquirentes in lege altissimi, nec est grande lucrum ipsorum artificum, iuxta illud.

Esurit ars, decreta tument, lex lucra ministrat.

Trigesimaquarta cõsid. Multi artifices descripti in l. j. C. de excusationibus artificũ. lib. 10. in hoc priuilegiãtur, & honorant: ꝙ à muneribus personalibus sunt immunes, qui scilicet, sunt sequentes.

Architecti, hoc est artifices principales, qui ædificiis construendis, & tectis præsunt, de quibus infrà ista parte, in 42. consideratione, & de his fit mentio in l. ultima. ff. de iure immunitatis.

Medici, de quibus in præcedenti par. in 25. consideratione, & infrà ista par. in 48. consideratione.

Statuarij, de quorum excellentia, & laude hic, infrà in 43. consideratione.

Marmorarij, de quibus in d. 43. consid. & de excellentia marmorum dixi in sequenti par. in 91. consid. & sunt illi qui marmor cædere, vel æquare sciũt, aut qui marmoratum opus faciunt.

Lecticarij, vt ibi exponit gl. & sequit Luc. de Pen. sunt qui faciunt breues lectos, de quib⁹ hr̃ ĩ l. si ex toto. §. si ita legatũ sit. ff. de leg. 1. & in l. legatis. §. j. & 2. ff. de legat. 3. ubi glo. utrobiq; exponit lecticarios ꝓ illis qui sciũt facere lecticas. Aliter tñ exponit Pyrrhus in d. l. j. scilicet pro illis qui dñm in lectica portabãt. Actuarij, ut dicit glo. sunt qui faciũt machinas instar lacus, vel torcularis. Alii dicũt ueram esse lectionem Arcarij, hoc est qui arcas faciunt, quorũ mẽtio est in l. ult. C. de iure immuni. Tales ẽt uocãt scriniolarij. Actuarius vero hr̃ tanquam notarius, & qui acta publica scribit: de quo hic ante in 9. consideratione.

Clauicarij, & tales possunt dici qui claues, seu clauos aut clauas faciũt: & sic sunt fabri clauium, clauorũ, aut clauarũ. Sicuti Luc. de Pen. in dicta l. j. annumerat securios. hoc est fortè qui securim seu instrumenta ad secanda ligna, & id genus ferramentorũ fabricant, & claustrarij etiam dicuntur, qui claues, & cætera, quæ ad claudenda ostia pertinent, laborant.

Quadrigrarij, qui faciũt quadrigas, ut declarat gl. sed etiam quadrigarius ductor quatuor equorum in quadriga seu curru iunctorum dicitur, qui & plaustrarius uocatur: de quo in l. si seruus seruum. §. si ex plaustro. ff. ad legem Aquiliam.

Quadratarii, qui faciũt lapides quadratos, vt fuerũt sancti quatuor coronati, ut ibi glos. exponit: sed Pyrrh⁹ ibi amplè exponit, & dici possunt latomi, qui opant ĩ lapidib⁹ cedẽdis, & quadrãdis, vel q̃ lapides ĩcisos, & structurã cõstituere, & cõponere solẽt: quos statuentes, seu collocatores uocant. Et loco uocabuli Greci pectas ĩ d. l. j. positi. dicit L. de Pẽ. ibi melius stare septa, exponẽs septa ꝓ his q̃ faciũt clausas ex quacũq; mã sit: vt in medio aluei liberè fluat aqua, all. l. 1. §. septa. ff. de riuis, & hos fossores dicere possumus.

Structores, i. ędificatores murorum, & qui muros faciunt ex minutis lapidibus fortè.

Sculprores ligni, i. incisores, ẽm glo. ex quibus postea statuæ, uel aliæ operationes fiũt. Et bene dicit ligni, q̃a ante de marmorariis, & statuariis dixerat lex, hoc ẽ de his q̃ cędẽdo statuas aliquas ĩ marmore, & aliis lapidib⁹, aut ĩ ęre seu ebore faciũt, & sculpunt.

Muscarij, quia multi in expositione huius uocabuli musitãt, & credo eos diuinare. Iõ ꝓ tuo arbitrio expone, licèt Pyrrhus dicat eos fortè gypsarios esse: uel qui aurũ aliquo colore obscurãt, (qđ nos emalliare dicimus), ꝙ illic, vel muscæ interdũ, uel flores depingi soleãt, vel ꝙ muricare à murice legi debeat.

Deauratores, qui res auro cooperiunt, vel cęlant: inquit Lucas.

Albini, quos Græci comatas dicunt: ut est tex. d. l. j. sed Pyrrhus post Alciatũ dicit legendũ esse coniatas, ut p albinos, albariosve intelligamus eos qui albario muros spargũt: & hoc magis quadrat, *teste Pyrrho*. Est aũt albarium (ẽm eum) calx ipsa liquefacta, qua muri exalbant ac renouant. Sed Lucas ibi legit comatas, de hoc remittens ad l. pen. §. ĩ Aegypto. ff. de extraordinarius criminib. ubi uerò tex. est. In Aegypto qui comata rũpit, vel dissoluit, plectitur extra ordinẽ. Hi sunt aggeres, qui quidẽ solent aquam Niloticam continere: sed de his qui aggeres, & fossata sciunt facere, dictum est ante in uerbo, *quadratarij*.

Argentarij, qui dicuntur campsores seu nũmularij: de quibus in l. p̃tor. ff. de eden. vel, ut dicit gl. qui pingunt in argenteo colore, & de his Budæus in l. si hoiem. §. quoties. ff. depositi. ubi dicit, ꝙ argentarii Romæ, tabernas in foro publico cõductas habebãt, de his hic infrà in 38. consid. dicetur.

Barbacarij, gl. Accursij dicit, eos esse qui faciũt recepta, q̃ aliàs dicunt barbacana: sed melius putat ibi esse legẽdũ Pyrrhus, post Alciatũ, barbaricarios, qui barbaricas uestes intexunt: quas barbaras, & Babylonicas uocat Apuleius in Floridis. Hi quoq;, (ut ait) frigiones dicebant, qui ex auro, & coloratis filis ĩ uestibus hoĩum, animaliũq; effigies exprimebant.

Diatrecarij. gl. dicit, ꝙ sunt illi qui faciunt calices de uitro. ꝓ quo allegat lex, si seruus seruũ. §. calicẽ. ff. ad leg. Aquil. eo fortè sic dictos: quia de facili terant siue rũpant. Et quãuis (teste Alciato) legi posset Diabatrarii, hoc est coriarii sutores: tñ melius stabit ẽm Pyrrhũ insequẽdo Budęũ diatrecarii: hoc est tornatores: quamuis ẽt ẽm eosdẽ diatrocharij dici possint, & sunt qui rotas pilasq; ligneas faciunt, & carros.

Aerarii fusores, qui fundunt æs. gl. exẽplificat, ut qui cãpanas faciũt, uel similia, ut uasa ęnea: vel dic ẽm illam gl. ꝙ sunt duo uocabula separata, ęrarii, s. qui operantur in ære, & qui faciunt uasa ænea, & fusores qui fundunt æs, ex quo fit lamina, aut aurea, argentea, aurichalcea, stannea, plumbea, ferrea, electrea,

electrea, aut ærea, siue ex alio metallo, q̃a æs capit̃ ꝑ omni metallo. ꝓ quo facit tex. in l. vlt. ff. de iure immunitatis, vbi ꝑ se ponunt̃ ęrarij. Et, vt dicit Lucas, fusores aliàs fossores legitur, de quibus tñ dictũ est. Et aduerte ꝙ quidam Theodorus noĩe, primus ferrum fundere docuit, & ex eo statuam fecit ferream.

Signarij, qui faciunt sigilla, cùm signum pro sigillo capiatur. facit l. 3. iuncta gl. §. hoc interdictum. ff. de tabulis exhibendis.

Fabricarij, qui dicunt̃ fabri, in d. l. vlt. ff. de iure immuni. & dicuntur fabri magistri etiam de lignamine, vel murorũ, ut notat gl. in verb. fabrorum. in §. certè. instit. de rer. diuisio. facit. l. j. §. itẽ Iulianus. ff. de eo ꝙ certo loco. Vel ẽt magis ꝓpriè à ferro, & inde faber ferrarius in omni terra Israel. vt hr̃ 1. Reg. 13. Et faber lignarius dicit̃ nõ solũ is, q̃ ligna dolaret, sed oĩs q̃ ędificaret. l. ferri. in fin. ff. de verborũ, & rerũ significatio. de quo vide ĩ hac par. in 42. cõsideratione.

Bracharij, à longis brachis Theutonicorum, uel torcularium, quæ pro fœmoralibus accipiuntur, q̃b. pudenda tegũtur: sicuti vulgariter accipi solent. vñ Ambrosius lib. 1. officiorũ, Sacerdotes (inquit) veteri more brachas accipiebant, sicut ad Moysem dictũ est à dño. Et facies illi brachas lineas, vt tegat̃ turpitudo pudoris, à lumbis usq; ad fœmora erũt. uocant̃ n. subligaria, seu subligacula cãpestria, succinctoria, fœminalia lumbaria, & perizomata, vt hr̃ Genesis 3. Cumq; cognouissent Adã, & Eua se eẽ nudos, cõsueuerũt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata: ex q̃b. elicit̃, ꝙ post trãsgressionẽ ipsi Adã, & Eua primũ sartoris artificiũ exercuerũt, faciendo sibi brachas: & sic illud indumentum fuit prius ab eis inuentum q̃ aliud, vt vsum in tegendis verecũdis ꝑstaret: Hodie loco bracharũ hẽmus & vtimur caligis, q̃ à panlta pedis ad vmbilicũ tybias & alias ꝑtes corporis obtegũt.

Particarij, vt est tex. in d. l. j. sed Pyrrhus voluit legere perticarij, quos putat esse mensores seu mẽsuratores ad perticã: de q̃b. Budęus in l. vlt. ff. si mẽsor falsum modũ dixerit. & in trac. suo de asse in diuersis locis. & Textor in sua officina in c. mẽsuræ quædã. fol. mihi 272. Sed fortè bene staret particarij: & tũc dicent̃ negociatores particulatim, hoc est minutatim vẽdentes: de quibus hic ante in 28. consideratione.

Libratores à libra (vt ait Accursius) id est ponderatores à pondere: cum libra, & pondus, idem significent. vt scribit Budæus in libris de Asse, in principio libri primi, & in 2. lib. non prope initium.

Figuli qui faciunt vasa ex terra in figuris, vt l. vlt. ff. de seruit. vrba. prædiorum. & isti græcè dicuntur ceramei, & non ceranei.

Aurifices, q̃ faciunt vasa aurea, vel anulos, vel id huiusmodi: de quibus hic infra in 38. cõsideratione.

Vitrarij, qui artificiosè de ferro vel de materia trahunt vitrũ, vel fundunt. Et isti apud nos pro nobilibus reputantur, ex quo aliis præferendi sunt: de quibus infra ista parte, in 43. consider.

Plumbarii, qui extrahunt plumbum.

Specularij, sunt q̃ faciũt specularia, & vt dicit Budæ. in l. sylua cędua. ff. de vsufructu. & Blõdus in 9. li. de Roma triũphãte. Specularia in domus ornamẽto fuerunt, q̃ nunc ꝑ vrbes, ecclesias, ꝑsertim ad vmbonem siue pulpitũ lectionariis paratũ videmus, marmora diuersi coloris ita expedita, vt speculi vices reddant: quibus priscorũ domus, & ipsis in fornicibus, & porticibus ornabantur.

Eborarij, qui faciunt opera ex ebore, vt habetur de eboreis tabulis in l. 2. §. postea. ff. de orig. iur. dicit tamen textus ibi in tabulis eburneis.

Pelliones dicti sunt, qui vestes pelliceas aut alia quæcunque opera ex pellibus conficiunt, qui primò à Deo instituti fuerunt. Nam scribitur Gen. 3. Fecitq; dñs Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & emisit eos de paradiso voluptatis. Lucas verò alias legit polliones. Pollio verò flos tritici dr̃. inde pollinarij, qui cribrum faciunt de lino non de setis equorũ ad pollinem purgandum. Nam cribra quæ ad excutiendam farinam fiunt, excutoria dicuntur. vnde Plinius lib. 18. Cribrorum genera Galli è setis equorum inuenere. Hispani cliuo excutoria, ac pollinaria.

Fullones verò sunt, qui maculas è pãnis detergũt, & eorum ars vocatur fullonica, vt in l. æquissimum. §. fructuarius. ver. item si domus. ff. de vsufructu. & l. apud Trebatium. in prin. ff. de aqua pluuia arcen. & sunt illi qui lauant pannos ac telas. & dicit tex. in §. fi. insti. de mandato. ꝙ fulloni dantur vestimenta polienda curanda ve: & dr̃, vt ait gl. pen. qui tingit, & lauat pannos, & etiam polit eleuando superflua: & ibi etiam addit quis sit sarcinator, & propriè is est, qui sarcit vestimentum, vel scissum consuit.

Carpentarij dicuntur propriè fabri lignarij, qui carpenta conficiunt. Et carpentum genus est currus, seu vehiculi: sed secundum Isidorum lib. Etymolog. vltimo. cap. 12. est currus Pompaticus, quia in Pompis solebat haberi, & in quo matronæ, & nobiles vehuntur. vnde Ouidius lib. 1. Fastorum.

Nam prius Ausonias matres carpenta vehebant.
Hæc quoque ab Euandri dicta parente reor.

Quasi carmentũ à Carmẽta Euandri matre dicatur.

Sculptores, secundum aliquos tex. in d. l. prima, sed Lucas ponit loco illorum, sutores.

Dealbatores (ait gl.) armorũ vbi dẽnt fieri subtilissimę picturę de quocũq; colore, & vulgo, *Forbisseurs:* sed quia dicit de quocũq; colore, vr̃ tũc nõ esse dealbatio, sed tñ prius fit dealbatio, & nitor, q̃ pingantur arma. Ideo potius dici videntur illi qui dealbant muros & parietes ex calce alba, vulgo, *Blanchisseurs.*

Et in hac ciuitate Heduen. sunt excellentes, qui cõducuntur à multis prælatis, & nobilibus diuersarum regionũ: ad dealbanda tẽpla, & palatia, & quod ante dictum est Albini. iunge, deauratores Albini.

Clusores, alias clausatores ſm nonnullos, tñ nulli exponũt q̃d importãt hæc vocabula, & fortè dñr qui faciunt clausuras, hoc est fabri lignarij, qui portas & fenestras ad claudendũ domus faciunt, cum cludo olim pro claudo accipiebat̃, & in vulgo *Menusiers.*

Trigarij, q̃ faciũt vehicula ex trib. rotis: vnde triga genus currus hẽns tres rotas, sicuti bigæ hẽnt duas.

Signarij superfluit in d. tex. l. j. q̃a ante de eo dictũ est. ideo Lucas scribit Tignarij, hoc est fabri non solum ij q̃ tigna dolant, sed etiam qui solaria lignea,

hoc est quì trab es cæterasq; ad tabulata domus utilia,& oẽs qui ædificant intelliguntur, ut inquit Caius iuriscõsultus in l.ferri. §.fabros.ff.de verb. & rerũ signifi.quia tigni appellatione oẽ genus materiæ (ex qua ædificia cõstãt) significatur, vt ipse Caius ait, in l. in tigni.ff.eo.tit.vel, vt idem Lucas ait, pone tinarij, hoc est qui faciunt tinas, quę erant uasa non ampla, apud antiquos vinis plena mensis adhibebantur: unde omnibus licebat haurire, & sic inter epitrapezia numerant.ẽt sub hoc vocabulo apud nos habentur. his ẽt è ligno fabricatis musta cũ vinaceis ebulliunt, & sic cupę dicuntur. Pyrrhus verò in dicto loco cisiarij legit, q̃ cisiũ ducunt, quod uehiculi biroti genus est. ꝑ quo est lex Vlpiani, in l.itẽ q̃ritur si cisiarius, i. carrucarius, dũ cæteros trãsire contẽdit, cisiũ euertit. ff.locati,& cõducti.& ibi Budæ⁹ ĩ suis annotationib.

Bractearij, (ut dicit Accursius) sunt qui faciũt quędam rotunda,& volubilia in freno circa caput equi, & hi dicũtur pẽtalarge, à pẽta, quod est quinque, & largæ, i.latæ, quasi quinque latę, & uolubiles rotulę: quia tãtũ quinque debẽt esse, vt dicũt frenarii, & sic ipsis opificib⁹,& ipsis rotulis conuenit nomẽ pentalarge. Budæus verò in l.apud Labeonẽ.ff.de ꝑscriptis verbis. ubi fit mẽtio de vascularijs. dicit, ꝙ inter artifices sunt uascularij, cęlatores, inauratores,& bractearij, i.qui aurum malleis tusum, & ad quãuis tenuitatem ductile rebus inaurãdis inducũt, & ita tenuissimas laminas ex auro, argẽto, vel alio metallo faciũt. Et, vt ait Pyrrhus, nõ debet legi pentalarge, sed pẽtalurgi. petalẽ.n. bractea, seu foliũ de bracteis dicitur.

TRigesimaquinta consider. Inter plures artifices eiusdẽ artificij, præferuntur illi qui sunt artifices principũ, cũ dicant habere dignitatẽ: vt hr̃ de coquo principis, qui dicitur artifex. ita, ꝙ venit in statuto faciente mentionem de artificibus, vt tenet Franc. de Crema in notabili suo. 98. incip. statuto cauetur. per l.si quid uenditor.§.fi.ff.de ædili.edicto. Martialis.

Non satis est ars sola coquo seruire palato,
Namque coquus domini debet habere gulam.

Et dr̃ habere dignitatem, ut tenet Lud.Rom. singu. suo. 649.& ẽt dicit eum habere artem,& officium rõne cuius officij præfertur.gl.in uerb.coquus. in l.legat. 3. ita ẽt tenet Fel.in rub.de officio,& potestate iudicis delegati.col.2.uer.tribus modis. imò dicit Ioã. And.in c. 1.de sagitta, ꝙ coquus delicatorũ ciborũ dr̃ habere officium,& artem.allegat tex.ĩ c. ne tales. de consecr.dist. 5.& de coquo principis, qui habet officium, uide Iacobinum de S.Geor.in l.j. in princ. ff. de iurisd.omn.iudi.

TRigesimasexta consid. Inter plebeios præferendi sunt qui habẽt officiũ, & ideo cũ habere custodiã portarũ,& pascuorũ sit officiũ, vel tenere stationẽ ad vẽdendũ sal,& oleũ dicatur officiũ: iõ uidẽtur præferendi aliis. Sed qa huiusmodi officia sunt vilia, ut dicit Iac.de S.Geor.in l.j.ff.de iurisd.omn.iud. iõ nõ præstant aliquã prælationẽ inter alios. Exẽplifico aliter in habẽtibus officia in sua arte, & ministerio, ut ĩ plurib⁹ ciuitatib⁹ regni, ubi sunt magistri operũ seu architecti. in quo ope sunt artifices, puta ĩter latomos. ĩ ciuitate Pictauẽ. ẽ magister operũ ĩ illa arte: & illud officiũ cõceditur à rege, & habet certa iura, & priuilegia ultra alios eiusmodi artifices: & de dãnis ruinis murorũ, vel parietũ, vel qũo de nouo cõstruẽdi solet iudicare. Et dũ studebã legib⁹ in uniuersitate Pictauen. Carolus Cõtant exercebat illud officiũ, cuius hospes erã, & cõpater fui leuãdo Bartholomeum unũ ex filiis suis ex sacro fonte: & pro certo probus uir erat, multũ expertus in sua arte, atq; laudandus: & cũ id officiũ haberet à rege, hac ratione quandam dignitatẽ,& præstantiã in sua arte habere uidetur. Et hmõi magistros operũ rex creauit ĩ urbe Diuionẽ.

TRigesimaseptima consid. Præmissis his generalibus, ad nouẽ particulares modos plebeiorũ hic ante ĩ 2.cõsid. expressos nostra se cõuertit oratio. Et primò de primo modo, s.de agricolis, laude, & honore illorũ qualẽcunq; honorẽ mereant inter plebeios, & licèt uideatur, ꝙ nullũ merẽtur, per tex. in l.j.& l. col.2.C.de agricolis,& cẽsitis, lib. 11.& l.j.C.de agricolis, & mancipiis dominicis. lib.eo. ubi dicit Iaco. Rebuf. ꝙ agricultores,& fossores vinearũ nõ debent eligi in cõsules, ubi est copia aliorũ sapientũ. qm̃ indecorũ esset cõsulatui tales esse cõsules. nisi in defectũ aliorũ, ut ibi notat, & ꝑ Luc.de Pen.in l.2. col.3. C.de agricolis,& censitis. eod.lib. 11. ubi scribit ad q̃ munera teneantur. Agricultura tñ est laudanda, qm̃ (ut inquit Cicero, lib.j.officiorũ.) omniũ aũt rerũ ex quibus aliquid exquiritur, nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. Ex libro verò de senectute, sic ait. veniam ad uoluptates agricolarũ, quibus ego incredibiliter delector, quæ nec vlla impediũtur senectute,& nihil ad sapiẽtis uitã proximè uidẽter accedere. Habẽt n. rõnẽ cũ terra, quæ nunquã recusat imperium, nec unquã sine usura reddit, quod accipit. Agroq; ornato, & bene culto nihil põt esse, nec vsu vberius, nec specie ornatius: quin ẽt satis est accõmoda ad fugiendũ odia ciuitatũ. unde Terẽ. ĩ Eunucho. Ex meo propiquo rure hoc capio cõmodi: neq; agri, neq; urbis odiũ me unquã percipit. Optimus ẽt popul⁹ est qui terræ cultiuus est: ut scribit 7. Polit. & refert Luc. de Pen. in rub.C.de agricolis, & cẽsitis. lib. 11. Amplè de laude rei rusticæ scribit Beroaldus in quadam oratione, q̃ fecit in enarratione Georgici carminis, ubi ait post Varronẽ. Vitæ hominũ duæ sunt, rustica & urbana, quæ quemadmodum loco distinctæ sunt, ita tẽporis interuallo separatæ. Lõgè n. antiquior rustica est. Cũ rura diu ante urbes inuẽtas homines coluerint, & imẽso annorũ numero agricolæ urbanis antecellunt, & meritò. Cũ diuina natura dederit agros, ars humana ædificauerit urbes. Ipsam verò rusticã uitam eruditissimi diuiserũt in pastoriciã,& agriculturam. Alia nẽpe sciẽtia coloni est,& alia pastoris. Neq; idẽ sunt pastio,& agricolatio. Quæ ab exiguis ꝑfecta primordiis ad id dignitatis processit, ut rustici vrbanis præponerẽtur: vt apud veteres Romanos rusticæ laudatissimæ iudicarentur, urbanæ uero ignominiosæ. Et apud antiquos Græcos illustrissim⁹ q̃sq; pastor erat, ex quo alios polyaruas, alios polymelas, alios polybutas uocarunt, à multitudine, uidelicet agnorũ, ouiũ, ac boũ. Romani uerò cũ uirũ bonũ laudabant, eum

bonum agricolam, bonúq; colonum appellabāt. Amplissimè. n. laudari existimabat, qui ita laudabatur. In tanto deniq; honore, tantaq; æstimatione apud priscos fuit ipsa rusticatio, vt Imperatores Romanos non puderet manibus triũphalibus colere agros, tractare semina, disponere arbusta, & eadē diligētia metiri arua, qua castra: & eadem cura exercere ligones & sarcula, qua gladios, & pila. Ipsi proceres vrbis in agris morabantur: &, vt inquit Elegiarum scriptor.

Centum illi in prato sępè senatus erat.

Et cũ cōsiliũ publicũ desiderabat, à villis accersebant in senatũ, exquo viatoribus nomē est inditũ, senatores, ducesq; in vrbē accersentibus: vt inquit Columella in pfatio. Aranti. n. Cincinato viator attulit dictaturā. Serranum inuenere serentē oblati honores. Portius Cato ille cēsorius, & omniũ bonarũ artium magister, agricolandi studiosissimus fuit, & villaticis voluptatibus in primis oblectabat. Inter alios quoq; Abdolomino agrũ colenti regimē Tyriorũ vltro traditũ est, & vltro oblata sunt regię maiestatis īsignia. Præterea nobilissimarũ familiarũ nō aliunde cognomina accepta sunt, q̃ à rebus rusticanis. Nā Fabij, Lentuli, Cicerones à leguminib. (q̃ qsq; optimè sereret) cognominati sunt. Pisones à pinsendo nũcupati. Multa quoq; noīa hēmus veterũ Romanorum, partim à maiore, partim à minore pecore deducta. Nā Iunios, Bubulcos, Statilios, Tauros, Pōponios, vitulos, cognominauerũt. & Porcij Catones, & Annij Capræ īde dn̄r. & Rom. pplm à pastorib⁹ eē ortũ oēs pdicāt.

Itē ex agricolis milites gignunt strenuissimi, & optimi tyrones, ex robusta rusticorũ iuuētute diligebātur. Firmiora etenim salubrioraq; sunt corpora eorũ q sub dio artus roborāt, forisq; versant: q̃ qui in vrbibus intra cōsepta vmbrosa desides cũctant. Et hic est, q Græci, Romaniq; tēpla Aesculapio medicinæ deo extra vrbes ædificabāt. Quia videlicet credebāt fidelius cōstantiusq; illos valituros, qui in agris, q̃ q ī ciuitatib. habitarēt. Hinc illa veterũ Romanorũ mascula proles agrestib. operib. exercitata: & sub dialib. durata laboribus bellicos tumultus, martiasq; exercitationes faciliè sustinuit, & aduersus externos hostes victrix extitit. Enimuerò tēpora illi ita partiebātur, vt nonis tantũ, & idibus res vrbanas reuisitarēt: reliqs septē diebus res rusticas exercerent. Vñ & nundinarũ cōuentus cōstituti. Præterea cũ mercatorũ q̃stus sit periculosus, & calamitosus, cũ fœneratorũ inhonestus, & dedecorosus. Cũ opificũ sordidus, & illiberalis. Sola est agricultura, ex qua q̃stus stabilissim⁹ honestissimusq; cōsequit, minimèq; īuidiosus. Quā Aristoteles in economicis potissimā fm naturā possessionũ esse cōmemorat: in qua Catonis oraculũ, vitę q̃stuosissimā indicauit. Scropha vero patris prima tũ bonitatis dedit, à quo antiqui prata parata noīauerunt. hinc locupletes appellati loci, hoc est agri pleni. Et ipsa pecunia ipsumq; peculiũ à pecore nomen sortiunt, qd in rusticatione q̃stuosissimum est. Quod vnũ diuitiarũ genus apud veteres vsurpabat. Nōnulli tñ volūt pecuniā à nota pecudis esse appellatā, qua signatus fuit ex ære nũmus à Seruio Tullio rege Romanorũ. Thesaũ quoq; apud Græcos memoriæ proditũ est, signasse nummum bouis nota, vt ita ad agricolationem Atticos prouocaret.

Quin ēt scriptores inclyti fortunatiorē, beatiorēq; rusticorũ vitā, q̃ vrbicorũ esse dixerunt. Et olim Delphic⁹ Apollo, Aglaũ Psophidiũ dixit esse felicissimũ, qui paruũ quidē pdiolũ colebat: sed annuis victibus largè sufficiēs, ex quo nunq̃ egressus ferebat. & Diocletianus imperator Imperio imperatoriaq; purpura depositis, se cōtulit ad tranqllitatē rei rusticæ: illicq; ī qete beatissima cōsenuit. Et Attalus rex, omissa regni administratione, hortos foder cępit, & gramina seminar. Vñ nō min⁹ verè q̃ elegāter scripsit Virg.

O fortunatos nimium sua si bona norint.
Agricolas. Quibus ipsa procul discordibus armis,
Fundit humo victum facilem iustissima tellus.

Et idem.

Rura mihi, & rigui placeant in vallibus amnes.
Flumina amem, syluasq, inglorius.

Et ab Horatio dicitur.

Beatus ille qui procul negocijs,
Vt prisca gens mortalium.
Paterna rura bobus exercet suis.
Solutus omni fœnore. Hæc Beroaldus.

Blondus verò de Roma triumphante. lib. 8. de dignitate agriculturæ scribit: & etiā diuidit eā in rusticam & vrbanā, & inibi dicit. Proximè ad literas & doctrinā accessit priscorũ delectatio agriculturæ, quam tñ primā posuit Varro, tantũ ei tribuendo: vt longitudinē vitę hominũ maiorē fuisse dicat: quo tēpore ex solo agriculturæ fructu viuebat, ea quā posteræ habuerũt ætates delitijs vsæ. Itaq; & plura de dignitate idē Varro edocet, & origine agriculturæ, q̃ recenset ibi Blondus, & ferè omnino sub eisdē verbis, vt scripsit Beroaldus. idē Blondus tres agriculturæ partes ostēdit. Nempe agri seminari curæ, vna pecuariorũ, & pastionis secunda, & tertia villarum.

Et, vt dicit Franc. Patritius de institutione reipublicę. li. 3. tit. 2. nisi nos ipsos nimiũ amamus, nobisq, ipsis eblādiri uolumus, & molliciē quādā muliebrē sequi, Agricultura sola est, cui & ingeniũ excellentes viri manus admouere debeā: tũ pp necessitatem, cũ sine ea neutiquā viuere possumus: tũ ēt q q̃stũ nobis honestissimũ, & sine fallacia ac mēdacio pbet. ita q opus agriculturæ est ad vitā humanā vtile, & necessariũ. vt. n. dr Prouerb. 28. Qui operatur terram suā replebitur panibus. & ibi scribitur. Egestatem operata est manus remissa, s. ad laborandũ. & Ecclesiasti. 7. inquit Sapiens. Non oderis laboriosa opera, & rusticitatē creatā ab altissimo. Nā Deus eam instituit. dicitur. n. Genesis 3. Emisit dominus Adam de paradiso voluptatis, vt operaretur terrā de qua sumptus est. & post diluuium, vt habetur Genesis 9. Noe vir agricola cępit exercere terram, & plantauit vineam, vt vinum colligeret, quod prius ignorabatur. vt etiā scribit Antoninus Florentinus in 3. par. suæ summæ, tit. 8. c. 4. §. xij. vbi etiam vide de fraudibus agricolarum, cum sit extra propositum.

Propterea cum agricultura sit ad vitā humanā vtilis, & necessaria, agricolæ multũ sunt supportandi, & confouendi: ita q tēpore agriculturæ nullo pacto debent

bent molestari.l.colonos nūquā.C.de agricolis & cēsitis.lib.11.& ab oneribus publicis eximēdi. vt dicit Luc.de Pen.in l.j.C.eod.Cùm perutiles sint reipubl. vñ Plutarchus ad Traianū Imperatorē pedibus solo iugiter īhærētibus agricolæ captant̃,q̄bus capitis ꝓuidentia tāto magis necessaria est, quo plura īueniūt offendicula,dū in obsequio corporis ī terra gradiuatur. Eisq́; iustius tegumētorū debet̃ suffragiū,qui totius corporis erigūt,sustinēt,ꝓmouētq́; molē: pedū adminicula robustissimo corpore tolle, suis viribus nō ꝓcedet: sed aut turpiter,īutiliter,īhonesteq́; manibus repet,aut brutorū animaliū ope mouebit̃. Ex his sequitur, ꝙ nimiū fouēdi sunt rustici. Nā & ipsis ꝓpter culturam agrorum nonnulla specialia contra iuris rōnem cōstituunt̃.vt l.fi.C.de seruit.& l.fi.§.itē Sabinus.ff.de aqua pluuia arcē.vt inquit Luc. de Pē. in d.l.j. Sed maiora specialia, & priuilegia agricolis cōceduntur. Nō.n.pro quocunq; munere ēt tempore guerræ turbari deberēt: vt dictū est,& cōprobatū. ne ab agricultura reuocent̃ aut diuertant̃. facit l.j.ff. de tigno iniūcto.quod si fiat destruitur,aut saltē minuitur annonæ p̄bitio in detrimentū boni publici, ꝓ quo conseruādo singulari gaudēt agricultores priuilegio,& immunitate: quia licet videmus ante felicē ambolā, seu exercitū regis nauē ecclesię, & minus cuiuslibet alterius ꝓ transuehēdo exercitū nō excusari.l.iubemus nullam.C.de sacrosan.eccle. & l.iubemus.C.de nauibus nō excus.lib.11.Attamen instrumēta agriculturæ pro bello occupari nō debēt, & minus p̄sona eorum ab agricultura diuerti:ne publica impediat̃ vtilitas,q̄ in præbitionē annonæ cōsistit, & sine qua mundus viuere nō pōt: sed irrationabiliter periret,vt tex.& doctores in l.j.C.de agricolis & cēsitis.li.12.idcirco G.Bñd.in repet.c.Rayn. in verb.& vxorē noīe Adelasiā.nu.93.extra de testamētis.exclamat cōtra principes tyrānos, q nedū tēpore necessarij belli agricultores eorūq; aīalia occupāt, & agros segetibus vastāt,sed ēt belli occasionē q̄rūt, vt oīa ēt subditorū suorū,quos ꝓtegere tenent̃, penitus cōsumāt,& destruant. qui si iuri positiuo hoc prohibenti obedire nolint,quo talia ꝓhibētur,imò mēti humanæ ab initio naturaliter insitū ipsos agricolas, ēt ob publicā belli gerēdi vtilitatē,nō esse occupādos, nec molestādos: saltē veterū gentiliū annales reuoluāt. qui agricolas omnino in libertate agrorū colendorū tutabātur,nedū ī suo,sed ēt ī suorū hostiū regno contra quos bellabāt. Vñ Diodorus Siculus,li.3.Indorū ante bellū Troianū gesta narrās vetera,cōfert,inq̄t, ad Indorū fertilitatē cōsuetudo q̄ in bellis seruatur. Nā apud cæteras gētes,f.tyrānico more viuētes, hostes bellorū tēpore regiones spoliant,vastantq́;, neq; agros coli sinūt. Apud Indos verò belli tēpestate in cāpis opus rusticū exercēt, absq; cura agricolæ ꝓcul ab omni discrimine belli: hostes ī p̄lijs mutua cæde grassant̃,agricolis nulla in re nocēt: sed intactos relinquūt,tāquā cōmunis vtilitatis ministros,neq; verò hostiū agros vrūt,nec cædūt arbores. & idē septē tribus Indorū describēs.secūda, inq̄t,tribus est agricolarū, qui multitudine superātes alios a bello reliquoq́; opere liberi solis agris colēdis tēpus īpartiūt, nullus hostis lacessit, neq; spoliat: sed existimās eos in cōmuni vtilitate versari ab omni iniuria abstinet, ita soluti metu agricolæ terram liberè colentes, terræ afferunt vbertatem.

Pariter Nabuzardā princeps militiæ Nabuchod. capto rege Sedechia,eiusq́; filijs in patris conspectu trucidatis,ac eo excæcato, vincto & cōpeditato, quibuscūq; occisis,ciuitate & tēplo demum spoliatis,& in terram prostratis, crudelis super omnem sæuitatem,de pauperibus terræ vinitores reliquit,& agricolas in pace ꝓ futura cōmuni vtilitate, vt h̃r Ier.vlti. Iusta igitur ratione opportunoq́; fauore sunt agricolæ humaniter tractādi, & ab his publicis tumultuationibus eximendi propter bonum reipublicæ.

Habent & alia priuilegia agricolæ vltra immunitates prætactas.

I. Primò ꝙ non obest ei, si intra præfixum tēpus non petijt bonorum possessionem pro consequenda hæreditate alicuius sui parentis, vel proxi.l.pen.C.qui admitti ad bonorum possess. possunt.

II. In corruptione albi p̄toris, vbi non ita puniūtur sicut alij.l.si q̄s id quod.§.ī seruos.ibi, vel rusticitatē, ff.de iurisditio.omniū iudicum. quod q̄uo Intelligēdum sit,& de pluribus limitationibus ad hoc, vide ibi per dominū meum Iasonē in 7.col.& in l.fi.C.de iuris & facti ignoran.& in l.iuris.C.qui admitti.

III. Si vocatus in ius non iuit,l.ij.§.j.ff.si quis in ius vocatus non ierit.

IIII. In vsura bladi mutuati, vel pecuniæ mutuatę agricolis,à q̄bus nō p̄t recipi, nisi octaua ꝓ modio, & siliqua ꝓ solido. Nec pōt creditor populi retinere pignori terrā,boues,vel aratra eius.i auth. ad hęc & ī corpore vñ sumit̃.C.de vsur.Et de hoc ēt est ordinatio regia Caroli VIII. de qua meminit G.Bñd.in loco ante all.ita ꝙ, vt ibi dicit,ēt illa ordinatio regia est intelligenda pro debito fiscali, ita ꝙ huic priuilegio etiam rusticus,& agricola renunciare nō potest.

V. In testamentorum cōfectione, in quibus sufficiūt quinq; testes.l.fi.C.de testamē. & ibi dominus meus Ias.de huiusmodi priuilegio.

VI. In opponēdo exceptionē perēptoriā post s̃niam sicut opponit miles: vt not.in l.j.C. de iu. & fa.igno. q̄d an sit verum, vide do.meum Iason.ibi.ij. colum.

VII. Boues,& aratra,& alia ad agriculturā pertinentia capi non possunt ꝓ executione, vel pignore.l.executores.& l.seq.cum auth.ibi posita. & corpore vnde sumitur.C.q̄ res pignori obligari possunt,vel nō, imò dicit tex.in d.auth. q̄ incipit, agricultores circa rem rusticā occupati,dum villis insident,dum agros colūt,securi sunt in quacūq; parte terrarū: ita vt nullus inueniat̃ tā audax, vt personas,boues & agrorum instrumēta,aut si quid aliud sit,quod ad agrorū operā rusticā pertineat, inuadere,aut capere,aut violenter auferre p̄sumat. Si quis autē huiusmodi statutū ausu temerário violare p̄sumpserit, in quadruplum ablata restituat, in infamiæ notā ipso iure incurrat, imperiali animaduersione nihilominus puniendus.

VIII. Si rusticus seu agricola vendat rem in p̄sonas prohibitas,parcitur rusticitati,ne perdat pretiū, sed sibi restituat.l. vnica. C.nō licere habitatoribus metrocomiæ.

trocomiæ.lib.11.& notat gl.in l.quemadmodum.in uerb.emptor.C.de agricol.& censitis eod. libr.

ix. Quia coloni, & agricolæ dñorũ tributariorum ñ possunt cõpelli soluere tributa pro dñis suis.l. colonos.C.de agrico.& cẽsitis.lib.11.& ita dicit Ioan. de Platea in l. j. C. eo. titu. ubi ait ipsos debere insistere agriculturæ,& uacare,ut opa rustica in opere expleãtur.l.si merces.§.conductores.ff.locati.ita ꝙ non possunt compelli,ut uadant in exercitum,cũ sint immunes ab ordinariis,& extraordinariis: imò,ut dicit,ob officia publica etiã volentes vocari non debent, ꝙ intellige tpe quo vacant,s.tpe seminũ, messium, & vindemiarũ,vel ẽt tpe quo vacãt in pparamẽtis. qm eadẽ priuilegia dantur se præparanti ad actum, sicut illi qui est in actu.l.q mittunt.§. pen.ff.qbus ex causis maiores. Eo ẽt quia fructus uidentur colligi tpe quo aratur,& terra præparatur ad futura semina l.diuortio.§.non solum.ff.solu.matr. & qũo præparamẽta idem iudicantur,sicut actus.do.meus Ias.in l. si pecuniam.ff.de conditio.ob causam. Et hæc nouẽ priuilegia ponit post Lucam,& Io.de Plat.Ioã.de Monthelono ciuis noster in suo promptuario iuris.in verbo,Agricola.ubi & alia duo addidit.

x. Quia rùsticitas dr patiens,& quieta: ex quo ĩ dubio est presumptio pro rusticis,ꝙ nõ sunt autores rixarum,sed innocentes,& quieti. Et alibi dicit glos. in uerbo,coloni.in §.itẽ Seruiana.instit.de actio. ꝙ sancta rusticitas oĩa palam habet. Etiã sancta rusticitas solum sibi pdest,ut ait tex.in ca.sancta.2.q.7.& hoc cũ simpliciter,& piè viuit,ut ibi glo.inquit, & ita refert Alberic.in l.vtili ratione.C.de defenso.ciuitatũ. ubi scribitur inter alia priuilegium, ꝙ semper causas eorum debet defensor ciuitatum cognoscere, & hic ante in 5.consideratione dictum est.vers. item defensor ciuitatis,& ibi Albericus quædam alia priuilegia ex suprapositis describit.

xi. Habet hoc priuilegiũ agricultura, ꝙ si res fuerit sterilis,& ad culturam redacta,ꝙ fieri non potuit sine labore,& expensis,tunc dñs minus potest prætendere deceptionẽ: fm quod vr facere decisio Bar. in l. 2.C.de omni agro deserto.lib.11.ita,ꝙ si colonus rẽ sterilem ad culturã reducat, de tẽporali facit perpetuã,ẽt si aliàs esset phibita alienari.c.ad aures.d reb. eccl. non alien. Nec eidem potest augeri pensio, aut census.ita p plures optimas decisiones tenet G.Bñd. in dicta sua repetitio.c.Ray.in uerb.& uxorem noĩe Adelasiam.nu.983.extra de testamen. & plura alia ĩ laudẽ,& dignitatẽ agriculturæ Beroaldus,& F.Patricius in locis ante allegatis accumularunt,&, ut ante ista par.in 3.cõsid.dictũ est: hæc species artis mechanicæ,seu hic modus plebeiorum cõsistit in quatuor, s.in agrorum,seu aruorum seminatione,aut satione, in nemorum seu arborum concisione, vt in vineis, oliuetis, & pomeriis, & in pascuis seu pratis parandis,& in hortis,& rosariis cultiuandis.Sed quod istorum sit utilius,an cultiuare terram,an uites,an prata: Columella in suo opere agricolationis lib.4. c. 3. concludit,nihil magis rusticis conuenire,q̃ uitẽ colere,ut ibi ad partes arguit.de quo ĩ in seq.par. in 84. conside.dixi.

Aduerte tamẽ,ꝙ fodere herbã, vel lapides nõ est ars.glo.in l.lex q̃ tutores. in uerbo, labore suo. C.de administ.tut.Lud.Romanus singulari suo 649. Sed cum ars hmõi,seu hic modus plebeiorũ sit magis necessaria,seu magis necessarius ad uitæ humanæ necessitatẽ: iõ cæteris est præferendus hac rõne,& ẽt ea,qa inuentus ante alios modos,s.p Adam.vt ante dixi.& post diluuiũ cœpit Noe uir agricola exercere terrã, & plãtauit uineã. Gene. 9. (Attamen quasi sordidus quæstus habetur agricultura, & ludibrio habet: iõ licet sint in aliquib⁹ priuilegiati,non tamẽ honorandi,nec cęteris hodie apud nos præferẽdi ex cõi usu,q prefertur pprię dispositioni,& determinationi) imò nõ solũ ab Adam: qm,ut dr Gene. 2. plantauerat aũt dñs Deus paradisum uoluptatis à principio, in quo posuit hoĩem quẽ formauerat,produxitq; dñs Deus de humo omne lignum pulchrum uisu, & ad uescendũ suaue. Ex quo patet illud,quod fuit primò necessariũ pro uita humana fuit cultura: quod deus nobis ostendit,cũ à principio talia fecerit, quod plus est,Christus prẽm suum Agricolam uocat, ut scribit Ioã.15.ego sum (ait Christus) uitis uera, & pr meus agricola est.huc adde,ꝙ pastores,& custodes aĩalium fuerunt honorati apud antiquos, ut de Caprariis legimus,qui apud Mendesios populos maximo afficiũtur honore,ut refert Textor in sua officina.c. animalia diuersa.uers.capre. Etiam pastoribus primo annũciatus fuit aduentus domini, ut scribitur Lucæ 2. Et suarii seu porcarii ciuitatum sunt priuilegiati, ut habetur in titu.de suariis.lib.11. C.

Trigesimaoctaua consid. Qui circa maiora, & digniora uersantur honestiores dici debent: & qui circa necessarias artes versant magis laudandi sunt, & honorãdi iis,qui circa uoluptarias,& honestas: cũ multo magis pp necessitatẽ psint reipublicæ q̃ alii: ideò cũ aurũ sit excellẽtius omnibus rebus, quæ sunt in mundo,ut amplè disputauit Matthæus Vegius in suo tract.de sole,terra,& auro.& dixi in seq.par.195. conside. Quapp qui circa aurũ uersantur digniores sunt,ac aliis pferri debẽt in ciuitate inter plebeios artifices,ubi solum sunt artifices auri, ut sunt hi quos cõiter uocamus argẽtarios seu aurifabros, & hic tm loquor de artificibus non habentibus offm circa administrationẽ metallorum: qm de his alibi dixi. Et absq; dubio, (vt paucis absoluã) sicut aurũ inter oẽs res mũdi excellit,saltẽ ĩter metalla,ita ĩter oẽs plebeios metallarios artifices aurifabri pferẽdi sunt. Inter quos numerant vascularii,q. vasa cõficiũt aurea,& argẽtea,cælatores,inauratores,& bractearii, qui aurũ malleis tusum, & ad quẽuis tenuitatẽ ductile rebus inaurandis deducũt,ut dicit Budæ⁹ in l.apud Labeonẽ.ff.de pscriptis uerbis.ubi tex.facit mẽtionẽ de vasculario.de quibus hic ante,in 34.consid. in uerbo, aurifices,& in uerbo,bractearii.

Si verò inspiciam⁹ initium artificũ metallorum, alii erũt artifices,q illis præferent,ut sunt pelliones, seu pelliparii,qui lana utuntur: de qbus ĩ ista par.in 41.cõsid.qui primò fuerũt instituti,& à Deo, qa scribit Gen.3.Deus cũ eiecerit Adã, & Euã ex paradiso terrestri, fecit eis uestes pelliceas. Tubalcayn uerò

 fuit

fuit optimus malleator, & faber in cuncta opa æris, & ferri, vt hr̃ Gen. 3. & sic artificium ex lana fuit primò factum, & per ipsum Deum.

Post aurifabros non vr̃ eē ordo inter metallarios, nisi ꝓut cōis vsus inter eos assignat, aut qđ aliqui faciūt dignius, aut excellētius artificiū: qm̃, vt hr̃ in additione sup gl. in uerb. ex multis rerū argumētis. ĩ §. cūq;. in ꝓœ. Iustiniano, ex cōi ꝓuerbio. Opus laudat magistrū, dicit tex. & Iac. Rebuf. per illū tex. in l. 1. C. de fabricēsib. lib. 11. qđ materia ferri dr̃ nobilis. Aut, ꝙ vnus maiorē experientiā habet q̃ alius, aut ꝙ sit felicior, ut de his qualitatibus añ, ĩ 9. par. dixi, ubi scripsi milites esse laudādos ex maiori experiētia, ex maiori felicitate, & fortuna, & ex pluribus aliis, q̃ etiam prosunt artificibus, maximè quātū ad maiorē experiētiam. Et hoc dico, qm̃ inter eos artifices cuiusq; artis magna seu lata est differentia, vt est text. in l. inter oēs artifices longa est differentia. ff. de solutio.

Et inter metallarios q̃ sint p̃ferendi, & qui sint digniores, an extrahētes materiā, an formā ei dantes. de extrahentibus materiā sint textus in rubro, & nigro, de metallariis. lib. 11. C. & tales nullā hñt dignitatē, sed fabricēses, de q̃bus est titulus, de fabricensib. eod. lib. C. in multis honorant̃, & priuilegiant̃, ut in l. iure prouisum est, & in l. eos qui. & in l. fi. C. eod. tit. de fabricēsi. sed hoc est quantū ad illos, quia quantū ad particulares, quia forma est dignior materia, iõ fabricēses in oĩ specie metalli sunt digniores metallariis simplicibus. Etiã inter istos præferunt̃, qui dicuntur cælatores, seu sculptores, & fuerūt plures, qui in argēto cælando claruerūt, quos refert Textor in sua officina c. sculptores, cęlatores, statuarij, & marmorarij, & sunt propriè illi qui argētarij apud nos dicunt̃, & quātò magis sunt in eorū arte experti, tātò magis aliis præferunt̃, & plures artifices, & fabros enumerat, & laudat Textor in sua officina. ĩ c. fabri, & alii artifices. qui præ cæteris laudãtur ab antiquis scriptorib⁹ pp excellentia opera ab eis facta. etiam Plin. lib. 24. cap. 8. ponit nobilitates operum ex ære.

Trigesimanona cōside. Inter artifices p̃ferunt̃ Librarij, & Impressores, seu calcographi, aut bibliothecarij: qm̃, ut ait Polydorus Virgil. de inuētoribus rerū. lib. 2. c. 7. cū indies magis magisq; hoĩum ingenia sola librorum cōmoditate uigeãt, & ad capessendas disciplinarū liberaliū artes, facilius oēs alliciant̃, ipsaq; literarū studia mirū ĩ modū ubiq; floreãt, piaculum hercle se fecisse duceret, si tale inuētū silentio p̃teriret. Cū ēt, ut ait Hier. ad Marcellã, hmõi scriptorū libri, ingeniorū effigies, & vera, & æterna monimēta sint. Vñ Agesilaus, teste Plutarcho, cū bene multi vellent sui corporis simulacrū gratis effingere, nunq̃ id fieri passus est, animi tm̃ monimēta posteris relinquere studēs. Illud. n. sculptorū, hoc suum. Illud diuitū, hoc bonorū esse opus ducebat, & plenè scribit Philippus Beroaldus de inuentorib. literarū. & inuētores literarum summopere laudat in orone habita in enarratione Iuuenalis atq; Salustii, & ēt scripsit in d. ca. 7. ipse Polydorus de iis qui libros ediderunt, & composuerunt, & qui bibliothecas habuerūt, & primò fecerunt, de quibus in sequen. par. in 73. consideratione dictum est. ubi posui de excellentioribus bibliothecis: & tandem dicit, ꝙ fuit hoc magnū mortalibus munus, ꝙ plures libros scripserūt: sed nequaquam conferendum huic, quod à pauco tpe repertū est in nouo scribendi seu potius imprimēdi genere. Tantum. n. uno die ab uno hoīe literarum imprimitur, quantum uix toto anno à pluribus scribi posset. Vnde adeò disciplinarū omnium magna librorū copia ad nos manauit, vt nullū amplius superfuturum sit opus, quod ab hoĩe, quãuis egeno desiderari possit. Illud insuper addit, ꝙ autores quoq; plurimos tã Græcos, q̃ Latinos ab oĩ prorsus interitus periculo vindicauit. Quare, inquit, tantæ rei autor nō est sua laude fraudandus, præsertim vt posteri sciant, cui diuinū beneficiū acceptum referre debeãt. Itaq; Ioannes Cuthēbergus natione Theutonicus, equestri vir dignitate, (ut ab eius conterraneis accepi) primus omniū in ciuitate Germaniæ (quã Maguntiam uocant) hanc imprimendarum literarū artē excogitauit, primūq, ibi ea exerceri cœpit. Non minori industria reperto ab eodē, ut fertur, autore, nouo atramēti gñe, quo nunc impressores tantum utuntur, unde Beroaldus in laudē Germaniæ ĩter plures versus hos lusit.

O Germania muneris repertrix,
Quo nil vtilius dedit vetustas,
Libros scribere quæ doces premendo.

Decimosexto deinde anno, qui fuit salutis humanæ 1458. quidam nomine Conradus homo itidem Germanus Romam primò attulit, quam deinde Nicolaus Ienson Gallicus primus mirum in modum illustrauit, quę passim hoc tpe per totū ferè terrarū orbē floret. Cùm ergo ex prædictis cōstet eos esse utiles rei publicæ propter utilitatem illius artis, sunt laudandi artifices, qui etiam inter sculptores poni possunt, de quibus dictum est in præcedenti consid.

Qvadragesima consid. An alchimistæ sint connumerandi inter metallarios, sic ꝙ inter artifices laudari possint, & si aliquam laudem ex artificio eorum consequi valeant: & sic inciden̄ter quæro an Alchimia sit prohibita, & si eam exercētes peccent.

Et vr̃, ꝙ sic, quia una species transmutatur in aliã. Cùm plumbum efficiatur argentum, vel æs aurum, sed citra Deum nemo potest vnã speciē in aliã transmutare. c. epi. §. quisquis ergo. 26. q. 5. & ēt: qm̃, vt videtur cōiter nullus est, qui habeat veram huiusmodi artem, ut docet experiētia, & de ipsis dr̃. 2. ad Thimotheum. 3. & in c. ne mirum. §. aruspicinę. 26. q. 5. semper addiscentes, nunquam ad ueritatis scientiã peruenientes. Et si aliqui aliqñ quid fecerint, non ĩn reperitur, ꝙ sit uerum aurum, vel verum argētum, sed sophisticatū, nec habet ueritatem cum auro, vel argēto, sed solū apparētiã. Et si contingat aliquando fieri apparenter uerum, (quod tamen raro) fit cum tam magnis expensis, quod est dãnosum, & sic tale exercitium est contra utilitatem publicam, ut dicit Angelus de Clauasio in sua summa, in uerbo, Alchimia.

Ioannes tamen Andr. in additione ad Speculū in tit. de crimine falsi. commendat Alchimistas, qui ex magisterio suæ artis, siue magica, ut inquit, siue alia arte reprobata, de uili metallo faciunt p̃tiosum. Nec hoc

hoc faciendo dicunt mutare vnã speciẽ in aliã diuersam, sed vnã metalli speciem faciũt melioré, ut de stãno, vel ære faciũt argentũ, vel aurũ. Procedũt eñ oïa metalla ex sulphure, & argento viuo: habet.n.argentũ venarum suarũ principia, ut dicit gl. j. ĩ c.ferrum. l.dist.sed ubi est melior influẽtia astrorũ, ibi pducit metallũ ptiosius. Vnde per influẽtiã astrorũ cũ herbis, & lapidibus, quibus insunt multæ uirtutes, pòt naturaliter vna species metalli cõuerti in aliã speciẽ magis ptiosam, vt tenet Pan.in c.2.de sortilegiis. Cũ ergo ars imitetur naturã in hoc inquantũ pòt, uidétur bene agere Alchimistæ, si p uirtutẽ herbarũ, lapidũ, vel aliorũ elemẽtorũ, vnũ vile metallũ in pretiosius reducãt, cum ambo fuerint eiusdẽ speciei, & principii.s.ex ipsis sulphure, & argento uiuo. Insunt eñ rebus corporeis per oïa elemẽta qdã seminariç rõnes occultæ, qb⁹ cũ data fuerit opportunitas tpalis atq; casualis prumpunt in species debitas suis modis, & finibus, ut dicit tex.in d.c.nec mirũ.§.aruspicinæ, circa fin.ex quibus ẽt Oldr.in cons.suo 69.approbat, & laudat Alchimistas, quos ẽt laudaré, si semel intellexissem aliquos ad ueritatẽ artis puenisse, sed potius cõsulerẽ cũ Io.de Plat.in l.unica.C.de argenti precio quod thesauris infertur.lib.10. ab hmõi artificio abstinendũ, eo qa nõ est scïa pietatis, & in eo sunt multæ deceptiones: & de isto uideatur ẽt Andr. de Iser. in c.q̃ sunt regalia.in usib. feudo & Surgetus in suo cõpendio militaris disciplinæ, ubi eos reprobat. Et licèt Arnald. de Villanoua se iactauerit fecisse uirgas aureas ex hmõi artificio, quas omni probationi, & experimẽto submittebat: credo tñ hãc artẽ eẽ apud humanũ genus deperditam, cum arte fundẽdi lapides, & ter refundendi aurum. Ioannes 22. in extrauaganti, q̃ incipit: spõdẽt, etiam hanc artem reprobauit.

Quadragesimaprima cõsid. sit đ artificiis lanificiorum, qui sunt necessarij in uita humana. Vñ dr̃ prouer.31. Quæsiuit lanã, & linũ, & opata est consilio manuum suarum. & sequit̃. Stragulatam vestẽ fecit sibi. Et ista ars lanificum continet operationes nendi, cõsuendi, retorquẽdi, & q̃ fiunt manu, acu, fuso, pectine, subula, calamistro, girgillo, alabro. Insup continet vsum floccorum, filtrorum, sagorum, sagmarum, funiũ, matularũ, & sportarũ ex straminibus vel uiminibus. Et sunt in quadruplici differẽtia, qdã ex lana, quidã ex serico, qdã ex pellib⁹, quidam verò ex lino seu canopo, vel ex pilo, & suberis. Et ĩter istos qui digniore utuntur materia, uident̃ pferendi aliis, ut sunt illi qui vtũtur serico, cùm sit dignius lino, canopo, vel pellibus, ut in seq.par.in 96.conside.tactũ est. Ideo artifices serici seu sericarii digniores uident̃. Sed vr̃ inter istos (imo inter oẽs artifices) lanificiorũ pelliones seu pelliparios (qui faciunt vestes ex pellibus) esse præferendos cæteris, tum quia fuit primum artificium factum, ẽt à Deo ipso optimo maximo, cũ scribitur Gene.3. Deus fecit Adæ, & Euæ (eos extra paradisum terrestrẽ eiiciendo) vestes seu tunicas pelliceas, ut ante hac par.in 38.consid.dictum est, & recenset Bernar.de Bust.in 2.par.sui Rosarii.serm. 19. in 2.par.in litera S. & serm.32.in litera X.

Contra tñ nituntur, & instant Architectores dicẽtes, Deũ prius exercuisse architecturã creando cœlũ & terrã in prin.Gen. 1. Et agricolæ dicũt Deum exercuisse agriculturã in horto delitiarum, s.in paradiso terrestri, ibi creando, & plãtãdo arbores, & fructus p homine, à quo Adã, & Euã emisit pp eorũ peccatũ, & eos eiiciẽdo fecit eis uestes pelliceas, ex quo, & architecturã, & agriculturã, primò fecit, docuit, & exercuit. Fuerat ẽt statuarius, quia fecerat, & formauerat hoïem ad imaginẽ, & similitudinẽ suã, anteq̃ fecisset eis vestes pelliceas, ut scribitur Genes.1. & 2.

Inter hos artifices lanificiorũ sunt ẽt tinctores lanarum, & pannorũ, de quibus hr̃ per Bartholo. Anglici in suo libro de proprietatib.rerũ lib.29.in trac. de coloribus. in fine. Sed an tales potius debeant cũ artificibus picturæ q̃. lanificii poni, dicam j: ex quo vr̃ pictores lanificis esse preponendos, ppter picturç excellentiã, & colorum, qui post metalla auri, & argẽti digniores res esse censentur q̃ ponant̃ in armis, vt ante in 1.par.in 60.conclusio.& pluribus aliis sequẽtib.38.considerationis dictũ est. & in seq.part.in 93. consideratione.

Sed qcquid sit, si tinctores lanarũ inter lanificos cõputentur, credo illos non esse pferendos illis qui pannum faciunt, cũ lana, & pannus nõ accedat tincturæ, sed tinctura lanæ aut pãno: & sic cũ materia prima sit dignior, & maior q̃ illud, φ illi adiungit̃ p tincturã. Ideo maior erit ille qui pannũ facit, q̃ qui intingit seu inficit, vt est tex.in l.sed si ex meis, & l.q̃cqd ĩ. fi.ff.de acqu.rer.dom.& §.cum ex aliena.in gl.ab aliquo.ff.de rerum diuis.& tex.magis ad literam in §. si tñ alienam purpuram uestimento suo quis intexuit: licèt pretiosior sit purpura accessionis vice cædit uestimento.inst.eod.de rer. diui. Ideo tãquã accessoriũ nõ est maius principali, ex quo tinctores accessorii ad lanificos, & pãnificos non sunt maiores illis, imò tãquã accessorij sunt illis pferẽdi lanifici, & pãnifici.

Contrarium tñ tenet Iac.Rebuffi in l. qui aliquẽ. C.de murilegulis.lib.11.ubi dicit, φ tincturerij Mõtis pessulani præferunt̃ in sedibus textoribus, & canabasseriis: cũ habeãt dignius officiũ, p §.si quis in aliena.instit.de rerum diuisio. In artificiis uerò in quib. ferruminatio est maior materia, tunc materia artificio, & ferruminationi accedit: & hoc casu nimis ptiosum cedit pretiosiori, sicut uidemus ĩ metallarijs. Nã, qd factũ est ex ferro nõ denominat̃ ab illo qui primo ferrũ fecit, sed ab illo qui ferruminauit. Sic ẽt in aurifabris res aurifica facta p aurifabrũ nõ est illi qui fecit aurũ, sed illi qui cõposuit, & ab eo denominat̃, & illius est: licèt aurũ sit alterius qñ forma est mutata: quod nõ possit reduci ad priorẽ statũ in quo erat. d.§.cũ ex aliena, & ibi doct. Et hoc ẽ qa maior, & potentior est forma quã materia, qa forma dat eẽ rei, & cõseruat eã in eẽ.l.Iulianus.§.q̃situ.ff.ad exhibẽdũ. Et eẽ, & forma cõuertunt̃.gl.ĩ c.in ciuitate.extra de vsuris, & d.meus Ias.in l.4.§.cath.ff.de uerb.obl. Iõ concludit, φ oẽs artifices dantes formã materiæ, & illũ specificãtes tanquã digniores preferunt illis qui faciunt materiam, notatur in iuribus ante allegatis.

Intellige tñ prædicta ẽt quando tales artifices faciunt, & specificant materias in opus necessarium, &

 hone-

honestū: qm̄ tales, & pp necessitatē vitæ humanæ (q̄ p̄ferenda est), & honestatē, q̄ ēt summè commendāda est, ut in seq. par. in 36. cōside. in prin. præferendi sunt illis qui faciunt opus voluptarium, seu res uoluptati tm̄ hoīs deseruientes. Vnde facientes pannos necessarios ad vitā hoīs ad vestiendum hoīes, qui necessario uestiri debent ad arcendū frigus, nuditatem tegendam lasciuiā prouocantē, & decentem ornatū personæ, vt dicit Ant. Floren. in 3. par. suæ sum. tit. 8. c. 4. §. 2. sunt præponendi illis q̄ faciunt sericum, qui serifici seu setaroli dicunt. Et autore eodē. in d. loco, §. v. & Bernar. de Bus. in d. 2. par. serm. 32. in litera. x. licet hæc ars sit honorabilis in humana ciuilitate: tñ de se est illicita, cum deseruiat uanitati in multis, cū sericis utantur hodie, & uelutis, & carmesinis stipendiarij, & mulieres, non solū uxores principum, baronū, & militū, sed ēt mercatorū, & artificū, qđ est satis indecens, & magis f̄m abusionem q̄ cōsuetudinem locorū. Et in signū detestationis talis uanitatis legit Luc. 16. ꝙ diues epulo q̄ induebatur purpura, & bysso, sepultus est in inferno. Et ꝙ dicitur in c. quisquis. xlj. dist. ꝙ in iis debet quis se conformare morib⁹ patriæ. Intelligitur tñ semper salua honestate, & decentia. ex quo ex dictis Florentini uideretur, ꝙ lanifici essent præferendi serificis seu sericariis.

Sed uidetur cōtrariū esse astruendū, cum in sequ. par. in 96. consid. dixi, quòd vestes præciosæ quæ fiūt ex serico, & auro, sunt uestes solis principibus decentes, & ex quibus principes ex honestate uestiri debēt, & solis principibus cōueniunt, ut ibi dictū est, & hr̄ in rubro, & nigro de vestibus oloberis. lib. 11. C. Ideo hmōi artifices in maiori dignitate constituti sunt, cū uideant esse artifices principis, dixi hic in 35. consid. Ex quo ēt coquus principis cū dicatur dignitatē hr̄e, ut dicit Romanus singulari suo 649. p̄ferri dēt cuicūq; plebeio, & artifici. Iō multo magis serifici qui sunt artifices principis, quibus princeps permittit sericū facere in solis gyneciariis, hoc est locis secretis, vt ait tex. in l. j. C. de vestibus oloberis. Et ēt dt Bernar. de Bust. in d. sermo. 32. ꝙ ad serificos non spectat discernere si velutum, vel brocatum emat quis ad decētiam sui status, vel ad vanitatem, & excessum: dūmodo iusto p̄tio uēdāt, & bona intentione, s. pro illis, ꝑ q̄bus decenter est portandū, & sine fraude. Etiā: qm̄, ut cōiter videmus, potius talia fiūt in honorē dei pro ornamentis maiorū ecclesiarū, q̄ frequentius ex ijs q̄ ex lana, lino, aut canopo fiunt. Ideo uersantes circa hanc artem, cæteris præferendi sunt.

Ex p̄dictis idē inferendū est ad artifices tapetorū, q̄ uident tm̄ fieri ad ornatū, & voluptatē in palatiis, & domibus: ꝙ dic eē verū quo ad īferiores: sed quo ad principis ornatū, & honestatē uidentur necessarii, cū ea q̄ sunt, & tendunt ad honorē principis sunt ita necessaria, sicut si ad cōmodū: imò qđ plus est comp̄henduntur in suppellectili, ut hr̄ in l. de tapetis. ff. de suppellectili legata. Ideo de his dicendū est, ꝑut de serificis, cū uideant eē artifices eorū quæ spectant ad principes, & magnates. Ideo cum digniora tractent, & nobiliora seu præciosiora cæteris eorum arte pari tate data artificii præponendi sunt ex antedictis.

Inter hos ēt lanificos sunt textores, & lanarum, & linorum, & canapis, & ut maiorem experientiam, & artem callent, sunt inter eos honorādi. Hi tñ cum videantur dare formam, & panno, & telis, vident p̄ferri illis qui p̄parāt, & lanas, & linū, nec tales apud nos habentur in magna ęstimatione. imò ēt in pluribus q̄n̄ fit mentio de his in iure reputant, & qualificant pro seruis, ut scribitur in l. Titiæ textores. ff. de leg. j. Ideo pro abiectis habētur. uidentur tñ tales aliis sub hoc artificio lanificiorū cōprehēsis p̄ferendi, s. chordariis seu scenofactoriis: nā scenofactorii dicunt qui funes seu chordas faciūt. In quibus cōprehendunt q̄ faciunt funes ad venandum, & piscandū. Et huius artis scenofactoriæ fuit Paulus apostolus, vt refert Anto. Floren. in suis historiis, par. 1. tit. 6. c. 5. Et miror qūo Paulus fuit huius artis artifex, cū esset ciuis Romanus, ut scribit Act. 22. in fi. Crederem forte eū fecisse solum funes ad piscandū, aut ad capiendū aues, non autem grossiora rhetia, quę fiunt ad venandum.

Inter hos ēt sunt sutores, cū sutoris ars in uestimētis faciendis consistat, tā ex lana, quam panno serico aut lino. Et isti ēt dicunt sarcinatores, vel cerdones, ut facit tex. in l. & si quacūque. §. fi. ff. ad legē Aquil. & l. itē q̄ritur. §. si quis seruū. ff. locati. Et sunt in multiplici differentia: sed oēs sub uno noīe sutoris (vulgò *cousturiers*) dicūtur. Et tales cū textoribus, & plurib⁹ aliis ante nominatis quasi habētur pro fecib⁹ vrbiū, vt dicit Budæus. Adam tamē, & Eua prius offm̄ sutoris exercuerunt, ut hic ante in 34. consid. huius partis dixi, in uers. bracharij. de plurib⁹ qui sub hmōi artificio lanificij comprehendi possunt: uide p̄ Textorē in suis denominationibus à variis artium professionibus positis in sua officina.

Accedat huc, ꝙ lanificiorū artifices debēt celebrare festum S. Seueri, cum fuerit artifex lanificij, & in tali artificio existens fuit assumptus ī archiep̄m, vt ē tex. in c. statuimus. §. h is oibus autoritatibus. 61. dist.

QVadragesimasecunda cōsid. sit de artificib⁹ uacātibus circa ligna, q̄ sunt sub arte architectoria, de qua ante ista par. in 3. consid. Et hæc consistit in cementariam, & carpentariam, & est ars necessaria uitæ humanæ pro domibus, & habitationibus fiēdis, q̄ nos defendūt à pluuiis, & ventis, frigorib⁹, & caumatibus: ut quiescere ualeat unusquisq;, & secretè operari, q̄ expedit, ut est testis Anto. Floren. in 3. part. suæ sum. tit. 8. c. 4. §. 8. Et Bernar. de Bust. in 2. part. sui rosarii. serm. 32. in 2. par. in litera T, ubi ēt dicūt, ꝙ Cy. fuit primus q̄ hanc artem inuenit, ex qua condidit ciuitatem, & domos. Gene. 4. Et ante diluuium Noe fecit arcā de lignis leuigatis, & māsiūculas ī ea, bitumine liniēs eas intrinsecus, & extrinsecus, vt scribitur Gene. 6. Et egressus arcā Noe ædificauit altare dño. Gene. 8. Et post diluuium Nembroth primus tyrannus ædificauit ciuitatem, ut scribitur Gene. 10.

Et sicut metalla, & lanificia sunt nobiliora lignis, vt ex deductis in 3. consid. huius partis: & in seq. par. in 95. consid. comprobari potest: Ita etiam artifices metallorū, & lanarum artificibus lignorum præferēdi sunt. Licet F. Patritius libro primo de institutione reipublicæ, titul. 9. videatur præferre architecturam

ctură fabricæ, quã dicit nõ modo in pace ad urbium ornamentum atq; vtilitatem necessariam esse, verũ in bello ad repugnandum oppugnandumq́; prout eleganti stylo ibi describit.

Sed crederé, ꝙ sicut forma dat eẽ rei, & est illa q̃ dat laudẽ artificio, cũ opus laudet magistrũ, inter eos q̃ in illa arte dãt digniorẽ formã, & excellẽtiorẽ sunt digniores, & p̃ferẽdi: ut sunt q̃ uulgo vocant̃ mensuarij, cũ digniorẽ, & elegãtiorẽ dent formã lignis essent p̃ferẽdi carpentariis, q̃ grossiorẽ formã: pro carpentariis tñ faceret rõ ante adducta, ꝙ ea p eos facta ad vitæ humanæ necessitatẽ fiũt, puta domus, & alia ædificia. q̃ verò fiũt p mensarios uident̃ fieri ad uoluptatem saltẽ ad honestatẽ, quę nõ est p̃ferenda necessitati. Cũ necessitas vitæ humanæ oĩa uincat. Et omnes tales etiã dicuntur fabri lignorum. unde, vt dicit Ioã. Chrysos. in serm. de Epyphania, S. Ioseph spõsus gloriosæ Virginis carpentarius lignorũ fuit. Et faber pro oĩ ferri percussore ponitur lib. 2. §. j. ff. ad leg. Rhod. de iactu. Et aliàs pro lignario accipitur l. ferri. §. fi. ff. de uerbo. & rer. signifi. Et etiã dicitur faber lignaminis. l. 2. §. ult. ff. de eo, quod certo lo. gl. in §. certæ. institu. de rerum diuisione. ut s̃ hac par. in 33. conside. uers. fabricarii. dictum est.

Textor verò in sua officina multos scribit architectos, quos dicit fuisse nobiles, vt fuit Damocrates, q̃ Alexandriam metatus est.

Spintharus Corinthius Delphicum templum construxit.

Ctesiphon templum Dianæ Ephesiæ, ubi simulachrum ipsi⁹ Deæ vitigineũ fuerat. Vnde Plin. Operi (inquit) præfuit Ctesiphon architectus.

Meleagenes fanum Mineruæ Prienensis.

Theodorus Phocensis fecit Tholum Delphicum.

Philo Atheniensis armamentarium Pyrei.

Hermogenes ædem Doricam Iunonis magnesiæ.

Sugilas mausoleum Artemisiæ.

Zenodotus nobile pauimentum Pergami.

Hermodorus nomen est Architecti, qui obeliscum fecit.

Aemilius, Rholus, & Theodorus, architecti fecerũt Labyrinthum Leminium.

Valerius Hostiensis architectus fuit, qui theatrũ Romæ texit.

Mnesicles architectus Athenis arcem ædificauit.

Nicon pater fuit Galeni geometriæ, & architecturæ peritissimus.

Apollodorus Traiani forum, metodeum, & gymnasiũ Romæ fabrefecit. hunc interfecit Adrianus.

Et aliquos ex p̃dictis posuit F. Patritius in li. 1. de institutione reipublicæ. tit. 9. ante allegato.

QVadragesimatertia cõsid. Horum artificũ q̃ circa lapides, vel cemẽta operant̃, multiplex reperit̃ differẽtia: qa aliqñ dicũtur cemẽtarii, aliqñ verò latomi. & ẽt status huius artificij exaltandus est, & existimãdus ẽm utilitatẽ quã affert in republica, & ẽm excellẽtiã artificiorũ ex hmõi artificio ꝓueniẽtiũ. Nã, ut dicit F. Patritius lib. 7. de institut. reipublicę. tit. 6. Lapidicæ cõmoditatẽ, uel maximã hñt, ex q̃bus quadrata saxa, & cemẽtũ copiæ cõparant̃. Et p̃cipuè ſi molles lapides sunt aut mediocres. Nam duriores illi speciẽ potius præ se ferunt q̃ utilitatem: laborẽ eñ plurimo indigent, & diligenti impensa, ut in seq. par. in 91. consid. dictum est.

Inter hos tñ primos autumo eẽ uitrarios, q̃ uitra cõficiunt ex lapidibus, & isti fundunt lapides in fornace vi, & calore ignis, & est unũ mirabile. Ideo cęteris p̃ponendi sunt, cum apud nos ex cõi opinione patriæ pro nobilibus habent̃. Et talis cõis opinio est potens ad causandum nobilitatẽ, ut ante dixi in 8. par. in 6. consid. Etiam sunt immunes à muneribus personalibus, ut hic ante, in 38. consid.

Sed cũ sit hic qõ de excellentia q̃ procedit ex forma, q̃ maior est q̃ illa quæ procedit ex materia. Ideo ĩsero artifices marmoreos, & circa marmor artẽ exercentes, eẽ cæteris excellẽtiores, p p excellẽtias, & nobilitates ædificiorũ, operũ, & artificiorum q̃ fuerũt, & fiũt ex marmore potiusq̃ ex aliis lapidibus, & ex iis Plin. lib. 36. naturalis historiæ. c. 5. ponit. 126. artifices in marmore, & ibi ait hãc artẽ tãto uetustiorẽ esse q̃ picturã, aut statuariã. Etiã Textor in sua officina. ĩ c. sculptores, cælatores, statuarij, & marmorarii, plus artifices marmorarios q̃ alios laudat, & ẽt F. Patriti⁹ li. 1. de ĩstit. reipublicæ. tit. 9. inter architectores multum extollit marmorarios, ꝓ q̃bus ad illos recurre, & inter hos artifices sculptores maximè laudantur.

Dipenus verò, & Scyllis Cretenses Sicyonẽ se contulere, ubi fuit quondã p̃cipua oĩum metallorũ officina. Ibiq́; sculpendo marmore primi oĩum claruerũt. testis est Plin. in d. loco. c. 4. Qui verò inter hos excellentior sit iudicandus, Plin. eod. lib. ca. 5. d̃t Phidiã clarissimum artificem nunq̃ satis laudatũ. Is fuit Atheniensis sculptor, & minoribus simulachris sculpendis claruit. Idem fecit statuã Mineruæ ex auro, & ebore amplitudine 26. cubitorũ. In cuius scuto cælauit p̃liũ Amazonũ, & Gigãtomachiã, in soleis Lapytharũ pugnã, & Centaurorũ. Fabius Phidias (inquit) diis q̃ hoĩbus efficiendis melior, in ebore verò longè citra æmulũ, vel si nihil nisi Minernam Athenis, aut Olympiũ in Aelide Iouem fecisset. Martialis. lib. 3.

Artis Phidiacæ toreuma clarum.
Pisces aspicis, adde aquam, natabunt. Idem lib. 6.
Quis te Phidiaco formatam Iulia cęlo,
Vel quis Palladiæ non putet artis opus?

Statius lib. 2. sil.

Phidiacæ rasere manus.

Lysippus Sicyonius adeo claruit sculptura, ut ab eo solo fingi uoluerit Alexãder, quemadmodum pingi à solo Apelle. Horatius.

Edicto cauit, ne quis se præter Apellem
Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra.

Stroza pater.

Cædit Lysippus Phidiacusq́, labor.

Hunc Plinius ait fecisse ad 70. opera, quę singula arti claritatem dare potuissent. Propertius.

Gloria Lysippo est animosè fingere signa.

Sabellicus verò in 10. libro suorum exemplorum dicit tres opifices fuisse summos. Et ẽt dicit Alexandrũ suo edicto tribuisse tribus diuersarum artiũ principibus uiris præclarum laudis testimoniũ, suũ cuiq; ĩ suo genere, & inter cæteros, ꝙ nullus alius præter

Pyrgotelē imaginē suā sculperet, & de his sculptoribus, & statuariis, & laude illorū ēt scripsit F. Patritius lib. 1. de instit. reipub. tit. 10. Etiam plures statuarij laudantur à Textore ī loco præallegato post Pliniū, ex notabilitate operum quę fecerunt, tam ex marmore, & lapidibus, quàm alia materia.

Quadragesimaquarta cōsid. tractat de artificibus, qui circa colores uersantur, q sunt in duplici differentia. Quidā sunt tinctores, de quibus ante hac par. in 41. conside. uersi. inter hos dictū est. Alij verò sunt pictores, & de his hic scribit: de excellentia verò colorū dicetur in seq. par. in 94. cōside. & s in j. par. in 64. cōclus. 38. cōsiderationis. ubi de armis narratur, q laudant, distinguunt, aut deprimuntur ex coloribus. Nūc solū est quæstio de excellentia pictorū. Nā ars pictorū versat in oib9 tam lanis q̄ linis, serico, argento, auro, & metallis, lignis, & lapidibus. In quibus solet causa uoluptatis honestatis aut ēt lasciuiæ adiungi pictura, q olim fuit ī multo, & maximo honore, miraq; æstimatione, & vt ait F. Patritius de institutione reipublicæ lib. 1. tit. 10. Pictura eruditionē maximam præsefert, & cōmerciū cū poetica, & oratoribus habet. hinc dicit Laurētius Valla in proœ. suarum elegantiarum, q artes liberales proximæ sunt, ars pingendi, sculpendi, fingendi, architectandi. Sextus Empericus ex Symonidis poetæ snia picturā dt esse tacentē poesim, Poesim autem loquētē picturā, & certe magni ingenij est, & diuinā ppe cognitionē attingit, varias animaliū rerumq; species sic mēte cōcipere, vt penicello, & uariis colorib9 adeo exprimantur, quasi in illis nihil pręter spiritum desit. Et certè cū optimā picturā cernimus, id dicere possumus, qđ Valerius Martialis de catella picta cecinit. Ipsam deniq; pone cū catella, Aut vtranq; putabis esse verā, Aut vtrāq; putabis eē pictā. Legimus etiā bouem ad aspectū pictæ bouis mugisse, & pictis uuis nōnullos fuisse deceptos, auesq; ad pictā speciē sui gñis excitatas, vt refert Plin. lib. 35. c. 10. Et vt disserit Budæus in l. Athletas. ff. de his qui notātur infamia. hmōi artifices non modo iconicas imagines effingunt, id est oibus liniamētis ad exēpla expressas: sed ēt ethicas, id est sensibus expressit propè modum spirantes. Nō modo n. gratiā habet pictura, & delectationem mirificam præbet, verū præteritam rerū memoriam seruat, & hystoriā rerū gestarū ante oculos nostros ppetuò pręfert. Quin etiam legendo picturas in quibus pclara facinora exprimunt, excitamur ad studiū laudis, & ad magna negotia obeūda, veluti si alicuius hystoriæ monumēta uoluerimus. Quanta autem autoritas hmōi artib9 olī fuerit ēt ex eo pijcere possum9, q Plin. lib. 35. ca. inquit de Pāphilo pictore loquēs, Docuit neminē minoris talēto annis decē. quā mercedē, & Apelles, & Melanthius ei dedere, & hui9 autoritate effectū est Sycione primū. deinde, & in tota Græcia, vt pueri ingenii ante oīa graphicē hoc est picturā in buxo docerent. Reciperēturq; ars ea in primū gradū liberaliū. Semper quidē honor ei fuit, vt in genij causa exercerēt, mox ut honesti perpetuo interdicto, ne seruitium docerentur.

Locū igitur habent (teste F. Patritio de institutione reipublicę.) Pictores, & honestum quidem, ut studio gloriæ incendantur: & ad parem laudem adolescentulos inuitent. Non. n. puduit Fabium Patritiū illum Romanum optimo genere oriundum, qui maiorum suorum nobilitatē ab Hercule vsq; recēsebat, pictura exerceri, & ab ea cognomentū accipere. Nec diu post pœnituit Marcum Antonium doctissimum ac sanctissimū imperatorē operam picturæ dare sub Diogene pceptore quāquā illustriorib. disciplinis indulgebat, & magistris quibusq; eruditissimis utebat.

Legimus ēt Platonem picturæ studiosissimū fuisse. & Cicero in ea eruditos oculos se habere asserit. Quo circa non erit verendū ne manus adolescentulorū coloribus īquinent, cū pxima doctrina accedat pictura, hinc fundamētū pbet ars illa, quā signādi nū cupare possumus, vnde, & signa dicuntur, & per diminutionem sigilla. Hanc artem Aristo. summoperè laudat, vultq;, vt pueri illā ediscāt, qñ aliis plerisque artibus necessaria sit. Non modo sculpturæ, & cęlaturæ, quæ sine ea nullo modo esse possunt, verum com pluribus, & præcipuè architecturæ: de qua superius hac par. in 3. & 42. considerationibus diximus.

Qui. n. fuerint primi pictores, & quorum opera apud ueteres gratiā aliqua meruerūt: scribit Plinius eodē lib. 35. c. 8. 9. 10. & 11. & primū Polignotus, & Aglaophō fuerūt q simplici dūtaxat colore usi sunt, & suos studiosos cōplures habuerūt pp simplicitatē illam, quę fundamenta artis sola imitatione naturæ iecit. Fuerūt tñ alii ante eos, & Canachus in primis, cuius signa rigidiora extitisse, q̄ ut imitarent ueritatē. Cicero ait dura ēt Calamidis fuisse, sed tñ meliora quā Canachi. Mironis propius ad ueritatē accedebāt. In Prothogene, Actione, Nicomacho, & Apelle iam perfecta omnia uideri idē adstipulator ē. Nihil. n. simul, & iuuentum, & perfectum esse docet.

At uerò Zeusis, & circa eius tpa Parrhasius (qui vixit tpe Socratis) plurimū huic arti addiderūt. Nam Zeusis luminum umbrarumq; rōnes inuenisse dr, & picturæ arte tātas opes sibi cōparauit, ut in earū sustētatione Olympiæ nomen suū aureis intextū litteris ostentaret: postea opera sua donare īstituit, q nullum pretium putaret esse illis dignū, autor est Plini9 in loco ante alleg. c. 9. Parrhasius aūt lineas examinasse subtilius traditur, & geometricam quandam rationem picturæ addidisse, & de eo Plin. in d. loco c. 10. ait. Parrhasius Ephesi natus primus Symmetriā picturæ dedit, primus argutia uult9, elegātia capilli, venustate oris, confessione artificū in lineis extremis palmā adeptus. Inter alia eius opera quàmplurima pinxit Archigallū. quā picturā amauit Tyberius princeps, atq; LX. sextertiis ęstimatā cubiculo suo iclusit.

Suā quoq; laudē meruit Aristides Thebanus, quē æqualē dicit Apelli Pli. d. c. x. col. 4. primus animus animū pinxit, & sensus oēs expressit. Vnā eius tabulā Attalus rex centū talētis emisse tradit. Cæsar quoq; dictator eiusdē pictoris tabulas duas 80. talētis emit.

Philippus Macedo, & eius filius Alexander quandoquidem pictura delectati sunt, artem hāc summopere extulerunt, quorum temporibus præcipuè floruit, & diuersis uirtutibus laudabatur.

tinctores 1, 2 pictores

Veterum & omnes prius genitos (vt vtar verbis Plinij) futurosq́, postea superauit Apelles, eousq; in pictura prouectus: vt plura solus propè q̃ cæteri oẽs contulerit, voluminibus editis, quæ doctrinam eam continẽt. Nam decorũ optimè seruauit, & suæ cuiq personæ modũ dedit & venustatem, hoc est suam venerẽ (quã Græci charita vocãt) ne aut nimiũ offenderet, aut parum defraudaret; qui in re alios pictores peccare dicebãt. q. nõ sentirẽt q̃d esset satis. Eius prudẽtia maximè apparuit cũ Antigoni imaginẽ pinxit, quã latere tantũ altero ostẽdit, vt amissi oculi deformitas lateret. Fuit. n. & comitas illi ꝓpter quã, & gratior Alexãdro magno erat, frequẽter in eius officinã ventitanti (vñ ẽt ædicto vetuit, ne ab alio pingeret) sed & ĩ officina imperitè multa dissererẽti silẽtiũ comiter suadebat, rideri eũ dicẽs à pueris qui colores tererẽt: tãtũ autoritatis & iuris erat, & ĩ regẽ alioqui iracundũ. Pinxit & ipsum Alexãdrũ magnũ fulminigerũ in tẽplo Dianæ Ephesiæ talẽtis 20. Venerem Cois incœptã moriẽs reliq̃t ĩperfectã, nec inuẽtus est q̃ tã egregio operi ad ꝑscripta liniamẽta succedere vellet.

Idẽ pfecta opera ꝓponebat ĩ pergula seu porticu trãseũtibus, atq; post ipsam tabulã latẽs, vitia q̃ notarent auscultabat, vulgũ diligẽtiorẽ iudicẽ q̃ se præferẽs. feruntq; à futore reprehẽsum, ꝙ in crepidis vna ĩtus pauciores fecisset ansas: eodẽ postero die superbè emẽdationẽ pristinæ admonitionis cauillãte circa crus, indignatũ prospexisse denũciantẽ, ne supra crepidã sutor iudicaret, quod & ipsum in prouerbium venit. Apelli aũt fuit perpetua cõsuetudo nullũ diẽ quibuscũq; negotijs occupatũ ꝑterire, quin lineam aliquã duceret, ducendo exerceret artẽ. Et de Apelle & Parrhasio fit mẽtio in §. si q̃s in aliena. instit. de rerũ diuisione. vbi dicit tex. Ridiculũ est picturã Apellis vel Parrhasij ĩ accessionẽ vilissimę tabulæ cedere.

Nec minor prudentia Timãthis Cichicij in ea tabula qua Colorẽ vicit. Nã cũ in immolãda Iphigenia tristẽ Calcãta fecisset, tristiorem Vlyssem, & męstum admodum Menelaũ: cõceptis animo affectibus obuoluendum caput Agamennonis eius patris esse dixit, vt videlicet cogitandum relinqueret summum illum luctum, quem penicillo non posset imitari.

Protogenẽ verò cura cõmendabat, de quo in 1. cõsider. huius partis dictum est. Ratio aũt Pamphilũ, sicut facilitas Meluntiũ. Antiphilus per id fermè tẽporis cõcipiẽdis visionibus laudẽ meruit: vt diligentia & decore Polycletus cui plerunq; palmã, vnum tñ̃ defuisse volunt, ꝙ pondere quodã careret in pingẽdis numinibus. Et vt humanæ formæ aliq̃d supra veritatẽ adderet. Ita aliquid de autoritate deorũ demeret. Atqui lenes dũtaxat genas pingere nitebatur, grauiorẽ aũt ætatẽ consilio fingebat. hæc F. Patritius de laude pictorũ, qui in multis laudati fuerũt: & de laudibus plurium aliorũ scripsit Textor ĩ sua officina ĩ c. pictores diuersi. sed ne laudẽ ab aliena opera cõsequar, fatet se oĩa delibasse à Pli. ꝓut & re vera fecit. & Patritius, & Budæus, & q̃ post Pliniũ de hac re scripserũt: iõ ad eũ recurre in d. c. 35. Quæ tñ̃ opera ꝑcipuã laudem meruerũt, scribit Textor in d. loco. c. sculptores, cælatores, statuarij, & marmorarij. ĩ fine.

Aduerte, ꝙ pictores sunt ita de iure priuilegiati; ꝙ exempti sunt ab hospitijs militum. text. in lege archiatros. C. de metatis. lib. 12.

Et ex his antedictis, & multis alijs per Pliniũ, Patritiũ, & Tex. in suis locis suprà allegatis enarratis, pictores plurimũ laudari possunt, & debent. Sed obstare vr̃, ꝙ illa ars sit quodammodo plus voluptaria q̃ necessaria & vtilis, ex quo non ita sit laudanda. vt comprobat Anto. Floren. in 3. par. suæ summę. tit. 8. c. 4. §. xj. Tñ̃ quia est honesta, & grata principibus, & magnatibus, vt ante scriptum est, etiam quia tendit ad ornatũ ecclesiæ, ita ꝙ à quocũq; nõ obstãte ꝓhibitione fieri põt. dicit Bar. in l. j. ff. ne q̃d in loco sacro fiat. vbi hr̃, ꝙ pictura q̃ fit ad ornatũ põt fieri nõ obstãte ꝓhibitione. Ideo vr̃, ꝙ tales alijs artificibus sint præferendi, intellige tamen prout supra dictum est.

QVadragesimaquinta consid. sit de mercatoribus qui sunt honorãdi, cũ nobis necessarij esse videãtur. cũ q̃ nobis supersunt deuehant, & permutando ac vendẽdo ea aduehant, quæ necessaria sunt. Et, vt ait Cicero 1. de officijs. Mercatura si tenuis est, sordida putanda est, si magna & copiosa multa vndiq; apportans, multisq; sine vanitate impartiens, nõ est admodũ vituperanda, ac ẽt si satiata quæstu vel contẽta potius, vt sæpè ex alto in portũ, ex ipso portu agros, possessionesq; contulerit, vr̃ iure optimo posse laudare: vt p plura tenet & cõprobat Barth. Cęp. in tract. de imperatore militũ eligendo, in verbo, nobilitatis. ĩ 18. opinione: vbi dicit, ꝙ apud Venetos mercatores ẽt sunt nobiles, quod intelligẽ tñ̃ sapienter. Fortuna. n. illa semper aptanda studentibus minus optanda est, vt gloriãti mercatori, ꝙ in oẽs oras maritimas nauigia dimisisset, dixisse fertur Lacon. Finis perscribendus est lucro pp varios fortunæ euentus, Ne paruo tpis momento id mercator amittat, q̃d in omni vita sua perlucratus est: cogaturq́; decoquere, q̃d quidẽ sine ignominia ac probro nequaquã accedere põt, etiam si id sine culpa aliqua fieret: hæc Cicero in 2. Philippica Antonio obijcit his verbis. Tenes ne memoria ꝑtextatũ te decoxisse? patris, iquies, ista culpa est, etenim est pietatis plena defensio. Illud tñ̃ audaciæ tuæ, q̃d sedisti in 14. ordinib. Cùm esset lege Roscia decoctoribus certus locus cõstitutus, q̃ uis qui fortunæ vitio non suo decoxissent. Eiusmodi ignominia, vt careant mercatores auiditati finẽ imponant, ne pauperiẽ in senectute, cũ irrisione ẽt pati cogantur. plures vituperationes de mercatoribus dici possent: & quasdã refert Luc. de Pen. in rub. C. negotiatores ne militent. lib. 12. Et in quibus cõmittũt crimen stellionatus. scribit Vlpianus. in l. iij. ff. de crimine stellionatus. Sed quia tm̃ q̃ faciunt ad laudem intentionis nostræ est scribere: ideo dic f̃m eundem Lucã, ꝙ mercatores necessarij sunt in ciuitate, sicut agricolæ, extra de voto. q̃d super. Et sine ijs omnibus non ædificabitur ciuitas. Eccl. 38. & Plato cum instituerei queadmodum ciuitas bene ordinari debeat, in primis negotiatores necessarios dicit: & vide plenè ea quæ dicta sunt ante hac part. in 1. conside.

Adde, ꝙ locatores ratiociniorum dicũtur mercatores, vt vult Bart. & Alex. in apostillis, in l. legatis. ff. de lega.

de legatio.& ibi ponit Alexander differentiam, inter mercatorē seu negociatorē,& artificem. Nā vt dicit. Negociator seu mercator est ille qui emit vnā rē, & non mutata forma illā vēdit vt lucretur, vt sunt qui emunt candelas & vendūt. Et tales an dicant candelarij, an verò solū illi qui eas faciunt, vide Iacobum Rebuffi ī rub. de nauicularijs seu nauclearijs. lib. 11. Artifex verò est qui emit rē, & mutata forma vendit, vt est qn̄ emit ferrū,& vēdit enses. vt est tex. in c. paratū. 88. d. Et remissiuè quis sit mercator, negotiator,& artifex: vide allegata p Fely. in proœ. decretaliū, incip. Gregorius in fine. & ibi, an ex vno actu anteq̄ sit īscriptus ī matricula mercatorū q̄s dici possit mercator,& de statu mercatorum, & diuersis negociatoribus, vide Anto. in sua sum. in 3. par. tit. 8. c. 1. 3. & 4. & Bern. de Bust. 2. par. sui Rosarij. serm. 32.

Aduerte tñ, q̄ nobiles se negociationi & mercaturæ immiscētes perdūt nobilitatē: vt dicit Bal. in l. nobiliores. C. de cōmercijs & mercatorib⁹. Quod an sit verū disputat Ant. de But. ī rub. extra ne cler. vel monachi.& Barth. Cæpola in loco antè alleg. Et lex fuit apud Romanos, ne senatores mercaturę eēnt nimiū intenti, autor Blondus lib. 5. de Roma triumphante.

Plures laudauerūt mercaturā & artificiū, vt Aug. Dathus in suis epistolis. libr. 3. oratione 9. & teste F. Patritio. li. 1. de institutione reipublicæ, tit. 8. fouendi sunt propter vtilitatē reipublicæ mercatores,& dixi in dicta 1. consideratione huius partis. Et refert Blondus eodē loco mercatorū societates reipublicæ vsui fuisse. vnde Cicero pro Plācio orans eū ex bono loco vsus est laudare, cū patrē eius equitē Romanū dixit maximū societatū autorē, plurimarū fuisse magistrū. Et ad Crassipedē scribens, idem de Bythinijs mercatoribus sic habet. Quanquam tibi præsens cōmendaui, vt potui diligentissimè socios Bythiniæ, q̄ societas ordine ipso hominum genere pars est maxima ciuitatis. Iuuerunt autem difficillimis tēporibus rempublicam societates mercatorum. Liuius 23. Cū Scipiones in Hispania frumentū, vestimentaq; exercitui supplenda postulassent, nec vnde darēt senatus populusq; haberēt: Fuluius ptor in concione exhortat⁹ est eos q redēptitijs auxissent patrimonia, vt reipub. qua creuissent tēpus cōmodarēt. Tres societates 19. hominū effecerunt pacti, vt q̄ in naues imposuissent ab hostiū tēpestatisq; vi publico periculo eēnt, exoluitq; postea senatus. Et 24. cum censores ob inopiā ærarij se iā locationibus abstinerent ædiū sacrarū tuendarū ciuiliūq; equorū prębendorū, ac similium his rerū: cōueniūt ad eos frequētes, qui hastæ huius generis assueuerāt, hortanturq; censores, vti oīa perinde agerēt, locarēt, ac si pecunia in ęrario esset, neminē nisi bello cōfecto pecuniā ab ærario petiturū esse.

QVadragesimasexta conside. sit de laude hospitū, quos crederem inter alios mercatores multū eē laudādos, & extollēdos. Et sub istis mercatoribus comprehenduntur etiā tabernarij, vt not. Bar. in l. cū pater. §. mense. ff. de lega. 2. ideo ēt cōprehenduntur caupones & stabularij, cū qbus addēdi sunt nautę, vt hic titulus de tribus furibus, s. de nautis, cauponibus,& stabularijs, qui est ī ff. veteri. Nautę caupones stabularij, vt recepta restituāt: quia, vt dicit text. in l. nauta,& caupo,& stabularius mercedem accipiunt, ff. eo. titu. Et licet isti sint de genere prædonum, cum nec nunc quidem abstineant ab hmōi fraudib. vt dicit tex. in l. j. §. j. ff. eo. not. Ale. in l. j. in prin. C. de edē. & Fr. Niconitius ī repe. c. qm̄ cōtra. in prin. nu. 26. & 27. extra de proba. Tamen hodie apud nos alio & honorabiliori nomine vocantur hospites. Cum hospitalitas sit multum necessaria, & multum etiam cōmendatur ab Apost. vt scribitur ad Rom. 12. ibi, hospitalitatem sectantes. Et ex causis laudanda, amplectēda, & inquirenda est. vt dicit Io. de Turr. in sum. 42. dis.

I. Quia est res valde decora,& honesta. sacra. n. res est mensa hospitalis, vt ait Seneca lib. 4. de offi. Tullius lib. 2. de officijs. rectè, inquit, à Theophrasto laudata est hospitalitas. Est. n. vt mihi vr̄, valde decorū, patere domos hoīum illustriū, illustrib⁹ hospitibus: idq; ēt reipublicæ est ornamento hoīes externos hoc liberalitatis genere in vrbe non egere. Est etiam vehemēter vtile his q̄ honestè posse multa volūt, per hospites, apud externos populos valere opibus & gratia.

II. Quia hospitalitas disponit ad susceptionē diuinę gratiæ & p̄parat. vt ostēsum est Luc. vlt. vbi discipuli cognouerūt Dn̄m coactū hospitari cū eis, ēt ī fractione panis, vnde Grego. in Homilia. Ipse quoq; dn̄s nō est cognitus in via à discipulis dū loqueret̄, & in domo cognosci dignatus est, dum pasceret̄. Sic etiam ex hospitalitate Chr̄i ī domo Marthæ: ipsa, Lazar⁹ eius frater,& Magdalena ei⁹ soror receperūt à Christo diuinā cognitionē. Sic ēt qn̄q, diuina cognitio īfundit̄ hospiti gratia alicuius sancti viri in hospitio recepti.

III. Quia hospitalitati bona tēporalia multiplicat, exēplo viduæ, q̄ Eliā in hospitio recepit. Cui toto tēpore famis, farina & oleū nō defuerunt. 3. Regū 17.

IIII. Quia à malo etiam temporali seruat, exemplo Raab, quæ quia recepit nuncios filiorum Israel, ideo cum parentibus suis saluata est, & omnes alij ciues in Ierico occisi sunt. Iosue 6.

V. Quia meretur angelos recipere, exemplo Abrahę, & Loth, vt habetur Gene. 18. & 19. & in summa 42. di. & in c. 6. §. at non Abraham. 35. dist. vnde Apostolus ad Hebræos vltimo. Hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc enim quidam placuerunt angelis hospitio receptis. vnde Hiero. Abraham & Loth angelos susceperunt, quia hospites dilexerunt.

VI. Hospitalitas est amāda, quia Deum meretur recipere. Mat. 10. Qui vos recipit, me recipit. & Matth. 25. Qui recipit vnum talem paruulum in noīe meo, me suscipit. vnde Hierony. ad Nepotianum, Mensula tua pauperes & peregrinos suscipiat, & cum illis Christus conuiua erit. hoc autem non modo accipiendum est, cū in membris suscipitur Christus, sed etiā quandoq; personaliter, vt narrat Grego. de multis, tā in dialogo quàm in Homilijs euangeliorum.

VII. Quia etiā per Christum commendatur hospitalitas, vt scribitur in dicta summa. 42. dist. Cum dicatur Matt. 25. Hospes fui & non recepistis me. & etiā per Paulum & Petrum apostolos, vt de Paulo ad Roma. 12. & ad Hebræos vlt. & de Petro. 1. Petri 4. cum dicit, Hospitales inuicem sine murmuratione.

VIII. Quia ét apud Barbaras gentes commẽdatur, vt facit tex. in c. offerebat. 32. q. vbi dicit illam debere esse inuiolabilẽ; ita quod hospes hospitem defendere tenetur. vt tenet ibi gl. & l. j. ff. nautę caupo. stabu. cum illius dicatur habere custodiam.

IX. Quia hospitalitatem sectantes exemplo Iotici, q primo hospitalitatẽ fecit, habẽt multa priuilegia. de qbus hr̃ in l. oĩa priuilegia. C. de episc. & cler. Et licet ille text. videatur loqui de his qui pauperes recipiũt gratis & sine mercede, crederem fortè ét p̃dicta priuilegia debere habere locũ in alijs hospitibus etiam peregrinos recipiẽtibus: cũ vt dicit Hiero. ad Nepotianũ. Mẽsula tua pauperes, & peregrinos suscipiat. Ecce qũo nõ solũ cõmendat pauperes, verũ ẽt peregrinos. Si. n. nulli essent hospites ad recipiendũ peregrinos nõ pauperes, qũo hospitari possent? ecce qũo pauperibus subueniretur, & alijs non. Ideo putarem hospites esse ita priuilegiandos sicut hospitalarios, saltẽ in his, q̃ possunt impedire hospitalitatẽ peregrinorũ, vt est in recipiẽdis & hospitãdis militibus, nisi tãquã hospitibus in quo priuilegiãtur hospitalaria, vt scribit in d. l. oĩa priuilegia. Ex quo pluries dixi, qñ milites seu armigeri ponuntur in aliqua ciuitate, vel vrbe ad castrametationẽ seu potius stationẽ (garnison vulgo) & eis deputantur hospitia ab officiarijs loci in domibus ciuiũ, vt moris est fieri in Gallia: ꝙ nõ debent poni in domibus hospitũ, ne per eos impediantur peregrini ad hospitãdum. Et licet aliàs cõtrariũ viderim fieri in hac ciuitate, hoc tñ perperã cõtra meũ iudiciũ fiebat. Nã hospites saltem principales ab huiusmodi hospitijs militum eximi debebãt.

Et facit vna alia ratio, qm̃ sicut videmus ergasteria mercatorũ esse exẽpta, quia à mercimonijs occupata. l. in qualibet. & l. pen. C. de metatis. li. 12. Eadẽ ratione domus hospitũ, quæ omni hora possunt, & sunt hospitib9 occupatæ, ad qđ ét tenent̃ eos recipere. l. j. §. fi. & ibi Bar. ff. nautæ, caupones, stabularij. ex quo cùm teneant̃ ex debito peregrinos recipere, & ĩ hoc onerant̃, debẽt ĩ alio onere releuari, q̃a est onus patrimoniale, qđ recusare nõ possunt. l. 3. C. de muneribus patrimoniorũ. li. 10. ideo ĩ alio simili grauari nõ possunt. Et disserit Budæus in l. solẽt. ff. de officio ꝓcõsulis. ꝙ hmõi ius hospitãdi erat necessitudinis. Cùm fm̃ morẽ antiquũ dabat̃ tessera dimidiata, vt agnosci possent, & Deus hospitalis erat Iuppiter, & tale ius erat honorariũ, vt ibi narrat, & ét vt erat sanctissima hospitij necessitudo, iõ violari non poterat. Sed an hodie sit honorariũ, & nomẽ amiserint ex fama eorũ? videt̃ ꝙ sic, cũ vt plurimũ sunt rapaces, & plus exigere solent à peregrinis, quàm expenderint.

Adde tñ vnũ, ꝙ ex quo quandoq; sunt multũ rapaces in exigẽdis debitis hospitij causa (quod scotũ vulgò vocant) pōt ꝓ hoc taxari certũ pretiũ, vt tenet Alberic. in suis statutis. in prima parte, rubr. 79.

Aduerte ét ad vnum, ꝙ ex quo dixi hospites debere esse immunes ab hospitio militum, ita ét ab hospitio iudicum, qui debent hospitari prout milites in loco, vbi nõ est domus principis, & sic in loco vbi nõ est prætoriũ, possunt exercere eorũ iurisditionẽ, nec pōt ei denegari locus. ita videt̃ tenere Luc. de Pen. in l. fi. C. de professo. & medicis, lib. 10. vbi tex. ante finẽ parificat hospitium militum, & iudicum in his verbis. Nec eorum domus vbicunq; positæ militem, seu iudicem suscipiãt hospitandũ. Amplè vero de hospitijs militum, vide in tractatu quem fecit Surgerus, qui dicitur Enchiridion militaris disciplinæ.

QVadragesimaseptima cõsid. Cùm in præcedenti cõsid. de hospitibus attigerimus, binas ordinis officiorũ sententias vtramq; grauẽ afferre libet, s. quo loco ponẽdus sit hospes, ex testimonio Auli Gellij. lib. 5. c. 13. vbi ait in hæc verba. Seniorum hominum, & Romæ nobiliũ, atque in morũ disciplinarũ veterum doctrina, memoriaq; præstantium disceptatio quædam fuit, pręsente atq; audiẽte me de gradu, atq; ordine officiorũ. Cumq; quęreretur quibus nos ea priorib9, potioribusq; facere oporteret, si necesse esset in opera dãdo, faciũdoq; officio, alios alijs anteferre non constabat. Conueniebat aũt facilè, constabatq; ex moribus pop. Rom. primum iuxta parentes locum tenere pupillos debere, fidei, tutelæq; nostræ creditos. Secundum eos proximum locũ clientes habere, qui sese itidem in fidẽ, patrociniumq; nostrum dederũt. Tum in tertio loco esse hospites, postea esse cognatos, affinesq;. Massurius autẽ Sabinus libro iuris ciuilis tertio, antiquiorem locum hospiti tribuit, q̃ clienti, & post primum locum tutelæ secũdum hospiti tribuit. verba ex eo lib. (teste Gellio) hæc sunt. In officijs apud maiores ita obseruatum est, primum tutelæ, deinde clienti, tum cognato, postea affini. & post Aulum Gellium vtramq; sententiam succinctè enarrat Blondus de Roma triumphante. lib. 5.

QVadragesimaoctaua consid. Hic scribi posset de medicina, cùm inter artes mechanicas ponat̃, autor est Ant. Floren. in prima parte suæ summę. tit. 1. c. 3. §. iij. vbi ait, ꝙ medicina corporis vel tuet̃, vel restaurat salutem. hæc continẽt occasiones, & operationes. Occasiones sunt sex. Aer circũdans nos, cibus & potus, somnus & vigilia, motus & quies, exinanitio & repletio, & accidentia animæ, i. passiones insurgentes. Operationes sunt intus, & foris. Intus, vt ea q̃ intromittuntur per nares, per os, per anum, ad excitãdas sternutationes, vomitationes, & purgationes. Foris vt sunt emplastra, incisio, & vstio. Et duplex est medicina, spiritualis, s. & corporalis. c. vlt. 29. di. Corporalis medicinæ p̃cepta diuinæ cõditioni contraria sunt: q̃a nec ieiunare, nec flere, nec similia sinunt. c. cõtraria. de cõsecr. dist. 5. vt scribit Luc. de Pẽ. in rub. de professoribus & medicis, libr. 10. Sed quia de eis dixi in p̃ced. par. in 24. consid. & hac part. in 3. & 28. cõside. ad ibi dicta de laude medicorum, & excellentia recurrendum est. & ad Erasmum in suo Encomio de laude medicinæ. Sed quia sub his cõprehẽdi possunt Aromatarij, Chirurgi. c. tua nos. de homicidio. & etiam dentarij: vt ait Franciscus de Ripa. in tract. de peste. fol. 75. versi. sed iam de salarijs medicorum. non tamen barbitonsores secundum gl. in c. 1. in verbo, cum de statu regulariũ. in 6. dicam statim. & ideo de eis pauca dicenda sunt. Etenim aromatarij honorandi sunt: quia quo ad medicinalia deseruiũt ad vitæ humanę cõseruationẽ: & est necessarium eorũ ministe-

nisteriũ ad esse seu cõseruationem,& sanitatẽ humanam,& quo ad alia ad bene esse: vt dicũt Antoninus Floren.in 3.part. suæ sum.tit.8.c.4.§.vj.& Bernard. de Bust.in 2.par.sui Rosarij.sermone 32.in 2.par.in litera Y.Et isti aromacopolæ,vulgò apud nos apotecharij dicuntur,& ꝓpriè sunt pharmacopolæ,seu vnguentarij qui vendũt medicinas,& vnguenta,aliasq; medicinas secundũ recepta medicorũ cõficiũt. vnde gloriantur in hoc, ꝙ Deus dictus sit vnguẽtarius. vt scribitur Eccl.38.ad principiũ. & per Io.de Turrecr. de consecr.dist.1.in proœ.nu.3.cum dicatur. Et appropians alligauit vulnera eius, oleum superinfundẽs,& vinũ.& habet Eccl.87.Sicut Deus creauit medicinalia. & Ecclesiastici eodem. Altissimus de terra creauit medicinam. ita & ipse primus autor extitit artis,& sciẽtiæ medicinalis,vt refert Antoninus Floren.3.par.suæ summæ,tit.7.ca.1.in princip.& de sapientia habetur Ecclesia.24. Quasi cinamomum, & balsamum aromatizans odorem dedi. Et myropola ẽt dicitur venditor vnguentorum.Et medicamentarius est qui medetur,seu qui morbis affert remedia.

Barbitonsores ẽt sub medicina cõprehenduntur, autor Antoninus Floren.in d.loco.§.7.& Bernar.loco suprà citato: quia ad medicinalia pertinet minutio sanguinis sedandi feruoris gratia, quæ phlebotomia dr̃.ideo propter vtilitatem quã afferunt reipub. & ẽt necessitatẽ creauerit Deus medicũ. Eccle.38.in principio.sed isti propriè sunt chirurgi,qui sunt medici vulnerarij, multũ necessarij & vtiles in republica: maximè in exercitu militari: & apud nos sunt in magno honore & pretio. Inter hos ẽt cõprehendunt obstetrices,q̃ medicinã exhibere vidẽtur.l.j.§.j.ff. de var.& extraordi.cognitio. & l.item si obstetrix. ff.ad legem Aquiliã.Plinius li.2h.c.7. Sotyrã & Salpẽ obstetrices facit,quarũ ẽt placita in quibusdã morborũ remedijs citat. idẽ libr.32.c.6. de Salpe meminit.Et dicũtur esse artis probatæ & fidei.tex.in l.j.circa principium.ff.de vẽtre inspiciendo.Et ibi Bar.qũo iurẽt. Quandoque tñ earũ manus & oculus fallitur.tex.in c.nec aliqua.27.q.j.c.pen.extra de ꝓba.c.fraternitatis.extra de frigid. Et tales obstetrices debẽt scire formã baptizandi,cũ ferè semp sint in partu fœminarũ, vt vbi eminet piculũ de vita infantis:& cũ necessitas suadet,baptizare possint.c.mulier,de cõsecra.dist.4.

Crederẽ, & fortè nõ incõsultè oẽs cuiuscũq; ordinis sub hac arte cõprehẽdi posse.Cũ ferè nullus ignarus & expers huiusce artis reperiat, saltẽ pro aliqua parte corporis. Cũ etiã Medicus dicat,q alicui parti corporis medicinã pbet. vt dicit Bar. in d.l.j.§.j.ff.de varijs & extraordi.cognitio. Ex quo euenit cũ semel quidã Aulicus ducis Mediolani,& q dẽ familiaris de suo fratre conq̃reret,quẽ medici nõ rectè curauerãt: vt ex eorũ ĩcuria,ne dicã fortè inscitia morbo ĩteriisset,petijt ab eo duce vnũ Carlinum impositionis sup vnũquẽque medicũ sui dominij, & ducatus Mediolani.qd & facile cõcessit dux, putãs deridere Aulicũ, cũ pauci essent medici: sed aliud in mente retinebat Aulicus. qm̃ tandẽ corã vno se finxit infirmũ dolore dentiũ,corã alio dolore ventris, & sic de alijs. & postremo oẽs reperit esse medicos: & vnusquisq, dedit ei aliquã medicinã ꝓ specie morbi, quo detineri & affligi asserebat, & ita plus exegit, q̃ cogitasset princeps.Idcirco cũ sit ars oĩb⁹ cõmunis, oẽs illã laudare debent,ne seipsos illã deprimẽdo vituperẽt.Maximè qui passi interdũ fuerint aliquã infirmitatẽ, si postmodo conualescant,infinita cõsilia dant. vñ Terẽn.

Dum conualuimus ægrotis recta consilia damus.

Quid autem de mangonibus,seu Hippoconijs(quos vulgo marescallos vocant)& alijs curantibus corpora brutorum, an dicantur medici? vide gl.in l.j.C.de excusatio.artificum.libr.11.Io.de Platea in l.cum te. C.de professoribus & medicis.libr.10.vbi ait eos habere excusationem à muneribus personalibus.

Et aduerte, ꝙ nõ solũ est licitũ laudare medicos, verum ẽt ipsi se laudare possunt, vt dicit Cardinalis, in c.ad aures.extra de ætate & qualitate. & Francisc. de Ripa in tractat.de peste.fol.75.versic.1.aduertant ad artis peritiam. vbi scribit quomodo liceat alicui se laudare.de quo ante in 1.par.in 59.cõsideratione.

QVadragesimanona cõsid.sit de venatorib⁹seu de arte venatoria, q̃, vt autor est Antoninus Flor. in 1.par.suæ summæ,tit.1.c.3.§.eod.numero.cõsistit in tribus specieb⁹, ferina,s.aucupio, & piscatura: sed ꝓpriè venatio ferina cõuenit nobilib⁹: plebeis aũt venatio aliorũ aĩaliũ.Et isti ꝓpriè apud nos sunt Macellarij:tñ ꝓ sordidis artificijs,& mechanicis reputantur. Macellarij verò dicunt, q̃ macellũ exercẽt,nõ solum carniũ,sed oĩum obsoniorũ, quinetiã panis, & frumẽti vẽditor,q̃ppe hæc oĩa in macello venũdabãtur.Varro.Duo sunt Orinthonis genera,hoc est auiariorũ.vnũ delectationis cã,alterũ fructus gratia,quo genere macellarij,& in vrbe q.dã habent loca clausa, & rure maximè cõducta, & sunt loca vbi mittunt ꝓpriè aues & gallinæ ad vendendũ,& distribuendũ: & magis extensè vbi nutriunt aĩalia ad eadẽ distribuẽda pro alimẽto ciuiũ & populariũ. Macellũ verò est locus quo venalia omnia, q̃ ad victũ humanũ ptinebãt,contrahebant: dictum Macellũ à Macello quodã viro,qui in vrbe latrociniũ exercebat,quo dãnato censores Aemilius & Fuluius statuerũt, vt in domo eius obsonia venderent, redactis in fiscũ eius bonis. Donatus à mactãdis pecoribus deriuat.Alij à macerãdo,quod pecora dum eo ducunt,ibiq; tenent, macerant.hinc dicti sunt macellarij,eo q̃d mactant carnes,& vẽdunt in illo loco publico ad hoc destinato. & de hoc scribit ad Cor.10.Omne quod venit in macello,mãducate. Et si qui artifices,aut negotiatores laudem & honorem consequi debeant ex communi vtilitate & necessitate quam afferunt reipublicæ, isti nullo pacto sunt prætermittẽdi absq; honore. Cum multum sint necessarij in republica, maximè eorum qui carnibus vescuntur, vt Alani, nõ autẽ ictiophasi,qui piscibus viuunt,apud quos piscinæ, & viuaria in pretio. Etiã q tales distribuunt carnes populo vocant visceratores, qm̃ carnis crudæ distributio visceratio dr̃,quæ fieri solebat antiquitus, vel in solẽni festiuitate,vel in funere alicuius excellentis personæ.

QVinquagesima cõsid.Cum in pced.cõsid.de materia venationũ tractatum sit,q̃ est frequentata apud nos,hic q̃ro primò an sit licita venatio, & quibus

bus personis. Et in hoc, vt breui absoluã, nõ isistẽdo in venatione quæ dr̃ hominũ oppressiua. Nec in venatione arenaria, de quibus scripsit Io. de Turrecra. in c. qui venatoribus. 86. d. Sed solũ in venatione, q̃ dr̃ saltuosa, q̃ est illa q̃ exercetur, & fit in syluis & saltibus interficiẽdo feras, vel aues: siue fiat propter necessitatẽ indigẽtiæ, vt cũ quis ex tali artificio sustẽtat, siue propter necessitatẽ violentiæ, vt cum quis venat feras vastantes fructus suos, vel pecora: quo casu, licitũ est oĩbus venari de iure ad lupos, apros, vrsos, & leones. l. vnica. C. de venatione ferarũ. lib. 11. siue fiat ꝓpter vtilitatẽ, vt carnes habeat in cibũ, vel pelles ad vestimẽtũ, siue pp recreationẽ. & licet oĩa ista gña venationũ, de quibus ante dictũ est, sint opera ad se indifferentia, & bene & male fieri possunt. Et dicit idẽ Io. de Turrecr. ĩ loco ante alle. ꝙ in laicis est licita, & licitè ab eis exerceri põt, dũ tñ fiat sine dãno & læsione ꝓximi. Ex quo primò fac cõclusionẽ sequẽtẽ, ꝙ venatio oĩbus laicis est pmissa, ita ꝙ licitũ est oĩbus laicis venari ad feras bestias, & fiũt occupãtis. §. feræ igitur bestiæ. cũ §. seq. ĩstit. de rerũ diuisione. q̃ tñ ĩ multis non hẽt locũ. de quibus scripsi in commẽ. nostris super cõsuetud. duca. Burgun. tit. *des forestz.* §. vij. ad quẽ recurre. & ad G. Bñd. in repet. c. Rayn. in verbo, & vxorem noĩe Adelasiã. à nu. 868. vsq, ad nu. 922. extra de testamẽtis. Et ĩter alia attẽde ad ea q̃ dicit, ꝙ cõsuetudo põt inducere, vt aliquib⁹ sit prohibita venatio. vt autor est Io. Fabri. in §. fi. instit. eod. de rerũ diuisione. Ex quibus idẽ Guil. tenet ibi, ꝙ in Francia ex generali consuetudine, & etiã ex prohibitione dñorũ agricolis est ꝓhibita, ne ab agricultura euocẽtur, aut diuertantur. Non. n. turbari debet, nec interrumpi agricultura. l. j. in principio. ff. de tigno iniuncto. Quod si fieret destrueretur, vel saltem diminueretur annonæ ꝓbitio, in detrimẽtũ boni publici. Ne ẽt ex sua venatione pecuniã lucraretur, ex qua fieret ab agricultura diuersio, quod fieri nõ debet, vt dicit Ioan. de Platea in l. domini. C. de agricol. & censitis, lib. 11. vbi ẽt dicit, ꝙ nec canes, nec aues ad venandũ debent habere agricolæ. & nõ solũ in Gallia est eis ꝓhibitũ, sed etiam alijs non nobilibus. vt est testis idẽ Guillielmus in loco ante alleg. nu. 917. Et cũ huiusmodi sit prohibitũ non possunt etiam venari: vt venationem captã domino, aut principi darent à quo manauit ꝓhibitio. l. j. C. nemini licere in frenis equestri. lib. 11. Quia omni causa caderent in pœnã ꝓhibitionis, acsi pro eorũ lucro proprio venati fuissent. ẜm Io. de Plat. ibi. Maximè vbi venatio artificiosa ꝓhiberet̃ p superiorem. Quia ẽt intelligeret̃ inhibita in apris & alijs feris iure permissis, vt prohibitio aliquid addat, & operetur. In signum cuius Domitius ꝓtor Romanus olim Siciliã regens, quia pastor quidã cõtrafecerat, & aprũ captũ ei obtulerat, ipsum crucifigi fecit, vt recitat Valerius. li. 6. tit. de seueritate. ꝓ quo facit, q̃a ex quo lex erat scripta, seruãda erat. l. ꝓspexit. ff. q. & à q̃bus manumissi libertatẽ nõ accipiũt.

Quomodo verò, & quando venatio sit clericis ꝓhibita, scribit Ioan. de Turrecremata. in d. c. qui venatoribus. 86. distinct. & toto titu. de clerico venatore. in antiquis. & per Guillielmum Benedicti in loco sæpe allegato. nu. 875.

Item etiam venatio non posset fieri per illos (licet habeant potestatem venandi) in alienis garenis, nec in alienis forestis, aut iurisditione alterius. vt p plura comprobat idem Guillielmus in sæpe dicto loco. nume. 869. vsq, ad nu. 875. Plures celebres venatores. nu. 33. laudat Text. in sua officina. in c. venatores. & ibi ait Mithridatem venãdi studio adeo intẽtũ fuisse, vt septẽ annis, neq; vrbis, neq; ruris tecto vteret̃.

QVinquagesimaprima cõsid. de piscatura tractat, & an sit licita. de quibus dic autore Ioan. de Turrecr. in c. qui venatorib. 86. dist. ꝙ piscatio quæ fit pp necessitatem, vt sunt illi qui de ea victum quęrunt, est licita. & dixit istã esse conclusionem Gregorij super Ioan. 21. c. vbi leguntur apostoli post Christi resurrectionem redijsse ad opus piscationis. quod idem dixit, si pp solatium adhibitis debitis circũstantijs. Imò ius, & facultas piscãdi nõ põt prohiberi per principes & dños, nisi in cõtrariũ sit consuetudo. vt dicit Io. Fabri. in §. flumina. instit. de rerũ diuisione. Quæ quidem est in Frãcia in multis locis, vt de hoc ẽt meminit Guido Papæ. q. 514. & dixi in cõmẽtarijs nostris super cõsuetud. ducatus Burgund. tit. *des forestz.* §. vij. Et duo sunt genera piscãdi, q̃ cõsistũt retib⁹, & hamo. vt ait Io. de Turrecr. ĩ c. est aliud. 24. q. 1.

Aduerte, quia vt autor est Blõdus, lib. 9. de Romã triumphante. fuerũt olim venationes, & piscationes in villis, ꝓut hodie multis in villis & vicis apud nos adhuc reperiuntur venationes: vt sunt ad lupos venatores, qui vulgò Luparij dicuntur. Hoc est qui capiunt lupos, & habent istud officium à rege, & percipiunt pro lupo capto certum quid à singulis habitatoribus loci, vbi capitur, vsq; ad certas metas, & loca huiusmodi collectæ subiecta.

Qui verò olim habuerint piscinas celebres, scribit Tex. in sua officina. in c. piscinarij. Piscinarij verò dicunt̃ qui piscinas hẽnt refertas piscib⁹, easq; magno studio curãt. Ostrearũ viuaria primus oĩum Sergius Orata ĩuenit, optimũq; saporẽ Lucrinis adiudicauit.

Licinius Murena reliquorũ pisciũ viuaria primus instituit. Lucullus ad pisciũ receptacula montẽ excidit iuxta Neapolim, maiore impẽdio q̃ villã ædificauerat, admisso mari. Varro scribit. M. Catonem Vticẽsem, cum hæres testamento Luculli seu Lucilij esset relictus, pisces de piscina eius xl. milib. vẽdidisse. Murenarũ viuaria excogitauit C. Hirtius, qui cœnis triũphalibus dictatoris Cæsaris sex millia murenarum mutua appendit, & dedit in pondus.

Vedius Pollio cũ Piscinas magno studio coleret, solebat seruos occidere, eosq; piscibus vorandos ꝓbere: vt hominum cruore pasti, delicatiores essent.

Curauit & piscinas Hortensius orator, murenam adeo dilexit, vt mortuã multos dies atratus fleuerit.

Antonia Drusi murenæ, quam diligebat, inaures, hoc est ornamentum ex aure dependens addidit.

Coclearũ viuaria primus instituit Fului⁹ Hirpin⁹.

Aliquos recitat piscatores Text. in sua officina. in c. piscatores. quos laudat ibi. Et, vt autor est Hieron. in Ps. 82. & recitatur in cap. Esau. 86. distinctio. Non inuenimus in scripturis sanctis sanctũ aliquẽ venatorem

torem piscatores inuenimus sanctos. Nã ecclesiastici dicũt Petrũ apost. oĩum põtificum primũ fuisse piscatorẽ ꝓfessione. Itẽ Andræã eius fratrẽ. Itẽ Iacobũ Zebedæi & Ioan. fratres, vt scribit Matt. 4. Marc. & Lucæ 5. Et dr̃ in scripturis sanctis, hoc est in veteri, & nouo testamẽto, vt exponit Io. de Turrec. ĩ d. c. Esau. ꝓpter Eustachiũ & ẽt Hubertũ, q̃ fuerũt venatores.

QVadragesima secũda cõsid. erit de arte theatrica q̃ consistit in ludis, & sic in artificibus huiusmodi ludos exercentibus, q̃ inter tales sunt extollendi, & laudãdi: & ista ars theatrica continet ludos diuersi generis, vt ait Antoninus Flo. in 1. par. suæ summæ. tit. 1. c. 3. §. iij. de quibus ẽt p F. Patritium. libr. 2. de institutione reipublicæ. tit. 8. vbi ẽt originẽ ludorũ, & genera illorum scribit, q̃ sunt quatuor. s. Ludi gymnici, Circenses, Gladiatorij, & Scenici. Nã ludus gymnicus est qñ fit luctatio nudo corpore, & exercetur ĩ gymnasio. & illius quinq; sunt genera, s. Saltus, cursus, iactus, virtus, atq; luctatio. dr̃ aũt hic virtus, immensitas virium in labore, & pondere corporis.

Aut verò ludus, teste eodẽ Anto. Floren. dr̃ Agõ, & fiebat in quodam loco Romæ, qui circus Flaminius dicebat, & exercebat per modũ certaminis, aut belli. Et agonũ genera fuerũt cursus, celeritas, sagittãdi peritia, stãdi patiẽtia, ad citharã quoq;, & tibias ĩcedẽdi gestus, decãtãdi modulatio, terrestris quoque & naualis perpetiẽdorumq; suppliciorũ certamina.

Aut circensis, & circenses ludi dicti sunt à circũeundo, vt dicit Ant. Floren. loco ante allega. Textor verò in sua officina ĩ c. ludi, & spectacula diuersa ait. ludos circenses factos fuisse in circo, vbi loca erãt, & subsellia equitibus, patribusq; designata. Primus circum designauit Tarquinius Priscus.

Aut verò ludus est Scenicus. Scena aũt eodem Anto. Floren. autore: locus est intra theatrum in modũ domus instrata cũ pulpito, vbi cãtabãt comici, & tragœdi, saltabãt histriones & mimi: hodie in Christianitate ad formã huius domus ĩ cõuẽtu religiosorũ, maximè in loco qui dicitur refectoriũ solent similia loca fieri, vbi cantatur aut legitur aliquid alta voce in laudẽ Dei, dũ religiosi prandẽt. Blõdus li. 2. de Roma triũphãte, dicit ex Placido grammatico scœnam esse camerã hinc inde cõpositã quæ in vmbræ locum in theatro erat, in quo ludi actitabant. Itẽ Scenã dici arborũ in se incubantiũ quasi concameratã dẽsationẽ, vt subterpositos tegere possit. Itẽ Scenã vocari cõpositionẽ alicuius criminis, q̃ digna sit agi ĩ theatro exclamationibus tragicis. Vlpianus autem iurisconsultus in lege, qđ ait prætor. §. ignominiæ causa. ver. scena autẽ est, vt Labeo diffinit: q̃ ludorũ faciendorum causa, quolibet loco, vbi q̃s cõsistat, moueaturq;, spectaculũ sui p̃bitur, posita sint ĩ publico, priuatoq;, vel in vico: quo tamẽ loco passim hoĩes spectãdi causa admittantur. ff. de his qui notantur infamia. Et, vt ibi declarat Accursius. Scœna est obũbratio cortinarũ vel pãnorũ, q̃ posita sunt ĩ publico, vel priuato loco. Et dicitur scena à scenõ secũdũ Accursium, quod est chorda: q̃a ioculatores faciũt ire caballos p chordam: & teste Blõdo eodẽ loco, & lib. 3. de Roma instaurata. post Cassiodorũ. theatrum, Græca appellatione, visoriũ interpretatur, ꝙ turba conueniẽs eminus videat, & videat. Et scenã theatri frõtẽ binis pluribus ve cõtignationibus cõstratã, in q̃bus histriones recitabãt, mimiq́, mirmilones & cæteri ludi varios ludos gesticulationesq; edebãt. In scena aũt cũ hemicicli formã haberet gradus sediliaq; fuere, de quibus primarij magistratus, honoratioresq; spectarent, eorumq; sedilũ pars intima. Et ad hæc loca ostẽdẽda debent esse officiarij in ciuitate, q̃ dicunt designatores, de q̃bus est tex. ĩ l. athletæ. ĩ prin. ff. de his q̃ notãtur infamia. Instituti fuere huiusmodi ludi ob pestilẽtiã accitis ex Hetruria ludionibus ad tibicinis modos saltantibus. Qualiter tñ oẽs ludi scenici fierent, difficile esset docere, vt vtar verbis Blõdi in d. lib. 2. ꝙ singulis penè vicibꝰ ex histrionũ ĩgenio ac ĩdustria variarent, & satis cõstat oẽs fabulas à Plauto, Terentioq; & alijs comicis fictas in scena, & theatro ab histrionibus, eorũq; ministris p̃sonatis deorũ cultui spectante populo fuisse actas. Ludi scenici fiebant in theatris, venationes & gladiatorij in amphiteatris.

Aut verò (insequẽdo ordinẽ Anto. Floren. in hac re) est ludus gladiatorius: &, vt ait, gladiatores pugnabãt in amphiteatro, & dixi ante ꝓximo loco. Illic iuuenes vsum armorũ diuerso modo discebãt, & modo iter se pugnis aut gladijs, mõ circa bestias intẽdebãt. hodie apud nos hm̃oi ludi p nobiles exercẽtur, & fuerũt primo instituti à Torniamine, vt autor est Blõdus loco p̃allegato, vt & instituti iuuenes in hoc exercitio armorũ (qñ res postularet) assuescerẽt: nõ etpauescere cõgressum hostilẽ, vulnera, ferrũ, aut sanguinẽ. Et adhuc hodie ĩ multis ciuitatibus sunt magistri huius artis, q̃ docẽt artẽ gladiatoriã. Et ordo inter istos erat, q̃m primi erãt equites equis albis, signisq; militaribꝰ ĩ honorẽ Martis. Secũdi ĩ honorẽ Neptuni, quẽ ĩ bello nautico ĩuocabãt. Tertij secutores dicebantur, ꝙ rhetiarios insequerẽtur, & ad honorẽ Vulcani pugnabãt. Quarti erãt laquearij, deinde pugiles & alij hm̃oi, de q̃bus p eũdẽ F. Patritiũ. li. 2. de institutione reipub. tit. 8. Gladiatorũ spectaculũ fuit, autore eodẽ Blõ. lib. 2. de Roma triũphãte. nõ ex eo genere hominũ, ex quo lanistas cõparare mos est seruorum, qui sanguinẽ venalẽ habet. Volũtaria oĩs, & gratuita opera pugnãtiũ fuit. Nã alij iussi à regulis suis, ad specimẽ ĩsitæ gẽti virtutis ostẽdẽdũ. Alij ꝓfessi se pugnaturos in gratiã ducis. Alios æmulatio, & certamẽ: vt ꝓuocarẽt ꝓuocatiuè, aut abnuerẽt traxit q̃dã q̃ disceptãdo cõtrouersias finire nequerãt aut noluerãt, pacti iter se vt victorẽ res sequerẽt: ferro decreuerũt neq; obscuri gñis hoĩes, sed clari illustresq;. Et de gladiatoribus habemꝰ. l. vnicã. C. eo. ti. li. 11. vbi duella & torneamenta ꝓhibẽtur. itẽ nec pugna ferarum.

Sed nũquid huiusmodi lusores siue alij quicunq; sint, laudandi veniant. Nõ est dubiũ, ꝙ illi qui fiunt causa mercedis, ita ꝙ fiant ludibria personarum, tales ludi sunt reprobati, & non solum sunt vituperandi, imò ẽt infamia notant, vt dicit tex. in l. athletæ. ff. de his qui notãtur infamia. Ludicros & Scenicos actores censũra dãnauit nota, vt improbos mẽte, & nihil hoĩes. Propterea Labienus eques excusauit sese per epigrammata à Cæsare coactum, in histrionica inuitum

tum descẽdisse. Nero eã ob causam infamis habitus est: hodie apud nos sunt de hmõi lusoribus histriones, & mimi, & alii dicti scenobates, abateleurs, in vulgari. Hos tñ histriones nõ esse infames, sed eos laudandos dicit Blondus eodẽ lib. & lib. 3. de Roma restaurata. imò olim erant stipẽdiati de publico. Habebant. n. mercedem diurnam mille denarios sine gregalibus. Et Esopus ex histrionico quæstu ducenties sestertiũ filiis reliquit. & Roscius vir doctus, librum scripsit quo eloquentiã cũ histrionia cõparuit. Qui uerò amœnitatis causa prædictos ludos faciunt, sunt laudandi & extollendi: qm̃, vt ait Blondus dicto loco. Ludi qua causa fuerint instituti, Cicero legum primo, etiam Platonis autoritate ostendit: erat. n. lex de ludis, talis. Ludi publici, ꝙ sine curriculo & sine corporum certatione fiãt, popularem lætitiã cãtu, & fidibus, & tibiis moderanto. Eaq; cum diuino honore iunguntо. Assentiorq; Platoni (vt ait Blõdus.) Nil tam facile in animos teneros atq; molles influere, q̃ varios canendi sonos: quorum vix dici posset, quãta sit uis in vtranq; partẽ, nãq; & incitat languentes, & lãguefacit excitatos, & tũ retrahit animos, tũ contrahit. De ludorũq; laudibus Cicero ꝓ Murena hæc habet. Nunquid ego dicã populũ ac vulgus imperitum ludis magnopere delectari, minus est mirandũ. Quã quã huic satis est, sunt enim populi ac multitudinis comitia, quare si populo ludorũ magnificentia voluptati est, nõ est mirãdũ, eum l. Murenæ apud populũ profuisse. Quid tu admiraris de multitudine idocta? Lucius Otho, vir fortis equestri ordini restituit non solũ dignitatẽ, sed etiam voluptatẽ. Itaq; lex hæc quæ ad ludos pertinet, est omnium gratissima, ꝙ honestissimo ordini cũ splendore fructus quoq; iocũditatis est restitutus. Et ideo de his habemus plures leges tã in titulo de spectaculis & scenicis li. 11. C. Imò dicit tex. in eo loco in l. nemo. ꝙ festiuitates in cunctis oppidis non debent impediri: quã etiam in titulo de expensis ludorum. ibi, & etiã de mayuma. & in vltima rubrica trium librorũ. C. & in pluribus aliis locis. C.

Nõne etiam ex veterũ monumentis prodit summos viros, & multa laude ꝑsignes lusu nõ abstinuisse? Nam Herculem illum portentorũ domitorem Iouis & Alcmenæ filium ferunt, cum puerulis sæpius collusisse, eoq; modo curas animi remisisse.

Ab Alcibiade quandoque deprehensus est Socrates cum Lamprocle infantulo colludens.

Agesilaus cum filio arundinem equitabat, qui puerulis mos est, alludente Horatio.

Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Tarentinus Architas cũ pueris de famulitio lusu agitabat, hisq; oblectabatur plurimũ, dum agitaret conuiuia. Volaterranus ait Cosmũ Medicẽ iam senẽ & patriæ Principẽ nepotibus paruis collusisse: & ex his cuidam auenã in medio foro aptasse: vt autor est Textor in loco ante allegato. vbi diuersos ludos & varia spectacula scribit, maximè omniũ ludorũ, seu spectaculorũ & certaminũ. Apud Græcos ꝓcipua, & celebratissima quatuor fuerũt gña. Olympia, Pythia, Nemea, & Isthmia: quorũ ꝓmia, & honores magni cõstituti erãt victorib⁹, Athletis Oleaster seu corona oleagina, Laurus, Apiũ, & Pinus. Fiebantq; in honorẽ Pelopis, Apollinis, Archemori Ligurgi filij, & Palemonis: licèt aliqui ad Iouẽ & Neptunũ Olympia, & isthmia referant. Vnde Statius in li. j. Thebaidum.

Non aliter quàm pisæo sua lustra tonanti
Quum redeunt.

Nã quinto quoq; anno in honorẽ Olympii Iouis celebrabantur, quos constituit Hercules apud Heliden & Pisam Græciæ oppida.

Apud Romanos verò quatuor erant ludi Megalẽses, funebres, plebei, & Apollinares: & de aliquibus scripserunt prædicti.

Augustus vero, vt scribit Sueto. spectaculorum assiduitate, & magnificentia omnes antecessit. & Domitianus spectacula edidit magnifica & sumptuosa. De his & pluribus aliis scripsit Textor in loco ꝓdicto. & Blõdus libro 3. de Roma instaurata. & libro secũdo, de Roma triumphante.

Inter alia spectacula q̃ fuerũt in tota Gallia, & ẽt Europa à multis annis edita, nõ fuit excellentius eo qđ fuit factũ in hac ciuitate Heduen. anno. 1516. in honorẽ diuinæ maiestatis, necnon diui Lazari nostrę ciuitatis & dięceseos patroni. Cui⁹ vita ꝑ spectacula & ludos theatrales, ita ostensa fuit: vt nihil excellẽti⁹ videri aut dici queat. Fuit enim constructũ theatrũ ligneũ & rotũdũ, mira arte, & sumptuositate, in quo erant ducentũ, & quadraginta cameræ omnino distinctæ: vt qui in vna positi erant ad aliã non potuissent accedere, & qui in superioribus sedebãt, nec nocere his q̃ in inferioribus cameris erant potuissent: vt amplè in sequẽti parte, in 66. cõsideratione dixi, vbi de excellentia theatrorũ videre poteris.

Quicquid sit licèt ludis gladiatoriis, & sic torneamenta de iure canonico videntur esse prohibita. vt scribitur in tit. de torneamẽtis. extra & ẽt iure ciuili, vt ante dixi. tñ cũ ars militaris sit vnicuique populo & reipublicæ multum necessaria, vt ante scripsi in 9. parte in principio, q̃ cõmodè exerceri nõ potest sine arte gladiatoria. Ideo crederẽ tales artifices docentes ĩ ciuitatibus huiusmodi artẽ seu ludos gladiatorios esse recipiendos, & in oppidis instituendos: vt armis iuuentutẽ exerceant, & iis iuuenes assuefacti minus hostes timeãt, nec vulnera aut sanguinẽ abhorreãt. q̃ rõ nos docuit temporibus elapsis vtile fuisse, iuuẽtutẽ Heduorũ esse institutã atq; exercitatã ĩ armis, ad incursiones & deprędationes illorũ furciferorũ (quos vulgo auãturerios vocant) euitandas, & reprimẽdas, nec aliàs nisi armis resistendũ erat. Ex quo dico vtile esse in ciuitate, imò quasi necessariũ, ut sint tales qui doceãt artẽ gladiatoriam in omni genere armorũ. Et ferè in tota Gallia tã ĩ ciuitatibus, oppidis & aliis locis obseruatur, vt sint certæ societates sagittariorũ & iaculatorũ, qui se exercent circa artẽ sagittariam. & singulis annis ĩ mẽse Maio fit certa congregatio, seu certamen inter eos, vt qui vincat deiiciendo signum alicuius auis ictu sagittæ, quod solet fieri & dici sub specie psitachi, dr̃ rex sagittariorũ ꝓ illo anno, & priuilegiat̃, & in hoc honorat̃, qa efficit̃ immunis a subsidiis, collectis, & impositionibus ciuitatis, & vocat̃ rex sagittariorũ ad illiciendum iuuenes, vt artẽ illam

discant, ita q̄ si respublica indigeat armis, sint exercitati hoc genere armorum: & isti sunt laudandi & extollēdi inter plebeios, ꝓut milites īter alios cū ī hoc magis appropinquant statuti militari q̄ alii artifices.

Et inter istos etiā dicere cōprehendi potuisse eos qui docent ludum gladiatoriū; qui dicuntur vulgo (maistres de scrymen) quia sunt vtiles reipublicæ & quasi necessarij. Imò etiā officiarij ciuitatis deberent cogere iuuenes dieb⁹ feriatis, vt hāc artē addiscerēt, & habere penes se arma bellica, q̄ aliàs ī ista ciuitate Heduēn. fuit obseruatū. Et quantū ad hāc artē theatricam (cum non sępe apud nos frequētetur) sufficiat pauca attigisse: prout ad rem faciunt, & an tales īter artifices sint honorandi, & laudandi.

Ad eos verò q̄ dn̄r athletæ, pugiles, & palęstritæ aut gladiatores, aut histriones, & actores, seu sagittarii, & iaculatores, vos remitto ad Textorē ī sua officina ī locis antè allegat. & ad capitula athletæ, pugiles, & palęstritæ. Itē gladiatores. Itē histriōes, & actores. Itē sagittarii & iaculatores peritissimi. & de pluribus his ponit Blondus in locis antedictis.

Non tamen est omittendum, q̄ hodie apud nos etiam sunt quædam spectacula permissa, vt dicit Ioānes de Platea in l. vnica. C. de athletis. lib. 10. vt sunt spectacula, & ludi honesti, q̄ fiunt in scena, vbi ludūt tragœdi & comœdi tragędias, vel comœdias recitantes, & tales populo ꝑmittunt. Et in talibus senatores ꝓbent officiū suum, vt dixit tex. cū gloss. 1. in l. 1. C. de spectaculis. lib. 11. Sicut videmus, q̄ dn̄i de parlamento Parisien. præstant autoritatē suā in festo Regum & aliis q̄bus solēt ludi theatrales, tragędiæ, aut comœdiæ, exerceri, & recitari, & ꝑ eos approbantur: cum fiunt ad honorem, & decorē ciuitatis, & ad populi recreationem & publicam lętitiā. Et quomodo in illam causam potest legari, & q̄ ludi sint permissi, scribit Surgetus ī suo libello, q̄ enchiridion militaris disciplinæ dicit. Et Angelus de Cla. in sua summa: in verbo, ludus. quorū dicta non repeto, q̄a nō est præsentis speculationis. Et quod possit relinq̄ legatū ꝓ ludis in ciuitate faciendis, tenet glo. in verbo ludos. in l. ciuitatibus. ff. de leg. primo. q̄ ponit casum cū relinquit recitātib⁹ versus vel comędias in scena, ꝓut fecit q̄dā domina Tholosana. vt dicit Gulielmus Benedicti in repetitione. c. Raynutius. in verbo, si absq; liberis. 2. in fideicōmissaria substitutione. nume. 12. extra de testamentis.

QVinquagesimatertia cōsideratio. In arte theatrica etiam sunt, qui dicuntur saltatores, q̄ an sint laudandi videamus. Et vr̄ quòd sic, ex quo saltatio laudatur, & apud nos satis visitata est. cum sæpe iuuenes in ludis saltatoriis se exercent, en morisques vulgo, & tripudiis q̄ ī ciuitatib⁹ ꝑmittunt fieri. Veteribus verò non fuit, nec etiā contēptibilis esse debet ex multis. vt autor est Cęlius lib. antiquarū lectionū 3. c. 3. quoniā in primis apud antiquos nullæ ceremoniæ fiebant, quibus non adhiberet saltatio: quæ res eo grauior vr̄, q̄ à magnis profecta autotibus videatur, Orphęo videlicet ac Musæo, qui vt honestissimū quiddā sanxisse traduntur cū rhythmo initiari, & saltatione. Quo factū est, ut qui mysteria prodidissent eos dicerēt pleriq; desaltasse. In Delo sacrum null, fiebat absque saltatione ac musica, vt plene ibi declarat Cęlius & Protea. Item Apollinem & Iouē fuisse saltatores ait. Et legitur 2. Regum 6. Quod Dauid cytharam, psalterium, & organa ꝑcutiens, ante archam domini saltabat, & recitat in ca. vt cognouerūt, versicu. quomodo charitatē nō habeat. qui irrisus à Michol filia Saul. de pęni. distin. 2. Propterea Socrates hanc esse ꝑdiscendā voluit, veluti multū insit venustatis in apto, cōcinnoq; motu, & corporis formatione cōposita, nec erubuit iam ætate grādis iter disciplinas serias haberet saltationē. Cæterū, inq̄t Pla. 2. legū. reliq̄ animantes sensu ordinis, ordinationisq; suorū motuū vacāt, q̄bus bene cōpositis nomē iditū est numeri & cōcētus. Dei aūt sensum numerosum, concinnū, suauē, & piucundū nobis dederunt. Modulos, saltandiq; genera docuere. Itaq; primā eruditi rationē effici musarū & Apollinis opera clarū est. Ineruditūq; hominē esse, qui choreę musarū expers sit. Eruditū verò qui compos eius sit. Totumque id genus in cohreā, saltationemq;, & cātū distribui declaratur. Vnde fit, vt q̄ bene eruditus est, bene cantādi saltandiq; peritiā habeat. Ex quibus deniq; omnibus liquet saltationē, nullo modo facilium, expositorumq; artificē videri, imò (vt graues volunt autores) disciplinarū excellentiū apicem attigit, non musicæ modo, sed & rhythmices & geometriæ: ī primis verò phylosophiæ, tū physices, tū ethices, sed nec theorices cognoscit ignarus: quatenus mores īdicat & affectus, quos rhetores permonent: verū nec à graphica seponit, aut plasticę, quoniā harū concinnitatem, eurhythmiāq; sibi vendicat, sed in primis memoriā ꝑcellens in saltatore exigit. Imò verò iuxta Calcantem Homericū, scire saltatorē oportet quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahātur, vt nihil ꝑrsus eū lateat. Caput aūt summaq; saltationis est, Imitationis scientia eorū quæ conceperit, enunciatrix obscurorū latentiumq; illustratrix. Et quod de Pericle ꝓnūciauit Tucydides. excellens est saltatoris laus nosse q̄ deceat, & idipsum posse explicare. Quoniā verò imitatrix est saltatio prima ī ea virtus perspicuitas, q̄ in oratore desideratur in primis, vt eorū quæ exprimūtur gesticulatione ac motu, tanta sit claritas, ut nullis prorsum sit opus interpretibus.

Apud Lacedęmonios (qui īter Græcos diu habiti præstantissimi sunt) saltādi studiū, nō erat incelebre, quando ephebi non accuratius q̄ saltationem discebant. Ab Castore & Polluce acceperant. Cariatissare, species ea saltationis erat, vocabulo à Cariis ducto, quæ est in Laconia ciuitas. hactenus Cęlius: vbi & in ca. 4. saltationum species & partes plures scribit: & cum his pars vndecima finem sortiatur.

Vndecimæ partis Catalogi Gloriæ Mundi, Finis.

DVODECIMA

DVODECIMA ET VLTIMA HVIVS LIBRI PARS, CENTENARIA ERIT;

CENTVM ENIM CONSIDERATIONES CONTINET, concernentes diuersarum rerum materias,& laudes illarum.



INcipiendo à dignioribus, erit prima cõsideratio de dignitate diuina, cuius tãta est excellẽtia, ꝙ mẽs de deo cogitãs deficit, cũ sit.n.ipse incõpræhensibilis. Sensus.n.nõ pcipit, cũ sit inuisibilis. Lingua ipsum nõ explicat, cũ sit ineffabilis. Locus eũ nõ capit, cũ sit icircũscriptibilis. Scriptura eũ nõ explicat, cũ sit inæstimabilis. Tempus eũ nõ mensurat, cum sit immensurabilis. Vir tuseũ nõ attingit, cũ sit inaccessibilis. Desideria & vota transgredit, cum sit insuperabilis, vel incõparabilis. & breuiter omnis creatura ad Deum comparata defectũ habet: quia finiti ad infinitũ nulla est proportio. Quo modo ergo illum laudare potero? Et in hoc primò, dicam cum Augustino in suis soliloquiis.c. 10. Vnde hoc mihi domine, vnde mihi laudes ad laudandũ te? Sicut fecisti me sine me, sicut complacuit ante te, ita laus tibi est sine me, sic vt complaceat ante te. Ante te domine laus tua tu ipse es, laudent te opera tua secundum multitudinẽ magnitudinis tuæ. Laus tua domine incomprehensibilis est. Corde non comprehenditur, ore non mensuratur, aure non percipitur, quia ista transeunt, & laus tua domine manet in æternum. Cogitatio incipit, & cogitatio finitur, vox sonat, & vox transit, auris audit, & auditus desinit. Laus verò tua in æternum stat. Quis ergo est qui te laudet? Quis homo annũciet laudem tuam? Laus tua perpetua est, transitoria non est. Hic te laudat, qui te ipsum & laudẽ tuã credit. Hic te laudat, qui te ipsum noscit in tua laude non posse pertingere. Laus perpetua quæ nunquam transit. In te est laus nostra, in te laudabitur anima mea. Nõ nos laudamus te, sed tu te, & per te, & in te: nobis etiam est laus in te. Tunc veram habemus laudem, quando à te habemus laudẽ: quando lux approbat lucem, quia tu vera laus tribuis veram laudem. Quotiẽs ab alio quàm à te quærimus laudem, totiens tuam amittimus laudem. Illa transitoria est, sed tua æterna. Si transitoriam quærimus, æternam amittimus laudẽ. Si æternam volumus, transitoriam non amittimus. Laus æterna domine deus meus à quo omnis laus, sine quo nulla est laus, non valeo laudare te sine te, habeam te, & laudabo te. Quid enim ego sum domine, per me, vt laudem te? puluis & cinis ego sum, canis mortuus & fœtens ego sum, vermis & putredo ego sum. Quis ego sum, vt laudem te domine deus fortissime, spiritus vniuersæ carnis, qui inhabitas eternitatem? Nunquid tenebræ laudabunt lucẽ, aut mors vitam? Tu lux, ego tenebræ: tu vita, ego mors. Nunquid vanitas veritatem laudabit? Tu es veritas, ego homo similis factus vanitati. Quid ergo domine laudabo te? Nunquid miseria mea laudabit te? Nunquid fœtor laudabit odorem? Nunquid mortalitas hominis, quæ hodie est, & cras tollitur laudabit te? Nunquid laudabit te homo & filius hominis vermis? Nunquid laudabit te domine qui in peccatis conceptus, est, & natus, & nutritus? Non est enim speciosa laus in ore peccatoris. Laudet te domine deus meus incomprehensibilis potẽtia tua, incõscriptibilis sapientia tua, & ineffabilis bonitas tua. Laudet te supereminens clementia tua, superabundans misericordia tua, sempiterna quoque virtus, & diuinitas tua. Laudet te oĩpotẽtissima fortitudo tua, summa quoque benignitas tua, & charitas tua, propter quã creasti nos domine deus vita animæ meæ. Hæc Aurelius Augustinus loco supra allegato. Laudet te tamen dominũ deum omnes angeli, & virtutes tuæ, laudent te sol & omnes stellæ & lumen, & omnis spiritus laudet te, & dicat laus, gloria, & virtus sit in domino deo nostro: ꝓut dicebat vox magna turbarũ multarum audita per Ioannem, vt habetur Apocal. 19. & habetur primæ ad Thi. 1. Regi seculorum immortali, inuisibili, soli Deo honor, & gloria. Sybilla Erithrea etiam præcepit, cum honorari. Cum dicat omnium nutritorem creatoreq́;, qui dulcẽ spiritum omnibus apposuit, ac Principem omnium Deorum fecit, cum dedit Deus fidelibus viris honorare.

Et licèt etiam de huiusmodi gloria, laude, & honore Deo attribuẽdis dictũ sit suprà in 3. parte, in j. cõsideratione:

tione: tamen vltra prædicta, q adorandus, magnificādus, laudandus, & honorādus sit ex pluribus sacræ scripturæ autoritatibus cōprobatur. vt ex sequentibus patet, propter eius sapientiam, bonitatem, iustitiam, & potentiam, & alia innumerabilia.

Ipse.n. deus creauit cœlum & terram, cum omni ornatu eorum, vt habetur Gene. 1.

Ipse dominus est omnipotens. Gen. 17.

Ipse est dominus, cuius non possumus resistere voluntati. Gene. 50.

Ipse est dominus deus meus, qui facit magna, & inscrutabilia, & mirabilia absque numero.

Qui dat pluuiā sup faciē terræ, & irrigat aqs vniuersa.

Qui ponit hūiles ī sublime, & merētes erigit sospitate.

Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum quod ceperant.

Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat, vt habetur Iob 5.

Qui sapiens corde est, & fortis robore.

Qui transtulit montes, & nescierunt hi quos subuertit in furore suo.

Qui cōmouet terrā de loco suo, & colonos ei⁹ cōcutit.

Qui præcipit soli, & non oritur, & stellas claudit quasi sub signaculo.

Qui extēdit cœlos solus, & gradit super fluctus maris.

Qui fecit arcturū, oriona, & hyadas, & interiora austri.

Qui facit magna, & incōprehensibilia, & mirabilia, quorum non est numerus.

Ipse est dominus deus apud quem est fortitudo, cuius iræ nemo resistere potest, & sub quo curuantur qui portant orbem. vt describitur Iob 9.

Qui excelsior cœlo est, profundior inferno, longior terra mensura eius, & latior mari.

Si subuertit omnia, vel in vnum coarctauerit, quis contradicet ei, vel quis dicere ei potest, cur ita facis? Iob 10. Nam quis resistit ei, & pacem habuit? Iob 9.

Ipse est in cuius manu est anima omnis viuentis, & spiritus vniuersæ carnis hominis.

Apud ipsum est sapiētia, & fortitudo, & ipse habet consilium & intelligentiam.

Si destruxerit, nemo est qui ædificet, si incluserit hominem, nullus est qui aperiat.

Si cōtinuerit aquas, omnia siccabuntur: si emiserit eas, subuertent terram.

Ipse nouit & decipientem, & eum qui decipitur.

Qui adducit consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem.

Qui baltheū regū dissoluit, & pcingit fune renes eorū.

Qui ducit sacerdotes inglorios, & optimates supplātat.

Cōmutans labiū veraciū, & doctrinā senum auferēs.

Qui effundit despectionem super principes, & eos qui oppressi fuerant releuans.

Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem vmbram mortis.

Qui multiplicat gentes, & perdit eas, & subuersas in integrum restituit.

Qui immutat cor principū populi terræ, & decipit eos, vt frustra incedant per inuium.

Palpabunt quasi in tenebris, & nō in luce, & errare eos faciet quasi ebrios. vt scribitur Iob 12.

Ipse est Deus qui fecit spiramentum.

Ipse est coram quo nudus est infernus, & nullū est operimentum perditioni.

Qui extendit aquilonem super vacuum, & appendit terram super nihilum.

Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum.

Qui tenet vultum solij sui, & extendit super illud nebulam suam.

Qui terminum circundedit aquis, vsque dum finiantur lux & tenebræ.

Ipse est ad cuius nutum columnæ cœli contremiscunt, & pauent.

Ipse est in cuius fortitudine repente maria congregata sunt, & prudentia eius percussit superbum.

Ipse est cui⁹ spirit⁹ ornauit cœlos, & obstetricāte manu eius eductus est coluber tortuosus. vt habet Iob. 26.

Ipse est deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus.

Quis poterit scrutari vias suas, aut quis audet ei dicere, operatus es iniquitatem?

Ipse est deus magnus vincens scientiam nostram.

Ipse est cuius numerus annorum inæstimabilis.

Qui aufert stiuas pluuiæ, & effundit imbres ad instar gurgitum, qui de nubibus fluunt, quæ prætexunt cūcta desuper.

Qui si voluerit extēdere nubes quasi tentorium suum, & fulgurare lumine suo desuper, cardines quoque maris operiet, vt scribitur Iob. 36.

Qui facit magna, & inscrutabilia.

Qui præcipit niui, vt descēdat in terram, & hyemis pluuijs, & imbri fortitudinis suæ.

Qui in manu omnium hominū signat, vt nouerint singuli opera sua.

Ipse magnus fortitudine & iudicio, & iustitia, & enarrari non potest. Iob. 37.

Qui posuit fundamenta terræ, & eius mensuras.

Qui tetendit super eam lineā, & bases eius cōsolidauit.

Ipse est quem laudant astra matutina, & ante quem iubilant filii Dei.

Qui conclusit ostiis mare, circūdans illū terminis suis, posuit vectē & ostia: & dixit hucusq; venies, & non pcedes ampli⁹, & hic cōfringes tumētes fluct⁹ tuos.

Qui auroræ locum suum ostendit.

Qui concussit extrema terræ, & excussit impios ex ea.

Qui ingressum est profundum maris, & in nouissimis abyssi ambulauit.

Ipse est cui apertæ sunt portæ mortis, & ostia tenebrosa vidit.

Ipse dominus considerauit latitudinē terræ, qui nouit in qua via habitat lux, & tenebrarum quis locus sit: vt ducat vnumquodque ad terminos suos, & intellige semitas domus eius.

Qui scit quando nasciturі sunt homines, & numerus dierum eorum nouit.

Qui ingressus est thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexit, quæ præparauit in tempus hostis in diem pugnæ & belli.

Qui scit per quam viā spargitur lux, & diuiditur æstus super terram.

Ipſe dñs dedit vehemẽtiſsimo imbri curſum, & viã ſonãtis tonitrui: vt plueret ſup terrã abſq; hoĩe ĩ deſerto, vbi nullus mortaliũ cõmorat͂, vt ipleret inuiã, & deſolatam, ꝓduceretq; herbas virentes.
Ipſe eſt pluuiæ pater.
Qui genuit ſtillas roris, ab ipſo egreditur glacies, & genuit gelu de cœlo.
Qui indurat aquas in ſimilitudinem lapidis, & ſuper ficiem abyſſi conſtringit.
Ipſe qui coniungere poteſt micantes ſtellas pliades, & gyrum arcturi diſſipare poteſt.
Qui producit luciferum in tempore ſuo, & ueſperũ ſuper fines terræ conſurgere facit.
Ipſe nouit ordinem cęli, & ponet rõnẽ eius in terra.
Quia mittit fulgura, & vadunt, & reuerentia dicunt ei aſſumus.
Qui poſuit in uiſcerib. hominis ſapientiã, & qui dedit gallo ĩtelligẽtiã. Et hæc ſupradicta ordine ſucceſſiuo enarrant͂ de deo. Iob. 38. & ibi ẽt ſcribit͂, ꝙ ipſe præparat coruo eſcam ſuam, qñ pulli eius clamant ad eũ uagientes, eo ꝙ non habeãt cibos.
Et concordat dictum pſalmi, pſal. 146. cum ait.
Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorũ inuocantibus eum.
Non eſt ſanctus, vt eſt dominus, & nõ eſt fortis ſicut deus noſter: dominus mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, & reducit.
Dñs pauperem facit, & ditat, humiliat, & ſubleuat.
Suſcitat de puluere egenũ, & de ſtercore eleuat pauperẽ: vt ſedeat cũ prĩcipibꝰ, & ſoliũ gloriæ teneat.
Domini.n. ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem. 1. Regum 2.
Ipſe eſt quem cœlum, & cœli cœlorum capere non poſſunt. 3. Reg. 8.
In fine 1. Paralip. ubi Dauid orat. Benedictus es domine deus Iſrael patris noſtri ab æterno in ęternũ.
Tua eſt domine magnificentia, & potẽtia, & gloria, atq; victoria, & tibi laus.
Cuncta enim quę in cœlo ſunt, & in terra, tua ſunt.
Tuum domine regnum, & tu es ſuper oẽs principes.
Tuæ diuitiæ, & tua eſt gloria, tu dominaris omniũ.
In manu tua virtus, & potentia.
In manu tua magnitudo, & imperium omnium.
Et in fine ij. Paralipomenon in oratione Manaſſe.
O domine, immenſa eſt, & inueſtigabilis miſericordia ꝓmiſſionis tuæ, qm̃ tu es Dominus altiſſimus ſuper omnem terrã, longanimis, & multum miſericors, & pœnitentia ſuper malitiam hominum.
Ipſe eſt Deus Deorum, & dominus dominorum, cuius miſericordia in ſeculum, & in æternum.
Qui facit mirabilia magna ſolus.
Qui fecit cœlos in intellectu.
Qui firmauit terram ſuper aquas.
Qui fecit luminaria magna.
Solem in poteſtatem diei.
Lunam, & ſtellas in poteſtatem noctis.
Qui percuſſit Aegyptum cum primogenitis eorum.
Qui eduxit Iſrael de medio eorum.
In manu potenti, & brachio excelſo.
Qui diuiſit mare rubrum in diuiſiones.
Et eduxit Iſrael per medium eius.
Et excuſſit Pharaonem, & uirtutẽ eius ĩ mari rubro.
Qui traduxit populum ſuum per deſertum.
Qui percuſſit reges magnos.
Et occidit reges fortes.
Qui in humilitate noſtra memor fuit noſtri.
Et redemit nos ab inimicis noſtris.
Qui dat eſcam omni carni. Pſal. 135.
Qui fabricatus eſt auroram, & ſolem.
Qui fecit omnes terminos terræ, æſtatem, & uer plaſmauit ea. Pſal. 73.
Qui ambulat ſuper pennas ventorum. Pſal. 103.
Ipſe eſt dominus excelſus terribilis rex magnus ſuper omnem terram.
Nõ eſt ſimilis illi in diis. Pſal. 85. & ẽt oẽs gẽtes quaſcũq; fecit adorãt, & glorificãt nomẽ eius: qm̃ magnus ẽ faciẽs mirabilia, & Deꝰ ſolꝰ ẽ. eodẽ Pſal. 85.
Ipſe eſt dominus, qui uitæ, & mortis habet ꝑtãtem, & deducit vſq; ad portas mortis, & reducit. Sap. 16. & ipſe eſt qui liberat ab omni malo, ubi ſuprà.
Ipſe eſt, qui conſtitutus eſt iudex viuorum, & mortuorum, Actuum decimo.
Ipſe dominus dinumerat arenã maris, & pluuiæ guttas, & dies ſeculi.
Qui dimenſus eſt altitudinem cęli, latitudinem terræ, & profundum abyſſi. Eccle. 1.
Ipſe eſt omnipotẽs ſup oĩa opera ſua, terribilis dñs, & magnus uehemẽter, & mirabilis potẽtia ipſius.
Honora Deum ex tota anima tua. Eccl. 7.
Ipſe maior eſt omni laude. Eccl. 42. & ibi pleniſſimè de laude creatoris.
Qui oĩa ĩ mẽſura, num. & põdere diſpoſuit. Sap. 11.
Ipſe eſt deus noſter, ſuauis & verus, patiens & in miſericordia diſponens omnia. Sap. 15.
Ipſe eſt dominus, qui menſus eſt pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit.
Qui appendit tribus digitis molem terrę, & librauit in pondere montes, & colles in ſtatera. Eſa. 40. c.
Ipſe eſt cui millia millium miniſtrant, & decies centena millia aſſiſtunt ei. Daniel. 7.
Ipſe eſt qui bene omnia fecit, & ſurdos fecit audire, & mutos loqui. Mar. 7.
Ipſe eſt apud quem omnia poſſibilia ſunt. Mar. 10.
Ipſe eſt ante cuius thronum turba magna quam dinumerare nemo poteſt, gratias agit. Apoc. 7.
Ipſe eſt añ cuius cõſpectũ cẽtũ quadraginta quatuor millia ſunt citharizãtes in citharis ſuis. Apoc. 14.
Ipſe eſt dominus quem laudat omnis militia cęleſtis exercitus, & omnis creatura. Luc. 2.
Ipſe ſolus omne bonum.
Ipſe ſolus omnia ſciens. c. fundamenta. §. proinde. de electio. lib. 6.
Ipſe ſolus nouit corda filiorum hominum.
Ipſe ſolus cognoſcit oĩa ꝑſentia, ꝑterita, & futura.
Ipſe ſolus ſe ipſum comprehendit.
Ipſe ſolus eſt ubiq; præſens.
Ipſe ſolus creat res de nihilo.
Ipſe ſolus de inſtanti operatur.
Ipſe ſolus ſtabilis manens, dat cuncta moueri, inquiens, ego. n. Dominus, & non mutor. Malac. 3.

Ipse est secretorum cognit.c.erubescat.32.dist. apud quem omnia sunt cognita.c.nouit.de appel.c.noui. de offic.lega.& c.nouit.de iudicijs. & Barba.plenè in d.locis. Augu.in lib.de trinita. Oportet Deum cuius est & summè cuncta sentire atq; intelligere, nec mori nec corrũpi, nec mutari posse, nec corpus esse: sed spiritum omnipotentissimum, mitissimum, optimũ, beatissimum fateamur.

Ipse est cui omnia seruiunt.

Ipse est iustus, & rectum iudicium eius. Psal.118.

Ipse solus ex autoritate miracula facit.

Ipse solus de qualibet creatura facit, quod vult.

Ipse solus voluntatem hominis cognoscere potest.

Ipse solus in ictu oculi mortuos suscitare potest.

Ipse solus essentiæ animæ illabi potest.

Ipse solus peccata dimittere potest.

Ipse solus gratiam infundere potest.

Ipse solus in igne perpetuo corpus seruare potest.

Ista soli diuinę maiestati cõueniunt & nulla alteri, in quibus excellẽtia suæ dignitatis apparet, vt describit in compendio sacræ Theologię.c.22.in primo libro.

Ipse vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire. 1. Timothæi 2.

Ipse est, qui in rebus per tempus ortis summã gratiã fecit. Cùm propter salutẽ humani generis, ꝙ nimia charitate dilexit, misit filiũ eiꝰ vnigenitũ ęternaliter generatũ in plenitudinis tempore in Maria Virgine humanatum, quẽ verum Deũ, & hominẽ cõfitemur. Qui factus est obediens vsq; ad mortẽ crucis, vt nos redimeret à peccato: ꝓpter ꝙ & Deus exaltauit illũ, & donauit illi nomen, quod est sup omne nomen, vt in nõie Iesu omne genu flectat, cœlestiũ, terrestriũ & infernorum. & omnis lingua cõfiteat, quia dñs Iesus Christus in gloria est dei patris. ad Phi.2. Hæc est fides nostra, hæc cõsolatio nostra, hæc vita nostra, hæc spes beatitudinis nostræ, firmior q̃ cœlum & terrã, ꝑ eum qui dixit, Marc.13. Cœlum & terra transibunt, verba autẽ mea nõ transibunt. Cui Deo nostro benedictio, claritas, sapientia, gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo in secula seculorũ. Apoc.7. Qui est splendor gloriæ, vt dicit Paul. ad Heb.1. & gloria eius est super omniũ creaturarum gloriam, claritas super claritatẽ, sublimitas super altitudinem, beatitudo super beatitudinẽ, thronus deniq; super thronum, vtpote cui iuxta sacra eloquia data est omnis potestas in cœlo & in terra. & dixi supra in 3.par. in 2.cõside.

Aduerte ẽt, ꝙ deꝰ fecit oĩa pp honorẽ suũ, vel hominis vtilitatẽ. Deus.n.cũ sit omniũ bonorũ, & pulchrorũ ditissimus possessor, & copiosissimè plenus se ipso, iõ intra se credere nõ potest. Nõ ergo accipit à rebꝰ aliq̃ vtilitatẽ, sed solũ extrinsecũ honorẽ. homo verò cũ sit creatura de nihilo facta semp indigens, & de se ad nihilũ vergẽs: idcirco crescere ṗt interius in bonitate, in veritate, in omni perfectione, & ideo ei debet vtilitas, seu cõmodũ, sed honor nequaq̃. Deus igit̃ q̃ oĩa operat̃ principaliter pp se ipsum, & q̃a intus crescere nõ potest, ideo oĩa operat̃ extra se ꝓpter suum honorẽ. Et cum sit summè bonus, ideo omnia operat̃ pp creaturarum vtilitatẽ, multo tñ principalius suũ intendit honorẽ, quàm vtilitatem creaturæ.

Quod quomodo hæc intelligant̃, scribitur in tractatu intitulato, Viola animæ, in quarto dialogo.c.35. vbi multipliciter cõprobat̃, ꝙ deus omnia operat̃ ad suum honorem. Et ibidem in c.37. ponitur quõ homo tenetur Deum honorare, & ad hoc obligatur propter octo causas ibi relatas, quas videre poteris.

Et in ista diuinitate sunt tres ꝑsonæ pater, & filius & spiritus sanctus, æquales in deitate, ita ꝙ vna non vr̃ esse maior altera: quod quõ intelligatur, vide magistrũ sentẽtiarum in primo lib. dist. 20. ordinẽ tñ illarũ posui suprà. in 3. par. qui intelligendus est, secundũ quod dr̃ ibi. & quod ibi ponit sanctus Thomas, vbi quærit, vtrum in diuinis personis sit ordo, vbi dicit aliquem esse ordinem quem clarè explicat: ponẽdo ꝙ ordo in ratione sua includit tria, s. rationẽ prioris & posterioris, distinctionem & rationem ordinis, de quibus dixi suprà in prima parte, in 78. consid.

Et de laudibus Dei ponit Dionysius Rylrel qui fecit tractatum vnum.

Et de honore Dei Ioannes de Teneramunda scripsit librum vnum.

Ipse.n. magnus est dominus super omnes deos, vt habetur Psal.94. Sed olim apud homines idolatras plures habiti fuerunt pro dijs: de excellentia quorũ non curo, cum in eis non possit dici excellentia quoad deitatem, quoniam omnes dij gẽtium demonia. Psalmo 94. & de pluribus dijs & deabus, vide Textorem in sua Officina in c. de dijs. vbi ponit de viris qui fuerunt reputati dij, & de mulieribus quæ fuerũt reputatæ deæ: quoniam loquẽdo etiam de mulieribus deos dicimus. vnde Virgilius de Venere.

Descendo, ac ducente deo flammam inter & hostes Expedior. Et etiã de stellis, & planetis qui colebantur pro dijs, & etiã de animalibus. & omnes illos multi inuocabant in eorũ necessitatibus, & putabant auxiliũ habere ab eis ꝑm diuersitates necessitatum. vt ibi declarat, & in maximo honore aliq̃ in vno loco, alij in alio habebãtur. hodie verò loco istorũ deorũ, nos Christiani inuocamus sanctos, vt orent deum pro nobis, nec deos alienos adoramꝰ, ꝓut nec fecit Dauid.

SEcunda consid. Paradisus cęlestis est excellentior in omnibus paradiso terrestri, propter infinita q̃ non sunt in ipso paradiso terrestri. Q̃m in eo est inclita felicitas, cum sit ciuitas cęlestis in qua scripti sumus, & ciues decreti. vnde dicit ꝓpheta Psalmo 86. O q̃ gloriosa dicta sunt de te, ciuitas dei. Sicut lætantium omnium habitatio est in te: fundaris.n. exultatione vniuersæ terræ. Non est in te senectus, nec senectutis miseria: nõ est in te mancus, nec claudus, neque gibbosus, neq; deformis, dũ oẽs occurrũt in virũ perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Quid hac vita beatius? vbi nõ est paupertatis metus, non ęgritudinis imbecillitas? Nemo lædit, nemo irascit, nemo inuidet. Cupiditas nulla exardescit. Nullũ cibi desideriũ. Nulla honoris aut ṗtatis pulsat ambitio. Nullus ibi diabolicus metus, insidiæ dæmonum nullæ, terror gehẽnæ ꝓcul. Mors neq; corporis, neq; aĩæ, sed immortalitatis munere iucunda vita. Nulla erunt tũc mala, nusquã discordia, sed cũcta cõsona, cuncta cõuenientia, q̃a oĩum sanctorũ vna erit concordia

cordia, pax cuncta, & lætitia cōtinet: tranquilla sunt oïa, & quieta, iugis splendor. Non ille q. nunc est sit tāto clarior quanto felicior: quia ciuitas illa, vt legitur, non egebit lumine solis, sed dñs omnipotēs illuminabit eā, & lucerna eius est agnus, ubi sancti fulgebant, vt stellæ in perpetuas æternitates, & sicut splendor firmaméti q erudiūt multos. Quapp nox ibi nulla, nullæ tenebræ, cōcursus nubiū nullus, nec frigoris ardor, vel asperitas ulla: sed talis erit tēperies, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit: nisi illorū q ea perfrui digni inueniunt, quorū noïa scripta sunt in libro uitæ. Verū super hęc omnia est consociari choris angelorū, & archangelorū, atq; omniū cœlestiū virtutū, intueri patriarchas, & pphetas, videre apostolos atq; oēs sanctos, videre ēt parentes nostros. Gloriosa sunt hæc, sed multo gloriosius est præsenté dei vultum cernere, ī circūscriptū lumen uidere. superexcellēs gloria erit, cū deū videbimus in seipso, uidebimus, & habebimus ī nobis, qué cernere finis non erit. hæc Augustinus in suo manuali. c. 17. ponit de gaudio paradisi, ubi sic dicit. O uita vitalis, vita sempitetna, sempiternè beata, vbi gaudiū sine mœrore, requies sine labore, dignitas sine tremore, opes sine amissione, sanitas sine languore, abūdantia sine defectione, uita sine morte, perpetuitas sine corruptione, beatitudo sine calamitate, ubi oïa bona in charitate pfecta, ubi spes, & uisio facie ad faciem, ubi plena sciētia in oïbus, & p oïa, ubi summa dei bonitas cernit̄, & lumē illuminans à sanctis glorificat̄, ubi præsens maiestas Dei cōspicit̄, & hoc vitæ cibo sine defectu mens intuētiū satiat̄: uident semper, & videre desiderant, sine anxietate desiderāt, & sine fastidio satiantur. ubi uerus sol iustitiæ, mira suæ pulchritudinis visione oēs reficit: & ita uniuersos cęlestis patriæ eius illuminat, ut luceant, ipsi lumen uident illuminatū per Deum, lumen illuminās ultra oēm solis nostri splēdorem, atq; cūctarum stellarum immortali adhęrētes deitati, ac per hoc immortales, & incorruptibiles facti iuxta promissioné dñi saluatoris. Pr, quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecū, vt uideant claritatē meā, & oēs unū sint, sicut tu pater in me, & ego in te, & ipsi in nobis unū sint: hęc ille. Et idē August. amplè in libro soliloquiorum. c. 36. ponit gloriā cœlestis patriæ. fortè dicā latius īfrà, quando ponam de excellentia patriarum.

De huiusmodi paradiso cęlesti scripsit Dantes in una comedia quæ appellatur paradisus, allegatus per Albericum de Rosate in suo dictionario.

Sanctus Thomas in tertio sententiarū. dist. 22. q. 1. art. j. q. 3. dicit triplicem esse paradisum, cęlestem, terrestrem, & spiritualem, quæ dicitur visio Dei.

Vide qd dicāt philosophi, & catholici de beatitudine huius cęlestis patriæ seu paradisi p Symphorianū Cāpegiū in suo li. de uita sup cœlesti. c. 1. 2. 3. 4. 5.

Aduerte ēt, φ paradisus dr̄ cęlū empyreū, vt dicit gl. in uerbo, quæ in paradiso. in c. ecclesia. de cōsecra. dist. 1. ut hr̄ ēt Ezech. 29. In delitiis paradisi fuisti. de quo hr̄ de pœn. dist. 3. c. princ. Et ēt dr̄ uisio Dei, siue uita beata, iuxta illud dictum latroni. Hodie mecum eris in paradiso. Luc. 23. Et etiam habetur 2. Cor. 12. Scio hominem ī Christo ante annos quatuordecim &c. & post. Quoniam raptus est in paradisum.

Vel dicitur etiā paradisus quasi parās dei visum, vel quasi paratis dans uisum: quia ibi facie ad faciē deū uidebimus j. ad Cor. 13. ut dicit Io. de Turrecremata in d. c. ecclesia. de consecra. dist. 4.

Tertia consid. est de anima, eo quia animæ beatorum collocātur in paradiso cœlesti, qui locus deputatus est pro illis. gl. 1. & ibi Io. de Turrecrema. in c. tēpus 13. q. 2. qm̄ dicitur Psal. 44. Astitit regina, id est anima, à dextris dei in uestitu deaurato, circundata uarietate, vt dicit Ant. Floren. in 3. par. in proœ. illius 3. partis, & dixi suprà in 3. par. ubi dixi, φ nedū angeli sunt in paradiso, sed etiam sancti.

Ideo ēt ante oïa laudanda est: quia cunctis rebus p̄ferenda est, Primo corpori: ut est tex. in c. schedula. 38. dist. Secundò quibuscunq; rebus inanimatis. tex. est in l. sancimus 1. C. de sacrosa. eccl. do. meus Iason in l. licet inter priuatos. in 1. col. C. de pact. & ī authē. sacramenta puberū. in 16. col. C. si aduersus vēditio. Alex. consi. suo 38. in 3. col. in 1. uol. facit tex. in c. cū infirmitas. extra de pęn. & remis. & in c. præcipimus. in prin. 12. q. 1. & c. si habes. 24. q. 3. & cap. solitę. §. verū. vers. quòd autem. extra de maio. & obediē. corpus tamen rebus. l. in seruorum. in fi. ff. de pęnis. Alę. in consi. 14. in fi. in 3. uol.

De excellentia animæ uideatur Florentinus ī sua summa, parte prima. ti. 1. c. 1. ubi ponit, qūo est facta ad similitudinē dei, & in §. 2. & 3. de nobilitate illius, & pulchritudine habetur in c. 2. §. 1. & 2. Etiā de dignitate, & excellentia illius ponit Bernardinus de Bustis in 2. part. sui rosarii, sermone 10. in litera T. usq; ad finem: ubi dicit, φ nobilitas animę ex tribus apparet, ex ordine. s. magnitudine, & pulchritudine.

Primo ordine, quia in supremo loco ordinata est: bonum. n. uniuersi consistit in ordine 11. Methamo. Primò, deus in infimo loco posuit terram, & terrena grauia. Secundo loco superiori, & ascēdendo posuit aquā. Tertiò aerē. Quartò verò ignē, quem pp calliditatem à nobis elongauit. Post ignem posuit Lunam in primo cœlo: deinde Mercurium in secūdo cœlo: post Venerem, in tertio. Solem, in quarto. Martem, ī quinto. Iouem, in sexto. Saturnum, in septimo. Cęlū stellatū cū duodecim signis in octauo, & quasi septuaginta duabus constellationibus, quod dr̄ firmamentum, post firmamētum siue cœlum stellatum posuit cœlū cristallinū: & post cęlū empyreū in quo iacent, & collocantur animæ beatorū. dicā infrà suis locis.

Cū igit̄ natura ordinet ignobiliora inferius: nobiliora verò supius, patet aïam esse nobilissimā oïb⁹ supradictis ordine, quia collocatur in nobiliori loco.

Secundò verò dr̄ nobilior magnitudine, quia magna est terra, ut infra dicemus. unde dixerūt Theodosius, & Euristenes philo. φ longitudo est triginta, & unum millia milliariorum. Licet autem terra sit tantæ magnitudinis, tamen maior in decuplo est aqua, & similiter unū cęlum altero. Et ideo cęlum empyreum est indicibilis altitudinis, & magnitudinis, vn̄ dicūt quidā, φ si massa plumbaa à cęlo empyreo descéderet, uix in quingētis annis usq; ad terrā veniret. Nam,

de anima

Luna in 1 celo
Mercurio in 2
Venus in 3
Sol in 4

Nam, vt refert Rabi Moyses magnus philo. q̃dlibet cœlum cuiuslibet planetæ habet in spissitudine viã 500.anno. id est tm̃ spatium, quantũ q̃s posset ire de via plana in quingentis annis. Et idem philo. dicit, ꝙ inter cœlũ, & cœlũ similiter est distãtia viç. 500.ann. vnde ẽm eũ à cẽtro terræ vsq; ad concauũ cęli Saturni, est via. 7700.ann. id est tantum spatium quãtum de via plana aliquis iret de septem milibus, & septingentis annis si tantum viueret. ita ꝙ quilibet annus computatur ex 365. diebus, & iter cuiuslibet diei sit quadraginta miliariorũ, & quolibet milliare sit duorũ mille cubitorũ. Si autem tanta est distantia à terra vsque ad cœlum Saturni, quod est septimum cœlũ, quanta erit vsq; ad decimum, s. empyreum, dicam latius ĩfrà de his cœlis, sed an sint hæc vera deus scit, quia omnia fecit in pondere, numero, & mensura. Sap. 11. Indubitanter tamen est tenendũ, quòd cœlũ ipsum empyreum est maximum & altissimum, in loco autem illo maximo collocabitur anima. vnde ipsa dicere potest illud Esaiæ. Cœlũ sedes mea. & Eccl. 24. Ego in altissimis habitaui. & Baruch 3. O Israel quam magna est domus dei, & ingens locus possessionis eius. magnus & non habens consummationem, excelsus & immensus. Ex quo apparet nobilitas animæ in tam excelso loco, & nobili collocandæ.

Tertiò patet aïæ nobilitas ex eius pulchritudine, & ꝑtiositate. de qua Aug. in epistola ad Deodatũ, inquit, Animæ natura, nec terra, nec maria, nec sidera, nec luna, nec sol, nec quicq̃ omnino ꝙ tãgi aut videri potest, non deniq; ipsum quod à nobis videri non potest cœlũ melius esse credendũ est. Imò hæc omnia longa deteriora esse q̃ est quælibet anima, ratio certa conuincit. hæc ille, vt dicit Bernardinus de Bustis. in dicto ser. 10. in fi. Ex quo dicit, ꝙ nobilior est anima q̃ omnes aliæ creaturæ præter angelicã, ꝙ etiã ꝓbat sic. Nobilior est finis his q̃ sunt ad finẽ. 2. phisico. sed finis quodãmodo omniũ est homo, vt dicit Arist. 2. de anima. Quodãmodo dicit. q̃m, vt habet 1. Ethic. Duplex est finis. s. principalis & secũdarius, siue finis sub fine, vt ibi habet. Si loquamur de fine principali, tũc ẽm Bonauenturã in 2. dist. 5. arti. 2. q. 1. & Rich. in eod. li. dist. 5. q. 3. art. 2. q. 1. ꝙ deus est finis omniũ creaturarum, quas ad sui gloriam creauit. Prou. 16. Si autem loquamur de fine secundario, sic homo est finis omniũ. vnde Geñ. 1. dicit dñs. Dominamini piscibus maris, volatilib⁹ cœli, & bestijs vniuersæ terræ, omniq; reptili q̃d mouet in terra, dixi supra in 2. parte, in 1. consideratione. Si ergo homo est finis aliarũ creaturarũ, ergo est nobilior illis. Pars autẽ hominis dignior est anima. vnde Augu. de ciuitate Dei. lib. 8. c. 15. dicit. Omni corpori ꝑferunt animæ. Et idẽ lib. soliloquiorũ. c. 20. ait. Quicquid enim cœli ambitu cõtinetur, inferius ab humana natura est, q̃ facta est vt summũ superius possideret, cuius possessione beata fieret. Et ait Ouid. 2. Metha. Cœloq; animus ꝑstãtior omni. Et sic anima dignior est cœlo empyreo, in quo est collocãda. Nã & plerunq; cõtẽtũ dignius est cõtinẽte, sicut lapis pretiosus suã capsellã valore trãscendit. Iõ de aïa loquẽs in lib. de quantitate animæ, Augu. ait. Queadmodũ fatendũ est animã humanam non esse q̃d Deus est, ita præsumendũ est nihil inter oĩa q̃ creauit ipsi Deo esse propinquius. Et dicit Crisippus in libro de cõtẽptu mundi. Quãto cœlũ terra pulchrius, tãto animæ pulchritudo oẽm formã q̃uis pulcherrimam superat. Et ibidem ait. Si fieri posset, vt corporalibus oculis animæ pulchritudinẽ videremus, derideremus omnia hęc, quę ex terrena substantia decora esse videntur. Ita dicit Bernardinus in loco supra allegato. Et ibi ẽt principio ponit de animę immortalitate, vbi probat ipsam esse immortalẽ autoritate, rõne, & exemplo. Ad q̃ beatitudinem peruenire possit anima, vide Simphorianum Campegium in suo lib. de vita supercœlesti. ca. 5. 6. & 7. & amplè in margarita philos. lib. 11. c. 30. 32. & 33. & totus ille liber vndecimus est de anima: ad quem recurre.

Et aduerte, ꝙ determinatio Parisiẽsis ita se habuit in cõsilio vniuersali Parisius celebrato, ꝙ vna anima est perfectior alia, ẽt in naturalibus, ita ꝙ vna anima differat ab alia naturali ꝑstantia. q̃d etiam tenuit Bonauẽtura, & plures alij cõtra Thomã & Ale. d̃ Halis, vt refert Simphorianus Cãpegius in lib. de vita cœlitus comparanda. libro 9. dicam fortè alibi, quando ponam, vnde hoc quod vnus est perfectior altero.

Aduerte etiam, quòd anima iure humano in multis priuilegiatur.

Primò enim dicit ius humanũ, quòd vnius animę amissio maius damnum censetur, quàm si innumerabilium corporum mors contingeret, textus in c. si habes. ver. quid dicam. de coniuge. 24. q. 3.

Secundò, ꝙ probatio quæ animæ fauorẽ respicit, q̃uis dubia acceptari debet, vt in notabili casu ponit Fel. in c. præsentia. in 2. notab. col. 7. de probationib.

Tertiò, quia relictum pro anima dicitur relictum ad pias causas, gl. est. j. in l. si quis Titio. ff. de legat. 2.

Quartò, quia fauori animę non potest renuntiari, Bal. in l. j. in 2. col. C. de vsu & vsufructu legato.

Quintò, in his quæ salutẽ aïæ respiciũt ad vitãdos graues cõsciẽtiæ remorsus, tutior pars est tenẽda. Ita dicit tex. in clem. exiui de paradiso. §. itẽ quia. ver. nos itaq;. de verbo. sign. notatur in c. iuuenis. in tex. & gl. j. extra de spons. & in c. 1. in gl. fi. de scrutinio in ordine faciẽdo. & est tex. in c. illud. §. licet autem. & ibi gl. in verbo, in dubijs. de clerico excom. ministrante. facit etiam tex. in fin. de senten. & re iudicata.

Sextò, licet vasallus feudũ irrequisito domini consensu alienare non possit, etiam pro anima. vt est tex. in c. j. §. donare. qualiter olim poterit feudum alienari. in vsibus feud. Tamen dominus tanquam habens ius potẽtius inuito vasallo poterit feudũ pro anima sua relinquere. text. in c. vnico. j. responso. de allodijs. Lud. Rom. per illum tex. in repetitione. auth. similiter. in 13. col. in tertio priuilegio, Piæ causæ inter vltimas voluntates. C. ad legem Falcid.

Septimò, q̃uis pater possit filiũ exhæredare, & filius patrem ex causis in auth. vt cum de app. cognoscitur in §. causas. colla. 9. Tñ propter fauorẽ animæ si filius monasterium fuerit ingressus, nõ poterit à patre exhæredari. c. non licet. in prin. 19. q. 3. Quem põderat ad hoc singularem Lud. Rom. in d. auth. similiter. facit tex. in authen. de monachis. in prin. colla. 3.

Octauò

Octauò, quia aliàs filiusfamilias qui non potest testari.l.tam is.§.fi.ff.de donatio.causa mortis.l. sentũ. cum glo. fi.C.qui testamenta facere possunt. Tamen pro anima testari potest.c.licèt.§.fi.de sepulturis. in 6.Rom.in d.auth.similiter.in 15.col.

Nonò, verba fauore animæ debent interpretari, & accipi in latiori significatione. Bar.in auth. sacramenta puberum.C. si aduersus venditionem. hæc prædicta dicit conciuis, & contemporaneus noster dominus Io.Mõthelõ ĩ suo prõptuario iuris. ĩ uerb. anima.

Quam uim potestatemque, & imperiũ hẽat anima rationalis ĩ corpus humanum, & q̃. ꝓcliue ipsum corpus deprehendatur ad animæ obsequia: multum eleganter describit Cælius lectionũ antiquarũ.li. xj. c.15.cum seq.ubi philosophicè, & historicè ꝓcedit.

QVarta consi.est de paradiso terrestri, & secundũ aliquos sunt sex, quos enumerat Phil. Bergomen.in primo libro sui supplementi chronicarũ, ut infra patet. Et excellentior omnibus aliis est ille q̃ ẽ in oriente, de quo Gen.2. Plantauit dñs deus paradisum uoluptatis à principio: in quo posuit hominem quẽ formauerat, produxitq; dñs deus de humo oẽ lignũ pulchrũ uisu, & ad uescendũ suaue: lignũ ẽt uitę in medio paradisi, lignũq; scientiæ boni, & mali, & cætera huiusmodi: ut ibi habet, & hic locus est ĩ oriẽtis partibus, cuius uocabulũ ex græco in latinũ uertitur hortus. Porrò hebraicè gau eden dr̃. hau hortꝰ, & eden, in nostra lingua delitiæ interpretatur, quod utrunque iunctum facit hortũ delitiatũ. Et.n. omni gñe ligni, & pomiferarũ arborũ consitus, habens etiã lignũ uitæ, nõ ibi frigus, sed perpetua aeris tẽperies, cuius medio fons prorũpẽs totũ nemus irrigat, diuiditurq; ĩ quatuor nascẽtia flumina. de quibus ĩ. 18. consid.dicam. de quo cecinit poeta Ouid.

Ver erat æternum, placidiq; tepentibus auris
Spirabant zephiri, natos sine semine flores,
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat,
Nec renouatus ager grauidis canebat aristis.

Vt refert Ioannes Laziardus in suis epitomat. historiæ uniuersalis.in c.5.de paradiso terrestri. Cuius loci aditus post peccatũ primi hominis interclusus est. septus est.n.undiq; romphea flamma.i. muro igneo accinctus, ita vt cũ vertice eius cęlo pene iungat incẽdiũ. Cherubin quoque.i. angelorũ præsidiũ arcendis spiritibus malis super rompheæ flagrantia ordinatũ est, vt homines flamę, angelos verò malos Cherubin submouerent, nec cui carni, vel spiritui transgressionis aditus pateat, vt dicit Ptholomęus in suo libr. de trib.orbis partib.c. 2. Ita ẽt de hoc paradiso loquitur Arch.in c.omnibus.in prin.24.q.1.& Alb.de Ros.in suo diction.in uerbo, paradisus.in 3.notabili.ĩ fi. vbi dicit, qđ paradisus est amœnissimus ex mirificis insectionibus, & plantis, & fragrantissimis aromatibus ex vernãtibus floribus, & tẽperatissimis roribus, & moderatissimis ventis ac placabilibus, ex amęnissimis auiũ cantibus, ex plurimis floribus, ex ualidissimis sæpibus, & ex oculosissimis custodibus. De eo ẽt loq̃tur Bal.in c.j.§.mutus.in prin.in ti.episcopũ, vel abbatem &c.in vsibus feudo. ubi dicit allegando Albertum, quod de paradiso terrestri ꝓpter eius altitudinem aquæ cadentes faciunt tm̃ strepitũ, ꝙ oẽs, qui ibi nascuntur perdunt auditum: tñ non sunt surdi à natura: quia si transportarent̃ ad aliũ locũ anteq̃ surdescerent, audirent. Et de huiusmodi paradiso terrestri, dicit Damasc.li.2.c.11.sic: quia uerò Deus ex uisibili creatura plasmaturus erat hominẽ ad suã imaginẽ, & similitudinem tanquam quendã regẽ, & principẽ uniuersæ terræ, & eorum quæ in ea sunt: præstruxit ei quandam veluti regiam, in qua diuersans beatam, & ex omni parte felicẽ deduceret uitam, & ipse est diuinus paradisus dei manibꝰ in Eden plãtatus lætitiæ, & voluptatis omnis promptuarium. Eden.n. uoluptas interpretatur: in oriente verò oĩ terra excelsior collocatus est, optima temperie, & aere subtilissimo splendidus, plãtis semper uirẽtibus insignis odoris suauitate refertur, plenusq; lumine uniuersæ sensibilis venustatis, & pulchritudinis supexcellens intelligẽtiã: diuinus profecto locus ac dignus eius qui ad imaginẽ dei creatus fuerat incolatu, in quo nullus irrationalium habitabat: sed solꝰ hõ diuinarũ manuũ factura. In medio uerò eius lignũ uitæ deus plãtauerat, & lignũ sciẽtiæ, &c. hæc ille. Et ibi amplè in comẽtario: an sit verũ, ꝙ nullũ ibi habitauerit irrõnale: sed nõ insisto, cũ nõ sit præsentis speculationis, & solũ itẽdo ad gloriã, & cõmẽdationẽ illiꝰ paradisi terrestri, q̃ ultra cõmendari, & laudari potest in multis.

Primò, ꝑ ꝑ antiquitatem plantationis, qm̃ vt habetur Gen.3. & s̃. eadem consid.in prin. dixi. Plantauit Deus Paradisum uoluptatis à principio, &c.

Secundò, nobilitate situationis siue fundationis: q̃a fundatus est locus ille in parte orientis, ut dicit beatus Isid.ut q̃dã doctores exponunt illud Gene.2. Plãtauit dñs paradisum in principio, non q̃dẽ solũ tẽporis, sed ẽt loci: cuiusmodi est pars orientis q̃ nobilior est, sicut dextra pars in homine. Et ꝙ sit in oriẽte ponit̃ ĩ margarita philos.lib.7.45. ubi satis amplè.

Tertiò, propter nobilitatẽ hospitis: habuit.n. nobilem habitatorem, s.hominẽ: etenim dicitur Genes. 2. plantauit Deus Paradisum uoluptatis, in quo posuit hominem quem formauerat.

Quartò excellẽtia denotatur ex affluẽtia uoluptatis siue delitiarum. vnde Gene. ubi suprà. Plantauit Deus paradisum uoluptatis.

Quintò, excellentia illius denotatur ex arborum, & florum amœnitate, cum Gen.2. dicatur. Produxitque Deus omne lignum pulchrum uisu.

Sextò, ex ꝓtiositate fructuum, cum in loco pręallegato dicatur. Erat.n.in medio paradisi lignum uitæ.

Septimò, & ex puritate, & mũditia q̃ satis cõprehẽdi põt ex fluuio egrediente de illo, cũ dicatur Gen. 2. Et fluuius egrediebat̃ de loco uoluptatis ad irrigãdũ paradisum. Ista dicit, & refert Ioannes de Turrecremata. in d.c.eccl.de consecrat.dist.4. ubi dicit ecclesiam conuenienter cõparari debere paradiso terrestri, propter illa septem commendabilia quę adaptat ibi ecclesiæ militanti, ut ibidem uidere poteris.

Et, vt ait Philippus Bergomen. & suprà dixi, sunt sex paradisi terrestres.

Vnus, vt dicit, est in oriente versus zephirum.
Alter, in æquinoctiali inter eurum, & euronotum.

Tertius

Tertius de quo Beda meminit inter cancri tropicum,& circulum antarticum.

Quartus, ad orientem uersus eurũ ultra æquinoctialem,in quo solis calores sunt.

Quintus,paradisus terrestris ad polum antarticũ esse dicitur,de quo Solinus meminit.

Inuenitur etiam ĩ occidẽte alius voluptatis, & delitiarũ paradisus,de quo sic habemus,ꝙ senatus populusq; Rom.mandauit summum sacrorum pontificem,non nisi de Italiæ horto delitiarum eligi debere. Et de huiusmodi paradiso terrestri multa à theologis habentur in 2.sententiarum dist. 19.

Vide ẽt Cœliũ in libris suarũ antiquarũ lectionũ, lib. 1. c.21. dicentẽ apud Platonẽ esse regionẽ similẽ paradiso terrestri,& in quo loco sit ipse paradisus terrestris ẽm Arrianum, apud Græcos historicos tantæ in scribendo integritatis, vt veritatis cõseruator, studiosusq́, vulgò sit cognominatus,atq, ita etiãnũ honestetur in libros.Hic in parte postrema Indici commẽtarij, veluti ipse quoq; Moysi succineret, ita scribit: Hanno Carthaginensis prouectus classe ab colũnis Herculeis in oceanũ,relicta ad leuã Lybia, dieb⁹ triginta enauigauit occidua petens: mox ubi in meridiem diuertisset,plurima sese illi obiecere impedimẽta.Nã præter ardores feruidi syderis, vt in perusta regione mũdi aqua potabili deficiebat: audiebatur porrò creber de cęlo fragor,interim latè promicãtia in sublimi fulgura oculos perstringebãt,videbantq́; ueluti flãmarũ riui præcipitantes è cœlo.quanquam Cyrene ad extrema Lybię in tanta cãporum vastitate herbis nuda non sit,neq; itẽ aquarũ inops. & ibi allegat de paradiso dicta Damasceni, & sancti Thomæ, & Conciliatoris dicentium paradisum esse in oriente,quæ portio mundi nobilior est: quia dextra. vt ibi Cælius,quem uideas.

QVinta consi. est de cœlo,quod dicit Aug.esse regnũ felicissimũ carens morte,& vacans sine fine,cui multa tpa succedũt per æuũ, vbi cõtinuus sine nocte dies nescit habere tẽpus, vbi victor miles post laborẽ donis ineffabilibus cumulatur: Nobile perpetua caput amplectente corona,hęc dicit Augu. ĩ suo manuali.c.8.Sedes.n.dñi est,& oĩbus dominabitur. Psal.102.& Psal.10.Dñs in cęlo sedes eius,& habetur Esa.66.Cęlum sedes mea.& hr̃ Mat.5. Nolite iurare p cęlũ,quia thronus Dei est.c.& si Christus. extra de iureiu. Altitudinẽ illius nemo dimẽsurare. Eccl. 2.Nec quæ in cęlis sunt,quis inuestigare põt. Sap.9.

Aliqui dicunt,ꝙ sunt undecim cęli. In primo stat Luna,& nulla stella in eo stat præter Lunam, totũ in superficie cęli secundi cocaua cõtinetur, & in orbes quatuor,& epiciclũ dicitur.Habet in primis tres orbes sicut sol in figuratione dispositos: ultra hoc hẽt vnũ orbẽ mundo concentricum prædictos tres ambientem,qui deferens caput draconis dr̃.insup,& epiciclũ habet profunditatis medii primorũ triũ orbiũ immersum,in quo corpus Lunę figitur,& mouetur.

In secundo verò stat Mercurius, & in sũpficie concaua cęli tertii continetur,& in orbes quinq;, & epiciclũ partitur: Habet.n. duos orbes inæqualis spissitudinis, quorũ superficies connexa supremi mundo concentricę sunt,superficies verò concaua supremi, & connexa infimi mũdo sunt eccentricæ sibiipsis, tñ concentricæ,& harum centrum (quod etiam centrũ parui circuli nominamus) à cẽtro æquantis tñ quãtũ cẽtrũ,quantis à centro mundi distat, & vocant hi duo orbes augẽ ęquantis deferentes. Quomodo aũt mouentur, dicam infra in explanatione planetarũ.

Tertium est cœlum, in quo solus planeta qui dr̃ Venus,rotatur:& in superficie cõcaua cęli solaris cõtinetur, insup, & in orbes particulares, queadmodũ Saturni,Iouis,aut Martis cœlũ partitur. Circũfertur autẽ hoc cœlum totum in 24.horis, semel ab Oriẽte per occidentem in Orientem redeũdo per primi mobilis motũ: sed orbes eius augẽ deferentes sup axe,& polis zodiaci ad motũ octauæ sphæræ circũducunt. Quo autem motu moueatur: uide in Margarita philo.lib.7.de principiis astronomię.capitulo 32.

Quartũ cœlum est in quo Sol est,& in quo mouetur in superficie concaua cœli Martis continetur,& in tres orbes particulares diuidit,duos,s.augem deferentes, & ipsum deferentem solare corpus. æquantẽ autẽ,& epiciclum non habet. Mouet aũt motu raptus ab oriente per occidentem redeundo in oriẽtẽ in 24.horis ad motũ primi mobilis, orbes augẽ deferentes eisdẽ mouẽtur motibus quibus, & orbes auges Saturni, Iouis,& Martis deferentes. Deferens autem solis super polis,& axe propriis ẽm successionem signorum ab occidente, s. versus oriẽtem quotidie quinquaginta nouem ferè minutis,& octo secundis circũfertur. Et ita Sol totum zodaicum in 365.diebus,& sex horis fermè peragrat,nobisq; annũ complet,dicã latius infrà ubi fiet mentio de planetis.

Quintum cœlum est, in quo solus Mars rotat cœlo sexto contiguum,& sub eo locatur quemadmodũ sextum sub septimo.In totidemq; orbes diuiditur, & mouetur,& eisdem motibus,quibus cœlum Saturni,& Iouis, de quibus statim dicam.

Sextum cœlum est in quo stat sola Stella Iouis:& est cœlo Saturni contiguum, ita scilicet superficies eius cõnexa concauam cœli Saturni cõtingat: de motu eius etiam infrà dicetur.

Septimum cœlum est in quo continetur Saturn⁹ in orbes tres ab inuicem diuisos,& contiguos partitur, de cuius motu infrà vide.

Octauum cęlum est,quod firmamentum dicitur, & stellis innumerabilibus ornatum est, quæ fixę appellantur. quoniam omni tempore æqualiter a seipsis distãt. Nec propriũ motũ a motu sui cœli hñt. Et ĩ hoc cœlo sunt decẽ circuli imaginarii sese intersecantes,ac imaginum in cœlo situm, motum, & diuersitatem notificantes. Et mouetur triplici motu.

Primus est ab oriente versus occidentem ad motũ primi mobilis super polis mundi, & completur in spacio naturalis diei.

Secundus,& huic contrarius ab occidente, scilicet in ortum scd̃m successionem ad motum nonę sphæræ in 200.annis,gradu uno,& 28,minutis ferè,& sic in 49000. annis totus perficitur: & motus augium, & stellarũ fixarũ dicitur, quo scilicet motu stellæ quę sunt in firmamento cœli variantur de signo in signũ respectu

respectu zodiaci primi mobilis. unde pleiades stellæ fixæ, quæ iuxta figurationem sunt in capite Tauri in firmamento respectu zodiaci superioris sunt in vigesimosecundo gradu Tauri, & sic de aliis.

Tertius motus repedationis, quo. s. octaua sphæra mouet sup duob⁹ circulis paruis, quorũ poli sunt capita libre, & arietis nonæ sphere, & semidiameter illorũ circulorũ est gradus 4. minuta. 18. & secũda 43. & ille motus accessus, & recessus nominat. in 7. milibus quoq; annis complet: & solus octauæ speræ proprius est, qa unius corporis naturalis tm̃ un⁹ est motus f̃m naturã rõne illius motus stellæ fixæ, nõ semp æquè distantia polis immobilibus prime sphere. de his amplè p margaritam philo. ubi suprà. cap. 6.

Nonũ cœlũ stellis caret, similibus characteribus q̃bus & decimũ est insignitũ, de quo statim dicam. Et duplici motu reuoluitur. Primo qdẽ ad motũ primi mobilis. Secundò motu proprio ab occidente versus oriẽtẽ super polis ꝑpriis in 200. annis, gradu uno, & minutis 28. ferè f̃m successionẽ signorũ respectu zodiaci primi mobilis. Totã reuolutionẽ in 49000. annis cõplet, q̃ reuolutio à q̃busdã magnus annus Platonis dr̃. Aiunt. n. Platonem scripsisse integra reuolutione ista cõpleta oĩa in eodẽ statu, & dispositione cõsistere, quo initio reuolutionis fuerant. Hãc positionẽ diu⁹ Augusti. de ciuitate Dei li. 12. c. 13. in fine explodendã, & religioni nostræ contrariã ostẽdit dicens. Absit, inquam, ut nos ista credamus, semel. n. Christus mortuus est pro peccatis nostris, resurgens ãt à mortuis iã ñ morit̃, & mors illi ultra ñ dñabit̃, & nos post resurrectionem sp cũ dño erim⁹, ad Ro. 6.

Hoc cœlum à quibusdã Aqueum, ab aliis cristallinum appellatur: super firmamentũ. n. (quod octauũ cœlum dicimus) scriptura aquas esse multipliciter astruit: unde Gene. j. Fiat firmamentũ in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis: & dicunt scripturæ firmamentũ esse constitutũ in medio aquarũ, & diuidere aquas illi supereminentes ab aquis subsidẽtib⁹.

Quia aũt s̃ firmamẽtũ sint aquæ præter Geneseos sñiam, ostendit ẽt Dauid Psal. 103. Qui extẽdis cœlũ sicut pellẽ, q̃ tegis aquis superiora eius. Et psal. 148. Et aquæ q̃ sup cælos sunt laudẽt nomẽ dñi. Dicã infrà amplius qñ fiet mentio de elementis, sed nũc sufficit, ꝙ ẽt istud uocet̃ ab aliquibus cristallinum.

Decimũ cœlũ oĩum corporũ primũ ẽ mobile motu, s. diurno ab oriente uersus occidentẽ, iterũ redeũdo in orientẽ in 24. horis sine fatigatione, & pœna regulariter, id ẽ nõ velocius uno tpe q̃ alio: & illo motu secũ rapit oẽs sphæras inferiores: sitq; talis motus super polis mundi. Et in hoc cœlo nullæ sunt stellæ, nec characteres, & lineationes quę percipi possint, sicut nec in nono cœlo. Quidã tñ cõtendunt uisu acutissimo quadã pcipi posse, sed alios fallunt qa falluntur, ut habetur in dicta margarita loco s̃ citato. c. 9.

De his decem cœlis scripsit Ioannes Laziardus in epitomatibus historię uniuersalis. c. 4.

Vndecimũ cœlũ primo de immobile creatum, & mox angelis sanctis repletũ, est corpus subtilissimũ, primũ mundi fundamẽtũ, & quantitate maximum, qualitate lucidũ, figuratione sphæricũ, locali situ supremũ, amplitudine spirituũ, & corporũ visibiliũ, & inuisibiliũ contentiuũ, Dei summũ habitaculũ, & diuersas ob cãs variè denominatur. potissime tñ dr̃ empyreũ, hoc est igneũ: cùm à superbenedicta trinitate in eodem residente, secũdũ nõnullos illuminatũ sit.

Rabanus tñ dicit, ꝙ sunt tm̃ septẽ cęli, s. empyreũ quod supremum, cristallinum seu aqueum, sydereũ, igneum, olympicum, æthereum, & aereum.

Inter hæc tñ de quibus Bar. Anglici ĩ suo libro de proprietatib. rerum. li. 8. cœlum empyreũ ẽ dignius, & excellentius omnibus aliis. Cum sit primũ, & summũ, & talis est locus angelorum, regio, & habitaculũ hominum beatorum. Illud. n. est primum mundi firmamẽtum quãtitate maximum &c. ut hic ante dictum est. Et in hoc cęlo empyreo sunt animæ sanctorũ collocatæ, ut dicit de Lyra Daniel. 7. sup illo verbo. Regnũ autẽ, & potestas, & magnitudo regni quæ est subter omne cœlum detur populo sanctorũ altissimi. Licèt. n. deus sit ubiq;, tñ specialiter dr̃ eẽ in cęlo, quia ibi relucet potissime virtutis suæ operatio. Et ideo cœlum dicitur specialiter sedes dei. Quia in corpore mundi species cęli pulchrior ẽ, vt dicit Ioã. Damas. in lib. 2. cap. 6. quem uideas cum commentario illius, quorũ dicta infrà latius referentur.

Ideo species cœli in uisione gloriæ est. Eccl. 43. dr̃. Et species cęli gloria stellarum mundum illuminãs in excelsis dñs. De hmõi cęlis uideatur Arist. in libr. de cœlo, & mundo. & Ant. Flor. in prima parte suæ sum. tit. 14. & Cœlius lib. 1. antiquarum lectionum. ca. 13. ubi amplè, & in 3. consi. sequ. uide de nobilitate cęli circa principium. versi. & ꝙ corpora. sed mihi ad propositum sufficit, vt denotem, ꝙ inter oẽs cęlos sit unũ excellentius, & nobilius aliis, s. cęlũ empyreũ, quod dr̃ regnum cœlorum, de quo hic ante dixi. Habet. n. circunfluentiam in omnibus inferioribus. Et de huiusmodi cœli dignitate multi admirantur, & cõprobatur per Lud. Cœlium ex multis historiis, vt habetur in suis libris lectionum antiquarũ. li. 1. c. 19. ubi sic inquit. Cœli dignitatem eximiam, vel inenarrabilem potius contemplanti mihi subit quãdoque, quod de Arabibus scriptum reliquit Arrianus, coli ab illis duos modo deos, Cœlũ, & liberũ patrẽ. Ac cęlum quidẽ, quia cernatur, & syderum collucentibus oculis excellenter contextum, solẽ præferat utilitatis immẽsæ autorẽ incomparabilem. Neq; item excidit, quod de Anaxagora philosopho ꝓditũ scimus. Qui interrogatus. Cur nam se natum arbitraret̃: Respondit cœli ac solis uidendi causa. quam quidem uocẽ, ab philosophis summa exceptã admiratione, risu ꝑsequitur Lactãtius, putans nesciẽtẽ quid respõderet in hæc prorupisse. Ego uerò ni me quid secretius fallit (ait idem Cælius) facile contenderim, non temerè id omnino effusum, sed ut ab sapiẽtię studioso pẽsiculatè admodum, & excussè. Nam qui exactius pẽsitarit rẽ totam, comperiet liquido cęlestem claritatẽ adeo pcellere naturę quadã pręsigni maiestate: ut in perẽni ac uitali luce illa, augustissimum diuinitatis mysteriũ, sit facilè deprehẽsurus. Si quidẽ uertiginosus ille motus ampliorẽ nobis indicat ptãtẽ. Lux nitidissimã sapiẽtiã. Calor suauissimus amorẽ. Quibus à

principe

principe rerum deo mouētur, illustrantur, perficiuntur oīa, atq; seruātur: primò inquā, inter separatas, atq; spirituales formas, sicut inter corpora, longè clarissimo cœlū principatu censetur. Extra hæc, q plura in clarissimo putat globo reqrēda is plane, q̄ sit corporeæ naturæ perfectio, parū perspexisse deprehenditur. Quicqd alia partiario, ac diuisim possident, ī vnū id est amplissimè congestū. Sine hoc nec inferius generabitr quippiā, nec genitū suas exercebit operationes. Et quidem sicuti intimus, & uitalis noster calor corpora consouet ac seruat, eiusq; fomento quę agūt in nos, nō frustra agūt: Ita si non adsit cælestis ille calor, corporū virtus oīs, præsertimq; ille ipse tā vitalis, tanq; familiaris nobis calor ꝓflict⁹ depereat necesse est. Cœlū vtiq; naturale corpus est oīum corporū naturaliū perfectissimū. Corpus naturale tā motus q̄ sensibiles qualitates cōsequūtur: perfectissimo igitur corporū naturaliū, perfectissimus quoq; motus, & sensibiliū perfectissima congruūt. Nullus motus perfectior orbiculari. nulla qualitas sensu perceptibilis, luce pfectior: quare hæc cœlestis corporis ꝓpria sint necesse est. Quoniam verò perfectissimum corpus est, cōparem quoq; locū, idest supremū habere, ex rerū dignitate consequēs fuit. Ideo scdm Apuleiū finis altitudinis dicitur. Scitū illud Aristot. est, ex li. 8. Auscultationis Physicæ, motū primi cœli uitā esse oībus, qn̄quidem euidētissima est, & cōis operatio uitæ intimus motus. Cessante aūt cœlo, nec cætera mouebūtur. Sicut in minore itē mundo si cesset motus cordis, oēs animalis motus perire necesse est. Nec lapis itaque deorsum moueretur, neq; ascenderet ignis, ꝙ mirū vtiq; est: sed verū rōnib⁹ ostēditur, si motus qesceret primus. Est aūt, quod primū ī vno quoq; genere causa reliquorū, quæ sub ea continent serie, licèt nō oīa eandē causæ habeāt rōnē. Porrò, ꝙ de motu astruimus, patet in caloris rōne. Nā si cœlestis intereat calor, nec ab frigore profluet frigiditas, nec ab caliditate calor. Si quidē non est frigori cōtrarius calor ille sydereus, sicuti calor igneus. Sed oēs continet elemētares qualitates eminētia simplici, sicut lux oēs colores. hæc ille Cœlius ubi suprà: ꝓ quibus allegat Picum Mirandulam.

Hic nō est sine dubio inuestigare. Cùm angeli sint in vndecimo cœlo, vt hic ante dictū est. Et virgo Maria sit exaltata sup choros angelorum, & ut dicit glo. uerbo. apostolicæ. in l. oēs dies. C. de feriis. exaltata ē sup apostolos, angelos, & archangelos, an condecenter ponatur in duodecimo cœlo, quod est trinitatis s̄m nonullos, de quo nunc dicā, ꝙ nō uideret esse inconueniens. Cū etiā Deipara dicatur, ut dicit Ioā. Damasc. lib. 3. c. 12. vbi Deiparā Dei genetricē, Deiq; parentē, & propriè, & verè sanctā uirginem celebramus. Nā, vt verus Deus est, qui ex ipsa natus est, ita uera Dei genetrix, verum Deum ex ipsa incarnatū genuit. Si ergo Dei genetrix est, & mr̄, collocet seu collocari debet ad dextram filii, prout mater collocanda est, ut dixi supra in 5. part. ī 40. cōsider. & n̄ sub filio. vr̄ ergo, ꝙ uirgo Maria cōdecēter poni possit in duodecimo cœlo ubi ē deus. Et hæc dico solū ꝓ quadā inuestigatione, nō tn̄ istud assero, sed me remitto ad dn̄os Theologos. Quicqd sit tn̄ ego teneo, ꝙ in quocūq; loco sit, ē sup oēs choros angelorū, sup oēs beatos, & sanctos cuiuscūq; autoritatis, & præeminētiæ fuerit. dixi suprà ī tertia pte hui⁹ libri, ī q̄rta cōsi.

Etiam ex prædictis constat, ꝙ Cœli enarrāt gloriā Dei, & opera manuum ei⁹ annuntiat firmamentum. Psal. 18. quod est triplici uia, & modo mirabili.

Primò ex eorum creatione ab immensa potentia.

Secundò ex eorum conseruatione, & manutenentia ab eadem infinita sapientia.

Tertiò ex eorum uirtuali operatione multiplici eis collata à suprema, & impendenti clementia.

Circa primū cœlorum creatio pandit, & enarrat gloriam dei, quia tanta, & talis operatio, quæ est de nihilo ad esse, productio non potuit fieri ab aliqua intelligentia. Cùm ad eorum creationem requiratur infinita potentia, quæ potentia repugnat intelligentiæ, & angelo. ideo suo modo cœli pandunt, & enarrant gloriam Dei ex parte eorum creationis.

Circa s̄m, cœlorum manutenentia, & eorum conseruatio, quæ immediate à Deo pendet etiā enarrat, declarat, & manifestat gloriā Dei: quia oīs creatura tā spiritualis q̄ corporalis, quantū est de se tendit ad non esse, & quanto perfectior, tanto maiori indiget manutenētia Dei. sicut equus minori indiget manutenentia, q̄ angelus: quia angelus plures pfectiones habet equo, & omne esse præter primum esse, quantum est de se intendit ad non esse. Ideo cęli in manutenentia tali tā mirabili enarrant gloriam Dei.

Circa tertium, cœli enarrant gloriam Dei ex eorū operatione virtuali. vnde tot uariationes, & temporū mutationes, frigora, calores, pluuiæ, sterilitates, guerrarum abundantia, & pauca pax, & iustitia, & qn̄que inter hoīes infirmitates, pestes, & īter animalia terræ, uolucres aeris, & uiuentia in aquis, talia dei cōcursu ꝓueniunt ex influentia cęli, q enarrant gloriā Dei: & licèt deus posset aliter facere, & faciat qn̄q;, teste beato August. in lib. de ciuitate Dei. Sic deus condidit res, vt suis motibus sinat eas peragere. agunt cā secundæ uirtute primæ causæ, & operationes earum qn̄ placet suspendit prima cā cōcurrens immediatus ad effectū cuiuslibet causæ secundæ, q̄ causa uniuersalis secunda. ita dicit amicus medicorum in declaratione illius Psal. 18. Cęli enarrant gloriam Dei, &c.

Aliqui verò ponunt duodecimū cęlū, quod est cęlum trinitatis, quod dicunt Deum esse s̄m rē, & differre ratione. Nihil tn̄ aliud est, (vt inquit Albertus) q̄ uirtutis eius excellentia, quæ cōtinet, & ambit omnia creata. Et esse in tali cœlo est esse in æqualitate virtutis Dei omnia continentis atq; saluantis, quod nō solum conuenit patri, filio, & spirituisancto.

Nonnulli tn̄ dixerunt tm̄ esse tres cęlos, ad quorū tertiū se dicit raptū Apost. 2. epist. ad Cor. c. 12. cùm ait. Scio hoīem in Christo ante annos 14. siue in corpore, siue extra corpus: nescio, Deus scit, raptū huiusmodi usq; ad tertiū cœlum. Tres aūt cœli, de quorū tertio meminit Apostolus sunt, vt dicit Damas. li. 2. c. 6. cœlū aereum, firmamentū, & cœlū firmamento supereminēs, ad quorū supremū se mentis extasi raptū Paulus asserit. Alii interpretantur alio modo, qd primum

primum sit aereum, sm firmamentum, tertiũ spiritituale.ubi Angeli,& animæ sanctę Dei fruuntur cõtemplatione. Alij distinguũt sm tres angelicas hierarchias,ut primũ cœlum dicatur postrema hierarchia,scdm cœlum media,tertium verò suprema hierarchia, vt amplè explicant Io.Damascenus, & commentator ipsius in loco suprà allegato.

SExta consi.in cœlo empyreo sunt tres hierarchię, vt dixi amplè supra in 3.par.huius libri.Prima scilicet super cœlestis,q̃ cõsistit in tribus personis. Secũda cœlestis,q̃ consistit in angelis.tertia subcœlestis,q̃ pficitur in p̃latis, vt dicit Diony.in suo lib. de cęlesti hierarchia.Et hæc cœlestis hierarchia est triplex, q̃dam superior quę dr̃ epiphania,& hæc continet tres ordines,s.ordinem Seraphin, Cherubin, & Tronorũ,& ista est excellẽtior aliis,ut dictũ est ibi.ideo non aliter insisto,ne fiat repetitio eorũ q̃ iam dixi. Et ibi ẽt dictũ est, ꝙ inter nouem ordines,ordo Seraphin ẽ dignior,& excellẽtior.Et ad ibi dicta me remitto circa huiusmodi excellentiam hierarchiarum,q̃ sunt in vndecimo cœlo,vt etiam supra dictum est.

Sunt.n.quidam q̃ subtiliori succo de nõ discendo torporẽ operiũt.dicunt.n. cœlestem hierarchiã non in plenitudine sciæ,sed charitatis culmine finiri. vñ Seraphin,q̃ denominatur à plenitudine charitatis supremus est ordo,sub quo Cherubin q̃ à plenitudine sciæ nomẽ accepit.In Seraphin tñ minorem eẽ scientiam,q̃ in Cherubin catholici negãt.patet 2.lib.sententiarum.dist. 9. Tm̃ igr̃ Seraphin in scĩa Cherubĩ excellit,quãtũ in charitate excedit. A charitate autẽ ille supremus ordo tanq̃ nobiliori Dei dono nominat̃,ad quod profecto scĩa ordinat̃. Cherubin autẽ ñ à charitate,sed à scientia nominari debuit, quia iam superior ordo à charitate nomen sibi vendicabat.

Sed aduerte ad vnũ,ꝙ tanta est nobilitas,& excellentia angelorũ,ꝙ vt dicit Anselmus in quodam sermone.Si unus angelus staret in cœlo stellato, & tot essent soles quot sunt stellæ,claritas istius solius angeli offuscaret oẽs illos soles sua claritate, sicut modo claritas solis offuscat claritatẽ stellarũ.& ibidẽ dicit, ꝙ ille angelus tm̃ transcendere nosceretur pulchritudinẽ solis,quantũ sol transcendit pulchritudinẽ terræ,imò magis incõparabiliter. Hęc dicit Bernar. de Bust.in 2.par.sui Rosarii.serm. 10.litera B.

SEptima cõsid.S. Thom. in scripto eius sup̃ libris de cœlo,& mundo.2.lect.25.dicit,ꝙ oẽs stellæ p̃ter planetas sunt in supremo cœlo,ꝙ intellige in firmamẽto,ꝙ dr̃ scdm aliquos supremũ: sed in empyreo nullæ sunt stellę, ut dictũ est añ.Ex quo ergo p̃dictę stellę sunt supra planetas,vident̃ eẽ digniores pp altitudinẽ,& supiorẽ locũ quẽ obtinẽt,& q̃a approximãt diuinitati.Et d̃ potestate hmõi stellarũ fixarũ, an sit maior ptãte planetarũ,vel econtra, ponit Cælius lib.1.suarum antiquarum lectionum.c.17.ubi iquit,magnam altercationem esse inter studiosos,qui quandoq; stellis non errantibus,quæ sunt fixæ, vim eminentiorẽ cæteris ascribũt,qñq; verò ediuerso, & ut plurimũ cõem felicitatẽ pro nascentis modo,mensurãq; à prosperiore planetarum statu contribui sanciunt: à fixis verò quandam incomparabilem, & extra quã opinetur aliquibus fortunæ benignitate,q̃ sñiam dicit cõprobatã eẽ à Ptolemæo. Alii omnino planetas ui effectuq; p̃potentiores ostẽdere conant̃, cũ Procli sententia,tũ rõnibus id euidenter mõstrãtibus.Accedente itẽ veterũ testimonio,q̃ planetas, uelut quosdã mũdi principes intelligerent. Quo aũt discerniculo certiore ista teneãt bonarũ literarũ studiosi.Astra (inquit secũdo cęli Aristoteles) nequeũt per se, & ꝓpriis moueri motibus, aut locũ mutare, sed orbi infigunt̃,velut in tabula nodus. itaq; orbis motu ferunt̃,cui inhęrẽt.Cęterũ planetas deprehensum est diuerso ferri incessu,at tũ velocitate, tũ tarditate plurimũ discrepãte,atq; situ ẽt. quosdã nãq, extortũ petere, in occasum alios remeare: porrò in austrum deiici hos, in septẽtrionẽ ꝓtolli aliquos. Ideoq; ex motus inæqualitate nomen quoq; indeptos, & assequutos.Ex qua item certius coniectatũ orbibus eos distinctis ferri. Fixas verò globi octaui stellas dicim⁹ non,ꝙ nõ moueant̃.Nã duplici saltẽ circum agi motu animaduersum iuniorib⁹ est,quib⁹, & glob⁹ ĩ quo sunt motib⁹ rotatur. Altera ab ortu in occasum. Reliqua ab occasu in exortum super zodiaci polis, tãtæ tñ tarditatis, vix vt percipi, vel annis centum queat. Nec item fixas dixeris, ꝙ orbis modo circunferant̃ ambitu.Nam,& hoc est illis cõe cum planetis, quod secundo cœli,(ut dictũ est) astruitur.

Sed ita dicuntur,quia eãdẽ p̃petuò seruãt figurã, sitũ,propinquitatẽ,distantiã.diuersitas planetarũ in motu,dum vel ꝓpiores nobis fiunt, vel remotiores, cã est (sicut philosopho placet) ualida,ut uarii ꝓducantur effectus. Vniformis autem, & constãs motus mobilis primi id agit,ut diuersitas hoc genus æterna sit,ac uniformi p̃get periodo.ita dicit Cælius in p̃dicto loco,qui ẽt asserit Chaldæos dixisse planetas interpretes,qm̃ ex aliis astris, quæ tum minime erant, tum certum seruãt,& statutũ meatũ.Sola hęc incessu ꝓprio suoq; nitẽtia res futuras insignitus ostẽdãt, ac ueluti deorum mentem interpretentur. Esse autẽ hosce Saturnum,Martẽ,Venerẽ,Mercuriũ,Iouem: de his statim dicam.Sed quo ad stellas fixas quę sunt in octaua sphæra,cũ sit aliis iferioribus nobilissima, ut dicit Arist.in fine libri secũdi.de cœlo. ex quo ergo etiam stellæ ibi positæ sunt aliis nobilissimę.

In hoc octauo cœlo sunt quadraginta octo imagines stellarũ,in quib⁹ ẽ cõcordia, apud oẽs antiquos, sicut dicebatur,& sunt in eis 1022 stellæ,q̃ dicuntur stellæ fixę,& mouentur vno motu,s.ad motũ octauæ sphæræ in cẽtũ annis ferè uno gradu, & antiqui posuerũt in sex ordinib. ita ꝙ illas q̃ sunt maiores posuerũt in primo ordine,& sunt quindecim:& q̃ sunt infra has posuerũt in secũdo ordine,& sunt 45. & q̃ sunt infra has posuerũt in tertio ordine,& sunt 208. quę verò sunt infra has posuerunt ĩ quarto ordine,& sunt 474.& q̃ sunt infra has posuerũt in quinto ordi.& sunt 217.& q̃ sunt ĩ has posuerũt in sexto ordine,& sunt 63.Ex his 48.duodecim sunt in uia solis, & in zodiaco, vt dicetur infrà,& sunt in eis ex stellis 346.Nomina earum sunt Aries,Taurus,Gemini,Cãcer, Leo, Virgo,Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, Vrna, Pisces. de quibus infrà dicet. Et remanent

manēt trigintasex imagines, quarū viginti vna declinant à via solis ad septentrionē, & quindecim ad meridiem: q̄ declinant ad septētrionē habēt ex stellis supradictis 360. & nomina imaginum sunt hæc.

Prima est vrsa minor. Secūda est vrsa maior. Tertia draco. Quarta dn̄s flāmæ, vel successus. Quinta canis latrās, vel vlulans. Sexta corona septemtrionalis. Septima incuruatus, vel genuflexus. Octaua vult̄ cadens. Nona gallina. Decima sedēs super sedē. Vndecima deferens caput algol, id est diaboli. Duodecima tenens habenas. Decimatertia serpentarius. Decimaquarta serpēs. Decimaquinta accusator. Decimasexra aquila uolans. Alii habēt vultur volās. Decimaseptima delphinus. Decimaoctaua equus primus. Alij habēt caput equi. Decimanona equus secundus: alius liber habet equus alatus. Vigesima mulier quæ non nouit virum. Vigesimaprima est triangulus.

Quę verò declinant ad meridiē habēt ex stellis supradictis 316. quarum imaginum nomina sunt hęc.

Prima earum est leo, quē quidā vrsum appellāt. Secunda algobar, id est canis validus. Tertia flumen. Quarta lepus. Quinta canis maior. Sexta canis minor. Septima archa Noe. Octaua serpens. Nona vas. Decima coruus. Vndecima deferens leonē, & ipsius medietas est humanæ figuræ, altera eq. Duodecima leopardus. Decimatertia thuribulū. Decimaquarta corona meridionalis. Decimaquinta piscis meridianus. Hæc noīa ponit, & ordines supradictos Io. de Saxonia in commento super textum Alchabitii: q̄ hic recitant̄ solū pro ordine supradicto: & intētio mea pro complemento huius operis nō tendat ad aliud.

Easdē tn̄ imagines ponit ēt amicus medicorum ī c. 2. secundæ differentiæ, ubi ēt ponit de ordine stellarū, & imaginū visibilium cœli, tā in parte septētrionali q̄ meridionali, quē iō vide, q͞a ibi amplissimè.

Harum stellarum nomina ponit Ausoni⁹ Gallus his versibus.

Ad boreæ partes, arcti iunguntur, & anguis.
Post has arctophilax, pariterq́, corona, genuq́,.
Prolapsus, Lyra, auis, cephæus, & casiopęa,
Auriga, & perseus, deltoton, & andromedæ astrum.
Pegasus, & delphinus, telum, aquila, anguitenensq́,.
Signifer inde subest, bis sex, & sydera complent.
Hinc aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo,
Libra, & scorpius, arcitenens, capricornus, & vrnam
Qui tenet, & pisces: hi sunt in partibus austri,
Orion, procyon, lepus, ardens sirius, argo,
Hydrus, chiron, thuribulum quoq;, piscis, & ingens,
Hunc sequitur pistrix, simul eridaniq́, fluenta.

Octaua cōsid. In cœlis septē sunt principales planetæ. Luna, s. Mercurius, Venus, Sol, Mars, Iupiter, & Saturnus. Venerē aūt dicūt qn̄q; luciferum, qn̄q; vero hesperū fieri. Cæterū planetas, id est erratiles hos vocarūt, ꝙ ex aduerso cœli suū motū peragūt. Nam cœlum, & reliquæ stellæ ab oriēte ī occidētē mouent̄, at ipsi soli ab occasu in orientē motū habent. Et hoc exploratū habemus ex luna parumper singulo quoq; vesperi ad oriētē remeāte, ut dicit Io. Damascenus in lib. 1. c. 6. ubi enumerat illos septem planetas, & posset cōsiderari maioritas illorū ex altitudine loci s̄m. s. ꝙ sunt in altiori loco, ideo uident̄ esse digniores, vt dictum est in genere de existētibus in altiori loco s̄ in 1. par. in 14. consid.

Et ꝙ corpora superiora sint nobiliora, constat ex eleuatione eorum super oīa inferiora. Quanto. n. corpus est nobilius, tanto debetur ei altior locus. Et nobilitas corporū superiorū patet ex figura siue forma ipsorū, quæ est rotunditas, quæ est nobilior oib⁹ aliis figuris, sicut dicit Arist. in lib. de Cœlo, & Mundo, quod patet ex eo, ꝙ oēs aliæ figurę habent terminos. Rotunda aūt figura habet formā circularē. Et circulus nō habet principiū, neq; finē, sed in se terminat̄ est. Et primo cœlū nobilius est inter oīa corpora. Est. n. ingenerabile, & incorruptibile, virtutē habens actiuā respectu inferiorum. Omne aūt agēs nobilius est patiente: sed corpori nobiliori debetur forma nobilior, & forma sphærica siue rotunda nobilior est omnibus aliis formis, siue figuris corporalibus ꝓꝑ sui capacitatē, & interminabilitatē, q͞a nō habet principium, neq; finem, & est una superficie cōtenta. est. n. sphæra figura plana vnica superficie contenta. ergo sphærica forma debet̄ cœlo, ergo cœlum est sphæricū, siue rotūdū: vt dicit Albertus magnus in sua philosophia naturali. lib de cœlo, & mūdo. c. 3. & 1 c. 5. scribit ēt qūo nobilitas corporū sup̄iorū ꝓbat̄ ex impassibilitate eorū. Sūt. n. īpassibilia, ingn̄abilia, & īcorruptibilia, virtutēq; actiuā respectū īferiorū hn̄tia.

Et ideo ex quo Saturnus est in altiori loco, vt d̄t amicus medicorū. in 4. c. dr̄iæ quintæ: vr̄ eē dignior, Iuppiter post, & supra Martē, & Mars post, & supra solē, & Sol post suprà Venerem, & Venus post supra Mercuriū, & Luna post, quæ est in primo cœlo alcēdendo, & Saturnus ī septimo, ut suprà dixi ī hac par.

Vel ēt unus pōt dici dignior, & maior altero ꝑ lōgitudinem, latitudinem, & magnitudiuem, in eo q͞d continet plus altero. ideo cum Sol, & Luna plus contineant q̄ alii planetæ, eo quia Sol continet terrā centies sexies sexagesies, ut hr̄ in Margarita philosophica lib. 7. tract. 1. c. 31. Lunam unam de tribus partib⁹ terræ. Alii uerò minus continēt, cū Mercuri⁹ sit vna pars de triginta duabus mille partibus terræ, Venus una de triginta septē, Mars contineat tm̄ terram semel, & dimidiam. Iuppiter terram nonaginta quinque uicibus, & Saturnus nonagita unam uicibus, vt hr̄ ī dicto lib. 7. tractatu primo. & ibi pōnitur de motu illorum, prout ēt suprà hac eadem parte dixi. Nā Saturnus in triginta annis totum perficit zodiacum. Iuppiter in annis ferme duodecim percurrit zodiacum. Sol verò inter centū sexagintaquinque diebus, & sex horis. Et ut dicit Archid. in c. 1. de regu. lib. 6. Sol oī anno cursum suū repetit, & Venus ferè idē, & idē ēt de Mercurio, sed Luna ferè perābulat totū zodiacū ī uiginti octo dieb. ut hr̄ in d. loco. c. 34. 33. 32. 31. & 30. Sed quicquid sit hac ratione, & ea ēt rōne, q͞a Sol est in medio stellarū, & planetarū totū mūdū uniuersaliter illuminans, tāquam sit luminare mai⁹ specialiter a Deo creatū, vt hr̄ Gene. 1. dr̄ rex stellarū, & planetarum s̄m Isidorum in libro de natura rerū, quem refert, & sequitur Guill. Benedicti in sua repetitione cap. Raynutius in uerbo, duas habens filias.

extra de testamentis. Solis laudes pręcipuæ describũtur satis ad longum p Cœlium lib. suarũ antiquarũ lectionũ 13.c.14.quas hic referre volui. Sic.n.ait. Solem Plato ipsius boni conspicuum filiũ nominauit, credidit quoq; esse solem pspicuã dei statuã in hoc mundo ab ipso Deo positã, hunc veteres, vt Deũ venerabantur, deniq; q̃sq̃s nõ videt solẽ in mũdo imaginẽ esse vicariumq; Dei, is certè noctem nunq̃ considerauit, nec solem suspexit exorientẽ, neq; itẽ illius animaduertit munera, nec Areopagitæ Dionysij monumenta unq̃ adiit. Theologi veteres dicebant reginã oium iustitiã è medio solis throno per cuncta ppagari, oĩa dirigentẽ veluti sol ipse oium sit moderator: quicq̃d adest nobis boni, solari potestate adest, vel ab ipsa tantum, vel ẽt si ab aliis: id quidem, vel à sole absoluit, vel à sole per alia. Est quoq; sol elementalium virtutũ dñs. Luna uirtute solis dña gñationis. Ideo Albumasar per solem, inquit, & lunam omnibus vim insinuari. Moyses cœlestium dñm ĩ die solem arbitrat, nocte lunã, quasi nocturnũ solẽ M. Tullius solem veneratur, vt ducem, & principem ac moderatorẽ luminũ reliquorũ, mundi mentẽ, & téperationẽ. Heraclitus fontẽ cœlestis lucis nũcupauit. Physici ẽt cor cœli: id.n. in æthere sol est, q̃ ĩ animali cor. Cuius id proprium ne unquã cesset à motu. Sunt, & q̃ ætheris oculum nuncupent solem. Pleriq; ex Platonicorũ scholis in sole mundi animam constituisse videntur. Quæ sphæram solis totam implens per globum illũ quasi igneũ, tanq̃ cor effundat radios veluti spiritus inde per omnia, quibus vitã sensum motũ vniuerso distribuat. Hic Astronomi dicũt. Sicut Deus solus intellectualẽ animã nobis tribuit, ita sub solis modo influxu eam mittere, id est quarto duntaxat mense post conceptum, vt ẽt infrà patebit. In Sole ẽt enitescere imaginẽ diuinæ trinitatis mirã excogitatũ est. Inibi si quidẽ tria quędã visitari distincta pariter, & unita. Primũ quidẽ naturalis animaduertitur ipsa fœcũditas sensibus nostris prorsus occulta. Deinde lux eiusdem manifesta ex ipsa manãs fœcũditate, ipsiq; æqualis semper. Postremo est ab utroq; propagata calefactoria vis, penitus vtrisq; par. Cæterũ ex Platonicorũ doctrina nõ est negãdũ cœlũ solemne eẽ calidũ. Calefaciũt aũt solis radii salubriter pro ignea solis uiuificaq; natura. sed ex quo prorogat talis calor, & lux cœli, vide ibidẽ. De eo ẽt hr̃ Eccle. 1. Oritur sol & occidit, & ad locũ suũ reuertit, ibiq; renascens gyrat p meridiẽ, & flectit ad aquilonẽ. Ioã. Montaigne in suo tractatu de p̃eminentia sacri cõsistorii. in primo argumẽto p magno cõcilio, dicit q̃ sol amplius illustrat lunã sibi proximã q̃ cæteros planetas, & stellas eidem remotiores: sed non dicit verũ, qm̃ luna nõ est illi pxima. Cũ inter solẽ, & lunã, sint Venus, & Mercurius, ideo standũ est in hac ratione eo, quia est in medio planetarũ. dicit ẽt Plinius lib. 2. c. 6. q̃ sol medius fert amplissima magnitudine ac potestate, nec tẽporũ modo terrarũque: sed syderũ ẽt ipsorum cœliq; rector hũc mũdi esse totius animũ ac plenius mẽtẽ hũc principale naturæ regimen ac numen credere decet, opa ei⁹ æstimãtes. Hic lucẽ reb. ministrat aufertq; tenebras. Hic reliqua sydera occultat. Hic vices tẽporũ annũq; semper renascẽtẽm ex vsu naturæ tẽperat. Hic cœli tristitiã discutit, atque ẽt nubila humani animi serenat. Hic suum lumẽ cæteris quoque syderibus fœnerat p̃clarus, eximius, oĩa intuẽs, oĩa ẽt exaudiẽs. Et sol ex sñia Platonis ẽm Celiũ. lib. 13. antiquarum lectio. c. 12. sic describitur. Sol cœlestis est ignis, qui solũ ab ortu ad occasum ab eisdem aspici põt. animal sempiternum astrum animatum, diurnum ac maximum, huius syderis maiestas veteribus credita est diuina. Proinde religiosius dũ percutitur fœdus ab Agamemnone aduocatur apud Homerum, vt fœderum custos, & inspectrix omnium. Sunt qui tam amplę potestatis sydus oculorum metiant argumentis, & animi coniectura scrutentur, sed vanitas multis coarguitur indiciis immensum eẽ. Plini⁹ inquit, q̃a arborum in limitibus porrectarum ĩ quotlibet pass. millia umbras paribus iaciat interuallis tã quam toto spacio medius. Epicuri scholæ sunt q̃ stātuunt ea magnitudine esse solẽ, qua vr̃. Cæterum nõ puidisse illos quãta inde cõsequeret absurditas. Si.n. inquit Cleomedes in cœlestium orbium cõtẽplatione tantus sit sol, quãtus apparet, pfecto multę simul in ipso magnitudines erũt, si quidem exoriẽs, & occidẽs maior vr̃. Porrò non apud oẽs eodem exoritur tpe. Nam cũ sit globata specie terra, aliàs apud alios oritur, & occidit, & medium cœli tenet. quãobrem cum accidat eũdem apud alios oriri, & apud alios in medio cœli existere, simul & maior, & minor fiet. Maior videlicet quibus oritur, minor quibus est in medio cœli hora eadem, q̃d certè in eo absurdissimũ cẽsendum est. Horum nãq; effectuum ratio ea promit à scientissimis. Maior inquiunt nobis sol oriẽs, & occidens vr̃, & minor in cœli constitutus meditullio, ppea, quod in orizonte per aerẽ densiorem, & humectiorum ipsum uidemus. Eiusmodi nãq; est uicinus terræ aer. In medio aũt cœli, q̃a in puriore cernimus, emissus ab oculis ad ipsum radius non reflectit, q̃ in alio cõtingit situ. Argumento sunt q̃ in aqua uisũt grãdiora, corpulentioraq;. Nã, & ex puteis altioribus sol cõspectus, idipsum patit. Eisdẽ porrò rationibus colligit, cur ĩ medio cœli sol cõstitutus nobis videat ppior. Oriẽs verò aut occidẽs remotior: hoc siq̃dem aeris efficit qualitas. In humectatiore nãq, crassioreque cõspect⁹ lõgius abesse credit. Per purum verò interuallo vr̃ ppinquiore. Proinde dicit Posidonius. Si fieri posset, vt p parietes aliave solida corpora sol videret, multo amplior se nobis ingereret, & ampliore distare ĩteruallo crederet. visum porrò ĩsigniter falli iudicio eẽ põt colorũ subinde ĩ sole mutatio, q̃d aeris affectio facit. Hacten⁹ ille. Isti tñ planetę diuersis causis aliàs altiores, aliàs inferiores uident, vt plenè declarat Plin. eodẽ lib. 2. c. 16. quẽ videas, & altitudinẽ illorum etiam ponit cõm. Ioã. Damasceni lib. 2. c. 7.

Si uis tñ scire distãtiam à superficie terræ ad supficiem planetarum, uide quæ dicuntur in dicta Margarita in dicto libro 7. tractatu primo, cap. 36; ubi dicitur, q̃ distantia à superficie terrę ad superficiem cõcauam orbis lunæ, (ut quidam scripserũt) est milliarium. 107412. distantia uerò à terra ad superficiem cõuexã orbis lunæ, & cõcauum Mercurii est. millia-

riorum 2081850.ad conuexã mercurij, & cõcauã veneris 542750.ad conuexã veneris, & concauã solis 3640000. Ad conuexam solis, & concauã martis 3965000. Ad conuexam Martis, & concauam Iouis 28845000. Ad conuexam Iouis, & concauã Saturni 46818250. Ad conuexam Saturni, & cõcauã firmamenti 65357500. & est quãtitatis dimidii diametri, singulorũ diameter tota est 23071 5000. Circũferentia est 4108 18571. Continet autẽ cubitos 3000. Ex his orbiũ spissitudo facilè cognoscit̃, & ibi dr̃, ꝙ id, quod de quantitate stellarum in superioribus dictũ est credibilius redditur. Continet. n. sol terram centies sexagesies sexies, & tres eius octauas. Terra aũt continet lunã trigesies nouies, & insuper ferè quartã eius. Sol aũt maior est luna sexies millies sexcenties quadragesies ter: & insuper eius continet medietatẽ, vti videre est in quinto almagesti Ptolemæi. Distantiã aũt planetarum à terra non semper est eadẽ propter eccentricitatẽ deferentis, & epiciclorum quantitates proprior est. igitur planeta terrę in inferiori parte epicicli, circa oppositũ augis, & remotior ĩ superiori parte epicicli, & augen deferẽtis. Et dicã ĩ hoc cũ aliis, ꝙ nec ego iã dicta verificaui, sed ab aliis posita recitaui: cæteris de eadem re opinionibus prætermissis, & sint hæc iucunda, & miranda.

Vlterius est aduertendum. nam, vt dicit gl. in uer. die solis. in lege omnes iudices. C. de feriis, septẽ dies denominantur à septem planetis, & sol est in medio illorum, & descẽsiue sunt in firmamento affixi. Hoc modo, s. Saturnus, Iuppiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, & Luna. Et isti septem planetæ maximam hñt potestatem atq; operationem in hominis generatione, quoniam secundum Astrologos, Galenum, & cæteros medicos: Cũ mulier concepit:

In primo mense dominabitur ibi Saturnus, qui semen in matrice mulieris receptum coagulat, & cõdensat frigiditate, & siccitate sua, iuxta illud Iob 10. sicut caseum me coagulasti.

In secundo mẽse Iuppiter ibi mẽbra, & sanguinẽ tribuit, & si sit masculus anima rõnalis à Deo infundit, s. quadragesima die à die conceptionis cõputãda, ut notat̃ in lege diuus. ff. đ extraordinariis criminib.

In tertio mense Mars subtiliat sanguinem, & humores condensat, & ordinat. & componit. Et à Deo anima rationalis infunditur embrioni si est fœmina die octuagesima pariter à die conceptionis computanda, ut notatur in gl. fi. in c. 1. 5. dist.

In quarto mense Sol ibi vitalem calorem, & spiritum capiti, & cordi tribuit.

In v. mẽse Venus organa sensibilia, & officialia mẽbra, s. aures, & nares, & similia perficit, & disponit.

In sexto mense Mercurius omnia foramina corporis componit.

In septimo mense Luna suis limitibus mẽbra diuidit. Et in hoc septimo mẽse, (quia nõ sunt nisi septẽ planetæ conceptui principaliter operantes) nascitur partus perfectus, vitalis, & salubris. textus est de autoritate Hippocratis in l. septimo mense. ff. de statu homi. Et sufficit intrasse ĩ septimo mẽse p duos dies. tex. est ĩ l. ĩtestato. §. fi. ff. de suis, & ltimis hæredib. & notatur in d. l. septimo mense. ideo si nascatur puer in septimo mense post nuptias iustas præsumitur legitimus. Bal. in l. iura constitui oportet. cũ l. seq. ff. de legib. Sed pro hoc, tex. est clarus. in d. l. septimo mense. in fine. Si autem in hoc septimo mense partus nasci distulerit, & nascatur in octauo mense, tunc part⁹ moritur, quia Saturnus redit super eo, qui frigiditate, & siccitate sua partum mortificat. Alias rationes refert Cælius lib. 11. c. 1. quas uide.

Anima certè (qñ spiritus est in sicco) habitare nõ potest. tex. in c. Moyses. 32. q. 2. quod ualde facit pro Normannis, Anglicis, & Polonis, ut possint bibere fortiter, ne anima habitet in sicco, ut dicit ibi glo. in uerbo, in sicco. Si verò nasci distulerit in octauo mẽse, & nascatur in nono: hinc redit Iupiter, q suo calore temperato partum refouet, & custodit, taliter ꝙ nascitur uitalis. Sed si partus distulerit nasci in nono mense, nasci poterit in decimo, in quo redit mars q sui caloris, & siccitatis bñficio partũ facit regredi iam robustum. facit tex. in l. Gallus. in prin. ibi, in decem mensibus proximis. ff. de lib. & posth. in l. fin. C. de posth. hæred. instit. Salomon verò decem mensiũ tpe fuit nutritus in utero, ut habetur Sap. 7. in prin. Et ẽt capiendo mensem pro triginta diebus, Christus natus fuit in decimo mẽse post quinq; dies, ut dicit G. Bñd. in sua repet. c. Ray. in uerbo, & sobolẽ quam gestauerit ĩ utero. nu. 28. extra de test. ubi ponit quatuor miranda quæ fuerunt in conceptione Virginis.

Vltra verò decẽ menses mulier conceptũ non portat in vẽtre, ut d. l. intestato. §. fi. ff. đ suis, & legitimis hæredibus, saltem ultra duos dies in mensem undecimum, vt in auth. de restitutionibus, & ea q̃ parit in vndecimo mense post mortem uiri. §. vnũ siquidem. uers. quamobrem. ubi bona gl. in uerbo. pfecto. coll. 4. in quo undecimo mense redit sol super partum, q̃ vtilitatẽ calorem, & spiritum epati, & cordi refouet. videatur de hac materia Plin. in 7. naturalis historiæ c. 5. Aristoteles in lib. de animalibus. do. meus Ias. in l. Gallus. in prin. in 12. col. in glo. in uerbo, in decem mensibus. ff. de libe. & posth. De hmõi tpe partus q̃sierunt, & medici, & astrologi, ut dicit Aulus Gellius in noctibus Atticis lib. 3. c. 16. qui ibi plura disserit. Tandem in fine illius cap. refert senatum adiudicasse bonorum possessionẽ nato in undecimo mense. Qm̃ nullum certũ tempus statutum ei videretur. & ibi etiam ponit de natis in octauo mense, qui non sunt vitales, quod reprehendit Picus Mirandula libro 3. suarum disputationum. 18. cap. & in eodem lib. 25. cap. dicit astra in his inferioribus nihil agere, nisi per modum causæ vniuersalis, sed non in particulari. quem allegat idem Benedicti loco p̃allega. num. 31. quem videas. Et prædicta hic inserta sunt ad denotãdam excellentiam dictorum planetarũ s̃. alias stellas cęli fixas. Amicus medicorum ponit etiam quinque dignitates essentiales horũ septẽ planetarũ. 5. ca. differentię 2. & in c. seq. ponit virtutes accidẽtales, per quas influentiæ eorũ fortificant̃. Altitudines autem illorum siue exaltationes ponit commentator super Damascenum lib. 2. c. 7. non insisto, cum non sit præsentis speculationis, nec sit materia ad propositum.

Aduer-

Aduertendũ tñ est ad unum, quod dicit Abrahamus, vt Landinus ait. sunt septẽ angeli conductores horũ planetarũ, s. Caphiel q interpretatur virt⁹ Dei, & est cõductor Saturni. Saliel qui interpretatur iustitia Dei, & ẽ cõductor Iouis. Samael auxiliũ Dei, & ẽ cõductor Martis. Annael populus Dei, & ẽ cõductor veneris. Michael domus Dei, & est conductor Mercurii. Raphael medicina Dei, & est cõductor solis. Gautici, & Gauriel, & est conductor lunæ. Et dicit quemlibet illorum ducere mundũ ann. 354. & 4. menses: fuit talis ordo, vt Saturnus duceret primò, quia hora Saturni creati sunt Sol, & Luna, & post Saturnum ducit Venus, inde Iuppiter, inde Mercurius, inde Mars, inde Luna, inde Sol. Itaq; ducatus oĩum septẽ planetarũ assumit annos 2480. & quatuor mẽses. Et cũ Saturnus habuerit initiũ à creatione mundi, durauit usq; ad annos 354 & quatuor mẽses: quo tpe incœpit Venus, & durauit vsq; ad annos mũdi 708. cũ octo mẽsibus: quo tpe icẽpit Iupiter, & durauit vsq; ad annũ mũdi 1063. quo tpe incẽpit Mercurius, & durauit vsq; ad annũ mũdi 1417 cũ quatuor mensibus. Quo tpe incẽpit hr̃e cursum Mars, & durauit vsq, ad annum 1770. & mensibus octo. Quo tpe Luna incœpit hr̃e cursum sui regiminis, & durauit vsq; ad annum 2136. Quo tpe. sol incœpit, & durauit usque ad annum 2480 & mensibus quatuor. Quo tpe iterum incœpit Saturnus hr̃e cursum, & durauit vsque ad annum 2834 & octo mensibus. Et iterũ Venus hoc tpe incœpit, & durauit vsq; ad annũ 3189. quo tpe incœpit Iuppiter, & durauit vsque ad annũ 3543 & mensibus quatuor, quo tpe incœpit Mercuri⁹, & durauit vsque ad annũ 3897 & mẽsibus octo, quo tpe incẽpit Mars, & durauit vsq; ad annũ 4252. quo tpe icẽpit Luna, & durauit vsq; ad annũ mundi 4606 cũ quatuor mẽsib⁹. quo tpe icẽpit Sol, & durauit vsq; ad annũ 4960 cũ octo mẽsib⁹, quo tpe incœpit iterũ regnare Saturnus, & regnauit vsq; ad annũ 5305. sub quo nat⁹ ẽ Christ⁹, vt testat̃ satis Virgilius.

Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna.

Quo tpe iterũ incẽpit Ven⁹, & durauit vsq; ad annũ 5669 cũ quatuor mẽsibus. quo tpe incẽpit Iuppiter, & durauit vsq; ad annũ 6023 cũ octo mẽsibus. quo tpe incẽpit Mercuri⁹, & durauit vsq; ad annũ 6378. quo tpe incẽpit Mars, & durauit vsq; ad annũ 6732 cũ quatuor mẽsibus. Et sic hoc anno dñi 1525. sum⁹ adhuc sub regno, & cursu Martis, & regnabit usque ad annum dñi 1535. quo tpe incipit Luna, & erit annus mundi 7066. de aliis futuris tpibus nõ curo amplius determinare, cũ scio, & certus sum me talia nõ visurum: qui verò illis tpibus extiterint semper sic dinumerent, & videbũt sub quo planeta erũt, & quis tunc regnabit. Cũ tñ de Martis ducatu adhuc habeamus decẽ annos, dubitandũ est si illo tpe vigebit pax, & Martis furor remiss⁹ fuerit, (qđ spero Deo annuẽte) scire tñ melius possunt astrologi, si eorũ scia vera sit: sed q̃cquid fit, ipse solus De⁹ nouit, qui nihil ignorat. Nõ negabimus tñ, ꝙ influentia planetæ aliqñ aliquid operat̃, ita ꝙ magis põt aliqđ euenire sub vno planeta quam sub alio, & diuersimode, vt dicit amicus medicorum. in 6. & 7. c. differentiæ secundę.

NOna cõsideratio in octaua cœlo (ex quo magis excellit) sunt decẽ circuli, quorũ sunt (ex maiores, & quatuor minores. Maiores sunt zodiac⁹, ęquinoctialis, colurus solstitiorũ, colurus æquinoctiorũ, circulus meridianus, & orizon. Et inter istos zodiacus est maior, cũ in eo cõtinent̃ duodecim signa, quorũ aliqua versus austrũ declinant, & dicunt̃ australia, ut libra, scorpio, sagittarius, capricornus, aquarius, pisces. Alia verò declinãt versus septẽtrionẽ, & dicũtur borealia à vento septẽtrionali, s. Aries, taurus, gemini, cãcer, leo, uirgo, & hæc duodecim signa habẽt maximã operationẽ in cœlo, & maximã influentiam circa corpora inferiora. Inter prædicta tñ semp aries p̃cedit, & dr̃ dignius aliis. vñ ſm philosophos est primũ signũ, & ſm catholicos, sol creatus est in ariete, de quo signo, & omnibus aliis uide Anto. Flor. in 3. par. suę sum. tit. 31. c. 2. §. 4. ubi ponit de omnibus signis, & de naturis illorũ, & quõ Christus transiit de uno in aliud. Et ẽt est dignius, quia in primo loco ponitur. Et, ut dicit Cælius lib. 1. c. 8. Vt principem iter zodiaci signa locũ aries hr̃e creditur: ex quo dicunt Astrologi mundum habuisse initium tpe quo sol habuit introitum in arietem, & vocant Astrologi istud signũ principem aliorum signorum, ut habetur in Algorismo. in lib. 3. de signis, de ariete, & tauro.

Et ad obiectum, quod fieri posset, quare sit principium cũ circulus nõ habeat principiũ, neq; finem. Respondet Ptholemæus in 156. propositione primę partis quadripartiti, quod ideo est principium ab ariete, eo quia est masculinum signum, & agẽs est dignius passo, & æquinoctialis transit per ipsum: & ab inde, id est ab æquinoctiali incipit maior mutatio totius firmamenti.

Sed aliquis diceret per istam rationem, vr̃ qđ initium debeat esse à libra: q̃a est signũ masculinũ, & æquinoctialis trãsit p ipsum, & maior motus firmamẽti est ibi: quare ergo incẽperunt ab ariete potius q̃ à libra, Ptolemeus in 140. propositio. quadriparti ti soluit, & dicit, ꝙ principiũ in firmamento est ille locus, in quo complexio corporis est humidior, sicut prima ętas animaliũ est, i quа cõplexio ẽ humidior. Potest tamen aliter dici, ꝙ ab ariete icipit generatio, à libra uerò corruptio. Ita dicit Ioan. de Saxonia in commento super textum Alchabitij.

Et licèt dicatur ab astrologis, quòd prędicta signa habent magnam influentiam in corporibus inferioribus, eo tamẽ quia Augustinus in lib. 5. de ciuitate Dei, iis nõ assentit, nec ẽt alii sancti patres doctores ecclesiæ, & theologi, vt habetur in Margarita philosophica. lib. 7. tractatu 2. c. 12. 13. & 14. etiam Picus Mirandula in suis disputationibus multa scripsit cõtra eos. Ideo aliter nõ insisto, sed me remitto in reliquis ad theologos: unde non liceat Christianis obseruare, & colere elemẽta, aut lunæ, aut stellarũ cursus, aut inanẽ signorũ fallaciã pro domo faciẽda, vel pp segetes, vel arbores plãtãdas, vel coniugia sociãda. vide tex. ad hoc in c. nõ licet. 26. q. 5. aliàs est idolatrare, ut in c. illos planetarios. cum c. seq. 26. q. 2.

Aliquid tamen (sub protestatione, ꝙ non itendo his assentire) ex doctrina aliquorum, dico de virtu-

tibus,& potentiis eorundẽ in ſpecie, ſ.ꝙ homines q naſcuntur ſub his ſignis magnis,& vt plurimum participant de una qualitate quàm de alia hoc modo.

Primo nati ſub Ariete ſunt capite malleari, dẽſis crinibus inſtar velleris ſuprà frontẽ eleuatis. quaſi capite certarẽt, vel pugnarẽt. Iulius Firmicus tradit naſci gibboſos, qui in 7.par. Arietis habuerunt horoſcopum. Et idẽ refert ſericarium textorẽ naſci, qui habuerit horoſcopum in 28. parte Arietis.

Homines verò ſigni Tauri, ſunt oculis magnis, barba rotunda, collo groſſo,& breui,& magni comeſtores,& ĩqt Iuli⁹ Firmic⁹,& qcũq; habuerit horoſcopũ ĩ 21.par. Tauri, lãceati, hoc ẽ ictu lãceę morient̃.

Sub ſigno Gemini nati, callidi, bifrõtes,& duplicis animi natura ſunt.

Sub Cancro naſcuntur breues, ſed lati pectoris, vt Cancri homines,& ſub hoc ſigno nati ſemper habẽt lites, cum ſuis fratribus aut ſororibus.

Hoĩes verò lati cordis ſunt ſub Leone ad magnos aſpirantes honores, dignitates,& dominia ꝓcurãtes.

Sub Virgine homines nati, ephebi,& tenues, plerique tamen eorum ſubtili ingenio ſunt.

Libra tã uiros q̃ mulieres pulchra facie barbaq;,& ſupciliis,& planis capillis, dcẽter ornat atq; parat.

Scorpioniſtæ facie ſunt rubea, naſo aquilino, oculiſq; ardentibus, frauduleñti,& deceptores, vt in pluribus euadunt.

Sagittarius bellicoſos, venatores, ſagittarios facit.

Hæc Capræ cõſtellatio: hoĩes lõga facie, ſ. mento acuto, capillis aſperis, atq; uoce caprina apparẽtes.

Huius aquarij homines bonorũ ſunt profuſores, damna inferentes. Paruæ ſunt ſtaturæ homines conſtellationis piſcium.

Quoniam ſupra uidimus, ꝙ Aries eſt primus: ſed quare poſitus ſit Taurus poſt Arietẽ: deinde Gemini, poſt ea cancer: dicit Albumaſar, ꝙ quatuor ſunt qualitates ſimplices elementorũ, ſ. caliditas, ſiccitas, humiditas,& frigiditas. Et duæ ex iſtis ſunt ſicut agẽtia, ſ. caliditas,& frigiditas. Aliæ verò duæ ſicut patiẽtia. Agentia aũt digniora ſunt patientibus, ideo inceperunt ab agentibus. Et agentium unum eſt principiũ generationis, ſ. caliditas,& aliud principiũ corruptionis, ſ. frigiditas. Res autem prius generatur quã corrũpatur. ideo poſuerunt Arietẽ in principio, qd ẽ ſignũ calidũ,& ſiccũ de natura ignis, q̃ eſt primo calidus. Et Cancrũ in fine, quod eſt ſignũ frigidũ,& humidum de natura aquæ, quæ ẽ primo frigida. Et Taurũ poſt Arietẽ, ꝙ eſt ſignũ frigidũ,& ſiccũ de natura terræ, q̃ eſt primo ſicca, qa ſiccitas terrę conueniens eſt calori ignis. Etiam poſuerunt ſignum Geminorũ ante Cancrum, quia eſt ſignum calidum,& humidũ de natura aeris, qui ẽ primo humidus,& humiditas aeris, eſt conueniens humiditati aquæ. Ita dicit Ioã. de Saxonia in loco ſupra allegato.

Decima conſideratio eſt de mundo,& prius uidẽdum eſt quid ſit mundus. Nam Cleomedes in libro de orbium cœleſtium contemplatione, ita diffinit. Mundus eſt conſtitutio cœli,& terræ,& naturæ rerum, quæ intracluduntur. Hic omnia continet corpora, nullo penitus extra relicto, non infinitus qdẽ, ſed terminatus: argumẽto, ꝙ à natura gubernat̃, nullius.n. infiniti natura eſſe põt, cũ id continere,& ei dominari naturã oporteat, cuius ſit natura. Quòd verò naturã habeat adminiſtrantem liquet, primo ex ordine partium: deinde earũ rerũ q̃ oriuntur, indè tertiò ex partiũ inter ſeſe cõſenſu, mox ex miro ordine, quod hinc profluit emolumento. Naturã eſſe Ariſtoteles cẽſet principiũ motus,& qetis, in quo primo eſt,& nõ per accidens. At naturam efficientẽ, gubernantem, continentemq; Plato opificẽ uocauit. Ariſtoteles vero in lib. de mũdo, dicit ꝙ mundus eſt uniuerſitatis ordo, ac exornatio à Deo,& p Deũ cuſtodita:& qũo mundus conſtat ex duobus refert Cęlius libro antiquarũ lectionũ j.c.4.& ibi ẽt tria principia mũdi eſſe aſſerit poſt Platonicos, quæ cũ nõ ſint ꝑlentis ſpeculationis, non aĩi inſiſto. Dicit ẽt Poſidonius, quod mundus cõſtat ex cœlo, terra,& terrenis, cœleſtibuſq; naturis, ex quo licet in hoc meo libro mea ẽt ponantur aliqua de cœleſtibus,& laudib⁹ ſeu excellentiis eorundẽ, tñ oĩa cõprehendens, intitulaui Catalogũ gloriæ mundi tã terreni q̃ cœleſtis. q qdẽ mundus laudandus eſt, cũ ait Lucius Apuleius, in libro de dogmate Platonis. Quid.n. mundo præſtantius, lauda quã putas ſpeciem, portio à te mundabit. Pulchritudo etenim illius ex quatuor à nonnullis cõmẽdat̃,& orbiculari figura, q̃ oĩum prima eſt ac maximè capax, itẽ ex colore qui Cyaneus eſt.i. cœruleus. Ex magnitudine, poſtremo ex tot tantorumq; ſyderum uarietate. Ita Cœlius lib. ꝑnominato. c.5.& ibi uide cur pulchra fiant in mundo,& in ſeq. determinatur nõ eẽ dabile vacuũ in mũdo. Quid aũt ſit mũdus,& vñ ſit dictus,& quare homo microcoſmos, id eſt minor mundus appellat̃,& ꝙ caput eius,& facies orientalis regio: Vltima pars occidentalis eſt: uide ĩ tractatu de locorum admirabiliũ mundi deſcriptione.c.52. qui eſt impreſſus cũ geographia Ptolomæi.

Orbis dimenſionẽ hic addere forte nõ erit alienũ, vt eã diſcribit Philip. Bergomas in ſuo ſupplemento cronicarũ lib.7. ita dicens. Cæſar diuinis humaniſq; rebus ſingulr̃ ĩſtructus, cũ cõſulatus ſui faſces agerẽt ex ſenatuſ cõſulto, (vt Priſcianus ĩ ſua coſmographia ſcribit) cenſuit oẽm orbẽ p prudẽtes uiros admetiri. Et ideò à ſuo conſulatu vſq; ad conſulatũ Saturni p triginta continuos annos miſſi ſunt dimenſores legati uiri doctiſſimi,& ĩ geometrica arte periti per oẽm terram ad præſides, duces,& iudices prouinciarum: ut deſcriberẽt, mẽſurarentq; terras, aquas, nemora, plana, cõcaua, mõtes, colles, itinerariũ, maritimũq;, ẽt loca nauigaturi tãgere debuerãt:& ſi forte aliqd ꝓdigiũ in his occurreret, illud ſenatui reiq; publicæ ſcripto nũciarẽt. Et ſi in eodẽ autore referẽte repertũ eſt, ꝙ oĩs orbis habet famoſa maria 30. inſulas. 27. mõtes famoſos 40. prouĩcias 78. urbes inſignes 370. flumina magna 94. gentes 125. Cuius etiam orbis ambitus eſt trecenties,& quindecies centena paſſuũ millia. Longitudo verò terræ habitabilis eſt ab ortu ſolis vſq; ad occaſum,& ab India uſq; ad columnas Herculis in Gaditano freto octies quĩquies 178. milliaria. Cuius quidẽ longitudinis dimenſio comprehẽſior, id eſt intelligibilior eſt p mare q̃ per terras. La-

titudo

titudo aut terræ ab australi litore oceani, ab Aethyopia vsq; ad ostiū Thanais fluminis in septētrione ferè dimidio minor est q̃ lōgitudo p̄dicta, & ꝯtinet q̄nquagies 462. miliaria. Repertū est ēt ꝙ ꝓfundissimū mare continet spatiū 15. stadiorū in perpendiculo.

VNdecima cōsid. determinat quale seculorum sit dignius & excellentius aliis: sed prius scitu dignū est, ꝙ Io. Damascenus lib. 1. c. 1. varias enumerat seculi acceptiones. Qm̄, vt dicit, hoc noīe quęuis duratio, siue principiū hn̄s & finē, siue sortita principiū sine fine, siue carens vtroq; exprimi & significari cōperitur. Enimuero seculū pro via p̄senti q̃ principio & fine clauditͬ frequēter in sacris literis accipitͬ. vt hͬ Lucæ 20. c. Filii huius seculi nubunt, & traduntͬ ad nuptias. & Mat. 28. Ego vobiscū sum oībus diebus vsq; ad cōsummationē seculi. Inde tēpora secularia dicta sunt q̃ altera dierū noctiumq; reuolutione hac in vita succedunt. Vnde Pau. ad Titū. 1. c. Quam promisit qui non mentitur Deus ante tēpora secularia.

Seculum etiam sæpenumero pro huius vitæ desideriis cupiditatibusq; ponitur, queadmodum etiā mundus. Paul. ad Rom. c. 12. Nolite cōformari huic seculo, sed renouamini in nouitate sensus vestri.

Deus ēt ante secula esse dr̄, ꝙ ante mundi constitutionē ab æterno extiterit. Ps. 74. Deus aūt rex noster ante secula operatus est salutem in medio. & creasse secula dr̄, ꝙ hanc visibilem mūdi machinā condiderit. Paul. ad Hæbreos c. 11. Fide intelligimus aptata esse secula verbo Dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierēt.

At uerò seculū pro futura vita q̃ interminata est: & principiū habēs fine caret: inuenitur frequēter in scriptura siue ea beatitudinis ꝯsecutorū sortē fuerit, vt Mar. c. 10. Et in futuro seculo vitam æternā, siue æterna felicitate ꝑpetua priuādorū. vt Ps. 80. Inimici dn̄i mētiti sunt ei, & erit tēpus eorū in secula: q̄a perpetuus eorum futurus est cruciatus & damnatio.

Demū pro æternitate principii, & finis sæpe sumitur seculū. vt Ps. 89. Priusquā montes fierent aut formarentͬ terra & orbis, à seculo & in seculū es Deus: & in hoc significatu sumptum seculum seculorum omnium contentiuum est, ꝙ æternitas omnia præambiat & superambiat secula. Hinc Deus ipse rex seculorū dicitur apud beatum Paulū vbi ait. 1. ad Thimo. 1. Regi seculorū soli inuisibili deo honor, & gloria, vt dixi in 1. consid. suprà eadem parte. Et regnū eius regnum omnium seculorum nūcupatur. Ps. 144. Regnum tuum omnium seculorū, & dominatio in omni generatione, & generationem.

Et, vt dicit cōmētator Damasceni, dictio geminata siue in singulari, siue multitudinis numero ꝑpetuitatē designat fine carētē. vt hͬ Ps. 144. Et laudabo nomē tuum in seculū, & in seculum seculi. & Apocal. 4. ca. Adorabāt viuētem in secula seculorū. Idē Io. Damascenus accipit seculū pro ætate mundi, i. tēporali duratione īter duas insignes, atq; notabiles hoīum mutationes ītercepta. Et hoc pacto, vt dicit cōmentator Damasceni, septē solēt assignari ab autoribus secula.

Primū fuit a mundi exordio vsq, ad exordiū Noe, quod durauit secundum Hæbreos ann. 1556. secundum vero. 50. interpretes, & Isidorum in 5. Ethicorum 2242. Diuus uerò Hieronymus millia duo 86 plene dicit. Augustinus uero in 15. de ciuitate Dei, ca. 20. dicit 2262. Philippus Bergomensis primo libro supplementi chronicarum.

Secundum verò seculum à Noe vsque ad Abrahā, cui primum mandata est circūcisio, & durauit secūdum Hæbreos 292. annis: secundum verò 50. interpretes, & Isidorum 942.

Tertium ab Abraham vsque ad Moysem, & hoc durauit 52. annis secundū eundē Philip. Bergomatem, cōputato numero suo ab vno tēpore ad aliud.

Quartum fuit à Moyse vsque ad Regē Dauid, qđ durauit ab anno mundi 3686, vsq; ad annum mundi 4124. & sic durauit annis 485, vt refert Philippus Berg. in prin. libri sexti suarum chronicarum.

Quintum à rege Dauid qui fuit primus regum, à quibus secūdum carnem descendit Christus, vsque ad transmigrationem Babilonicam: quod durauit per annos 485, vt Isidorus ponit. Aduerte tamen, ꝙ Philippus Bergomensis de his duobus seculis non fecit nisi vnum.

Sextum seculum fuit à prædicta transmigratione Babylonica ad Christi aduentum, & durauit annis 50. vel circa.

Septimum ab aduentu Christi in carnem ad finē vsque mundi extenditur.

Octauū uerò à consummatione seculi sempiternū durabit. Et idipsum est ꝙ venturū futurumque seculum dr̄ prorsus interminum. Et istud est posterius omnium, siue sit septimum s̄m aliquos, cū ante consummationem seculi cōplures enumerat tm̄ sex. vt Philippus Bergomēsis. & glo. in proœ. sexti, In verb. perfectus. & Alexander in l. si infanti. C. de iure deliberandi. Cardinalis & Moderni in c. 3. de sponsalib. & in rub. de dictis puerorum. siue sit octauum, vt dicit cōmentator Damasceni, quod vtrūq; est uero consonum, & non alienū à ratione, & excellentius & dignius cū sit posterius oīuṁ, & cætera claudat, sit sine fine futurum, & beatis diem perpetuæ claritatis sine noctis alternatione irradiaturū. qm̄ vt hͬ Apoca. 21. Nox ibi non erit. Improbis autem noctem pepetuā, ignem atq; intransibilem. quia nunquam finiendā, neque in diem commutandum esse superuenturam, ita dicunt Damascenus & eius commentator in loco prædicto.

DVodecima consid. est de quatuor elemētis, quæ sunt in mundo, quod illorum sit dignius, nobilius, & excellentius; Et si credamus Aristotelis sententiæ, ex Auerrois primo cœli confirmatæ. Terra inter elementa ignobilior est. Ignis vero nobilitate pręstat quæ rerum series, ut dicit Cœlius lib. antiq. lectio. 3. c. 3. nō modo in iis uisitatur inferioribus, sed in corporibus item cœlestibus. Nam, vt Aristo. in 1. lib. de animalibus dicit. Lunæ naturam per similem videri terrestri naturæ. Cæterū sicut ignis naturæ suæ nobilitate, raritate, luciditate in mūdi ratione q ambiret maximè contulit: ita terra soliditate insita ad media mundi cōpingēda perutilis ac necessaria fuisse videtͬ. Eam vero optimum maximū Deum chorum aliquē diuini tēpli mediū constituisse amplius animaduertendi

tendi patet. Nã cum mundũ (vt Platonici volũt) vbique construeret rõnis plenissimũ, quo clarius suũ referret autorẽ: in sphera qualibet viuẽtia pleraq; collocauit, q̃ nõ tẽplũ modo redderet excultissimũ: sed summi põtificis laudes assidue cõcinerent. Quod ipsum humanas itidẽ mẽtes in meditullio positas facere voluit. Hæc vero est illa veterib⁹ celebrata musarũ chorea, q̃ ad Apollinis ipsius imperiũ recinit perpetuo, saltatq;. ipse vero, vt ait Orpheus, Cœlũ vniuersum cithara tẽperat canora. Apollo vero hic nõ ali⁹ est q̃ De⁹, quẽ vniuersalẽ vocat Pythagoras, dictũq; vult simplicẽ ac vnũ, vel ab aliis sequestratũ, & multitudinis nesciũ. Et qm̃ Pythagoræ incidit mentio, quẽ Plato eximiè venerat̃. Id quoq; ingeniũ effulsisse diuinũ grauissimi autores ꝓdidere. Succurrit quod ex doctrina promitur eiusdẽ, pertinetq; ad nostri huius elemẽti ꝑconiũ. Hic.n. sicut accepimus, & meminit in libris de cœlo, & mũdo Aristoteles, terrã è stellis vnã esse ꝑdicabat, & pleriq; alii dicentes terram si vniuerso cõparetur, esse veluti punctũ. vel quasi stellam quandã minimã reliquarũ. Propterea si mẽte reuoluas te esse in quodã sublimi mũdi loco, vñ oculis subiiciatur terræ moles, aquis circũfusa, & solis sydẽrumq; radiis illustrata, nõ aliam profecto visum iri probabile est, q̃ qualis modo visatur Lunaris globi species. Verũ hoc quæso cuiusmodi putas, qđ in spatii medio æquilibrata per ambitũ tãta cœlorũ maiestate obuallat̃, quorũ rotata vertigo motu, vt Varro dicit, orbito, imẽsam illi cõfert salubritatẽ, dũ noctis dieiq; custos ita attẽperat annũ, vt alimẽtorũ omnis generis nec copia desit nec bonitas. Illa vero cęlestiũ radiorũ in vnã eã cõiectio, ac veluti disiectorũ aggregatio, qualẽ nõ modo splendoris excitat micãtissimã claritatẽ: Sed cõparat inde virtutẽ: quanquã non me fallit, Plotinũ scribere ẽt radiis cõtẽperationẽ nõ posse obuenire, vt coalitu cumuloq; nouã sibi conciliẽt virtutem, aut mirabilis aliqua inde forma dissultet. Quid vero ibi afferendũ? Cum Plato terrã vocat deã antiquissimã Deorũ oĩum, q cœli ambitu claudunt̃: putat Plotinus hoc loco terræ à Platone animã esse contributã. Quæ cum animantia ꝓpaginat innumera, sitq; animalis maximi, i. mundi membrum, tũc in primis nõ absq; necessitate, tũ nec aspernabile cẽsendum est, inquit, animal esse, sed intellectuale atq; diuinũ & sensu pollẽs. Nã cũ aĩa vim iudiciariã habeat, habet & facultatẽ per quã dum spectat in corpus, de passionib⁹ illius valeat iudicare: sed hæc ille viderit. Nobis certe ex iis q̃ hactenus deprõpta sunt, iamiã minus videtur mirũ, cęlestẽ patrẽ rationales animas conditoris lumine obsignatas, vt late dominent̃. Hic cõcludere, rursumq; ꝑscripto ambitu peracto canere receptui. Quod si qđ ẽ pnicacius terræ nomẽ, vt vile offendit, is mihi haud ita multa vr̃ lectitasse, cùm & scientissimi philosophi Lunam æthereã terrã appellare nõ dubitarint. Nã & Mercurio aquã attribuerũt Aerẽ Veneri, Ignẽ Soli. Sed amplius ordine mutato, Ignẽ Marti ascripserũt, Aerẽ Ioui, Saturno Aquam. Spherã verò q̃ ꝓcul ab errore cõstituta Aplanes dicitur, dixerũt esse terrã, ĩ qua celeberrimi apud poetas Elysii cogitent̃ cãpi, q̃ neq̃s risu explodere pergat, non absimile est, quod in sanctis hr̃ literis. Matth. 5. Beati mites, quoniã ipsi possidebũt terram. Et in thesauris eisdem, nõne terram legimus viuẽtiũ? Nonne Moyses & Dauit aquas per cælestia fundũt? Et Nicolaus theologus, Aquæ dicunt̃ (inquit) æquiuocæ. Nã quæ sunt super firmamẽtũ cęlestis sũt naturæ, quæ sub firmamẽto elementaris. Augustinus in Geneseos explanatione, Saturni stellã esse frigidã contendit, ex aquarũ supercęlestiũ vicinia. Soliditatem vero quasi terrã adesse cęlo, ratione coniectari Plotinus putat. Nã terræ naturã opacã luci aduersam, & dẽsitate immobilẽ, brutaq; à cœlo abesse lõge arbitrat̃ lucidissimo, & ad motũ maximè ꝓnici. Rursus & aquã q̃ insita frigiditate in primis cœlo aduerset̃, qđ esse cõstat calidũ primũ. Latini firmamẽtũ à firmitate dictũ autumant: qm̃ vt in Iob legimus, Cęli quasi ære solidissimi fundati sunt. Ex iis satis cõstare põt, terræ elemẽtũ nõ esse cõtemnẽdũ. Sed audi Platonis Thimęum. Diuini (inquit) decoris ratio postulabat talẽ fieri mũdũ, qui & visum pateret & tactũ. Cõstabat aũt neque videri posse aliquid absq; ignis beneficio, neq; tangi sine solido, & solidũ nihil esse sine terra. Vnde mũdi omne corp⁹ igni, & terra ĩstruere fabricator ĩcipiẽs vidit, duo cõuenire sine medio colligãte nõ posse: idẽ aerẽ & aquã inter ignẽ terrãq; contexuit. Qualẽ igit̃ hũc mundi cardinẽ esse existimemus, tãta ꝓuidentię maiestate cõstitutum? nõne regiũ verè? nõne aĩalium principe dignũ? Vtinã tã gratè beneficã in nos, ac ꝓpensissimã cõditori bonitatẽ recognoscamus oẽs, q̃ nõ pigebit æqua modo lãce expendẽtes. In sede mediatã augusti tã diuini tẽpli, veluti sacerdotes locatos qui iugiter tanti artificis laudibus personemus. Iamiã erã finẽ huic materiæ impositurus, cũ illa ipsa (veluti munificẽtissima parẽs) terra lasciuia retractũ cõmonuisse est uisa, ac ornamenta sua ingerere perrexisse. Satis (inquit) me in mũdi sede media constitutã solidã, & vndique ĩ me nutibus meis cõglobatã cõtẽplatus es. Cæterũ q̃ species rerũ est, quę uarietatis maiestas, sic me inenarrabili herbarũ, florũ, fruticũ, arborũ, frugũ, copia conuestitã, & ut Apuleius inquit, cæsariatã cõspici? Quid Arabum odoramẽta recenseã? qđ nata deo thura? qđ oriẽtis aromata, & medicamina numerosa, sine quib⁹, ut nũc est, uix uita constiterit? Quid tot tantorumque animaliũ, & mitiũ, & ferorũ ac cicurũ agmina subiiciã? qđ tãtorũ mariũ vastitatẽ? quid gelidorũ fluminũ ac fontium perennem iucunditatẽ: lauacris abundis & collucentib⁹ mirè gratam? quid piscium portentosam molẽ, temperatã, modicã, pusillam, ac penè magnitudinem nullã memorem? an non cernis hic me spelũcis vsque ad delitias excauatã? illic accliuem ac superba mõtiũ ꝓceritate surrectã, & quodãmodo sensibili supercilio cœlum affectantem, ac humano genere dictantem vitæ leges? Alibi sum depressa vallibus & campestri planicie speciosa incultaq; dulcissima vobis suggero alimẽta, in viscerib⁹ nec homini sterilis. Ibi uerò recõdita seruantur auri, argenti, æris, ferri aliorũq; metalla, nec satis marmora ꝓduco omnifaria molib⁹ fulciẽdis, cõstituendis, ĩcrustãdisq; parietib⁹ excidẽda. & in statuas tm̃ nõ spirantes cõformãda, nec gemmarũ de-

fuerit

fuerit suppellex pretiosa, q̃bus vestri niteāt articuli. Sed & maris cōchilia, margaritas fœminis suggerunt. Nec lenificæ serū sylue luxui vestro mollissimā abnegarint vestē. Taceo auicularū musicos cantus. Quid sustructiones magnifico īpendio nobiles repetā? qd vrbiū rātarū splēdidissimā claritatem? Sed qđ omnē excesserit admirationis captū. Ego te animal puidū, sagax, memor, plenū rationis & ꝯsilii, natū sustineo, vagiētis fletū excipio prima, adultū educo ēt delitiosè, opibus te cōtego meis, q̃cq̃d mihi est summa hilaritate cōdonat tibi, q̃a magni cōditoris lumē in aīorum claritate signatū aīaduerto, iamiā à reliqs naturæ partib⁹ abdicatos in sinus vos admitto meos: plura quoq; & largius impertitura, nisi Principē naturæ Deū rebelli animo, atq; ītestabili nulla non hora cōuelleretis. Hæc sunt terræ ꝑconia, & q̃ ꝑ excellētia & laude ipsius dicta sunt à Cęlio ī loco s̃. alleg.

Plura etiam laudabilia, & multum singularia de ipsa terra, vide per Plinium in suo 2. lib. c. 65.

Ioannes Damascenus in lib. 2. c. 6. ponit ordinem quatuor elementorum, & ꝓprias qualitates explicat dicēs inter cætera, ꝙ aqua est leuior terra, vbi nomē leuior tātūdē valet atque min us grauis, cū aq ua ꝓrsus sit leuitatis expers sicut & terra: verū q̃a illa minus grauitatis q̃ hæc obtinet, minusq; deorsum deprimit aquea grauitas ad terrā collata quodāmodo leuitas esse vr̃. Et planè aqua ratione motus maiorē, q̃ terra sortitur nobilitatē, ꝙ terra ad suū duntaxat locū vbi extra illū fuerit decūbit: ī suo vero loco ob densitatē, & crassitudinē torpida manet, & immota. Aqua vero & ad suū ꝑceps ruit, & in eo collocata vltro citroq; agitat, vt aqua fluuialis suo cōtēta alueo manifestū ꝑbet indiciū. Hinc cognoscit, & cognosci pōt q̃ pulchro ordine rerū opifex hunc mūdū cōstituerit, & ꝑ suæ naturę cōditione elemētū collocauerit. Terrā quidē in imò, quod oīum sit imperfectissimū ob torporē, maximā dēsitatē, grauitatē, opacitatē, & ad ima depressionē. Aquā verò terræ superemineutē, ꝙ minus ea immobilitatis, dēsitatis, grauitatis, & motus deorsum, & perspicuitatem translucentiamque in se ostendat. Deinde aerem aquę superposuit ꝙ agitabilior, sit rarus, lęuis, sursum tendęns, magisq; perspicuus. Demum ignem supremo cōstituit loco, vt qui elementorū omnium maximè sit agitabilis, leuissimus, tenuissimus, in summū locū emicans, & ob suam tenuitatem ampliusque cætera dyaphanus, reliquaq; naturæ dignitate excellēs est: sed vt dicit idē Cœlius oīum bellariorū, iucundissimus ignis.

Cęlius tamen lib. suarum antiquarū lectionū. 14. c. 38. dicit ꝙ aquæ vtilitates longè vr̃ ignem præstare, & sic magis laudanda est. Quoniā multa sunt animalia, quæ absque ignis degunt vsu, degere aūt sine aqua nullū. Nā si fuerint sine humoris potestate exāguinata, exutaque à principiorū liquore īterarescūt. Qui nec plātas ipsas, aut herbas florescere citra aquę humectationē. Qua ex causa Pindarū rectè autumāt dixisse, optima quidē aqua, & Hesiodum in theogonia. Aquā statuisse rerum initiū, & chaos nominasse, velut ab effusione. Si quidē fusilis fluibilisque, ac fluitās aqua est. Ad laudandā aquā affert & illud creditū ueterib⁹ deos per stygiā paludē iusiurandū concipere, vel quia à diis & hoibus odio habent qui ad decursū ꝓcliuiores sunt, vel q̃a iuxta Hesiodū oībus elemētis antiquior est aqua. Porrò cū aquarū in finitæ ꝓpemodū vtilitates sint, gratissimęq;. Qui sacerdotia gerūt morib⁹ Aegyptiorū, ostēdunt res oēs è liquoris potestate cōsistere. Itaq; cum hydria ad tēplū ędēque casta religione defert, tūc in terrā ꝓcūbētes, manib⁹ ad celū sublatis diuinę gratias agūt bonitati.

Cum ꝑdictis cōcordant dicta F. Patritii in institutione reipub. lib. 7. ti. 10. vbi primò dicit, ꝙ aqua ciuitatis perquā necessaria est. Mortaliū nanque natura facilius cuiusque rei indigentiā q̃ aquæ ferre pōt: desint frumēta, suppetūt surculorum, arborumq; fruges, tutabimur vitā carne, aucupio, piscatu, oleribus, radicibus et herbarū: verū vbi aqua deest, nulla cibi virtus, aut seruari, aūt parari pōt. Infelicē illā omnino patriā dicemus, q̃ aqua careat, vel quæ eam noxiā habeat. Aqua itaque pro humana vita necessaria est, q. n. aqua priuat sine gladio iterficit. Iudith. c. 7. Et ex ariditate aquæ is qui patitur inter mortuos cōputatur. ibidē c. 11. Ad idē apertè facit tex. in l. fi. ff. de riuis. & l. de pupillo. §. si quis riuos, & ibi notat gl. in verbo, securitatis. ff. de operis noni nun ciatione. Et illud Ecclesi. 39. Initiū necessariæ rei vitæ hominum aqua, ignis, sal, panis, botrus vuæ, & vestimentum, & c. 29. Initiū vitæ hominis, aqua, & panis, vestimentū & domus. Colunt aquarū calētiū fontes, & stagna q vel opacitas vel īmensa altitudo sacrauit. De aquarum præstantia sicut apud Græcos cōperitur, optimā ex aquis, quæ citra ullā sit qualitatem, vel saporis vel odoris: sed quæ mox hypocondria transmittant. Illæ vero incōparabilis sunt excellentiæ. Nā quæ illis immorantur, ac inflant ventrem grauantque, cēsentur nō bonæ. & amplius de aquarū ꝑstantia per eundem Cęlium. c. seq. & infra ista par. in 18. cōsid. Circa huiusmodi autem quatuor elementa non aliter insisto, cum reliqua quæ de ipsis possent dici, nō sint præsentis speculationis: sed videat suprà allegatus. & ī Margarita philosophica in lib. 7. tracta. 1. c. 42. 43. 44. ad quā recurre pro summaria cognitione illorū, & ibi videre poteris multos doctores allegatos.

Aduerte tamē ad ea quæ dicit in 43. c. vbi asserit. ꝙ ī terra est quadruplex īfern⁹, de q̃bus ibi. & amplissimè in 12. lib. ca. 42. 43. 44. 45. & 46. Etiam de huiusmodi locis inferni amplissimè p Augustinum Dathū in suo lib. in 1. par. c. 14. vbi de prædictis recēset q̃d sentiant & phliosophi, & poetæ, & oratores, & theologi, in quo non insisto. Cum nostræ tm̃ intētionis sit laudare ea quę sunt laudanda, & q̃ tendunt ad excellentiā, gloriā, & honorem, non ad pœnam. Et ēt de excellētia & præstantia terræ uideatur Mattheus Vegæus in tract, quem fecit de terra, sole, & auro.

Et quomodo vsus aquæ necessariæ quo ad potum communis est omnibus de iure naturæ, brutis sicut hominibus, vide per Luc. de Pen. in l. pc. C. de aquæductu. lib. 12. Et quàm vtilis, & necessarias sit aqua fructibus terræ, dixi infra in 76. consid.

Decimatertia consid. Sunt quatuor partes mundi, seu terræ: ex q̃bus tota terra diuidit. Vna est quæ

quæ dicitur oriens, alia occidens. tertia septētrio, & quarta meridies. Et, vt dicit Cœlius lib. 1. suarum antiq. lectio. c. 21. Oriens est nobilior pars mundi, quia dextra, quod tenet Arist. in 2. de Cęlo. Cleomedes tñ dicit dextram mundi esse in septentrione, sinistrā in meridie antiqua in occidente, posteriora in oriente. ſm quod idem Cęlius eod. lib. c. 9. dicit in mundo esse antica, postica, dextra, & sinistra, sursum & deorsū. M. Varro sexto linguæ latinæ fragmento diuersimodè orbis hasce constituit partes. Nam, inquit, cęlum qua tuimur dictum templum, eius tēpli partes quatuor dicuntur: sinistra ab oriente, dextra, ab occasu, antica, ad meridiem. postica, ad septentrionem. Eandem sniam amplexatur, & Plinius cum ait. Errantia sydera contrarium mundo agere cursum, i. leuū, semper illo in dextrā pcipiti. Pythagoras vero, Plato, & Arist. mundi dextras ad ortum partes esse dixerunt, à quibus sit principiū motus. Sinistras vero occiduas. Empedocles aūt dextras quidem in æstiuū tropicū. Sinistras ī hibernū reiecit. Et Titus Liuius ab V. c. j. augurū scīa dextras ad meridiē partes statuit, ad septētrionē sinistras. & vide ĩ. in 61. cōsid. Si vero dextra cęli pars oriēs est, dr̄ dignior & nobilior. Cū dextra pars sit dignior. vt supra dixi in 1. par. ĩ 11. cōsid.

Etiam, vt dicit Antoninus Floren. in sua summa, in 3. par. tit. c 2. §. in prin. oratio fit versus orientem propter tria.

Primò, propter diuinæ maiestatis iudicium, quod nobis manifestatur in motu cœli, qui est ab Oriente.

Secundò, propter paradisum ad Orientem constitutum, quasi quæramus ad paradisum redire.

Tertiò, pp Christū q̄ est lux: & oriēs noīat Zach. 6. Et ab Oriente ascēdit, & ab Oriēte aspectat ad iudiciū venturus. vt hr̄ Mat. 29. Sicut fulgur erit ab Oriēte, & apparet vsq; ad Occidentē: ita erit filius hoīs, Io. de Turrecre. in c. ecclesiasticarū. 11. dist. citat alias rationes, videlicet eo qui in oriente natus est nobis Saluator noster: & quia ibi habuit initiū euāgelium, & p̄ cōsequēs salus nostra. Ex q̄bus cocludit cōueniēte esse cōsuetudinē orādi ad Oriētē, tāquā ad dextrā existentē, & sic in digniori loco. & has tres rōnes ponit ēt Ioan. de Selua, in suo tractatu de beneficio. in 1. par. q. 5. vbi dicit quod caput ecclesiæ Orientem respicere debet. & vide infra in consideratione quæ fit de numeris. versic. & inter alios vide etiam Polidorum de inuentoribus. lib. 5. c. 9. vbi scribit. Cur in Orientem versi adoremus.

Licet ex prætactis soluta videatur quæstio. An regio orientalis, cōmuniter infidelium, eligibilior, gratior, excellētior sit regionibus occidentalibus, & cōmuniter Christianorū. maxime propterea circa q̄ attenditur salubritas regionū. Tamen eā altius disputādo, prout disputatur in Speculo peregrinarū quæstionū, in c. 3. primæ decadis. Dicūt orientales, ꝙ patria eorum sit gratior occidentali, & ad habitandum eligibilior, & rationibus comprobabant.

Primò, sic. Nā est de mente philosophi 6. Polyticorū. septem esse, circa quæ attēditur salubritas & nobilitas patriarū: maxime ad plagam orientalem dextram cœli, dictum est, reperiuntur. Primū, nobilitas vegetabiliū, s. metallorū, aromatū, & gēmmarū. Secūdum salubritas fontiū, & fœcunditas fluminū progeneratione pisciū, & irrigatione terrarū. Tertiū, situs cōgruētior ad solē, & propitior influētia quo ad influxū cęlestē. Quartū, abundantia vtilium, & nobilium aīaliū vsib⁹ hoīum cōuenietiū. Quintū amœnitas situs ex mōtib⁹, syluis, fluminib⁹, fontib⁹, & mari pueniēs. Sextū, ꝯueniēs copia & salubris victualiū. Septimū, tēperies aeris ex regulari nascens dispōne horū.

Et ex his septē oriētales se iactāt excellere occidētales reddentes causam suæ iactantiæ. Nam, teste Petro Comestore, sunt īsulæ suauissimę, & multū senescētes nutriūt homines: ita ꝙ nec in ipsis insulis mori possunt, nisi ad alias insulas transferantur. Etiā in India sunt arbores (vt scripsit Alexāder magnus Aristoteli) quarum fructibus sacerdotes solis & lunæ, quibus dicatę sunt, vescuntur: ex quorum vsu ad trecentos annos sacerdotum vita protenditur.

Secūdò sic probatur ex scriptura sacra, per quam Deus obedientibus promisit terram promissionis in Aegyptum ad plagam orientis, quæ abundat lacte, melle, aquis, vt patet Esaiæ 1. Deutero. 6.

Ad hanc quæstionem duabus conclusionibus in dicto Speculo respondetur.

Prima, ꝙ in quibusdā aromatibus, *metallis, fructibus*, gemmis prætiosis oriētalis infidelium regio excellit occidentaliū Christianorū regiones, & ecōuerso. Hoc patet ex supradictis. Quod fecit Deus ꝓpter duo. Primò ꝓpter mutuā, & amicabilē regionem & hominum ad inuicē cōicationē, quæ nutrit dilectionem & amorē ad q̄ ēt disposuit: ꝙ vnus homo vel patria altero homine vel alterius patriæ rebus indigeret, & ecōuerso, qm̄ plerūq; euenit, vt ꝙ alteri superest, alteri desit. vn̄ ad hoc inuēta fuit pmutatio, vt est tex. in l. j. in prin. ff. de cōtrah. empt. Secūdo illud factū est, ut nemo vel nulla regio inspectis propriis excellentiis se extollat & superbiat, quasi oībus perfectior sit, & sibi ipsi sufficiēs omnino, & nullius egeat. Sicut raro est aliq̄s hō quin à quolibet alio ī aliquo bono manifesto vel occulto excedat, & ipse quēlibet aliū in aliquo excedat: sic Deus sapientissimus moderauit, & tēperauit regionū cōditiones, ꝙ ferè q̄libet regio abūdat ī aliquo, quo alia caret vel min⁹ habet.

Secunda cōclusio, regiones occidentales Christianorū simpliciter in his cōmunibus, quæ sunt conuenientis, & optimi victus humani, ꝓ cōseruatione legalis, & moralis vitæ lōge eligibiliores sunt, & in temporalibus ordinatiores, & ī naturalibus honestiores, tēperatiores, & salubriores regionibus infideliū oriētalibus. Et Italia, Francia, Hispania, regiones occidentales Christianorum, omnem terrā Euilath, Indiam, Iudęam superāt & excellunt in bonis spiritualib⁹, in cōuenietissimis bonis corporalibus, & in ordinatissimis, & honestissimis vsib⁹. Quod patet ratione, cum felicior sit illa patria in qua conditiones oēs optimę regionis conueniunt mediocriter & moderatè, q̄ illa in qua vna aliqua ex his vel plures, nō tñ omnes cōcurrūt. Sed ea sunt felicitate Italia, & Francia, ut quęcūq; bonā regionem efficiūt, ipsæ sibi mediocriter, & temperatè ministrent & suggerant: quod in aliis non contin-

contingit. Idcirco nõ iniuria videtur cæteris regionibus orientalibus ꝓferendæ. Orbis demensionem po sui supra, in 10. cõsideratione, quæ de mũdo tractat.

Decimaquarta cõsid. Scdm astrologos, philosophos, & cosmographos, sunt quatuor principales venti, à quatuor mundi plagis orientis. Subsolanus. s. ab oriente, Auster à meridie, Fauonius ab occidente, Boreas à septẽtrione. Et isti quatuor vẽti dicũtur Cardinales, vt dr̃ in rub. de mundi descriptione c. 49. qui est additus geographiæ Ptholemei. Habent enim geminos hincinde spiritus. vt ibidẽ dr̃ c. 25. & ibi autor ponit Subsolanũ ꝓ primo, in d. vero. c. 42. ponit Boream ꝓ primo, quẽ alio loco posuerat pro vltimo. Ideo non est multũ insistendũ in excellentia illorũ ex prima denominatione, cũ diuersificant̃ per eundẽ, sed ex alio excellentia illorum requirẽda est.

Et ita diffinit Albertus, ventũ esse vaporẽ terrenũ, aeris superiora trãscendentem, & aerẽ ipsum fortius percutiendo impellentẽ. Sed in d. c. 25. ventus dr̃, ꝙ sit vehemens & violentus, vis. n. tanta est, ut nõ solũ saxa & arbores euellat, sed ẽt celũ, terrãq; conturbet, mare cõmoueat. Et ideo inter fortiora, cõnumerari posset, de quibus infra. Seneca (autore Cælio, lib. 11. suarum antiquarum lectionum. cap. 18.) eleganter & iucundè de ventorũ causis finẽ cõplectentibus sic inquit. Ventos dedit summus ille rerũ artifex ad custodiendã cœli, terrarumq; temperiẽ. Ad euocandas supprimendasq; aquas. Ad alendos satorũ atq; arborũ fructus. Quos ad maturitatẽ cũ aliis causis adducit ista iactatio. In summa cibũ attrahẽs, & ne torpeat permouens. Dati quoq; vẽti ad vlteriora pernoscenda. Quippe fuisset imperitũ animal, & sine magna experientia rerũ hõ, si circunscriberet̃ natalis soli fine. Dedit enim ventos parens deus, vt cõmoda cuiusq; regionis fierent cõmunia, nõ vt legiones equitesque gestarent, nec ut ꝑniciosa gentiũ arma transueherẽt. Habẽt etenim quatuor ꝑdicti principales seu cardinales vẽti geminos hincinde vẽtorum spiritus. Nam Subsolanus, q̃ græcæ Apeliotes dr̃, & est calid⁹ & siccus, sic vocat⁹, eo ꝙ sub ortu solis nascat̃, à latere dextro hẽt Vulturnũ, q̃ & Caracias vocat̃. Hic dissoluit cuncta atq; desiccat, & hic alte tonat, de quo Lucret.

Altitonans Vulturnus, & Auster fulmine pollens.

A latere verò læuo habet Eurum, eo ꝙ ab eo fiat, i. ab oriente, & est calidus. Et vr̃ ꝙ sicut oriens sit nobilior pars mundi ex quatuor, ꝙ ẽt hi venti prouenientes & flantes ex oriente sint nobiliores & digniores.

Alius ventus cardinalis, & principalis dr̃ Auster, ab hauriendis aquis, & est validus & humidus, vñ & crassum seu nebulosum aerẽ facit, & nutrit. Hic græcè Notus appellatur, eo ꝙ interdũ aerẽ corrumpit. Nã pestilentia (quæ ex corrupto aere nascitur) Auster flãs in reliquas regiones transmittit. Sed sicut Auster pestilentiam gignit, sic Aquilo repellit, & in hoc est extollendus Aquilo plusq̃ Auster. Nec est alienũ inferere, quod refert Cęlius loco ꝑdicto, uentorũ ꝓprietatẽ mirã ĩ Lesbo ferè apud Mithylenẽ obseruatã, vbi Austro flãte ęgrotãt homines, at Coro tussiũt: à septentrione in integrũ facile restituunt̃. Scribit ẽt Porphyrio Atablũ ventum esse in Apulia feruẽtissimum, nocumentũ pestilentiãq; inferentem. Nã Atabli flatus nimio calore Apuliæ pestifer est & grauis.

Habet & hic auster vẽt⁹ planè meridionalis à dextris Euroaustrũ, sic dictũ, ꝙ ex vna ꝑte habeat eurũt ex altera austrũ: & est calidus. A sinistris vero habet Euronotũ, & ex humili flãtẽ, & est humidus, calidus atq; fulminãs, generãs largas nubes, & pluuias latissimas, soluens ẽt flores, temperatè calidus, dicit Virgilius in Geor. ꝙ melior est vitis quæ respicit Austrũ. Et hic ventus à Gallis Marinus ventus dicitur.

Alius & tertius est ventus principalis seu cardinalis, quem Ptholemæus esse primum autumat, & dicitur ab eo Septentrio, frigidus & niualis, flat rectus ab axe: & facit arida frigora, & siccas nubes. hic Aparctias dicitur. Circius qui et Thracias. hic à dextris septentrionis intonans facit niuium & grandinum coagulationes. hunc Hispani Gallicium vocãt, propter quod eis à parte Galliciæ flat. Aquilo qui & boreas à sinistris ex alto flãs gelid⁹ atq; siccus & sine pluuia, quia non discutit nubes, sed constringit. Hinc. n. sanus est corporibus humanis, cum pestem repellat, sed nõ fructibus terrenis, cũ eos sua siccitate nimis constringat, & semina adurat. Vnde Virgi.

Rapidiue potentia solis.
Acrior, aut boreæ penetrabile frigus adurat.

Et uidi pluries, ꝙ qñ diu flat ille vẽtus inducitur fames. Hunc Galli biseam vulgari sermone vocant. de quo philosophice cecinit Ouidius lib. 6. Metamor.

Apta mihi vis est, qua tristia nubila pello.
Et freta concutio, nodosaq; robora verto,
Induroq; niues & terras grandine pulso,
Idem ego cum fratres cœlo sum nactus aperto.
Nam mihi campus is est tanto molimine luctor,
Vt medius nostris concursibus insonet æther,
Exiliantq; canis elisi nubibus ignes.
Idem ego cum subij connexa foramina terræ,
Supposuiq; ferox imis mea terga cauernis,
Sollicito manes totumq; tremoribus orbem.

Et, vt hr̃ Ieremiæ 1. ab aquilone pandetur omne malum. Vnde vulgò dicitur. Anglos Gallorum, Gallos verò Italorum virgam & scuticã esse. Anglos quidẽ Galli, Gallos Itali ab aquilone spectant. Aquilo igitur, quem repurgatoriã cęli scopam philosophi vocant, hos in Italiã, illos in Galliã reflans expellit. Vnde Hierony. appellat aquilonẽ scopã viarũ, cũ flãdo purget quicquid temerè in viis obiacet, simulque cõuerrat puluerẽ. Ediuerso austrũ ab eodẽ dici reperio pincernã pluuiarũ. qm̃ esse notũ pluuiæ conciliatorẽ, indicio nomẽ est. de his Hippocrates dicit Aphorismorũ 3. Austros, hebetare auditũ, caliginẽ obducere, corpora diffundere ac pigriora facere: itemq; caput aggrauare, quod si tẽpus aquiloniũ fuerit, tusses, fauces, aluos duras, difficultates vrinæ, dolores horrificos costarum & pectorũ accidere: Hæc & plura refert Cęlius lectionum antiq. lib. 8. c. 28.

Quartus vẽtus cardinalis Zephyrus, qui & Fauonius dicitur, q̃a fouet quæ nascunt̃. Ab occidẽte inferiore flat & est humidus, hyemis frigora grauissima, & niuem relaxat, floresque producit Aphricus, qui dicitur Lybs, ex Zephiri dextro latere intonans generat

uerat tẽpestates, pluuias facit, & nubiũ collisiones & sonitus tonitruorũ, & crebrescentiũ fulgurũ visus & fulminũ impulsus. Eurus q̃ & agrestis ex sinistra parte Fauonii aspirãs, eo flãte ĩ oriẽte nubila sunt in die serena. De hmõi ventis vide Io. Damascenum & eius commentatorem. lib. 2. c. 8. & Plinium lib. 2. naturalis historiæ c. 39. vbi ponit quomodo regnant secundum quatuor tempora anni. quod aliqui magis regnant in vno tempore quàm alii, vt ibi plene.

Accedat & huc qđ Cęlius lib. antiq. lectionũ. 11. c. 78. in laudẽ vẽti Borealis, ait sic. Dionysius classem coegerat aduersum Turios, ĩstructãq; ducebat. At vehementior coortus boreas naues disiecit oẽs attritq;. quo tanto ꝑmoti bñficio Thurii, Boreæ, vti deo sacra peregere, insuperq; in ciuitatis iura coopta runt, domo itidem illi comparata, vt minus iam mirandum accidat, dici ab Atheniensibus ventum hũc affinem, à Pausania etiam Megalopolitem.

DEcimaquinta cõsid. est de quinq; partibus terræ (quas zonas vocãt) qb⁹ ipsa tota terra partitur, ex qbus duæ tm̃ sunt habitabiles, vna est q̃ a tropico cãcri versus septẽtrionẽ vsq; ad circulũ arcticũ ꝓtendit. Altera q̃ à tropico capricorni versus meridiẽ vsque ad circulũ antarcticũ porrigit. Qđ aũt inter tropicos sub æqnoctiali terræ est, torridã zonã vocant, ob vicinitatẽ solis nimio calore nõ habitabilem. Qđ aũt terrę inter circulos arcticũ, & antarcticũ cõprehẽdit, zonas frigidas nominãt, nimio frigore non habitabiles, qa nullius hoĩs in his terræ partibus habitatio esse possit: sed si qua admodũ parua est, ob caloris modicitatẽ, quo tñ humanũ gen⁹ ꝑcipuẽ ĩdiget, & hæ quinq; zonæ ponunt in libro post Geographiã Ptolemæi addito, q̃ intitulat̃ de Mũdi descriptione, c. 53. & in Margarita philosophica lib. 7. trac. j. c. 45. Sed q̃ illarũ sit excellẽtior & dignior, licèt Astrologi dicant, ꝙ æquator seu zona torrida sit maior, alię vero minores, credo tñ ꝙ illa sit dignior, q̃ est ĩ circulo antarctico vsq, ad tropicum capricorni. Qm̃ ille est magis habitabilis q̃ alia q̃cũq; sit zona, & ideo magis digna & excellẽtior. Cũ digniora sint ea q̃ afferũt fructũ q̃ ea q̃ sunt sterilia & sine fructu, iuxta illud euãgelii dictũ, vt hr̃ Lucæ 3. Arbor nõ afferẽs fructum, ſcindat̃, & in ignem mittat̃. Et ẽt pp frugalitatẽ illius q̃ multũ est laudãda & extollenda, ẽm quod eam extollit Policraticus, de nugis curialiũ. lib. 8. c. de qua latius infra dicturus sum. vbi laudes Galliæ describẽtur ob frugalitatẽ illius. Et ẽt qa est maxime tẽperata, vbi alię sunt nimis, aut in frigore, aut calore excessiuę, q̃ tẽperies est causa frugalitatis, & multũ laudat̃: cũ sit corpori non solũ necessaria imò etiam fructibus terræ, qui sunt necessarii ad vitam humanam.

Nã, vt dicit Philippus Bergomen. in sui supplemẽti Chronicarum lib. 1. media solis torretur flammis. vltimas autẽ cõtinuũ infestat gelu, duæ sunt habitabiles, q̃ inter exustã, & rigentes sunt, altera à quibus incolat̃, nullis vnquã licuit, aut licebit agnoscere. Interiecta aũt torrida vtriq; hominũ generi commercium ad se cõmeãdi omnino denegat. sola ergo superior incolitur, videlicet inter septentrionẽ & æquinoctialem circulũ. Vel vt alii voluerunt, inter tropicũ æstiuum, & circulum articum, ab omni quale scire possumus hoĩum genere semotum. Hæc ergo ab ortu porrecta ad occasum longior est q̃ vbi latissima.

Ex his patet, ꝙ tantum vna quinta pars terræ sit habitabilis, & ꝙ aliæ sunt inhabitabiles. vnde videt̃ dicendum, ꝙ cosmographi non bene nouerunt omnia climata, vt infra dicam. tamen vt dicit Bergomẽ. vbi supra, tantum terra habitabilis diuiditur in septem climata, de his Virg. in Georg. ita inquit.

Quinque tenent cœlum zonæ, quarum vna corusco
Semper sole rubens, & torrida semper ab igni est,
Quam circum extrema dextra læuaque trahuntur.
Cærulea glacie concretæ: atque imbribus atris:
Has inter mediamq; duæ mortalibus ægris
Munere concessæ diuum, & via secta per ambas.
Obliquus qua se signorum verteret ordo.

Etiã Ouidius de his quinque zonis in lib. Metamor.

Vtq; duæ dextra cœlum totidemq; sinistra.
Parte secant zonæ, quinta est ardentior illis.
Sic onus inclusum numero distinxit eodem;
Cura dei, totidemque plagæ tellure premuntur.
Quarum quæ media est non est habitabilis æstu.
Nix tegit alta duas, totidem inter vtrasque locauit,
Temperiemque dedit mixta cum frigore flamma.

Ratione cuius temperiei etiam hæc plaga seu zona supra alias extollenda, vt iam hic antè dixi.

DEcimasexta consid. in qua de climatibus terræ fit mẽtio, quæ ẽm aliquos sunt septem, maximè ẽm Ptholemeum & alios Cosmographos antiquos: sed noui Cosmographi aliud clima addunt, qđ dicũt nouiter fuisse inuẽtũ, quod apud nos noua terra dr̃.

Et septẽ climata ẽm quod describuntur in libro de locorum ac mirabilium mũdi descriptione. c. 55. & ꝑ alios antiquos Cosmographos sunt sequẽtia, videlicet primũ qđ initiũ habet, vbi dies maximus est & horarũ quatuordecim & semis & quartæ vnius, & eleuatio poli arctici supra horizõtem graduũ sit 12. & semis & quartæ vnius. Mediũ vero vbi dies maximus est horarũ 13. & eleuatio poli graduũ. 16. Finis huius climatis est vbi dies maximus horarũ 13. & quartæ vni⁹: & ẽleuatio poli graduũ 20. & semis.

Habitantes in hoc climate in temporũ, & vmbrarũ variationes, cũ habitatorib⁹ ęquinoctialis aliquid participãt. Hi nãque duo habẽt solstitia alta, cũ sol arietẽ vel librã subintrat, sic habent æstates duas, vnã circa festũ D. Gregorii. Alterã circa Lãberti, quod est in mense Septẽbris. Habent ẽt duo solstitia. Ima sole initia Cancri & Capricorni lustrante, quibus tp̃ibus ẽt habent duas hyemes. sed nostra æstate calidiores pp solis vicinitatem. In æstate vmbra eorum mane iacitur ad occidentem, vespere ad orientem. In meridie verò nulla est, Sole sup capite eorũ currente. Cũ aũt sol in cancro est, vmbra eorum versus Austrũ iacitur, in capricorno ad septentrionem protẽditur.

In hoc climate habitabiles sunt hæ prouincię Lybia maior, pars Aethiopiæ, sub Aegypto, mare Rubrum, pars Arabiæ felicis, pars vtriusque Indiæ, intra Gangem fluuium Sinarum Regio.

Secundũ clima initiũ sumit ĩ fine primi climatis. Mediũ verò habet, vbi dies maximus est horarũ, 14. & dimi-

& dimidiæ. & eleuatio poli graduum 24. & quartæ vni⁹. Finis aũt vbi dies horarũ 13. & semis & quartæ vnius, & eleuatio poli graduũ 27. & semis. Hi æstatẽ & hyemẽ nobiscũ hñt, sed calidior est oĩ tẽpore. vmbra eorũ sicut & nostra ad septentrionem iacitur, ꝑterq̃ eo die quo sol tropicũ cancri describit, tũc.n. in meridie vmbra eorũ nulla ẽ: ĩ ortu solis vmbra ad occasũ vergit, occidente sole vmbra in oriẽtẽ proiicit.

In hoc climate habitãt Aethiopes: & horũ mores sunt pessimi. facies hñt corruptas & atroces, & comedentes hoĩes. Et in hoc secundo climate sunt istę prouinciæ, pars vtriusq; Mauritaniæ, & Tiganicæ, & Cæsariẽ. Getulia, & deserta Libia, pars Africæ minoris pars Numydię, Cyrene, & Marmaricę, ferè tota Ægyptus, & pars Lybię ĩferioris, Arabiæ felicis & Carmaniæ, Gedrosia, maior pars vtriusq, & regionis Sinarũ.

Tertiũ clima incipit vbi finis secundi est. Medium eius est vbi dies est horarum 14. & eleuatio poli graduum 30. semis & quartæ vnius. Finis autẽ vbi dies etiam est horarum 14. & quartæ vnius, & polus eleuatur gradibus 33. & duabus tertiis.

Habitatores ĩ illo, tpa & vmbras nobiscũ hñt, nũq̃ sol à Zenith capitis eorũ ptingit min⁹ his q Ierosolymã incolunt. Fabula est ergo, ꝙ à nõnullis dr̃ in terra sancta, aliqñ solẽ ppẽdiculares radios in cauatã rupẽ dimittere. Dicit tñ Cãpegius in suo lib. de vita cælitus cõparanda c. 9. ꝙ Ierusalẽ & Aegyptus sunt in quarto climate. Inde, dicit ꝙ Christ⁹, Abrahã, Iacob, Moyses, ex quarto climate venerunt, vt dicã statim. Et in hoc climate sunt maior pars vtiusq; Mauritaniæ, pars ẽt Aphricæ minoris & Numydiæ, & Cyrene, & Marmaricæ, aliqua etiã pars Ægypti, & Lybiæ ĩterioris, pars Cypri insulæ, & Syriæ, tota ferè Iudęa, Arabia Petrea, Arabia deserta, pars Babylonię, Susianæ, Persides, Carmanię & Ariæ, Paropanisi, tota Drãgiana, Aracosia, & pars vtriusq; Indiæ, & regionum Sinarum.

Quartum clima initiatur in fine tertii, & medium habet vbi dies est horarum 14. & semis, & polus eleuatur gradibus 36. & duabus quintis. Finitur autem vbi dies est horarum 14. semis, & quartę vnius: & polus attollitur gradibus 39.

Habitatores in eo sunt Rhodiani, &, vt qdã dicũt Ægyptii, & Iudæi. Et est terra multũ tẽperata, in qua nati & effecti sunt plures prophetæ & sapiẽtes, vt ĩ, dicam. pp tẽperãtiã aeris quæ multũ in hoc operat̃, vt dicunt Astrologi. Et in isto climate est ferè totum mare mediterraneũ, cũ suis insulis, & regionib. ei collateralib. s. parte Hispaniæ, quæ dr̃ Bethica, seu Granata, & alia quæ dr̃ Taraconẽ. & parte vtriusq; Mauritaniæ, Numydiæ, Africæ minoris, Marmaciæ, parte ẽt Illyridis & Italiæ, Cum fere tota Sardinia, Sicilia, Epyro, Achaia, Macedonia, Eribonia, cum parte Pelopõnesi, & Creta insula, pars, Asiæ minoris, Lyciæ, Gallaciæ, Cappadociæ, vtriusq; Armeniæ, maioris, s. & minoris, tota Pãphilia, & Cilicia, Rhod⁹, & Cypr⁹ ĩsulæ, pars Syrię Mesopotamiæ, & Arabiæ desertę, Babyloniæ, tota Assyria, pars Medię, Susianæ, pars Persidis, tota Parthia, Aria, & Paropanisus, pars Hircanię, Margimiæ, Bactrianæ, & Scythiæ, q̃ est extra Imaum montem, pars Sericæ regionis, atque vtriusq; Indiæ.

Quintum clima hẽt principiũ in fine quarti. medium vero vbi dies est horarum 15. & altitudo poli graduum 41. & tertii vnius; Terminatur autem vbi dies maior est horarum 15. & quartæ vnius, & polus sustollitur gradus 43. & semis.

Nomẽ illi Diaromes, qa parallelus ipsi⁹ Romanã ciuitatẽ summi sacerdotis sedẽ metitur. Ex quo digni⁹ & excellẽtius aliis dici dẽt: cũ summus sacerdos oẽs quoscunq; hoĩes huius mũdi pręcedit. vt dixi supra in 4. par. in 7. consi. Et eo ẽt quia ciuitas Romana est dignior & excellẽtior aliis, cũ sit caput & dña orbis terrarũ, vt plenè in glo. 2. in auth. ut ecclesia Romana centũ annorũ. in princ. colla. 2. vbi appellatur splendidissima, æterna, regia, antiqua, inclita, alma, sacratissima, felicissima, florentissima, maxima, prima sedes ecclesiarũ, origo legũ, & fons sacerdotii. Licet posset argui de nobilitate, & excellẽtia illius climatis, qđ ꝓcedit ab oriente. Cũ oriens sit nobilior pars mundi, ut supra dixi in hac par. in 13. consi.

Habitabiles verò in eo sunt prouinciæ sequentes, ferè tota Hispania, Lusitania seu Portugalia, pars Galliæ Narbonẽsis, Pãnonię, hoc est Vngarię, Illirici hoc est, Bosinẽsis, Dalmatia, id est Sclauonia, magna pars Italiæ, Daciæ, Mysiæ ĩferioris, tota Lysia supior, Thracia, Chersonesus, pars Macedoniæ, Peloponnesi, Cretæ Pont⁹, Bythinia, pars Asiæ minoris, Galliciæ, Cappadociæ, Armeniæ, utriusq; Medię, Hyrcania, tota ferè Margiana, Bactrianę, pars Godiani, & vtriusq; Scythiæ, Sacharum regio, atque pars Sericæ regionis.

Sextum clima exoritur vbi quintũ finit̃, ad mediũ aũt peruenit vbi dies horarum 15. & semis, & altitudo poli graduũ 45. & duarum quintarum. Finit̃ aũt vbi dies est horarum 15. & semis & vnius quartæ. & polus extollitur gradibus 47. & quarta vnius. Et in isto sexto climate sunt hæ Prouinciæ. Pars Hispaniæ Taraconẽsis (quæ vulgo Catalonia seu Galacia, hoc est ꝓuicia sancti Iacobi) Asturię, Nauarra, Vasconia, tota ferè Gallia Narbonẽsis, & pars Aqtanię & Galliæ Lugdunẽsis, Germaniæ, & Italię, Rhetiarchæ est patria Pedemontium, seu Austria; Vindelicia, Noricum, Pannonia superior, & pars inferioris Panoniæ, Illyridis, vtraq; Sarmatia, Taurica, Iasiges, Dacia, Mysia, ĩferior pars Asiæ minoris, Galatiæ, tota Colchis, Iberia, Albania, pars Armenię maioris, Mesopotamię, Bactrianę, Godianę, vtriusque Scythię & Sericę.

Septimũ clima exorit̃ in fine sexti, & ad mediũ ꝑuenit. vbi dies maxim⁹ est horarũ 16. & altitudo poli graduũ 48. & duarũ tertiarũ. Et illud Diaripheos nominãt, ꝙ parallelus Ripheos montes qui sunt in Scythia cõtingat. Exqsitius tñ intuẽtes orbis partitionẽ clima sextũ à Ponto, septimũ à Borysthene nominat, & Ripheos montes octauo climati deputãt.

Huic climati antiqores finẽ nõ statuerũt, nec residuã terrã versus septẽtrionẽ ĩ climata alia diuiserunt. In vij. clima. regiões sũt, tota ferè Gallię quadripartita, magna Germania, pars Cappadocię, Sarmatię, Asię minoris, & vtriusq; Scythię, atq; Sericę regiõis.

Octauũ vero clima antiqs Cosmographis fuit incognitũ, vt dixi hic propriè. Nam vltra hæc septem

climata sunt plures isulæ,& hoium habitationes: qs tñ intéperatę sunt, aut pp nimiũ caloré, aut excessiuá frigiditaté, sub climate nõ merent cõputari: q̃ua pp particula ista habitabilis & téperatæ diffinitioni climatis ab Astronomis datæ addi potest. Veruntñ, vt dicit Petrus de Aliaco & commentator sui, interpres ĩ quarta parte Sphæræ mũdi. cap. 4. Moderni Astrologi ex Germania, & Anglia octauũ clima addiderũt, ne regiones illæ extra climata remanerent. Et ut dñt aliq, ṗter regiones & climata nominatę sunt multæ aliæ habitationes hoium, s. ante primũ clima & post septimũ, iõ vr̃ isufficiéter climata esse diuisa in septé.

Regiones verò añ primũ clima sũt istę, pars Aethiopiæ quę est sub Aegypto, & Arabię Felicis & Lybię interioris, & tota Aethiopia, interior pars vtriusque Indiæ. Aurea Chersonesus, pars regionis Sinarum, & Taprobana insula.

Regiones auté vltra septimũ clima sunt hæ, Hibernia, seu Hirlãdia insula, Albiõ insula, vbi & Anglia & Scotia, & plures aliæ ꝓuĩciæ sitæ sunt. magna pars Sarmatiæ Europæ, & Sarmatiæ Asiaticæ, Hypborei montes & pars Imai montis & Sericæ regionis, Dacia, Suetia, Lubera, Dantiscũ, Gillandia, Hollãdia, Tile insula, Orchades, Gothia. Ex quibus facilè ṗpendi põt quòd sunt noue Climata, prout etiá dicit Petrus Apian⁹ ĩ sua Cosmographia, j. par. c. 6. de climatib⁹. Et octauum dicitur Dyaripheon. Nonum vero dicitur Dyadamas, vt ibi dicit Apianus.

Aduerte, ꝙ terra vltra partiri posset: latitudo tñ semper magis magisq; decresceret, ad modicá q̃ppe distantiá versus polũ dies sensibiliter augetur, quãto enim polus mundi amplius eleuatur, tanto zodiacus horizonta obliqus intersecat, maioresq; arcus dierũ supra hemisperium nostrũ relinquũtur, q̃ sint arcus noctium sub hemisperio dimissi, sole signa septentrionalia percurrente. Contrarium autem euenire solet sole in opposita parte vagante.

Vnde habitãtes sub parallelo transeunte ṗ gradũ 52. ab æquinoctiali, diem habent maiorem horarũ 16. & semis. Sub parallelo hoc est circulo transeũte per gradum 54. dies horarum est 17. Sub parallelo ducto ṗ gradum 56. dies est horarũ 17. & semis. Sub parallelo ducto ṗ gradũ 56. dies maior hẽt horas 18. Sub parallelo autem contingéte gradum 61. dies est horarũ 19. Sub parallelo vero ducto ṗ Thilé insulá in mari oceano & gradũ 63. dies est horarũ 20. Nam in ea solstitio æstiuo nullas esse noctes Plinius tradit econtrario vt Solinus refert, Brumali solstitio, null⁹ pene dies. Sub parallelo auté ducto ṗ gradũ 64. dies est horarũ 21. & nondũ completo gradu. 65. dies efficitur horarũ 22. In gradu 66. dies est horarũ 23. Sub arctico aũt circulo dies vna cũ sole à fine geminorũ initium cãcri aggreditur est horarũ 24. & in opposita parte zodiaci dũ sol fuerit, nox est eiusdé quãtitatis, tunc eñ. tropicus horizonte vbiq; sine intersectione cõtingit, & quasi circulariter supra horizõté sol vertit in parte opposita totus sub horizõte circunrotat. In parallelo aũt transeunte gradum 68. vnius mẽsis est dies, cum sol à medio geminorũ ad cancri mediũ mouet, & vnius mensis est nox, cũ sol in oppositis signis moratur. In parallelo vero qui gradũ septuagesimum attingit, duorũ mẽsium dies est, sole currente à principio geminorũ vsq; ad finem cãcri. Et nox duorum mensium erit sole opposita signa lustrante.

In parallelo qui gradũ 72. trãsit dies vna erit triũ mensium, sole à medio tauri ad mediũ leonis vagãte; nox tanta erit sole existente in parte opposita.

Crescent dies paulatim, donec ad polum ṗuenias, sub ipso quidé medietas sphęræ mũdi semper supra horizõté relinquit, altera iugiter occultat, & æquinoctialis cum horizonte concordat. Cum igit sol est in medietate supra horizonté, continuatus dies est dimidii anni, cum auté in medietate mouet q̃ sub horizõte relinquitur, nox cõtinua est dimidii anni. Verũ tamen cum ibi sol vltra signũ vnũ sub horizonte nũquam demergit, radiis suis superiora semp aliqualiter illustrat, & sic quasi semp ibi dies est, nisi q̃tum aeris grossities, & nebulositas interturbat & offuscat.

Prædicta scribunt in Margarita phil. lib. 7. tract. 1. c. 47. sed de his vltimo dictis non meminit Ptholemæus, sed solũ de climatib. de quib. supra, & q̃d illorũ cõmédabilius & excellẽti⁹ iudicãdũ, sit satis, ṗspici põt ex habitatorib. illorum & aliis infra dicendis.

Et ne videant ṗdicta fore supflua, dico ꝙ sũt necessaria ét legistis ad iudicãdũ, & cognoscendũ qñ sit ortus solis secundus, & qñ incipit in plurib. acq̃ritius. Nã vt statuto cauet in ecclia Heduen. canonici illius ecclæ q. sunt ebdomadarii in suo turno ad beneficia præsentanda, & ad præsentationé illorũ existétiũ de iure patronatus illius ecclesie, ebdomada eorũ incipit quælibet die sabbati in ortu solis, q̃ q̃dé ortus est & incipit diuersimode f̃m diuersitaté tp̃um & locorũ, & f̃m ꝙ sol ascendit, & descendit: ad cognitioné illius supradicta noscere oportet. Et de hoc alias fuit processus in casu emergenti, vt dixi in commétariis ducatus Burgundiæ. tit. des iustices. §. 8. in glo. & Iour. ibi, sed nunc maius est dubium. Et an curetur de momẽto, vide Sõz. in l. si tibi decé milia. ff. si cert. pet. & F. Curtium in suo tract. de feud. in tit. ex qbus causis feudum amittatur. in 4. par. versi. 7. quæro.

Item ét ad cognoscendum & videndũ vnde hoc, ꝙ vnus est perfectior altero, ita ꝙ multi q̃runt scire, vnde istud procedat, ꝙ cũr Deus hoc ita diuersimodè distribuit, vt prophetiá Dauid, Esaiæ, Ieremię, & similib. Salomoni sapientiá, diuinarũ legum peritiá, apud Hebreos Moysi, apud Ægyptios Mercurio Trimegisto, apud Bactrianos Zoroastro, apud Carthagiñéses Corondæ, apud Cretenses Minoi, apud Lacedęmonios Lycurgo, qui astrictis ciuibus iurõ, ꝙ tá diu eas intemeratè obseruarent: donec ipse rediret, è patria nunquá rediturus emigrauit, apud Athenienses Soloni, apud Romanos Numæ Põpilio, apud Christianos verò Petro, Paulo, & reliq̃s Apostolis eorũq; zelatorib. Ipsam Poesim Homero & Virg. Rhetoriá Demostheni & Cic. Philosophiam naturalé Aristo. Moralem Socrati, Metaphysicam & diuiná Platoni, medicinam Hippocrati, & Galeno, Astrologiá Ptholemæo, iuris ciuilis prudentiá & scientiá Paulo Africano, Iuliano, Sceuolæ, Iaboleno, & cæteris de q̃bus in l. ij. ff. de origine iuris, Accursio, Ioanni Placẽtino, Martino,

Martino, Azoni, Pe. de Bellaper. Io. Fabro, Bartolo, Bal. d. meo Ias. & cæteris. Iuris pontificii scientiam Gregorio, Innocen. Hostiensi, Gratiano, Panor. Ioan. de Imola, Pe. de Anch. Zabarellæ, Io. Andr. Anto. de Buttio. Artem militarẽ Alexã. Magno, Iulio Cæsari, Hannibali. Consiliorum sagacitate Catoni, magiam Zoroastro, Arithmeticam Iordano, Geometriã Eu. clidi, musicam Pythagoræ, & Boetio: logicam Chrysippo, phisicam Straboni Lapsanseno tribuent.

Quæ nam ratio fuit ita dispẽsãdi, causa ne ista an influentia, an prouidentia ulla gubernentur? Hæc ꝓ certo magnæ ꝑsumptionis est indagatio. cui Apostolus vas electionis usq; ad tertiũ cœlũ raptus ad Ro. 9. satis rñdere vr̃: cũ, vt hr̃ Psal. 125. Nõne hẽt potestatem figulus ex eadem massa, aliud quidem vas in honorem, aliud in cõtumeliã facere? vnde sufficeret hæc dixisse, cum, vt dixit idẽ Paulus ad Rom. 11. Iudicia dei abyssus multa, & quã incõprehẽsibilia sunt iudicia eius, & ĩ uestigabiles viæ eius, & occulta cõsilia. Nec tñ dẽt humana temeritas audẽdo ꝓcedere, vt ea cernere velit quæ latere deus ĩstituit. Neque em̃ dño gratus erit seruus q̃ penetralia cũcta q̃ in domo sunt perlustrarẽ tentauerit. Eaq; temeritas magis vr̃ explorantis insidias q̃ serui ꝓferre officiũ. Et sic licet rñderi possit: tamẽ cũ Simphoriano Cãpegio in suo lib. de vita cęlitus comparanda. c. 9. dicam q̃ ipse dixit, cum ꝓtestatione tñ ꝙ cõclusiue nõ intẽdo ab Ecclesiæ Rom. & ꝓceptis illius discedere. & de omnibus me remitto determinationi dominorũ theologorũ, ab opinionib⁹ & determinationibus quorũ nõ intendo discedere, dixit. n. Cãpegius vbi supra, ꝙ omnis sapientia à domino deo est Eccl. 1. Et omne datũ optimũ, & omne donũ perfectum desursum est descendẽs à patre luminũ, & ẽt allegãdo Augustinũ, dicit eundẽ sic dicere. Sic deus res, quas cõdidit administrat: vt eas agere ꝓprios motus sinat. Igitur sicut anima in toto corpore, sic deus semꝑ operãs in toto mundo vires naturis ꝓ mucrone addidit, & operari eas instituit: imò ĩstrumẽta sua fecit, quibus cũ deo patre fabri filius usq; mõ opans vteretur. Has igitur vires, nec operari impedit, nec operantes deserit: sed sicut nauta nauim sic iuuat, & dirigit ille in portũ, iste in finẽ. Et quemadmodũ ociante anima mẽbra sopiunt, sic cessante deo vt ĩ igne Babyloniæ mõnstratum est, omnis naturæ conatus inanis est, igitur omnia bona à Deo sunt.

Sed cur ergo hũc eligat, aliũ verò repllat, hæc nequeunt humanæ vires agnoscere. Nã Iacob sanctiss. & optim⁹, Esau frater eius pessimus. Petr⁹ optimus. Iudas aũt pessimus, ceterıq; Apostoli sanctissimi. Iõ dicit Christ⁹. Nõ vos me elegistis, sed ego eligi vos. & Paulus ad Timot. 3. c. Nõ ex operibus iustitiæ q̃ fecimus nos, sed ꝯm misericordiã suã saluos nos fecit. & August. in lib. de ꝑdesti. sancto. Non qa futuros nos tales esse ꝑsciuit, iõ elegit, sed vt essemus tales ꝑ istã electionẽ suæ gratiæ, qua gratificauit nos in dilecto filio suo, idẽ Augu. in li. de libero arbitrio. Nõ pp fidẽ vel aliqua merita elegit de⁹ aliquos ab æterno, vel apposuit gratiã iustificationis in tempore, sed gratuita bonitate sua elegit vt boni essent. Hæc ibi Augu.

Ad istud dubiũ soluẽdũ, quãuis excedat vires ingenii, absq; tñ discessione à Romana & catholica ecclesia inquãtũ aliq. vñr discedere, ꝙ ĩ hoc opent ĩfluẽtiæ syderũ & naturæ climatũ, recitabo tres opiniones: sed illi adhærere volo & intẽdo, cui ecclesia adhęret.

Prima opinio est philosophantiũ & medicorũ, q cõplexioni attribuet excellẽtiã ingenii. de quo phil. par. 30. ꝓbl. 1. ait. Propter qđ hoies qcũq; excellẽtes fuerunt viri aut ꝯm politiam, aut philosophiam, aut artes melancholici fuerunt: sed vt in libris de vita sana dicit, nõ intelligit philo. ꝙ omnis melãcholia, vel ois complexio melancholica hoc faciat: sed ĩtelligit de illa solum q̃ est tẽperatẽ calida, q̃ facit excel. viros

Et sic ꝯm Aristo. vr̃ ꝙ prima complexio quæ facit homines ingenio excellentes est cõplexio melancholica, quæ est calida temperatè, de qua infra latius in alio loco dicã: ideo hic alia nõ referam. sed condescẽdo ad secundã opinionem quæ est præsentis speculationis, secundum quod fit hic mentio de astrologis.

Secunda ergo opinio est Astrologorum dicentiũ complexiones insequi climata & diuersitatẽ cęli: vt differre nõnulli specie & colore & corporũ quãtitate & animorum diuersitate videant. Vnde Græci leues, Aphri versipelles, Germani fortes robusti, Itali graues. Nam præseferunt quandã firmitatẽ seueritatem, ac constantiam animi, ac in vultu, moribus, verbis rebus quoq; agẽdis. Hispani iactabundi, Galli in armis feroces, religione fideles, vt Christianissimi appellent. Latini superciliosi ac elati dicantur. Vnde Iulius Maternus ait. Quædam gẽtes ita à cęlo formatæ sunt, vt propria sint morũ vnitate perspicuę. Scithę ĩmanis feritatis crudelitate grassantur. Itali fiunt regali semꝑ nobilitate fulgidi Auari Syri. Acuti Siculi. Luxuriosi semꝑ Asiatici, & voluptatib. occupati. Hispani elata iactãtia animositate ꝓpositi. Galli stolidi. quod tamẽ nõ sine liuoris acerbitate ab ipso Iulio ĩ Gallos ructatũ, aut quia, teste Strabone, Galli sunt simpilces ac nulla morum malignitate, & ideo aliq. hoc referũt ad stolidtatẽ, ut dicit Cęlius li. 10. c. 21.

Nũ enim omnium æquè nationũ corpora sunt ad sapientiæ ac intelligentiæ perceptionẽ idonea. unde more Thaletis, siue, ut alij dicũt, Socratis, dñt multi ꝓpter tria de se deo gratias maximè se hẽre, scilicet ꝙ mares nõ fœminæ, homines non bestiæ, Galli non Bohemi. Sunt enim Galli suapte natura, ad philosophia uerã, & religionem magis apti, eo qđ propter aeris, & cœli tẽperiẽ, corpora sortiti sunt ab excellentiis cõtrarietatũ, ut philosophi aiũt, remotiora. his de causis Parisiẽses ingeniosiores, Delphinẽses robustiores inter Gallos habiti sunt: qa uidelicet illi in puriore, isti in crassiore ob mõtes altissimos aere versent.

Notatu etiã dignum est, ꝙ sibi vicinę ĩmò & cõtiguę prouincię in hominib⁹, & animalib⁹ multũ differre uidentur. unde Lugdunẽses, (ut dicit idẽ Cãpegius tanquã Lugduneñ.) ingeniosiores, Delphinẽ. uerò fortiores, robustiores, morib. ĩbecilliores, aĩosiores, & ĩ armis magis strenui iuẽti sunt. Forẽses seu Foresiani uani, igeniosiores, subtiliores, & eximij scribę seu scriptores. Aruernigenę robustiores, moribusq; ĩhumaniores. Lemõcinẽses astutiores, morib. tñ min⁹

 vrba-

vrbani Gaſcones & Vaſcones ad verbera prõptiores, Normãni corpulentiores & loquaciores, vt dicit Cãpegius vbi ſupra. Sed ſi vidiſſet glo. ĩ l. ſequit. §. pupillus. ĩ verbo, animũ. ff. de vſucapio. q̃ dicit Normãnos eſſe doli capaces, ẽt à pueritia, eã allegare nõ omiſiſſet: ꝙ vnde ꝓcedat vndecunq; ſit illa gl. nõ omnino caret veritate: imò ẽt ipſi Normanni aliàs incẽdiarii eccleſiarũ fuiſſe perhibent. vt in c. cõcedimus, de cõſecratio. diſtin. 1. & nimis crudeles ſeueri & furioſi, vt norunt Pariſienſes, q. cũ ſoluant orare, vt fertur, inter alia dicunt, A furore Normãnorũ, Libera nos dñe. qđ ĩ malũ ſonat; Burgundiones verò ſunt ſimplices, amicabiles, bñuoli & manſueti generoſi ĩgentij, bello ſeculari fortes, fide ſtabiles, hoĩbus honorabiles, & deo amabiles, vt dicit tex. in ca. gẽs Anglorũ 6. diſt. Inhabitãtes enim regiones tẽperatas ſunt ſapiẽtiores, & meliores, eo ꝙ ſup iſtas regiones ſyderũ. & planetarũ ĩfluxus ſunt optimi. Et regiones intẽperatas incolẽtes ſunt ſylueſtres, & ſyluarũ mores hñtes: ideo phil. par. 14. ꝓblemate 15. dicit ꝙ habitãtes loca tẽperate calida, ſunt prudẽtiores & ſapientiores, & in locis intẽperatis contrario modo ſe habẽt. dicã ẽt ĩ. in 44. conſide. vbi de potentijs animæ. verſi. 1. de potentia. & in præceden. par. in 24. conſi.

Et ĩ eodẽ loco dicit Ariſtote. ꝙ loca intẽperata sũt q̃ aut nimiũ calida, aut nimiũ frigida exiſtunt, in qb⁹ locis habitãtes ferinos mores & aſpect⁹ atroces hñt. Haly enĩ ſecũdo quadripartiti dicit, ꝙ vlr illi quorũ latitudo eſt intra trigeſimũquartũ gradũ à linea, æquatoris vſq; ad latitudinẽ 40. graduũ extãt ſapiẽtiores, quã habitãtes regiones frigidas. ſicut ſunt aliq̃ regiones in 6. & 7. climate, & maximè in locis ſic extraneis non poſſunt naſci homines bonæ complexionis, nec boni ſenſus. Galenus verò de virtutib. animalium. c. 9. ita ait de Plat. ſic dicens in Timæo, quidẽ in principio ſermo. ſic ſcribit. Hunc quidẽ vniuerſũ ornatũ & ordinẽ deus prius perornans nos inhabitare fecit, eligens loca, in qbus generantur eucraxia: horũ viri generant̃ prudentiſſimi. & in principio legum dicit Plato, ꝙ in regione tẽperata naſcunt̃ homines meliores. Hoc idẽ ſentit Auic. quẽ inducit Pe. de Ebano. & dicit Haly Ariſt. & Gal. fuiſſe de 5. climate, q̃ optimi fuerunt naturales & metaph. Platonẽ & Pthol. de 3. climate, qui excell. fuerunt in mathem. & Albumazar tertio introductorij dicit ſapientiſſ. eſſe Babilonios & Aegy. Sol enim nõ multũ elongatur ab eorũ capitib. neq; appropinquat. Eſt. n. motus ſolis æqualis ſuper eos, ideo aer eorum fit complexionis temperatæ, neq; ſuperflue calid⁹, neq; ſuperflue frigid⁹. Calores eorũ & naturę & corpora ſunt tẽperata. Et ſenſus & ratio & animi qualitas ſunt bona, abũdatq; in eis ſapientia & intellect⁹, & rerũ p̄ſtantia & honeſta qualitas animi. Et hęc eſt terra ꝓphetarũ & ſapiẽtũ.

Sed q ſunt habitãtes ſm clima, ſicut ſunt Aethiopes, horum mores peſſimi, & facies hñt corruptas & turpes, atroces & comedẽtes homines, vt Haly teſtatur ſe vidiſſe in fine ſeptemtrionis & meridiei. & dicit ꝙ ibi ſunt ſpiritus maligni, & beſtiæ comedentes homines: & ideo dicunt multi, ꝙ diutius remanſit regnum Romanorum, & ſic auctũ eſt, quia medio modo ſe habet regio Romana ĩter ſeptẽtrionales & meridionales. De Noe autẽ dicunt ſapientes eũ in aſtrologia claruiſſe, & filius eius Sem ĩter aſtrologos annumerat̃, & pater & filius viri p̄ſtantiſſimi in Caldæam venerũt poſt diluuiũ regionẽ tẽperatã. Iſte Sem poſt diluuiũ biẽnio genuit Araphaiath, q. fert̃ fuiſſe Melchiſedech, q. primus poſt diluuiũ vrbẽ Salẽ cõdidit, q̃ eſt Ieruſalẽ: q̃ eſt in 4. climate, ꝙ eſt mediũ inter 7. climata. Videtur tamẽ ꝙ ſm nõnullos alios ponatur in tertio climate, vt ſuprà dictum eſt.

Et, ꝙ ex diuerſis & varijs cœli locis aſpectibuſve diuerſi generentur mores, vide p Cæliũ lect. anti. lib. 10. c. 18. Et cur vergẽtes ad meridiẽ ſint timidi, ad ſeptentrionẽ vero audaces, p eũdẽ in d. lib. c. 20. idcirco ſi ad ſaturitatẽ quiſpiã velit ſcire diuerſarũ gentiũ mores diuerſos, & varios ritus, ſ. Perſarum, Gallorũ, Britãnorũ, Pãnoniorum, Germanorum, Hiſpanorũ, Myſorum, Thracũ, aliorumq; populorum, de Getis Scytarũ, Atheniẽſiũ, Maſſagetarũ, Tapyrorũ, Battrianorũ. de Phigaleis Caſpiorũq;, ac Derhicũ, Medorũ, & Armeniorũ, Cappadocum, Heptacometarũ, Moſynocorũ. de Tibarenis & Statmis, Indorũ, Taxilitarũ, Aſſyriorũ, Sirorũ, Phenicum, Arabum, Nabateorũ, Aegyptiorũ, Aphrorũ, necnon de Cartaginenſibus, videat & legat ipſum Cælium in prædicto lib. c. 18. & c. 20. cũ 18. c. ſeq. & in globo ĩ c. 66. in eod. lib. vbi refert diuerſos populorum mores.

In qua quidẽ famatiſſima ciuitate Ieruſalẽ omnia grandia & admiratione digna, tam veteris, quã noui teſtamenti patrata legũtur facinora. Quod verũ oſtẽdere per humanas rationes, q̃ nõnunquã minus ualidæ inueniuntur atq; à ptinacibus diſputatoribus, veritatiſq; æmulis reprobantur, p̄ſens minimè videt̃ expoſtulare negociũ. Nec, vt dicit Andin⁹ poeta, hoc ipſa ſibi tẽpus ſpectacula poſcit. Sed quis pius lector veritatiſq; cultor nedũ ex diuinarũ literarum ſeu (ſi mauis) ſacrę Biblię contextu, cui nullus niſi infidelis Chriſtianæ fidei ppetu⁹ hoſtis, aut hæreticus à ſãctæ matris ecclesię gremio excluſus refragari audet, verũ ẽt ex fide dignorũ hiſtoriographorũ qui res geſtas literarũ monumentis fideliter mãdauerũt compluribus voluminibus facillimè pcognoſcere poterit: vñ dñs noſter Ieſus Chriſtus, ſm humanitatẽ, itẽ Abrahã Caldæ⁹ ſumm⁹ aſtrologiæ magiſter, Iſaac, Iacob, Ioſeph filius eius, Moyſes ꝓphetarũ ſummus, & totius veteris legis Cælius edoctus interpres cæteriq; prophetæ diuino afflati ſpiritu ex quarto venerunt climate.

Albumazar Caldæos oĩum peritiſſimos affirmat: Caldæi enim ſapientes ĩterpretant̃, & poſt ipſos Aegyptios. Philo. n. in prologo Metaph. dicit, ſcientias ſpeculatiuas apud Aegyptios inuẽtas & maximè mathem. Ex diuinis ſcripturis habemus, quod Abraham ex Caldæa, in Aegyptum aſtrologiam nũquam ibi cognitam tranſtulit. Et, vt Laertius lib. 3. in vita Platonis ſcribit, Plato in Aegyptũ ad ꝓphetas & ſacerdotes ſe cõtulit. Et Diodor. lib. 2. apud Aegyptios ſacerdotes in eorum ſacris libris ſic cõtineri trãſiiſſe in Aegyptum Orphæũ, Muſæum, Melampidẽ, Dedalum, Homerum, & Licurgum, Solonem, Platonẽ, &

Pythago-

Pythagorā Samiū & complures insignes viros, q in Ægypto pceperūt oīa, q̄ illos apud Grecos mirabiles fecerunt. Quin ēt Licurgus, Solon, & Plato multas ab Agyptiis sumptas leges ad suā rempublicam detulerūt. Et Pythagoras geometriā, & arithmeticā, et cursum astrorū & zodiacū ab Aegyptiis ad Græcos trāstulit. Et Orpheus theologiam didicit ab Ægyptiis.

Quatuor profecto celeberrima & bonarū literarū & sciētiarum studia in orbe extiterunt, s. in Caldæa, Ægypto, Græcia, & postremo in Italia, & nūc Gallia ipsa siue Parisiē. Gymnasiū, pace oīum dicat, in theologia principatū tenet. & dixi s̄. i 10. par. in 32. cōsid.

Habuerunt nēpe semp Galli facundiam suā magistrosq; sapientiæ Dryidas, q terræ mūdiq; magnitudinē, & formā, motus cœli & syderū, ac qd dii velint, scire ꝓfitent. Queadmodū apud Indos, Brachmani seu Gymnosophistæ erāt, sic Dryidæ apud Gallos vocitabantur, q vitæ erant integertimæ. sic Magi apud Persas, Philosophi apud Grecos, sapiētes apud Latinos, Prophetæ siue sacerdotes apud Ægyptios, & Caldæi apud Assyrios. Sic ergo volunt astrologi, ꝙ hæc omnia ex cœlorum & syderū influxibus ꝓueniāt, s. regio tēperata, & viri ꝓbatissimi & sciētiæ, & artes, & oīa bonorū genera ab ipsis cœlorū aspectibus: qa superficies cęli concaua liber est primæ causæ, in quo oīa scribuntur q̄ in mundo sunt. Si quis ergo in illā inspicere sciret superficiē, oīa illa sciret præterita, pręsentia, & futura. Volunt ēt astrologi, ꝙ non modo tēperatæ regionis influxus faciat sapiētes, & viros optimos, verū ēt ꝙ particularis reqrat influxus in conceptione & natiuitate illius, dū & cōcipitur & nascitur. Similiter dicunt, ꝙ si qs in tēperata nascat, & educat regione, in sua natiuitate malū habēs īfluxū, hic pessimus erit. & sic celestes valere volūt influxus, ꝙ diuitias, magistrat⁹, militiā, bellū, victorias, & rerū oīum prosperitatem cęli, & cęlorū influxibus attribuant.

Et hæc sunt quæ Astrologi sentiūt f̄m Cāpegium vbi supra. De hac materia licet interdum somnient & deuient à semita veritatis: ideo his non assentit, nec ego etiam, sed sto cum opinione quæ sequetur.

Ex dictis tn̄ Astrologorū supra positis multū sunt laudāda quartū & quintū climata, in qbus sunt Ægyptii, Iudæi, Rhodiani, Græci, & Itali, & sic Romani de sexto verò climate, vbi est Gallia, etiā credo illud esse extollendum ex his quæ dicturus sum infra de Gallia in consid. seq.

Omissa ergo opinione Astrologorū, q̄ somnia, & fantasmata recitat: ad tertiā opinioné uerā quæ est theologorum, maximè Parisiensium, qui determinauerunt vnam animam in naturalibus esse alia perfectioré & excellentiorem, cui determinationi standū est. De hac autem perfectione animæ f̄m theologos dixi supra in hac parte, in 4. consideratione.

Licet, vt dicit idē Cāpegius, sanctus Thomas, Alexander de Hales, & multi alii theologi tenuerunt añ hanc determinationē Parisiensem animas in naturalibus nequaquam differre, sed omnes in naturalibus esse æquales. Bonauentura tn̄ & cō plures alii ex theologorum schola animas, in naturalibus differre asserant: ita ꝙ vna sit nobilior alia, & ita tenēt theologi moderni in sequendo prædictam determinationē Parisiēsium theologorū f̄m eūdē Cāpegiū. Qui ēt dicit, ꝙ licet prædicta aliqd operentur ad perfectionē artium & scientiarū, tn̄ hæc nō fiunt sine actibus frequentatis, quod probat q̄nq; rōnibus ex qbus deueniri pōt ad triplicē perfectionē. sed cū ista no sint præsentis speculationis, ea referre omitto. satis aūt mihi est ad præsens aliqd depromere de excellentiis climatū, & ut cognoscat excellētia vnius climatis ad aliud: & istud est intentū huius cōsiderationis. Vn̄ ēt diuersitas ingeniorū fit. sed de causa præstantis ingenii, vide Cęliū li. antiquarū lect. 6. c. 20. vbi triplicem assignat causam humanā, s. naturalem & diuinam, quæ cum supradictis videntur concordare, licet breuiori & elegantiori stylo referant, ideo ad eū vos remitto.

DEcimaseptima consideratio aliā orbis diuisionē cōplectet. Nā in tres partes generales diuiditur, seu partitur. in Europam. s. Aphricam, & Asiam: sed quæ harum sit maior & excellentior, videndum est.

Et in primis, qm̄ dignitas & excellentia pōt imaginari ex latitudine & lōgitudine. Ideo videretur dicē dū, ꝙ Asia sit dignior aliis: cū tm̄ ipsa contineat quātū aliæ duæ, vt scribit in lib. de mūdi descriptione. c. 1. licet c. 3. dicat ꝙ Asia sit tm̄ tertia pars orbis, & eō etiam qa est in parte orientali, quæ præferri debet ex causis supra positis in hac par. in 13. consid. Et Aphrica tantū contineat quantū duæ continerent Europę, ex quo Europa est tm̄ dimidia pars Aphricæ. Iō videretur dicendum, quod Asia sit maior & excellentior Aphrica, & Aphrica sit excellentior Europa: licet dicat Ptholemæus, quòd Europa est maior Aphrica.

Quæ autē regiones seu nationes in his partib. cōtineātur, & quō diuidunt, ponunt cosmographi, maximè in d. li. de mundi descriptione c. 1. vsque c. 16. & plures alii Antiq relati à modernis. & compendiosè ponit Pōponius Mela ī principio suę cosmographię. ēt Strabo. lib. 3. de situ orbis, & in Margarita Philo. in lib. 7. tracta. 2. c. 49. l. 51. 52. quas hic non trāsporto. Sed solum quātum facit ad materiā subiectam, dico Europam esse digniorem & excellentiorem aliis partibus terræ habitabilis, pluribus causis.

Primo, quoniā, vt dicit Strabo li. 3. de situ orbis: in primis multiformis est, & ad virorum virtutē ingenuè disposita, ciuiumq; & domesticarū ad alios rerum transfusiua: est. n. tota habitabilis in exigua tantummodo parte propter frigoris vim inhabitabilis, quæ finitima Tanaidis, & Męotidis incolis, Borysthenensibusque in curribus degentibus.

Secundo, quia digniores & nobiliores sub se continet regiones q̄ aliæ duæ: & sub ea digniores populi existunt. Europa nempe ab occidente clauditur mari Athlātico, à septētrione Oceano Britānico, ab oriēte Tanai, Męotide palude & pōto, à meridie mari Mediterraneo. Et ī ea sunt regiōes & ppl̄i ob aeris tēperiē.

Ab occasu versus ortum prouinciæ magis nominatæ sunt Hispania, quæ Iberia & Hesperia nonnunquam nominatur, cuius partes sunt.

Bethica seu Tudertana siue regnum Granatæ, qd Ferdinādus rex Hispaniæ decēnali obsidione & bello Sarracenis abstulit: Christianitatiq; adiecit. Hui⁹ lōgitu-

gitudinem & latitudinem ponit Plinius li.3.c.2. Et dicit Granata à grano quod Græci coccum, hoc est gramen rubens vocant. Nã in ea ferè tota copiosum coccum in maxima laude gignitur.

Lusitania seu Portugalia, & laudatissimũ coccũ nascitur circa Emeritam Lusitaniæ insignẽ ciuitatẽ: vt docet Plinius li.9.& in hac est regnũ de per se, vbi est rex. Lusitanum verò littus ceraunogẽma pollet, quod aduersus vim fulgurum opitulari creditur.

Taraconia seu Taraconẽsis, quæ & Catilonia, hinc Taraconensia vina nobilitantur elegantia. Vnde Martialis. Taraco Campano tantum cessura Lyæo.

Habet hæc prouincia Taraconẽsis Taraconem ciuitatem, quæ caput est prouinciæ, quam Scipiones cõdiderunt. Hæ partes principales Hispaniæ, in qua & alia regna sunt. Inter quæ regnum Galliciæ longè lateq; vulgatum propter vniuersalem peregrinationẽ ad sanctũ apostolum Iacobũ Compostellanum.

Compostellanum regnum in super Castellæ & Legionis astronomis memorabile reddidit Alphonsus rex prudentissimus, qui tabulas motuum corporum cœlestium miro ingenio compilauit.

Plinius verò diuidit Hispaniã in vlterioreẽ & citeriorẽ eod.li.3.c.3.& c.1. & ibi ponuntur plures & ferè oẽs particulares ptes totius Hispaniẹ, cuius principatũ obtinet sol⁹ Carolus Austriac⁹ rex Romanorũ & electus in Impatorẽ pter Portugalliã & in Hispania obtinet septẽ regna, videlicet regnũ Granatæ, regnũ Castellẹ, regnũ Legionis, Regnũ Gallitiæ, regnũ Aragoniæ, regnũ Cordouæ, & regnum Andelosiæ.

De laude verò & excellẽtia Hispaniæ, vide amplè p Phil. Bergom. in suo supplemento chronicarũ. lib. 2. q̃ eã laudat ex pluribus. primo, qa maxima est ꝓuincia, qa felix & fertilis, qa plurima regna cõtinet: quia plures habuit viros doctissimos, sanctos, & Romanos Ponti. & ẽt hẽt mare vndiq;, & plures fluctus nauigabiles. vide ẽt Cẹliũ li.x.c.22. vbi dicit, ꝙ puer peræ viris ipsarũ decũbẽtib. administrant, & ibi plura alia scitu digna. Originẽ verò & eius antiqtatẽ ponit Ioã. Annius li. suo 12. ad Berosum de tpibus priscis. c.1.2.3.& 4. vsq; ad finem dicti lib. describit seriatim xxIIII reges Hispaniæ, & sunt sequentes.

Tubal v. Iaphet filius.	*Athlas.*
Iberus.	*Sicorus.*
Iubalda.	*Sicanus.*
Brygus.	*Syceleus.*
Tagus.	*Lusus.*
Betus.	*Syculus.*
Gerion.	*Testa.*
Trigeminus gerion.	*Romus.*
Hyspalus.	*Palatuus.*
Hyspanus.	*Cacus*
Hercules Lybius.	*Erithrus.*
Hesperus.	*Mellicola.*

Gallia sequitur Hispaniam medio monte Pyreneo, alia pars Europẹ omnium regionũ excellentissima.

Et huius partes sunt Aquitania, Lugdunẽsis, Narbonẽsis, seu Delphinatus, siue Prouincia, & Belgica ferè ad Rheni fluenta vsq; ꝓtẽsa, & plures aliæ quas enumerat Plinius li.4. naturalis historiæ c.18. vbi tñ non fecit mẽtionem de Delphynatu seu Prouincia.

Partiales Prouinciæ Galliæ sunt plures quas alibi ponã: sed nũc capiendo diuisionẽ antiquorũ cosmographorũ diuidit in Narbonensem, Lugdunensem, & Aquitaniã, vel ẽm Iulium Cæsarẽ in suis cõmẽtariis. & Phili. Bergomen. lib.4. sui supplemẽti, in Belgicam, Celticam, & Aquitanicam. & alia est etiam Gallia quæ Cisalpina dicitur respectu Transalpinæ.

Et hẹ Galliarũ partes plures alias partiales cõtinẽt.

Belgica vero prima est, quæ & à Belga insigni ciuitate nomẽ accepit, & hæc nunc Treueris. & dicta est Belgica, quasi bellorũ gen⁹: vbi vehicula q̃dã primũ inuẽta fuere, q̃ Esseda dicunt, Esse gallicè. Vñ versus.

Belgica vel molli melius foret esseda collo.

Quo vehiculo potius vtũtur adhuc Flamingi & circumuicini populi.

In hac quoq; cõplures ducatus sunt & comitatus, Brachãtia, Luguburgensis, Flandrẽsis, Picardia, Attrabatensis, Barensis, atque aliæ regiones pmultæ. Dicit tñ aliqui, ꝙ Flandria est Germaniæ regio, vt dicit idẽ Bergom. vbi supra. & in 12. lib. suarum cronicarum.

Celtica diuidit in duas: quædam Lugdunẽ. dicit, quædam vero Narbonen.

Lugduneñ. cui⁹ Lugdunũ ciuitas est caput, tripartita est: cũ prima sit Lugdunensis, secũda Rothomagensis, q̃ continet Normanniam, cum caput sit Normanniæ. tertia denique caput est Turo metropolis ciuitas Andegauiæ, & Bituricen. finitima, Oceanoq; ꝓxima. vt dicit Philippus Bergomensis in loco suprà allegato, sed hodie aliter fit diuisio, quia diuiditur in Ducatus & Comitatus, vt infra dicam.

Tertia est Narbonensis Gallia & ipsa in duas subdiuiditur partes, scilicet in Gothiã, cuius metropolis est Narbona, & Burgundiã, in qua plurimæ sunt urbes celebres, videlicet Arelatẹ regionis olim caput, Aquis, Vienna, & Tarentasia.

Hæc regio lõgo tempore sub regibus fuit, sed nũc regia dignitate amissã ducat⁹ titulo admodũ est insignis: cuius duces cæterorũ Christianorũ duces facilè præcellunt. In hac duæ præcipuæ ciuitates Augustudunũ, s. q̃ Iulius Cẹsar Heduã nominat (cuius sum ciuis) quæ tantæ fuit potentiæ, vt Rom. auxilio vniuersam penè sibi subiugauerit Galliã. Senonẽsis item altera fuit, quæ Romam obtinuit, & incendit ac spoliauit. Cuius populi & Mediolanum, Papiam, Bergomum, ac alias urbes in transalpina Gallia cõdiderũt. Garunnam uero Sagonam, Metronam, & Sequanã, inter alios fluuios hæc Gallia habet.

Alia est Gallia q̃ dr̃ Aquitania, q̃ ẽm Ptholẹmeũ li. 2. ab occasu mari Aquitantico, ab ortu & septẽtrione Lugdonẽ. regione terminatur. & à meridie Pyreneis mõtib⁹ habet ĩsignẽ ciuitatẽ Burdegaliã. Populi eius Aruerni, Pictões, Sãtones, Bituriges, & alii pmulti.

Alia est Gallia trãsalpina, quæ ĩ sex diuidit partes seu regiones, à Gallis Celtis nũcupata. Ipsi nãq; Gallis, Celtici, qa etiã terra eos quos genuerat capere nõ poterat præ multitudine, duce Breno senonẽsi, trecẽta eorum millia vnà cũ vxorib⁹, & liberis, siue gloriẹ cupiditate pellecti: siue, ut alii volũt, ad ĩtestina bella vitanda ducti, ad nouas sedes accessere, & in Italiã se

transtu-

transtulerunt,(ut Iustinus in 34.epith. habet) quorũ portio nobilior in Italiã consedit, ubi masculis omnibus incolarũ interfectis, eorũ fœminas duxerunt vxores,è quibus liberos suscipientes,& habitu, & lingua ac moribus paternos mores imitantes purissimi remásere Galli, atq; ita uniuersa Cisalpina ꝓuincia appellata est Gallia, q̃ postea diuersis nominib. appellata fuit Gallia. Quia tñ illa hodie nõ ẽ de Gallia, nec ẽt tũc erat sed de Italia: iõ illas reliquo ĩ parte Italię.

Gallia concomitatur,& iungitur Germaniæ, ita ꝙ Germania magna sequitur Galliã, q̃ Germania magna extẽsa vsq; ad Sarmatiã inter Rhenum fluuiũ ab occidẽte mare à septentrione,& Danubiũ à parte meridionali. Et hæc Germania diuidit' in duas partes, ĩ superiorẽ videlicet, & inferiorem. In superiore verò Saxones sunt ab Rheno diuisi, ubi Oceanũ influit, q̃bus semp quasi bello contendũt: deĩde Bauaria, Austria, Sueuia, Bohemia,& Alemania, ac secus Lemni fluenta est Curuania,& aliæ nationes multæ.

In inferiore autẽ Germania ab Albio flumine ad Oceanum protensa, q̃ circa Rhenũ consistit, sunt Albia, Daunia, Rusia, Marcomãdia,& alię multæ nationes: & ut fert', q̃nquaginta quatuor gẽtes inhabitant uniuersam Germaniam, ut Ansimari, Quadũgeri,& aliæ gẽtes ferocissimi,& indomiti animi, quarũ imanitas ẽt in ipsis vocabulis horrorẽ significat,& de pluribus aliis uide per Philippũ Bergomẽ. in lib. 12. sui supplemẽti chronicarũ. Aliæ etiã partes Germaniæ nominãtur in Margarita philosophica. lib.7. tract.j. c.47. videlicet Franconia siue Frãcia orientalis, Vuestualia, Frisia, Saxonia, Thuringia, Hassia, Marchia Brãdẽburgen. Misia, Slesia, Bohemia, Marauia, Cimbrica Chersonesus, quæ nunc Dacia, vulgò Denumarck ad septentrionẽ. cùm alia sit Dacia quæ Vualachia nũc dicitur, de qua infrà. post Cymbricã Chersonesum, Noruegia, Suetia in mari. Inter Danubiũ, & Alpes Rheticas, primã Rheticã ponũt, q̃ & Sueuia, q̃uis vltra Danubium protensa sit. Post hanc Vindelicia seu Bauaria, cuius pariter magna pars ultra Danubiũ extenditur. Noricia cui nõnulli Stiriã, & Carinthiam ascribunt. Pãnonia supior nũc Austria. Pãnonia inferior q̃,& Vngaria à mari Adriatico, Histria, Illyris, Liburnia, q̃. dñt Chroatiã, Dalmatia, q̃ Sclauonia: & ista vr̃ esse maior q̃ aliæ tres regiones.

Italia verò altera pars Europæ sequit' Germaniã, & est ab alpibus vsq; ad mare mediterraneum. In ea sunt plures regiones sequẽtes. Lombardia, Tuscia, Ethruria, Cãpania, Marchia, Aprucia, Calabria, Apulia,& sic de aliis: & hæ partiales positæ sunt ĩ Margarita philosophica, ubi suprà. Philippus verò Bergomensis lib.4. sui supplementi, dicit hãc ꝓuinciam omniũ toti⁹ orbis celeberrimã,& in forma crucis positã ĩter Adriaticũ,& Tuscũ mare siue superũ, & ĩferũ,& à iugis Alpiũ, dorsoq; Apẽnini mõtis porrectã se paulatĩ attollẽrẽ vsq; ad Rheginũ verticẽ,& litora Brutiorũ extẽdit', ĩ ultimoq; sui ĩ duo scidit' cornua.

Eius aũt latitudo ab Augusta prætoria, q̃ in Alpiũ fine uersus occidentẽ est cõstituta, & per Romã Capuãq; porrigit' vsq; ad oppidũ Rhegiũ, Solino teste, decies cẽtena,& viginti passuũ millia colligit. Latitudo verò 410. ubi est maior latitudo: ubi uero minor 136. uniuersæ aũt ambitũ tricies centena 58. millia cõplectitur. Vmbilicũ eius in agro Reatino eẽ, autor est Varro: seq̃tur idem Bergomẽ. ibidem, ubi ponit, ꝙ subdiuiditur in 18. regionib. sed libr. 10. dicit tm̃ 15. regiones esse in Italia.& in d. lib.4. dicit, ꝙ Igin⁹, q̃ de Italiæ urbibus scripsit, refert septingẽtas fuisse ciuitates. Blondus uerò facta p singulas regiones dinumeratione dicit tm̃modo 260. quatuor, quæ episcopos habere dr̃: & ibi multũ laudat Italiam inter cætera, dicendo illũ non vel mediocriter doctũ, quẽ eius laudes aufugiant: q̃ nõ solũ humanarũ rerũ, sed etiã diuinarũ mater habita est. Dicit ẽt Beroal. in suis orõnibus, ꝙ Italia omniũ rerũ alumna ac parẽs nũcupat'. Eadẽ cunctarũ gentiũ in toto orbe tradit', q̃ oẽs nationes sine controuersia añcellit, viris, fœminis, ducibus, artiũ pstãtia, ingeniorum claritatib. De laude cuius, uide etiã per Strabonẽ li.6. suæ Geographiæ, ubi laudat eam ex multis, ad quem recurre: & ad Bartholomæum Sibillam in suo speculo. in 3. c. primæ decadis 4. quæstiuncula.

Inter has partes Europæ post Vngariam est adhuc Misia, aut uerius Mœsia superior: quæ Seruia siue Rhosciana,& partim Bosna dr̃: Mesia inferior quæ cõtinet Bosinẽses,& Vualaccos, Bassos, & nũc Bulgutia: Datia q̃ Vualachia Thracia, in qua Constantinopolis quondã ciuitas imperialis Gręcię. Chersonesus, Epirus, seu Romania, Dedania, Molossa, Chaonia, Peloponessus, seu Morea, Achaia: ibi Corinthus, Archadia, q̃ & Sitiona à Sitione rege, à quo regnũ Sitionorũ, Macedonia, Thessalonica, Ellados, seu Attica vbi Athenę, Boetia vbi Thebæ ciuitates noĩatissimę.

Gręcia ecce q̃ lata hodie, heu à spurcissimo inimico crucis Christi Turcho formè tota deuastata. A Germania vsq; ad Scythiã, Sarmatia est regio latissima: cuius partes, vt aiũt, Polonia, Massouia, Prusia, Lithuania, Samethia, Liuonia, Russia &c. Scythia & quæ nominatæ sunt Sarmatiæ regiones. Barbaria dicebatur à feritate gentium seu Tartaria. Hę.n. partes & regiones supradictæ sunt omnes de Europa,& ferè omnes Christianam fidem agnoscunt: ut infrà amplius dicetur. Ex quo magis laudanda Europa. Has partes ampliori stylo declarat Io. Laziardi in epithomatibus historiæ uniuersalis. c.42. quem uideas.

Sed quæ istarũ q̃nq; regionũ Europæ sit dignior & excellẽtior,& q̃ magis laudanda,& extollẽda, ante quã ponã alias duas partes orbis Asiã, s.& Aphricã, & cũ sim Gallus,& q̃sq; suũ laudet, plus expedit laudare Galliã, eo ẽt, q̃a ut plurimũ, opera nostra uidebunt' apud Gallos q̃ alios, ne sim illis infestus plurimũ eos laudare cupio. Qm̃ rerũ nostratium cognitio magis ad nos q̃ externarũ ptinere existimat': & quãtum q̃sq; suæ patriæ dẽat, dici ñ põt l. veluti. ff. de iustitia,& iure. de quo aliquid retuli in pfatione ad cõmẽtaria nostra sup consuetudinib. duca. Burgun. ẽt qm̃, ut dicit gl. & Bal. summando l. fi. C. si seruus exportãdus veneat. patria sua debet cuilibet esse maior q̃ alia, cũ ꝓ ea pugnãdũ sit, ut ait Cat. arg. l. fallaciter. C. de abolitio. l. pe. & C. ad leg. Iul. maiest. & ꝓ patria multi se deuouerunt. quos uide p Iac. Capelli in suis fragmen-

fragmẽtis.Id qđ ẽt efficit charitas quædã patrię: qua pleriq; oẽs tenemur. Eſt ſua cuiq́; patria chariſſima atq; gratiſſima. Eſt,& amor patriæ rõne valẽtior oĩ. vt ait Naſo ad Ruffinum,& qui paulo poſt ſubiũgit.

Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos,
Ducit,& immemores non ſinit eſſe ſui.

Et idem.

Dulcis amor patriæ,quo non præſtantius vllum.

Ita patriæ amor quidem ingens natura ſingulis innatus eſt.Ideo apud Scęu.iureconſ.in l.q habebat.ff.de leg.3.teſtator quiſpiam patriã ſuã dulciſſimã uocat, & ibi Accurſius notat ſuã cuiq; patriam eſſe dulciſſimã.Atq; ẽt Mar.Soz.conſi.35.incip.circa prædictã. col.3.ver.2.magis proximè, & per illũ textũ ẽt dicit Romanus conſil.47.qđ incipit, ꝓpoſita q.verſi.4.ad idẽ, ꝙ ſua cuiq; patria cæteris dulcior eſt,& amabilior.Itaq; natura ita cõparatũ eſt, vt patriã ſuã, qualiſcunq; eſt q̀ſq; laudet,extollat, p̃dicet, ſicut ẽt facit Vlpia.iureconſ.in l.1.in prin.ff.de cenſibus. vbi ſuã ipſius patriã mirũ ĩ modũ commẽdat: magniſq́; laudibus effert. Et conſi.Ariſt.eſt relatũ per Policraticũ. li.8.c.2.de nugis curialiũ, dicentis intereſſe plurimũ, ubi quicquid laudet̃,vel uituperet̃. Nam plurimum refert qui ſint audientiũ aut legentiũ mores. Ideo de laudibus, & prius de origine gentis noſtræ aliquid attingere decreui,ſed ne grauẽ materiã omiſſa præfatiuncula,ſeu ne illotis, vt aiunt, manib.aggrediar, dicã cũ noſtro Textore Gallo in ſuis epithetis.ĩ uerbo, Galli. Cum rerũ clariſſimè geſtarũ celebritas diu nũquã lateat in obſcuro: miror atq; miror, quid fuerit cauſæ, vt Gallorũ (qui toti⁹ orbis nedũ Europę clariſſimi fuerũt,& potentiſſimi) obſcura, ac velut neſcio quo obliuionis conopeo, ſeu velo ſepulta ſemp dormiuerit origo. Neq; certũ aliquid nõ modo prioris ſeculi ſcriptores poſteris reliquerint: ſed nec liberis quidem nobis proaui noſtri uerbũ unquã fecerint vllũ. Nulla eſt ortus quãtũ peregrini, & obſcuri natio, q̃ aliquã ſui ac principũ ſuorũ memoriã poſteritati ñ dimiſerit. Qui de Scythis (exempli gr̃a) agreſti tñ,& barbara gente nõ loquat̃, quiq́; de eorundẽ Regina Tomyri non multa garriat, inuenit̃ nemo. Ponticam gentẽ ſol⁹ Mithridates fecit memorabilem. Colchos multa re magis quam ueneficio inſignes ſola Medea ſuis clarauit parricidiis. Sauromatæ ſeu Sarmatæ trabilib.caſulis volubilibusq́; tuguriis, (quia plauſtris pro domibus vtunt̃) famam ſibi cõpararunt. Troglóditas, Erẽbos, Aſtratas, Homeritas, Brachodios, Blennyas, Aethiopiæ gentes,& ſi remotiſſimas memorãt coſmographi. De Getulis, Numidis, Maſſylis, Mauris,& Marmaridis Aphricę loquunt̃ oẽs Gymnoſophiſtæ, Bragmanes, Hermanes, Orithæ, Ictiophagi, Cynamolgi, Indorũ remotiſſimi ẽt prædicant̃. Arabiæ, quæ Petrea nuncupat̃, Agrei Gerrei, Ammanitę populi,& ſi ignoti, nomen tamen meruerũt, vt multa paucis ꝑſtringam, Parthi, Medi, Babylonij, Aſſyrij, & aliæ cuiuſq; regionis gẽtes ſuis illuſtratę ſunt titulis,& ampliſſimis plerũq; voluminibus decoratæ. Si ab Aſiaticis ad Europeos ſit veniẽdũ, Ethruſci, Piſani, Inſubres, Volſci, Hernici, Equi, Vmbri, Sabini, Picẽtes, Pręcutini, Veſtini, Marſi, Samnites: omnes Italiæ populi ſcriptorũ monumentis efferunt̃. Spartanis, Athenieẽſibus, Myceneis,& Corinthiis: quantũ ampullet̃,& ſuperbiat Græcia, nemo nõ nouit. Soli Galli omniũ tãto nobiliſſimi quanto rei bellicæ peritiſſimi omittuntur, ac uelut ĩcognita Demogorgonis ſpelunca inhumati, nihil oĩno aut certè parum ĩ lucẽ adhuc emerſet̃: magiſne iniuria tẽporũ an ſcriptorũ negligentia contigerit, ignotũ eſt. Audeã tñ dicere virtutũ magnitudine, ꝓbitate morũ, cõſilio, prudẽtia, comitate, religione, pietate, bellãdi peritia nullis unq̃ terrarũ populis fuiſſe inferiores: qđ ſatis amplè,& ueridicè, ſtyloq́ue elegantiſſimo proſequit̃ Textor ĩ dicto loco,& ita Gallia cæteris Europę partib⁹ eſſe extollẽdã cõſtat, tã ex p̃dictis q̃ origine, amœnitate, frugalitate, ſeu fertilitate: ex fide Chriſtiana ſemp obſeruata lr̃arũ traditione, & plurib⁹ aliis, q̃ ẽt teſtimonio autorũ extraneorũ ſigillatĩ declarabim⁹.

Nẽpe, ut ibidem diſſerit Textor Gallorum prima origo incerta,& obſcura eſt. Sũt enim qui dicũt Gallos dici quoq; Galatas à Gallate filio Herculis, q, ut ſcribit Diodorus, deuicto Geryone in Galliã veniens, ex uirgine quadã eius loci indigena Galatẽ genuit, qui regno prefectus incolis dedit nomẽ. Quod,& Beroſi uerba confirmant ſcribentis, Celtas, qui ſunt Galatæ veteres, conſtat à rege Galatæ filio Herculis nuncupatos, à quibus etiã Galatæ in Aſia, & Gallogræci in Europa dicti ſunt. Appianus tamẽ Celtas à Celto Polyphemi filio appellatos putat.

Sed hęc omnia ficta,& cõmenta ſunt eorũ ſcilicet arbitrio, qui ut aliquid ſcire uiderent̃, aut ſaltẽ lectores non uiderentur deſtituiſſe, has ꝓ animi ſententia fabricati ſunt origines. Verior vr̃ ratio unde Galli dicti ſint à niueo lactis colore, qđ gala dicit̃, ꝙ ſcilicet eorũ corpora ob frigoris vim mõ lactis ſint alba, & cãdida. Quod etiã nõ diſcrepat à Virgiliano uerſu.

Virgatis lucent ſagulis,tum lactea colla
Auro inuectuntur.

Vnde Baptiſta Mantuanus ex Dionyſio, lib.2.

Ignea mens Gallis,& lactea corpora,nomen
A candore datum populis.

Cuius ſniæ adſtipulator eſt Laziardus in ſuis epitomatibus hiſtoriæ uniuerſalis. c. 17.in fi.licet Ioan.le Maire in ſuis illuſtrationib. Galliæ originẽ Gallorũ à rege Gallate filio Herculis, de quo s̃, fuiſſe aſſerat.

Extollenda eſt etiam ex amœnitate loci, & terræ frugalitate(ſeu fertilitate: cùm terra prior ſit hoie, prior laudanda eſt,& ut facile cognoſcat̃ nulla ẽ pars terrarũ, q̃ merito Gallię cõferri poteſt: ſiue eius ſitũ, ſiue perẽnẽ ſalubritatem: ſiue quicquid quo carere vita non debet, ſcrupuloſiſſimè requirat. Itaq; ad hãc exornandã omnes naturę vires incubuiſſe cur ſit credibile dicã. Principio cęli eius ea eſt clementia, ea felicitas, ut nec ĩmodicis ęſtuet calorib. nec rurſus arcticis frigorib. torpeat. Tã moderata loci natura, tã blãda amœnitas, vt innocẽtiſſimus ubiq; ac ſaluberrim⁹ aer duri⁹ neſcias, an molli⁹ trahat̃. Id facit maxima ex parte peſtiferis obiecta Auſtris Alpiũ vaſtitas, ſummouẽs ab arcto horridos aq̄lonis rigores: Britannia patẽs ab ortu, regio, q̃ nos à Germanis Rhen⁹ diſcriminat: p̃tẽta occiduis flatib⁹ Pyrenei iuga. Nõ hic

vt in

vt in Italia crebrò fulmina sæuiunt. Ná capitoliū nō semel, sed sæpius fulmine ictū cōflagrauit. ait Lactā. lib. 3. Nec anniuersariæ lues debacchantur, vrbesq; totas exhauriūt. Nulla hic infida grassant Maria, nulli terræmotus vrbes absorbēt, qđ in Italia, Græcia, & Asia frequentissimū. Non hic căpi vastis arenarū soli tudinibus squalent; nec vt in Aphricæ innumerę, tū belluarum, tū serpentū pestes homines, & deuorant, & lenta veneni tabe cōficiunt. Soli tāta est feracitas, tanta fœcūditas, ut Galliarū ubertati Sicilia inuidere possit: q̄ tyrannicis crudelitatibus nunquā non exercita stupendæ fertilitatis pœnas etiā nū luit: hic nullæ paludes latifundia occupāt, nec tenuissimo cespitū corio statim arena subest, peculiare Germaniæ, & septētrionis malū. Dixeris hic Palladem cū Baccho certasse, maior ne uini copia an olei exundaret? Quibus Anglia cùm non tā careat q̄ indigeat: Fateantur Britāni oportet se duos pretiosissimos naturæ liquores Francis debere, accepto referant: ꝙ & Gallia abūdātia Britānicā sterilitatē quotānis ferè leuet. Etenī vnde frumenti omnigeni copiā atq; ex Gallia expectabunt? Non ab Hispania, quæ frequentissimis rupib⁹ aspa, torrido solis uapore magna ex parte squallida, & siticulosi tractus iniuria, famē, vel incolis suis indicit. Profectò Lusitaniæ, Gallicię, Asturiæ, Cantabriæ, Gallia horreum est. Nō à Germania. Hac enim quicquid frugis à cibo superest, id omne in potū coquit absumitq; in ceruisiā. Quid bellatores Morinorū Treuerorūq;, & Burgundorū equos cōmemorē? Quid optima Britonū armēta? Quid felicia Lemouicum, Aruernorūq; pascua? Quid ꝑpetua Cereris, & Pomonæ in Armoricis studia? Tot nobilia Biturigū, & Alceti vellera? Tot generosa Leodiorum saxa? Tot splēdida Heluetiorum æra? quid tenuia? quid candida? quid neruosa Atrebatū, Rhemorū, & Camoracensium lina? quid illa terris oībus expetita Neruiorū aulea? Allobrogum, Lotharingorū, & Corisopitētiū: quo recentiores sunt argenti auriq; fodinæ. Hoc magis arguunt Galliam nōdū effœtam esse tot seculorū prouentu. Nam apud Tectosagos, Tarbelios, & Aqtanici maris accolas aurū effodi ex Strabone, apud metellā ex Plinio nemo nescit. Et ēt apud Iuriscōsultum Papinianum in l. diuortio. §. si vir. ff. sol. matr. relatum est in Gallia lapides renasci. Sed quis obrizum Baionensibus fluere nō potius mirabitur? Quid tam profecto verum quam certum Guaronæ, Rhodani, & Dordonæ auriferas esse undas? Druētiæ uerò non solum aureis arenis beata, sed & gēmeis lapillis pretiosa fluenta. Narbonensis prouincię dotes qui ꝓ merito attigerit? tam suaues florum odores? tam numerosos succorū sapores? tā varios infectricū herbarū colores? tot suaue rubētia cocci grana? fragrātes thymo saliunca libanotide campos? emicātes benigne calidorū fontiū scaturigines? Fertilissimos croci Albigesiorū agros. In plenum autem Galliæ promiscua, tot munifica opacorum nemorum genera? tam teneras luxuriātis soli glebas. Tot læta apricorū collium vineta. Iam superba frugiferarum arborum poma. Iā multiplices pecorum greges. Hæc Christophorus Lōgolius in sua oratione de laudib. diui Ludouici atq; Francorum habita in uniuersitate Pyctauica ꝓ natione Fráciȩ. In qua multa dictu maiora, quo ad amœnitatem, tēperātiam, & feracitatē eiusdē breuiloquii cā scius prætermisit, vt sunt uina Belnēsia seu Burgundiæ, quæ super omnia vina sunt pręcipua, & extollenda: & ferè per uniuersam Galliam, Flandriā, Picardiam, Normāniam, & Britaniā uehuntur. de quibus infrà in 84. consideratione huius partis.

Et etiam, vt ait Campegius in lib. de tropheis Gallorum, tract. 1. Terra Galliæ est frumenti p̄cipuè, & pabuli ferax, hinc tēperato calore, inde felicibus, & tēpestiuis imbribus, in omnia frugū genera fecunda ē adeo, vt nō ipsis tātum incolis, verū etiam Hispanię, Italiæ, & præsertim Genuensibus cunctarū rerū abundantiam sufficiat subministret. Hinc etiam non frumēti tantum copia magna est, verū etiam uini, olei, mellisq;. Noxio genere animalium minime frequēs, fluminibus, & fontibus irrigua, duobus magnis fluuiis Rheno, & Rhodano insignis: oīa ad usum animātiū fœtu beatissima. Et de huiusmodi Galliæ fertilitate, & bonis, meminit Budęus noster i libro de Asse, & partibus eius. lib. 4. ubi ait. O beatā futurā Galliam, si tā ei cōtigisset heros habere frugi quā bonos habere solet. Nam mancipia, vel q̄ maximè vnquam prouincia dicto habet audientia. Iam primum in ea summū liberi patris cū Cerere certamē, ut uini nobilitates nō possit sine nomenclatoris opera numerare. Mitto tēperiem cœli, & clemētiam, & ꝙ utriusq; maris cinctu, & commercio cōmodè comiterq; habitat: soli ubertas tanta est in uniuersum, ēt inter inopes frugū sterilesq; prouincias: ut quasi annonæ p̄fectură sub cardine nr̄o gerere existimemur. prorsus (absit īuidia verbo,) ut ieiunia īdicere finitimis, victūq; abstemiū cū libuit possimus. quū sumé (ut ita dicā) occidētis arare uideamur, si in uniuersum fiat æstimatio. Adde animorū alacritatē ad res omnes inceptandas, & dexteritatem corporum impigram atq; eximiam ad uoces obeundas. Et idē Budæus in dicto libro, & lib. 3. Inter alios principes mundi dicit regē Franciæ, q tenet ferè totam Galliā, habere magnas opes, & tot nūmos reddituales habere, quot olim Ro. imperium habuit. Vnde dicit, si tributa quæ quotānis ex occasione gerēdarū rerū uarie indicuntur ad statam fixamq; summam, & formulā redigerētur, posse hilari populi cōditione ad qnquies, & uicies centena millia punire. Vectigalia autem, & patrimoniū regium ac diadematicum duodecies centū milliū cōficere, reliqua omnia q̄ vices statas nō habent, qualia sunt fortuita, & aduentitia, & omnia in fiscū cedentia, in paginam liberalitatū sunt seponēda, cū munerib⁹, & magistratibus, & oībus dispensationibus, q̄ codicillis conferūtur à rege, sed illa non taxat in d. lib. 4. sed lib. 3. aliter æstimat redditus regni Franciæ, ideo eum uide.

Extollēda, & magnificanda est ēt Gallia ex morib⁹ antiquis Gallorū, q erant multū utiles, laudabiles, & uirtuosi, de quib. multi attestantur. Nempe Gallorū prioris seculi mores nostris longe dissimiles fuerūt.

Primò enim liberos ad conspectū suum prius uenire non patiebatur, q̄ per ætatem adoleuisset, ac subeundis militarib. periculis essent idonei: quod ēt

legitur

legit obseruatum fuisse à Spartanis seu Lacedæmoniis, q. optimis Licurgi legib. seu institutis regebant. vtinã, atq; vtinã ille mos apud nos obseruaret, ne liberi ab vtroq; parẽte nimis delicatè enutriti depderent.

Itẽ uiuentes amicis mutuo cõcedebant, quę apud inferos creditoribus exoluerent: hæc non approbo, nec approbat fides nostra Christiana, licèt mutuum dare, ex charitate procedat.

Tertiò, viri quãtas ab vxoribus pecunias noĩe dotis accepissent, tantũdẽ domesticarũ fortunarũ æquã æstimatiõne cũ dote cõferebant: q.cq̃d inde fructuũ succrescebat asseruabatur, eratq; eius q. alteri fuisset supstes cũ capite. Ita.n. (teste Bapt. Fulg. ĩ sua collect. de dictis factisq; memorabilib. lib. 2. tit. de priscis instit.) facta inter virũ vxorẽq; par cõditio plus amoris retẽtura in matrimoniis putabatur. Et ibi scribit de Gallorum consuet. circa matrimonia. Haud malus, ait Gallorum is mos erat, quo in copulandis matrimonio puellis utebant. Nam ne pp ingratum matrimonium puellæ parentes incusarent, parata magno inuitatorũ numero cœna virgini permittebãt, ut ex inuitatis maritum sibi deligeret, electionis autẽ illud signũ erat, cui ipsa ante alios aquã manibus dedisset.

Quartò, viri ĩ uxores sicut in liberos vitæ, & necis ptãtẽ habuere. Et pro hoc facit, qm̃ non minor dẽtur reuerentia p uxorẽ marito, q̃ per filiũ patri. Do. meus Ias. in l. transact. C. de transact. dixi suprà in 11. part.

Quĩtò, si qua mulier veneficij fuisset cõuicta, à mariti sui ꝓpinq.s incẽdio, alijsq; cruciatib. cõsumebat.

Sextò, quæ uiuentibus chara fuissent cum eisdem defunctis in funere cremari consueuerant, vel ipsa ẽt animalia, ac etiam aliàs serui, & clientes, quos ab his dilectos esse constabat.

Septimò, de republica nisi in publicis consiliis licebat loqui, & de prædictis, uide in commen. Cæsaris lib. 6. de bello Gall.

Octauò, qui ultimus in consilium venerat, morti dabatur, ut idem Cæsar ait ibi lib. 5.

Nonò, ei qui tumulatus esset, minister publicus vestes rescindebat, adeo ut reliquæ partes prorsus essent inutiles.

Decimò, prolixas nutriebant comas: hodie uerò breues deferunt ad modum Alamanorum.

Vndecimò, vestes auro pictas gestabant, & hirsutis utebantur sagulis: propterea Iuuenalis Satyra 9. textorem appellat Gallum, ubi ait.

Et male percussas textoris pectine Galli
Accipimus.

Viliores.n. vestes texebant. de his Strabo. lib. 4. sic ait. Sagis vestiuntur comasq; nutriunt. Promissis utebãtur feminalibus. Pro tunicis scissos gerebant amict⁹, uix pudenda natesq; velantes, lana q.dẽ aspera, & ob longis uillis, ad quod allusit Martialis, dicens.

Me pinguis Gallia vestit. Et lib. IIII.
Accipe sequanicæ pinguem textricis alumnam.

Et Virg. lib. VIII. de eisdem sic meminit.

Aurea Cæsaries illis atq; aurea vestis.
Virgatis lucent sagulis, tum lactea colla
Auro innectuntur, duo quisque Alpina coruscant,
Gesa manu, scutis protecti corpora longis.

Et sicut diuersos colores picturę Babylonij: plurimis uerò lyciis Alexãdrini texere, q̃ polymita appellãt, ita Galli scutulis vestes diuidere, q̃ scutulata dixerũt ĩstituere. Hastas alii, alij arcus, pleriq; fundas, nõnulli fustes ĩ bella ferebãt, ꝓlõgisq; utebant gladiis.

Duodecimò, Galli humi corpora resupinabant ad quietem, Strabonis ętate, stramẽtis sedentes cœnitabant, lacte, & suilla carne uescebantur, feroci oẽs ingenio, ducebantur maiore belli q̃ agrorum studio: torques aureos pẽsiles collo portabãt, uictoria efferebant, victi aũt stupebant, eorũ (quos in bello cecidissent) capita, equorũ suorum ceruicibus appendebãt.

Decimotertiò, mos ẽt fuit apud Gallos, præcipuè Belgas, ut in comm. Cæs. lib. 1. in prin. & in 2. de bello Gall. laudabilis, ꝙ mercatores minime ad se uenire patiebantur, qui ea importent quæ ad effœminandos animos pertinent, quæ consuetudo approbatur à F. Patritio in suo lib. de institu. reipu. lib. 1. tit. 8.

Decimoquartò, Mercuriũ præter cæteros deos venerabantur, quem omnium artium pręedicabant inuentorem, vt patet in comm. Cæsaris lib. 6. de bello Gall. Ituri in pugnã, quicquid manubiarum inde retulissent, uouebant Marti. Fraudantes aliquid ex præda, graui supplicio puniebant.

Decimoquintò, ut scribit Diod. Sicu. li. 5. Fuit etiã apud eos moris, nullum absq; philosopho sacrificiũ facere. existimabant.n.p diuinæ naturę cõscios sacra fieri oportere, tanquam diis propinquiores. Horum intercessione bona à diis censebant petenda, quorũ consilio in bello, & pace uterentur, unde & Druydas (qui vetustissimi eorum sacerdotes prædicantur) sacrificia curare publica, & priuata solitos, religiones item interpretari, adolescentes disciplinis instituere, rerum naturaliũ causas scrutari, de cæde, de finibus, ceterisq; controuersiis cognoscere fama est: ita ut si quis siue publicam siue priuatam personam gerens decreto non stetisset, eidem sacrificiis interdicerent.

Hi oẽm hominũ congressum, & sermonem declinabant, ne contagione polluerentur, unus omnibus præerat, in cuius defuncti locũ, suffragio alius sufficiebatur. Animas credebant nõ interire: sed in alia trãsire corpora. Multa de syderibus disputabant, de mũdi, & terrarũ magnitudine, de rerũ natura, & prĩte, ut de iis, & plurib. aliis Cæsar fecit mẽtionẽ ĩ suis cõm. li. 6. de bello Gall. & infra dicetur in 59. cõsi. vbi præcipuè de laude huius ciuitatis Heduæ describet.

Decimosextò, autore Cælio li. antiq. lect. 12. c. 42. Galli sagittas helleboro consueuerant collinire, qđ iis in uenatibus transfixę feræ multò uiderentur, & efficerentur teneriores, & delicatiores ad cibum. Rescindebant tamen partes quę ambibant uulnus propter hellebori contagium.

Tanta deniq;, teste Cęlio li. antiq. lect. 7. c. 54. fuit Gallicarum mulierum uirtus, ut inter infestas ciuilis furoris acies quandoque sese immittere consueuerint, ac lachrimis interdum, quandoque etiam precibus obliterata discordia pacem procurare.

Vnde, & apud ueteres Gallos mos diutissime seruatus inoleuerat, ut cùm de pace belloque consultaretur, mulieres adhiberentur. Si qua pręterea, vt fit, inter

ter socios icidisset cōtrouersia, mulieres sedebāt arbitrę, q adhuc ḋ cōsuetudine approbata, (q̄ ꝑ lege seruatur) apud nos obseruatur. Cū in partibus Gallicanis fœminę precellentes, vt regina, in subditos suos ordinariā iurisditionem habere noscuntur, ut dicit textus in c. dilecti de arbitris. in antiquis.

Præterea in fœdere, (ꝙ sanxerunt cū Hānibale) voluerūt, ut si qs Gallorū se à Carthaginensiū aliquo iniuria affectū q̄reret, ei⁹ rei iudex esset Carthaginēsiū magistratus. Sin Carthaginēsiū quisquā ab ullo Gallorū iniusti quippiā passus esset, Gallicas mulieres de ea re iudicium facere. hæc Cęlius, ut refert Textor in sua officina in fine, ubi describit diuersos mores populorū, & in suis epithetis, in uerbo, Gal. & dixi s̄, in 2. par. 119. cōs. ubi laudant mulieres ex sagacitate. i fi.

Sed de Gallis ulteri⁹ ꝓsequamur cū Textore nr̄o. Si uirtutes Gallorū inspexeris (ait ipse) maximè regū, & principū, perpaucos reperies oībus Romanorū imperatoribus non facilè pręferendos. Quis regū nr̄orū pronus fuit in stupra, & rapinas, ut Iulius? in adulteria, ut Augustus? ebrietatē, & cōmessationes, vt Tyberius? vim sororibus inferēdā, ut Caligula? ad crudelitatē, ut Claudius? Si qs iquā matrē interfecisset, ut Nero? Auaritiæ studuisset, ut Galba? sordidæ fuisset gulæ, ut Vitellius? portentosæ libidinis, vt Heliogabalus? senatorū interfector, vt Domitianus, vt Traianus, & Diocletianus? Christianorū homicida, ut Adrianus pedolatres? Aleator, & popino, vt Antonius verus, vt Commodus Neronis imitator? Parc⁹, vt Aelius Pertinax? Parricida, & incestuosus, ut Caracalla? Instar Maximini gulosus? Instar Gordiani iunioris mulierosus? Cæterorū deniq; istar oīum ꝓbrosis oē genus flagitiis adobrutus? Sed nr̄a Gallia his portentis caruit. Felix Gallia regibus, inquit Ital⁹ Politianus. Et de virtutibus illorū scripsit satis breui stylo Simphorianus Cāpegius in suo tractatu de trophæis Gallorū in c. de genealogia, & Guaguinus amplè in suis Chronicis de gestis Francorū. Et in hoc p̄ ceteris principib. & regib. mundi ueniunt laudandi, ꝙ à tpe fidei Christianæ susceptę cōtinuo veri zelatores, & protectores eiusdē extiterunt, quod patet ex significatione uocabuli (cui est seruiēdū, ut inst. de dona. §. est & aliud.) cū Christianissimi nuncupati sint, nullosq̄, errores cōtra ipsam fidē receperunt, fouerunt: sed illos à regno extirpauerūt, tanquā fortes hęreticorū malleatores: ita ꝙ sola Gallia caruit monstris, ut infra proximè amplius dicetur. Inter alia ēt semper floruit Gallia in administrāda iustitia, ut dixi in pluribus locis, ꝑpea verificatum est dictū psalmistæ in Gallis, ubi ait. Dilexisti iusticiā, & odisti iniquitatē, ꝑpea unxit te de⁹ tuus oleo lætitiæ prę cōsortib. tuis. Nec mirum, cum maximè Gallis innata est iustitia, tēperantia, concordia, & vrbanitas, vt stati dicam.

Præconizanda est vlterius Gallia tam ex religione antiqua, & cultu deorū obseruato, prout tūc tps patiebat, de quib. iam aliquid retuli suprà proximè, q̄ ex fide Christiana semp seruata, q̄ nunquā à tpe quo illā receperūt, quod fuit anno dn̄i 478. quo tpe Clodoueus rex Frācorū effectus est Christianus hortatu, & deprecatione Clotildis eius uxoris filiæ regis Burgundiæ, quæ Christi documenta sequebatur, cū ante id tps iam effecti essent Cristiani reges Burgundiæ, q̄ pars est Galliæ, dimiserunt, respuerūt, repudiauerūt, nec ab illa recesserunt: sed semp. in fide Christiana firmi, & ueri ꝑmanserunt, ita ꝙ Gallia semper monstris caruit, ut dicit Pet. Blesen. in suis epistolis, & ēt Hieronymus in Vigilantium, & Petrus Venerabilis Abbas Cluniacen. lib. 4. epistolarum. epistola 11.

Et primò de religione antiqua, & cultu deorū videas Iustinū de Massilia loquentē. Sed ēt añ Christū, Galli iam de Christo prophetizauerunt facto, & opere. Cū sit plusquā notissimum ecclesiā Carnoteñ. factā fuisse, & dedicatam in honorē uirginis parituræ. prout Græci Athænis ædificauerunt templum, ꝙ dedicatum fuit deo ignoto. Sed post Christum certum est, ꝙ ex Gallorum regib. à Clodouei tēpore (qui primus, vt dictū est inter eos Christi fidem agnouit) aut infidelem effectum, aut de fide malè sentientem legimus neminē. Ex Romanis autē impatoribus, & postquam veritatis uiam agnouerunt, complures retrorsum ea deserta abierūt, ac de Christo malè senserūt.

In primis Constans Constantini magni filius. Arrianus, nonne persecutus est Christianos?

Idē Cōstāti⁹ ei⁹ frater similim⁹ fratri Arrian⁹ fuit.

Iulianus apostata perfidus cōtra fidem, unde apostata uocitatus est, qui post Constātium à Christiana fide recessit, & odio summopere habuit Christianos, quibus officia, & scientiarum studia interdixit.

Valens Imperator in oriente tanquam Arrianus perfectus, Christi fideles persecutus est. unde præcepit, ut monachi sub temporali domino militarent.

Anastasi⁹ Impator nōne fact⁹ est hæretic⁹ ꝑtinax?

Iustinus minor nepos Iustiniani homo fuit auarus, rapax, & impius, & hęreticus.

Leo tertius Imperator Romanus vir vtique pessimus fuit, qui beatæ Mariæ, atq; aliæ sanctorum imagines in publico concremari fecit.

Constantinus quintus persecutor fuit ecclesiæ, q multos catholicos, & monacos occidit impiè magicis vacans artibus.

Valerianus octauam in Christianos post Neronē exercuit persecutionem.

Aurelianus verò nonā in Christianos mouit ꝑsecutionē. Omitto alios q alias ꝑsecutiones in Christianos exercuerunt, vt Seuerus q quintam in Christianos suscitauit ꝑsecutionē, Domitianus secundā, Traianus tertiā, Maximinus sextā, Decius septimā. Nonne omnes isti imperatores iniq, pertinaces, infideles, hęretici, & de Christo male sentiētes fuere? Ita vt horum æuo iusto dei iudicio Imperiū vix etiā nomine vigeret. Nā illud in oriente Barbari continuè occupāt, & Romani ab armorū vsu bellādiq; ꝯsuetudine abalienati: inermes, inertes, pusillanimesq̄, effecti, atq; ignauiæ dediti ad gallos tāquā strenuos, & bellicosos milites, q semp Romanæ ecclesiæ prōptissimi, & adiutores & protectores fuere, q nec mortē oppetere, id necessitate exigente, quandoq; dubitarunt.

Ideoq; dicit Frācíscus Philelphus in epistola ad Carolū VII. Si verū sine cuiusquam inuidia fateri licet posteaquā impia, & īmanis illa sceleratissima Mahu-

meti

meti secta inualuit: nullũ est vsquam hominũ gen⁹ cui plus debeat Christiana religio, quã inuictæ Francorum nobilissimæq; virtuti. Cũ reliqui. n. ferè oẽs, & reges, & populi Christiani ignauo quodã animi torpore tanquã elanguissent: soli Franci inuĕti sunt, qui ingenti aĩo, & excelso omniũ barbarorũ, & infideliũ impetũ nõ modo sustinuerint, sed represserint, fugarint, fuderint, oppresserint, vt dictũ est supra in 5. parte, in consideratione de rege Franciæ.

Quamobrem Carolũ magnũ Pipini filiũ imperatorẽ Romanũ elegerũt, Gallorũ reges fermè omnes, aut in armis fortiter dimicantes, aut apud suos reb⁹ bene gestis regnoq; pace acq̃sita feliciter diẽ clauserũt extremũ. At Romanorũ prĩcipũ nõ modica pars aut ĩgeniosè à suis, aut quouis alio ĩfortunio piere. Et, vt à primo fiat narrãdi exordiũ, Iuli⁹ Cæsar viginti tribus plagis acceptis in senatu, & cõsilio occidit.

Octauian⁹ Cæsar August⁹ apud Cãpaniã ĩtoxicat.

C. Calligula postquam triennio, & decem mensibus imperitauit, trucidatur à suis.

Claudius anno Imperii decimoquarto venenatur.

Nero iuuenis adhuc, & in ætatis flore cõstitutus (q̃ ardente Roma Troiæ alosim decantarat) seipsum suo pugione confodit.

Vitellius cũ summa ignominia ex ædibus tractus luto, & stercore cõspersus, mucrone gladii mẽto supposito, ne præ pudore faciem inclinaret, ad scalas gemonias ductus minutatim excarnificatur.

Galba senex Imperii mense septimo in urbe ad lacũ Curtii trucidatur, & eius caput, quòd toti orbi legẽ dixerat, à gregario milite amputatum, ad calones, & lixas est proiectum.

Otho xcv. imperii die se ipsum pugione confodit.

Domitianus ex optimo patre pessimus filius Christianorũ p̃secutor sæuissimus anno impii sui xv. necat à suis: tanto infelicior, quãto eius potẽtia diuturnior. Prolongatio. n. tam sęuæ tyrannidis: quid fuit, q̃ coaceruatio diuinę ĩdignationis? iuxta dictũ Valerii maximi. Lento etenim gradu ad vindictã sui diuina procedit ira, tarditatẽq; supplicii grauitate cõpẽsat.

Antoninus Cõmodus, omnibus, ut dicitur, incõmodus, duodecimo imperij anno strangulatur.

Aelius, q̃ illiberalis esset, & sordidus, Imperij mẽse sexto palam occiditur.

Antonin⁹ Caracalla 7. impii sui anno dũ leuãdæ vesicæ gratia descẽdisset ex equo, à Parthis opprimit.

Heliogabalus homo flagitiosissimus quarto imperii anno tumultu militum necatur.

Decius Christianorũ inimic⁹ imperii anno scdo à Barbaris est occisus, cadauere eius nusquã reperto.

Valerianus q̃ cũ Galieno regnauit captus à Pacoro Parthorum rege, nõ occisus statim, sed occęcatus, & cathenatus, atq; ad diuturnam mortem reseruat⁹, erat enim ei equum ascendenti scabellum pedum, quod aliter dicitur suppedaneum.

Nonne, & Tyberius veneno periit, q̃ ex mansueto principe in sæuissimam permutatus est bestiam?

Pertinax impator ĩ domo sua à militib⁹ occis⁹ fuit.

Iulianus Didianus in palatio occisus est.

Macrinus post Bassianum à suis occisus fuit.

Alexander Verii Heliogabali filius à militibus opera Maximini occisus fuit.

Maximinus apud Aquilegiam cum filio suo à militibus occisus est.

Gordianus tertius interfectus est à suis militibus.

Philippus, & suus filius eiusdẽ nominis ambo in tumultu militari fraude Decij interfecti sunt, pater Veronæ, & filius Romę.

Quintilis frater Claudii occisus est.

Florianus occisus est insidiis militum.

Probus de Pannonia occisus est à militibus.

Carus Romanus cum exercitu fulminatus est.

Carinus occisus est à Diocletiano, & frater eius.

Numerianus occisus est proditione Apri soceri sui.

Diocletianus venenum bibit.

Galerius postquã multis molestiis affecerat Christianos diuturno morbo contabuit, & cùm vermes ex eius corpore scaterent, cruciatus impatiens manu propria sese interfecit.

Licinius occisus est à suis.

Maxentius in fluuium cum suorum magna parte submergitur.

Constans Constantini magni filius occisus est.

Iulianus apostata transfixus telo in deserto Parthiæ, ab uno ignoto milite occubuit.

Valens uulneratus sagitta fugiẽs in uilem casam, viuus crematus est igne.

Valentianus secundus strangulatus est apud Viennam fraude Arbogati comitis sui.

Honorius occisus est Romæ.

Valentinianus tertius occisus est Romæ ab uno suorum militum.

Marianus occisus est coniuratione suorum militũ apud Constantinopolim.

Constantinus secundus occisus est à suis in balneo.

Iustinian⁹ secũdus q̃ à Leone relegatus fuerat, vbi recuperauit imperiũ Leonẽ ipsum, & Tyberiũ, q̃ inuaserat imperiũ in publico iugulari fecit: sed ipse ab uno militũ suorũ quẽ relegauerat uincit, & occidit.

Sed quid pergo tyrãnorum cædes recensere, cum meæ tantũ intẽtionis sit laudes, honores, & glorias recensere? descẽdamus ergo ad laudes, & triumphos Gallorũ principũ, q̃ nõ ita periere, vt de Clodoueo, & aliis regibus vsq; ad Carolũ magnũ uideri pt, qui nõ minor in bello fuit Cęsare. Hic fuit optimus princeps Christianorũ, qui terram sanctam occupatam à Sarracenis recuperauit in oriente, & in occidẽte, totã Hispaniã liberauit de manibus eorũ. Maximus pugil fidei Christianæ, & ecclę Romanæ p̃tector. Hic fuit princeps q̃ occasus, & septẽtrionis sparsa regna sub Francorũ cõgregauit imperio. Carolus is est, cui à rerũ gestarũ magnitudine magno cognomen fuit. Qui patria æmulatus vestigia Hadrianũ, & Leonem Romanos põtifices, illũ obsessum, hũc exulãtẽ integrũ restituit. Hic ille est qui Lõgobardorũ Tyrãnidẽ euertit, Hũnorũ imperiũ excidit, Angliã recepit, Bauariã domuit, Hispaniã subiugauit, Italiam possedit. A Corsica Mauros, Sardinia Penos, Balearib⁹ Sarracenos exegit, expulit, exturbauit. Hic ille q̃ Bohemos cõtudit, Dauorũ ĩpietatẽ coercuit, Sclauorũ ferociam

rociā fregit, Saxones Christo audiētes reddidit. Hic illi q Fluentinorū vrbē ruderib⁹ obrutā instaurauit, denominauitq; Florentiā à liliorū florib⁹ Francorū insignibus. Hic ille q cū tantus foret vixq; ab armis (ingruētibus vndiq; hostibus) respiraret. Interea tñ Papiæ iuris vtriusq; ꝓfessores: sed & Parisiȷ̄ mai⁹ aliquanto diuinæ humanæq; sapientię gymnasiū instituit, ex quo quā multi oīb⁹ disciplinis cōspicui Christianū orbē ueluti micantia sydera illustrauerint: tā mihi nimirū ductu reor difficile, q̄ lōgū, vel summos hoīum flores nobilitatis Frāciæ deliberare, vel nuda deuictarum prouinciarū cōmemorare noīa. Hic ille cuius felicitatē miratus Oriens, ab India vsque legatos cū muneribus amicitiam eius petētes misit. Hic deniq; ille est Carolus, quē Augusto parē fuisse, atq; adeò maiorē, haud immerito cōtendimus: nisi ꝙ nec vim patrię intulit, nec imperium armis inuasit, neq; cōsules de se optimè meritos extinxit, neq; ciues suos truculētissimè proscripsit, neq; collegas, & cōsanguineos ad mortē cōpulit. vixit aūt annis 71. & mortu⁹ est, nō ut Cæsar ꝑ uiolentiam, sed feliciter apud suos, cū regnasset sup Gallos annis 47. & imperasset post bellorū suorū finē, nō trib⁹ annis dūtaxat, & mēsibus septem, vt Cæsar, sed annis nouē cū magno omnium suorum plāctu. de victoria ei⁹ quā fecit ꝓ fide dixi s̄ in 5. par. in 23. cōsid. vbi scripsi qualiter, de eo fuerat prophetizatum per Ioā. Euang. pro tuitione ecclesię.

Multi ex principibus Gallorū post Carolū in imperio claruerunt, cuiusmodi fuerūt Lud. primus cognomēto pius Caroli Magni filius, Lotharius, Ludouicus II. Carolus II. dictus Caluus, fili⁹ Ludouici piȷ̄, & patruus Ludouici II. & frater Lothariȷ̄, Carolus minor seu tertius nepos Caroli calui, Arnulphus qui ex Carolorum fuit ꝓgenie, q Normānos mirabili cęde deleuit, & Romā cepit, Ludouicus III. Arnulphi filius. Isti fuerūt Gallorū reges, q̄ nō ꝑ tyrannidē, sed ꝑ electionē ritè celebratā Romanū feliciter obtinuerunt impiū. Et de morte istorū, vide Pyrrhū ī suo sermone de fortuna. ī Plutarchum, & Cāpegiū in genealogia Frācorū regū, vbi vitā illorū, initiū regni, & annos describit, & ex cōputatione temporū fm Chronicas impium annis centū, & decē Caroli Magni ꝓgenies possedit, & cū M. Sabellico dicere possum nō minus Romanæ eccłæ q̄ reliquæ Italię calamitosum eē, ꝙ à Francis ad Germanos translatū sit imperium.

Quid amplius de Gallis dicendū venit? ꝑfecto nihil, nisi ꝙ vnus, & verus est Deus regnū à gēte in gētē trāsferēs, ꝑp iniustitias, iniurias, & cōtumelias, ac diuersos dolos, & disponēs tpa, peccata quoq; puniēs. Eccl. x. c. Quę. n. infirma sunt mundi q̄nq; elegit, ut cōfundat superba. Nā postq̄ res Asiæ Ilionq; superbum cecidit, Troianis ꝑ vniuersum pene orbem ꝓfugis, ab eisdē tandem exordium Frācorum sumpsit regnū: qđ per duces aliosq; officiales diutius moderatū in sublimeq; ꝓuectū, paulatim Normādię, Picardiæ, Aquitanię, atq; Lugduni cæterisq; circumadiacētibus regionibus ampliatū fuit. Tandē regē fortissimū totā Galliā, & Cisalpinā, & nō minimā Transalpinæ partē occupantē, & cūctas regiones à mari usq; ad mare in ditione sua positas in manu forti, & brachio extēto, & prouida ordinatione maturoq; semp cōsilio easdē regentē, huic regno diuina impartiri dignata est clementia. Huic gñi hoīum, ꝙ reliquæ oēs fermè nationes admirentur, & amore, timoreq. permixtis nō immerito honorarēt: Deus verus q superstitione solicita ab ignorantibus colebať, suæ intelligentiæ fontē adaperuit: promptiusq. ꝑ hoīem rectu rus hoīes Gallorū regē, nō modicas uirtutes, & semp in exteras nationes mirabilia operantē: vt ecclesiam suā nō habentē rugā, aut maculā ab infidelibus, qui Heracliti impatoris negligentia ꝑ orbē increuerant: atque in Christianos inualuerāt, defensaret, & ut īter Gallos fideliū tuta eēt libertas in subsidiū, excitare voluit. Propter, ꝙ & cū ēt summos Pōtifi. Roma pulsos in suū locū restituerit. Tū qa Frācorū gēs plus cęteris diuinæ dedita uisa est religioni. Hinc Franci iusto titulo Christianissimi dicti sunt. dixi amplius, & latissimè s̄ in 5. huius libri par. in 24. consid. ubi amplè dixi de regibus Francorū. Et ex ibi dictis, & his constat illud uerificatū, ꝙ Gallia quo ad fidē caruit mōstris, nec unq̄ deuiauit à fide, prout cæteræ aliæ nationes, vt sunt Orientales, Asiani, & Aphricani, Aphri, & Græci, ut amplè scribit Io. Ekius in suo lib. 3. de primatu Petri. ubi ponit, qūo aliàs oēs p̄dictæ nationes fuerūt sub Romano pōtifice, & deuiauerunt seu recesserūt à sede apostolica, imò ēt quasi oēs à fide. Sūt tñ aliqui, qui tenēt aliqd de fide Christiana: sed hñt aliquos errores, vt dicā alibi. Imò ēt, & Alemani, Itali, & Hispani, nō caruerūt mōstris prout Galli: quia semper fuerūt aliqui hæretici, qui oēs fuerunt, quasi Bohemi, Alemani, Itali, aut Hispani, & pauci fuerūt Galli. de quibus in c. quidā hñt. 24. q. 3. & ibi amplè Io. de Turrecr. qui ibi oēs illos declarat. Adhuc tpib⁹ nostris insurrexit quidā hæreticus Lutherus nomine apud Germanos, qui multas opiniones hæreticas scripsit, q̄ nec receptæ fuerunt, nec pullularūt ī Gallia. & sic uerificatur illud, qđ Gallia semp caruit mōstris. Itaq; nulla alia natio Christianę fidei cultu unq̄ habita est religiosior. Romā sanè, qua ut sacrosancta, Itali gloriātur prophanissimā dixerim, si tm̄ Christiani sanguinis sola penè hausit, quantū ne reliquus orbis illa impante effudit, vt īquit Lōgolius ī dicta sua oȓone de laudib⁹ Frācorū. O praua interpretatio. An quia per tot piorū greges decem illis p̄scriptionibus plusquā ferina rabie desęuit, Ideo purè, Ideo religiosè, Ideo inuiolabilis cognomentū meruerit? Sacer ne Diocletianus, ꝙ se Christianorum cædibus usq; cōtaminauerit? pietate ne insignis Romanus ille popul⁹, qđ suos in pōtifices penè semper grassatus est? Nō Galliā æquius sacrosanctam appellaueris, q̄ profugos ecclesiæ præsules suo semper Asylo texit, fouit, venerata est: & à sede sua expulsos ter reduxit? Sacra nimirū Roma, cui si, uel humillimū tuguriolū, hoc nomine conferā Christianæ reip. nedū Galliæ sugillatio eēt. Quod si ideo locus quispiam sacer est, ꝙ multis nobilibusq; beatorū reliquiȷ̄s scateat, pulchrè uicimus, Nam apud unā Frācorū gētē omnes Christi exuuias reperies. Quippe p̄putium, inconsutilem togā, Spineum diadema, Crucem, Clauos, spongiam, Lanceæ cuspidem, & cum qua sepultus est sindonem.

Adde quorũ dũ in humanis ageret obſequio maximè vſus eſt, auiæ Annæ ſeptẽq; apoſtolorũ, ac triũ magorũ corpore. Neq; nõ Lazari (cuius corpus ĩ hac noſtra ciuitate Heduẽ. iacet) Magdalenes (cuius ẽt corpus hr̃, & in capſa nobili, & diuiti reponitur ĩ monaſterio Vezeliẽ. huius diœceſis Heduẽ.) Marthæ, Martialis, ac triũ Mariarũ cineres. Ad hæc ꝑtioſum diui Ioannis Baptiſtæ caput, & digitum (quo agnus Dei immaculatus demonſtratus eſt) uirginum inſup millia vndecĩ. cũ deuota fidei Thebanorũ illa legione. Pręterea Dionyſij, Martini, Coſmæ, Damiani, Sebaſtiani, Antonij, aliorũq; ſelectorũ heroũ innumerabiliũ reliquias, ꝑpetua Romanæ impietatis monimenta. Inſup Claudij, & Edmondi (quorũ corpora, cũ carne, & oſſibus apud nos à peregrinis viſitantur frequentiſſimè. Leodegarij ep̃i Heduẽ. Hilarij, Radegũdis reginæ Francorum, Nicolai, Barbarę, Benigni, Andochij, Trium gemellorũ, Genoueſæ, & Germani. Nõ omitto, & corpus diui Quintini martyris, ꝙ in urbe à ſuo noĩe dicta ſeruat̃: licet antea Samarobrina, ab origine Samonæ fluminis dicebat̃. Poſtea uero ab Auguſto Cæſare (qui Iulio ſucceſſit,) & muro auctã, & fortiſſimo munitã Caſtello, à ſuo nomine Auguſta appellata eſt: quod nomen illi ad inuentionem vſque corporis S. Quintini manſit.

Et qa eſt meus, & Baſilicæ ſeu parochiæ meę ꝑ̃onus, & numẽ tutelare apud Heduos, ideo ad laudem eius q̃ppiã referre arbitratus ſum. Is.n. Quĩtinus origine Romanus fuit, Zenonis ſenatoris filius, baptizatus à Marcellino Petri ſucceſſore. à quo in Galliã cũ undenis cõdiſcipulis miſſus in Ambianorũ urbe Chriſti uerbũ ꝓlaturus conſedit: cõprehenſus tãdẽ à Rictiouero ꝑ̃fecto, ꝑductusq; Samarobrinã, q̃ tũc Auguſta uocabat̃: ibidem poſt multa ſupplicia ſua Diocletiano, & Maximiano imperatoribus capite trũcatus, ſanctorũ martyrũ cœtui annumerari dign⁹, habitus eſt. corpus eius cũ capite ĩ Samonã fluuium abiectũ 50. annis ibi delituit: donec matrona quędã Romana noĩe Euſebia, monita ab angelo in Viromãduos (ſubleuãdi ab aq̃s ei⁹ corporis gr̃a) ꝑuenit: viſũ quẽ antea ꝑdiderat ſperãs ſe recepturã, ꝙ & merito ſanctiſſimi martyris impletũ eſt. Nã inuento corpore, & capite, mox uiſum recepit. Corpus, & caput humo abſcondidit, eo in loco, qua ingens baſilica nomini ei⁹ dicata hodie uiſitur. Corpus deinde, & caput poſt trecẽtos annos à diuo Eligio Nouiodunenſi antiſtite (q̃ ſub Dagoberto Frãcorũ rege ſanctitate claruit) ſubleuatũ è terra aureo in loculo cõdita ſunt: tẽplũ quoq; à regibus extructũ ꝑcelebrius, ꝑ̃clarius, & felicius. Exinde hr̃i cœpit diui Quintini nomen, qđ nũc ſeruat, turmatim ob indies facta ſanitatũ miracula cõuolarũt et cõuolãt ꝑegrini, & deuoti uiri. Aliorum verò martyrũ cõfeſſ. ac virginum corpora apud Gallos beatificata, & mirificè venerata ſub ſilẽtio ꝑ̃tereo, cũ innumera ſint, & fortè tædioſum foret.

Et, ꝙ Galli pietiſſimi religioſiſſimiq. ab antiquo fuerint, atteſtat̃ exẽplũ memorabile, & vetuſtiſſimũ, ꝙ deſcripſit Valerius, titulo de ſeruata religione. Licèt ſummo labore nixus ſit offuſcare veritatẽ rei, ac nebulã, & tenebras obiicere, vti gens illa Italorũ noſtræ gẽtis glorię ſemper inuida: ſed cõuicti verũ, (qđ celari nõ põt) fateãtur oportet. Nãq; Gallis nr̃is capitoliũ obſidentib⁹ urbe iã capta, ne ſtatutũ Fabiæ gentis ſacrificiũ interrumperet̃ G. Fabius dorſo Gabino ritu cinctus, manibus humeriſq; ſacra gerẽs, cum de capitolio deſcẽdiſſet ꝑ medias Gallorũ acies egreſſus in quirinalẽ collẽ ꝑuenit, ibiq. oĩb⁹ ſolẽniter peractis ĩ capitoliũ poſt diuinã uenerationẽ ad ſuos ſine offenſa rediit, & hoc Gallis religione motis, cuius nequaq̃ negligens gẽs eſt, vt teſtatur Liuius, & Cęſar in ſuis commen. libr. 6. de bello Gallico. ita.n.ait. Natio eſt omnium Gallorum admodum dedita religioni, &c.

Laudãda eſt ẽt ac plurimi facienda Gallia, eo q̃a nulla eſt alia terrarũ pars, q̃ ſit urbibus frequentior, atq; ſacratiſſimis ædibus ſanctior. Et licèt ambicioſis titulis Itali ciuitates, & cætera quoq; eorũ oppida inſignìuerint: Certè Veneto auro non inuidebit Lutetię ſeu Pariſianæ vrbis opulẽtia, quã Architenius Chryſeã metallis dixit. Aedium apparatu, ac turritorum mœnium pulchritudine Mettis æmulã reddat Florẽtiã, de magnitudine cũ Mediolano cõtendet Gandauũ, Neapolis elegantiã æquabit vel Rothomag⁹, vel Auenio, vel Lugdunum, vel Colonna, vel Turo, vel Diuio. Sanctonum ſeu Aurelianorum feracitati, cedet Bononia, Heduorũ uetuſtati Rauenna.

Inſignienda eſt quoq; Gallia, eo ꝙ ſi de riguis amniũ fluxibus, & piſcoſis lacuũ ubertatibus litẽ Gallię mouerint, num Trãſimenũ Lemano æquabim⁹? Verbanũ Laterna? Lariũ Conſtantiẽſi lacu? Benacum Ruſcinouẽſi? Sabinũ Tholoſano? Eupilim Maſſilienſi? Fucinũ Burdegalo? Nã, ꝙ ad fluuiũ meatus ꝑtinet vicimus. Haud dubiè Carãtono Ticinum, Moſa Vultunũ, Dordona, Arnũ, Atheſim, Druẽtia Truẽtũ, Iſara, Lyrim, Moſella Tiberi cõcurret. Rhenus Pado. Sed quẽ Rhodano cõferent? quẽ Garunnę opponẽt? quẽ Ligeri committtent? & quod turmatim recenſuiſſe conueniat, quos Scaldi, Lizię, Sequanæ, Matronæ, Arari, ſeu Sagonæ, Sabi, Dordonæ, comparabunt? cũ nullus ex iis non quęlibet magnarum nauium capax, multis paſſuũ millibus nauiget. Cęteri Italię fluuij, imò torrentes, trabibus verius q̃ ratib⁹ meabiles, niſi qua mare influuntur nauigia patiantur.

Hęc deniq; illa eſt regio q̃ in orbis principatu nobiles, religioſoſq; Frãcos extulit: q̃ frequẽti gentium incolatu duros educat Britones, vafros Normãnos, induſtros Flãdros, mites Lothoringos, faciles Andegauos, bellicoſos Vaſcones, aĩoſos Burgũdos, & feroces, Picardos alacres, Frugi Sãtones, Aurelianos, atq; Pictauos, Narbonẽſes fideles, fortes Aruernos, Hãnonios ꝑtinaces, magnanimos Senones, verſutos Cenomanos, đniq; militares Bituriges, Cadurcos, Petragoricos, & merito oẽs q̃ cis rhenũ hĩtãt Theutogallos.

Et ſi de ſanctitate, & excellẽtia ſacratiſſimarũ ędiũ cõtẽdere voluerimus, nõne reperiemus, ꝙ capita ordinũ B. Bñdicti tã in eiuſdẽ ordine q̃ Cluniacen. q̃ ẽt Ciſterciẽ. ſunt in Burgũd. regia? ẽt in Gallia eſt caput ordinis Chartuſienſium, & ordinis Præmõſtratẽſis.

Si Roma ſe ſanctam noĩare uoluerit, quid facient Lutetia, Pictauis, Aurelianum, & infinitæ alię ciuitates Galliæ, quæ excellẽtiores incredibili ac indicibili

pro

prope, tum impensa, tũq; artis elegantia constructas habent ecclesias cathedrales, q̃ Italia, q̃ Hispania, q̃ Germania, aut quęcũque aliæ nationes. Quæ nam ẽ in Italia, quæ nostræ dominæ Parisiẽsi ęquari possit? quæ ecclesiæ Bituricensi, Carnotenen. Cluniacen. & infinitis aliis, quas fastidiosum esset enumerare.

Extollenda, & laudanda est ẽt Gallia vltra alias nationes ex literarũ traditione. q̃m licèt à multis inuidis, & detractoribus, artium ignari ac disciplinarum iudicati sint Galli: Certũ est tñ apud ipsos antiqui⁹ q̃ apud Latinos, & Græcos literas floruisse. Nã, ut Berosus lib. 5. antiquitatũ scribit. Anno quarto Nini literis, & legibus, Celtas formauit Sametis, Dis cognomento, & Celtiberos Thubal. A quibus demũ mille post annis Græci nõ à Cadmo, (ut docet Ioã. Anni⁹) suas acceperunt. Nam quas primus aduexit rudes q. dẽ paulo ante excidiũ Troianũ Cadmus quint⁹ eas à Galathis traxerat. Quas Galathæ, & Meones prius à Gallis susceperant. Neque ergo, inquit idẽ Annius, Galli à Græcis, sed potius à Gallis Asia, & Gręcia, cũ coloniis ẽt literas, & disciplinas consecutæ sunt. Aliquot deinde annis post repertũ literarũ vsum regnauit apud Celtas Sarron, (quod fuit apud Heduos, cũ Celtarũ Hedui principatũ tunc obtinerẽt, vt infra dicẽt in cõside. ubi excellẽtię aliquarũ ciuitatũ describẽtur.) Qui, vt hoĩum tum recentum ferociam cõtineret, publica primus instituit gymnasia. A quo Celtarum theologos, & philosophos uocauerunt Sarronidas, & in maximo, & præcipuo quondã honore habitos. Quin ẽt illa dea dicẽdi p̃ses Pitho noĩe, quã alij Suadã, Suadelã, Leporẽ. Flexanimam, Græci Psychagogõ, quasi ductricẽ aĩę, & oblectatricẽ vocant, maximi loco numinis olim apud Gallos habita est, vt optimè ex Luciano docet noster Bud. ĩ li. đ Asse, & part. ei⁹ li. 4. & [illegible] ĩ sua offic. ĩ ult. c. Addo qđ & scribit Iul. Cæsar ĩ li. 6 suorũ cõmẽ. de bello Gall. ubi de disciplinis Gallorũ loquit. Ita. n. de eis, ꝙ ipsi in rebus publicis priuatisq; rationibus Græcis literis vtantur.

Et si q̃s arguat, cur ergo prisca illa Gallicæ gẽtis facinora ad posteros clarius, & notius multo nõ fluxerũt, cũ tũc apud eosdẽ lr̃as dicãt floruisse. rñdet idem Textor in suis Epithetis in uer. Galli, vel nulla oĩno tanq̃ posteritatis negligẽtis monumenta reliquisse, vel si q̃ reliquerunt iniuria tẽporum euanuisse. Budæus verò in p̃dicto loco dicit Gallos, & Hispan. priscis hist. fuisse ignotiss. & cã ignorãtię fuit, ꝙ illi secũ ipsi viuerẽt, cõmercia aliarũ gentium auersantes.

Longolium verò in sua orõne de qua suprà laudãdo Galliã ex lr̃arum eruditione, dicit eã eruditionis splendore Italiæ pręferendam. Quippe Itali de vnius eloquẽtiæ laudib⁹ nobis cõtrouersiam faciunt. sed q̃ tãta est oratoris in inueniendo subtilitas, ĩ distribuẽdo diligẽtia, in eloquendo copia, in dicendo cũ memoria ꝑnunciatio, vt Physic. rerum indagationi, vt morum vitęq; rationibus, ut disserendi subtilitati, vt Arithmeticis supputationib. Musicæ cõcentui, dimẽsionib' geometricis, Syderali diuinitati, Medicæ utilitati, atque sacratiss. theologiæ mysteriis collidi possit? Quibus disciplinis quãtopere, vel sola Parisiorũ academia reliquum orbem vicerit, (ut Rom. Pontificum Architreuijq; haud minus crebra q̃ illustria elogia transeam) assiduus testis edocet Mantuan⁹ alter poeta, alioquin Frãco nomini infestus: apud quẽ Paulus, Areopagitã Dionysiũ, Galliarũ apostolũ, ita compellat Caroli præcinens magnitudini.

Neu desit Gallis vllum decus illa per orbem
Clara, per Aethiopes nigros, audita per Indos.
Illa tuæ quibus in cęlum tolluntur Athenæ.
Tot sophiæ fęcunda bonis, tot lucida claris
Scriptorum ingeniis: quæ tanquam sydera lumen
Aeterno splendore ferunt gymnasmata primas
Transeret ad Gallos. Mox subdit.
Et tua de gratis migrans academia campis,
Ibit ad occasum, vacuas q́, relinquet Athenas.

Ex his patet Athenas in Frãciã cõcessisse, & tale sup Frãcos Baptistę Mãtuani fuisse iudiciũ, quale Apollonij Mollonis de Cicerone. Et tñ, an Romani literarũ gl̃a Athenien. cesserint, in dubium q̃ reuocat, is dubio ꝓcul de oĩb⁹ dubitat. Ergo, & studiorũ laudẽ Rom. abstulimus, & doctrinarũ decus, ut Athenien. hæredes nobis meritò uindicamus. Hinc illa ꝑ uniuersam Galliã respersa lr̃arum gymnasia, cũ summorum antistitũ, Regũ, Imperatorũq; liberalitate opulentissima: tum oĩum liberalium disciplinarũ ꝓfess. necnõ studiosæ iuuentutis multitudine nobiliss. Nã p̃ter Parisiẽ. scholam, & suas habent Diatribas, Colonia, Louanium, Mogũtia, Treueris, Basilea. Iam celebrantur Pictauiũ, Aurelia, Tholosa, Auenio, Burdegalia, Nanetum, Caturcum. Ad hæc Biturix, Andegauũ, Valentia, Cadoniũ, Monspessulanus, Dola Hyssidorus, & Bilionius. Quotus q̃sq; est in tã numerosa priscorum Rom. turba, qui p̃ter linguæ lenocinium, superstitiosam uerborum festiuitatẽ, calamistratę orationis cincinnos, aliquid ex naturę sacrariis depromptũ, aut ex cœli regia huc translatũ cõmodè, sapienter, aptè, tractauerit? Frãci aũt, q̃ oĩs sermonis eliminato fuco, q̃ omni relegato exotico ornatu sint ĩ disquirendo prudentes, in explorando circunspecti, graues in considerando, in disserendo uersuti, religiosi in decernẽdo, ingenuè oẽs Europei fatentur: In Galliam commeando sanctioris doctrinæ gr̃a: vt quondam in Aegyptum Gręci: ipsiq; Romani Athenas, & Massiliam. Cęterum q̃a eloquentiã ueluti filiolã exosculãtur suã, nõ dixerim, ꝙ ex ipsis q̃dã haud aliud oratoris esse quã mentiri, decipere, circũscribere, præstigiari. Fallax uerborum modulamen non nisi circumagẽdam imperitæ plebeculæ multitudinẽ pollere, sapiẽtẽ à proposito linguæ tectorio auerti, nunq̃ Francos patrii sermonis suos habere oratores. Et inter eos unum Octauianum à S. Gelasio, quo Romanos oẽs poetas rhetoresque ferè prouocamus. Sed illud dicam Lu. Plotium Lugdunensem, Romanos primũ docuisse rhetoricem. Tullius certè latinę facundiæ antistes sese ab eo prima Romani eloquii rudimenta didicisse fatet. Quid Satyricus Aquinas nõ peculiari apposito Gallos ornandos putauit?

Gallia causidicos docuit facunda Britannos. Et iterum,
Gallia, vel potius nutricula causidicorum.

Quid Lucianus ille Samosatenus in nullam alioqui gentẽ nõ debacchari solitus, non lepido apologo ex

Herculis statua Gallicam eloquentiã insinuauit? Audiamus D. Hieronymum in Vigilantium. Sola, inquit, Gallia monstra nõ habuit: sed viris semper fortibus, & eloquentissimis abundauit. Quid Crinã seu Chritiam? Quid Charundam Massilienses cõmemorem? quorum ille ob syderalem Mathematũq; peritiam Romani populi facta Nerone principe rexit. Hic dãnatis Chrysippi, Erasistrati, Herophili, Asclepiadis, priscorũq; medicorũ placitis, oĩbus tã Grecis q̃ Latinis reclamãtib⁹ medẽdi artẽ immutauit: adeo uel eruditione, vel eloquẽtia vterq; p̃stitit. Quis Pythia cosmographiam representauit apertius? Quis Luc. Floro historiã cõpendiosius elegãtiusq; texuit? Quis Hylario diuina tractauit diuinius? Quis Ireneo Lugdunẽsi hæreses proscidit acerbius? Quis Victorino Aquitano paschalis diei cursum numerosius stabiliuit? Quis aĩæ essentiã Claudiano subtilius aperuit? Quis Faustino diuinã gratiã cũ libero arbitrio copulauit sanctius? Quis oẽs dicẽdi ueneres Remigio excoluit blãdius? Vincẽtiũ nitidũ apertũq; in dicendo eloquiũ eo certè magis suscipiẽdũ existimo, quo modestius se sua gloria peregrini ĩscriptione defraudare conatus est. Saluiani q̃ sublimis fuerit doctrina, cognomen eius declarat, qui unus à condito æuo Epõrum magister dictus est. Quid Paterium? Quid Gennadium? Quid Musæum referam? Quid Euridemum, Statium, Surculum, Seuerũ, Sulpitiũ, Rheticium? Quid duos Consentios, patrẽ, & filium? Quid Herditium? Quid Clodium quirinalem? Quid Eucheriũ, aliosq; innumeros diuinarũ humanarũq; rerũ peritissimos: in qb⁹ eloquẽdi artificiũ, & eruditionis altitudo de principatu certasse uideri possunt?

Habuit et Gallia, & alios q̃ plures multifariæ eruditionis viros cõsummatos, iter quos merito primarium sibi uendicat locũ Robertus regio honore dignissimus. Multa quippè r̃nsoria ĩ ecclesia cõposuit: vt sunt, Sancti spiritus adsit nobis gratia. siue, Veni sancte spiritus, & emitte &c. R̃nsorium de natiuitate dñi, s. Iudea, & Ierusalẽ. Itẽ illud Alleluya, Eripe me de inimicis. Itẽ illud de sanctorũ martyrũ triũpho: O cõstãtia martyrũ. Itẽ illud de S. Petro. Cornelius cẽturio, &c. Quod Romæ summo Põtifice missam celebrante S. Petro in altari offertorii tpe cum magna deuotione obtulit. Scripserũt, & Victorinus ep̃s Pictau. Ausonius Gallus ep̃s Burdegalẽ. Victorin⁹ Massiliẽ. rhetor. Sabbasius ep̃s prouinciæ gallicanæ. Musæus & Saluianus p̃sbyteri ecclesiæ Massiliẽsis. Claudius ep̃s Viennẽ. Sydonius ep̃s Aruernorũ. Gẽnadi⁹ Massilien. ecclesiæ p̃sbyter. Gregorius ep̃s Turoneñ. Audoenus Archiep̃s Rothomagẽsis. Stephanus ep̃s Heduẽ. Ruggãdus ep̃s Metensis. Petrus Bertrãdi ep̃s Heduẽ. Freculphus ep̃s Lexouiẽ. Theodolphus ep̃s Aurelianeñ. Hylduinus abbas monasterii S. Dionysij apud Parisios. Ansegisus abbas Lobiensis postea archiep̃s Senoneñ. Turpinus archiepiscopus Rhemensis. Christianus qui & Druchmanus monachus Aquitanicus. Milo monachus. Hugbaldus monach⁹. Oddo primus abbas Cluniacen. Bernardus monach⁹ Cluniacẽsis. Hildebertus ep̃s Cenomanensis. Remigius Altisiodorensis episcopus. Sigebertus monach⁹ Gemblacen. Gilbertus porreta ep̃s Pictaueñ. Oddo ep̃s Cameraceñ. Richardus monachus S. Victoris Parisiẽ. Pet. Bleseñ. Mauritius ep̃s Parisien. Petr. abbas Cluniacen. Pet. cantor Parisien. Hubertus ordinis prædicatorum. Vincentius natione Burgundus theologus eximius, & historicus p̃cipuus. Galterus ep̃s Pictaueñ. Bernar. Burgũdus Abbas Clareualleñ. ordinis Cisterśieñ. Philip. cãcellarius Parisien. Symõ de Tornaco. Petrus ordinis p̃dic. Guill. ep̃s Parisiẽ. Henricus de Gãdauo. Io. Parisien. ordinis p̃dicatorũ. Nicol. ord. fratrũ B. Mariæ de monte Carmeli. Guill. Peraldi. Io. de Alerio Carmelita. Bernardi. de Parentinis Tholosanus ord. prædicat. Io. de Regno Carmelita. Petrus de Palude ordinis fratrum prædic. Petrus de Casa Lemouicẽ. Carmelita prior gñalis illius ordinis, deinde patriarcha Hierosolymitanus. Petr. Raymundi Carmelita. Robertus Carmelita. Petr⁹ Rogerii. Petrus Berthorii Pictauen. Io. Goleni Normãnus. Isuardus q̃ martirologiũ cõposuit. Alquinus Caroli Magni p̃ceptor, summus theologus, & Philosophus. Honorius Augustuduñ. seu Heduę. ecclesiæ presbyter. Pet. de Tarentasia Burgundus. Pet. de Bellapertica et Burgundus. Io. Fabri Aquitanicus. Iaco. de Raigneriis Lothoringus. Io. de Blauasco Burgũdus. Luc. de Pen. Iodocus Lauuerinus Flamingus doctor Tholosanus. Iacobus Dorbellus doctor theologus ĩ gymnasio Pictauensi. Guil. de mõte Lauduno etiam doctor Pictauẽ. Nicolaus Ritzeius Tholosanus carmelita, Philippus Ferrarien. Tholosanus. Ioãnes cognomẽto Grossus Tholosanus. Blasius Andenarius carmelita. Io. abbas monasterii S. Bauonis Gandaui in Flandria. Io. Capreolus Tholosanus carmelita. Petr⁹ de Aliaco ep̃s Cameraceñ. Io. Gerson cãcellarius Parisien. Io. Noblet carmelita. Pet. Dorbelli. Io. Foreth Normannus. Henricus cognomento Prudẽs Flãdri. Lauren. Burellus Diuionẽ. carmelita ex Heduis ortus. Robertus Guaguinus. Arnoldus Bostius.

Hi supra nominati Galli scripserunt in theologia, Philosophia, historia, & rhetorica, multum splẽdidè, & amplè, p opera eorũ cõstare potest, prout Campegius Lugdunen. in suo tractatu de Gallię uiris illustribus declarat. Et ibi etiam ponit multos ex illis, & alios qui scripserunt in Poesi, & in utroq; iure ciuili, & canonico, q subtili ingenio præditi fuerũt: vt sunt prædicti Petrus de Bella pertica. Ioannes Fabri cancellarius Francię. Gullielmus de Cugnyo, & Iacobus de Rauenna. Ita quòd ab Italis nomen subtilium ultramontanorum acquisierunt. Gullielmus Durandi dictus Speculator. Guido Papæ. Ioannes Aufrerij. Henricus Bohic Brito. Cosmas guymier. Nicolaus Boerius pręsidens Burdegaleñ. Ioannes Sanxon Turonensis. Pyrrhus Igneus, & Stella doctores Aurelianenses. Ioan. de Monthelono conciuis, & contemporaneus noster, nunc presbyter S. Victoris Parisiensis. Vincentius Cygault. Ioan. Raynauldi. Ioãnes Brunellus doctor Aurelianensis. Io. de Garouis. Guillielmus Rouillus Alenconiensis. Io. le Cirier Parisiensis. Petrus de Brazio. Io. Montaigne, & plurimi alii qui in iure scripserunt, & multum copiosè, & eleganter.

Plures

Plures ēt in historia scripserunt, ut iā dictū est, vt Hylarius eps Pictauē. Greg. Turonē. Annonius monachus. Emardus cancellarius Caroli magni. Oddo primus Abbas Cluniacen. Sigebertus monachus. Richardus monach. Guilliel. monach. S. Dionysii apud Parisios. Vincētius, de quo s̄ Guagnin. & plures alij.

Longolius verò prosequens laudem Gallorū in p̄dicta oratione enumerat multos ex p̄nominatis fuisse poetas, & plures alios qui ex gēte nostra orti sunt. Sed inter modernos excellēter scripserūt Germanus Brixius in quo inuenies, & demiraberis facilitatē, in Varānio simplicitatē, in Burro sanctitatē, in Iacobęo elegantiā, in Delpho candorē, in Pio ingeniū, in Cōrado uarietatē, in Briando acumen, in Castello eruditionē. Dicit Budæus diligenter, Briconetus leuiter, narrabit apertè Scisellus, eloquet' grauiter Tisard⁹, appositè Badius, Guagninus luculenter, Pinus scitè, duo Fernādi splēdidè, Erasmus copiosè, acutè, nitidè, Faber Stapulēsis philosophicè. Cuius incude expolita, iā purè loq̄ didicit philosophia. Clycthouei casto sermone theologia melle dulcius cōcionabit'. Literatura Bouilli Mathesi rubiginem detersit. Copo duce medici, & cū eloquētia morbos curabunt: præeunte Cāpegio, oēs philosophiæ partes tentabunt. Quid de Tex. Niuernē. qui tot singularia laboriosè in sua officina in unū cōiecit? Quid de Petro Tulero Heduo q̄ alter Ptholomæus in cosmographia, alter Alcabitius in astrologia, alter Cicero in arte dicēdi, alter Bias in philosophia, alter Liuius in historia dici pōt: ēt unū dicere nō pudebit, q̄ nec maiorē, imò nec parem recipit Gallia, nec similis inueniri pōt. Nō tamen singulis has solas inesse uirtutes existimo, sed his insignio res: cū, nemo ex eis, & p̄sa, & uersa oratione nō polleat. Nemo itē q̄n sit aut medicinæ, aut philosophię, aut iuris, aut theologię cōsult⁹ oēs ferè atticissantes. plerique hebraicè periti, & Chaldaicè, & oēs ferè græcā linguam tanquam maternā habentes. Ex quibus satis notū est vnā Gallorum gētem plures in quocūq; genere eximios, vel tulisse, vel extulisse q̄ reliquæ terræ. Ex quib⁹ verificari potest dictum Iulij Celsi dicentis, Galliam disciplinarum parentem, hinc dico.

Gallia doctrinæ genitrix tu prima probasti
Quicquid mendacij Græcia voce refert.

Extollenda est ēt Gallia ex reb⁹ bellicis, in q̄bus superauit oēs alias nationes mundi, si bene uideātur opera eius bellica, qd̄ clarè apparet, maximè ex historicis extraneis. Nā Galli quinquies ante aduentū Hannibalis Alpes traiecerunt: &, ut dicit Textor in suis epithetis in uerb. Galli, Ipsi Galli hn̄t incredibiles virtutū titulos, q̄ si Romanis contigissent, dii boni quantū laudum suarū pelagis effudissent: quātas verborū ampullas, quot inanes flauissent glorias, cū ēt Camillo unico, duob⁹ Deciis, paucis Fabiis, Scipionibus, Curiis, Coclite, Attilio, & Curtio ita efferantur, vt Deos magis q̄ mortales se p̄dicent. Quanti ergo Galli fulminātes p Italiā, duce Breno, Senonas æstimare possumus? quorū fulgurātem impetum nō pri⁹ retuderūt: q̄ (ut in suo sterq̄linio canes plurimū valent) Romā oia populabūdi intrauerint, de quo meminit Laziardus in epithomatibus historię uniuersalis c. 57. Quid cōcinemus oppressam à Gothis Italiā Merouei Gallorū regis (cum iam res Italorum proximæ ruinæ, & ad triarios, hoc est, in dubio uideretur redacta) subsidio fuisse liberatā, & idem subdit. Quo tpe rerum oīum summa, & ptās Rom. legib⁹ paruit, nullā unq̄ scriptorū memoria gētē cōstat uixisse, Romano populo magis formidolosam. Nihil Carthaginensiū furores, nihil orientalium motus obstabāt, quominus in vtrāuis aurē dormirēt ociosi: nihil deniq; æstimabat' oīum gentiū vires, habita gallicæ virtutis rōne, & cōparatione. Sciebāt. n. terribilē eē pplm̄, aui dū belli, & vtriq; paratū fortunæ. Cū nulla unq̄ gēte Romanus ipse populus intra extraq; Italiā maiore hoīum strage, maioribusq; ducū, & exercituū periculis debellauit. Nā licet ex eorū exercitu centū hominū millia q̄nque desiderata sint: nihilominus tn̄ aio si pugnā acrius instaurabāt, pudorē ulciscebant', ad unū interfici aut interficere uolētes. Quo apparet indomita bello ingenia scire tm̄ vincere, vel mori. Certarūt Romani cū finitimis de principatu. Cum Carthaginensibus de impio: cū Gallis aūt p̄ uxoribus, pro liberis, p̄ uita semp, cū cæteris nationibus nō nisi p̄ gloria. Hoc eorū p̄coniū fortasse uideret' fictitiū, nisi Strabo li. 4. ēt nobis testis fidelissimus, Vniuersa inquit natio (quā hæc ętas Gallicā, vel Gallaticā nominat) Martis studio, & aīorū ardet īpetu, cōferendæ pugnę alacritate īpigra, semperq; spectātes in Boreā, aut Oceano p̄piores cōserēdis pugnis sunt audaciores. Florus itē de Senonib⁹ sic ait. Galli Senones gens natura ferox, moribus incondita: ad hæc ipsa corporū mole pinde ac armis ingentibus adeo oī gn̄i terribilis fuit: ut planè nata ad hoīum interitū, & urbiū stragem uideret'. Hi quondā ab ultimis terrarū oris, & cingente amnia Oceano ingenti agmine p̄fecti cū media vastassent, positis inter Alpes, & Padū sedib⁹, ne his q̄dē cōtenti p Italiā uagabātur. Romā quin ēt aggressi, uniuersum populū in Capitoliū se suaq; oīa recipere cōpulerūt, &, ut paucis multa dicentur, quaqua versum trāsirēt, n̄ fulminātes, sed fulmina planè uidebātur, dolebātq; ignarā cruoris victoriā sibi concedi, & sine ruina trāsitū patere. Et qd̄ maximi terroris indiciū est, pacem unicuiq; empturiēti proponebant venalem. Neq; potentem adeo gentem reperisses, q̄ nō habito Gallorum p̄sidio, & fauore securam se credidisset. Merito p̄pterea T. Liui⁹ auidas armorū Gallicas gētes semper fuisse scribit. Idem quoque hr̄e (inquit) accolas Gallos iter ferrū, & arma natos, feroces cū suopte ingenio, tū aduersus Romanū populū, quem captū à se, auroq; redemptū, nō vana iactātes memorāt. Fuerūt ēt Galli tāta hoīum frequentia, & multitudine: vt trecenta, & amplius armatorū millia gens una Belgica olim ad bellum mitteret. Eorū virtus aptius cognosci nō potest, q̄ lectione Trogi apud Iustinū lib. 24. scribentis. Galli abundanti multitudine (cū eos non caperent terræ q̄ genuerāt) trecēta millia hoīum ad sedes nouas quærendas uelut peregrinarū miserūt. Ex his portio in Italia cōsedit, quę & urbem Romā captā incendit, & portio Illiricos sinus dulcib⁹ auibus: (nam augurandi studio Galli p̄ter cæteros clarent) per strages Barbarorum penetrauit:

trauit?& in Pannonia consedit, gens aspera, audax,
bellicosa, q̃ prima post Herculẽ(cui ea res uirtutis ad
mirationẽ,& immortalitatis fidẽ dedit) Alpium in-
uicta iuga,& frigore intractabilia loca trãscendit?ibi
domitis Pannoniis per multos annos cum finitimis
varia bella gessere. Hortante deinde successu diuisis
agminibus,alii Græciã,alii Macedoniã oĩa ferro ꝓte
rẽtes petiuere: tantusq; terror Gallici nominis erat,
ut ẽt reges nõ lacessiti ultro pacem ingenti pecunia
mercarent̃.Itẽ lib. 25.ait. Ea tẽpestate Gallorũ iuuẽ-
tus tãtę fœcũditatis fuit, ut Asiã oẽm uelut examine
aliquo implerẽt.Deniq; neq; reges orientis sine mer
cenario Gallorum exercitu ulla bella gesserunt,neq;
pulsi regno ad alios q̃ ad Gallos cõfugerũt. Tãtus ter
ror gallici nominis siue armorũ inuicta felicitas erat:
ut Regũ nullus suã maiestatẽ tutã,neq; amissam re-
cuperare se posse sine Gallica virtute arbitraret̃.Itaq;
in auxiliũ à Bythiniæ rege inuocati regnũ cũ eo par-
ta victoria diuiserũt: eãq, regionẽ Gallogræciam co-
gnominauerunt. Nec mõ Gallorum (quos,& Celtas
Græci dixerunt) innumeras recẽsebo victorias: ut in
septẽtrionẽ ꝓfecti Celtoscytis nomẽ imposuerũt, ut
Hispania lõgẽ lateq; domita Celtiberos, & Gallecos
sua uictoria tęstes reliquerũt.Omittam quõ à fertilis
sima Italiæ regione(quã Latini ppea cisalpinam Gal
liã vocarũt)exactis Tyrrhenis,Mediolanum, Laudã,
Comũ,Brixiã,Veronã, Bergomũ, Vincẽtiã, Tridẽtũ,
Papiã,cõdiderunt:& Decimã Italię regionẽ ab inco-
latu suo Venetiã appellauerint. Nõ dicã qua uirtute
Senã fusis Ethruscis,deuictis Vmbris, Senogalliã, ꝓ
fligatis Lucanis Galliopolim extruxerint. Qui Ro-
manos ad Alliam fluuiũ strauerint, Romã ceperint,
captam diripuerint,direptã incẽderint. Qui ppetuo
successu Tribalos,Getas,Peones subegerũt. Græciã
impleuerũt: ut iã dixi,Macedoniã occuparũt, sedes ĩ
ea parte Asiæ posuerũt,quam à se Gallatiã nuncupa-
uere.Mitto habuisse Romanos(ẽt cũ iã sibi uiderent̃
rerũ dñi,)ad Gallicos tumultus aurũ sanctius reposi-
tũ põtifices eorũ(q in reliquũ militiæ vacatione ho-
nestabant̃) Gallicis bellis ab aris ad arma progredi
solitos.Hic referã, ꝙ solus rex Macedonię Ptolemę[9]
aduẽtũ Gallorũ intrepidus audiuit: isq; cũ paucis,&
incõpositis quasi bella nõ difficilius q̃ patrarent̃ par
ricidiorũ furiis agitatus occurrit.Dardanorũq; lega-
tionẽ viginti millia armatorũ in auxiliũ offerentem
spreuit.Addita sup cõtumelia,actũ de Macedonia di
cẽs,si cũ totũ oriẽtẽ soli domuerint, nũc, in uindictã
finiũ Dardanis egeãt milites se hr̃e filios eorũ, q sub
Alex.rege stipendia toto orbe terrarum victores fece
rint. Quæ ubi Dardano regi nunciata sunt inclytum
illud Macedonię regnũ breui immaturi iuuenis te-
meritate casurũ dixit.Igitur Galli duce Beldio ad tẽ-
tandos Macedonũ animos legatos ad Ptholemęum
mittũt,offerẽtes pacẽ si emere velit. Sed Ptolemæus
inter suos belli metu pacem Gallos petere gl'atus est.
Nec minus ferociter se legatis, q̃ inter amicos iacta-
nit,afr se pacẽ daturũ negãdo nisi principes suos ob-
sides dederint,& arma tradiderint. Nõ.n. fidẽ se nisi
inermib[9] habiturũ.Renũciata legatione, risere Galli
undiq; acclamãtes breui sensurũ si sibi,an illi cõsulẽ-
tes pacẽ obtulerunt.Interiectis dieb[9] p̃lium cõserit̃,
uicti Macedones cędunt̃, Ptholemæus multis vulne
ribus saucius capit̃,caput eius amputatur,& lãcea fi-
xum tota acie ad terrorẽ hostium circunfert̃. Paucos
ex Macedonib[9] fuga seruauit, cæteri aut capti aut oc-
cisi.Hæc cũ nunciata p oẽm Macedoniã essent,portæ
urbium claudunt̃,luctu oĩa replent̃,nunc orbitatem
amissorũ filiorũ dolebãt,nũc excidia urbium metue-
bãt.Nũc Alexãdri Philippiq; regum suorũ noĩa secu
ti,numina in auxiliũ uocabãt: sub illis se nõ tutos,ve
rum ẽt orbis uictores extitisse, ut tuerẽtur patriam
suã,quã gl'a rerũ gestarũ cœlo proximã reddidissent:
ut opẽ afflictis ferrẽt,quos furor, & temeritas Ptho-
lemæi regis pdiderat orabãt, desperãtib[9] oĩb[9] nõ uo-
tis agendum: Sosthenes vnus de Macedonũ principi
bus ratus,cõtracta iuuentute, & Gallos exultantes vi
ctoria cõpescuit,& Macedoniã ab hostili depopula-
tione defendit.ob q̃ uirtutis bñficia multis nobilibus
regnũ Macedoniæ affectãtibus ignobilis ipse p̃ponit̃.
Et cũ rex ab exercitu appellatus eẽt,ipse nõ in regis:
sed in ducis nomẽ iurare milites coegit.Interea Bre-
nus,quo duce portio Gallorũ in Græciã se effuderat,
audita suorũ,q Belgio duce Macedones vicerant.In-
dignatus parta uictoria tã opimã p̃dã,& orientis spo
liis onustam: tã facilè relictã eẽ, ipse adunatis centũ
quinquaginta millibus peditum, & quindecim mil-
libus equitum in Macedoniã irrũpit. Cum agros vil
lasque popularent̃, occurrit ei cũ instructo exercitu
Macedonũ Sosthenes. Sed trepidi à valentibus facilè
vincunt̃. Itaque cũ uicti se Macedones intra muros
vrbiũ cõdidissent,uictor Brenus nemine prohibente
totius Macedoniæ agros depredatur. Audi & eundẽ
Trogũ apud Iustinũ lib. 20.epithomatũ, ita loquẽtẽ,
Dionysium gerentẽ bellum, legati Gallorũ qui ante
mẽses Romã incẽdunt,societatem amicitiamq; petẽ
tes adeunt,gentẽq; suã inter hostes eius positã eẽ,ma
gnoq; vsui ei futurũ,vel in acie bellãti, vel de tergo
intẽtis in p̃liũ hostibus affirmãt: grata legatio Diony
sio fuit,ita pacta societate,& auxiliis Gallorũ auct[9],
bellũ velut ex integro instaurat.Sed qd in tanta secu
la Galli ualuerint, q & Romanos uaria sępenumero
victoria fatigarint? Nam, vt Antias historicus Anno
ab urbe cõdita 642.Caius Mãlius,& Quintus Cepio
procõsules aduersus Cymbros, & Teutones, Tigori-
nos,& Ambronas Gallorũ gẽtes, q̃ tunc, ut imperiũ
Romanũ extinguerẽt cõspirauerãt,missi prouĩcias si
bi Rhodano flumine medio diuiserũt,ibi dum inter
se grauissima inuidia,& cõtẽtione disceptãt, cũ ma-
gno periculo Romani noĩs Italici uicti sunt.Siquidẽ
ĩ ea pugna Marcus Aemilius cõsularis captus atq; in
terfectus est. Duo filij cõsulis cęsi 80. M. Romanorũ
sociorũq; ea tẽpestate trucidata septuaginta millia
Calonũ atq; Lixarũ ĩterfecta.Ita,& ex oĩ penit[9] exer-
citu, x. tantũmodo hoĩes qui miserũ nunciũ ad au-
gendas miserias reportarẽt superfuisse referunt. Gal
li binis castris atque ingenti p̃da potiti, noua quadã
execratione cuncta q̃ ceperant, pessundederũt, vestis
discissa,& ꝓiecta est, aurũ argentũq; ĩ flumẽ abiectũ
est,loricæ virorum concisæ, phalerę quoque equorũ
dispertitæ,equi ipsi gurgitibus immersi, homines la
queis

queis collo īditis ex arborib⁹ suspēsi sunt. Ita vt nihil pdæ victor, nihil misericordiæ victus agnosceret. Maximus tūc Romæ nō solū luctus: verū ēt metus fuit. Hæc Antias recitat⁹ à Cāpegio ī suo trac.j. de trophe is Gallorū. Et vltra īq̄t, ꝙ circa annū ab vrbe condita 483. Galli Cisalpini noui extitere Romanorū hostes. aduersum quos varia sorte bellatū est. Nā in primo ꝯflictu Valerio cōsule 3500. cecidere Romanorū. Et vt Fabius historicus attestat̃ anno ab vrbe ꝯdita 645. Lucio Æmilio Catulo, Gayo Attilio Regulo cōsulib⁹ magna formidine cōsternata senatus defectione Cisalpinę Gallię. cū ēt ex vlteriore Gallia īgēs aduēta re exercitatus nūciaret, maximè Gessatorū, ꝙ nomen non gētis, sed mercenariorū Gallorū, est. Itaq; pmoti cōsules totius Italiæ ad p̄sidiū īperii cōtraxere vires. Quo facto, ī vtriusq; cōsulis exercitu 800. mil. armatorū fuisse referunt̃. Ex q̄b⁹ Romanorū & Cāpanorū fuerūt peditū 368000. eq̄tū vero 26600. cætera multitudo fuit. cōmisso p̄lio apud Aretiū Attilius consul occisus est. 8000. Romanorū, nec saltē tanta q̄ta eos terrere debuit cęsa sui parte fugerūt. Nam tria millia eorū tūc īterfecta historici tradūt. qđ iō ignominiosius turpiusq; ēt tā paucis amissis tāta agmina diffugisse. Idē Iustinus li. 38. de Gallis & eorū virtutibus ꝯ Romanos ait. Audiere pp̄los Trāsalpinæ Galliæ Italiam ingressos maximis eā plurimisq; vrbibus possidere. & latius aliquāto solū finiū q̄ in Asiā, q̄ dicat̃ ī bellis eosdē Gallos occupasse. Nec victā solū dici Romā à Gallis, sed ēt captā: ita vt vnius illis mōtis tm̄ cacumē relinqueret̃: nec bello hostē, sed p̄tio remotū. Gallorū aūt nomē, qđ semp Romanos terruit, in partē viriū suarū ipse habeat. Nā hos q̄ Asiā incolūt Gallos, ab illis q̄ Italiā occupauerāt sedib⁹ tm̄ distare, originē quidē ac virtutē genusq; penè idē hēre. Quid. n. Plutarc. de Gallis dicit? Nōne de Cęsare loquens, sic ait? Cæsar nouē annis militās Galliā vniuersam à Pyreneo saltu alpibusq; ad mōtē vsq; Gebēnā & Rhenū Rhodanūq; populo Romano subegit ꝙ vt alius scribit historicus pacata Gallia à Cęsare maior gloria illi fuit, q̄ si totū sibi subegisset orbē. Fatet̃ tn̄ Cæsar ī cōmētariis suis li. 1. se Rhenū trāsiisse nō sua spōte: sed rogatū & accersitū à Gallis. ñ sine magna spe magnisq; p̄miis p̄dicauit, domū ꝓpinquos reliquisse, sedes habere ī Gallia ab his cōcessas, obsides ipso rum volūtate datos, stipēdiū capere iure belli, qđ uictores victis īponer̃ cōsueuerunt. nō se Galli, sed Gallos sibi bellū intulisse. Quid igit̃ de Gallis dicēdū venit, si Cæsar ob Galliā nō tā deuictā, q̄ ab ipsis Gallis deditā, maiorē gloriā meruisse videat̃, q̄ si reliquū sibi orbē pacasset? O gloriosum Gallorū genus. O genus fortissimū. O gens bellicosa, vt dicit Salustius in bello Catilinario: p̄terea ꝙ natura gēs Gallica bellicosa est, gēs aspera nec minus religiosa, gēs fęcunda, gens animosa, ferox, diues, armipotēs, eximia, egregia, fortis, alacris, armorū auida, & plurib. aliis epithetis testimonio tā poetarū q̄ historicorū adornat̃. Per ipsam. n. reges regnāt, p ipsam īperatores triūphāt. Si Galliā Cæsar nō cognouisset, nō solū imperiū nō vsurpasset, sed nec dictatoris ppetui nomē obtinuisset. Soli Frāci, soli Frācorū principes, ac duces ex oīum gentium numero ausi sūt Cęsareq; cōsulere vtilitati, & pōpeiam bello Pharsalico ī uadere ac debilitare audaciam. Sub Pōpeio multo plures militabant q̄ sub Cęsare: sed Cæsar virtute Gallorū q̄ sub ipso militabāt atq; īpetu magno hostes adorit̃ ac multos cędēdo, vulnerādoq; strauit. Cęsariani more hostiū ora feriētes eos telis cuspideq; īfestabant: quo feriēdi gn̄e hostes territi oculorū piculo, terga dare coacti sunt. Cæsar aūt duob⁹ & vigīti tm̄ milib⁹, quorū maior pars Gallorū erat, imperabat. Sub Pōpeio vero multo plures q̄ his totidē militabāt. Sed hæc victoria nō Italorū, sed Gallorū fuit, q̄ tanquā Persæ sub vno Cyro ꝯ Cresum & Assyrios hoīes timidos bella gesserūt. Itē Iuli⁹ Celsus Gallorū tn̄ ęmulus lib. 5. de bellis Cesaris, de Gallis sic ait. Galli hoīes sunt aperti, minimeq; īsidiosi, qui p virtutē, magis q̄ p insidias dimicare consueuerunt. Et Cæsar in cōmentariis suis. Illud quoq; ꝓuidentissimi ducis augebat curā, ꝙ insidiosissimo cū rege rē gerebat, assuetus dimicare cū Gallis apertis hoībus, insidiarū nesciis, nec fraudibus, sed virtute bellantibus. Et hæc Cāpegius in d. lib. de tropheis gallorum. trac. 3. Dicit tamē F. Patritius in lib. de instit. reipub. lib. 9. ti. 3. ꝙ antiqua cōsuetudo Gallorū erat, vt saga ces aliqui viri pręficiantur, qui famā ac rumorē hauriant, & viatores inuitos etiam consistere cogant: vt quod quisq; eorū de quaq; re audierit aut cognouerit q̄rāt, discantq; quibus è regionibus veniāt, q̄dq; acturi sint: & q̄cunq; acceperint moliantur q; ꝓnunciare cogant: & ista consuetudo esset bona si obseruaretur in Gallia. Sed ꝓ certo sciūt aliæ nationes istud optimè deducere ad effectum, Galli autem omnibus confidunt, omnes etiam exteras gētes, & hostes suos ad se aduentare, & residere sinunt, vnde eorum consilia sunt omnibus etiam inimicis nota & cito promulgata: qđ non fit neque apud Italos, Hispanos, Anglos, nec Alemanos, qui non sinunt extraneos patriā eorum aggredi sine saluo conducto.

Et licet multi historici Itali & alii extranei ęmuli sint, & Galli infesti suis scriptis, attamen, verū nōnunquā ꝓfiteantur necesse est, mitto antiquos. Quid aūt recētiores de eis sentiāt, adduco F. Philelpheū Italū in quadā epistola ad Carolum VII. Franciorum regē. ita. n. ait. Si uerum sine cuiusquam inuidia fateri licet postea quā impia, & immanis illa sceleratissima Mahumeti secta inualuit, nullum est vsquā hoīum genus, cui plus debeat Christiana religio, quam inuictæ Francorum nobilissimeq; virtuti, vt supra iam dixi, vbi Galli laudantur ex fide Christiana.

Antonius Sabellicus Enneadis 10. li. 3. de virtutibus & moribus Gallorū, sic inquit. Ritus Gallorum, omnino diuersus ab eo q̄ olim fuit. Malorū quondā dęmonum cultores hi vt cæteræ gētes, nunc verę pietatis obseruantissimi: uiuebāt tunc populi q̄sq; sibi, viuebāt & ciuitates. Pauci numero reguli ī tota gēte, nūc regis imperiū latè oīa tenet Matrimonia Italico ritu celebrant. Liberales artes multis curæ sunt, & imprimis diuinarū artiū studia. Gymnasiū qđ Parisiis est id declarat, oīum quę sunt ī terris celeberrimum. Sūt & Romanorū literarū appetētissimi, nec Græcas aspnant̃, Penes magistratus iudicia sunt. regū est hos

legere

legere & īstituere.ī bellis cataphracto equite vtunť, pediteq; leuiter armato vtunť,& sagittariis q̄ longiores intendunt arcus,nec corneos, vt Scythæ & totus ferè oriens : sed ex taxo aliave duriore materia, sunt Fr̄aci è Troiana stirpe oriūdi.De pluribꝰ aliis historicis æmulis Gallorū,vide p Cāpegiū ī trophæis Gallorū tract.3 .p Textorē ī suis epithetis,ī verbo , Galli.p Lūgoliū ī sua oratione de laudibꝰ Frācorū vbi & amplè de laudibꝰCaroli magni aliorūq; regū Frāciȩ.De Rolādo,de Gothofredo Bollionio,& de Balduino,q̄ p fide Christiana multa bella gesserāt: de q̄bus s̄.ī 5. par.ī 31.cōsid.vbi fit mētio de regū Frāciæ laudibus.

Baptista Mātuanus(qui vt Italus nobis fauere nō consueuit) testimonium de Gallis & Gallia tulit in lib.2.de sancto Dionysio. vbi terram ipsam,mores,& virtutes populi collaudat in hunc modum.

Gallia terreni pars est non infima mundi.
Sed longe lateq; parens Hispanica tangit
Oppida ab occasu,sese coniungit ab ortu
Italiæ:nostro hinc pelago(qua respicit austrum)
Clauditur:Oceano geminas quæ respicit vrsas.
Vnde uenit boreas,hibernaq; frigora surgunt.
Et vada Theutonici tangit vastißima rheni.
Terra hominum frugumq; ferax,armenta,gregesq;
Vberibus pascens plebis,non languida cœlo
Tabifico: non mortiferis infecta venenis,
Vt Lybiæ,non perpetuis adoperta pruinis,
Sicut hyperborei montes,non torrida ab æstu.
Qui faciat steriles (vt decolor India) campos.
Non etiam noctis pollens semestribus vmbris:
Quale sub Arcturo positum mare & vltima Thulæ
Sed nec vt Aegyptus:quia fusa palustribus vndis,
Sed cœlo & teneræ fœcunda vligine terræ.
Insita Gallorum ingenijs (quanquam modo circa
Numina cum reliquis lusi mortalibus errent)
Religio,postquam fuerint ad sancta redacti
Legis scita non vlli constantia maior,
Nulli maior erit pietas in numina genti.
Defendet mucrone fidem,belloq; domabunt.
Quoscunq; audierint Christum se attollere contra:
Et certum munimen erunt,quod non sinat iram
Barbaricæ gentis nostros incurrere fines.

Subiungit tandem.

Gallia fert acres animos,& idonea bello
Corpora,non illis ausit componere sese
Thracia,quæ Martem genuit,non Parthia versis,
Quæ bellatur equis fugiens,licet inclyta Crasso
Facta sit extincto,signisq; superba latinis.
Quas gentes olim non contriuere? per omnem
Inuecti Europam,quasi grando aquilone vel austro,
Importata graui paßim sonuere tumultu.
Scit Romanus adhuc, & quam Tarpeia videtis,
Arx attollentem caput illo in monte superbum :
Pannones,Aemathij norunt,scit Delphica rupes,
Quæ nisi terrificis subito conuulsa ruinis
Oppreßisset,eos non defendisset Apollo.
Conferta argento templi sacraria & auro.
Intrauere Asiæ fines,prope littora Ponti.
In gentem creuere nouam,quæ tenditur vsque
Ad iuga Pamphilium garamantica sydera contra.
Inter Cappadoces posita & Bithynica regna.

Item in eodem libro.

Ignea mens Gallis & lactea corpora nomen
A candore,datum populis,muliebria tingit
Ora color tyrius,paphium meditata decorem.
Ex geminis fecit natura coloribus vnum:
Læti,alacres,lusu choreis,& carmine gaudent:
In venerem proni,proni in conuiuia,proni
Ante dapes ad sacra Deum seruire,iugumq;
Ferre negant,fugiunt figmenta & hippocrisin,ore
Liberi,& ingenuis mos est,tetricosq; perosi,
Venatu aucupio campos,montana lacusque
Solicitant:bellandi vsu lætantur equorum.
Terga fatigantes,loricæ hastilia,& arcus.
Delitiæ genti,sub dio ad sydera somnum
Carpere,fuscari sole & ferrugine pulchrum est.
Puluere conspergi,& grauibus sudare sub armis,
Pro patria,pro cognatis,pro regibus ire,
In pugnam & gladios,& morti occumbere dulce est.

Ludouicus Bologninus iurisperitus de felici imperio,& statu Gallorum sic scripsit.

Francorum reges sacro sub nomine nati,
Concilio semper valuerunt semper & armis,
Sanctaq; fautores bonitatis iura tenentes
Appellat Romana suos ecclesia agnatos,
Et primogenitos,tali sunt nomine digni,
His Deus imperium dedit,& sua iura tuetur,
Vnguntur,sancti fiunt quicunque creantur:
His subsunt centum generosi nominis vrbes.
His populi subsunt, gentes & maxima regna,
His fines sine fine patent,pater vnus & orbis.
Innumeri his subsunt domini,dominiq; tenentur,
His præstare fidem verbo,hos defendere & armis.
Omnes conueniunt,nemo est his arma recusans,
Pro sacro imperio Francorum & iure tenendo.
His medio est sextus Ludouicus nomine magnus,
Qui belli & pacis dominus bene cuncta gubernat,
Auget & imperium propria virtute Deorum,
Hic prius indomitos superauit marte Ligures,
Auspice,Sforciadas pariter captosq; subegit.
Sed pius,& clemens vitam donauit vtrisque,
Hæc generosa fuit maior victoria prima.

De aliis verò duabus principalibus orbis partibus, Asia,scilicet & Aphrica,& earum partialibus prouinciis,seu regionibus,& de laudibus & cōmendatione ipsarum nunc scribere supersedeo,cùm satis superq; de ipsis per historicos,cosmographos,& alios , quisque studiosus videre & indagare poterit.

DEcimaoctaua cōsid.Q̄m ex quo aquæ sūt necessariæ ad victū oīum aīaliū, plus q̄ aliæ res mundi,ita q̧ ex siti hoīes morerenť.vt dicit tex. in l.fin.ff. de riuis.excellētias aquarū paucis pstringēdo cōplectiť: q̄m aliquȩ sunt aliis excellentiores.Et primo de aqua cȩlesti seu pluuiali,q̄ excellentior est aliis,cum, vt dicit Aristoteles lib. 8. de natura animaliū:Pisciū (iquit)genus maxima ex parte amnis fluuiis bene viuit.Ita.n.non mō plus cibi nāciscunť, verū ēt pluuio humore iuuať,vt ea q̄ terra gignunť.Olera.n.q̄uis rigētur: tn̄ non tm̄ proficiunt quantum imbre.Quod & ipsum harundinibus lacu prognatis euenit. nihil enim

hil.n.ferè accreſcunt,niſi aquæ pluuiæ accedant.

Adde Auerroë quoq; tract. 2.1. part. Cāticæ ſup eo cantico. Aqua pluuialis purior cęteras antecellit: ſi fermè ꝓdere. Aqua pluuialis optima eſt, ac fontanis fluuialibusùe excellentior lōge. Addit Auicen.eā ꝓcipue ꝓbari q̄ æſtiua ſit,& Ioue tonāte decuſſa, tenuitatis ratione,ſicuti interpretant͛ naturaliū periti. Quæ qdē attenuatio fit tū virtute cœli eleuātis, ſurgētisùe,tū calidæ,ſiccęq; exhalationis intra nubē inflāmatæ.vn̄ ſint tonitrua perrupta nube.Illud obſeruatione dignū qđ ab eodē ſubnectit͛ Auicē.Nec ꝑterijt medicinæ primo Pau. Aegineta, eſſe quidem ꝑcipuū aq̄ pluuiæ humorē, verū citiſſime cōputreſcere,q̄ ſit attenuatus nimiū.Proinde celerius in eū agere,corrūpēdo terreſtrē aereūve colorē non naturalē. Hauſtū vero potu humorib⁹ putredinē cōcinare, pectus oblędere,vocē ebetare.Putreſcēdi tn̄ cauſa inde ꝓruunt nōnulli,& Paulus ꝓcipuè.qm̄ aq̄ id genus à diuerſis admodū humiditatibus ꝓtollant͛, velut de cadaueribus,paludibus,vt lacus ꝑtereā,ſtagna mare. Quā rationē approbaſſe Galenus videtur. Sed,īquit Auicen.ſi probari cauſa hæc poſſet,vituperari digna foret cęleſtis aqua.Igit͛ attenuatio excellēter facta putrefactione ꝑceleri anſam ꝑbere vero fit ſimilius. vt n.attenuatiſſimū quodq; ē,ita ēt mutationi obnoxiū maximè cenſet͛. Statuendū tn̄ ſic opinant͛ q̄ diſceptātes cupiūt ſn̄ias cōciliare.Nil ꝓhibere quin q̄n̄q; cōputreſcat aqua pluuia: q̄a à tabidis corporibus aquarū ſecernatur materia.Quod euenit ferè latius graſſante peſtilentiæ vi.verū ſubnotemus, & diuerſitatē alteram. Galenus idem in libro de bonitate aquæ ſic propemodū ſcriptū reliquit. Aquas inquit pluuias ferò leuiſſimas eſſe, ſubtiles itē ac puras, bonaſq; & guſtui ꝑdulces.Educit enim ſol, & rapit tenuiſſimū quodq; ex aquis. Vernæ hyemaleſq; cenſeri debent præſtantiſſimæ,ſicciores quidē à terra tollunt͛ æſtate vapores,nec nō autumno quoque.At terroſus,vt ſic dicam,aer eſt,quē deiecta perpurgat pluuia.Propterea id genus aquæ duriores euadant neceſſe eſt, inq̄t Hippocrates.Ex aquis leuiſſimæ ſunt pluuiæ & dulciſſimæ,atq; itē clariſſimæ,ac tenuiſſimę. Ratio autē inquit idē ex ſole tenuiſſima queq; proliciente ac leuiſſima.Hæc Cælius lib.4.lectionum antiq.3.5.Et rationē bonitatis cęleſtiū aquarū ponit eo. li.c.36.qđ videas,& in c.37. ponit quibus nocumēto ſit cęleſtis aqua:ſed circa talia nō inſiſto. & de laude aquarū iā aliquid ſupra ead.par.12.cōſid.relatū eſt, in qua fit mētio de quatuor elemētis, & infra latius videbitur.

Fert͛ & Athenis terrę fuiſſe ſimulachrū(vt Pauſanias ait) ſuppliciter à Ioue pluuiam comprecantis: Cuius in mōte Hymetto viſebatur ara,vt refert Cælius libro lectionum antiquarum 14.c.39.

Addo aquam benedictā multū laudandam, cum magis ꝓſit ad ſalutē. Nam ſanctificat & purgat nos, tollēdo venialia peccata: bona multiplicat īſidias diaboli auertit, & à fantaſmatis verſutiis hoīes defendit,vt dicit tex.in cano.aquarū.de conſecr. d.3.& ibi Archid.referēs ꝙ in cōcilio Naneten.ita fuit ſtatutū oībus diebus dominicis, qſquis præsbyter in ſua eccleſia ante miſſarū ſolennia aquā benedictam faciat in vaſe nitido,& de eadē populus aſpergat͛: & vnum mirandū eſt,& eſt grande experimētum fidei noſtrę, ꝙ aqua benedicta quæ fit in vigilia Paſchæ vel Pentecoſtes nunquam putreſcit,ideo præſtantiſſima.

Hic ēt de aquis terreſtribus eſt dicēdū. Quæ qdē ſunt diuerſæ: aliæ.n.ſalis, aliæ nitri, aluminis, aliæ ſulphuris,alię bituminis, alię curā morborū adhibēt.Nā,vt ſcribit͛ in trac.de locorū ac mirabiliū mūdi deſcriptione,c.26.& eſt poſt geographiā Ptholemæi.Iuxta Romā Albulæ ea q̄ vulneribus medētur.

In Italia fons Ciceronis oculorum vulnera,& languores curat.

In Aethiopia lacus eſt,quo perfuſa corpora velut oleo niteſcunt.

Zaniæ fons in Aphrica canoras voces facit.

Ex Clitorio fonte Archadiæ qui biberint, vini tædium habent,eoſque abſtemios reddit.

In Chio inſula fontē eſſe dicunt,quo habetes fiūt.

In Boetia duo fontes,alter memoriam,alter obliuionem affert.

Cocici fons amorem Veneris tollit,

Boethiæ Lacus furialis eſt,de quo qui biberit,ardore libidinis exardeſcit.

In Campania ſunt aquæ, quæ ſterilitatem fęminarum,& virorum inſaniam abolere dicuntur.

Et refert Cælius lib.antiquarū lectionū 9.c.25.in fi.fuiſſe in Achaia ciuitatē Argyrā nomine, ac fontē quoq;& in propinquo fluuiū Selemnū,ab adoleſcēte dictū, qui Argyre Nymphæ illaqueatus amore,ac deſiderio exardeſcēs, ſit à Venere ī eum deformatus. Vn̄ Selemni aquā id adeptā laudis ferunt,vt ea ablutos amore liberet,tā viros,q̄ fęminas.Quod ſi,eſt (inquit Pauſanias) omni auro ꝑtioſior eſt Selēni aqua.

In Aethiopia fonte rubro q̄ bibit, Limphatic⁹ fit.

Lechircis fons Archadiæ , abortus fieri nō patit͛.

In Sicilia fontes duo ſunt,quorum vnus ſterilitatem fœcundat,alter fęcundam ſterilem reddit.

In Theſſalia duo sūt flumina, ex vno bibētes oues nigras fieri ferunt, ex altero albas, ex vtraq; varias.

Clitūnus lacus ī Vmbria maximos boues gignit.

Reatinis paludum aquis, iumentorum vngulas indurari dicunt.

In Aſphaltide lacu Iudęæ nihil mergi pōt qcq̄d animā habet,& eum aliqui mortuum mare vocat,& à fundo aſphalten ſeu picē euomit, quā etiam bitumen appellant, & pro pice in nauibus vtuntur.quę res cū adhuc humida ab aqua educit͛,aiunt alio remedio diſiuugi,atq; à ſe ipſa ſeparari non poſſe, niſi mulieris menſtruo ſanguine,aut vrina.

In India Syden vocatur ſtagnum,in quo nihil natat,ſed omnia merguntur.

Ecōtra in Alce lacu per Porcidamum omnia fluitant,nihil mergitur.

Marſię fons in Phrygia ſaxa generat.

In Achaia aqua profluit è ſaxis, Stix appellata, ꝙ illico potata interficit.

Celomium ſtagnum Sicilię, tetro odore remouet approximantes.

Fons eſt in Aphrica,circa templum Ammonis, q̄ humoris nexibus humum conſtringit.

Fons

Fons Iob ĩ Idumæa quater in anno colorẽ mutare dr̃ in puluerulentum sanguinẽ, viridẽ, & limpidum: tribus mensibus in anno retinẽs ex his vnum colorẽ.

In Trogloditis lacus est, qui ter in die fit amarus. & deinde toties dulcis.

Fons Silua ad radicem montis Sion, non cõtinuis aquis, sed in certis horis diebusque ebullit.

In Iudæa quodã riuus sabbatis oĩb⁹ siccabat̃, licet aliis dieb⁹ satis ĩgẽtib⁹ aquis p̃cepsq; deflueret. ab eo facto sabbatic⁹ appellabat̃, & ĩter Acharã Apameãq; labebat̃ in ea Iudęæ parte in qua regnauit Agrippa.

In Sardinia fontes calidi oculis medẽtur, fures arguunt. Nã cęcitate detegitur furtum eorũ, si sacramẽto dato oculos aquis eis tetigerint, & alii dicunt esse Palici stagna in Sicilia iuxta Symnetum amnem.

In Asia quoq; iuxta Thianã fons Iouis appellatus frigidus vehementer ebullit, ac potãtes ex eo periuros stati graui vlcere, manib⁹ ac pedib⁹ eorũ pcussis magno dolore illic vera fateri cogebat: vera aũt iurãtes nihil oĩno lędebat, vt Philostrat⁹ scribit, & recitat B. Fulgos⁹ li. i. de miraculis. c. de stagnis palici, &c.

In Epyro fontem esse ferunt, in quo faces extinguuntur accensæ, & accenduntur extinctæ.

Apud Garamantes fontẽ esse ita algentem die, vt non bibatur, ita ardentem nocte, vt non tangatur.

De pluribus aliis fontibus diuersarum virtutum, vide eleganter per F. Patritium in institutione reip. lib. 7. ti. 10. & infra ista consideratione in fine.

Iam verò in multis locis aquæ manãt perpetim feruẽtes tanta vi, vt balnea calefaciant, vt apud nos Heduos in oppido Borbonii Anserici, apud Borbonios in Borbonio larchẽbaut. Et est Aquis, q̃ est vrbs capitalis ꝓuĩciæ, & ĩ plurib⁹ aliis locis Galliæ. In Germania vt est Aquisgrani, aquæ ẽt calidæ scaturiũt. Itẽ ĩ Italia vt apud Viterbiũ, q̃ ciuitas dicta est, quasi vita inermiũ veteranorũ, qb⁹ b̃ñmerentibus & honesta militia missis locus ille q̃etis, ac inter balneas ad curãdas ęgritudines Romæq; ꝓxim⁹: vt ab his si opus esset, cõsiliũ haberet̃, designabat̃. Quod euenit. Nã q̃dã terræ sunt q̃ multũ sulphuris & aluminis hñt. Itaque cũ p venas calẽtes aqua frigida venit, vicino sulphuris calore contacta excandescit, nec talis ab origine profluit: sed permutatur dum scaturit & vehit. Sulphur. n. & alumen secum ferunt aquæ materiam igne plenã, mirisq; motibus incalescentẽ. sed de hoc plenè infrà 77. consid. dictũ est. Et adde vnũ scitu dignũ: scribit Vict. li. 4. ꝙ aquę neruicos & podagricos efficiũt, sulphurosi fontes neruorũ labores reficiunt. Hæc singularia, proprietates seu naturæ, de prædictis scribuntur in loco supra alleg. & plenissimè Plin. in li. 2. naturalis historiæ. c. 106. vbi de multis fontibus mirãdis. &, vt dicit ibi, ꝙ aquarũ natura à miraculis nõ cessat. Nã plures sunt fluuii, & fontes, q nõ solũ diuinis honorib⁹ colunt̃, verũ ẽt Iconiis & simulachris etiam humanis dicari cõsuetum est, vt infra dicetur.

Natura aũt aquarũ est multiplex, & habet multas proprietates aqua. vt dicit Anton. Floren. in sua summa. in 3. par. li. 14. c. 2. §. j. vbi dicit, ꝙ est refrigeratiua, purgatiua, susceptiua luminis, fęcũdatiua aĩaliũ, suffocatiua, & mollificatiua terræ. Aquarũ itẽ mirandã naturã. vide per Cęlium lib. antiq. lectio. 14. in fi. vbi inter alia dicit fontẽ apud Trezenios fuisse, cuius perẽnes aquas p̃cipuè sunt admirati in 9. ann. siccitate, quibus pluit nũquã, accrescentibus cæteris oĩbus.

Et inter plura maria est vnum quod dr̃ mare magnũ, quod ab occasu ex Oceano fluit in meridiẽ vergit, deinde ad septentrionẽ, quod inde magnũ appellat̃, qa cætera maria ĩ cõparatione eius minora sunt. Istud est mediterraneũ, quia per mediã terram vsque ad orientem, Europam, & Aphricam, Asiãq; disterminans. Cuius primæ partis sinus, q̃ in Hispanis per fundit̃ Ibericus & Balearicus appellat̃, deinde Gallicus qui Narbonensem prouinciam alluit. Mox Ligusticus, q iusta Genuã vrbẽ est proximus. post hæc Tyrrhenus, qui Italiam attingit, quẽ Græci Ionicum, alii inferum vocant. deinde Siculus, qui à Sicilia vsq; ad Cretam vadit. deinde Creticus, qui in Pamphiliam & Aegyptum pertendit, & sic de singulis. vt in dicto libro de mundi descriptione. c. 28. vbi describuntur alia maria à diuersis rebus, locis, regionibusve deuominata, vt ibi uidere poteris. ex quo non insisto, cum sufficiat, ꝙ mare magnum est aliis excellentius.

Sed tñ inter alias aquas terrestres, aqua maris est excellentior. Cum mare sit mater aquarũ. *Et dicit Plinius*, ꝙ omni plenilunio maria purg*antur*, *quædam* & statuto tempore circa Messanã & Mylas fimo similia expuuntur in littus purgamenta. vnde fabula, Solis boues ibi stabulari. His adde, vt dicit Plin. lib. 2. naturalis historiæ c. 101. vt nihi quod nouerit præteream, Arist. nullum animal nisi æstu recedente expirare affirmat. Obseruatum id multũ in Gallico Oceano. & dũtaxat in hoĩe compertum. *Altissimum* est. n. omnium aquarum, vt dicit Plinius eod. lib. 2. c. 11 vbi dicit, ꝙ altissimum mare est quindecim stadiorum, prout tradit Fabianus. Alii in Ponto ex aduerso Coraxorũ gentis vocant Bathea ponti trecentis ferè à continenti stadiis: immensam altitudinẽ maris tradũt vadis nũquã repertis. De duersis *nominibus*, & quomodo Oceanus dicitur pater ac ppetuus hospes oĩum aquatum, & ꝙ sunt maria famosa nu. 53. vide in supplemento Cronicarum. lib. 1. circa princ. Cur mare vndabundum incalescat, reliquis aquis agitatu frigescentibus, per Cęlium lectionum antiq. lib. 14. c. 7. & eodem lib. c. 9. Cur mare dulcibus aq̃s minus frigidum. Item cur perlucidũ. & ibi c. 11. Cur maris aqua hyeme sit amara minus, & dulces æstate fiant deteriores. & c. 13. Cur mare nauseabundos faciat, & mare cur salsum. ibid. c. 15. & c. seq. An maris superficies sit salsior.

Aduertendũ est ẽt, ꝙ inter alias aquas terrestres, mari sunt plures fluuii seu flumina. Et inter fluuios q̃dã ꝓpriis ex causis noĩa acceperũt. ex qb⁹ nõnulli notandi sunt, qui in historiis celebres memorantur.

Geon. n. fluuius est de paradiso exiens, atq; vniuersam Aethiopiã cingẽs, sic vocatus, ꝙ incremẽto suæ inundationis terrã Aegypti irriget. Ge-n. Græce latine terrã significat. hic apud Ægyptios Nilus dictus est, pp limum quem trahit, qui efficit fœcunditatẽ. vnde & Nilus dicit̃, licet antea latine Milo dicebat̃.

Apparet autẽ in Hylide lacu, de quo in meridiem versus

versus excipitur Aegypto, vbi Aquilonis flatibus repcussus, aquis retrolustrantibus intumescit, & inūdationē Aegypti facit. Aegyptus aeris calore semper solē habet, nūquā nubes vel imbres percipit. Cuius loca Nilus fluuius æstatis tpe sole in cācro existēte inūdat, quæ pro fluuiis vtunt. Oritur. n. fluuius idem inter Austrū & ortū. Etesiarū flatus ex zephiri parte. i. ab occiduo flant. Et habet certum tempus. Nascuntur. n. mense Maio. Quarum flatus initio lāguēs est, sed per dies augescit. Nam flant ab hora sexta vsq; in duodecimam. hoc igitur statu resistunt ei vndis oppositis, quæ etiam ostiis eius quibus in mare influit, arenarum cumulis Nili fluctus intumescūt, ac retro uerti cogunt. Sicq; aquæ erūpentes propelluntur in austrū. quibus congestis Nilus in Aegyptū erumpit. quiescētibus quoq; Etesiarum flatibus, ruptisq; arenarum cumulis rursus in suum alueū redit fluuius. de cuius laudibus infra videbit. & vide F. Patritium de institutione reipublicæ lib. 7. tit. 12.

Alius est fluuius ex paradiso terrestri exiens, qui dr̄ Gāges, & pergit ad Indiæ regiones, quē Physon sacra scriptura noīat. i. cateruā: qa decē fluminib⁹ magnis sibi copulatis replet & efficit vnus. Fert autem Nili modo exaltari, & sup orientis terrā erūpere, ac secū arenas aureas trahere.

Alius & tertius est fluuius ex ipso paradiso egrediens & contra Assyrios fluens, & post multos circuitus in sinum Persicum influens, & est fluuius Mesopotamiæ, qui dr̄ Tigris propter velocitatem, instar bestiæ tigridis nimia pernicitate currentis.

Alius & quart⁹ est fluuius Mesopotamiæ Euphrates noīe de paradiso exurgens, copiosissim⁹ gemmis, qui ꝯ Caldeos vadit, & per mediam Babyloniam influit. Hic à frugibus vel ab vbertate nomen accepit. Nā Euphrata Hæbraicè interpretatur fertilitas. Mesopotamiam. n. in quibusdam ita vno & eodem tempore irrigat, sicut Nilus Alexandriam. Hæc sunt quæ dicuntur in ea mundi descriptione cap. 33. vbi ex supradictis satis perspici potest, Nilum esse excellentiorem omnibus aliis fluuiis, quod aperte asserit Phil. Bergom. in suo supplemento Cronicarum lib. 1. circa principium. vbi ita inquit, ꝙ est fluuius totius orbis permaximus, qui totam circuit Aethiopiam atq; Ægyptum. de quo Lucanus in decimo dicit.

Archanum natura caput non dedit vlli,

Excellentia. n. illius considerat ex multis. Primo pp eius longitudinem, & amplitudinem, cum sit totius orbis permaximus, vt dixi. Secundò quoniam in eo sunt septingentæ insulæ, inter quas est illa celeberrima Meroæ, Sabbæ reginę sapientissimæ regnum. De Niloticæ aquæ laude præcipua refert Cælius lectio. antiq. lib. 14. c. 39. Cum ait, ꝙ ea cunctis virtutibus insignita creditur. Nam in medicinæ ratione fluuialis aqua & palustris dānatur, præter Niliacā, est haustu suauis, modiocrem in aluo moram ducens. sitim porro restringit commode, nec frigida quidē vllū inferens nocumentū, & Galenus Nilū ita laudat, vt bonitatis excellentia paucis admodū cōparari fluminibus possit, Nam & mulierū fœcunditatem & partionem insigniter adiuuat. Ex eo p̄terea in Ægypto solę orum palustres aquæ redduntur cōmodiores, quando æstate nec cōputrescūt omnino. Seneca in naturæ q̄stionibus. Pleraq; sunt (īquit) ꝯ uorū ratio reddi nō pōt, vt cur aqua Nilotica fęcūdiores faciat fęminas: adeo vt quarūdā viscera lōgē p̄clusa sterilitate ad cōceptū relaxauerit: Auicē. primo canonis quatuor ex causis Nilo īcōparabilē bonitatis vim scribit attributā. Quarū prima statuit à cursus lōgitudine. Secundā ascribit regionis nitori ac p̄stātiæ, p quā fit aquarum delapsus. Tertiā putat ꝙ à meridie ī septētrionē deferant, sic. n. attenuari amplius. Postremo & immēsam suffragari fluminis molem. Præterea dicūt Iouis vice fuisse Ægyptiis Nilū. Vnde apud poetā Permenonē scribitur. Iuppiter Ægypti Nile. qm̄ vt dixi, certis annis, tēporibus superfusus ripis imbrium modo mirā campis fertilitatem inferat. Vnde Tibullus de eo.

Te propter nullos tellus tua postulat imbres.
Arida nec pluuio supplicat herba Ioui.

Dicitur inde & Chrysorrhoas quasi auro fluens. Ex quo videm⁹, ꝙ graues pęnę sanciunt à iure cōtra eos q̄ chomata seu aggeres Nili ruperint, vel violauerint omnino, vel p̄ter vetustatis morē, ita ꝙ cōcremari debent, vt est tex. ad literā in l. vnica. C. de Nili aggeribus non rūpendis. & ibi glo. Cy. Albericus & Salicetus dicūt idē esse ī aliis fluuiis, vbi possit esse magnū dānū, vt in Pado fluuio Italiæ, qđ nō credo esse verū. Cum nō possit esse talis & eadē ratio, sed alia pœna extraordinaria puniri deberet. Nā ī Ægypto nō pluit, vt dicit gl. in rub. C. de cupressis. sed secus ī Italia, aut aliis locis. Ideo ex ruptione aggerum Padi, vel alterius fluuii sterilitas & tm̄ dāni īferri nō pōt, ideo &c.

Ad p̄dicta facit, qa ēt emētes & vendētes arbores cupressi, in certis locis Ægypti quinque libris auri mulctandi sunt, vt in l. j. C. de cupressis. lib. 11. & est ratio, quia dictæ arbores continent aggeres tenentes aquam Nili, q̄ oportunis temporibus spargitur per agros, vt dicit d. gl. rubricaria, & iam suprà tactū est.

Sed ulterius p̄gamus cū Cęlio, q̄ altius de aquarū p̄stantia īuestigat. Reliquorū (inquit) aquę fluminū difficiles cēsent arefaciēdo ac sitim amplius accēdēdo p̄sertim si regionū adsit malignitas, nec aer admodū accōmodus, qđ notauit Diosco. Auicenna eam aquā ita p̄bat, q̄ ortum præcipuè æstiuū, semperq; bonitate p̄ficere, dū à fonte disclusa abit longius. Secundò p̄batur q̄ in septētrionē profluat, licet Pau. Egineta satis eam non p̄bat: qm̄ sit īcessu tarda, duraq; aqua rursum īcalescere tardius, ac frigescere, cui diuersum faciat ortū petēs. Improbant oīno in occasum meridieue delabētes, p̄cipuè meridionali assiliēte afflatu.

Putearias quoq;, nec satis p̄bas præ fontanis arbitratur Auicen. ꝙ terrosæ plurimum sint: vt q̄ in arcto contineantur occlusæ. Porrò inesse & putrescētis materiæ q̄ppiā necesse est, illuc solis radio minus p̄tingēte, nec prorsum p̄flatu vllo vapores corruptioni obuios detergente: dicūt Galenus & Paulus vnam esse bonarū, & malarū aquarū cognitionē. Si hyeme quidē calent, frigent verò ęstate: deinde si puræ sunt, nec colore obleso vitiatoue. Et si mala nequaq̄ fuerit hypostasis, hoc est, subsistentia siue substātia. Item si leues sint qn̄ terræ promixtionē coarguit pōdus. Cōsideratur

ſiderat prætereа incaleſcāt ne ſtatim frigeſcāt ve, huiuſmodi.n.præſtare. Niuis aqua potui peſſima eſt, vt ſcribit Ariſt. vt refert Aul. Gel. noct. Atticarū lib. 19. c. 5. An aūt aqua ſit coloris expers, Cęlius lectionum antiquarū lib. 14. c. 9. & eod. li. c. 16. ſcribit rationem cur aquæ fluentes ſint dulces & aquarum colores.

De balneis & medicis aquis elegāter ſcripſit F. Patritius de inſtitutione reip. lib. 7. vbi de ſulphuratis, aluminoſis, bituminoſis, & nitroſis fontibus, & quō vrbes & caſtra iuxta optimas aquas ædificari debent. Item de ſignis aquæ puræ, & de aquis in ſalubribus.

Sed continuando materiā ſunt & plures alii fluii qui & à poetis & hiſtoricis celebres memorantur, vltra quatuor ſupra enumeratos, inter quos enumerantur in dicta deſcriptione locorum 22. & ſunt ſequētes. Hydaſpes.

Arar ſeu Araris, fluuius eſt Galliæ Celticæ p fines Heduorū, & Sequanorū in Rhodanū fluens. Lucanus lib. 6. Rhodanūq; fluētē pcipitauit Arar. Oritur è finibus Germanorū & labitur inter ducatum & comitatū Burgundię à parte oriētis & vulgo apud nos Sagona dr̄, mira tranquillitate per ciuitatis Lugdunenſis mediū interlabens: & ita influit vbique incredibili leuitate, ita vt oculis in vtram partem fluat iudicari non poſſit. Iſta ſunt verba Cęſaris in ſuis commētariis de bello Gallico lib. 1. ideo molēdina nulla aut rara habet nec naufragiū facit. Fluui⁹ qppe piſcib⁹ diues & laudatiſſimus, carpis craſſiſſimis pcipuè.

Bactrus, Coaſpis, Araxis, Orontes, Iordanis, Cydnus, Pactolus, Smyrnus, Meāder, Thanais, Inachus, Padus Italiæ fluuius alio nomine Eridanus dictus, q rex fluuiorum à Virgilio in Georgicis deſcribitur, Tyberis ſeu Albula.

Danubius ſiue Iſter qui in Europa plus omnibus ſecūdum eundē Ptolemęū, famā habet, cū ſit permagnus Germaniæ fluuius à niuiū copia quibus augetur (vt fert) vocatur, de quo Auſonius epigrāmatiſta.

Danubius penitis caput occultatus in oris.
Totus ſub veſtra iam ditione fluo.
Qua gelidum fontem medijs effundo Sueuis.
Imperijs grauidas quas ſeco Pannonias.
Et qua diues aquis Scythico ſoluo oſtia Ponto.
Omnia ſub veſtrum flumina mitto iugum,
Auguſto dabitur, ſed proxima palma valenti,
Inuenies fontes hic quoq; Nile tuos.

De cuius laude & excellentia, vide Franc. Irenicum in ſua deſcriptione Germaniæ li. 8. c. 17. cū pluribus ſequentibus. & ibi ſcribit, an Nilus Danubio ſit maior. & ibi etiam de pluribus Germaniæ fluminibus.

Rhen⁹ fluuius Galliæ īter tres Europæ maximos fluuios computatus, qui iugo Rheticarum Alpium vſque in Oceani profunda curſus ſuos dirigit.

Rhodanus Galliæ fluuius, q adeo magni & velocis curſus eſt, vt vix (pcipuè flāte borea) aduerſa poſſit nauigari aqua. Ferūt, & verū eſt hūc fluuiū Alpibus oriri, q Italiā à Gallia diuidūt: nō lōge à fontibus Rheni & Danubii. Fertur per Lemanū lacū Gebēnæ vicinū, & verſus occidentē, p Galliā fluens motu pcipiti ciuitatis Lugdunēſis muros ab oriētali parte alluit, & in loco plano ſub ipſa vrbe, & prope eā Arar Rhodano cōmiſcet. Inde ad meridiē cōtters⁹ & Iſarā Druētiāq; ſuſcipiēs, ī Thirreni ęquoris freta irrūpit. Scribit Aul. Gel. poſt M. Varronē noct. Atticarū li. x. c. 6. īter flumina q̄ vltra īperiū Romanū fluūt prima magnitudine eſſe Nilū, ſ̄m Iſtrū, pxima Rhodanū.

Iberus, Minius, Tagus, q cæteris fluuiis Hiſpaniæ prælatus eſt, quia copioſus aureis arenis, Bæthis.

Sūt & plures alii fluuii ī Gallia pcelebres & maximi nauigabilesq;, de qbus nō fit mētio in pdicta deſcriptione locorū, ſed Ptholemęus ī ſuis tabulis li. 2. & de eis iā meminimus ī iſta parte ſupra de laudibus Gallorū, & ſunt Carōtonus, Moſa, Moſella, Dordona, Atheſis, Druētia, Iſara, q duo fluuii Rhodano ſe iungunt. Scaldus, Lizia, Matrona q orit apud Lingonas, Sabus. Garūna dilabēs ex Pireneo in Oceanum excurrit. Eſt.n. ī Gallia Narbonēſi terminās Aquitanos, diſtans à Narbone ſtadiis octingentis tribus: deinde amplificatus amnibus per Bituriges & Santones Gallicam vtraque gentem effluit.

Ligeris ſeu liger orit in finib⁹ Aruernorum, & diſterminat campos noſtros è campis Borbonjis à parte meridiei, & in Oceanum influit, maximi curſus eſt & vtriuſque Ligeris, ſcilicet & Garumnæ duo ſtadiorum milibus nauigatio eſt.

Sequana fluuius eſt Galliæ Celticæ. *Nō orit ī ducatu Burg.* in finibus ſancti Sequani, nō pcul ab vrbe Diuionēſi. & per mediū ipſe ducatus labit, ēt ciuitatis Trecēſis & Pariſiēſis, vñ flumē Pariſiēſe dr̄. vt dicit gl. ī verbo manumitti, in l. j. ff. de officio pcōſulis, Textor verò in ſua officina ponit noīa flu. præcipuè, vbi multa ponit, q̄ videri poterūt, & eſt in fol. 257. & in fol. 256. ponit fluuios auriferos & gēmiferos. & in fol. eodē ponit aquarū mirabilē *naturā*, allegans Ouidiū. quos videas, qa idē dicunt qđ hic ante dictū eſt.

Cęlius lib. antiquarum lectionū nono. c. 57. fluminū ſimulachra varie nūc humaua, nūc bubula ſeu bouilla exprimi ſpecie conſūeuiſſe refert, cuius verba ſunt. Qm̄ poętę multa illuſtrēs fabuloſitate *in fluminū* mentione, quaſcunq; collibitū fuerit *illis* imagines circūponit, ac velut graphicè deliniantes cōformant viſum ad præſens, q̄ mihi ſuggerit hiſtoria ex ſuperſtitione veteri ſtudioſis cōmunicare. quo ī poeticis fiant quaſi Meandris adminiculatiores. Cōpertū igitur illud in primis non ſolū diuinis cultos honoribus fluuios: ſed & iconas illis, ac ſimulachra dicari frequēter cōſueuiſſe, verū nō modi vni⁹. Siquidē humanā eos ſpecie effingere nonnulli, qbus bouinā alii effigiē īduxerūt. ī ijs Eraſin⁹ eſt. Eurotas itē apud Lacędemonios, Aſopus apud Sicyonios ac Phlyaſios, apud Arginos Cephiſus hoīs figurā præfert, Alphe⁹. Cephiſum Atheniēſes hominē monſtrāt vtiq; Sed ita, vti pmāt ſe nihilominus cornua. Syracuſani & Anapū ī Sicilia forma inſigniūt eadē. Cyanē verò fontē fęminea circūueſtiūt ſpecie, Criminiſum quoq; & Telmiſſum humana honeſtari facie legim⁹. Pueri ſpeciē formoſioris adamarūt Agrigētini in cognomine ciuitati fluuio, q & apud Delphos ſtatuæ ex ebore dicare fluminis aſcripſere nomē. At pueri nihilominus ſimulacrū erat. & ita Pariſiēſes Sequanā corū fluuiū ſub forma & effigie puellę venuſtę depingere ſolent,

ſent,cui titulũ addũt, videlicet, Sequana mater Pariſiorum.Sicut & Arar ſeu Sagona mater Lugdunenſium dici poteſt.

De fontibus aũt ſcitu dignũ eſt, quis omniũ fontium ſit excellẽtior.& extollendus ſupra alios, & de quo hiſtorici meminerint, aut poetæ: & videtur eſſe fons Paradiſi terreſtris totum nemus irrigans, diuiſusq; in quatuor naſcentia flumina, de q̃bus hic ante de pluribꝰ ponit Textor in ſua officina, folio 340.

Inter cæteros fontes ſunt excellẽtiores in Europa tres fontes ſalſi in comitatu Burgũd.ĩ oppido, ſeu vrbe noĩe Salinæ, quæ vulgo Salins dr̃, ex quorũ aquis (quæ vt igni cõprimunt) fit ſal admodũ albũ, quo tota Burgundia, ferè Sabaudia, & Sueuia vtitur: in quo ſunt ædificia ampla miræ magnitudinis, & magnificentiæ, operarii & artifices infiniti ad vſum ipſius ſalis. Ex quibus fontibus ingens & vix credibilis prouenit redditus ſingulis annis, de ſumma tercẽtum mille librarũ & vltra. Qui quidẽ redditus obueniunt & principi patriæ, & multis aliis dominis, & eccleſiis. Et inter alios dñi de Cabilone, illuſtriſſima & à Troianis oriunda familia, qui nunc dicuntur principes Orengiæ, habẽt vigintiquatuor mille libras redditua les ex ipſo fonte. Percipiũt, & ex eo multos redditus annuos eccleſia collegiata noſtræ dominæ Heduen. et Abbatia ſancti Ioannis magni in burgo Heduenſi & propè omnes eccleſiæ in Burgundia exiſtentes.

Addo, ꝙ ẽt mirabilis fons apud Gratianopolim vrbẽ Gallicã reperitur, qui quamuis calentes aquas nõ habeat: tñ ſimul cũ ipſis aquis flãmas ꝑſæpe emittit, duobus eodẽ loco tp̃eq; ſimul manẽtibus inter ſe cõtrariis elementis, vt refert Bap. Ful. ĩ ſua Collectanea de dictis factiſq; memorabilib. li.1.ti. de miraculis.

Nõ caret ẽt admiratione (vt ait) fons in Britannia. qui eſt in diœceſi Lincolienſi intra Lontham & Norantonam vrbes, quia experimento cognitum eſt, ligna in proximis cæſa ſiluis, ſi in fonte demergantur, intra annum lapides fieri.

Et ſubiungit, in regione quoq; vbi Gothorũ ſedes in ſeptentrione erat, fons eſt, cuius experimẽtũ à Federico primo factũ Albertꝰ magnus ſcribit, miſſa manuũ ſuarũ theca: in qua ne falleret, ſignũ ſuũ ĩ cera ĩpreſſerat, cuius dimidia pars fonti immerſa in lapidem indurait, reliqua parte ſub corii ac cære ſpecie, vt ante erat, remanente.

In Gallia quoq;, teſte eodẽ, in paruo lacu, iuxta oppidum qui Lochis dicitur deprehenſum eſt arbores, quæ in eũ iam diu ceciderunt, in lapides conuerſas.

Quædã ẽt mira refert de fonte exiſtẽte mille paſſibus à Seniſi oppido Lucaniæ in Neapolitani regni parte (ea quã nunc Baſilicatam vocãt) q̃ ſalſis manat. aquis: ad eũ ſi quis acceſſerit nihil locutus, neque retro cõuerſus fontẽ puris clariſq; fluẽtem aquis inuenit. ꝙ ſi ſecꝰ dũ ꝓficiſcĩ egerit, turbatũ offendit fontem. Si vero ſeruatis quæ ad claram fontis aquam inueniendã fieri oportere dicta ſunt, illuc profectus loqui cœperit, loquendo turbari fontem perſpicit.

Et, vt ait Plinius lib. 18.c.22. Aquarũ differentia magna riguis eſt. In Narbonẽſi ꝓuincia nobilis fons, Orge noĩe eſt. In eo herbæ naſcunt̃ in tm̃ expetitę bobus, vt merſis capitibus, totis eas quærant viribus. Et cur vi calentium aquarum lapides gignantur, vide infra in 77. conſideratione.

Scitu ẽt dignũ eſt vltra deducta, excellẽtiã aquarũ cõſiſtere in multis aliis. Cũ interſit reipublicæ in ciuitate ſalubres & optimas eſſe aquas (dixi hic ante in 12. cõſid.) Cuius rei gratia plura ſtatuerũt conditores iuriũ volentes & cupientes, vt plurimũ ſemper reipublicæ pro vtilitate hominũ prouidere. vt dicit Franc. de Ripa in tracta. de peſte. folio 32.33. vſque ad 36.

x. Primo aquarũ cuſtodes (q̃ Hydrophylaces nominãtur) fauore publicæ vtilitatis oĩum munerũ perſonaliũ immunitate perfruunt̃, l. decernimus. C. de aquęductu lib. 11. ꝑ quã legem dicunt ibi Bart. & Ioãnes de Platea, ꝙ generale bannũ regis vocans quemlibet ad bellũ non cõprehendit hos aquarios, & aquarum cuſtodes. qui ab eorũ officio nõ debent amoueri. qđ intelligit Franc. in aquariis deputatis per principem ſeu eiꝰ vicariũ ꝓ habẽda & cuſtodiẽda aqua ad vſum publicũ, ſecus (vt ait) in aquariis huius temporis, qui operas locãt ad tẽpus alicui cõmunitati. vt ꝓbat̃ teſte eodẽ, in d.l. decernimus. Crederẽ tñ idẽ eſſe ĩ quacũq; ciuitate, vbi certatur de vtilitate publica ipſius ciuitatis. Qm̃ tales deputati à ciuitatibus debent eſſe immunes ab oĩbus muneribus, & per ciuitates debẽt eorũ onera ſupportari erga principẽ. Sicut ĩ ſimili vidimus de multis officiariis ciuitatũ, q̃ ſunt immunes quo ad eos, ſed alii ciues ſupportant eorum onera, quia in aliis deſeruiunt ciuitati.

II. Prędicti aquarum cuſtodes ſunt ita priuilegiati, & ab oĩbꝰ honorãdi. Vt potius cognoſcãtur, ſignari debẽt ĩ manibꝰ ꝑ impꝛ̃ſſionẽ ſigni principis, aut illiꝰ dñi vbi ſunt deputati. vt inq̃t tex. in l. decernimus. Loco cuius impreſſionis, ſeu caracteris hodie ſeruiẽtes principi, aut alteri in aliquo officio, debẽt deferre baculũ depictũ ſigno dñi: vel aliud ſignũ ab ipſis ſeruiẽtibꝰ portari ſolitũ: vt cognoſcat̃ ab oĩbꝰ, ꝙ ſeruiẽs eſt curię talis dñi. Sic ẽt legati Romanorũ herbã quãdã deferebãt (q̃ vocat̃ ſagmina) vt cognoſcerẽtur, vt nullus eis inferret iniuriã l. ſanctũ, ff. de rerũ diuiſione. Ad qđ accedat l. j. C. de latina libertate tollẽda. circa mediũ. vbi patet ſeruos dẽre portare pileum. Ita dicit Iac. Rebuffi. in d.l. decernimus. vbi ẽt deducit, ꝙ in ſimili ſi ponatur quis in ſaluaguardia, vt cognoſcatur, debent apponi pennuncelli regij in domibus, ſeu prędiis, vbi apponitur ſaluaguardia: & iſtud cõmuniter fit apud nos, & in tota Gallia. Et iſti pẽnuncelli denotãt talia eſſe in ſaluaguardia principis datiua. Alii uero officiarii qui habent ſigna conſueta, ex quibus cognoſcuntur, vt ſunt clientes principis, ex hmõi ſignis ſemꝑ ſunt in eius ſaluaguar. hoc eſt ꝓtectione. Iõ in locis vbi aquarũ cuſtodes portãt ſua ſigna tutãtur ſaluaguar. principis, nec ĩpunè offendi poſſunt.

III. In hoc priuilegiant̃ aquæ, ꝙ p̃dia in quibus trãſeũt & ſunt aquæductus, cõſequuntur ĩmunitatẽ ab oĩbꝰ oneribꝰ extraordinariis; & ſupindictionibꝰ q̃ ꝓ illis p̃diis imponunt̃ l. j. C. de aquæductu lib. 11. Et iſtud rõni ꝯgruit, eo q̃a poſſeſſores p̃diorũ, vt ꝑ q̃ aqua publica defluit tenent̃ ſuo ſumptu aquæductũ purgare d. l. j. Iõ ius & rõ ſuadet hoc caſu, cũ in hoc grauent̃,

vt in aliquo releuentur. Ideo cessante causa, c. si nõ teneantur aquæ ductum purgare suis expensis & sumptibus: sed vt plurimum cum purgentur expẽsis publicis, ideo non habent illam immunitatem.

IIII. Quia ꝓ vtilitate publica, & ad vsum publicũ, licet trãsducere aquã p agros priuatorũ, ẽt dominis inuitis, l. ege si locus. §. cũ via ff. queãdmodum seruitus amittatur. d. l. j. C. de aquæductu. satis facto tñ dãno dñis prædiorũ l. si venditor, §. si cõstat. ff. cõmunia ꝑdiorũ. Fel. in c. quæ in ecclesiarũ col. x. extra de cõstitutio. quod ĩtellige ad vsum publicũ, vt dictũ est, nõ ad vsum priuatũ l. queãdmodũ. §. si protectum ff. ad l. Aqliã. Frã. đ Ripa tñ in loco añ citato dicit idẽ esse ad vsum priuatũ ex decretis ducal. ducat. Mediolani.

V. Quia ĩ fauorẽ aquarũ fuit interdictũ dominis prædiorũ, p quæ aqua publica cõmeat, ne plãtẽt arbores propè aquæ ductus, nec natas, vel renatas teneãt per quindecim pedes d. l. j. Ratio ibi assignatur, Ne arborũ radices fabricã formæ corrumpant: & vt ait Fran. de Ripa loco ante alleg. Ex hoc cognoscitur istud solũ procedere qñ aqua ducitur per canales lapideos, ligneos, vel plũbeos (vt in hac nostra ciuitate Hed. vbi aqua fontis, qua ferè oẽs vtunt ducitur per canales olim plũbeos, nunc ligneos. crederẽ tñ necessariũ fore, vt reducerent ad pristinã naturã, & ad canales plũbeos.) Secus verò, vt ait, si cõducatur per patentes alueos, q̃a Ripæ arborũ radicibus magis muniũtur, q̃ corrũpantur l. j. §. oportet ff. ne quid in loco oportet ff. ne quid in loco publico ripave eius fiat.

VI. Quod qui ex publico aquæ ductu ad suũ fundum aquã diuerterit absq; licẽtia principis, vel illi⁹ ad quẽ spectat: fundum amittat, & fisco acquiratur l. ij. C. de aquæ ductu. & vsurpatã aquam restituat d. l. decernimus. ẽt librarũ decẽ multa plectatur l. si C. de aquæductu. Et contra eos qui in damnũ accolentiũ quicq̃ in flumine publico ripave eius faciunt, proditũ fuit remedium & interdictum, ne quid in flumine.

VII. Quia interest reipublicæ, ne aqua publica minuatur, corrũpat, deteriorve fiat cuilibet de populo prodita est actio aduersus contrafacientes. l. j. §. hoc interdictũ ff. ne q̃d in flumine publico, ripave eius &c.

VIII. Quia priuilegium extrahendi aquam ex publico aquæductu fauore publico restringitur ad aquã superfluam & superabundantẽ. l. si quis per diuinã liberalitatẽ. C. de aquæductu. Quod facit ad permissiones, ne dicã licentias mercatoribus (ẽt alterius gentis vt Anglis & Ianuẽsibus) ad extrahendũ à patria certas quantitates frumẽti, qm̃ huiusmodi indulgentiæ debẽt intelligi, si talis quãtitas superest ab vsu habitantiũ, & sic recipit cõditionẽ, si respublica nõ indigeat, vt in simile de indulgentia concessa Ianuensibus, de qua per Bar. & Ioannẽ de Platea in d. l. si quis per diuinã. Et meritò, q̃a priuilegiũ alicui concessum non extenderetur ad ea per quę lęderetur publica vtilitas l. fi. C. de officio magistri militum. l. humiliorib. C. de suscepto. & archi. l. 2. C. de priuilegiis scolarum lib. 12. Priuilegia. n. publicæ vtilitati damnosa, non sunt recipienda l. nec damnosa. C. de precibus imperato. offerendis. Etiã facit quia de superfluo erogari debet & elargiri, iuxta illud, Sitiẽtibus agris nostris aquã nõ dabimus alienis. l. pręses. C. de seruit. Quilibet.n. primo sibi eleemosynã facit, deinde proximo clanè. deponit. dist. 3. & vnusquisq; regulã diligendi à proximo accipit c. si nõ licet. 23. q. 5. Et dicitur Thobiæ 4. Qũo potueris ita esto misericors: si tibi fuerit multũ abundanter tribue, si exiguũ, ẽt hoc libẽter impartire. Et dixit textus in authen. qũo oporteat episcopos. §. in omnibus. Dandũ est ex his quæ deus dedit, quod est possibile ministrare, Vnde Ecclesiastici 35. scribit. Da altissimo ſm donatũ eius. Hæc dicit Lu. de Pen. in d. l. si quis per diuinã. vbi multũ exhortatur magistratus q̃ rẽpublicã administrant: vt prouideãt, vt primo sit copia rerũ necessariarũ in ciuitate antequam aliquid extrahatur. Ita si viderint aliquod mercimonium vrbibus pniciosum prohibere debẽt ne ibi exerceat l. nobiliores. C. de cõmerciis & mercatorib. Qđ notãdum est pro nr̃is ciuib⁹, q̃ aliq̃n sine anni uolũt extrahere vina de ciuitate, & vẽdere Comitatẽsibus: qm̃ officiales ꝓuidere debent, ne tot vẽdãtur & distribuãtur, vt ciuitas nõ sit euacuata illis, sed tm̃ vẽdant de iis q̃ supabũdãt, & pro necessitate.

IX. Quia aquarum malignitas quandoq; inficit ciuitates, debent qui reipublicę gerũt administrationẽ ac curã, prohibere ne in publico aquæductu, aut in aq. quæ pro vsu publico sunt necessariæ, q̃s res immũda proiiciat, neq; mulieres pannos cæteraq; sordida, ne seruitores mulas, equos, & reliqua hmõi lauẽt, neve porcos admittant. iuxta illud. Heu liquidis immisi fontibus aprum. Neue in eo quis natet, vel se abluat, nisi forte in inferiori parte, & secrete. vt est tex. in l. cũ supra virentes, vbi Bar. & Ioan. de Platea. C. de re militari. lib. 12. Et qui contrauenerit, & quodammodo aquas publicas sporcauerit, arbitrio iudicis grauiter est puniendus. l. j. §. j. ff. de variis & extraordina. cogn. imò non licet habenti fontem seu aquam priuatam, eã aliquo modo spurcam reddere, si cũ eadem spurcitia in aquam vel fundum defluat alienum l. apud Treba. in princ. ff. de aqua plu. arc. Are. consi. 30. Cæpola in tract. de serui. ti. de fonte. Alias teneret actione iniuriarum. F. de Ripa. in dicto loco versi. 7.

X. Pro fontibus construẽdis & aqua habenda ad vsum publicum possunt decuriones collectam imponere, vt per plura deducit & comprobat idem de Ripa in prædicto tract. fol. 33. versi. 8. & ita olim Romani faciebant in eodem autore.

XI. Quoniam priuilegium immunitatis ab omni munere non eximit priuilegiatum ab oneribus quæ imponuntur pro aquis publicis habendis, vel pro aquæductibus purgandis, aut reficiendis l. ad portus. C. de oper. publicis. Nam ad talia onera etiam ecclesia tenetur l. ad instructionem. C. de sacros. eccl. ſm Ioa. de Platea. in l. ad reparationem. C. de aquęductu. Adducit etiã tex. in l. absit. C. de priuilegiis domus Augustæ lib. 11. & in l. 2. C. de immunitate nemini concedenda. lib. 10. per quæ iura videtur, ꝙ etiam nemo potest se excusare à refectione Põtium ciuitatis per quodcunque priuilegium immunitatis quod habere possit

XII. Extrahens aquã de publico aquæductu deriuãdo eã ad fundum suũ, punitur in amissione illius fundi, vt est

vt est text. ad literam in lege si quis de cætero. C. de aquæ ductu. libro undecimo.

Ad cognoscendũ ergo aquæ bonitatẽ, quæ nobis necessaria est, ponenda est in uas ęneũ, vel corinthiũ, & si maculã nõ fecerit, neq; in fundo vasis arena, limusve ĩueniatur, vel si legumina cũ ea aqua cõiecta, & ad ignẽ posita celeriter percocta fuerit. Cognoscitur deniq; si limpida, & perlucida fuerit, & quocunque ꝑfluxerit, locũ ab oĩ ĩquinamẽto mũdũ relique rit, neq; muscũ, neq; iũcos ꝑduxerit: his signis aqua tenuis, & in summa salubritate nobis ostenditur.

Probat ãt aquę bonitas ex aspectu incolatũ, si sint corpore robusti, colore nitidi, nõ gibbosi, nõ strumosi, nõ uitiati cruribus, nõ lippis oculis, nõ fatui. Et vt ait Fran. de Ripa in dicto suo tracta. de peste. fol. 32. uers. dixi ex aqua, ut cognosceretur aquæ puritas salubritasq; maiores nostri inspiciebãt iecora pecorũ, q̃ his locis pascebant, & pluries experti si liuida, vel vitiosa reperiebãt, ex aqua, & pabulo malignis id euenire arbitrãtes iudicio, mutabãt regionis locũ, dubitantes aquã illã humanis corporibus pestilentẽ futurã. Et ibi amplè scribit qũo ex aqua fœtida generat ut plurimũ pestis. iõ cõsulẽdũ ẽ hoĩbus, ut habitationẽ loci sibi eligãt, ubi sit aquarũ salubritas, & vbertas.

DEcimanona cõsid. mõtes depromit. Nẽpẽ, vt dr̃ ĩ lib. de locorũ ac mirabiliũ mũdi descriptione c. 23. q. est additus geographiæ Ptholemæi. Quidam mõtes propriis ex causis uocati sunt, ex quibus notã di sunt, qui opinione maximi celebrantur.

Mons Caucasus ab India vsq; ad taurũ montẽ por rectus, pro gentiũ, & linguarũ uarietate, quoquo versum uadit, diuersis nominib⁹ nuncupat: ubi ad oriẽtẽ in excelsiorẽ consurgit sublimitatẽ, pp initii cãdorẽ Caucasus nũcupat. Nã oriẽtali lingua ea causum significat cãdidũ, i. niuibus densissimis cãdidantẽ. Hic fert ſm nõnullos syderibus proximus, unde astra maiora uisunt, & eorũ ortus occasusq; diligenter perspiciuntur, & est asper, & inhospitalis. Vnde Virg.

Sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus.

Et à plerisq; mõs Taurus idẽ uocatur, qui & Caucasus, & Indiã à Scythia dirimit in finibus Assyriorũ, de quo meminit Plin. lib. naturalis historiæ 5. ca. 27.

Libanus mons Phęnicũ altissimus, cuius meminerũt prophetæ, dictus à thure, quia ibi colligit. Alius est mõs, q dr̃ Libanus in Iudæa: sed, ut dicit Nicolaus de Lyra sup illud Canticorũ 4. Non est ille mons de quo ibi fit mentio: & sic sunt duo mõtes Libani, sed excelsior seu altissimus est ille, qui est in Phęnicia: de isto mõte meminit Pli. lib. naturalis historię 5. c. 20.

Ararath mõs Armenię, ĩ quo archã historiæ post diluuium resedisse testãtur: unde, & usq; hodie ibidẽ lignorũ eius uidentur vestigia. Altius de materia refert Philippus Berg. in suo supplemen. chronicarum lib. 1. in uerbo, Noe, & ita inquit, ꝙ stetit archa ipsa, (ut sacræ tradũt literæ) super altissimos Armeniæ mõtes quindecim cubitis, vt patet Ge. 7. Exsiccatis verò aquis Noe primũ animalia ex archa dimisit, q̃bus emissis ipse sua cũ generatione simul egressus cõfesti pro grãrũ actione deo sacrificauit. Atq; cũ suis comedendo carnes epulari cœpit. Eũ aũt locũ, (vt Ioseph⁹ refert) Armeni postmodũ egressoriũ vocarũt, ubi & archæ saluatæ reliquias ꝑ multa tpa ipsi prouinciales ostẽderũt. De hmõi archa Berosus Babylonicus historicus in suo 1. lib. de tẽporibus, cuius titulus, Berosi defloratio est. ꝑ pulchrè tractat dicens. Ante aquarũ cladẽ famosam, qua uniuersus periit orbis, & c. ait. n. ĩ fine libri, ꝙ archa quieuit in uertice mõtis Gordiei, ubi aliqua ipsius pars suo tempore erat, & homines sui temporis ex bitumine illo tollegant, & ad expiationem peccatorum suorum utebantur.

Olympus mons Macedoniæ est nimiũ præcelsus, ita, ut super illo nubes esse dicantur. Vnde Virg.

Nubes excessit olympus.

Dictus Olympus quasi ololampas, hoc est totus lucens, quia solem clarum habet nullisque unquã nubibus fuscatur. In eius cacumine aram Ioui dicatam commemorant poetę, ut dicit Nicolaus Perottus in suo libro Cornucopię. Hic mons Macedoniã à Thracia diuidit. Et de isto mõte, & pluribus aliis meminit Isido. lib. 14. c. 8. post ipsum Ptholemęum. Sunt aũt quatuor mõtes hoc noĩe. Primum mons altissimus inter Thessaliã, & Macedoniã, q tñ Thessaliæ ascribitur. Alter in Gallogręcia, vel in Cypro. Ali⁹, & terti⁹ apud Mysos, ad cuius radices Prusa ab Hannibale cõdita est. Quartus ad mare rubrũ in Aethiopia nõ longe ab Heliopoli oppido, qui oriẽte sole vsq; ad quitã diei horã flãmas emittit, vt dicit Calep. ĩ ver. Olymp⁹.

Alius est mons in Macedonia dictus Athos altior nubibus, tãtoque sublimis, ut ĩ Lemnũ insulã vmbra eius portendatur, quę ab eo 76. milliaribus separat.

De multis aliis mõtib⁹, s. Parnaso, Ethna, Apennino, Pyreneo, Calpa, Ceraunіis, & Acroceraunіis mõtibus, uideatur in dicta descriptione, ubi suprà.

In Talaro mõte Epyri centũ esse fontes docet Pli. lib. 4. c. 1. Talarus, inquit, mons centum fontibus circa radices Theopompo celebratus.

VIgesima consid. de tribus sectis mundi declarat, quæ illarũ sit excellẽtior, cum genus humanũ in tres sectas principales diuidatur. In gentiles, s. Iudeos, & Christianos, hoc est in præputiũ, circuncisionẽ, & baptismũ. Petrus uenerabilis abbas Clun. lib. 1. epistolarũ quatuor sectas in mũdo p̃cipuas scribit, s. Christianorũ, Iudæorũ, Sarracenorũ, & Paganorum.

Secta uerò gẽtiliũ siue paganorũ, olim erat q̃ colebat multos pro diis, uidelicet Saturnũ, Iouẽ, Mercuriũ, Herculẽ, Iunonẽ, Proserpinã, Palladẽ, deã Vestẽ, Cererẽ, Vulcanũ, Bacchũ siue Liberũ, Ianũ, Quirinũ seu Martẽ, Aesculapiũ, Aeolũ, Dianã, Venerẽ, Apollinẽ, Plutonẽ, Neptunum, ac multa alia idola manufacta. Et pro hac secta quidã allegant illud dictũ Apostoli 1. ad Corinth. 8. Si quidem dii sunt multi, & dñi multi. Sed Scotus primo senten. dist. 2. eis respõdet, ꝙ Apostolus ibi loquit ſm opin. idolatrarũ. vnde eodẽ c. reprobat eorũ sectã dicẽs. Nã & si multi sunt qui vocentur dij siue in cœlo siue in terra, nobis tñ est unus deus. Oẽs aũt dij gentiũ dæmonia, Psal. 95. Vel põt dici, ꝙ Apost. ibi loq̃t de his q aliqd amãt plusq̃ deũ. & in eis ponũt finẽ suum. hoc. n. est eis pro deo, iuxta illud Augustini in quodã sermone, dicẽtis. Hoc

vt in aliquo releuentur. Ideo cessante causa, s. si nõ teneantur aquæ ductum purgare suis expensis & sumptibus: sed vt plurimum cum purgentur expẽsis publicis, ideo non habent illam immunitatem.

IIII. Quia ꝑ vtilitate publica, & ad vsum publicũ, licet trãsducere aquã ꝑ agros priuatorũ, ẽt dominis inuitis, lege si locus. §. cũ via ff. queãdmodum seruitus amittatur. d. l. j. C. de aquæductu. satis facto tñ dãno dñis prædiorũ l. si venditor, §. si cõstat. ff. cõmunia ꝑdiorũ. Fel. in c. quæ in ecclesiarũ col. x. extra de cõstitutio. quod ĩtellige ad vsum publicũ, vt dictũ est, nõ ad vsum priuatũ l. queãdmodũ. §. si protectum ff. ad l. Aqliã. Frã. đ Ripa tñ in loco añ citato dicit idẽ esse ad vsum priuatũ ex decretis ducal. ducat. Mediolani.

V. Quia ĩ fauorẽ aquarũ fuit interdictũ dominis prædiorũ, ꝑ quæ aqua publica cõmeat, ne plãtẽt arbores propè aquæ ductus, nec natas, vel renatas teneãt per quindecim pedes d. l. j. Ratio ibi assignatur. Ne arborũ radices fabricã formæ corrumpant: & vt ait Fran. de Ripa loco ante alleg. Ex hoc cognoscitur istud solũ procedere qñ aqua ducitur per canales lapideos, ligneos, vel plũbeos (vt in hac nostra ciuitate Hed. vbi aqua fontis, qua ferè oẽs vtunt ducitur per canales olim plũbeos, nunc ligneos. crederẽ tñ necessariũ fore, vt reducerent ad pristinã naturã, & ad canales plũbeos.) Secus verò, vt ait, si cõducatur per patentes alueos, qa Ripæ arborũ radicibus magis muniũtur, q̃ corrũpantur l. j. §. oportet ff. ne quid in loco oportet ff. ne quid in loco publico ripave eius fiat.

Quarto, õditur excellẽtia sectæ, & religiõis Christianæ ex testimonio angelico: qa angelus ĩtelligẽs p̃dictã excellẽtiam nõ sustinuit à Io. adorari. Apoc. 19. Ait.n. Io. Cecidi ad pedes angeli, vt adorarẽ eum, & dixit mihi. Vide ne feceris, conseruus tuus sum, & fratrum tuorũ hñtiũ testimoniũ Iesu, Deũ adora. Cecidit Ioannes ad pedes angeli, vt adoraret eũ, non tñ sicut creatura creatorẽ: sed sicut seruus vehemẽter ac cũ seruili subiectione honorat Dominũ suũ creatũ. Nẽpe angelus in veteri testõ sustinebat sic se ab hoĩe adorari, quod tamẽ non sustineret hic. imo manifestè prohibere vr̃. Propterea sequitur. Et dixit mihi, Vide ne feceris, s. aliter reuerentiam mihi. cuius cãm subdit dicens. Conseruus tuus sum, i. tecum, & sicut tu, sum seruus eiusdem Dei, & domini Iesu Christi.

Et ne credatur, ꝙ respectu solius Ioannis pp̃ singularẽ præexcellentiã eius hoc diceret, & non de oĩbus Christianis, qui Christi sunt serui, ideo subdit. Et fratrum tuorum habẽtium testimoniũ Iesu Christi, qui perfecto corde confitẽtur, ac testificant̃ Iesum Christum esse verũ Deum, & dñm vniuersorum, atq; hominum redemptorem, & Saluatorẽ. Et ideo merito fidelis Christiani confitentur Iesum Christum verũ filium Dei, cui⁹ sunt filii per gratiæ adoptionem: qui tam charam matrem dedit eis, & tam excellẽtem hæreditatem promisit, & cõseruos eorum angelos fecit.

Quinto, probatur excellẽtia ex comparatione morũ, & institutorum aliarum gẽtium, & sectarum, sine qua nihil ñ parũ gratẽ laudat̃: vt dicit Polidorus Virgil. lib. 8. c. si qui ad demonstrandum præstantiam, & excellentiam Christianę reipublicæ ponit mores aliarum nationum, & Christianorum, & ostendit mores Christianorũ, & instituta esse vtiliora, & excellẽtiora aliis: ex quibus demonstrat̃ excellentia. vide eum ibi amplè ponentem præstantiam Christianæ reipubl.

Sexto, probatur excellentia illius fidei, cum fuerit ab antiquis etiam Iudęis prophetizata. Et ponit triginta prophetias Bernard. de Bustis in 2. par. sui Rosarii in sermone 14. & quomodo omnes articuli fidei Christianæ fuerunt præfigurati in veteri testamẽto. Ponitur in fortalitio fidei, in 3. consid. lib. 1. vbi vide amplè, & iã supra aliqua dixi. Iõ nõ aliter insisto.

Septimo, probatur hæc excellentia sectę Christianę ex testimonio gentilium, qui ẽt illã pręuiderunt, p̃phetizauerunt, & approbauerunt, & multis gentilibus facta fuit reuelatio incarnationis Iesu Christi, vt dicit B. Tho. 2. 2. q. 2. art. 6. & probat de Bustis in suo Mariali 7. par. sermone 1. & 5. in fi. vnde Iob fuit de populo gentili dixit 19. c. sui lib. Scio ꝙ redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum saluatorem meum, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Reposita est hęc spes mea in sinu meo. Et loquebatur Iob more prophetico de futuris tanquam de pręteritis, maximè quia debebat in proximo fieri.

Et vt dicit Campegius in propugnaculo religionis Christianę lib. 1. c. 5. non est omittendus Nabucodonosor rex, qui cum tres pueros vidisset in fornace, dicit. Ecce ego video quatuor viros solutos deambulantes in medio ignis, & corruptio nulla est in eis, & aspectus, quorum similis est filio Dei, O alienigena, quis tibi annunciauit filium Dei, nondum quidem mundo nascitur, & similitudo nascentis à te cognoscitur? Vnde tibi hoc? quis tibi istud annunciauit, nisi quia te sic diuinus ignis intus illuminauit, cum illic apud te captiui tenerentur inimici Iudæi, sic diceres testimonium filio Dei.

Quid Sibyllæ etiam vaticinando de Christo dixerunt? vnde dicit August. lib. 18. c. 23. de ciuitate Dei, ꝙ Sibylla Erythrea, siue Cumana, vaticinata est de Christo his versibus translatis ex Græco.

Iudicij signum tellus sudore madescet,
E cœlo rex adueniet per secla futurus,
Scilicet in carnem præsens, vt iudicet orbem.
Vnde Deum cernent incredulus, atque fidelis.
Celsum cum sanctis, æui iam termino in ipso.
Sic animæ cum carne aderunt, quas iudicet ipse.
Cùm iacet incultus densis in vepribus orbis.
Reiicient simulachra viri cunctam quoque gazam,
Exuret terras ignis pontumq́, polumq́,
Inquirens, tetri, portas effringet auerni
Sanctorum. sed enim cunctæ lux libera carni
Tradetur, sontes æterna flamma cremabit.
Occultos actus retexens, tunc quisque loquetur
Secreta, atque Deus reserabit pectora luci.
Tunc erit & luctus, stridebunt dentibus omnes,
Eripitur solis iubar, & chorus interit astris,
Soluetur cęlum, lunaris splendor obibit,
Deijciet colles, valles extollet ab imo:
Non erit in rebus hominum sublime vel altum.
Iam æquentur campis montes, & cærula ponti.

Omnis

Omnia cessabunt, tellus confracta peribit.
Sic pariter fontes torrentur, fluminaq; igni,
Et tuba tunc sonitum tristem demittet ab alto
Orbe, gemens facinus miserum variosq; labores,
Tartareumq; chaos monstrabit terra dehiscens,
Et coram hic domino reges sistentur ad unum.
Recidere è cęlo, ignisq; & sulphuris amni.

Et dicit Aug. ibi in his Latinis versib⁹ de Græco uerbo cũq; trãslatis, ibi non potuit ille sensus occurrere q fit: cũ literæ quę sunt in eorũ capitib⁹ cõnectuntur ubi y. Litera in Græco posita est: quia non potuerũt latina uerba inueniri, quæ ab eadẽ litera inciperent, & sniẹ conuenirent. Hi aũt sunt uersus tres, quintus, octauus decimus, & nonusdecimus. deinde literas, q̃ sunt in capitibus oĩum versuũ connectentes, horum triũ q̃ scriptę sunt non legamus: sed pro eis y. literã tanquã in eisdẽ locis ipsa sit posita recordemur, & exprimitur in quinque verbis Iesus Christus Dei filius saluator: sed cũ Græcè hoc dr̃, nõ latinè. Et sunt versus viginti, & septem, qui numerus quadratũ ternariũ solidũ reddit. Tria.n. ter ducta fiũt nouẽ, & ipsa nouẽ si ter ducantur, ut ex lato in altum figura consurgat ad viginti, & septem perueniunt.

Dicit etiam Bern. de Bust. in 1. par. sui Rosarii in sermone 14. ubi ponit de secta Iudæorum ĩ litera O, quod hæc sibylla Erythrea (quæ fuit orta in Babylonia) sic prædixit de Christo. In vltima ætate humiliabit De⁹, humiliabit proles diuina, uniet humanitati diuinitas, iacebit in fœno agnus, & puellari officio educabit Deus, & homo. Signa autem præcedet apud Iudęos. Mulier vetustissima, s. Helisabeth puerum cõcipiet, stella orbis mirabit, & ducatũ præstabit, s. magis ad ortum, s. Christi. Hic habẽs pedes, idest annos 33. eliget sibi de piscatoribus deiectis hoĩbus numerum duodenarium, vnumq; diabolum, videlicet Iudam. Non in gladio belloùe Aeneadũ vrbem regesq; subiiciet: sed in hamo piscatoris, deiectione, & paupere superabit diuitias, & superbiam cõculcabit. & hoc ẽt prędictum fuit Esa. 36. Ciuitatẽ sublimem humiliauit, & conculcabit eam pes pauperis, & gressus egenorũ. Huic quatuor animalia, i. euangelistę surgẽt in testimonium. huic contradicetur à bestia, s. Antichristo. Erit ãt bestia horribilis, s. Machomet ab oriẽte ueniens, cuius rugitus vsq; ad gẽtes punicas audietur. Et horũ interpretationẽ, & declarationem ponit ibi Bern. de Bust. ubi etiam recitat dicta aliarũ sibyllarũ, quę de Christo prophetizauerunt, & sic fidẽ nostram Christianam præuiderunt. Et primo ponit de sibylla persica quę sic dicit.

Ecce bestia conculcaberis, & gignetur dñs in orbe terrarũ, & gremiũ uirginis erat salus ppłorũ, & pedes eius ĩ valitudine hoĩum: inuisibile uerbũ palpabit.

Secunda dicit Sibylla Libyca, q̃ sic vaticinata est. Ecce veniet dies, & illuminabit dñs cõdensa tenebrarum, & soluetur nexus synagogæ, & desinẽt labia prophetarũ, & uidebunt regẽ uiuẽtiũ, & tenebit illũ in gremio uirgo dña gentium: & regnabit misericordia, & uterus matris eius erit statera cunctorum.

Tertia ẽ Delphica, q̃ ante Troiana bella sic pphetauit. Nascet̃ propheta absq; mr̃is coitu ex uirgine.

Quarta fuit Erythrea, de qua ante dictum est.

Quinta fuit Samia à Samo ĩsula sic dicta, q̃ inqt. Ecce ueniet dies: & nascet̃ de paupcula: & bestię terrarũ adorabũt eũ: & dicẽt, Laudate eũ ĩ atriis cęlorũ.

Sexta fuit sibylla Cumana Amalthea nomine, q̃ fuit tempore Tarquinij Prisci. quæ cecinit dictum Virgilii in Bucolicis.

Vltima Cumæi iam venit carminis ætas,
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.
Iam redit, & virgo: redeunt saturnia regna,
Iam noua progenies cœlo demittitur alto.
Tum modo nascenti puero quo ferrea primum
Desinet, ac toto surget gens aurea mundo,
Casta faue lucina, terris iam regnat Apollo.

Et ex hoc uidemus, q̃ Virgilius etiã gentilis de Christo testimonium perhibet.

Septima fuit Helespontina in agro Troiano nata, dicens. De excelso cœlorũ habitaculo respexit Deus humiles suos, & nascetur in diebus nouissimis de virgine Hebręa in cunabulis terræ.

Octaua fuit Phrygia, quæ ait, Flagellabit Deus potẽtes terræ, ex olympo excelsus ueniet, & firmabitur cõsiliũ ĩ cęlo, & annũciabit uirgo in uallis desertorũ.

Nona fuit Tyburtina noĩe Albunea, q̃ sic inquit, Nascetur CHRISTVS in Bethleem, & annũciabitur in Nazareth, regnante tauro pacifico, & fundatore quietis, i. s̃m glossam Octauiano, q habebat taurum p insigni, & appellatus est pacificus, quia multis annis in magna pace mũdum rexit, cuius tẽpore Christus natus. sequũtur verba Sibyllę. O felix illa mr̃, cuius vbera Christum lactabũt, & concordauit in hoc, cũ B. Marcellina pedissequa S. Marthæ, quæ (ut dr̃) fuit illa mulier quæ exclamauit, dicẽs Christo. Beat⁹ uenter qui te portauit, & ubera quę suxisti, Luc. 11.

Decima dicitur Europea, quæ sic ait de Christo, Ecce ueniet ille, & transibit montes, & colles, & latices Olympi, ac regnabit in paupertate, & dominabit silentio, & egredietur de utero Virginis.

Vndecima Sibylla dicitur Agrippa, quæ sic dicit, Inuisibile uerbum palpabitur, germinabit, ut radix, siccabitur, ut folium, nõ apparebit uenustas eius, circũdabit eum aluus maternus, & flebit Deus lætitia sempiterna, & ab hominibus conculcabitur. Nascet̃ ex matre Deus, conuersabitur, ut peccator.

Duodecima appellata est Cimæa seu Cimica ĩ Italia nata, q̃ fuit tpe Numæ Põp. II. regis Rom. quæ sic ait, In prima facie uirginis ascende puella, facie pulchra, capillis prolixa, sedẽs sup sedẽ stratã, puerũ nutriẽs, dãs ei ad comedẽdũ lac de cœlo missum. hæc illa, quæ ẽt clarius dicit. In diebus illis, Exurget mulier de stirpe Iudęorũ, noĩe MARIA, & habebit spõsum noĩe Ioseph, & pcreabit ab ea sine cõmixtione viri de Spiritu sancto filius Dei noĩe IESV, & ipsa erit uirgo ante, & post partũ. Qui verò ex ea nascetur erit verus Deus, & verus homo, sicut oẽs pphetę prædic.

Dicit etiam S. Tho. 2. 2. q. 2. articulo supra all. qđ tempore Constãtini Augusti, & Helenę matris eius, inuentum fuit quoddam sepulchrum Constantinopoli, in quo iacebat homo laminam auream habens in pectore, in qua scriptũ erat. CHRISTVS nascetur de virgine,

de virgine,& credo in eum. O sol Helene,& Constátini temporibus iterum me videbis.

In chronicis quoq; regũ Castellæ dr, ꝙ apud Toletum sub quodam saxo inuẽtus est liber vetustus, q̃ scriptus erat lingua Hebraica, Græca, & Latina, & in illo dicebatur. Christus filius Dei nascetur de Maria uirgine, & pro salute hominum patietur.

Nonne etiam cœlum testimonium dixit de Christo, quando nouum sydus in noua hominum progenie velut lingua, & digito, quo potuit natum Deum, & hominem gentibus monstrauit?

Nonne Plato diuinus appellatus affatus est suis preceptis acquiescendum, donec sacratus aliquis homo in terris appareat, qui fontẽ oĩbus aperiret veritatis, quem deniq; sequentur oẽs? Et eo mortuo in eius tũba inuẽta fuit lamina sup pectus suum aurea, in qua scribebatur. Credo in Christũ nasciturum de virgine, passurum pro humano genere, & tertia die resurrecturũ. Et de eodẽ Platone refert Aug. lib. 7. cõfessionum se legisse in quibusdã Platonicorũ libris principiũ euangelii Ioãnis. In principio erat verbũ. Nõ q̃dẽ his uerbis, sed hoc idem multis, & multiplicib. psuaderi rõnib⁹, ꝙ in principio erat verbũ, &c. q̃ sequũtur ad vsque, & tenebræ eã nõ cõprehẽderunt. Hæc, & q̃dã alia refert G. Bñd. ĩ sua rep. c. Ray. ĩ ver. mortuo itaq; testõre, primo n. 261. 262. 263. & 264.

Nonne ẽt apud Francos notũ est, ꝙ ecclesia beatissimæ uirg. Mariæ Carnotẽsis fuit ante Christi aduentũ ædificata in honorẽ uirginis pariturae? Ex quo demonstratur, ꝙ si alii gentiles de Christo uerbo, prophetizauerunt: Tã Fraci facto in eũ crediderũt, ꝑut & Græci, qui tẽplu Deo ignoto construxerũt, vt per gl. in uerb. magister. in c. turbat. 37. dist. quæ recitat, ꝙ cũ Paulus uenisset Athenas, uidit Arã ignoti dei, in qua erat scriptum. Hæc est ara ignoti dei, in quo viuimus, morimur, & sumus. ex quo apl̃s cœpit pdicare: & Diony. conuersus fuit p ipsius prædicationẽ.

Audiui aliàs à nostris, ꝙ in hac nostra ciuitate Heduensi fuit repertũ sepulchrũ, ĩ quo erãt plures imagines seu repræsentationes, quas uulgo Medallias vocãt, in quarũ altera erat una figura seu repręsentatio natiuitatis Christi in præsepio inter bouẽ, & asinũ, & ante eum erat quædam figura seu protractura hominis genibus flexis, & manibus iũctis, & erat scriptũ in rotũditate. Credo in Iesum, inter aĩalia ex virgine nasciturũ, & multũ curaui ĩuenire, sed n̄ potui.

Quomodo ẽt Balaam astrologus per parabolam locutus est. Orietur stella ex Iacob &c. Et tamen erat Caldæus. & uide Origenem in Omilia 14. super numeros. Ambrosium in epist. 38. ad Cromatium. Et quomodo magi regem Iudæorum Christũ prędicauerunt, & dixerunt. Aug. li. 3. de Symbolo ad Cathecumenos. c. 4. & de interpretatione munerũ eorũ per Ambrosium in lib. de fide. c. 2. & in c. legimus. §. ĩ Leuitico. 37. dist. & per Campegium in suo propugnaculo fidei Christianæ. lib. 1. c. 5. ubi etiam dicit, ꝙ Milesius Apollo consultus de Christo ita commẽdauit. Mortalis erat corpore, sapiens, prodigiorũ effector, sed sub iudicibus Caldæis armis comprehensus, clauis, fustibusq; amaram mortem passus est.

Porphyrius uerò inter gẽtes nequissimus in libro de responsis, inquit. Christum dij maximè piũ pronũtiauerũt, immortaleq; euasisse asseruerunt. Concedit ipse Porphyrius Christũ, & sapiẽtẽ, & piũ fuisse, quãuis Christianos partim indoctos, partim magos nominet, tũ veritati, tũ sibiipsi manifestè repugnãs.

Vespasianus ac Titius Imperatores auditis Christi operibus, eius potentiam timuerunt.

Alexander Seuerus templa Christo fieri statuit, & orabat in matutinis in sacrario suo coram statua Christi, ut Capitolinus refert.

Et Adrianus, ut idẽ narrat, statuit Christo tẽpla facere, eumq; inter deos recipere: ideoq; templa absq; simulachris in omnibus ciuitatibus fieri iussit.

Antoninus Pius, cũ audisset Christianos hoc frequenter uti prouerbio. Quod tibi fieri non uis, alteri non feceris, perscrutatus est Christi uitam, eique statuam tanquam deo dicauit.

Refert ẽt Polydorus Virg. in li. 8. c. 7. & fi. de inuẽtoribus rerũ, ꝙ ĩ primo fidei testimonio Tyb. Cæsar, Tertuliano teste ĩ Apologetico, cũ è Syria à Põtio Pilato Christi diuinitatẽ ei⁹q; religionis sinceritatẽ acceпisset: senatum cõsuluit, censuitq; Christum inter deos referẽdum, colendumq; tẽplo. Senatus tñ, quia prius ad Tyberium de ea re q̃ ad se Pilatus literas dedisset, eiusmodi relatione reiecta, Christianos persequendos decreuit, proposito delatoribus præmio. Sed Cæsar in sñia mansit, & cõminatus capitale supplicium accusatoribus Chrianorũ, id scel⁹ inhibuit.

Traianus quoq; itidem sensit, qui certior factus à Plinio secundo Bythiniæ procuratore nihil mali in Christianis quotidie ad supplicium tractis reperiri, iussit, vt nõ inquirerent: uerum oblati punirent. & ibi etiã Polydorus recitat hic antedicta de Adriano.

Constantinus deniq;, cũ Chri miracula ĩ reb⁹ suis manifestius fuisset expertus, Deũ magis q̃ populũ timuit: soluq; Chrm, & palã adorauit, idolorũ tẽpla subuertit, Christo tẽpla passim pretiosa ædificauit.

Hæc sunt quæ de Christo gentiles senserunt, quę ideo narrari possunt propter autoritatem Aug. qui lib. 2. de doctrina Christiana, inquit. Philosophi aũt qui uocantur, si qua fortè uera, & fidei nostræ accommoda dixerunt, maximè Platonici, non solum formidanda non sunt, sed ab eis etiam tanq̃ iniustis possessoribus in usum nostrum uendicãda. de qua materia in c. legimus. cum sequen. 37. dist.

Quomodo etiã multi Iudæi approbauerũt Christum, & de eo testimonium dixerunt, uide supra in quarta parte, in sexta consider.

VIgesimaprima consid. Sectæ Christianæ sunt 13 nationes illam tenentes, & sunt quatuor quæ comprehenduntur sub latinis, quia latini principaliter oẽs sunt Christiani. Et in natione latinorũ sunt quatuor aliæ particulares nationes, s. natio Gallicana, Germanica, Italica, & Hispanica, sed una est q̃ illã tenuit, & tenet sine mõstris, sine aliquo errore, & absq; eo, ꝙ unquam ab eadem recesserit, aut in aliquo deuiauerit: q̃ est dicta natio Gallicana, q̃ (ut prædixi) semper caruit mõstris, semper fidem catholicã defendit, iuuit, protexit, auxit, & pro illa totis uiribus contra

tra ferè oẽs nationes debellauit, vt dixi supra in hac parte, & in quinta parte, in 24. considerat.

In hac prima natione Gallicana est rex Frãciæ princi palis (qui dr̃ Christianissimus) inter oẽs reges mũdi, vt dixi in dicta 5. par. sub quo multi sunt Duces, Comites, Marchiones, & Barones eidẽ obediẽtes, de quibus supra in d. 5. parte. Etiam rex Nauarrę, & rex Iuetoti, licet aliqui dicant regnũ Nauarræ fuisse sub natione Hispanica, est tñ nunc sub natione Gallicana.

Secũda natio est natio Italica, in qua est principalis totius Christianitatis, qui est Papa, qui habet in tota ecclesia, & secta Christiana primatum, & principatum, cui omnes obediunt, seu obedire tenẽtur. Et in illa natione sunt rex Siciliæ, rex Neapolitanus, ducatus Venetiarum, duces Mediolani, Ferrariæ, & Vrbini, Marchiones Mantuæ, Montisferrati, & plures alii. Etiam plures Comites, principatus, & dominationes, vt sunt Florentiæ, Senarum, & Genuæ.

Tertia natio est Hispanica, in qua sunt reges Castellæ, Legionis, Granatæ, Aragoniæ, Portugaliæ, ac multi Duces, & Comites. regnum principale dicitur Castellæ, cuius rex nunc dicitur catholicus.

Quarta natio est Germanica, in qua est Impator, & sũt multi reges, vt est rex Angliç, Scotiç, Vngariç, Bohemiæ, Polõiæ, Dathiæ, Frisiæ, Suetiæ, Noruegiç, Dalmatiç, Croat. & mlti Lãtgrauii, Duces, Comites.

Item in insula rex Cipri. Oẽs prędicti sunt obediẽtes ecclesię Romanæ. plures tñ hęreses ex hmõi Germania emanarunt, & q̃ fuerunt damnatæ, & adhuc diebus nouissimis insurrexit illa maledicta secta Lutherana, q̃ Christianitatem in multis maculauit. Deꝰ velit illam extirpare ab hmõi secta Christiana. de laude vero Germaniæ, vide amplè per Franciscum Irenicum in descriptione Germaniæ.

Quinta natio est Grecorũ, q̃ hñt patriarchã Cõstãtinopo. Archiepõs, Epõs, Abbates, & cętera hmõi in spũalibus. In temporalibus Imperatorem, etiã habent Duces, Comites, &c. Pauci tñ sunt nunc numero. quia Agareni, & Turchi occuparunt, & detinent maiorem partem Grçciæ. Et isti non obediũt Romanę ecclesię, licet quandoq; fuerint subiecti ipsi Romano pontifici, tñ sæpius incõsutilem domini tunicam tentarunt, vnde duodecim diuisiones Græcorum solent numerari, quæ ponuntur per Ioãnem Echium in suo tractatu, de primatu Petri. lib. 3. c. 16. Nunc vero habent multos errores, & fuerunt cõdemnati per ecclesiam. quia dicunt, ꝙ Spiritus sanctus non procedit à filio, & quòd non est purgatorium.

Sexta natio est Indię, in qua est presbyter Ioannes qui pest illi populo tanq̃ patriarcha, eiq; centum & viginti septem archiepatus subsunt. Quorum quilibet viginti episcopos habere dr̃. Hi Romano more fonte baptismatis In nomine patris, & filii, & Spiritꝰ sancti renascendos baptizant. Eodemque ritu sacrm eucharistiæ cõficiunt. hoc solum excepto, ꝙ pater noster ante sacramenti eleuationem decantant. Et post beatam virginem Mariam, apostolos Petrum & Paulum, atq; beatum Ioannem Bapt. præcipuo sucipiũt, & venerantur honore. Alios quoq;, & præcipuè beatum Matthæum eorum præcipuũ doctorem, maximo uenerantr̃ obsequio. beatos insup̃ Paulũ primũ eremitã, Antoniũ abbatẽ, Machariũ, atq; alios duos eremitas summa deuotiõe ꝓsequunt̃. Eorũ q̃ppe Imperatorẽ ferunt Christianissimũ, cui & septuaginta quatuor reges, ac infiniti ꝓpemodũ obtẽperant principes: duodecim duntaxat regulis exceptis, q̃ Mahumeteas obseruãt leges, qui tñ Imperatoris mãdatis in reliquis parent. Hunc sane Imperatorem tp̃e Clemẽtis V. anno. s. salutis nostræ 1300. ad Hispaniarum regem triginta Legatos misisse, illiq; contra fideles auxilium protulisse, prout q̃dã presby. Genuẽsis sancti Marci p̃positus in tract. suo de moribus huiusce gentis, Mappa mũdi ītitulato, declarauit & scripsit. Qui & Auenionẽ ad p̃dictũ Clementem Pont. V. cum reuerentia accedẽtes de multis edocti, cum multis munerib. & literis Apostolicis ad limina apostolorũ Petri & Pauli visenda uenerũt. quibus inuisis cum gaudio ad propria rediere. Verũ cũ Genuæ multis diebus nauigandi tp̃s expectantes, multa, vt fit, de eorum tribubus, moribusq;, ac religionibus rogati scripta reliquerunt, q̃ idẽ autor reseruauit. Hæc dicit Philippus Bergomas in suo supplemẽto chronicarũ li. 8. Qñ vero dictus presbyter Io. equitat, semp facit portare crucem añ se ligneã, sed qñ uadit ad bellũ, tunc facit portare duas cruces, unã de auro, alterã de lapidibus pretiosis. In illa terra est corpus S. Thomæ apostoli ĩ maxima veneratione. Apud me credo hos esse extollendos ĩ fide nostra Christiana post Latinos, Gallos, s. Italos, Hispanos, & Germanos, & cæteris oĩbus aliis nationibus Christianis præferendos, cum non multum discrepãt à fide nostra Christiana. Nisi ꝙ non approbant Papam Romanũ in summum pontificẽ totius ecclesiæ, & non approbant eius primatum. Fuerunt tñ aliàs sub Romano pontifice: cum ut amplè declarat ipse Io. Echius in d. suo tract. de primatu Petri libro 3. omnes orientales, & Afri fuerunt subditi Romano pontifici: fortè alibi amplius dicetur.

Septima natio Christianitatis est Iacobitarũ, dictorũ à Iacobo hæretico discipulo patriarchę Alexandrini. Hi ĩ partib. oriẽtis occupãt magnã partẽ Asiæ, & terrã Mãbræ: q̃ ẽ propiqua Aegypto, & terrã Aethiopiæ vsq; ad Iudæã, plusq̃ quadragita regna. Hi circũcidunt̃, & baptizant̃, cũ ferro igneo caracterẽ crucis imprimũt frõtib, & ĩ aliis partibus corporis, ut in pectore, vel ĩ brachiis. Hi cõfitẽt̃ soli Deo, & nõ sacerdotibus Indorũ, & Agarenorũ. Hi dñt in Christo tm̃ eẽ naturã diuinã. Aliqui eorũ loquunt̃ lingua Caldæa, alii Arabica, alii uero aliis linguis s̃m diuersitatẽ nationũ. Isti fuerunt cõdẽnati in concilio Calcedonen.

Octaua natio Christianitatis est eorũ, qui dñr Nestoriani, ab Nestorio hæretico discipulo sic uocati, q̃ fuit Cõstantinopolitanus. Hi ponũt in Christo duas personas, unã diuinam, alteram uero humanã, & negant beatam Mariam esse matrẽ Dei: sed bene hominis Iesu. Itẽ negant unũ Christum esse in uerbo, & in carne: sed separatum, alterum Dei, alterum filiũ hominis. ut dicit amplè de his Ioannes de Turrecrem. in c. quidam heretici. in uerb. Nestoriani. 24. q. 3. Hi utuntur lingua Caldæa in suis scripturis, & cõficiũt corpus Christi in fermento. Hi habitant Tartariam

& maiorē Indiā, & ſunt multi numero. Terra eorum continet tantū ſicut Alemania, & Italia. Hi hæretici fuerunt cōdemnati in ſynodo Epheſina, & fuerūt diuiſi ab eccleſia Romana, & pmanſerunt in eorū pertinacia. Et cōfutationes illorū errorū ampliſſimè ſcribuntur per ipſum Ioannem de Turrecremata in d. c. Philippus Bergomē. li. 9. ſui ſupplemēti Chronicarū, dicit hos habere adhuc aliū errorem, quem prædicabat Neſtor hæreſiarches, ſcilicet nihil ad vitā pdeſſe, q̄ homines virtuoſè viuerent, vt habetur in d. c. quidam hæretici. verſ. quis autē. quia dicebat, q̄ prędeſtinatio importabat ſaluationē, aut damnationē: quod falſiſſimum eſt. poſſet hic adaptari materia pdeſtinationis (quæ ad theologos ſpectat,) ſed tātū remiſſiuè ad Bernardinum de Buſtis in ſermone 37. in 2. parte litera N & O, in prima par. ſui Roſarii, ubi cōfundit hunc errorē. & amplè per eundē in d. 2. parte, ſermone 33. ubi amplè de materia prædeſtinationis.

Nona natio eſt illorum qui dicuntur Moronetę, à quodā hæretico Morone, qui vnū intellectū, & vnā uoluntatē ī Chriſto tantū ponūt. Hi inhabitāt Libyā in puīcia Fenicis, in magno numero, pliis edocti, & experti, ſpecialiter vtuntur arcubus, & ſagittis. more latinorū Campanis eorum epiſcopi, anulis, mitris, & baculis paſtoralibus utuntur. ī ſcripturis diuinis lrā Caldea, & in uulgari Arabica utunt. Hi aliqn̄ fuerūt ſub obediētia Romanæ eccleſiæ. Nā eorū patriarcha erat in cōcilio generali Lateraneñ. celebrato Romæ ſub Inno. III. ſed poſtea receſſerūt. Hi primò fuerunt cōdēnati in ſynodo Conſtātinopolitana, poſtea redierunt ad obediētiā Romanæ eccleſiæ, & iterū reuerſi ſunt ad eorū opinionem falſam, in qua perſeuerant.

Decima natio eſt illorū q̄ dicunt Armeni, q̄ habitāt ī regno Armeniæ ppè Anthiochiā. Hi pprīu idioma, & linguā cōmunē oib⁹, & ſcripturas ſanctas, & officiū eccleſiæ cantant, & dicunt in uulgari lingua, ita q̄ oibus ſecularibus uiris, & fœminis intelliguntur. Habēt ſuum primatē, quē catholicū vocant, cui obediunt uelut Papæ cū magna deuotione, & reuerētia. Quadrageſimā ieiunāt, in qua non comedunt piſces, nec bibūt vinū: in diebus tamē veneris comedūt carnes. Hi temporibus Conſtantini Imperatoris cum Scotis ſeu Hybernis fidē Chriſti ſuſceperūt, eo q̄d Hybernis ſeu Scotis pdictis ī occidētali plaga uiciniores eſſent. Et hi Armenii in Aſia inter Taurū, & Caucaſū mōtes conſtituti ſunt. Nam Hyberni, & Armenii ac Colchides una ſub prouincia ſiue regione coniungūtur. Huius itaq; conuerſionis Thyriades tūc huiuſce gētis cauſa fuit, qui rex quodam mirabili ſigno circa domū ſuam diuinitus oſtēſo Chriſti baptiſmū ſuſcepit, qui una cum omnibus ſuæ ditioni ſubiectis unā die una pceptione deo colla ſubmiſere: ex quo factū eſt, vt ad finitimas quoq; gentes Chriſtianū dogma puenerit, & multitudine dilatatū ſit: quorū cōmercio etiā Perſæ fidei rudimēta aliquantulū ſuſceperūt.

Vndecima natio Chriſtianorum eſt illorū qui dicuntur Georgiani à beato Georgio, quē habent præſū in patronū. habitāt in partibus orientalibus: ē populus multū pulcher, fortis, & delitioſus, Medis, Perſis, & Aſſyriis (in quorū confinibus commorantur) valdè formidoloſi: utuntur ligua Græca, utunt ſacramentis modo Græcorū. Clerici habent coronas rotūdas in capitibus raſas, ſeculares verò quadratas. Et qū ueniunt ad ſanctū ſepulchrū nō ſoluūt Saracenis tributū, & ingrediunt Ieruſalē cū vexillis erectis, quia Saraceni eos timent. Eorū fœminæ utunt armis ſicut uiri, vtunt pileis altis in capitibus ad altitudinem cubiti, & quando ſcribunt Soldano, ſtatim fit, quod petunt. Philippus Bergom. in ſuo ſupplemento chronicarū. lib. 9. dicit, q̄ Scoti ſeu Hyberni hodie Georgiani populi appellant, & vſq; ī hodiernum diem Chriſtū colunt, quamuis procul ab Apoſtolica ſede ueritatis magiſtra: q̄a non omnem euangelii veritatē ſeruant, eo q̄ Barbaris gētibus circunfuſi ſunt. Hi enim (ut dicit) ſunt conſtituti in aquilonari parte, & anno Chriſti 338. tempore Cōſtantini Imperatoris fœdera verbi Dei, & Chriſti fidem miraculoſè ſuſceperūt; & muliercula quædā Chriſtiana ibidē captiua, huius tanti boni cauſam pſtitit. Quæ cū uitā pudicā, & ſanctā ea in regione duceret, ac dies noctesq; in orōne cōſumeret, gētibus illis admirationi fuit. Quib⁹ ſciſcitantibus cur ſe tantopere affligeret, ita ſe ſuum deū colere reſpondit, q̄ Chriſtus eſt. Nihil ex hoc ampli⁹ mirati Barbari, q̄ nouitatē nominis, mulierculā ī honore hr̄e cœperunt. Mos itaq; gētis illi⁹ erat, paruul⁹ cū ęgrotaret per vicinas domos à matrib⁹ circūferrī remedia exquirētibus. Accidit autē, vt quędā mater, cū puerū aliquādiu circūtuliſſet, nec ſalutare q̄cquā inueniſſet, captiuā tāquā ebria doloris adiret, eiuſq; opē expetere, q̄ nihil humani illa ſe ſcire reſpondit: ſed dominū quē coleret Ieſum Chriſtū deſperatā ab hominibus ſalutē cōferre poſſe, paruulumq; cilitio ſuo ſuperimponēs, & orationē ad Ieſum fundēs, ſanū matri cōfeſtim reddidit. Mox facti rumor totā repleuit urbē, & ad reginā etiam peruenit, quæ dolore afflicta captiuā ad ſe adduci curauit. Cumq; illa regiā domū ingredi recuſaret, orationē ad deū pro illa fundens, illico regina ipſa eſt ſanitati reddita, atq; ex hoc admonita, ut in Chriſtū crederet, & eum qui ſalutē ei pbuiſſet, adoraret. Quib⁹ beneficiis, & verbis commota regina rogauit uirū, vt Chriſtianus efficeretur: quod quanquam ille promiſiſſet, ſegnis tn̄ erat, nec ſepius ab uxore cōmotus baptizari curabat, nō tā q̄ fidei hoſtis eſſet, q̄ dubius. Cōtigit aūt eum aliqn̄ in ſiluas altiſſimas ire venatū, quò cū pueniſſet, coorta ſubito tēpeſtate, ita tenebræ cuncta operuere, ut nec oēs cerneret, nec ab ullis cerneret. Ignarus aūt q̄d facto opus eſſet, pmiſſionis cōiugi factę recordat⁹ eſt, & tūc Chr̄m rogauit, vt ſi Deus eſſet, ex tātis eū periculis liberaret. Nec mora, dies clariſſima mūdo reddita eſt: rex ad vrbē pduct⁹, reginæ q̄ geſta erāt miraculi loco expoſuit. Vocat captiua, & eius cōſilium audit. Illa ſtatim reiiciēda idola, & Chr̄m colēdū dicit, eiq; ſupplicādū, & baſilicā cōſtruēdā eē hortat. Cōuocato pplo Rex euangeliū pdicat, & nōdum ſacris initiatus fit ſuæ gētis apl's. Credūt uiri p regē, & fœminæ p reginā, cōſtruitur tēplū magni operis, & eleuato ptinaciter murorum ambitu columnę collocantur: ſed prima ac ſcd̄a erecta, tertia nullis machinis, nullisq; uirib⁹ erigi pōt. Cumq; ad noctē uſq; laboratū eſſet,

esset, recedētibus oībus sola captiua mulier apud ecclesiam in orōne perseuerat. Postera vero die, prima luce redeunte populo colūna reperta est s̄ basim in aere suspensa, q̄ tū esset vnius pedis spaciū: quo miraculo viso, oēs magnificarunt Deū, veráq; captiuæ fidē recognouerūt. Et stupētib. oīb. sensim supra basim nullo cōtingēte deposita est. Moxq; reliq̄ colūnę magnā fallacitate erectæ sunt. At pfecta eccl̄a, & populi fide cōfirmata, suadēte captiua, toti⁹ gētis legatio ad Cōstantinū Imperatorē in Græciā mittit: resq; gesta exponit, & sacerdotes petunt, q̄ cęptū erga se munus expleāt. Quibus & iucundissimo vultu Imperator satisfecit. Hæc Philippus Bergomensis, vbi supra.

Duodecima natio Christianorum est illorū, qui dn̄r Suriani, à ciuitate Sur, q̄ est eminentior in Suria vel Assuria. Hi vtunt̄ in sermone vulgari lingua Sarracenica, in scripturis diuinis, & officio missæ lingua Græca. Habent epos, & consuetudinem Græcorū seruant, & eis obediunt in oībus. Conficiunt sacr̄m euchariſtiæ in fermento, & habent opinionem Græcorum contra Latinos. Hos sequūtur aliqui Chr̄iani, qui in terra sancta vocant̄ Samaritani. cōuersi primo tempore apostolorum, sed non bene sapiunt in fide.

Decimatertia natio est illorum, qui dn̄r Mozorabes. Hi olim fuerunt multi in partibus Aphricæ, & Hispaniæ, nunc vero sunt pauci. Sunt. n. dicti Mozorabes, quia modos Chr̄ianorum de Arabica ī multis tenebant. Isti vtunt̄ in diuinis officijs lingua Latina, & obediunt Romanæ ecclesiæ, & p̄latis Latinorū, & cōficiunt in azimo vt Latini, sed in multis discrepāt ab eis, quia in diuinis officijs hn̄t horas valde prolixas: quia cū dies naturalis diuidat̄ in 24. horas diei, & noctis, tot officia habēt, siue horas, & psalmos, ac hymnos, necnon certas orationes habēt, & nimis ꝓlixas, quas nō dicunt more Latinorū. Nā illud, quod Latini dn̄t in principio, ipsi dicunt in fine, vel in medio. Sacr̄m eucharistiæ diuidunt aliqui in septē partes. alii in decē. Est natio valde deuota: in matrimonio non coniungunt̄ nisi personis suæ gentis, siue nationis, inter quas fęmina amisso primo marito nunq̄ coniungit̄ alteri, sed permanet in castitate perpetua.

Inter has 13. nationes natio italica ē prima, eo q̄ hēt vicarium Chr̄i, qui oībus Christianis præest, ita ꝙ si fieret cōgregatio oīum, semp Italia, hoc est ecclesia Romana p̄cederet, cum oēs Chr̄iani subijciantur seu subijci debent summo pontifici, qui in tota Christianitate primatum obtinet, vt dixi supra in 4. par. ī 7. considera. vbi amplè. Et de eius laudatione refert Plinius 37. naturalis historiæ. c. vlti. In toto orbe, inquit, & quacunq; cœli conuexitas vergit, pulcherrima est oīb. rebus, meritoq; principatum naturæ obtinēs Italia, rectrix, parésq; mūdi altera, viris, fęminis, ducibus, militibus, seruitiis, artiū p̄stātia, ingeniorū claritatib. Iā situ, ac salubritate cœli, atq; tēpie, accessu cūctarū gētiū facili, littoribus portuosis, benigno vētorū afflatu. Etenī cōtingit recurrētis positio ī parte vtilissimā, & īter ort⁹ occasusq; mediā, aquarū copia, nemorū salubritate, mōtiū articulis ferorū aīaliū innocētia, soli fertilitate, pabuli vbertate. Quicq̄d est quo carere vita nō dēat, nusquā est p̄stātius. Fruges, vinū, olea, vellera, lina, vestes, iuuēci. Ne equos quidē in trigariis p̄ferri vllis vernaculis animaduerto, metallis, auri, argēti, æris, ferri, q̄diu libuit exercere nullis cessit. Et iis nunc ī se grauida ꝓ omni dote varios succos, & frugū pomorumq; sapores fundit. Et lib. 3. c. 5. in prin. de vrbe Roma, & Italia dicit. Roma omniū terrarū caput, alūna eadē, & parēs, numine Deū electa, q̄ cœlū ip̄m clarius faceret: sparsa cōgregaret imperia, ritusq; molliret. & tot populorū discordes, ferasq; linguas sermonis cōmertio cōtraheret ad colloquia, & humanitatē homini daret, breuiterq; vna cunctarum gentiū in toto orbe patria fieret. Et dicit tex. in 2. cōstitut. C. in principio. ꝙ arma, & leges Romanas omnibus anteponi nationibus, oībusq; gentibus dominari præteritis effecerunt temporibus.

Vigesimasecunda consideratio. Quia prædictæ sectæ, seu nationes, de quibus supra in duab. p̄cedētibus considerationibus, tribus linguis vtunt̄. s. Arabica, seu Græca, & Latina, vnde (vt hr̄ Lucæ 23. & Io. 29. Græcè, Hebraicè, & Latinè, erat scriptus titulus, seu suprascriptio crucis Iesu Christi) videndum est, quæ illarum sit excellentior.

Et vr̄, ꝙ Græca sit vtilior Latina: quod satis vr̄ ꝓbare tex. in auth. de non alienandis, aut permutandis rebus ecclesiasticis. §. nos igitur. in fine colla. 2. vbi dicit tex. non paterna voce. i. Latina legem conscripsimus: sed hac cōi, & Græca, vt omnibus sit nota, pp facilem interpretationem. & dicit gl. in verbo, uoce. Ideo cōior vr̄ lingua Gręca, q̄ sit Latina, quia eam norunt nedum Græci, sed Latini, quos oportet Græcæ linguæ eruditionem habere propter īterpretationes, & translatinnes multarū legū, & constitutionum, q̄ Græca lingua fuerūt factæ, vt apparet in multis legibus fforum. Græci uerò parū aut nihil curant linguā latinā. Præterea (ut legit̄ in diuinis) qn̄ Hebraica lingua transferenda erat in Latinā, prius in Græcā trāsferebatur, ut facilior ex ea fieret translatio.

Aduerte ꝙ tex. gl. & doc. in cle. j. de magr̄is, faciūt mentionē de tribus linguis, s. Hebraica, Arab. & Caldęa. q̄ sunt (ut dicit Card. ibi) utiles ad sciēdum fauore fidei: & quare omisit de Græca, dicit gl. ibi in uerbo, Hebraicè, ꝙ illud uerbū Græcè in originali erat cācellatū, aut fortè pp lr̄am in tex. q̄ supra ibi, q̄bus utunt̄ infideles &c. ut nihil esset supfluū. uel cācellata fuit, cum Græci fideles fuerint sub obediētia ecclesiæ c. licet. de baptismo. & facit ꝙ notat c. 1. de sum. trin. lib. 6. Tn̄ hodie scismatici sunt, nec recognoscūt caput Romanæ ecclesiæ. Et ut dicit ibidem gl. forte esset expedientior suæ linguæ doctrina q̄ aliarum. Iudæi autem habent lr̄am Hebraicam, sed linguam specialem in uulgari nō habent. Habemus. n. ꝙ euanuit ipsorum lingua uulgaris. Arabica lr̄a est Sarracenorum. Caldæa Caldæorum, de qua in c. legimus. §. sed econtra. & c. turbat. & c. q̄ de mēsa. 37. dist. sed fertur ꝙ hæc lr̄a hodie non habeat̄, ut dicit dicta gl. Et recitat ibi Cardinalis, ꝙ linguæ sunt 72. ut uidetur probare tex. in c. septuaginta. 16. distinctio. Sed principales tres sunt, s. Hebraica, Græca, & Latina, quę totum orbem diuidunt: & etiam dicit, quòd olim fuit una lingua omnium nationum, scilicet Hebraica, & q̄ creditur

creditur,& probabiliter, ꝙ in patria cœlesti erit tantum vna lingua. In multis autē linguis varietas est,& ubi varietas,& diuersitas, ibi dissensus. Linguarū etenim diuersitas, ut ait Aug. libr. 19. de ciuit. Dei. c. 7. Hominem alienat ab homine, nā si duo sibimet inuicē fiant obuiam, neq; præterire, sed simul esse aliqua necessitate cogant, quorū neuter nouit līguā alteri⁹, facilius sibi animalia muta, etiā diuersi generis, quā homines socianť. Scribit Strabo trecentas nationes, quę dissimilibus linguis uterentur descendisse ī Dioscuriadem urbem Colchorum clarissimam.

Sed redeundo ad propositū, sciendū est q̄ sit honorabilior,& excellentior. Nā, ut dictū est, Gręca uideť magis utilis. Ideo magis laudanda ex effectu, & visus fuit hoc ꝓbare tex. in d. §. nos igr̄, cū glo. de qua s̄.

Sed videtur, ꝙ illa ratio non concludit, cū certum sit paucissimos Latinorū Græcè linguę scios esse: oēs verò propemodū Græcos Latinam callere. Et si Græca lingua ab omnibus potuisset intelligi, essetq; communior Latina, nihil necessum fuisset uti circuitu trāsferendo, s. Hebraicā in Græcam, & postea Grecā in Latinā, sed sufficeisset Gręca translatio: vnde ꝓ utilitate Gręcę linguę, ut sic sit excellētior, videť melior tex. in c. vt ueterū. ubi ē tex. Augustini. 9. dist. qui tex. sic ait. Vt veterū librorū fides de Hebræis uoluminibus examinanda est, ita nouorū veritas Græci sermonis normā desiderat, quod intellige de veteri, & nouo testamento. Et ēt dicit tex. in c. fi. 20. dist. de q̄bus causis nulla soluendi, ligandiq; autoritas in libris ueteris,& noui testamenti,& quatuor euangeliorū, cū totis scriptis apostolorū nō appareat, ad diuina recurrite scripta Græca. sed glo. magna in d. c. vt veterū. dicit, ꝙ Hiero. in scdo ꝓlogo Bibliæ contrariū tenet, dicēs, ꝙ emēdatiora sunt exēplaria Latinorū q̄ Græca,& Hebręa: sed Augustinus in d. c. vt veterū. ad primitiuā ecclesiā respicit, qū exēplaria Græca, & Hebræa non erant corrupta, sed ꝓcedēte tempore cum populus Christianus esset multū auctus, & hæreses multæ īter Gręcos pullulassent. Inuidia Christianorū Iudęi,& Græci sua exemplaria corruperunt: & sic factum est, ꝙ exēplaria eorū magis corrupta sunt q̄ Latinorū. ad quod tempus respicit Hieronym⁹, vel respicit ad Latina exemplaria à fidelibus interpretibus translata. Augustinus verò respicit ad exemplaria Latina à nō fidelibus,& falsatoribus trāslata, vel ī hoc, ut dicit d. gloss. magis credendū est Hieronymo quā Augustino. Quia inter istos tres Augustinum, Hieronymum,& Gregorium, magis credendū est Augustino in disputationibus, Hieronymo in historiis,& trāslationibus, Gregorius in moralibus pręponiť: q̄a nō omnes ī omnibus, sed certi p certa, vt est tex. in l. j. §. omnibus autoribus. C. de veteri iure enucleādo. Nec omnia possum⁹ omnes,& ita dicit d. gl. quā refert,& sequiť Panor.& post eum Fel. in c. ne innitaris, ī fine. de constitutio.& ibi Felin. dicit illam glo. esse approbatā à Ludouic. Romano in l. si uerò. §. de uiro ī 15. fallentia, ff. solu. matrimonio,& in l. 1. §. fi. col. 2. ff. de uerbo. obliga.& in l. j. colum. 5. ff. si certum petatur.

Sed Archi. in d. c. fi. 20. distinctio.& post eū Prepositus,& Geminianus dicunt, ꝙ qn̄ scriptū reperitur contrarium, vel dubiū, ad Græcam linguā recurrendum est, prout in dicto c. ut ueterū,& dicto cap. fi. intelligiť secundū illa tempora, quibus fidei catholicæ ītegritas erat apud Gręcos: sed cū hodie sint acephali,& exemplaria eorū corrupta,& mēdosa, nō est ad eorum uolumina recurrendū. Nō est enim uerisimile eos qui catholicę fidei unitatē nō sincerè tenent, integritatē suorū voluminum conseruasse: sed potius ea in odiū Latinorū (qui unitatis fidei inconcussi sunt obseruatores) corrupisse. Nam aduersarii, & inimici facile mentiuntur, ut est tex. in l. j. §. præterea. & ibi plures concordantias in gl. ff. de quęstionibus.

Albericus de Rosate in 1. constitutione ffořum, ī §. illud,& in suo dictionario, in uerbo, lingua, dicit, ꝙ inter omnes linguas tres sunt excellentissimæ, Hebraica. s. Græca,& Latina. Earū clarior, & sonantior dicitur Græca, cuius uarietas discernitur in quinq; partibus. quarū prima diciť mixta siue communis; qua omnes Græci utunť. secūda Atheniensis, qua vsi sunt autores Græci. tertia dorica q̄ habent Aegyptii & Syrii. quarta Ionica. q̄nta Aeolica, vel sic. una diciť Attica, alia Boetica. 3 Aeolica. 4 Dorica,& quita Iadica. Quantū autem lingua Græca pręstet Latinæ scribit Budę⁹ ī tract. de asse,& partibus eius li. 1. folio 7.

Latinæ uerò linguę dicuntur esse quatuor, scilicet Prisca,& condita quā sub Iano,& Saturno, uetusti mi Italici habuerūt,& Latina qua Italici vtunť,& vsi sunt à Latino,& aliis regibus Tuscię, ex qua lex duodecim tabularū scripta fuit, & Romana qua post exactos reges popul⁹ Romanus ē usus, & Mixtaquę post imperium latius promotum simul cum moribus,& hominibus urbem arripuit, per Solęcismos, & Barbarismos integritatem uerbi corrumpens.

Omnes orientales in gutture uerba collidunt, sicut Hebręi,& Syrii.

Mediterraneæ gentes sermones proferunt in palato, sicut Græci,& Asiani.

Occidentales verò uerba in dentibus frangunt, sicut Italici,& Hispani.

Addo, quòd septētrionales; vt Germani uerba faciunt in pectore. Nos uerò Galli in gutture, palato, & pectore. Hīc uulgo dicitur, Itali caprisant, Alemani vlulant, Galli cantant,& Angli iubilant.

Et ita dicit Albe. in loco supra all. qui dicit se inuenisse in authē. scripturis super Genesim, & in inuētario uniuersi orbis ī rubr. de ædific. turris, ī qua fuit inuenta diuersitas linguarū. Idem etiam dicit Isid. in lib. Aethi. vbi dicit, ꝙ locutio Græcorū est cōptior cęteris: & dixi suprà in 3. par. in penult. consider.

Guillelmus Durādi in suo rationali diuin. officiorū. c. de parasceue. col. xj. dicit, ꝙ lingua Hebraica ꝓpter legem est oīum linguarum mater. Lingua græca doctrix est,& lingua Latina interpretatrix, propter dn̄ium Romani imperij,& papatus. Et iō dicitur, ꝙ lingua Hebræa erat mater omnium linguarum. Nā priusquam superbia turris Babyloniæ illas diuideret, vna oīum nationum lingua fuit, ut habetur Genes. 11. ubi dr̄. Erat aūt terra labij vnius, & sermonū eorundem. Et iterum dicit dominus. Ecce unus est populus, & vnum est labium omnibus,& ob id delictum

ctum 70 linguę omnino diuersę supindictæ sunt, vt ꝑ in 69. consid. q̃ de nõnullis celebrib. turrib. tractat. vñ dicit Remigi⁹ sup illud 1. ad Cor. 13. c. Siue līguę cessabunt. Sicut (inquit) ante turrim Babel una erat lingua Hebræa, sic qdã doctores expleto iudicio ipsa remanebit una, & ideo, ut dixi supra, in multis līguis varietas est, & ubi, uarietas ibi dissensio sed in regno sanctorũ nõ erit dissensio, igit̃ nec linguarũ uarietas.

Item Bernardinus dicit. Multi multa sciunt, una erit omnium lingua, iubilatio indefessa, un⁹ affect⁹, amor æternus, & erit cõe omnium omnipotentia, sapientia, pax, iustitia, intelligẽtia, nec erit in illa pace diuersitas linguarũ. Donũ tñ est uti diuersis linguis. vnde Apost. 1. ad Cor. 14. dicit. Gratias ago deo meo, quòd omnium uestrum lingua loquor. Et apostoli loquebantur variis linguis, Actu. 2.

De laude autẽ istius linguæ Hebraicæ, uide amplè in margarita phil. ĩ institutione hebraica. ubi laudat eã ex antiquitate, seu prioritate, cum fuerit prior oĩb. aliis, ex puritate, sanctitate, significationũ affluentiã ac utilitate: ex q̄bus oĩb. alias antecellit, ut ibi elegantissimè comprobat̃. Et Isid. 1. Etymologiarũ. dicit gręcas literas cũ earũdẽ denominationib⁹ ab Hebręorũ caracteribus eẽ sumptas, uti ab Aleph, Alpha, a, & sic de nõnullis. E Græcorũ verò fontibus latinorũ linguã scaturisse ĩdubitatũ hr̃, & certũ apud ferè omnes: ꝙ an sit omnino verum, dixi suprà ista part. ĩ 17. consid. ubi laudatur Gallia ex literarum traditione.

VIgesimatertia consid. sit de tribus modis cognoscendi vires perfici seu habendi notitiam rerũ: & quibus natura rerum apprehẽdit̃. s. experientia, ratiocinatione, & fide, & quis illorum sit excellentior.

Nam primò de experientia dicitur, ꝙ est rerũ magistra, ut est tex. in cap. quam sit, in prin. de elec. in 6. & dicit tex. in l. legatis. §. ornatricib⁹. ff. de leg. 3. qđ p̃bet nutrimentũ cuilibet artificio. Faciunt tex. ĩ l. certi. ibi, qui cuiusdam rei peritiam hñt. C. de iudi. & in 2. constitutione. in §. sed cum. ibi, quàm experientia rerum. & ait Arist. Natura potẽtem, ars facilem, usus promptum reddit artificem.

Quo ad ratiocinationẽ, hoc est argumentationẽ, videt̃ etiam, ꝙ sit multũ laudanda. Nam dicit Bal. in l. precib. C. de impuberũ. & in l. si pecuniam. C. de conditio. ob causam, ꝙ viam ferro aperit, qui p contraria transit. & hr̃ per Arist. 2. de cœlo, & mũdo. Opposita iuxta se posita magis elucescunt. & in primo Elencorum. Positis iuxta se contrariis, maiora à minoribus discernunt̃. & in 2. de anima ẽt dicit, ꝙ cõsiderans unum oppositorum, habet cõsiderare, & reliquũ. per cognitionẽ enim unius, cognoscit̃, & aliud. l. 1. in prin. ibi: nã si cognouerimus. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur. & institu. eod. in prin. l. i. ff. de tutelis, & instit. eod. in prin. & l. Pomponius. §. sed, & iis q̃. ff. de procu. & §. nec manifestũ. instit. de oblig. q̃ ex delicto nascũt̃. Idcirco idẽ philosoph⁹ in p̃dicamẽto relationis ait. Dubitare in singulis nõ erit inutile, qđ notat̃ per gl. ĩ uerb. req̄rẽs. in l. 3. C. de sum. tri. & fide cath. Sine dubitatione etem̃ nõ bñ res clarescunt. unde Arist. in 3. metaphys. inquit. Quærentes veritatẽ sine disputatione, similes sunt ire ignorantibus.

Hinc est, qđ apud iurisconsultos nostros dr̃, qđ disputando melius ueritas inuenit̃, & difficilia aperiũtur, ut est tex. in l. munerũ. §. mixta. ff. de muneribus, & honoribus. ibi: meliorẽ rationẽ dilputãdo habuit, & do. meus Ias. in l. cũ qdã. ff. de liber. & posthum. l. Offilius, aliàs Offidius. ff. de lega. 3. l. 2. §. his legibus. ff. de origine iur. l. diui fratres. ff. de iurepatro. Ideo dicit̃, Iudicantẽ cuncta rimari oportet. c. iudicãtem. 30. q. 5. c. cũ cãm. extra de testibus. l. iudices. C. de iudiciis. c. imprimis. 2. q. j. & c. occidit. 23. q. 8. Vñ, ut refert Hiero. in lib. ꝯ Pelagianos. Schola Socraticorũ cõsueuerat adducere omnia q̃ dici possent ex utraq; parte, ut magis pspicua fieret veritas. Nã magis exagitata, plus splendescit in lucẽ, tex. in c. graue. 35. q. 9.

Vel etiã ratiocinatio sillogismus dicitur, diffinitur que ratio ĩ qua quibusdã positis, & concessis necesse est per ea q̃ posita sunt, & cõcessa aliquid euenire. Et talis ratiocinatio deriuat̃ à ratione quæ debet esse in quolibet. Ita qđ illud, quod ratione non roboratur, extirpandum est. c. cor epi. 67. distinct. & ratione uiuendum est. cap. uides 23. q. 7. Nec sunt recipienda q̃ uacua opinione iactantur, sed quę ratione, vel autoritate iuuantur. c. deniq; 26. dist.

Tertius uerò modus cognoscendi naturã rerum seu res perfici est fides. Quę quidem fides ſm theologos est certa, imò certissima, imò humana cõditione via certior. Et ideo Richardus de sancto victore ponẽs istos tres modos cognoscendi naturas rerũ in li. 1. de trinitate. ca. 2. dicit, qđ nihil firmius, nihil certius, nihil constantius fideles tenent, q̃ quod fide apprehendunt. & ut primo c. dicit. Si ad sublimiũ scientiam mentis sagacitate ascendere volumus, operępretiũ est primò nosse quibus rerum modis notitiam apprehendere solemus. Rerum itaque notitiam, ut dicit, modo triplici apprehendimus. Nam alia experiẽdo probamus, alia ratiocinando colligimus: aliorũ certitudinẽ credendo tenemus. Et tẽporaliũ quidẽ notitiam per ipsam experientiam apprehẽdimus. Ad æternorũ verò notitiã modo ratiocinãdo, modo credendo assurgimus. Nã quædã ex his quę credere iubemur, nõ modo supra rationẽ, verũ ẽt contra humanã rationẽ esse uidẽtur: nisi profunda, & subtilissima indagatione discutiant̃, vel potius diuina relatione manifestẽtur. In horum itaq; cognitione, vel assertione magis inniti solemus fide q̃ ratiocinatione, autoritate potius q̃ argumentatione, iuxta illud prophetæ Esa. septimo. Nisi credideritis non intelligetis. Sed, & in hoc in his uerbis diligenter attendendũ uidet̃: quia horũ quidẽ intelligentia hac nobis autoritate nõ generalr̃, sed conditionaliter neganda proponit̃, cũ dr̃. Nisi credideritis nõ intelligetis. Nõ ergo dẽnt exercitatos sensus habentes de taliũ intelligentia cõparãda desperare: dũ tm̃ se sentiant firmos in fide, & per omnia probatæ cõstantiæ in fidei suæ assertione: hæc Richard. Et ibi Faber Stapulẽsis ĩ expositione, dicit uires pfici trib⁹ cognosci modis, sensu, imaginatione, intellectu: & tres esse earũ cognoscẽdi modos, experiẽtiã, ratiocinationẽ, & fidẽ: pficiũturq; hęc suo principio, medio, & fine: sic. n. amãt oĩa trino cõsummari uestigio, suũ imitãtia principiũ: imũ locum sen

ſus tenet, ſummũ intellectus, mediũ imaginatio. ſic experiẽtia cognitionũ initiũ eſt infimũ tenens cognitionis modũ, vt ſenſus: fides ſummũ, vt itellectus: rõcinatio mediũ, vt imaginatio. Experiẽtia ſenſibilium ſingularũ eſt, & vltimorũ cognoſcibiliũ. Fides intelligentiũ primorũ, & ſummorũ. Nã obiectũ eius prima veritas humanæ humana, diuinæ diuina: vt experientia vltimorũ veritatis veſtigiorũ. Rõcinatio mediorũ ab vniuerſalibus, & cognoſcibilib. mẽtis humanæ ſuffragiũ q̃rẽs. Et fides maximè diuina lumen eſt aĩorũ, & primæ veritatis infulgentia: quo fit, vt nullus ſit fide ſuperior cognoſcendi modus, q̃ ſi q̃ nõ capiunt, non aliter fidei iniuria id obtingit, q̃ diuinę lucis iniuria, ſi ipſa non capit ab oculo Nycteridis, & in illa rõcinationem q̃rere eſt debili oculo vmbraculũ ſubtẽdere, ne pſtringat ab inſigniori lumine. Ergo q̃ põt abſq; rõcinatione illa, q̃ ſunt fidei intueri, longè inſignius videt, & cognoſcit, q̃ qui rõcinationẽ efflagitat & q̃rit: vt is ſincerius ſolẽ agnoſcit, q̃ tantus fulgor non hebetat ex aduerſo contuentem, quam qui vt illum videat, manum viſui opponit, ac obumbrat.

Ex quibus concluditur, & etiam ex his, quæ dicit idem Faber poſt Richardum in 2.c. quòd inter prædictos modos cognoſcendi fides eſt ſuperior.

VIgeſimaquarta conſideratio de bonis diſputat, quod ſit vtilius, ſeu maius, aut melius altero.

Et primò aduertẽdum eſt, ꝙ bonum primò diſtinguitur inter minimum, medium, & maximum.

Minima enim bona ſunt bona temporalia, vt diuitiæ, honor, fama, & huiuſmodi.

Media ſunt potentiæ animæ, & alia naturalia, quibus poſſumus vti benè, & malè, vt intellectus, voluntas, ſenſus corporis, & huiuſmodi.

Maxima ſunt gratia, & virtutes neceſſariæ ad ſalutem, & his bonis nemo malè vtit. Vñ vt dicit Auguſ. ꝙ virtus eſt bona qualitas mẽtis, qua nemo male vtitur. Et inter iſta tria bona, iſtud ultimũ eſt maius, vt dicit Florentinus in 2.par. ſuę ſum. lib. 13.c. 2.§.8. in prin. & in fine illius. §. ponit aliã diſtinctionẽ boni, q̃m (vt dicit) eſt adhuc quadruplex bonum, ſ. bonum naturæ, quod conuenit generaliter omni enti, & tale bonum eſt perfectio debita, & conueniens naturæ. Vnde Eccl. 3. Omnia fecit bona in tempore ſuo.

Secundum eſt bonum virtutis politicæ, quod bonum habet principium inter nos, eo ꝙ virtus politica eſt virtus, quæ acquiritur voluntaria cõſuetudine.

Tertium bonum eſt gratię, quod conuenit creaturæ rationali benè diſpoſitæ: & iſtud bonũ habet principium partim intra nos, & partim extra nos.

Quartum eſt bonum gloriæ, & tale bonum eſt pfectum, quod conuenit aĩæ informatæ per gratiã, vt de his amplè idem Florent. in d.§.8. & in §.9. ponit aliam diſtinctionem dicendo, ꝙ aliud eſt bonum ſecundum Tullium, Ambroſium, & Thomam. ſ. vtile, delectabile, & honeſtum, vt ibi per eum.

Redeundo ad propoſitũ noſtri operis, ipſe Antoninus Floren. in dictis parte, titulo, & c. 2.§. 10. ponit quinq; rõnes, ex quibus patet vnũ bonũ eſſe maius, ſeu melius altero: & dicit tex. iuris ciuilis ĩ l. vbi autem non apparet, in prin. ff. de verb. oblig. eſt dare melius bono, & optimũ meliori. quod dictum refert glo. magna. in l. certum eſt. ff. ſi certum petatur.

Primo ergo vnum bonũ eſt maius altero: q̃a diuturnius, quod pbat ibi Antoninus à cõtrario de malo, & ẽt quia q̃to bonũ eſt diuturnius, tanto ſecurius poſſidet. Et iõ dr̃ Threnorũ 3. Bonũ ẽ viro ſi portauerit iugũ ab adoleſcẽtia ſua. Cũ igr̃ (vt dicit) bona ſpũalia uirtutũ permaneãt, nec auferri, vel amitti poſſint contra voluntatẽ habẽtis, vt dicit Ambr. de pęn. diſt. 2. c. ſapiens. bona autẽ tpalia auferri poſſunt inuitis, vel amitti ſaltẽ in morte. vnde Ambr. ſuper Lucam. Non ſunt hominis bona, q̃ ſecum afferre non põt: ergo ſpiritualia ſunt maiora, & digniora q̃ tẽporalia.

Scdò dr̃ bonum maius altero: quia impermixtius ſeu purius altero. Bonũ. n. quod eſt ſine malo, eſt maius, & magis eligẽdũ, q̃ ꝙ habet admixtionẽ mali. & gaudium ſine triſtitia, aut metu eſt maius gaudio, qđ habet triſtitiam annexam, ſeu metũ. Rõ eſt, quia bonum quãto delectabilius, tanto melius, & magis eligẽdum. Sed bonum, quod eſt malo purius, & impermixtius eſt delectabilius. Cum ergo bona ſpũalia nõ habeant mali, aut triſtitiæ admixtionẽ. vnde dr̃ de ſapientia vera. Venerũt mihi omnia bona pariter cum illa, Sap. 7. & 8. Non habet amaritudinem conuerſatio illius, nec tędium cõuictus eius, *ſed lætitiã, & gaudium.* Bona autem terrena, ſiue di*uitiæ, ſiue voluptates* habent multam triſtitiam, & anxietatem admixtam. vñ Saluator eas comparat ſpinis. Lucæ 8. q̃a pũgunt, & mẽtẽ lacerãt diuerſis afflictionibus. Iõ ſpũalia bona ſunt meliora, maiora & cæteris prælegẽda.

Tertiò, dr̃ bonum maius altero, quia cõis ſm Philoſophum, & Apoſt. ad Gal. 6. Dũ tp̃s habemus operemur bonum ad oẽs. Hinc dicit text. in c. ſcias. 7. q. 1. ꝙ vtilitas cõis præferenda eſt priuatæ. hr̃ per Ariſt. 1. Ethico. & in c. bonæ. 1. & ibi gl. extra de poſtulatione prælat. & in c. licet. extra de regularibus. & in lactione. §. labeo. & ibi gl. ff. pro ſocio. in l. vnica. §. pe. C. de cadu. toll. & in auth. de reſtit. & ea quæ parit. §. ſancimus. ibi: ea. n. &c. collat. 4.

Quartò, vnum bonũ eſt maius altero: quia ſufficiẽtius. vñ iuſtitia eſt maius bonum, q̃ fortitudo: q̃a habita fortitudine, adhuc iuſtitia indigemus, ſ. ad recte conuiuendum: ſed habita iuſtitia nõ indigemus fortitudine. Et illud eſt bonum ſufficiens, quia p ſe ſufficit ſine alio, vel quia tale bonum eſt finis, quod põt eſſe ſine eis, quæ ſunt ad finẽ, ſed non econuerſo. Nã habitis quæ ſunt ad finem, non hr̃ finis: ſed habito fine, non indigemus his, q̃ ſunt ad finem, vt patet de medicina, & ſanitate, de diuitiis, & beatitudine. Vel quia tale bonum eſt principium omnium, quod põt eſſe ſine bono, quod non eſt principium omnium.

Ex his ſequitur Deum, & gloriam eius, & gratiã, & virtutes, alijs bonis mundi eſſe maiora: ſed bonum ſufficientiſſimum eſt Deus, quia nullo indiget, vt per ipſum Antoninum Florentin. in d.§.10.

Quintò, aliq̃đ bonum eſt maius altero, q̃a eligibilius. Et ex parte eligibilis rei eſt aliq̃đ bonum magis eligibile, vel rõne maioris deſiderij. Quanto. n. aliq̃đ bonum magis deſideratur, tanto eſt maius, vel rõne maioris p̃tij, tex. in l. p̃tia rerũ. ff. ad leg. Falci, Pretiũ

enim

enim est quædā mensura rei appciatę, vel rōne maioris dāni. Nā illa sunt meliora, quorū dāna seu amissiones eorū sunt maiora. Quia maiori bono maius dānū opponit. Et qa beatitudo est bonū quod oēs maximè desiderant. vt ait Aug. de ciuitate Dei. Et qa nō est digna ponderatio aīæ continentis, id est æquale pretium ad bona temporalia. & idem de aliis virtutib. & maximū dānū acqritur ex illis bonis mundanis male vtentibus. quia priuatio beatitudinis veræ, fm illud Iob. 21. Ducunt in bonis dies suos, & in pūcto ad inferna descendunt. Ideo eligenda sunt potius spiritualia & æterna quàm alia: hæc Antoninus vbi supra. Et anteponitur ista consideratio de bonis, qa dona videntur excellentiora virtutibus intellectualibus & moralibus, licet tamē posteriora virtutibus theologicis, vt ait sanctus Tho. 2. 2. q. 68. in fine.

Vigesimaquinta cōsideratio de virtutib. exponit, quæ illarum sint excellētiores, an theologales, an cardinales, seu morales, & quæ inter vtrasque.

Pro quo sciédū, ꝙ theologales sunt excelletiores, qm respiciunt Deū pro primo obiecto & principali. Cardinales vero seu morales nō. Secundò theologales hñt veritatē pro prima regula actuum suorum ad quos inclinant, & non rřam aliquā acquisitā humanitus. Cardinales aūt seu morales innituntur rłæ humanæ, s. prudentiæ siue rectæ rōni naturali. Theologicæ vero veritati diuinæ: Ex quo dicunt theologi, ꝙ virtutes theologicæ sunt digniores, excellentiores, & pfectiores virtutibus cardinalib. seu moralib. vt ponit Gabriel 26. q. vnica. arti. vnico. lib. 3. Et dicit sanctus Thom. 1. 2. q. 68. 8. q. per totū. & 2. 2. q. 9. 1. q. ꝙ theologicæ virtutes sunt cæteris nobiliores. De qualitate vero virtutum ponit Gabriel 36. q. arti. 3. dubio 4. li. 3. & de ordine illarū ponit Ant. Flor. in sua sum. 4. par. tit. 1. c. 9. & S. Th. in d. 1. 2. q. 66. ponit de æqualitate virtutū, & an virtus possit eē maior vł minor, & de cōparatione virtutū moralium ad intellectuales: & de comparatione moralium intellectualium & theologicarū ad īuicē. Et sunt tres tm̄ theologicæ, s. fides, spes, & charitas, fm Apostolum, vt habetur 1. ad Cor. 13. c. vbi dicit Paul. Si linguis hominum loquar & Angelorū, charitatē aūt non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalū tinniens. Et si prophetiā habuero, & nouerim misteria oīa, & oēm sciétiā, & oēm fidē, ita vt montes transferā: charitatē aūt non habeā, nihil sum etc. Charitas patiens est, charitas non æmulatur, non agit perperā, non inflat, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, nō irritatur, nec cogitat malū, nō gaudet super iniquitate, cōgaudet aūt veritati. Omnia suffert, oīa credit, oīa sperat, oīa sustinet: charitas nunquā excidit. Tandē concludit. Maior aūt horū est charitas. Fides. n. & spes sunt excellentiora cæteris donis euacuādis, quia sunt virtutes theologicæ, ut dicit de Lyra super illis verbis apostoli, quæ dantur nobis ad cōiungendū nos Deo. Alia vero dona sunt quędam dispositiones nobis datæ, vt reddamur bene mobiles à spiritu sancto: & sic ordinantur ad virtutes theologicas, vt ad fines.

Ex quo sequit, ꝙ eo qa charitas est maior fide, & spe, ꝙ etiā sit maior cęteris donis. Quod. n. est maius maiore, est maius minore, qđ consonat cū rła nr̄a iuris. Si vinco vincētē te, vinco te, de qua in l. de accessionib. ff. de diuersi. & temp. pscr. in c. pen. de cōcell. prębē. per Fel. in c. pastoralis. in princ. de offic. ordin. per Oldra. consil. 198. & Lud. Rom. in consi. 436. Et amplius de laude charitatis videatur Hugo præsbyter & monachus sancti Victoris Paris. in vno li. quē fecit, incipiente, Tam multos iam lauda. & Guil. Rouillus in suo compendio de iustitia li. 1. c. 2.

Etiā inter cardinales seu morales q̄ sunt quatuor s. iustitia, prudentia, tēperantia, & fortitudo, dignior & perfectior est iustitia, fm Philo. 5. Et hic. Et dixi in locis, maximè in rubrica, Des iustices. in commentariis nostris super consuetudinibus ducatus Burgun. & supra in 5. par. in 5. consid.

De his vero virtutib. in genere & in specie: & de laude & excellentia earū videri potest ad saturitatem per Anto. Flo. in sua sum. 4. par. vsq; ad decimum titulum. Et uide Lucam de Pen. in l. vnica. C. de Metropoli Beritho lib. 11. vbi ait, ꝙ iustitia est maior, licet prudentia sit prior. & ibi vide diuisiones iustitię, de quibus etiā habet in Polyantea. in verbo, iustitia. & idem Luc. de Pen. in l. euictiones. col. 3. C. de cursu publico lib. 12. vbi inter alias extollit iustitiam, sine qua aliæ non possunt, ipsa autem sine aliis.

Inter omnes tamen virtutes virtus Heroica est excellēs, & cōuenit cū beatitudine, ad quam cōmunis hominum vita nō attingit. Et vult Arist. 7. Ethicor. tracta. primo. Heroicā virtutē dici, quę est supra nos. Heroicam, inquam, quandā atq; diuinā, vt Homerus de Hectore, pterea quod eximia bonitate pręstabat, dicentem Priamum introduxit.

Nec iam hominis sanè mortalis filius ille
Esse videbatur, sed diuo semine natus.

Quare subiungit Aristo. si ex hominibus ob virtutis exuperationē, & dij fiunt (vt aiunt) talis quidē is habitus fuerit, qui feritati opponitur. Sic ēt Philosophi morales homines excellentissime virtutis, qui cōmunem hominum statū excedunt: vt qui magis mortē corporis, quàm vitiosam eligerent actionē, heroicos, siue diuinos vocitabant. de quo lege Gabrielē sermone primo, de sanctis Petro & Paulo, q incipit, Dii fortes terrę, &c. Huic cōcordat dictū prophetę in Ps. 81. Ego dixi dii estis, & filii excelsi omnes. Excelsi dicit, vt non quicunq; iustus Deus vocētur, sed qui quadā virtutū excellentia cęteros antecellit, & pcipuè apostoli diuini, vel dii appellans, pcipuè Petrus & Paulus, vt apud Gabrielē vbi supra. & in introductione morali Iacobi Fabri in Ethicen Aristotelis, & ibi ample in commentario Iudoci Clictouei.

Vigesimasexta cōsid. de veritate demōstrat, ad ostēdendum eius fortitudinē, cum sit potentissima, expugnantissima & triūphātissima res totius mūdi.

Quod aūt sit fortissima & potentissima res mūdi, habet 3. Esdrę 3. & 4. c. vbi dicitur, ꝙ cum Darius rex Persarum fecisset cœnā magnā magistratibus suis cētum viginti prouinciarum, & post cœnam obdormisset, tres iuuenes qui custodiebant corpus Regis, quorū vnus erat Zorobabel Iudeus, dixerunt ad inuicem. Dicamus vnusquisque sermonē, quæ res præcellit:

cellit: & q̃ vicerit, dabit ei rex dona magna, purpura vestiri & in auro bibere, & torquē aureā circa collū portare, & secundus post regem sedebit, & cognatus Darii pp sapientiā vocabitur. Scripsit ergo vnus illorū, forte est vinū. Alius vero, fortior est rex. Sed Zorobabel scripsit. Fortiores sunt mulieres, super omnia vincit veritas. Et ibi explicat de fortitudine vniuscuiusq;, s'm quod ēt recitat Bernardinus de Bustis in 2. par. sui Rosarii. serm. 31. in literis X. Y. Z. vbi dicit ꝙ conclusum fuit, ꝙ veritas sit fortior. Oīs. n. terra īuocat veritatē, cęlum ēt ipsam benedicit, & oīa tremūt eā. & non est cū ea quicquam iniquum. Iniquus rex, iniquæ mulieres, & iniq̃ oēs filii hominū, & iniqua oīa illorū opa, si nō est ī ipsis veritas. Veritas aūt manet, & inualescit ī æternū, & viuit, & obtinet ī secula seculorū. Nec est apud eā acceptio personarū: sed q̃ iusta sunt facit oīb. & nō est in iudicio eius quid iniquū. Ipsa est fortitudo regum, & potestas & maiestas oīum, quorum benedictus deus veritatis, & desiit loquēdo. Et oēs populi clamauerunt & dixerūt. Magna est veritas, & p̄ualet. Et surrexit rex, & obsculatus est eum, & ait. Quia oībus es sapientior, proximus mihi sedebis, & cognatus meus vocaberis. Cogita in hoc ꝙ dicit cognatus meus vocaberis, dando eidē administrationē in Ierusalem & gubernamentum, ꝙ ēt gubernatores patriarū, & habentes administrationem in prouinciis, vocantur cognati regis, licet non sint de prosapia & sanguine regio, vt vidimus de domino de Trimollia, de domino de Ionuelle ei⁹ fratre, & de domino de Brione, qui etiā nunc est gubernator Burgundiæ, quem rex vocat cognatum in suis literis.

Et subdit ipse Bernardinus eodē sermone part. 2. versi. Secunda conclusio. ꝙ veritas est oīum rerū expugnatissima. & tertia parte versi. tertiā qōnem. ꝙ est oīum rerū triūphantissima. ipsa. n. vincit oīa, vt dictū est. & facit lege fi. ff. de probatio. de qua per Innoc. in c. cū pridem. de renuntiatio. facit lege illicitas. §. veritas. ff. de officio præsidis. Et de laude ipsius veritatis fit mentio in c. consuetudo 8. dist. vbi dr̄, ꝙ valet, vincit, & viuit in ęternū, & obtinet in secula seculorum. Et meritò cū veritas sit de⁹, ut hētur Io. 14. Ego sum via, veritas, & vita. & in c. si consuetudinē. eadē dist. hanc cām nesciunt multi prælati, qui volentes plus placere hominibus q̃ Deo, infinita sine cōplemento promittūt. vnde hanc ignorant, & ideo interrogant cum Pilato. Quid est veritas. Io. 18. c. in fine. vt refert gl. in verbo, veritatem. in c. vnico, de officio delegati. in extrauagan. cōmunib. Et peccatum est eam cœlare c. 1. & c. dilectorū. de testib. cogendis. & per totum illū titulū. & melior tex. ī c. q̃s q̃s. 11. q. 3. & c. 1. extra de crimine falsi. & proditor est veritatis, qui non libere veritatē enunciat, vt dicit tex. in c. nolite. eadem qōne. & veritas & rō semper pręponenda est. ut in c. veritate. cum sequen. 8. distin. Et de eius laude vide Guill. le Rouille in sua descriptione iustitiæ. lib. 1. cap. 11. de eius verò dignitate & vtilitate Anto. Floren. in sua sum. in 4. par. titu. 5. c. 15. §. j. ij. iij. & 4. dicit ēt Aristo. 1. Ethicor. Duobus amicis contendentibus sanctū est laudare veritatem, & licet amicus Socrates, amicus etiā Plato, magis tñ amica veritas. & li. 3. Ethic. Verum bonum est & laudabile, verus est laudandus. Et veritas licet sit bona, parit tamen malum filium. s. odium, vt ait Terentius. ideo dicitur, ꝙ tres sunt bonæ matres, quæ pariunt tres malos filios, veritas. n. odium parit, pax, ocium, seu vitium, & nimia familiaritas cōtemptum. de quo vltimo est tex. in l. obseruandum. ff. de officio præsidis. & in l. nec q̄cquā. §. circa. ff. de officio proconsulis. & in c. qñ & ibi gl. formalis in verbo frangatur. 86. dist.

Vigesimaseptima consi. de præceptis diuinis adaperiet, quod dignius & excellentius sit. Nā certum est, ꝙ sunt decē præcepta decalogi, quæ ponunt amplè per Bernardinum de Bustis ī prima parte sui Rosarii serm. 16. & his versib. continentur.

Vnum cole Deum, ne dicas vana per ipsum.
Sabbata sanctifices, habeas in honore parentes,
Non sis occisor, fur, mœchus, testis iniquus.
Alterius nuptam, nec rem cupias alienam.

Et hæc præcepta excedunt præcepta legalia, vt ibi dicit de Bustis. Sed inter oīa præcepta vnū est dignius & excellentius, & maximū, quod ponitur in quatuor locis. s. Deut. 6. vbi ponunt tria contenta in vno p̄cepto. s. Diliges dn̄m Deū tuū ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. & Matt. 22. vbi ēt ponunt prima duo: & in tertio, & in tota mente tua. & Marc. 12. additur quartum, videlicet, ex tota virtute tua. & Luc. 10. additur: ex omnibus virtutib. tuis. & tale p̄ceptū (vt dicit Nic. de Lyra Mat. 22) dicitur primū dupliciter, s. origine & dignitate, seu perfectione. Perfectione tali, s. ꝙ oīa alia cōprehēdit. remitto me in reliq̃s ad dominos theologos in pluribus allegatis per eundē Bernardinū: vbi multos allegat, q̃ de hmōi præceptis amplè ponūt. & vltra vide Anto. Flo. in prima par. suæ sum. ti. 14. c. 4. per totū. vbi amplè. de præceptis autem moralibus, vide per eundem eadem par. eod. ti. c. 3. & per sanctum Thomam in prima secundæ q. c. 101. 102. 103. 104. 105.

Sunt alia p̄cepta diuina, quæ dicunt articuli fidei, & inter hos q̃s illorū sit dignior & excellentior: de his supra dixi in hac par. in 20. consid. vbi illos seriatim descripsi, ideo hic pauca repetēda sunt. Sed inter oēs primus est excellentior: quia ab ipso oēs alii dependent, s. credere in Deum patrē omnipotentē, creatorem cœli & terræ. & omnes huius mūdi nationes credūt hūc articulū. s. Christiani, & Pagani, & infideles. & dicit Psalmista Psal. 118. Dilexi mandata tua super aurū & topaziō. Nec hodie sunt aliq̃ idolatræ, imò omnes indistinctè credūt in Deū patrē omnipotentem, creatorem cœli & terræ, q̄m cum pater sit, maior est filio. & habetur Ioanuis 16. ꝙ Christus de patre loquens dixit. Vado ad patrē qui maior me est.

Et quia hic de fide, eius articulis, & nobilitate fit mētio. Ideo quædā, notatu digna, q̃ ex sacris literis ortum habēt, addere curaui. Est aūt fides, vt habet ad Hæbræos 11. sp̄andarū substantia rerum, argumentum non apparentiū. quam definitionē sic explico. Fides est quædā ichoatio seu fundamentū futurę beatitudinis, probatioq́;, seu ostensio earum rerum quæ nunc non uident, vt sunt diuinæ p̄sonæ in spirituali ædificio. fides fundamentū ponit, spes parietes erigit,

sed

sed charitas tectum consumat, quę operit multitudinem peccatorum: vt habetur Iac. 5.

Duodenarius articulorũ numerus ſm duodecim lapides pretiosos Apoca. 21. positos, & ẽt duodecim apostolos primos, ex quibus structura murorum militantis ecclesiæ compaginatur, hic seriatim sequit̃.

Primus est de diuinitatis vnitate, ibi, Credo in vnũ Deum. Iaspide nõ immerito signatus, qm̃ q̃dẽ Iaspis oculũ purgat visũ acuẽdo, sic primus de vnitate Dei articulus mẽtis aciẽ illuminat, postergatis errorib⁹.

Secundus articulus de personarũ trinitate ponit̃ ĩ simbolo locis tribus, videlicet, Credo in Deũ patrem omnipotẽtem, in Iesum Christũ filium eius vnicum dñm nr̃m; &, Credo ĩ Spiritum sanctum. Hic articulus Saphyro notat̃, quippe Saphyrus lapis humanũ corpus vegetũ efficit integra mẽbra cõseruans, simili mõ hic articulus ecclesiæ militantis corpus adunat.

Tertius articulus est de mundi, & oĩum in eo contentorum creatione: ibi, Creatorem celi, & terræ. qui Carchedonio lapide designat̃: nẽpe hic lapis dæmonũ illusiones fugat, virtutes cõseruat, sic hic articul⁹.

Quartus articulus est de ope iustificationis gratia Spiritus sancti, ibi: Credo, videlicet sanctã ecclesiã catholicã, sanctorũ cõionẽ, remissionem pc̃torum, quo septem sacrorum ecclesię fides innuitur, qui bñ Smaragdo signatur, qui est lapis valẽs cõtra caducũ morbum, & hic articulus contra omne peccatum originale, mortale, actuale, & veniale est p̃sens medicina.

Quintus articulus est de vniuersali oĩum bonorũ resurrectione, ibi: Carnis resurrectionem, videlicet, Credo: q̃ppe quia Chr̃s resurrexit primitiæ dormiẽtium. 1. ad Cor. 15. & nos resurgere oportet, & bonos & malos, sed fine dispari. quippe procedẽt, qui bona fecerunt in resurrectionẽ vitæ, qui verò mala egerũt in resurrectionem iudicij, scilicet æternæ damnationis. Io. 5. Hic articulus recte per Sardonicem lapillũ notatur: qm̃ hic lapis hominem castum, & humilem reddit, sic huius articuli frequens memoria.

Sextus articulus ẽ de æterna vita, & btı̃tudine bonorũ. ibi, Credo vitã ęternã. q sane Sardio lapide designatur. Ille lapis hoĩem ad bonũ incendit, & timorẽ fugat. huius articuli viua recordatio nos ad bene agẽdum incitat pro tanto bono cõsequendo, & timores seruilẽ, videlicet & humanum expellit, non tñ illũ filialẽ reuerẽtiæ timorẽ, qui manet in seculũ seculi. Et p̃nũcupati sex articuli potissime diuinitatẽ cõcernũt.

Septimus articulus, & de Chr̃i humanitate prim⁹ est de ipsius Chr̃i cõceptione in virginis vtero p̃ Spiritus sancti operationẽ fc̃a, & eiusdẽ natiuitate, ibi: Qui conceptus est de Spũ sancto, natus ex Maria virgine. qui satis opportunẽ per lapidẽ Chrysolitũ designat̃, q lapillus intellectũ humanũ confortat, vt melius intelligat, sic hic articulus p̃ eũ conceptũ, & natũ, q illuminat oẽm hoĩem venientẽ in hũc mundũ. Io. 1. hoĩum intelligentiam fouet, & confortat.

Octauus articulus est de Chr̃i passione, & sepultura: ibi, Passus sub Põtio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus. q nõ improbè Berillo lapide notat̃. valet quippe lapis ille cõtra hostiũ lites, vt inuictũ hoĩem efficiat, sic huius articuli pia meditatio nos cõtra diabolum, carnem, & mundum victores efficiet.

Nonus articulus est de Chr̄i aĩa ad inferna descendente: ibi, Descẽdit ad inferna. q satis decẽter Topazio lapide notat̃, qui contra lunaticã passionẽ suapte natura prodest. Sic huius articuli recogitatio contra dæmonũ lapsus proderit, qui tunc fuerunt spoliati.

Decimus articulus est de Christi resurrectiõe, ibi, Tertia die resurrexit à mortuis, qui lapide Chrisopasso insinuatur. valet. n. is lapis contra lepram, quæ est quædam corporis corruptio, sic, quia tunc noluit Deus sanctum suum videre corruptionem. Illius articuli memoria nostræ resurrectionis spem confert.

Vndecimus articulus est de Christi ascensione ad cœlos. ibi, Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. qui Hyacintho optimè notat̃, qui lapis valet ad membrorum vigorem, & saporem salutiferum. sic huius articuli reminiscentia facit, vt membris vegetis, quæ sursum sunt sapiamus, nõ quæ super terram. ad Coloss. 3.

Duodecimus & de humanitate Chr̄i sextus articulus est de futuro iudicio, ibi: Inde venturus est iudicare viuos, & mortuos. & recte per Ametisthũ denotatus. Ille lapis hoĩem vigilem facit ad bonũ p̃ræt̃sum, & à malis cõceptibus liberat. Sic futuri memoria frequens nos vigiles reddit, extranea expellens. vt bonã de cõmissis talentis reddere possimus rõnem.

Quidam nihilominus articulos altero mõ in quatuordecim distribuunt, septem ſm diuinitatem ponentes, videlicet. Primũ, de vnitate Dei. Secundũ, de persona p̃ris. Tertium, de persona filii. Quartũ, de p̃sona Spiritus sancti. Quintum, de opere creationis. Sextum, de opere iustificationis. Septimum, de ope glorificationis. Et septẽ de humanitate. Primum, de Christi cõceptione. Secundum, de natiuitate ipsius. Tertium, de morte. Quartum, de descensu aĩæ ad inferna. Quintum, de eius resurrectione. Sextũ, de ascẽsione. & septimum de postremo iudicio. Eadẽ manet vtrobiq; sententia, quamuis partitio varietur.

Vñ p̃positionum excellẽtia, seu nobilitas penes obiectum, & maiorẽ iudicij nr̃i adhæsionẽ sumi solet. Et quo purius ẽ de Deo iudiciũ sine creaturæ admixtura, eo ex huius modi p̃põ nobilior, excellentiorq;.

Quo fit, vt oẽs articuli de diuinitate sint longe nobiliores articulis illis, qui de humanitate patiunt̃, & articuli de Dei vnitate, & p̃sonis sint nobiliores alijs de operibus Dei erga creaturas. Hinc factũ credas, vt aliis quatuor ſm diuisionẽ posteriorem præponitur in præpositio. vt dicamus in Deũ, in Patrẽ, in Filiũ, in Spm̃ sanctũ, nõ aũt alijs. nõ dicimus, Credo in ecclesiam catholicã, sed ecclesiam sine in prępositione, & non incassum. quippe Deo vni in essentia, & trino in personis, sic adhærendũ fuerit, vt illi à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum, nõ sic ecclesiæ, nisi suo capiti adhærendum erit, ecclesiæ quidem sponsæ adherẽmus propter sponsum Christum.

Demũ ille articulus, q est de vnitate diuinæ essentiæ omniũ & primus, & noblissimus habet̃. Cui pauci grãdi malitia excæcati dissenserũt, plurimi ignorabant personarũ trinitatẽ: sed fermè omnes, maximè Iudæi, & naturę legẽ obseruãtes, vnum esse Deũ credentes,

dentes,cõfessi sunt.Ideo notus in Iudæa deus ĩ Israel magnũ nomẽ eius,Ps.75.Pauci, s.patriarchæ & prophetæ personarũ trinitatẽ deprehenderunt, vnũ esse Deum oportuit oẽs credere,ſm id Apostoli Heb.11. Credere.n.oportet accedentẽ ad deũ qa est: secundo oportuit credere(vt ibidẽ hr̃) ꝙ inquirentibus se deũ remunerator sit: tertio credere oportuit, ꝙ aliquo medio hominis lapsum repararet,ſm illud Petri Actuũ 4.Nec.n.aliud nomẽ est sub cœlo datũ hoĩbus, in quo oporteat nos saluos fieri.ꝙ de Christo redem ptore dictũ est. Illud postremo alta mente recondas, quod vbi audies.Iustus ex sua fide viuet(vt propheta & Paul.Abacuh 2.& ad Roma.1. scripserunt) de ea fide intelligas, quæ ꝑ charitatẽ operatur,alias statim homo corrueret in Lutheranorum errorem, quandoquidem sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus mortua est.Iaco.2.

Aduerte tñ ꝙ multa sunt ꝓcepta,quædã sunt Dei q̃ oĩbus anteponenda sunt, vt in c.q̃ contra. in fin.8. dist.c si is.cũ seq.11.q.3.q̃ decẽ sunt,vt dixi,sine quorũ obseruatione salꝰ esse nõ põt, q̃ dñtur decalogi.vt in c.meretrices.32.q.4.& in c.quid in oĩbus.ead.cã. q.7.Sũt ẽt præcepta quædã moralia, quædã mystica, quædam sacramentalia,quædam ceremonialia.de qbus in c.si.dist.6.Item quædã sunt præcepta apostolica.id est sanctæ Romanæ ecclesiæ,quibus nullus dura superbia resistere debet c. præceptis.12.dist.Item sunt præcepta superiorum.quæ iniusta implenda nõ sunt c.si episcopus.& c.si is 11.q.3.Nam & præcepta sanctorum virorum antequã impleantur sunt discutienda,videlicet si iusta, si licita, si non contra dominum sunt,vt dicit tex.in c.si quis præpostera,1.distin. Sic & Papa nõ vult ꝙ impleatur quod ꝑ subreptionem præcipit.c.si quando. extra de rescriptis.& l.nemo.C.de sen.Verũ de præcepto Dei disputandũ non est.Nam semper est licitum.vt in c.paratus.23.q.1.

Vigesimaoctaua consid. erit de beatitudinibus,q̃ sunt septẽ,ſm distictionẽ graduũ:q̃uis sint octo ſm essentiã, quas Christus enumerat in sermone facto discipulis in monte.de quo hr̃ Matt.5.& qm̃ vltima q̃ est octaua ponitur ꝑ essentiã,q̃ est quædã firmitas oĩum præcedentium,debentur sibi omnium præcedentium præmia,& ideo redit ad caput,vt intelligantur sibi omnia præmia consequenter attribui.

Vnde prima est paupertas spiritus, quæ ponit̃ pro abstinentia ab amore mundi.i.ab amore carnalium voluptatum,& diuitiarum, ac propriæ excellentiæ.

Secunda est mansuetudo,cum dixit.Beati mites, & tales dicuntur,qui nullam amaritudinẽ sentiunt.

Tertia est luctus,cùm dixit.Beati qui lugent.scilicet pro peccato,& ipsum odiunt,ita quod insurgunt aduersus id ad destruendum ipsum.

Quarta est esuries iustitiæ, & vehemens desideriũ iustitiæ,siue summi boni.Esuries autẽ iustitiæ potius est beatitudo, q̃ esuries aliarũ virtutum Cardinaliũ: qa per iustitiã immediate coniungimur Deo,qđ nõ fit per alias virtutes Cardinales. Iustitia.n. prout ibi capitur,cùm dr̃,Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã: comprehendit fidem,spem, & charitatem, de qbus supra dixi, quæ immediate nos coniungunt Deo.

Quintò ex misericordia,per quã pro terrenis cœlestia merentur,& illius sunt 13.opera,de quibus in consideratione sequenti.

Sexta est mũditia cordis, qua clarificatur cor, & mundatur ad videndum deum, & ardentissimè diligendum. Accipitur autem munditia cordis ibi non pro virtute,sed pro statu qui est purgati animi.

Septima,est pax,quę est status virtutis, in quo est delectatio in deo sine cõtradictione carnis, mũdi,& diaboli: vel si qua est, inefficax est.vñ patet, ꝙ pax est status animi purgatissimi. Pacificis autẽ magis attribuit̃ esse filios Dei,q̃ aliis,qa dixit. Beati pacifici,qm̃ filii dei vocabuntur.Et licet misericordia maximè assimilet hominem deo quantum ad opera exteriora, tamen quantum ad interiora magis assimilat pax.

Octaua beatitudo est,de qua dr̃. Beati q ꝑsecutionẽ patiuntur pp iustitiã,qm̃ ipsorũ est regnũ cœlorũ. Hęc virtus,s.sustinentia ꝑsecutionũ pp iustitiã,annexa est paci. Cum.n.pacificus sit absq; ꝯdictione carnis,mundi,& diaboli, vt dixi,patet ꝙ idẽ paratus est superare tentationẽ mortis pro Christo in eodẽ gradu est cũ pace.Propter hoc dicimus, quod octo sunt beatitudines quantũ ad essentiã:sed tm̃ septẽ quantũ ad distinctionẽ graduum.Qm̃ super pacẽ non est virtus alia.dixit.n.August.Pax est finis & consummatio omnium virtutum.Et ista octaua dr̃ redire ad caput duobus modis.Primò,quia idem præmium sibi promittitur ꝙ primę. Secundò, quia omnes probantã prima vsq; ad ultimã terũ verę sint. vñ dicit Grego. Qualis vnusq̃sq, apđ se lateat, illata ꝯtumelia ꝓbat. vel ſm Ambro.Pauperibus promittitur regnũ,quantum ad gloriam animę. Passus autem in corpore persecutionem regnum,quantum ad gloriam corporis.

Et inter eas talis excellentia, ꝙ semp vna de gradu in gradũ excellit aliam.qm̃ ista ꝓmia se hñt padtionẽ ad inuicẽ.Nã plus est possidere terrã regni cęlorũ, quã hr̃e simpliciter. Qm̃ multa habemus quę non firmiter & pacificè possidemus. Plus est ẽt consolari in regno,q̃ hr̃e & possidere.Multa.n.cũ dolore possidemus.Plus est ẽt saturari,q̃ simpliciter cõsolari.Nã saturitas abundantiã consolationis importat. Misericordia vero excedit saturitatem, vt plus.s.accipiat,q̃ metuerit vel desiderare potuerit.Adhuc magis est videre Deũ. Sicut maior est, qui in curia regis nõ solum prandet:sed ẽt uidet faciẽ regis. Summam autem dignitatẽ habet in domo regis,filius regis.ita dicit Anto.Floren.in sua sum.4.par.lib.7.c.5.§.3.& ibi in toto illo cap. ponit amplè materiam beatitudinum:ad quem recurrere in reliquis,cum mihi sufficiat habere excellentiam vnius ad aliam.

Etiã aduerte,ꝙ beatitudines excedũt virtutes cardinales & dona.Qm̃ habitus virtutũ cardinaliũ principalr̃ disponit̃ ad exercitiũ aĩę: habitus vero donorũ disponit̃ ad actus cõtẽplatiuę maximè:habitꝰ autẽ beatitudinũ disponit̃ ad perfectionẽ vtriusq;, vt hr̃ in cõpendio theologię li.5.c.55.& dr̃ in c.47. in fin. ꝙ sicut in enumerõne donorum est ordo artificialis. quo primo ponũtur digniora, ita in beatitudinibus est ordo naturalis, vbi digniores ponuntur vltimo.

Sanctus Tho.1.2.q.69.ponit,an beatitudines distin-

stinguent à virtutibus, & donis, & ibi plenè p eum.

Vigesimanona consideratio est de opibus miæ: q̃ sunt 14. Qm̃ sunt septem opera misericordiæ corporalia, septem vero spũalia. Corporalia.n.sunt, de quibus habetur Matth.25. Esuriui,& dedistis mihi manducare. & sunt hæc. Pascere esurientem, potare sitientem, vestire nudum, recolligere hospitem, visitare infirmum, redimere captiuum, & sepelire mortuum. Et in hoc versu continentur.

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

De primo, hr̃ Esa.63. Frange esurienti panem tuum. De secundo, hr̃ Prou.25. Si sitit inimicus tuus, potũ da illi. De tertio, hr̃ Luc.3. Qui hẽt duas tunicas, i. ad superfluitatem, det vnã non hñti. De quarto, hr̃ per Apost. ad Ro.12. Hospitalitatem sectantes. De quinto. s. redemptione captiuorum, hr̃ p Ambr. in c. aurum.12.q.2. vbi dixit, ꝙ ornatus sacrorum est redemptio captiuorum. De sexto, s. de visitatione infirmorum, hr̃ Iob 5. Visitans speciem tuam, i. hoiem in infirmitate, non peccabis. De septimo, ꝙ non ponitur Mat.25. hr̃ Act.8. vbi hr̃ de Stephano lapidato, ꝙ sepelierunt eum viri timorati.& dr̃ Eccles.7. Mortuo non denegabis gratiam. de quo amplè dixi supra in 2.parte, in 3.consider. ideo hic non repeto.

Alia vero septem sunt opera spiritualia, quę sunt, videlicet, docere ignorantem, consulere dubitanti, consolari tristem, corrigere peccantem, remittere offendenti, portare onerosos & graues, pro omnibus exorare, & continentur in hoc versu.

Consule, castiga, remitte, solare, fer, ora.

De primo hr̃ ad Ro.12. Qui docet in doctrina, s. subueniat proximo. De secundo hr̃ Thob.4. Consiliũ semper à sapientibus inquire.& 12.q.2.c.pen. vbi dr̃ bonæ rei dare consiliũ, & pñtis hr̃ vitæ subsidium, & æternæ remunerationis expectare cernit præmium. De tertio hr̃ per Apost.1. Thess.4. Itaq; cõsolamini inuicem in verbis istis: & non contristemini de dormientibus, sicut gentes, quæ spem non hñt. De quarto hr̃ Matt.18.& in c. nouit. de iudiciis. Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum.& Apost. ad Thimot. Peccãtem coram omnibus argue. De quinto hr̃ Luc.6. Dimitte, & dimittetur, seu dimittemini,.& Matt.18. Serue nequã omne debitũ dimisi tibi, qm̃ rogasti me, Nõne oportuit,& te misereri cõserui tui? De sexto hr̃ ad Ro.15. Debemus nos firmiores infirmitates aliorum portare, non solum ẽm quod infirmi sunt graues, & inordinatis actibus: sed etiã vniuscuiusq; onera sunt supportãda. ẽm illud ad Gal.6. Alter alterius onera portate,& sic adimplebitis legem Christi. De septimo habetur Iac.5. Orate pro inuicem, vt saluemini. & secũdum Thomam secunda secundæ, q.32. artic.3.

Ista sunt spiritualia opera, seu hæ septem eleemosynæ spirituales sunt potiores corporalibus triplici ratione, prout refert Antoninus Florent. in sua sum. 4.par.titu.5.c.18.§.7.

Prima est, quia id, quod exhibetur in eleemosyna spũali est nobilius, s. donum spirituale, quã præmiũ corporale, secundum illud Prou.4. Donum bonum tribuam vobis, legem meam non derelinquatis.

Secundò, ratione eius, cui subuenitur, quia spiritus nobilior est corpore. Vnde sicut homo magis sibi debet prouidere quantum ad spiritum, quàm quantum ad corpus: ita etiam proximo magis debet prouidere de eleemosyna spirituali, quàm corporali, quem ex charitate diligere debet.

Tertiò quantũ ad ipsos actus, quib. subueniť. Nã actus spũales, quales sunt eleemosynæ spũales, sunt perfectiores actibus corporalibus, quibus exercenť ĩ eleemosynis corporalibus. Dicit tñ ipse Ant. Flor. vbi supra, ꝙ ẽm aliquem casum particularẽ interdũ aliqua eleemosyna tpalis posset ꝑferri alicui eleemosynæ spũali, sicut magis esset pascẽdũ fame morietẽ, q̃ docẽdũ, sicut dicit Philos. ꝙ indigẽti melius est ditari q̃ philosophari, quanuis hoc sit melius simpliciter.

Trigesima consideratio est de donis Spiritus sancti, quæ sunt septem, s. timor, pietas, scientia, fortitudo, consilium, sapientia, & intellectus. quæ enumerantur Esa.11.c. vbi ea alio ordine ponit. qm̃ primò ponit donum sapientiæ. secundo intellectus. tertio consilij. quarto fortitudinis. quinto scientiæ. sexto pietatis. septimo timoris. Et iõ vr̃, ꝙ hoc ordine artificiali, de quo supra dixi in cõsideratione immediate præcedenti, ꝙ donum sapiẽtiæ sit dignius,& sic de singulis vnum excedit aliud descendendo. & iõ dicit Anto. Floren. in sua sum. in 4.par.tit.10.c.2. in prin. & §.6. ꝙ cõparando ipsa dona ad inuicem dignitas eorum, quã vnum præferať alteri, est attendenda ẽm enumerationem eorum, incipiẽdo à sapientia. vt poniť Esa.11. vt dictum est supra. De istis septem donis, & commẽdatione eorum, vide ample Guillielmum Paraldi in sua sum. virtutum, & vitiorum lib.1. par. 3.c.5. de donis. & ibi ponit, ꝙ quædam pertinent ad diuina,& illa sunt digniora, quædam vero ad humana. Et ẽt quædam pertinent ad vitam actiuam, & sũt quinque: & de his primo ponit, eo quia vita actiua ẽ ante contemplatiuam: quædam vero pertinent ad vitam contemplatiuam, vt sunt donum intellectus,& donum sapientiæ, & ista sunt digniora, vt ibi.

Trigesimaprima consideratio de septem sacramẽtis enunciat, quæ sunt baptismus, cõfirmatio, eucharistia, pęnitentia, vnctio postrema, ordo, & matrimonium, quod illorum sit dignius, & excellentius.

De sacro matrimonii dixi in cõmentariis nr̃is sup consuetudinibus ducatus Burgundiæ. in rub. *des droictz, & appertenan. à gens mariez.* ꝙ est dignius,& excellẽtius aliis ex pluribus ibi descriptis ad laudẽ mr̃imonii, q̃ ibi posui, cũ multũ quadraret ad propositũ.

Cęlius verò lib.15.c.19. ait, ꝙ mr̃imoniũ ẽm Augu. q̃tum ad genus attinet mortalium, est quoddam ciuitatis seminarium, & ibi asserit tria esse bona coniugii, s. fides, proles,& sacramentum, quæ posui in dicto loco cum pluribus aliis laudibus matrimonii. & etiam de laude illius idem Cœlius eod. lib.c.13.

Dico tñ hic, ꝙ eucharistię sacr̃m est venerabile, adorandum, venerãdum, colendũ, glorificandum, ꝑcipuis magnificandum laudibus, dignis pręconiis exaltandum, cunctis honorandum studiis. vt dicit tex. in clem. si dñm in sanctis. de reliquiis,& venera. sanctorum. imo ẽt excellẽtissimum,& est maximum sacr̃m

ex themate posito per Ant.Flor.in sua sum.in 3.par. li.14.c.4.i prin.vbi ponit tale thema. Memoriā fecit mirabilium suorū misericors & miserator dn̄s, escā dedit timentibus se. Ps.110. Excellentissimū.n. illud dicit Textus in d.clemē. si dn̄ium. & Florentinus in d.§.j. Eo q̄a oīa alia ordinātur ad ipsum, vel perficiūtur per ipsum, nec quid pretiosius habemus in hoc mundo. Quid.n.pretiosius & melius corpore & sanguine dn̄i nostri, vt ait Hierony.1.q.1.c.multi. quasi diceret nihil.de consecra.distin.2.c.nihil. Nihil.n.in sacrificiis maius esse pōt. nec vlla oblatio maior reperitur.& ibi ponit quō mirabilia sunt opa Christi. & dicit glo.in verbo quid melius.in d.c.multi.& in d.c.nihil, ꝙ sacr̄m Eucharistiæ inter sacra est maius dignius,& melius quo ad sanctitatē & reuerentiam. Et, vt dicit idē Florē.ead.par.suæ sum.li.12. in prin. est maximū sacr̄m, quo ad essentiam. Licet quædam alia dicantur maiora s̄m alios respectus, quos infrà referam. vide tamen Bonauenturam. qui plura dixit in suo lib.quem fecit de excellentia eucharistiæ.

Sed quantum ad istud sacramentum volo demonstrare eius excellentiā ex pluribus causis & rōnibus.

Prima, quia fuit figuratum tā ante legem q̄ in lege, primo per oblationem factā per Melchisedech, vt hr̄ Gen.14. Et fit mentio in c.accipite.de consecr. dist.2.in qua figura habemus formā exteriorē sacr̄i, vt primū effectum, s.refectionē. ibi ante præcessit figura spūalis in pane & vino. Itē in manna. vt hr̄ c.corporeū.de consec.dist.2. Et in hoc figuratur effectus gloriæ: & in oblatione illius figuratur, in quo dēt fieri oblatio,& sup quē.sed Io.de Turrecrem.i d.c.corporeū amplè disputat, an cōueniēter fuerit figuratū in māna, nō insisto, q̄a nō est præsentis speculationis.

Itē fuit figuratum in diuersis sacrificiis, de quibus habetur in Leuiti.quibus figurabatur passio Christi. Itē in virga Ionathæ mellis, vbi figurabat̄ q̄s offerre debeat.p fauū.n.designatur deuotio offerentis.figura sanguinis Christi fuit vinū.ad designandū refectionem. Cantico.1. Introducit me in cellam vinariam.

Secunda, q̄a à prophetis prænunciatum, vt habet psal.77. Panem Angelorum manducauit homo.

Tertia, quia à Christo verbo, & facto institutum, ut hr̄ Io.16. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descēdi. facto. vt Matt.9. & 26. Accipite & comedite. Hoc est corpus meū, qđ ꝓ vobis tradetur. & in c.panis est i altari.de cōsecr.di.2.& c.cū Marthæ.de celebr. mis.

Quarta, quia ab apostolis seruatum, vt habetur 1. Cor.11. Conuenientibus in vnum.

Sexta, quia à summis Pontificibus ordinatum, vt habetur in d.clem.si dn̄m in sanctis.de reliquiis & venet.sanctorum. Et hæ sex causæ ponuntur in compēdio theologiæ lib.6.c.13.& in c.14.ponuntur mirabilia quæ fiunt in ipso sacramento, de quibus etiam aliquid statim dicetur.

Septima, q̄a maiora, nobiliora,& excellentiora cōtinentur in isto sacr̄o q̄ in oibus aliis. Cōtinet.n.in se nobiliora in oī gn̄e entis, & illud quod est nobilissimū in fine nobilitatis. Continet aūt Christū, in quo tres substantiæ concurrunt.s.caro, aīa rōnalis, & deitas. Corpus aūt Christi de purissimis sacratissimæ virginis sanguinibus, Spiritus sancti manibus formatū, atq; ipsi deitati cōiūctū, oī corpore nobilius est atq; perfectius. Anima vero Christi diuinis splēdoribus candidata oī sapientia & virtute plenissima: vt puta cui nō est datus in donis & virtutib. Spiritus ad mensurā, Io.6. Intellectualē creaturā nobilitate trāscendit & pfectione, deitas verò fontana & origo oīs boni, q̄ ex inseparabili vnione ad naturā assumptā, in hoc sacr̄o veraciter ex cōcomitantia cōtinet. In infinitū nobilitate & perfectione rebus supereminet vniuersis, de quo propheta in psal.47. Magnus dn̄s & laudabilis nimis,& magnitudinis eius non est finis. Et hæ rōnes ponuntur ad demonstrādū dignitatem huius sacramenti in dicto compendio theologiæ li. 6.c.13.

Octaua colligi potest ex plenitudine sanctitatis, q̄ est in hoc sacramēto. Continet aūt in hoc sacramento realiter ipse Christus sanctus sanctorum, vt pote in quo (iuxta Apostolū) abundat plenitudo diuinitatis corporaliter, id est veraciter. ad Colos.2. In aliis autē sacramentis continetur quædam virtus sanctificatiua instrumentalis deriuata à Christo. Cum autē semper quod est per essentiā tale potius sit eo, quod est tale per participationem, manifeste patet hoc sacramentum seu sacrificium potissimum esse omniū sacramentorum. Quoniam pp vnumquodq; tale, & illud multò magis.auth. multo magis.C.de sacrosan. eccl.& potentior est causa quàm causatum.

Nona colligi potest ex ordine sacramentorum ad inuicem. Nam omnia sacramenta videntur ordinari ad hoc sacramētum tanquā ad finem, vt dicit sanctus Tho.in 3.part.q.55.arti. 3. Hinc beatus Dionysius in c.tertio ecclesiasticæ hierarchiæ, dicit ꝙ non conuenit aliquē perfici perfectione hierarchica, nisi per diuinissimam eucharistiam.

Decima colligi & apparere pōt nobilitas & excellentia istius sacramenti ex ritu ipsorum sacramentorum. Nam ferè omnia sacramenta consummantur in ipsa eucharistia, vt dicit Dionysius in d.c.3. sicut patet ꝙ ordinati & ēt oēs alii,& etiam baptizati si sint adulti, assumunt illud sacramentum.

Vndecima colligi potest ex singularitate, & sublimitate miraculorum, quibus splendet hoc sacr̄m præ cæteris. Tantis.n.& tot hoc admirabile sacr̄m fulget miraculis, vt humana intelligētia oīno obtūdatur tāto splendore maiestatis, deficiunt oēs sensus in eo: tactus in ꝯtatione, in cōtēplatione visus, in sapore gustus, olfactus in odore, solus q̄dē auditus fide Christi instructus percipit veritatē. Vnde huius sacr̄i miraculorum sublimitate sancta ecclesia admiratione suspēsa in eiusdē sacr̄i solēnitatis officio, de quo ēt in d.cle.si dn̄m. de reliquijs & vene. sancto. Quid hoc sacr̄o mirabilius esse pōt? in ipso nāq; panis & vinū in corpus & sanguinē substantialiter cōuertuntur, & Christus Deus & homo sub modici panis specie cōtinetur: māducatur vtiq; à fidelib⁹, sed minimè laceratur, quinimò diuiso sacr̄o integer sub qualibet diuisionis particula perseuerat. Accidentia in eodē sine subiecto consistunt. O miraculū (inquit Basilius) O oīpotentia. O Dei circa nos misericordia, qui sursum sedet ad dexterā, sacrificij tempore manibus hominum

minum continetur. Alia miracula ponũtur in dicto compendio theologiæ.cap.14. libro suprà allegato.

Duodecima colligi põt ex conditione fontanæ gratiæ & virtutũ, quas in se cõtinet, continetur quidẽ in hoc sacramento oĩum gratiarũ fontalis origo, mare virtutum,& oĩum bonorum profluxus. Hic enim est fons copiæ, oĩa per gratiam irrigans. de quo Cantico. 3. Fons hortorũ, puteus aquarũ uiuentium, q̃ fluunt impetu de libano. Libanus candidus nr̃ est Christus, ex quo impetu fluũt riui gratiarũ. Quare beatus Ambrosius de hoc sacramento loquẽs, ita ait. Hoc sacramentum præstantissimum, est in quo est diuinitatis præsentia, mundi redemptio, peccatorum remissio, gratiarum diuisio, virtutum omnium congregatio.

Decimatertia colligi põt ratione præeminẽtiæ huius sacramẽti seu excellentiæ ex magnitudine vtilitatis eius. Est.n. vtile viuentibus in pñti seculo, existentibus in purgatorio, regnantibus in cœlo, ẽt prosunt ad cumulũ gaudiorũ. Et ista vtilitas cõsistit ex multis effectib. qui proueniũt ex isto sacramento eucharistiæ,& sumptione. Ex quibus ponunt per Ant. Florẽtinum duodecim in sua summa. in 3. parte. lib. 14. c. 12. §. vj.& fi.& 23. aut 24. in compendio theologiæ. lib. 6. c. 15. quos ibi uidere poteris, cum sufficiat nobis demonstrasse causas & rationes quare sit excellentius aliis sacramẽtis. Sex tamen vtilitates seu fructus huius sacramenti scripsit Bernardinus de Bustis in 2. parte sui Rosarii, sermone 14.& 4. part. qui comprehendere videntur omnes alios: & sunt magis clari, & autoritatibus probati, quem idcirco vide.

Sed tñ aduertendum est, ꝙ Ioannes de Turrecremata in d.c. nihil. de conse. dist. 2. dicit ꝙ quinq; modis vnum sacramẽtum dr̃ dignius alio: & illi quinq; modi ponuntur in gl. fi. in d.c. nihil.& in gl. in verbo non debet. in c. ecce 95. distinctio.

Vno modo quo ad rẽ sacramenti siue quo ad effectũ eius, & sic baptismus qui delet oẽm culpã, & aufert oẽm pęnam,& est maximũ bonũ sacramentorũ.

Secundo quantum ad id quod cõtinetur in sacramento, & sic eucharistia est nobilissimum sacramentum, in quo continetur ipse Christus.

Tertio modo, quantũ ad gradũ dignitatis in quo constituitur suscipiens sacramentũ, & sic ordo est dignissimum sacramentum: cum sacr̃um ordinis dicatur sacramentũ dignitatis, eo quia promotus ad ordinem cõsequitur dignitatẽ. text. in c. deniq;. in prin. 4. dist. ita ꝙ nulla dignitas secularis similis est sacerdotio. c. duo sunt. 96. dist. Notat Panor. ĩ c. veniẽs. de trãsa.& de his in consideratione sequenti dicturus sum.

Quartò, quantũ ad ministrũ,& sic cõfirmatio,& ẽt ordo sunt dignissima. Quia nõ nisi p Ep̃m ministrãtur. c. iter corporalia. ĩ prin. extra de trãslatione Epi.

Quintò, quantũ ad significatum & non contentũ, & sic matrimoniũ est dignissimũ, quia significat coniunctionem duarũ naturarum ad inuicem in Chr̃o.

Sextò, põt dici quantum ad instituentẽ, vt est de sacramento mr̃imonii & eucharistiæ, vt dictũ est quo ad matrimoniũ in commento nostrarum cõsuetudinũ ducatus Burgundiæ in rub. *des droictz & appartenances à gens mariez*. vbi dixi ꝙ mr̃imoniũ est dignius sacramentũ rõne autoris, quia institũtum à Deo patre,& ꝙ plus est, in statu innocẽtię,& in paradiso terrestri, sed idem dici põt de sacramẽto eucharistiæ, ꝙ fuit institutum à Christo: sed non in statu innocentiæ, nec in paradiso, sed inter peccatores & in cœna.

Si tñ has dignitates ad inuicẽ cõparemus, inuenietur illa dignitas potissima, quã sacramentũ habet ex contẽto, quia est essentialior. Et ideo sacramentũ eucharistiæ est simpliciter dignissimũ, sicut dictum est.

Et ideo ad argumẽta quæ facit Io. de Turrecremata in d.c. nihil. pro cõtraria parte cõtra sacramẽtũ eucharistiæ, maxime ad primum in quo dr̃, ꝙ bonum cõe potius est quam bonum vnius, ut habetur primo Ethicorum. Et iõ cum matrimoniũ ordinetur ad bonum cõe speciei humanæ per uiã regenerationis, & tñ sacramentum eucharistiæ ad bonum proprium sumentis: ideo uidetur ꝙ matrimonium sit potissimũ sacramentum, & non sacramentum eucharistiæ.

Rñdetur secundum Thomam in 3. part. ꝙ matrimonium ordinatur ad bonum cõe corporaliter: sed bonum commune spirituale totius ecclesiæ continetur substantialiter in ipso eucharistiæ sacramẽto, ex quo nobilius est quàm sacramentum matrimonii.

Ad p̃m in quo dr̃, ꝙ digniora sacr̃a esse vñr q̃ per maiorẽ ministrũ cõferunt: sed sacramẽta cõfirmationis,& ordinis nõ conferunt nisi per Ep̃m, qui est maior minister q̃. simplex minister, q. est sacerdos, p quẽ cõfertur eucharistiæ sacramentũ: ergo illa sacramẽta sunt potiora,& digniora. Et ẽt quia maiorem virtutẽ hñt q̃dam q̃ imprimũt caracterẽ, vt baptismus, cõfirmatio,& ordo, quod non facit eucharistiæ sacr̃um.

Rñdetur ꝙ primum assumptũ non est verum simpliciter. qm̃, ut dictũ est, dignitas magis accipiẽda est ex parte rei contentæ; quã ex parte ministri, unde nihil prohibet aliqua sacr̃a p̃m quid: ut putà ministri, esse digniora sacr̃o eucharistiæ, ut puta confirmationis,& ordinis sacr̃a, quib. tñ ipsum eucharistiæ sacramentum simpliciter dignius est: quia uero per ordinem,& cõfirmationẽ deputãtur fideles Christi ad aliqua spãlia officia quod pertinent ad officiũ. Ideo tradere hmõi sacr̃a ad solũ Ep̃m qui est quasi Princeps in ecclesia, per sacr̃um uerò eucharistiæ non deputatur homo ad aliquod officiũ, sed magis hoc sacramẽtũ, vt inquit sanctus Thomas in 3. parte, est finis omnium sacramentorum, dictum est igitur.

Vel ad aliud tertiũ obiectũ negãda est ẽt cõsequentia, ꝙ cum caracter sacerdotalis sit quædã participatio sacerdotij Christi, & hoc sacr̃um continet ipsum Christum, multò dignius est hoc sacramẽtum, quam sacramenta imprimentia Christi caracterem.

Ad quartum, in quo dicitur, ꝙ unum sacr̃um dr̃ esse dignius, ex quo alia dependent, & non econuerso. sed ex baptismo dependet eucharistia. Non enim potest quis eucharistiam accipere, nisi fuerit baptizatus. Ergo baptismus est potior eucharistia.

Respõdetur sic, ꝙ rõ illa, procedit ex parte siue rõne necessitatis, qua baptismus est mai⁹ cæteris sacr̃is, cum sine eo nemo saluari possit, iuxta illud Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spũ sancto, non põt introire in regnum Dei.& c. nulli.& c. firmissimẽ. de

consecrā. dist. 4. & ita ex hac parte baptismus potissimum est sacramētorū, sicut ordo & confirmatio habent quandā eminētiā ex parte ministri, vt dictū est: & matrimoniū rōne significationis. Nihil. n. prohibet aliquid esse ſm quid dignius, quod non est dignius simpliciter, vt dicit Io. de Turrecre. in d. c. nihil.

Aduerte etiam, quia ſm eundem de pœniten. dist. 1. in summa. Ordo attendi debet intra sacramenta diuersis modis, seu diuersis respectibus.

Vno mō, & principaliter penes morbos, ad quos curandos sicut ad finem sunt instituta, inter quos talis est ordo, quem ponit Albertus magnus in 1. distinctio. 4. sententiarum.

Primus (inquit) inter istos morbos est originalis culpa, & hanc tollit baptismus. ꝯñs est pronitas ad malum, quam non tollit baptismus, sed diminuit, & ꝯ hunc ordinatur confirmatio. Ex pugna aūt prauitatis, & quasi ex calore cōcupiscētię orit deperditio bonorū spūaliū: & iō ꝯ hūc morbū ordinat tertio loco eucharistia. Est aūt prolapsus ꝯcupiscentię in actuale peccatū, & ꝯ hāc ordinat pęnitentia. Reliquæ aūt debilitates semp renascunt ꝯ quas ordinatur extrema vnctio. Ordo aūt, & mrīmoniū ordinant ꝯ defectum cōem, & ordo est ante mrīmoniū, qa est ſm digniorē regenerationem: hæc Albertus magnus. Istū aūt ordinem prosecutus est magister snīarum & alii doctores theologi, & melior videtur cōsideratio inter omnes, vt dicit Ioā. de Turrecre. in dicta summa.

Alio modo pōt attendi ordo inter sacramēta ſm aliquam rationem dignitatis respectu omnium aliorum sacramentorum, inquantum sunt in remedium defectus cōmunis, siue in perfectionē multitudinis, Alia verò sacramenta sunt in remediū siue perfectionem vnius personæ: bonum aūt commune cum sit diuinus (vt dicit primo Ethicorum.) prius est. Vnde hoc ordine ꝯsiderato Gratian⁹ primò determinauit de ordine & matrimonio. Tū, quia ordo habet prioritatem quandā respectu matrimonii & aliorū sacramentorū. Clarum est autem, quòd agens naturaliter prius est sua actione: vnde ēt in iure prius determinatur de officio, quàm de actionibus. Tum ēt, quia sicut dictum est, habet digniorem generationē quàm matrimonium. Pœnitētia ēt habet prioritatem quādam respectu baptismi, ſm illud actuum secundo. Agite pęnitentiam, & baptizetur vnusquisq; vestrū, & c. quis aliquando. de pœniten. dist. 1. Itē dicit August. libro de pœniten. & hr in c. nullus. de pœniten. dist. j. Nullus potest inchoare nouam vitam, nisi cum veteris vitæ pœnituerit. Item respectu eucharistiæ, ēt pœnitentia vr habere quandam prioritatem, quam omnibus accedentibus ad communem indicit pœnitentia, sicut ēt colligitur ex c. omni, vtriusque sexus extra de pœniten. & remissio. vbi primò iniūgit præceptū de cōfessione, secundò de communione: in cuius signū agnus paschalis qui figurā gessit sacri eucharistiæ comedi præcipiebat cū lactucis agrestib. Exo. 12. qđ significat cōicādū esse cum amaritudine pœnitentiæ. Et ista ſm hunc ordinem aliqui tractauerunt de sacramētis, vt Gratianus, prout refert Io. de Turrecre. in dicta summa de pœnitentia, dist. 1.

TRigesimasecunda consideratio, est cōsecutiua ad præcedentem de vno sacro. s. de ordine, & quia sunt septē ſm aliquos, & octo ſm alios, & ſm canonistas nouē. Vidēdū est inter octo ordines ecclasticos quis sit dignior & excellētior. Et sunt ſm theologos septem. s. ostiarius, lectoriatus, exorcistatus, accolitatus, subdiaconatus, diaconatus, & pſbyteratus, quos ponit magister snīarum in 4. dist. 24. & est tm̄ vnū sacramentū, ita ꝙ quilibet ordo est de substantia sacri ordinis, vt dicit Petrus de Palude in 4. dist. 14. & Florentinus in sua sum. 3. par. tit. 14. c. 16. §. j. & in toto illo c. ponit materiā ordinū: sed ſm canonistas, (vt dixi) sunt nouē ordines, qa est ordo clericatus, q̄ dr ordo apud eos, vt est tex. & ibi do. Ant. Panor. & alij in c. cū cōtingat. extra de ętate & qualitate, & est sacrale signū tonsura, vt dicit gl. in verbo, psalmista. in c. clericos. 21. dist. q̄ pro hoc. allegat c. duo sunt 12. q. j. Et iste ordo est aliorum ordinū initiū, & ex eo primo ordine vinculū promouēdi initiatur. Imò si omitteret, essēt repetendus ſm Panor. post Hostien. in d. c. cum cōtingat. Et etiam Episcopatus est ordo, vt dicit tex. in c. cleros. & c diacones. 93. dist. facit tex. in c. j. de ordinatis ab Epō & cet. De quibus nouem ordinibus & de officijs eorum ponit Antoninus Florētinus in dicto loco in §. 9. ad quem recurre. & ad textum in c. cleros. & in c. perlectis. 25. dist. & c. Episcopus. & c. seq. 23. distin. Et isto ordine non reperit, maior, vel par, vt est tex. in c. j. de sacra vnctione. & in glo. in verbo, Episcopus, in proęmio sexti. in prin. q̄ pro hoc allegat glo. 2. in c. nouo. 21. dist. & c. j. 32. dist. Decius dignitate vide Curtium seniorem in consi. suo 79. incipiē. super articulo, an Abbas, vel prior. in 2. col. & dixi amplè supra in 4. parte. in 25. consideratione.

TRigesimatertia conside. An vita actiua sit excellentior vita contemplatiua, manifestabit. Philosophus. n. 2. Ethico. dicit tres esse vitas hoīum excellētes. Voluptuosam. s. quæ ponit finem in delectationibus corporis. Ciuilē, q̄ ptinet ad actiuā, & cōtéplatiuā, de quib. Cęlius li. antiquarū lectionū. 2. c. 8. vbi ait actiuos & voluptarios hri tanq̄ exules, qui contēplantes iam sunt in patria. Et dicit beatus Aug. in li. de ciuit. Dei. c. 9. ꝙ tria sunt gña vitæ. s. ociosum, qđ pertinet ad vitam cōtemplatiuā. actiosum, qđ ptinet ad actiuā: & ex vtroq; cōpositū, quæ dr vita mixta, & congruit prelatis & pdicatorib. Alii assignant vitam ſm inchoationem, ꝓfectionem, & perfectionem. Tn̄ diuisio vitæ humanæ magis ꝓpria est. quā ponit Gragorius super Ezechielem. & in 6. moralium. s. ꝙ duæ sunt vitæ actiua. s. & cōtemplatiua, in sacro eloquio per duas sorores figuratæ in veteri testamento per Lyam & Rachelem: Lya figurat actiuam, exercens se in septem operib. misericordiæ corporalibus, & spūalib. figuratis per septem filias Lyæ. Nam septima fuit Diuina Rachel venusto aspectu, quæ interpretat visum principium, significat cōtéplatiuā, quæ, ad principium rerū, s. Deū speculatur. In nouo. n. testō figuratur per Mattham, & Mariam Magdalenam. Martha actiuam insinuans, quæ solicita erat, turbata erga plurima. Maria contemplatiuam, quæ sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius, Luc. 10.

Et ꝙ

Et quod ista sit sufficiēs diuisio declarat B.Tho. 2.2. q.179. vnūquodq; viuens ostenditur viuere ex operatione sibi maximè propria, ad quā maximè inclinatur: sicut plantarum vita dr̄ in hoc consistere, quod nutriuntur & generantur. Animaliū verò in hoc quod sentiunt & mouentur. Hominum aūt in hoc, quod intelligunt, & s̄m rationem agunt: vndè in hominibus vita vniuscuiusq; videtur esse id in quo maximè delectatur, & cui maximè intendit, & ī hoc vult quilibet præcipuè conuiuere amico suo. Quia igitur quidam hoīes permaximè intendunt contēplationi veritatis, quidā vero principaliter intēdūt exterioribus actionib⁹, inde est quod cōueniēter vita hoīs diuiditur ī actiuā & cōtēplatiuā. Nā vita voluptuosa (quā Philosophus ponit tertiā) non conuenit homini inquātū est rōnale animal agens s̄m rationē. Et.n. bestialis talis vita cōis nobis & brutis. Vita aūt mixta quam ponit B. Aug. tertiā post prædictas duas virtute continetur in eis sicut media in extremis quibus conficitur, vt tepidū in calido & frigido. Vita verò incipientium qui resistunt passionibus spectat ad actiuam, & ēt cōiter proficientiū, & perfectorū ad contēplatiuā. Datur.n. ista diuisio de vita hominis s̄m intellectū, q. vtiq; est aut practicus aut opus intēdēs exterius p mechanica & agibilia, vel interius mortificando passiones. Aut speculatiuus intēdēs veritatē speculari præcipuè circa diuina. hæc ille Ant. Flor. in loco statim allegādo.

Sed s̄m intētū nostri operis quæ illarū sit melior & excellentior videndū est. Quantum ad vitam actiuam satis eam laudaui supra in 4. Par. in 50. conside. vbi dictum est, quod videtur esse melior. & allegaui ibi & theologos & iuristas: sed vt statim dicam, illud est s̄m qd, i. in aliquo casu melior est actiua, sed simpliciter non. Eo quia simpliciter vita contemplatiua est melior & excellentior ex pluribus causis, inter quas S. Tho. 2.2.q.182. art.1. ponit octo, quas scribit Philosophus 10. Ethic.

Prima est, qa vita contemplatiua conuenit homini s̄m id quod est optimū in eo, s. s̄m intellectū: & respectum propriorum obiectorum, s. intelligibiliū. Vita autem actiua occupatur circa exteriora: vnde Rachel, per quam figuratur vita contemplatiua, vt dixi, interpretatur visum principium. Actiua autem significatur per Lyam, quæ erat lippis oculis.

Scd̄a rō est, qa cōtēplatiua pōt esse magis cōtinua, licet non quantum ad summum cōtemplationis gradum. vnde & Maria p quā significatur contēplatiua, describitur secus pedes dn̄i sedens. Non.n. pōt hō ita cōtinuè exerceri ī operib. misericordię corporalibus vel spiritualib. qđ ptinet ad actiuā, qa nō habet semp modū paratū ad exhibendū eleemosynā vel ad docēdū, sicut habet viā paratā ad legendū, orandū, meditandū, & huiusmodi q̄ ptinent ad contemplatiuam.

Tertia ratio est, quia maior est delectatio cōtēplatiuæ q̄ actiuæ: vnde B. Aug. dicit, quod Martha quæ designat actiuā, turbabat̄. Maria vero epulabatur. vnde de sapientia quæ gustatur in contemplatione dicitur Sap. 8. Non habet amaritudinem conuersatio illius, neque tędium cō uictus illius, sed gaudiū. & Grego. super Ezechielē dicit, quod cōtemplatiua vita amabilis valde dulcedo est, est enim delectabilis secundū beatum Thomam vbi supra q.180. articulo 7. ex tribus rationibus ibi per eum descriptis.

Quarta ratio est, quia in cōtēplatiua homo est magis sibi sufficiens: qa paucioribus ad eā indiget, quam ī actiua, ī qua eget adiutorio aliorū, vt possit eā exercere. vn̄ Chr̄s Lucæ 10. Marta solicita es, & turbaris erga plurima. s. circa quæ versat̄, & quibus indiget.

Quinta, quia cōtemplatiua magis ꝑpter se diligitur. s. vt Deus cognoscatur, & veritas quæ perficit intellectum, vt amet̄ ibi figitur. Sed actiua ad aliud ordinatur. s. ad subueniēdum proximo, nec ibi figitur, sed vt proximus inde in Deū proficiat. Vnde in psal. 26. Vnam petii à dn̄o hanc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ, vt videā voluntatem domini. Et Christus. Lu.10. Vnum est necessarium. Vnumquodq; autem perfectius est quod est propter se, quàm quòd propter aliud, sicut finis magis quàm ea quæ sunt ad finem, vt sanitas melior medicina quæ ordinatur ad illam.

Sexta, quia contemplatiua cōsistit in quadā vacatione & quiete secundū illud psal. 45. Vacate, & videte qm̄ suauis est dominus. q.d. non potestis videre & gustare quàm suauis est Deus, quod pertinet ad contēplationē: nisi vocando & cessando ab operibus: sed actiua cōsistit in motu, sicut dicitur prælato cuilibet. Prouerb. 6. Discurre, festina, suscita amicum tuū, ne des somnum oculis tuis: perfectior aūt est quies, quā motus cæteris paribus. vnde beatus Aug. in 19. lib. de ciui. Dei. Ocium sanctum. s. cōtēplatiuæ vitæ quęrit charitas veritatis. s. diuinę, cui maximè intendit cōtēplatiua. Et signāter dicit ocium sanctum ad excludēdum ociū pigritiæ, quod est malum & sentina oīum vitiorū. Vn̄ beatus Bernardin. ait, Vacare Deo non est ocium. s. malum, sed negotium negotiorū. Est enim exercitium vitæ beatæ secundum illud beati August. in fine de ciuitate Dei. ibi, vacabimus, & videbimus & amabimus, amabimus, & laudabimus sine fine.

Septima ratio est, quia cōtemplatiua est s̄m diuina, actiua s̄m humana. Quis autem dubitat diuina humanis præferenda, sicut creator creaturæ? vn̄ beatus Augu. super Ioan. In principio erat verbū. ecce quod Maria audiebat, i. contemplatiua cui vacat. s. audiendo diuina. Et verbum caro factum est. ecce cui Martha ministrabat. i. actiua. s. humanitati egenti ministrādo, & subueniendo. Ipsa etiam consideratio mysteriorum Chr̄i. s. natiuitatis, vitæ, passionis, & huiusmodi ad contēplationē pertinet: manuducentes nos ad cōtēplationē diuinitatis, s̄m illud qđ cātat̄ in ꝑfatione. Dum visibiliter Deum cognoscimus. i. mysteria humanitatis. Per hūc in inuisibiliū amorē rapiamur.

Octaua ratio, quia cōtēplatiua est magis s̄m id qđ est proprium homini. i. secūdum intellectum. In operationibus autem vitæ actiuæ communicant nobis ēt vires inferiores, quę sunt communes nobis, & brutis. vnde in psal. postquam posuit id quod est cōe nobis & brutis, dicit. homines & iumenta saluabis dn̄e. subdidit post quod est speciale homini. s. In lumine tuo videbimus lumen. vnde & ipsa contemplatiua vita transfert ad quandam mētis libertatē vires inferiores

riores, quæ deseruiũt actiuæ in moderatione passionũ, & in aliis habet quandã seruitutem. vnde & Boetius de consola. philosophiæ ait. Liberiores aĩas necesse est esse cum se in mentis diuinæ speculatione cõseruent, minus verò cum dilabuntur ad corporalia. Et B. Gregorius super Ezechielem, dicit, ꝙ actiua vita seruitus, contemplatiua libertas vocatur.

Nonam causam ſm Thomã ponit Christus, s. q. a diuturnior: cum dicit, Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea, vt scribitur Luc. x. in fi. vbi Aug. dicit: non tñ malam elegit Martha, sed illa Maria melioré: audi vnde melioré, quia non auferet ab ea. Auferet q̃nq; onus necessitatis, i. opus in quo exercet actiua, s. pascere esurientem, docere ignorantem, & huiusmodi, q̃ sunt hic necessaria. Sed in vita beata ista indigẽtia non hr̃: sed æterna est dulcedo veritatis, q̃ habetur ibi, qđ ptinet ad contemplationẽ.

Has nouem causas seu rationes excellẽtiæ vitæ cõtemplatiuę ad actiuam ponit B. Tho. in loco præall. quas refert Ant. Flor. in 4. par. suæ sum. tit. 10. ca. 4. §. ij. vbi addit decimam, quæ est.

Contemplatiua vita est maioris meriti. Vnde beatus Greg. 6. moraliũ ait. Magna sunt vitæ merita actiuæ, sed cõteplatiuę potiora. quod sic declarat Tho. 2. 2. q. 182. arti. 2. Radix merẽdi est charitas. Hæc aũt cõsistit in dilectione Dei & proximi. Diligere autem Deũ ſm se est magis meritoriũ, q̃ diligere ꝓximum: & ideo quod directius ptinet ad dilectionẽ Dei, est magis ex suo genere meritoriũ: q̃ illud qđ ptinet ad dilectionem proximi, quæ est pp̄ Deũ. Contemplatiua autẽ directè & immediate ptinet ad dilectionem Dei. Actiua aũt directè ad proximũ ordinatur. Quia satagit circa frequens ministeriũ: & ideo cõteplatiua est maioris meriti q̃ actiua. Et hoc est quod ĩquit B. Greg. in 3. homi. sup Ezech. Cõtemplatiua maior est merito q̃ actiua, quia hæc in vsu præsentis operis laborat: in quo, s. necesse est proximis subuenire. Illa vero sapore intimo vẽturam iam requiem degustat, s. in contemplatione Dei. hæc ipse Anto. Floren. vbi supra. & Luc. de Pen. in l. ij. C. vt dignitatum ordo seruetur. allegat illum dictum Grego.

Vndecima causa est, quia vita contẽplatiua est tutior, licet actiua sit fructuosior. c. nisi cũ pridẽ. §. nec putes. extra de nũciatio. vt tenet Luc. de Pen. in loco hic ante citato. & Cardinalis Zab. in d. §. nec putes.

Duodecima causa, quia vita cõtemplatiua est celsior, vt est tex. in auth. de monachis. in prin. & ibi glo. in verbo, celsiorem. col. j.

Dicit tamen Zabarella in d. §. nec putes. ꝙ vtrisq; præfertur mixta ex vtraque, vt in d. §. nec putes. &, vt ibi ẽt dicit se habẽt vt excedentia & excessa glo. j. in c. sancta quippe. 2. q. 7. quã vitã mixtã ẽt multũ cõmẽdat Anto. Floren. in p̃dicto loco. §. 3. & dicit eã fuisse seruata à propheta Dauid, vt hr̃ Ps. 62. vbi ait. Labia mea laudabũt te. Laudatur Deus labiis oris admouẽdo & p̃dicando, quod est præcipuum in vita actiua. Laudatur Deus labiis, ore, & corde, in oratione, cogitationibus, & affectib⁹ deuotis, quod spectat ad cõtẽplatiuã. vtrãq; psalmistã non est dubium habuisse, actiuã in gubernatione regni, contẽplatiuã in editione & decãtatione psalmorũ. Hãc vitã mixtã Christus vt pfectissimã tenuit, & in se ostẽdit, s. orando, & in deserto, & in mõte, & morte, & aliqñ erat pnoctans in oratione, vt referũt euãgelistę: & aliqñ prędicãdo, sanãdo ĩfirmos, corrigẽdo hoĩes, pascẽdo famelicos, vinũ ꝓcurãdo ĩ nuptiis egentib⁹, cõsolãdo afflictos, vt Marthã, Mariã, & alios. Hãc mixtã tenuerũt apostoli pfectissimi prædicãdo. Vnde ait Petrus ad sedãdum murmur exortũ in ecclesia primitiua. Non est æquum nos dimittere verbum dei, & ministrare mẽsis, eligite vobis &c. Nos verò orationi, & prædicationi vacabimus. Actu. 6. Hæc mixta etiam figuratur in Lazaro resuscitato (cuius corpus & caput præter mãdibulam inferiorem iacet in hac ciuitate Heduen.) q post eius resuscitationẽ factus fuit ep̃s Massilien. & fuit frater Mariæ Magdalenæ, & Marthæ. Vnde dicitur Io. 11. Diligebat Iesus Martham, designantem actiuam, Mariam contẽplatiuam, & Lazarum tenentem mixtam. Vtraque etiam tenuerunt & complexi sunt illi eximii ꝓphetæ, Esaias, Ieremias, & Moyses.

Alio stylo Cælius lib. lectionum antiq. 14. c. 44. distinguit & illustrat vitam contẽplatiuam ab actiua post B. Tho. Intellectu, inquit, speculatiuam cõsiderare vim possumus, cuius est finis veritatis cognitio: & practicam, cuius est finis operatio. *Et iõ duplex* assignatur hominis felicitas. Vna speculatiua, q̃ est operatio ex virtute pfecta, ↄtẽplatiuaq;, quã sapiam dicimus. Altera vero practica, q̃ hoĩs est perfectio ex virtute actiua, q̃ vocatur prudentia. Est autem operatio quædam iuxta prudentiam, & speculatio ex sapiẽtia hominis quatenus id agit solus. Est & quædam prudentiæ operatio & speculatio ciuitatis totius: quamobrẽ in ꝓpẽsionem venire actiua & speculatiua hoĩs felicitas põt iuxta seipsum, põt & ciuitatis vniuersi.

Forsitan verò hac parte aliq̃s quæreret, actiua ne vita p̃cellat cõtẽplatiuam, an ↄ̃ omnino sentiẽdum. Idem doctor sanctus in explicatione. 7. Polyt. libri, speculationem commonet longè anteire, & præterea ex iunioribus aliqui nõ neglexerũt, tñ M. Tullii sñia depromit. Multi, inquit, & sunt & fuerunt q ea, quã dico tranquillitatem expetẽtes, à negotiis publicis se remouerunt: ad ociumq; ꝓfugerunt. in his & nobilissimi Philos. longeq; principes, & quidã hoĩes seueri & graues, nec populi, nec principũ mores ferre potuerũt. Et mox paulo facilior q̃dẽ & tutior, & minus aliis grauis aut molesta est ociosorũ vita. Fructuosior autem hoĩum generi, & ad claritatẽ amplitudinẽq; aptior eorũ, q se ad rẽpub. & ad magnas res gerendas accõmodauerunt. Quapropter & his forsitã concedendum sit rẽpub. non capessentib. q excellenti ingenio doctrinæ sese dediderũt. Et iis q aut valitudinis imbecillitate, aut aliqua grauiore cã impediti à republ. recesserũt. Cũ eius administrãdæ potestatem aliis laudemq; concederent. Quibus aũt talis nulla sit cã, si despicere se dicãt, quæ plerique admirentur. Imperia, & magistratus: his non modo non laudi, verũ etiam vitio dandum puto. Augustini quoq; non negligenda sñia, q̃ parte ista vicem implebit auctarii. Si quidem illud enarrãs ꝓpheticũ. Defecerũt oculi mei in eloquiũ tuũ. Duo inquit, oculi sunt, mysticus acutior,

tior mortalis dulcior. Non est ocio mancipatus, qui verbo Dei tantũ studet. Nec maior est, qui extra operatur, quam qui cognoscendę veritatis studio incumbit. Ipsa item sapientia maximum est opus, & antefertur Maria, quæ audiebat Marthæ operanti.

Est alia vita, quæ dr̃ cõis, quæ ẽt laudanda est. Nã primo in statu naturæ ante pctm̃ erant oĩa cõia. vnde illud. Ius naturale cõis omnium possessio, vt hr̃ 1. dist. & in primordiis status gratiæ ista vita erat, vt habetur Act. 4. erant illis omnia communia, vt habetur in c. dilectissimis. 12. q. 1. & durauit vsq; ad tempora Cõstantini, vt colligitur in illa causa. Item in statu futuræ gloriæ erunt omnia cõia. vnde Beda super illud Act. 4. Qui ita viuunt, vt sint omnia cõia in domo cęnobitæ vocantur: quæ vita tanto felicior est, quantũ statum futurum imitatur, in quo erunt omnia communia. Cum ergo, vt dicit Io. de Turrecr. in d. c. dilectissimis. in 5. col. non sit reperire meliorem statum naturæ, q̃ ante pctm̃, nec gratiæ q̃ primitiuũ, nec gloriæ, q̃ futurum: manifestum est, ꝙ felix status est vitę cõis, quæ talis status naturæ, gratiæ, & gloriæ imitat̃. De vita anachoritarum, seu eremitarum Hiero. plura scripsit illam amplissimè laudando, vt etiam amplè refert Io. Lud. Viual. in suo opere regali. in tract. de pugna partis sensitiuæ, & intellectiuæ. ĩ c. anachoritæ pro Christo asperas elegerunt fortitudines.

Luc. de Pẽ. in d. l. 2. col. 3. C. de dignita. lib. 12. dicit q̃ sunt notãda describẽdo vitã, q̃ est propriè vigor aĩæ: quia vim tenet viuẽdi, nascẽdi, & credẽdi. Qñq; accipitur pro actu viuendi irreprehensibiliter, & iusto, & recto, vt in d. l. 2. ad hoc ẽt. l. cũ filio. ff. de leg. 3. post princ. vel vita est bonorum lætitia, miserorum mœstitia, expectatio mortis. Ita bona, & recta vita cũ fide eligenda est. Nam si vita deest, fides meritum nõ habet. 1. q. 1. c. fertur. Et sanctius est dño in hac vita sub inferiore habitu irreprehensibiliter dño famulari, q̃ alta indebitè appetendo dãnabiliter in profundum demergi. c. de his. 50. dist. & plura alia ibi singularia de vita scripsit, quæ ita hic essent extra propositum, sicut sunt ibi posita per eum.

De huiusmodi vita contemplatiua Philo Iudæus natione Alexandrina scripsit librum vnum, & Prosper episcopus Reginensis tres.

Trigesimaquarta consid. erit de legibus diuinis, quæ sunt duæ, s. lex veteris testamenti, & lex noui testamenti. & ista lex primo de per se est excellentior omnibus aliis legibus humanis ꝑpter quatuor, secundum Thomam 2. 2. q. 12. artic. 4.

Primò ꝑꝑ cohibitionẽ omnis criminis: qm̃, vt ait Aug. de libero arb. Lex humana non potest oĩa mala, quæ fiunt prohibere, vel punire: quia dũ auferret mala oĩa, sequeret̃, ꝙ multa bona auferrent̃, & impediret̃ vtilitas boni cõis, quod est necessariũ ad humanam vitã. Vñ Aug. Tolle meretrices de ciuitatibus, & implebis oĩa libidinibus, quia accederent hoĩes ad nuptas, virgines, vel alias corruptelas vnde scandala sequerent̃. Lex aũt naturalis, vt in pluribus obscura erat, & multa pctã ignorabant̃ esse mala, ideo vt nullum malũ improhibitũ, & impunitũ remaneret: fuit necessariũ dari legẽ diuinã, q̃ nullum permittit peccatum. Et ideo dicit psalmista Ps. 18. Lex dñi immaculata, i. nullam permittens peccati turpitudinem.

Secundò, rõne directionis mentis: de his ẽt potest homo legẽ ferre, de q̃bus põt iudicare. Iudiciũ autẽ hoĩs nõ põt esse de interiorib⁹ animi motibus, vel voluntatibus q̃ latẽt, sed solũ de exteriorib. q̃ apparẽt: qm̃ ut dicit Vrbanus Papa. De manifestis loquimur: occultorũ. n. aliàs secretorum cognitor, & iudex est Deus. 32. dist. c. erubescant. & lex dicit. Cogitationis pœnam nemo patiat̃. de pœ. dist. 1. c. cognitionis. & tñ ad perfectionem virtutis requirit̃, ꝙ in vtrisque actibus, s. interioribus, & exterioribus hõ sit rectus: Lex aũt humana non põt sufficientes cohibere, & ordinare actus interiores mentis: & ꝑꝑ hoc necessariũ fuit, quod superueniret lex diuina, q̃ prohibet actus etiam interiores vitiorũ. vt illud Exo. 20. Non cõcupisces rem proximi tui. & illud Matt. 6. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in eã in corde suo. & ideo dicit Ps. supra. Conuertens aĩas. quia exteriores, & interiores actus dirigit.

Tertiò, rõne certitudinis veritatis. Homo. n. debet scire absq; oĩ dubitatiõe, q. d debeat agere, & quid vitare: sed per legem naturalẽ, vel humanam non põt hoc scire, quod patet ex hoc, quia de rebus humanis ideo diuersa iudicia dant̃ ꝑꝑ incertitudinem humani iudicii: & præcipuè de rebus contingentibus, & particularibus, ex quibus diuersæ leges, & contrariæ ferunt̃. Vt ergo homo absq; dubitatione aliqua scire posset, quid ei agendum, q. d ei uitandũ, necessarium fuit, ut in actibus propriis dirigeret̃ per legem diuinam, de qua constat, ꝙ errare non potest.

Quartò, rõne adeptionis felicitatis. Per legẽ. n. hõ dirigit actus proprios ad vlt. finẽ. Si aũt hõ ordinaret̃ tm̃ ad finem, seu felicitatem naturalem, quæ nõ excederet proportionem facultatis naturalis hoĩs, sufficeret lex humana. sed quia homo ordinat̃ ad finẽ supernaturalem. i. ad finem æternæ beatitudinis, q̃ excedit facultatem humanæ uitæ: & iõ fuit necessaria lex diuina, per quã homo ordinaret̃ ad finem beatitudinis æternæ. Lex. n. diuina tradit ea, quæ sunt credẽda fide, & sacra quibus homo iustificat̃, & ad beatitudinem supernam tendit. Hæc aũt non hñr. l. naturali, uel humana, & iõ bene dr̃, Ps. 18. supra all. Sapientiã præstans paruulis. i. humilib. Sapientia. n. est notitia diuinorũ, q̃ perfectè hr̃ in superna beatitudine, non in uita præsenti. Et licet duplex sit lex diuina, ut dixi supra. Tñ illa, quæ est noui testamenti, & sic lex grãe, quæ est euangelica, est dignior, & excellen. q̃ illa, quę est ueteris testamẽti, ut satis supra dictũ ẽ in hac par. 20. consid. ubi de tribus sectis mundi fit mentio.

Sed ulterius aduertendum est, ꝙ hæ duæ differũt non in specie, sed ut perfectum, & imperfectũ, sicut puer, & uirilis ætas. unde Apost. ad Gal. 3. & 4. Statũ ueteris legis puero existenti sub Pædagogo, & legem nouam statui uiri, s. perfecti, comparauit.

Attendit̃ aũt ista pfectio, & impfectio q̃tũ ad tria: Primò, ex parte finis ultimi, quia lex uetus ordinabat homines ad bonum sensibile, & terrenum. Lex uero noua ordinat ad bonũ intelligibile, & cęleste. vñ Christus in principio suæ pdicationis statĩ inuitauit

ad regnum cœleste dicens, Matth. 4. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cęlorum.

Secundò, ex parte officii, quia lex vetus cohibebat manum, non autem animum: quamuis enim in veteri lege prohiberetur malus effectus, vt patet in nouo & decimo præcepto decalogi. non tamen puniebatur per legem talis transgressio.

Tertiò, ex parte motiui, quia lex vetus inducebat ad obseruãtiã metu pœnarũ, quas taxauerat. Lex aũt noua hoc facit amore, q infunditur in cordib⁹ fidelium p grãm Chri: hæc Tho. 1.2.q.12. art. 5. & 2.2. q.108.art.1. Et facit tex. in c. hæc aũt. §. ex his oĩbus. 23.q.4. vbi dicit. In lege vet. testaměti corporalis pœna statuta est. In lege verò euãg. omnĩ peccanti p pœnitẽtiam venia pmittit. Vnde illa incœpit à terrore, dicens, Exo. 20. Ego sum dñs Deus zelotes, visitans peccata patrum in filios vsq; in tertiam & quartam gñonem. Hæc vero à leuitate mãsuetudinis & misericordiæ: ita inquiens, Beati pauperes spiritu, beati mites, beati misericordes, qm̃ ipsi misericordiã consequentur. Mat. 5. In illa dicebatur. Qui fecerit hoc vel illud, morte moriatur. In ista dr̃. Gaudeo super vno peccatore pęnitentiã agẽte, magis q̃ super nonaginta noue iustis, q nõ indigẽt pęnitentia. Luc. 15. & vt v̄ dicatur. In lege populus ille rudis seruili pœna rũ timore cogebat: vnde & legem in pædagogum accepit. In euangelio autem populus gratiæ liber & adultus filiali amore, & hæreditatis certitudine ad cultũ diuinæ seruitutis inuitatur. hæc in d. §. ex his oĩb. & ibi Io. de Turrecre. qui satis prædicta decla. & de huiusmodi lege euangelica, quæ est diuina, & noui testaměti, videatur amplè Ant. Florẽ. 1. par. suę summæ. ti. 15. c. vnico. in septem. §. qui ibi ponuntur: vbi oĩa prædicta latius explicantur, & multa singularia. Et de lege Mosaica seu vete. testamenti hr̃ ẽt in dicta 1. par. ti. 14. c. vsq; ad finem illius ti. vbi amplè.

De legibus verò humanis quæ inter eas sit excellẽtior aut dignior, videatur ipse Ant. Flor. in dicta par. tit. 13. c. 1. §. 2. qui dicit, ꝙ lex naturalis excedit alias leges humanas in tribus, in dignitate communitatis, in firmitate immutabilitatis, & in prioritate temporalitatis, quę ibi ample declarantur: & de hoc infra in 2. consid. seq. Sed inter alias leges humanas F. Patritius lib. de institutione reipublicæ. titu. 5. laudat leges 12. tabularũ ex dictis Ciceronis in lib. de oratore ad Quintum fratrem, Crassum loquentem.

TRigesimaquinta consid. Quia ex autoribus legis diuinæ, s. veteris testamenti fuerunt principaliores prophetæ, ideo est videndum de quatuor gradibus prophetiæ, & quis illorum præcellat, ita ꝙ inter pphetas videamus quis illorũ sit excellentior. Ante discussionem istorum præsuppono cum Cęlio lib. antiq. lectio. 14. c. 41. ꝙ pphetia fm Cassio. est inspiratio diuina rerum euentus immobili veritate denuntians, vt vero plenius absolutiusq; dicatur prophetia cognitio exigitur intellectualis, sicut Dan. 10. cõprobat. ꝙ si intelligentia non contingat non propriè dici prophetiam, sed tm̃ dici potest vidẽs, sicuti Pharao spicas vidit. Genes. 41. Et Balthasar manum scribentem in pariete. Dan. 5. ille dormiens; hic vigilans, neuter tamen eorum propheta. Cęterũ nec in morte Saluatoris Cayphas, cũ dixit Iudæis, expedit n. vt vnus moriatur pro populo. Io. 18. Et quia ex ratione propheticæ veritatis est cognitio: vnde fit, vt p eius varietate pfluant ppherici gradus. Is nãq; excellentissimus est, vbi paribus reliquis clarior est intelligentia, dum tamen prophetiæ limites non transcendit.

Ergo gradus primus est, cum videt qs & intelligit, velut Ieremias ollã vidit succensam. & faciem eius ab aquilone, vt hr̃ Ier. j. quo significari intellexit Babylonici regis exercitum ciuitatẽ Ierusalem exusturum.

Secũdus gradus est, vbi vr̃ nihil, sed instruens vox auditur. Hic vero est priore excellentior, qm̃ veritatem expressius præmõstrant voces, sicut hr̃ j. Reg. 4. c. Samuel audiuit vocem domini sibi loquentis.

Tertius gradus est, cum non vox tm̃ auditur, quæ instat, sed vr̃ ẽt qui loquitur, quæ res adhuc creditur augustior. Cęterũ vel ista contingunt in quiete: vocãturq; à theologis reuelationes per somnia, vel dũ vigilamus: à iunioribus dñtur visiones, q ẽst pclatissimus modus: & qm̃ mentis fit illustratio maior, quæ quãuis sensuũ vi exeriorũ distracta, intelligibile tñ supernaturaliũ veritarẽ percipit, ꝙ non fit in somno sensib⁹ quietis. Porro ppheticus ille modus q raptu cõtingit vel extasi ad eũ fermè vocatur q est in qete, qa tũc exteriore sensu nõ vtimur, sicut nec ĩ somno.

Adhuc gradũ statuũt quartũ, vbi apparitione nulla figuræ cuiuspiã, vel sensib⁹ signi occultorũ intelligibilis veritas percipit reuelatione diuina. Cuiusmodi cognitio summo pphetæ Dauid cõtigisse dr̃, quẽ spiritus dñi à die vnctionis directus est, vt habetur 1. Reg. 16. vt extũc gratiã prophetandi haberet. Et iste gradus est excellentior cęteris. Ex quo dr̃, ꝙ ppheta Dauid est excellẽtior, vt p plura demõstrat p. Nic. de Lyra in proœ. lib. psalmorum. ubi amplissimè ponit istos quatuor gradus prophetiæ. & dicit hunc vltimũ excellentiorem aliis. tertiũ verò scdo. & scdm primo. & de hoc vltimo pbat sic. Sicut n. ille diceretur melioris ingenii, & clarioris q caperet veritatẽ cõclusionũ geometricaliũ sine descriptione figurarũ sensibiliũ, q̃ illa quę capere non posset absque tali descriptione, sic in cognitione pphetica illa mens, vr̃ excellẽtius diuinitus illustrata, q̃ veritatem intelligibilem capit absq; sensibilib⁹ signis, cuiusmodi sunt figuræ & voces supradictæ, q̃ illa q̃ capit sub talibus signis sensibilib. ita de Lyra ĩ pdicto loco, & ibi multis modis cõprobat, ꝙ Dauid fuit eximius ppheta & excellẽtior, licet multũ de Moyse arguat. & idẽ de Dauid tenet Ant. Floren. in 3. par. suæ summę. tit. 14. c. 14. §. 9. in medio. de psalmis Dauid. de laude vtriusque plenè in cano. ut cognouerunt. de pœn. dist. 2. vbi dicitur, ꝙ de rege Dauid tulit testimonium dominus dicens, vt habetur Act. 13. Inueni hominem secundnm cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.

TRigesimasexta considera. erit de iuribus, qd, s. iurium sit excellentius. Nam clarum est, ꝙ ius naturale est immutabile per quodcũque aliud ius. cum ut dicit Iustinianus in §. sed naturalia. institu. de iure naturali gentium & ciuili. sed naturalia quidem iura, quæ apud oẽs gentes peręque obseruantur, diuina qua-

na quadam prouidentia cõstituta, semper firma, atq; immutabilia permanent. Et ibi plenè doctores de huiusmodi immutabilitate huius iuris, & ideo dicem⁹, ꝙ homini est dignius aliis tribus de causis.

Primò, rõne cõitatis, d̃ qua cõitate habet̃ amplè p doct. nostros canon. in c. dilectis. 12. q. 1. ubi Ioan. de Turrecr. & B. Tho. 1. q. 2. art. 4. ubi dicit, ꝙ ius naturale est commune omnium nationum. & tex. in c. ius naturale. 1. dist. & declarãt amplè ibi glo. & doct.

Et etiam hoc iure naturali oĩa sunt cõia. d. c. dilectiss. & oĩum est libertas. d. c. ius naturale, ꝙ non solum seruatũ legit̃ à Christicolis primitiuæ ecclesiæ. De quibus legitur Act. 4. Multitudinis credentium erat cor unum, & aĩa una, nec quisquã eorũ q̃ possidebat aliquid suũ esse dicebat. Sed etiam ab antiqs philos. traditum inuenit̃. vnde, & apud Plat. illa ciuitas ordinata tradit̃, in qua quisq; ꝓprios nescit affectus, i. aliq̃d nõ habet ꝓprium. 8. dist. c. 1. B. Tho. in loco suprà all. art. 5. dicit ius naturale dupl̃r considerari, prout etiam refert An. Flo. in 1. par. suæ sum. tit. 14. c. j. §. 2. ubi uideri põt. sed Ioã. de Turrecrem. in d. c. ius naturale, dicit cõmunitatẽ considerari debere quadrupliciter, quæ cõsideratio soluit omnia dubia, quę possunt fieri in hoc casu. Cũ, vt dicit, communitas rerũ põt iuri naturali attribui: nõ quia ius naturale dicet omnia esse posidenda cõmuniter, & nihil esse quasi propriũ posidendũ, sed quia f̃m ius naturale nõ est distinctio possessionũ: sed magis f̃m humanũ conditũ, quod pertinet ad ius positiuũ ad uitãdũ discordiã quę oriri solet ex cõmunitate rerum, vt ait Arist. 2. politicorũ. ita dicit S. Thomas secunda secũdæ, q. 66. art. 2. cui dicto Arist. concordat expressus tex. in l. cũ pater. §. dulcissimis. in fine. ff. de leg. 2. Ideo nemo inuitus cogitur stare in communione. text. ad literam in l. si quis forté §. si centũ. ff. de conditio. indebiti, & l. fi. C. cõmuni diuidũdo. Et naturale uitiũ est negligi, quod cõmuniter possidet̃. tex. in l. meminimus. C. qñ, & quibus quarta pars debetur. libr. 10. Nec ualet pactum, ne perpetuo diuidatur res cõis., ita ꝙ nunquã fiat de illa diuisio semp remaneat communis. tex. ad literam in l. in hoc iudicium. §. si conueniat. ff. communi diuid.

Secundò modo pertinet ad ius naturale communitas rerũ, intelligendo pro tempore extremę necessitatis. unde S. Thomas secunda secundæ, q. 32. artic. 7. dicit, ꝙ in casu extremæ necessitatis omnia sunt cõmunia. Et ideo dicit gl. super illud Ambr. Proprium nemo dicat, quod cõmune est. i. cõmunicandum, q̃d plusquã sufficeret sumptui ẽt violẽter obtẽtum est. c. sicut hi. 47. d. unde tunc licet ei qui necessitatẽ patit̃ accipere de alieno ad sui sustentationem, si non inueniat q̃ sibi dare velit. Et idẽ Tho. q. 66. art. 7. dicit, ꝙ uti re aliena in casu extremę necessitatis non tenetur ratione furti proprie loquẽdo: quia per talem necessitatẽ efficitur suũ illud quod quis accipit ad sustentandã propriã uitam. dixi plene de hac materia in cõmẽtariis nostris super consuetudinibus duc. Burg. in tit. *des iustices*. §. v. in gl. *s'il n'a grace*. vers. j. ergo casus.

Tertiò modo communitas rerũ ascribitur iuri naturali quantũ ad vsum, quemadmodum Aristoteles 2. Polit. ad Socratem loquens ponit, ꝙ possessiones debẽt priuatim, i. ut propriæ possideri: quia cũ vnusquisq; natus sit plus curæ impendere proprio quã cõmuni, nunquã ita diligenter colerentur possessiones communiter possessæ, sicut priuatę. d. l. meminimus. §. naturale, quippe vitiũ est negligi, quod cõmuniter possidetur. C. qñ, & quibus quarta pars debetur. lib. x. vsus tñ earũ debet esse cõmunis f̃m illud prouerbium, ꝙ amicorũ sunt omnia communia. de quo habetur in c. dilectissimis. xij. q. j. Amicorum. n. in usu nihil est habere diuisum. unde Boetius lib. 2. de consolatione dicit. Nullius boni nõ in commune deducti est iocũda possessio. Et uidetur hic usus rerũ fundari in amore naturali, qui est hominis ad hominẽ.

Quarto modo cõmunitas rerũ potest dici esse de iure naturali, s. pro statu innocẽtię. de isto modo sanctus Thomas in j. part. q. 98. articu. j. dicit, ꝙ in statu isto: s. naturæ corruptę multiplicatis dominis, necesse est fieri diuisionẽ possessionum, quia communitas possessionis est occasio discordię, vt dixi suprà. sed in statu innocentiæ fuissent voluntates hominum sic ordinatæ, ut absque periculo discordiæ cõmuniter usi fuissent, secundum quod unicuiq; competeret de rebus quę eorũ dominio subdebãtur. Cum ẽt hoc mõ apud multos bonos uiros cõseruet, hæc Thomas.

Ad idem est Alber. Magnus in quęstione de virtutibus. ubi dicit, ꝙ utrũque, s. tam omnia esse communia quam esse aliquid proprie, est de iure naturali: quia ut inquit, f̃m diuersos status utriusq, sunt seminaria in iure naturali. In statu. n. in quo non est rapina, nec usurpatio eius, quod communi usui est cõcessum dictauit ratio naturalis nihil esse proprium, sed in cõmuni esse dimittendũ, sicut, & ĩ commune creatum est. Sed uariato statu, & crescẽte malitia, & rapina, & rancore utitur natura alio principio, vendicanda esse propria ad prouisionẽ suorum, & pauperum, & tunc non est contra ius naturæ habere proprium tempore necessitatis communicandum. In hoc Ioannes de Turrecremata ponit aliam doctrinam Alexandri de Hales, quam uideas in loco suprà allegato.

Secundò, ius naturale habet firmitatẽ immutabilitatis. Nam cum alia iura humana frequenter mutentur, quia modo statuitur unum, modo contrarium: ius naturale ab exordio creaturæ rõnalis cœpit, nec uariatur tempore: sed immutabile permanet: c. 1. §. j. dist. 5. & supra dixi in principio huius consideratiõnis. Et istam firmitatem multum amplè declarat Floren. in d. tit. 14. ca. j. §. ij. ubi ponit quomodo aliquando mutatur, & uariatur, imò ẽt quandoq; variatur i⁹ diuinum. Cum, vt habetur in c. non debet. de cõsanguinitate, & affinitate non debet irreprehẽsibile uideri, si f̃m varietatẽ temporum uariãtur, & iura. Cum Deus ex his quæ in testamento ueteri statuerit.

Tertiò, ius naturale alia iura humana præcellit ꝓpter prioritatem temporis. Est. n. prius omni iure humano: qm, vt dicit Gratianus in c. fi. in fine. d. 6. i⁹ naturale cępit ab exordio creaturæ rationalis, q̃d ius datũ fuit Adę per deum statim eo creato. Cum, ut ait Philippus Bergomas lib. 1. sui supplementi cronicarum, dedit deus Adæ legẽ obseruandam inter homines,

nes, videlicet vt ad oẽm actum, & omne verbũ, & ẽt oẽm cogitationem talẽ in alterum haberet animum, qualẽ in se ab altero seruari cuperet, qa tunc æqtatis viam teneret, talemq́, erga se alterum esse qualẽ in se neminẽ uellet. Ius verò consuetudinis post ius naturale seu naturalem legem exordiũ habuit, ex quo homines conuenientes in unũ cœperunt simul habitare, ꝙ ex eo tpe factum esse credit', ex quo Cayn ciuitatẽ ædificasse legitur; qđ in diluuio propter hoĩum raritatem ferè uidebatur extinctum. Postea à tpe Nembroth reparatum siue potius ĩmutatum existimatur, cum ipse simul cũ aliis alios cœpit opprimere, & alii sua imbecillitate eorum ditioni cœperunt esse subiecti. Ius aũt constõnis cœpit à instificationibus, quas dominus tradidit Moysi dicẽs, Si emeris seruum Hebræũ &c. de quo Exo. 21. de ipso verò, & alijs q̃ fuerunt inuentores legum humanarum apud diuersas nationes exprimit Isid. 5. Etymol. c. 1. dicens.

Moyses gentis Hebreæ primus omniũ diuinas leges sacris literis explicauit.

Phoroneus rex Græcis primus leges, iudiciaque constituit.

Mercurius Trimegistus primus leges Aegyptiis tradidit.

Solon primus leges Atheniensibus edidit.

Licurgus primus Lacedęmoniis iura ex Apollinis autoritate confinxit.

Numa Põpilius, qui Romulo successit in regno, primus leges Romanis edidit.

Deinde decem uiri electi sunt ex Romanis, qui leges Solonis ex libris Græcis in Latinum sermonem translatas duodecim tabulis exposuerunt.

Leges autem redigere in libris primis Consul Põpeius instituere uoluit, sed non pseuerauit metu obtrectatorum, deinde Cæsar id facere cœpit, sed ante interfectus est.

Nouæ à Constantino Cęsare cœperũt, & reliquis succedentibus factis ex prioribus imperatoribus. codicẽ fecit Theodosius minor Augustus ad similitudinem Gregorianis, & Hermogenianis. hæc omnia Isidorus d. lib. 5. & transumptiuè dist. 7. per totum. hũc tamen codicẽ Theodosianũ postea immutauit Iustinianus imperator, & fecit unum codicem ex tribus, ut in tit. de nouo codice faciendo. in principio.

Lex euãgelica à Christo data fuit sub Tyberio ĩperatore, & postea p apostolos diuulgata vbiq́, terrarũ.

Lex canonica quãtũ ad canones generaliũ cõciliorũ. (vt idẽ Isid. ait in lib. 6. Etymolo. c. 18.) à temporibus Cõstantini cępit, & habetur 15. d. in principio.

Decreta, & decretales epistolę summorũ põtificũ, quasi à principio ecclesiæ cęperunt, vt patet in actib⁹ Apostolorũ, de Decisione circa obseruantiã legaliũ.

Ex quibus patet, ꝙ ius naturale est prius tempore omnibus aliis iuribus, & in hoc inter omnia primatũ obtinet, vt in d. dist. 5. in prin. & ẽt in dignitate, ut ibi dẽ, & amplè oportet in c. 2. in fine, d. 8. vsq; ad finem. Et ad prædicta facit tex. in §. commodius. insti. de rerum diuisione. qui dicit, palam est uetustius esse ius naturale, ꝙ cũ ipso genere humano rerum natura ꝓdidit. ciuilia autẽ iura tũc cœperunt esse, cũ & ciuitates cõdi, & magistrat⁹ creari, & leges scribi cœpe͠rt.

Aduerte ẽt, ꝙ ius Romanorũ omnibus aliis iuribus est excellẽtius, cũ sit cõmune. Alia verò sunt specialia, uidelicet ius Longobardorũ, ius Francorũ, & cætera huiusmodi. Ita p plura declarat Luc. de Pen. in l. j. col. vj. & vij. C. de condictio. & procur. libr. 11. unaquæq; tñ patria tenet suum ius speciale excellentius, cũ si sit iuri Romanorũ contrarium, seruandum est. imò ẽt ius Romanorũ in aliquibus patriis nõ approbat', puta in Hispania, vt dicit Io. Lupus in rubrica, in principio. extra de donatio. inter virũ, & vxor. & in Gallia (cũ Galli leges nõ receperint, vt notat' in c. de accusationibus 3. q. v.) Nisi inquantum ratione innititur, & ratio sic vult, ñ qa lex hoc dicat ƒm Bal. in l. nemo. in prin. C. de sent. & interloc. oĩum iudic.

Aduerte, ꝙ hic dicendũ est de tribus preceptis iuris, & qđ illorum excellat: & sunt hæc. honestè viuere. alterũ no lædere, & ius suũ vnicuiq; tribuere, vtẽ tex. in §. iuris præcepta. instit. de iustitia, & iure. & in l. iustitia. §. j. ff. eod. tit. & in prooemio Gregoriano. §. ideoq́;, & ibi Bald. in fine dicti prooemii facit turrim iustitię, quam dicit esse triangularem, id est de tribus fortissimis angulis constructam.

Primus quorũ est, honestè uiuas: & iste angulus ẽ bonũ dirigens ad honestũ, quod propriè appellat' bonũ. Cũ dicat Seneca, nullũ bonũ nisi honestum, & est ƒm Bal. ubi supra, bonũ in se, & ad se, & est tutela maiestatis regũ. Et non immeritò pro angulo turris ponitur honestas. Cũ nihil honestũ esse posset, quod iustitia uacet, prout dicit Tullius Officiorũ. j. Hinc idẽ Tullius officiorum 3. ꝙ ad honestatem nati sumus, eaq; sola expetenda est, & ibi multa de honestate.

Et, ut dicit Ambro. j. Officio. Tantus est splendor honestatis, ut uitã beatam efficiat tranquillitas conscientiæ, & securitas innocentiæ.

Dicit' aũt honestas ƒm Isid. lib. 10. ca. 9. & Archid. in c. erit aũt lex honesta. 4. dist. quasi honoris status, unde honestũ est, quod sua ui trahit, & allicit dignitatẽ. Plus. n. in iure desideratur honestas, q̃ iustitia, vt dicit ibi gl. j. quæ allegat pro hoc c. fi. 35. q. 3. & satis innuit textus, dũ dicit. Erit aũt lex honesta, iusta, possibilis ƒm naturã, & ƒm cõsuetudinẽ patriæ. Requiritur ergo primò, ꝙ sit honesta ƒm naturam, & consuetudinem patriæ, & iusta ƒm naturam, & consuetudinẽ patriæ, & possibilis ẽt ƒm naturã, & consuetudinẽ patriæ, aliàs non dicitur lex, nec potest esse uera lex, nec iustitia: quia utrũq; illorũ requiritur, vt dicit ibi tex. ideo nõ sufficit, ꝙ sit iusta, & possibilis, nisi sit honesta, & ƒm naturã, & ƒm consuetudinem patriæ. facit tex. in d. c. fi. incipiẽte, porro. Imò honestas detrahit legum rigori. Cum actiones furti non dent' patri cõtra filium, nec marito contra uxorem, nec cõtrario, & hoc propter honestatem. De marito, & uxore est tex. in l. fi. §. fin. C. de furtis, & seruo corrupto, & l. si quis uxori. in prin. ff. eo. & quod non detur patri contra filium. tex. in l. serui, & filij. in prin. ff. eo. & l. q seruo. §. item placuit. in d. titu. De patre, & filio est textus in d. l. si quis uxori. §. primo. Sic nec marito actio de dolo aduersus uxorem datur. l. j. in fine. C. de iure dotium. Item nec actio rerum amotarum

tum.l.2.ubi dicit textus. Constante matrimonio neutri eorũ,neq; pęnalis,neq; famosa actio cópetit.C. rerum amotarũ.Itẽ nec filio datur actio de dolo cótra patrem,nec econtrario.l.nõ debet.ff.de dolo. Item fisco non permittitur rem quam vendidit retractare propter honestatem,& verecundiam.l.j.& 2.C.ne fiscus rem quam vendidit euincat,lib.10.

Quæ quidẽ honestas in omnibus requiritur negotiis,maximè in l.cõdenda.d.c.erit.4. dist. & in cano. pręcedenti,q. est secũdus in ordine . ubi dicit textus. Præterea in ista constitutione legũ, maximè qualitas cõstituendarũ obseruanda est,ut cótineat in se honestatẽ,iustitiã,possibilitatẽ,& conuenientiã. unde Cicero tertio officiorũ ait.Recta cõuenientia, & constátia natura desiderat,aspernaturq; contraria , & si ad honestatẽ nati sumus,eaq; aut sola expetenda est,aut certè omni pondere grauior est habenda, q̃ reliqua omnia,& naturę ratio est lex diuina , & humana , & inter alia,ꝙ pro amico solum faciendũ quantum religio,& honesti ratio patitur,& quod in publicis cõsultationibus honestũ pręponendũ,neq; ullũ cõsiliũ esse dandũ,qđ cũ honesto repugnet.Itẽ in cõtractib⁹ honesti rõ consideratᷣ. clarè ostendit Cicero in p̃fato lib.& ibi uide exẽpla & reg.iur.ff.semp in cõtractib⁹.

Qũo aũt esse pót,ꝙ inter illũ , & illã qui se matrimonialiter coniungunt,sit honestas,si fiat insciis patre,& matre,& contra eorũ voluntatem?qũo pót esse cõuenientia,si sit disconuenientia inter patrẽ, & filiã pp cõtemptum patris,& inobedientiã filiæ erga patrẽ?Quid.n.peius est erga patrẽ,q̃ id quod sit cõtra ciuilẽ,& naturalẽ rationẽ?Maximè quia expressè honestas requiritᷣ in matrimonio,ut est tex.in l.adoptiuis. §.j.ibi,qm̃ in cõtrahendis matrimoniis naturale ius, & pudor inspiciẽdus est,& in l.semper.ff. de ritu nuptiarũ.ubi dicit text. Semper in coniunctionibus nõ solũ,quod licet cõsiderandũ est,sed & quod honestũ sit.quã legẽ ad hoc allegat gl.i uerbo , honestè viuat. in dicto proę.Gregoriano.§. ideoq; post glossas iuris ciuilis.in uer.honestè.in dictis §§.iuris p̃cepta.ʃ. all.

Et dicunt oẽs doctores,nec aliquis discrepat in locis infrà allegandis, ꝙ consensus patris de honestate saltẽ requiritur in nuptiis contrahendis , quæ non ẽ ita vilipendenda,cùm sit de substantialibus legis,qđ ex uoluntate vnius papæ possit tolli.Cùm per hoc fieret pręiudicium scãdalosum uniuersali populo Christiano,saltem maiori parti.Cum maior pars,imò maxima sit coniugatorũ,& filias habentium,q̃ aliorum.

Et ideo uidetur, ꝙ si iuuenis p̃ solicitationes suas inducat filiãfamilias cautelis,dolo,machinationib⁹, & persuasionibus ad eidẽ promittendũ per verba de præsenti sine uoluntate patris in cuius est potestate , & eã de pudicitia interpellauit,aut se eã interpellasse iactauit.Maximè qñ habet patrẽ,& matrẽ , & contra uoluntatẽ eorum,ꝙ ex quo inhonestè legit.& in hoc nulla est honestas,sed poti⁹ iniuria facta patri,& matri:quia contra ciuilem,& naturalem rationem hoc fit,ut dicit tex.in §.j.institu.de nuptiis.Cũ quo uidetᷣ concordare textus iuris canonici.in c.nõ omnis mulier.i. fi.32.q.2.Et fuit ordinatio Sotheris Papę XIII. de qua habetur p̃ Platinam in sua chronica de vitis Põtificũ: ẽt p̃ Philippũ Bergomatem in supplemẽto chronicarũ lin.8.ubi inter alia fuit statutum,& ordinatũ per eũ,ne qua haberetur uxor legitima,nisi quã sacerdos ex instituto benedixisset , & quam parentes solẽni pompa Christiano more marito collocassent : quã etiam paranymphæ de more custodiuissent , pręcauentes multa pericula quę in nouas nuptias eueni re solẽt ex præstigiis,& magicis artibus quorundam improborũ.Istud ẽt fuit ex ordinatione Euaristi Papæ,ut probat tex.in c.2.30.q.5.ita,ꝙ si postmodum pater contradicat, & agat contra talem iuuenẽ de iniuria sibi illata,& de solicitatione,& matrimonij interpellatione f̃m textũ in l.solicitatores.ff. đ extraordinariis criminibus,& de pœnitẽ.d.j.c.solicitatores. ubi uolũt textus,qđ solicitatores nuptiarũ alienarũ, & matrimoniorũ interpellatores extraordinariè puniantur.Et ẽt ex ædicto de seruo corrupto,quod habet locũ in filia solicitata.l.& tm̃.ff.de seruo corrup. & facit l.aduersus eũ C.de furtis,& seruo corrupto, vbi dr̃,ꝙ solicitãs tm̃ seruum , actione serui corrupti pót cõueniri,& nõ tm̃ puniendũ est factũ licet nõ sit p̃fectũ,q̃a per eũ nõ stetit quin corrũperet,quod pót trahi in malũ exẽplũ.l.si quis seruo.C.eo.& ibi gl.fi. extendit ẽt ad filiũ solicitatũ,cũ eadẽ sit æquitas.Etiã facit,qm̃ sicut uenditione serui,vel filii cõmittitᷣ crimẽ legis Flauiæ de plagiariis contra uendẽtes,ita cõtra solicitantes: ut est tex.in leg.prima.& ĩ l.abducti. C.ad legẽ Flauiã de plagiariis.& facit tex.in l. nõ statim.ff.eo.In q̃bus venit dehonestatio famæ, & dignitatis,ꝙ ipsa filia nõ tenetᷣ contrahere matrimonium cũ tali iuuene,q̃ sic eã inscio patre solicitauit , & per suasionibus induxit,eo quia in totũ deficit honestas, quæ est una pars legis,& sine qua lex esse non potest. d.c.erit autẽ lex honesta.imo quod fortius est , istud est cõtra ciuilẽ,& naturalẽ rationẽ , ut dixi, quæ non pót mutari,cùm ius naturale sit immutabile.imò nõ solũ cõtra honestatẽ: sed ẽt generat scãdalum contra patrẽ,qui ita est spretus,ꝙ habet iustã causam exhr̃dandi filiã, ut est tex.in auth.sed si post.C.de inoff.testam.& in §.aliud quoq; capitulũ.in auth.ut cum de appellatione cognoscitᷣ.ubi ẽ text.multũ formalis,& Paulus de Cast.ĩ d.auth.sed si post illã ad hoc notat , & istud tenet Bal.in auth.res quę.C.cõmunia de legatis,& in l.fi.C.de dotis promissione, & dicit idẽ Bal. in l.oẽm.ad fin.C.ad Tertullianũ,quod istud inducit odiũ capitale,ut refert Ioannes Lupus in repe. c. per tuas.fol.86.num.10.extra de donat.inter uirum , & uxorẽ.ubi per multa tenet,ꝙ hoc casu potest exhæredari,& ibi multa singularia , & multa notanda allegat,quę possunt uideri , & dicit Paulus ĩ d.auth. sed si postquã legit cũ l.si filiã tuã.C. de inoffi. test.ꝙ etiã habet locũ illa auth.de iure canonico, quod nõ placet domino meo Iasoni, in l.2.§.quod si ĩ patris. col. 6.ff.soluto matrimonio. Quod dicit intelligẽdũ Guilielmus Benedicti in sua repetitione c.Ray.in uer.dotem.num. 36.extra de test.si filia non spectasset tempus consuetum nubendi secundum morem patriæ, vt quia nupsisset personę indignæ,& fortè idem , (ut dicit) si nupserit personę dignæ,& condecenti , patre ignorante , aut inuito, non expectato dicto tempore con-

te consueto, quia tunc pr̃ nõ teneretur ei dotẽ cõstituere, ex quo præcessit culpa filiæ sic imprudenter ac irreuerenter se habentis erga prẽm. Nõ.n.expectare dẽt quis auxiliũ, aut iuuamẽ ab eo quẽ contẽpsit. dicit tex.in l.litigatores. ff. de arbitris. Aut si filia infra vigintiquinq; annos vitam elegerit inhonestã: meretricando, quo casu credit idem Guillelmus ꝙ §.si alicui.d.auth.remanet hodie ĩcorrectus de iure canonico, q̃a ius canonicũ solũ se intromittit de mr̃imonijs ĩ libertate relinquẽdis, & nõ de meretriciis suadẽdis. Ex quo efficax esse videtur consuetudo Aruerniæ, de qua in tit.de successio.art.36.cõsuet.dictæ patriæ.dicẽs, ꝙ filia nubẽs viro indigno seu indecẽti absq; cõsensu pr̃is, non põt aliq̃d q̃relare in bonis eiusdẽ. q̃d an valeat tale statutũ, vide Dec.in l.nup.ff.de reg.iur.

De isto numero vide ꝑ Beroaldũ lib. de septẽ sapiẽtũ sentẽtijs in initio. & G. Bñd. in sua repe. c. Rayn. in verbo, & soboles quã gestauerit nu. 25. de testam. Et amplè de eius laude & excellentia scripsit Nicolaus paruus Bellosanẽsis in suo septenario. vbi sunt tercẽtũ versus & vltra de materia, ideo videas illũ. & idẽ Cælius li. 11. c. 36. post Senecã ait, ꝙ septimus quisq; annus ætati signum imprimit. Et iuxta istũ numerũ septenariũ istud opus continet 700. considerationes.

De octonario numero, idem Cælius lib. 12.c. 13.

De nonario vero habetur per eundẽ Cęlium eod. lib.c.8.de quo dixi ſupra in 3.par.in 50.conſide.

De numero denario ſeu decẽnario, & eius poteſtate habetur per eundem Cælium eod.lib.12.c.4.

De laude aũt numeri duodenarij habet̃ p ſcribẽtes ſup pſ.108.qui incipit.Deus laudẽ meã ne tacueris.ĩ uerſi.Fiãt dies eius pauci,& epatũ eius accipiat alter, ideſt apoſtolatum, qui erat in numero duodenario.

Sunt etiã 12.arti. fidei, & duodecim tribus Iſrael, ſm filios Iacob.de iſto numero uide q̃ dixi ſuprà ĩ 3. par.in 29.conſid. ubi poſui in quibus figuratus fuit numerus duodenarius apoſtolorum.hic non repeto.

Et de duodecim numeris, uide in tractatu,quem fecit Carolus Bouillus de eiſdem.

De laude vero numeri ternarii (quoniam oẽ trinum perfectum,)& numerus ternarius eſt pfect⁹,teſte Ariſto.1.de cęlo, & mũdo. q eſt ſuprà alios laudãdus ex 82. actibus,quos diſcernit Io.Ludo. Viualdus per ternarium numerũ in ſuo tracta.de laudibus triũ liliorum Franciæ,quæſtio.2.quos hic non trãſporto. de aliquibus dixi ſuprà in 5.par.in 31.conſide.

Sed vltra illos adde, ꝙ tres ſunt gradus rõ demonũ nalis naturalis:naturæ,deorũ,ſed deorũ eſt excellentior,ut ait Cæli⁹ lib.1.ſuarũ antiquarũ lectionũ c.14.

Tria ſunt præcepta iuris quæ ſupra poſui hac eadẽ par.in 36.conſideratione.

Tres ſunt modi cognoſcendi uires pfici, & ex quibus peruenitur ad notitiam rerum, de quibus etiam hac eadem par.in 23.conſideratione.

Tres uitas eſſe dicimus,actiuam, contemplatiuã, & mediam,eadem par.in 33.conſidera.

Tres ſunt ſectæ mundi.eadem par.conſidera.20.

Tres ſunt modi regendi.hac eadẽ parte cõſid. 55.

Tres pſalmi,& totidẽ lectiones dicuntur ĩ hebdomada paſchæ,& pẽtecoſtes ca.ĩ die.de cõſe.diſ. 5. Et inter alios Cælius eod.lib.12.c.9.loquẽs de nume.ternario,dicit ꝙ philoſophi Pythagorici voluerũt ĩ primis trinitatẽ mẽſurã omniũ rerũ eſſe,ea ratione, (ut credit) qm̃ ſumm⁹ omniũ rerũ opifex ternario numero uniuerſa diſpẽſat,imò ẽt res ipſę numero eodẽ ternarii dignoſcunt̃,ad ꝙ reſpiciẽs poeta iã ſupra allega.numero,ĩquit, deus ĩpare guadet.ſiqdẽ ineffabile illud agẽs creat primo ſingula,rapit mox,ac deniq; pficit.Singula quoq; ĩ primis ab illo perenni fonte effluũt,dũ naſcunt̃:deinde ĩ eundẽ refluunt dũ originẽ mox ſuã repetũt. poſtremo pficiunt̃,ubi in ſuũ redierint principiũ.Idipſum uaticinat⁹ Orphe⁹ Iouẽ principiũ,mediũ,& finẽ uocauit.uniuerſi principiũ, vt ꝓducit,medium,ut producta retrahit ad ſeipſum,finẽ, ut redeũtia pficit, ſed in cõuerſione hac trinitas obſeruat̃ mira,quando in ea Mercurius primũ obtinet gradũ,animos per rõnẽ ad ſublimia reuocans. Scd̃m Venus per uiſum ad ſuperna ꝓliciẽs. Poſtremũ Phæb⁹ idipſum efficiens p auditũ.& Mercurius quidẽ ad ipſum p̃cipuè ꝓlectat bonũ.ad intellectum Venus,ĩ quo radiãs ꝓuoſcit̃ pulchritudo prima.ad animã vero ꝓuocat Apollo,cui⁹ eſt harmonia peculiaris.hinc regẽ illum uniuerſorũ bonũ,pulcrũ,iuſtũ, qd̃ ſæpius à Platone ſignificat̃,poſſumus nũcupare,bonum,inquã, dũ creationẽ obit,ubi allicit pulchrũ.At iuſtũ, quatenus pro cuiuſq; meritis perfectionẽ elargit̃. Pythagoricos itẽ Plutarch⁹ ſcribit unitatẽ ſolitos Apollinẽ nũcupare.Diada verò litẽ,& audaciã.Triada aũt iuſtitiã.Cũ.n.iniuriæ illatio aut ꝑpeſſio p defectum obueniat,aut exceſſum,inſerit̃ ijs iuſtũ ad æqualitatẽ retrahẽs. Sed illud multo grauius, principẽ deũ tribus coli. Adoratione,Thuris ſacrificio,& hymnis.Et id utiq, ter ex totidẽ Hemiſphærii punctis,mane,veſpere,meridie.Proinde legib⁹ ſanciri notũ eſt ortum ab adorãtibus ſpectandũ, ꝙ eſt Pythagoricis obſeruatũ,nec ſpreuit Chriſtiana religio,ut s̃ iſta par.dixi ĩ13.cõſide.in qua de quatuor partib⁹ terræ fit mẽtio,

Trimegiſt⁹ ad meridiẽ cõuerſus ad ipſum obibat, Moyſes,Iudæiq; ad occidua.Ratio inde ꝓmi pt̃, ꝙ ab oriẽte motus eſt diurnus. At planetæ,quos eẽ doctrina Ptholomæi ſtatuit velut cœleſtiũ ſignorũ animas,ab occaſu uertiginis ſumũt initia, Sed uiuificũ lumẽ à meridie p circuli redit obliquitatẽ. Adoratio reuerentiæ,cultũ exhibet,Thus ſuauiſſimæ cognitionis diuinæ diſtributionẽ cõplectit̃, Hymnorũ ſuauitas cœlorũ refert cõcẽtũ,ut Pythagorici ſentiũt,nec tacuit Mercurius,vel ſubſtãtiarũ harmoniã ſeparatarũ in laude intellectuali,ut Peripatetici. *Et ĩter hæc* tria de adorationis p̃ſtantia ſcribit idẽ *Cælius libr.4* c.25.ubi religioſiſſimè eam cõmendat, Cũ verò quapiã adnotata cõperi de ſupplicũ moribus, hic *trãſponere* curaui.Cælius enim lib.antiquarum lectionũ 8. c.39.in fi.de iis ait.Ad ſupplicãtiũ ritũ ſpectãt, quæ in Græcorũ commẽtariis obſeruata nobis ſunt. Veteribus inquiũt,diu receptiſſimi fuit moris,ut ſuplicãtes caput,dextrã, genua eius cui ſe ingererent ſupplices cõtingerent.nõ tamẽ totũ caput: ſed mentũ mõ, ut ſtatuere videt̃ Homerus,uel barbæ meditulliũ, qd̃ ꝓbat Euripides.id uerò quia ſit ĩ nobis pars ea principalis,ut in qua rationalis collocet̃ potentia,dextra uerò quoniã inibi maxima inſit ad agẽdũ facultas. Genus pp motus,& ꝓgreſſionis neceſſitatẽ. *Tria uerò* hæc Symbolicè cõſenſum,actionẽ,progreſſum ad ea quæ peterent̃ p̃ſtanda,complecti uidentur, & uelut auguria finis ſupplicãdi apud Perſas,quẽ omitto.

Refert Aul. Gellius noct. Atticarũ libr.13.c.xj. ꝙ numerus conuiuarũ incipere debet à gratiarũ numero,hoc eſt à tribus,& ꝓgredi ad muſarũ,ideſt ad nouem,ut cum pauciſſimi cõuiuæ ſunt, non pauciores ſint quàm tres,cum plurimi,non plures quã nouem.

TRigeſimaoctaua cõſideratio ſit de tribus tẽporibus,præterito,ſcilicet p̃ſenti,& futuro, quod ſit excellentius. Nã,ut dicit gl. in procœ. inſtitutionum. §.j. in gl. ꝓuidentia. Triplex eſt hominis ſtatus. Memoria præteritorũ,ſcientia præſentium, & ꝓuidẽtia futurorũ.unde Seneca lib.de formula honeſtæ uitæ, ait.Si prudens eſt animus,tribus diſpenſari debet tẽporibus,p̃ſentia ordinando,futura prouidendo,& p̃terita recordãdo.Nam qui nihil de p̃terito cogitat, pdet uitã:qui nil de futuro p̃meditatur,in oĩa incautus incidit.Iõ in animo noſtro futura mala, & bona ꝓponi dñr, vt illa ſuſtinere poſſim⁹,& iſta moderare. A p̃terito verò nulla eſt potẽtia,cũ factũ nõ põt ñ eẽ factũ.l.in bello.§.factæ.ff.de capti.& poſtli.reuer. Et

hoc

hoc solo priuatur Deus, quia non pōt facere prēteri ta non fuisse. gl. in verbo. restitui. in l. vnica. C. de raptu virgi. vbi refert dictū Augustini, ita dicentis. sed corruptè allegat: qa est dictū Hieron. s'm textū quē allegat ad hoc in c. si Paulus. 32. q. v. vbi dcit. Audacter dicā, cū oīa possit Deus, suscitare virginē nō pōt post ruinā, & ita dicit tex. in d. l. vnica. Cū virginitas, vel castitas corrupta restitui nō pōt. De præsenti aūt non habemus nisi nūc (vt dicunt philosophi) Ideo vr̄, ꝙ futurū sit excellentius quoad viuentes. Sed cū nihil sit incertius eo. Cū nihil sit incertius hora mortis l. j. ff. de condi. & demon. & ēt scribit Mat. 24. Mar. 13. & Luc. 12. Dico igitur vobis, vigilate: quia nescitis diē neq; horā, imò futura sunt incerta apud hominē l. sed & si restituatur. §. fi. ff. de iudiciis. faciunt quæ scribuntur Eccl. 8. 9. & 10. Ideo videretur non esse cō siderandū, nec ita extollendū sicut præsens vel præteritum, qđ est certū. l. quia præsens. ff. si cer. pe. Et dicit tex. in c. si quis autē. de pœn. dist. 7. Tene certū, & dimitte incertū. Et pro incertis à certis recedendū non est c. fi. 30. q. 5. l. cōtinuus. §. si pater. in fi. ff. ad trebellianū. l. adoptiuus. §. contra. in fine. ff. de ritu nuptiarū. Et in incertis locus est cōiecturis. c. ad audiētiam. extra de homicidio. l. cōtinuus. §. j. ff. de verborū obligat. Et inter oīa q̄ sunt de præsenti, ideo excedere vr̄ oēs res huius mundi. sed illud tempus præsens labori impendendū est, & ad bonum, iuxta illud Pauli ad Galat. 6. Dum tempus habemus operemur bonum.

Dicit tn̄ Luc. de Pen. in l. j. C. de agricolis & censitis li. 11. ꝙ inter cætera memoria gestarum rerū putilis est, multitudinē. n. sciētiæ desiderat, q̄ scit p̄terita. Sap. 7. Et in aliis negotiis, q̄ ingenio exercētur, in primis magno vsu est memoria gestarū rerū, vt ait Salustius in prologo Iugurthini. Nec dispar ædificatio oritur ex memoria virtutum, vt ait Grego. 1. dialogorum. de his vide Senecam in loco ante allegato recitatum per eundem Lucam de Pen. in l. j. C. de conditis in publicis horreis lib. 10. Ad hæc enim tria potissimè vita sapientis est dirigenda. vnde Bernardus.

Per tria tempora se dispenset mens sapientis:
Præteritum, præsens, posteriusq́, sequens.
Præteriti recolens quæ sunt ventura videto,
Quæ præsentia sunt cum ratione gere.
Prodit enim vitam quæ negligit anteriora,
Spernens ventura, captus vbiq́, rui.

Nam tela præuisa minus lædūt. Si hic speciali'r describere vellem oēs excellentias præteriti tpis, quæ antea factæ fuerunt, non sufficerēt decē volumina: sed qm̄ oīa tendunt ad finē æternæ beatitudinis, q̄ est futuri tpis, cū oīa excellat, vt dicit Petrus venerabilis in suis epistolis, ideo nihil est laudabilius. Cū tali tpe, vt hr̄ Apoc. 21. Absterget Deus oēm lachrimā ab oculis eorū, & mors vltra non erit, neque luctus, neq; clamor, neque dolor erit vltra, q̄ prima abierunt. Ideo meritò pretiosa in conspectu dn̄i mors sanctorū eius, beatarū animarū dotes erūt pro fide, visio Dei clara. qm̄ s'm Ioan. 1. epistola v. videbimus eū sicuti est. de qua excellentia gloriæ visionis Dei, dixi supra hac parte in 2. consid. Pro spe recta tētio. qm̄, vt hr̄ Sap. 3. Tūc pes illorū immortalitate plena est. ꝓ imperfecta dilectione Dei & proximi inerit feruentissima. de qūo Sap. 5. Ecce cōputati sunt inter filios Dei. Dotes vero beatorū corporum erunt quatuor, de q̄bus Apost. 1. ad Cor. 15. quæ non potuerūt esse tpe præterito, nec possunt esse de præsenti. qm̄ vt hr̄ Esa. 64. & 1. ad Corin. 2. Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor, hoīs ascendit q̄ præparauit Deus diligētibus se. hinc Plato in Phœdone multa de excellentia beatitudinis futuræ q̄ erit ī patria cœlesti, & Aristoteles, quos recitat Cāpegi⁹ ī tractatu de vita sup cęlesti, vbi ample vide de beatorū & cęlestis patriæ gloria & beatitudine.

Trigesimanona consideratio erit de annis, cū habeamus plures annos, vt dixi in comentariis nostris super cōsuetudinibus ducatus Burgundiæ in §. 8. in gl. dedans lan. titu. des iustices. de quibus ibi vide: quia non transporto. Licet ibi fiat mentio de anno felice, de quo habetur in l. vnica. C. de oblatione votorum li. 12. & dicitur annus fertilis & abundans, quo anno debent fieri dona & oblationes principis.

Alius est annus magnus, de quo habetur in historia scholastica in c. cœpit Noe in fine.

Alius est annus Iubilæus. de quo habetur per Anto. Flo. in 1. par. suæ. sum. ti. 10. c. 3. §. fi. vbi de eo. Et iste videtur excellentior propter eius vtilitates. de q̄bus ibi. & per Ioan. de Turrecre. in c. quis aliquando §. item in Leuitico. de pœni. dist. 1.

Sed videtur, ꝙ annus Natiuitatis Christi sit excellentior, qui sit transactus vsque nunc ab initio mundi. Cum dicatur annus gratiæ.

Est & alius annus magnus & maximus, de quo Cēsorinus in libello suo de die Natali c. 15. Item est & annus uertens. vt per eundem ibi c. 16. & in c. sequēti fit mentio de annis Romanis.

Sunt & alii anni, de quibus per Luc. de Penn. in l. siue ex prætoriano. in 2. col. C. de executoribus & exactorib. li. 12. vbi dicit, ꝙ est annus naturalis. de quo dixi in dictis commentariis.

Vsualis, qui est à Ianuario usque ad sequētē Ianuarium, & hoc apud Latinos. eo quia Ianuarius dr̄ à Ianua anni c. ieiunium. 2. 77. dist. vt dicit idem Luc. de Penna. ī l. placuit. C. de collatio. fundorum patrimonialiū lib. 11. & dicam in consid. seq.

Legitimus est ab Aprili vsq; ad alium Aprilem secundum lunationes, & hoc apud Hebræos & Græcos dicto cap. ieiunium.

Ceremonialis est de festo ad festū, & hoc apud omnes gentes. de cōsecratio. dist. 3. c. j. & in d. l. ex prætoriano. Idē Lucas ponit quomodo annus à diuersis diuersam sumit incœptionē, & licet Christiani ab īcarnatione Christi cōputēt annos Christi, vt patet ī tex. c. 1. in prin. 23. dist. & ipsa cōputatio ita est fienda. vt no. Archidia. in ca. 1. ī prin. de religiosis domibus lib. 6. tamē in aliquibus regionibus à natiuitate computantur, vt in Romana curia, vt in decisione Rotæ. decisio. l. in nouis. Sed not. ꝑpetuo, quòd secundū cursum Franciæ & Angliæ annus incarnationis nō incipit post annum Natiuitatis, sicut secūdū cursum Romanæ curię: sed post annū resurrectionis Christi. & hoc voluit dicere Decisio dominorū de Rota. num. 11. 8. ī nouis. Et de annorū calculatiōe, diuersitate & diuisio-

diuisione optimè tractat Philippus Bergomas in supplemento chronicarũ li. 8. & qui primi cõstituerint annũ, & qđ alii alium habebant, & q̃s inuenerit hũc annu mquo vtimur, aut menses. de his uide Polidorum de inuentoribus rerum lib. 2. c. 4.

QVadragesima consideratio erit de quatuor temporibus anni. s. vere, æstate, autumno, & hyeme, & quod istorũ pcellat. Primò gl. in l. j. §. æstaté. in verbo, autũnali. ff. de aqua quotidiana & æstiua. dicit q̃ quatuor sunt anni tépora. hyems q̃ incipit medio Nouébris, & durat trib⁹ mésibus. finita hyeme ĩcipit ver, & durat tantundem, simili computatione habita. Postea æstas q̃ similiter cõputat. Postea autumnus. & vltra dictã glos. sed hoc generalius dicit sm textum ibi, q̃ quandoque annus dicit habere duo tempora, s. hyemé & æstaté. & durat quodlibet tp̃s senis mésib⁹. Et incipit æstas ab ęquinoctio vernali, & finit æq̃noctio autũnali, & hyems aliis senis mẽsibus. & facit ét tex. in l. j. §. ęstas. ff. ne quid in flumine publico. vbi ét l. in verbo, refert. idé refert, sed vltra addit, q̃ æquinoctiũ autũnale est in nocte sancti Matthæi, & sic decimo die, exeunte Septébri. Sed vernale decimo die, exeũte Martio. Et, vt ibidé dicitur, ęquinoctiũ vocat, quia dies, & noctes coęquant, quod bis in anno contingit. s. in autũno, & vere. Et quãdo incipiant hæ quatuor partes anni: versibus sequentibus videri potest.

Dat Clemens hyemem, dat Petrus ver cathedratus,
Aestuat Vrbanus, autumnat Bartolomæus.

Celius libr. antiquarum lectionum 16. c. 37. dicit ver esse temperatũ & saluberrimum. sed autumnus acutissimos morbos & exitiosissimos, quantũ in ipsammet tẽporis vim & naturã agit, importat. Siq̃dé vero maximè tẽperatũ, modificatũq; est. p autũnum vero primũ q̃dé eadé die modo frigus, mõ æstas antepollet. Tũ auté insequit æstaté, in qua plerunq; succi torrentur, interdũ vires debiles extiterunt. Porrò nõ ob id solũ noxius autũnus cẽset, verũ ét q̃ antea euocati ad cuté, reflatiq; succi p autũnũ ab aeris circũcurrẽtis frigiditate ĩ pfundũ subintrãt cogũturq; : sed hæc cunctis hoĩbus indifferenter eueniũt. At ijs q̃ nõ rectè uictitãt, neq; cupiditatũ dulces ĩsidias reliquasq; oẽs exuũt passiones ceu Corollariũ, obuenit ex fructibus detrimentum quorum proludio hæsitandorum pellecti, quibusq; largè ingestis, malis succis ĩplent. Cęterũ cum eiusmodi ferè cẽseatur antũnus, tabidis tamé officit potissimũ. hoc Hippocratis corroborat sententia. Autũnus, inquit, tabidis malus est. Quod iõ putatur dictũ, q̃m hoc morbo affecti improtectũ nudũq; præsidiis naturalib. i, carniũ ĩuolucro exutũ obtinẽtes corpus, assiduè iniquitate aeris offendunt. Nã & tabidis spirit⁹ vitalis, viresq; naturales debiles fiunt. Veruntamé hoc Hippocratis loco ambigũt peritiores, an tabescẽtes eos modo intellexerit, quos tabe phẽsos pulmonis exulceratio ĩfestet, an oẽs vtrũq; absumptos, seu lãguidos ægrotos & malè se habẽtes.

Autumnum tamen dici putat Festus, quòd tum maximè coactis fructibus hominum opes augescãt. vnde Claudianus in Proserpinæ raptu.

Hic tibi sacra datur fortunatumq; tenebris.
Autumnum; & fuluis semper ditabere pomis.

Etiam excellentia illarũ quatuor partium anni cõsiderari põt, ex æquiparatione & conuenientia q̃ fit de his ad quatuor elemẽta. de q̃bus ĩ hac par. supra i 12. cõsid. quoniã ver est pars calida, & humida, & cõuenit cum elemẽto aeris, & cũ humore seu cõplexione sanguinis. & sole ingrediente arietem incipit ver.

Aestas verò est calida & sicca, & conuenit cũ elemento ignis & cum humore seu complexione cholerę, & sole ingrediente cancrum æstas incipit.

Autũnus est frigidus & siccus, & habet conuenientiam cum elemento terræ, & cum cõplexione melancholię, & incipit quando sol ingreditur libram.

Hyems vero est frigida & humida, & conuenit cũ elemẽto aquæ, & cum complexione seu humore flegmatico, & est sole ĩgrediẽte capricornũ. vt de p̃dictis p Archi. Cardi. & Dominicũ in c. statuimus 76. dist.

Ideo ex prędictis cum aer sit nobile elemẽtum & excellens, ét cõplexio sanguinis sit nobilior, vt dixi in hac parte 65. cõsid. Ideo vr̃ ét, q̃ ver est nobilior pars anni, & est ĩ se tẽpus tẽperamẽto attinẽs, vt vult Galenus in de cõplexio. & de p̃dictis quatuor tẽporibus scribitur in lib. de regimine sanitatis in vltimis versibus. & ibi cõmentũ magistri Arnaldi de Villa noua.

QVadragesimaprima cõsideratio erit de mẽsibus, q̃s inter duodecim anni mẽses sit primus, seu principalis. Nã, vt primus annus Alexãdri magni dr̃ primus annus regni Macedonũ, licet ante eũ fuerint plures reges in Macedonia, sed hoc fuit pter facta nobilia Alexandri: sic etiã primus mensis anni apud Hebræos Martius dici potest, pter exitum eorũ de terra Aegypti in illo mẽse. iuxta illud qđ habet Exo. 12. Dixit quoque dominus ad Moysem, Mẽsis iste uocabitur principium mẽsium, primus erit in mẽsibus anni. & ita dicit Nic. de Lyr. Gen. 7. vers. Anno sexcẽtesimo vitę nostrę, mense secundo. vbi ét dicit, q̃ sm Rabi Eleizer & sequaces Hebręos, prim⁹ anni mẽsis dicebat Septẽber, ex quo ĩ mẽse illo sunt pfectę arbores ĩ suis fructibus, sicut ét mundũ fuisse creatũ ĩ illo mense dicebant: q̃a in eo principio inceperunt anni & mẽses. licet Rabi Iosue & sequaces aliter dicerent. & de hoc haberet ĩ c. huius obseruantiæ vtilitas. 76. dist. sed, vt dñt, Bal. in vsibus feudorum in ti. hic finit lex, deinde cõsuetudines regni ĩcipiunt. §. his. & Andreas Siculus in rubri. de cõstitutio. in prima col. in mẽse Martio, Deus creauit hominẽ. & dicit Barbatia, q̃ p hoc facit text⁹ Gen. 1. c. ibi. Et protulit herbã virẽtem. & latini secundum antiquã computationem incipiebant annũ à Martio, vt dicit gl. 1. in c. ordinationes. 75. dist. & gloss. in verbo. certã diem. in clemen. vnica. de reliquiis & veneratio. sanctorũ. §. licet igit.

Vnde autem menses nomina sumpserunt, scribit Io. Laziardus in suo epithomate historiæ vniuersalis li. 2. c. 39. & Censorinus ĩ suo libello de die naturali ca. 18. vbi etiã ponit mẽsium duo esse genera. Nã alii sunt naturales, alii ciuiles. Naturaliũ autem, partim lunæ esse dicunt. Secundum solẽ fit mensis, dum sol vnumquodq; in zodiaco orbe signũ pcurrit. Lunaris auté, est tẽporis quoddãm spatium à noua luna. ciuiles menses sunt numeri q̃dã dierum, quos vnaqueq; ciuitas ĩ istituto obseruat, vt nũc Roma à cal. in calẽ

Natu-

Naturales & antiquiores & oium gentium cões sunt. Ciuiles & posterius instituti ad vnamquanque pertinent ciuitatē. Qui sunt cęlestes, seu solis, seu lunæ, nec pæque inter se pares sunt, nec dies hēnt totos. Quippe sol in aquario morat̄ circiter unde 30. ī pisce ferè 30. in ariete vnum & 30. in geminis propè 32. & sic in cæteris ięquabiliter: sed vsq; adeo nō totos dies in singulis vt annū suū, idest 355. & portionem nescio quā adhuc Astrologis inexploratā in 12. suos diuidat menses. Luna autē singulos suos mēses ꝯficit dieb⁹ vndetrigīta circiter & dimidiato. Sed & hoc inter se dispares, alios lōgiores, alios breuiores.

At ciuitatū mēses, vel magis numero dierū inter se discrepāt: sed dies vbique habebāt totos. apud Albanos Martius est sex & triginta, Maius duodeci. Sextilis, hoc est August⁹, duode 30. Septēber sexdeci Tusculanorū. Quintilis, i. Iulius dies habet triginta sex. October. 32. idē October apud Aricinos 39. Minimè videntur errasse, q̄ ad lunæ cursum menses ciuiles ac cōmodarunt, vt in Gręcia pleraq;, apud quos alterni mēses ad 30. dies sunt facti, Maiores quoq; nr̄i idem sunt æmulati, cū annū dierū 360. habent: sed Iulius Cęsar, cū videret hac rōne, nec ad lunā menses, vt oportebat, neque annum ac solē cōuenire, maluit annum corrigere. Et sic etiā menses, vel cū veris illis solaribus & si nō singuli: tamen vniuersi ad anni finem necessario concurrent. hæc Censorinus vbi supra.

QVadragesimasecunda conside. erit de diebus. Vn̄de his vide q̄ dixi in cōmentarijs nostris sup cōsuetudinibus ducatus Burgundiæ. in tit. des iustices. §. 8. in glo. in verbo, & iour: Sed, vt ait Cēsorinus in die natali c. 19. Dierū, quidā sunt naturales & alii ciuiles. Naturalis nēpe dies est tēpus ab exoriente sole ad solis occasum. Cui⁹ cōtrariū tp̄s est nox, ab occasu solis ad ortū. Ciuilis autē dies vocat̄ tēpus, qd̄ fit uno cœli circumactu, quo dies verus & nox continetur. huiusmodi dies ab astrologis & ciuitatibus quatuor modis diffinit̄. Babyloni q̄dē à solis exortu ad exortū eiusdē diē statuerūt. At ī Vmbria pleriq; & Arabes à meridie ad meridiē. Athenienses aūt ab occasu solis ad occasū. Cæterū Romani (vt & in tota Fr̄acia obseruatur) à media nocte ad mediā noctē diem esse existimauerunt, vt in l. more Romano: & ibi notat gl. ff. de feriis. vt in c. cōsuluit. §. pen. ff. de officio delegati. vbi dicit tex. ꝙ s̄m consuetudines & cōstitutiones legitimas more Romano dies à medietate noctis incipit, & in medio noctis definit subsequentis. In horas 12. diuisum esse diē noctēq; in totidē, vulgo notū est. In his horis quatuor & viginti q̄ nascunt̄ eundē diem habent natalē. Sed hoc. s. dictam diuisionē diei credit Censorinus Romę post reperta solaria obseruatum. Quorū antiq̄ssimū, ꝙ fuerit inuentū difficile est. Alij enim apud eundē Quirini primū statutū dicūt. Alii in capitolio, nōnulli ad ędē Dianæ in Auētino. Illud tamen satis constat, nullū in foro prius fuisse, quā id q̄d M. Valerius ex Sicilia aduectū ad rostra in columna posuit. Quod cū à climate Siciliæ descriptū ad horas Romæ nō conueniret, L. Philipp. censor aliud iuxta posuit & cōstituit. Deinde aliquāto post P. Corneli⁹ Nasica cēsor ex aqua (prout forte vidi ex minutissima arena) fecit horariū, quod & ipsum ex cōsuetudine noscēdi à sole horas, horariū, cęptū vocari. Horatum tamē nomē nō minus annos ccc. Romæ ignoratū esse credibile est. Nā in legibus duodecim tabularum nūquā nominatæ horę inueniunt̄: sed aliàs & aliter partes diei & noctis nomina sortiebant̄, vt ibi Censorinus. & quomodo primit⁹ diuidebant̄ dies ac noctes tractat Polidorus de inuētoribus rerū lib. 2. c. 6. sed de Horologio vide infrà ī cōsideratione sequē.

Sed de septē diebus de q̄bus habetur Genesis primo, videat̄ Picus Mirandula in suo Heptaplo de ope sex dierū. & omnes ferè doctores Theologi. Genesis primo. qui declarant opera illorum sex dierum, & excellentiam vniuscuiusq;.

Sed cum vlterius non intendā in sequētibus multum insistere, cum iā mihi generet̄ fastidium ex prolixitate huius operis, & ꝓpter impedimenta q̄ mihi singulis diebus obueniunt. Ideo breuiter cōcludēdo dico, ꝙ dies dominicus est inter alios & supra alios venerādus. Tū quia mūd⁹ eo die sumpsit exordium. Genesis primo. Et in hac p resurrectionē Christi, & mors interitū, & vita accepit prīcipium, vt dicit tex. ī c. quod die dominico 75. dist. & q̄cquid à domino insigne cōstitutūest in huius diei dignitate sit gestū. vt ibi dicit̄. & p Ioan. de Turrecremata, qui etiam feriam quintā laudat. cū illa die Christus cœlum ascēderit. vt in c. ieiuniū. de cōsecratio. dist. 5. & in corp⁹ suū panē transubstantiauit, & semetipsum comedēdum discipulis dedit, & pedes discipulorū lauit, vt p glo. in c. de pęnitentibus. de cōsecratio. dist. 3. Sed q̄c quid sit, dies dominicus vltra alios uenerandus.

Hinc est, ꝙ pp resurrectionē Christi, q̄ est dicta die dominica, ab illo die vsq; ad pentecostē dicunt̄ dies lætitiæ. & ibi, Ioan. de Turrecrem. in c. igit̄ 76. distin. imò ēt illo die nat⁹ est Christus in mūdo. vt dicit Anto. Florentinus in 2. par. suæ summæ. ti. 9. ca. 7. §. 4. ex quo ibi dicit, quod illa dies est multū priuilegiata.

Illo enim die dominico nihil est agendū, nisi deo vacandū, nulla operatio in illa die sancta agat̄, nisi tā tum Hymnis, & Psalmis, & Cāticis spiritualib⁹ dies illa trāsigat̄, vt dicit tex. ī c. ieiunia. de cōsecratio. dist. 3. Ideo die dominica iubemur ab omni illicito opere abstinere, vt mercatū in eo nō fiat, neq; placitū, neq; iudiciū, neq; iuramētū p̄stet̄, nisi ꝓ pace, vel alia necessitate. c. 2. extra de fer. Nec alia tractari pōt nisi pietas hoc suadeat. c. fi. eo ti. s̄m Luc. de Pen. l. vnica. C. ne operę à collectoribus exigātur. & ibi ponit, an aliqua opera exerceri possint illo die, & quę. Et ep̄s illo die in ecclesia sua esse debet. c. ep̄s ead. distin. 3. Et ille dies semper pro festo est obseruandus, vt habetur in ca. sabbato. de consecra. distin. 3. vbi dicitur omnē diem dominicū ob reuerētiā, resurrectionis domini nostri Iesu Christi esse celebrandū, prout & celebramus. Et cur dominicū diē loco sabbati celebramus, refert Cęlius li. antiq. lectionum. 7. c. 64. & in c. pręcedenti cur Hebræi obseruant diem sabbati.

Isti duo dies scilicet resurrectionis Christi, & natiuitatis dn̄i multū extolluntur, venerantur, & solennizantur ab ecclesia. Cū in eis cantatur, videlicet in die resurrectionis domini. Hæc dies quā fecit dominus, exultemus

exultem⁹ & lætemur ĩ ea. Et in die natiuitatis, Hodie illuxit nobis dies redẽptionis nouæ, reparationis antiq̃, felicitatis æternæ. & ob reuerentiã festi dictorũ dierũ, licet pęnitentiã publicam agentibus in talibus diebus & nõ aliis diebus carnes comedere, saltem in casu posito in c. admonere. 24. q. 2. vbi est casus de Altulpho, q̃ vxorẽ suã occiderat. Etiã dies sancta veneris, ĩ qua passus est Christ⁹, vt dicit Bal. l. 1. circa fi. C. de nũdinis. allegat⁹ p do. meũ Iaso. ĩ l. in illa stipulatione. la. 1. col. 4. ff. de verbo. obliga. vbi vñr ĩnuere, q̃ occidẽs hominẽ tali die, puniendus est grauissima pœna, q̃ si alio die, quia propter magnã, & feruẽtiorẽ deuotionẽ Christianitatis talis dies est solẽnis. vnde quia Clotarius rex Frãcię tali die veneris sancta occidit Galterũ Iuetoti dñm, ipsius hæredes ab omni Frãcorũ regum ditione liberati fuerunt, & eius terræ seu seignorie possessor, regẽ se Iuetoti sine cõtrouersia noĩauerit. hæc Gaguinus in chronicis Frãcorum.

Itẽ dicit tex. in l. dies festos. §. 1. C. de feriis. q̃ dies dominicus semper honorabilis est & venerandus. & facit text. in d. c. 1. & vltimo. extra de feriis. vbi dicit tex. q̃ talis dies cum omni veneratione est obseruandus. & sic patet, q̃ iure ciuili & canonico huius diei ampla veneratio est inducta.

Cælius li. 8. suarum antiq. lect. c. 9. refert aliquos dies (secundum superstitiosos) esse felices, & alios infelices, aliquos esse obseruandos, alios vero minimè. idem etiam lib. 9. ca. 55. dicit sextum Thargelionis diem fuisse Græcis auspicatissimum.

Bernardus doctor mellifluus Burgundus plura de gestis die annunciationis beatæ Mariæ Virginis, hoc est feria 6. his sequentibus versibus exprimit.

Salue festa dies, quæ vulnera nostra coerces:
Angelus est missus. & passus in cruce Christus.
Est Adam factus, & eodem tempore lapsus.
Ob meritum decimæ, cadit Abel fratris ab ense.
Offert Melchisedech, Isaac supponitur aris,
Est decollatus Christus Baptista Ioannes.
Est Petrus captus, Iacobus sub Herode peremptus:
Corpora sanctorum, cum Christo multa resurgunt.
Latro dulce tamen, per Christum suscepit Amen.

Et hos versus refert Phil. Bergo. lib. 7. sui suplementi chronicarũ ĩ principio. Illa ẽt die, vt dicunt nõnulli, innocentes mortui sunt, Dauit occidit Goliã, & Dauit mortuus est, ẽt Moyses, & Helias cũ 30. pphetis occisus est, etiam virgo Maria in cœlũ assumpta est.

QVadragesimatertia consid. de horis inuestigat, q̃ illarũ sit melior & excellentior. In hoc primo aduerte, q̃ dies naturalis hẽt 24. horas. Dies verò artificialis, hẽt 12. vt amplè dixi in cõmẽto meo sup cõsuetudinibus ducatus Burgũdiæ tit. *des iustices*. ar. 8. ĩ glo. & iour. & supra in præcedenti consid. in prin. iõ nõ repeto. Sed pro materia dicit Paul. iuriscõ. in l. 2. ff. de ver. sig. Cuiusq; diei maior pars ẽt horarũ septẽ, primarũ diei nõ supmarũ. & vt dicit ibi gl. magna, est ergo maior diei pars prima, licet sit minor, est ergo maior pars diei nõ spacio: sed vsu & vtilitate, & laborib. hoĩum cõpetẽtior, vt l. 2. in fi. ff. de annuis legatis. Nã in ipsis primis horis diei vel post somnũ ingeniũ acutius est, qñ aliqs est recens melius operatur. vt dicit gl. in verbo, indefesso. §. sed cũ sit. in secunda cõstit. C. & est ratio ſm Martinum in d. gl. mag. quia difficilius ascẽdit sol mane, q̃ descendat post meridiẽ, iuxta illud. Ardua prima via est: sed ignis facilius ascendit, cuius natura est ascendere in altũ. Sed illa rõ Martini nõ est bona ſm Bar. ibi, quia sol non mutat suo circulo plus vna vice q̃ alia. & ideo alia præcedẽs rõ est vera: qa cõpetentior est laboribus hominum, & vsu vtilior: quia dum quis surgit mane, nõ est amplius fessus aĩo nec corpore. Ideo mane maiorẽ laborẽ sufferre põt, nec ipsum recusare honestè valet. Vnde memoria matutina dici solet, quæ firma cõstãsq; sit, ac eorũ quæ semel apphenderit, retinentissima. Siquidẽ syncerius, cohęrẽtiusq; adglutinant, quæ pfrẽte se die pcipimus, quo iã auctiore subsultat virtus ea, hebescitq;. testis est Cęlius lib. anti. lect. xj. c. 8. in prin. & vt ait. Seneca epistola ad Lucillũ. 121. naturam sequẽtibus oĩa facilia sunt, & expedita. & ibi amplè de his qui officia lucis noctisq; peruertunt.

Quid aũt sit hora duodecima ędificare, & de horarũ rõne differit copiosè idẽ Cęlius lib. lec. anti. 7. c. 9.

Astrologi dicũt, q̃ horarum alię sunt masculinę, alię ãt femininæ. Masculina vt prima, feminina vt secunda, masculina iterum tertia, & quarta fœminina. & sic de singulis. sicq; succedunt p ordinẽ vna. s. masculina, alia fęminina vsq; in finẽ diei & noctis. & qa in omni genere masculus est dignior fœmina, vt dixi supra in quarta consideratione præcedentis partis, ideo dic quòd masculinæ sunt digniores.

Hic de Horologiorũ laude dicendũ fuisset, quo nihil iucundius, aut admiratione dignius reperiri potuit, & quo nobis, & si occultato sole, p tintinabulũ seu campanã sua, vt vr̃, sponte sonans horæ nobis nũciant: vñ quantũ, vel ad vsum vitæ, vel ad aĩum excolendũ vtile sit, pbè indicabitis. Pauca ideo aut nihil de eo dicẽda sunt, cũ apud scriptores non fiat mẽtio saltẽ de illo quo vtimur. Licet de solario aliquid tetigerim⁹ in p̃cedenti cõsideratione, q̃ est locus in quo horę ad solẽ cõspiciunt, & plurimũ fit apud nos in tabulis lapideis, aut ligneis, aduersis soli per diametrũ, hoc est per lineas dimetientes & tendẽtes ad numeros horarũ, & in medio est virgula, q̃ facit vmbrã ſm ascensum, vel descensum solis, & supputat hora ſm q̃ fit vmbra solis. s. lineã. Primus verò Romæ hoc statuisse dr̃. L. Papirius cursor ad ędẽ Quirini añ 12. annos, q̃ cũ Pyrrho bellatũ est. Nã prius tm̃ ortus & occasus solis noĩabant, post aliquot annos adiecto meridie. Plenius tñ si velis scire quis horas primũ ordinauerit, aut Horologia diuersi gñis ĩuenerit: vide Polidorũ de inuẽtorib. rerũ lib. 2. c. 5. refert tñ F. Patriti⁹ lib. 2. de institu. Reipub. tit. 7. q̃ Anaximander milesius Thaletis discipul⁹, prim⁹ horologia ĩuenisse dr̃.

QVadragesimaquarta cõsid. erit de potentiis aĩæ sensitiuę, quæ sunt quinq; exteriores: videlicet quinq; sensus puta, visus, auditus, olfactus, gustus, & tactus, quis illorũ sit excellentior. Et dicit Lucas de Pẽna in l. nemo carcerẽ. de exactorib. tributorum, li. 10. Sensus est p corpus ad aĩam cõmeans mentis stimulatio. Item sensus est rei cuiusq; inuentio, & sensus ad naturam refertur, & intellectus ad artem.

Et inter istos quinq; sensus, visus est excellentior. de cuius excellentia amplè Augu. de trinit. lib. 11. & Margarita philosophica lib. x. tract. 2. c. 5. vsq; ad 15. Et iste sensus visus est cõior, ita ꝙ põt adaptari in attestationibus, vt tenet gl. in verb. q̃ nouerunt. in c. testes. 3. q. 9. & dicit Ba. post Cy. & Bart. in l. testiũ in 3. co. C. de testib. ꝙ nomen visus est generale pro oĩ sensu, & est rõ: quia noĩe visus cõtinet discretio q̃ inest cuilibet sensui, vt dicit ẽt Ant. de But. in c. cum cãm. extra de testib. Vnde põt dici ꝙ visus sit, sicut genus quod representat in qualibet specie sensuũ. & ideo, vt dicit Bal. in d. l. testiũ. in 3. col. ver. secundò q̃ro q̃d sit testis. quod istud nomen visus probat non solũ in eo q̃d vr, sed ẽt in eo quod ꝑ aliam discretionẽ sentit, quod tñ dicit esse verum, q̃n visus & alius sensus est cõiũctus, secus si oĩno discretus. q̃a de vno separatorũ non infert ad aliud. de hac materia amplissimè ꝑ Fel. i c. cũ cãm. col. 6. in 2. cõclusio. extra de testib. Faciũt quæ dicit Alex. in cõsi. 43. in 4. vol. & oculi dicti sunt, q̃a oculant lumen, vel ꝙ oculant sensum. Inter oẽs aũt sensus corporis viciniores sunt aiæ: ex quo merito sub sensu visus omnes sensus corporis intelliguntatq; continent. Ita tenet Lucas de Pen. in l. si ea cęcitate. C. qui morbo se excusant. lib. x. & in l. nemo. C. de re militari. lib. 12. & Arc. in c. nec solo 32. q. 5. vel ſm Lucam de Pen. in l. infamia. C. de decurio. li. x. Oculi dicti sunt, vt eos ciliorũ tegmina occultent, ne incidentis iniuriæ offensione lædant. Vel oculi dicti sunt: quia occultum lumen habent. i. secretũ, vel intus positũ. vnde ait Policra. de nugis curialiũ li. 5. c. 3. videndi nomen ad appellationẽ vtriusq; naturæ adaptabis. & Hierony. sup Ierem. 43. Per oẽs sensus ad iudicium animi & intelligẽtiã peruenit, sed magis mente retinet quod oculis cernit. Vnde Fulgentius. Visus reliquos quatuor inspicit sensus, qui etenim clamat, videt, & palpãda notat, & gustanda aspicit, & odorãda intendit. & Isidorus c. 1. dicit ꝙ visus dr̃, quia viuacior dr̃ aliis sensib. ac p̃statior siue vberior, & amplius viget inter cętera mẽtis officia: vicinior est. n. cerebro, vñ oĩa emanãt. est ẽt vicinior aiæ, vt dictũ est ſm Luc. de Pen. in d. l. infamia. & ꝑ eũdẽ in d. l. ea cœcitate. q̃ dicit, ꝙ totius corporis humani debilitas est oculos ꝑdidisse. & idẽ in d. l. infamia. refert vt p̃dixi, ꝙ in oculis oẽ mentis iudiciũ est: vñ aiæ ꝑturbatio in oculis apparet, vel hilaritas. Hinc est ꝙ propriè illud scire dicimus, quod sensu visus accipimᵒ. l. 2. §. itẽ Labeo. ff. de aqua plu. arc. & dicit idẽ Lucas in d. l. ea cęcitate & Arch. in d. c. nec solo. ꝙ quintuplex est oculus. s. corporis, sensualitatis, rõnis, diuinæ cõtẽplationis, & administrationis. de quibus ibi.

Et aduerte, ꝙ pp nimiam senectutẽ quis perdit lumen oculorũ, & cęcus efficit, vt legit de Iacob. Gene. 48. & legit idẽ de quodã propheta. 3. Rege. c. 13. & de Isaac Genes. 27. & de Elia. 1. Regum cap. 4.

De oculorum mira, & excellẽtissima cõstructione Cęlius ornatissimè, & copiosissimè aperit lib. suarum antiqua. lect. 2. c. 28. vbi intra alia dicit, ꝙ oculi sunt partes toto corpore p̃ciosissimæ. Hi oculi ꝑfecto lucis vsu vitã à tenebris, & morte mihi discernere vidẽtur. Nam quã miserum quanq; funestũ est cęcitatis malum. Cęcum postulare non posse iureconsulti statuunt, quod insignia magistratus videre, ac reuereri nequeat. Senatorium tñ ordinẽ retinere Appii cęci exemplo: ad nouũ verò magistratũ aspirare oĩno prohiberi, vt est tex. in l. j. §. casum. ff. de postulãdo. Quin ẽt hi arguti nimis queẽadmodũ aio affecti sumus subinde loquunt. Nã vt imago animi vultus est, ita iudices oculi, & propterea à prudentissimis dictũ aĩum in oculis habitare: qm̃ ardere videntur, q̃nq; incẽdi, humescere, cohibere. Hosce duos tñ ꝯtribuit diuina rõ, ꝙ numerus is speciosum quiddã cõplecti videat. Oculum vocat Galenus nũc organũ lucidũ, nunc solarem aĩalis particulã, & diuinũ quoq; mẽbrũ: & ibi ex qua substantia sint oculi, & quod obiectũ habeat, & rõ cur splẽdore nimio facile corrũpat vidẽdi facultas, & an in oculis ꝓprius insit color, & an in oculis insit naturalis lux. Itẽ cur ira succẽsi nõ satis vident. Itẽ q̃uo oculus dicatur naturæ speculũ, sicut speculũ artis nuncupatur oculus. Itẽ cur mens ex oculorũ notionibus affectionibusve deprehendatur. Item q̃uo oculi sunt causa peccati. Et in eod. lib. c. 26. ipse Cęlius ponit cur interdum oculi aperiri nequeant.

De sensu vero auditus pauca referre non tędet: cũ in mẽbro corporis nobili concipiatur, puta auribus, quarũ iudiciũ (teste Cęlio lectio. antiqua. lib. 2. c. 29) post celebres autores superbissimũ est & excellens; quia sonum recipiunt, qui natura in sublime fertur: ideo summa prouidentia sunt in prominentibus seu superioribus corporũ partibus cõstitutæ. In his rectᵒ simplexq; meatᵒ primũ euadit, mox tortuosus. Inde iuxta cerebrũ in multa, & tenuia foramina diducit, ꝑ quæ facultas audiẽdi est. Auerrois primo colliget, aurẽ in osse petroso locatã scribit. Itẽ meatus ille aurium anfractu est tortuoso, ſm Auic. ne subita aeris irruptio frigiditate vl caliditate cerebrũ oblędat vel soni excessus neruũ quo ꝑficitur auditᵒ cõuelleret. Nã sonus oĩs harmonia quędã est. nunc vero ambagiosa obliq̃tas, illa moramẽto manifesto tẽperamẽtũ adiicit. Et ibi an auditᵒ tm̃ ꝑficiat ex aere intimo se auribᵒ infundẽte seu insinuãte. Itẽ cur in lateribus aures, rõ q̃ppe cur aure duplici, simplex tñ hauriat sonᵒ. Nã vt in uidendi ꝓprietate nerui optici coniungunt ne uisibilis species delata fiat duplex: Ita & nerui q̃bᵒ audiẽdi facultas ꝑcipit in origine cõcurrũt, & inde formarũ audibiliũ cõsurgit unio. Item ꝙ oscitantes aut vehemẽtius spirãtes minus audiãt, rõ est: quia sensorii auditus extremum, partẽ contingit spiritualẽ, ac proinde quatit, moueturq; cũ eadẽ vbi agitet spũs.

Itẽ, vt inquit Vlpianus iureconsultus in l. vulgaris est. in prin. ff. de furt. ꝙ qui aurem alicuius tetigit, totũ eũ tetigisse vr̃. Nonnulli sentiunt per aures eiici biliosas cerebri redundantias, & indicio esse colorem inde luteum. Sicuti excrementum melancholicum per oculos egeritur, pituitosum & sanguinẽ per os.

Sensus verò gustus etiã extolli debet pp mẽbrum à quo ꝓcedit, quod est lingua humana quæ duplici fungitur munere, cõceptus animi annunciãdo: & saporũ vim præsentiendo: proptereaq; à cęteris dispa ratur, nec similis est: tum nullus locutionẽ p̃staret articulatã sine lingua, ea namq; constat ex literis, quarum

rum enũciatio plurium obturbata, detrũcata, nec intelligibilis præstaret, ni ad hanc rõnẽ linguã, vt & labra conformasset artificis infinita prouidentia. hæc Cęlius prædicto li. 2. c. 31. & in c. sequenti de linguæ laude præcipua multa scripsit & recenset, pauca tñ referã. Nã humanæ linguæ incõparabile donũ est, in quo bonitas infinita, inæstimabili munificentia nos, vt legitimos filios, est amplexata. Quid. n. in tot tantisq; corporis dotibus æqua pensandũ libra est? huius siquidẽ facultate post mentẽ, q̃ nos ex æquo ferè cũ cœlitibus constituit, cõstat præcipuè illa (vt dictũ à Sophocle est.) Regina rerũ eloquentia. Sunt qui ingeniosè linguã plectri similẽ ꝓdidere, chordarũ verò dentes, nares cornibus, q̃s cantẽti accinitur. vnde Ambro. in hexamero ait. Plectrũ loquentis lingua est. Itẽ lingua ipsa carnẽ hẽt rarã, fungosã, & mollẽ, vt dicit Aui. Itẽ & neruorũ multitudinẽ, ꝓut ẽt voluit Auerrois: & hoc tã ad motũ q̃ ad sensum spectantiũ, necnon venarũ, arteriarũq;: q̃ñ oĩum horũ magnitudo numerosa lingue mensum longe vr̃ excedere: imò arterias maiores in lingua existere, sicut & in cole docuit Galenus in libello, qui est de motibus liquidis.

Item hæc pars aliud habet munus autore Lactantio, quod contritos & cõmolitos dentibus cibos colligit & cõglobatos vi sua deprimit, ac transmittit ad ventrem. Bruta verò etiam lambendo potu adiuuat.

Itẽ idẽ Lactãtius falli putat si quis saporis sensum inesse palato arbitratur, qm̃ lingua sit, qua sentiãtur sapores nec tñ tota. Nã partes eius q̃ sunt ab vtroq; latere teneriores saporẽ subtilissimis sensibus trahere. Plinius tñ inq̃t. Saporũ est cæteris ĩ prima lingua homini, & in palato, sed & in gustatu linguæ vice est aquatilib⁹ palatũ. Ad hũc verò vsum oportet linguã esse potẽtia humectã, actu aũt minime: iudicio esse, ꝙ q̃bus nimio plus arescat lingua vel humeat, haud ita sapores valeãt ꝑcipere. Et humectatio q̃dẽ insita interpellat manifestè, q̃a ipsa primo linguæ tactũ p̃stat, quo occupãte, neq̃t extima aduertere. argumẽto est, ꝙ q̃ acrius q̃ppiã gustu apprehẽderit, mox nõ valet aliud sentire. Scitu dignũ est, ꝙ gustus exactior est ad ꝑuestigandũ. Tactu verò cæteris sensibus hebetior ac materialior. Sicut visus subtilitate sensus excedit oẽs, postea verò audit⁹. Deniq; placet Auicẽnæ ad loquẽdũ videri p̃stãtissimã esse linguã, q̃ suos tũ lõgitudinis tũ latitudinis cõmẽsus hẽat, q̃que in apice tenuis & acutior, in radice latior. Tritũ est, q̃d Gręci dicũt oportere esse ociosam linguã, manũ verò operariã.

Sensus verò tactus etiã laudandus est, cum ex manibus præcipuè percipiat, & manuũ laus præcipua in multis cõsistit, vt dicit Cælius libro antiquarũ lectionum 2. vbi sic ordit. Quis uerò eloquẽtia, vel ingenij claritate maiestatẽ, quæ ex manibus adest homini, dignè valeat exequi? quã aptæ hæ? quãq; ad oẽm motũ nullo labore faciles? mira est artiũ numerositas, quã membri huius adiumento cõdiscimus, & exercemiũ. Taceo pingendi, fingendi, sculpendi, nobile artificiũ. Quid illa musicorum cuiuscunque modi organoid contrectatio scientissima, & maximè duana? Quid illa sustructionum sublimitas, q̃ elegãs, q̃ scita? Qu vrbiũ structura in oĩbus, vel p̃stãtissima? Quid multiplex agrorũ cult⁹, quo tot tãtisq; ad vitã necessariis instruimur? Quid illa indumẽtorũ varietas? Qui ornatus excellentia? Iis penetram⁹ in viscera terræ, Metallorum inde vim longè preciosam eruẽtes. Imo uerò & rerũ natura agitur in planum, solo etiã æquatis montibus. Admittũtur maria, repelluntur certis quoq; limitibus. veluti extra p̃scriptũ ꝓferre pedẽ vetant, obiectis molibus. Penetramus aquarum ima, naturæ suppellectilẽ vndiq; nobis vendicantes: totq; modis rerũ facies mutat, camporũ dominamur laxitati. Supcilia montiũ & verrucas, quãtũ vis senticosas nobis obnoxias reddimus, bestias item oẽs terrestres, aquaticas, aereas. Quicquid ferè mũdi vastitas cõplectit, manuũ solertia nostri fit iuris. Quid illa scribẽdi maiestas, q̃ tantarũ rerũ sciẽtiã nobis cõparat, vetustatẽ ꝓpagat, nil finit interire: & ꝙ oĩa cõterit tp̃s, nostris cogit manibus succũbere? q̃d hoc magnificẽtius, q̃d æquè mirandũ? id esse homini datũ, in q̃d ne mortis q̃dẽ rapacitas ius nullũ habeat? Quid tot tantarũq; legũ cõtexta volumina, q̃ demũ ciuilioris vitę p̃ferũt eminẽtiã? Quid dictorũ cõuẽtorũq; publicis tabulis cõprehẽsa fides aduersus ingeniorũ prauitatẽ? Ausim dicere (vt referã verba Gęlii) seiũctis manib⁹ fuisse nõ inermes modo nos futuros, sed vel brutis ĩfeliciores. Quẽ. n. vsum rationis habeat lumen illud diuinum omni ope destitutũ? Hic rectè mihi fecisse videnť, q̃ rõnis ac sapiẽtiæ ministras esse manus ꝓnunciarunt. Anaxagoras verò ideo sapiẽtissimũ videri hominem dixit, q̃a manibus foret ĩstructus. Harum multiplex emolumẽtũ, vel tritũ Græcis extat ꝓuerbiũ, dicẽs, q̃d n. nõ efficere valeãt man⁹? Quid vero artifex illa digitorũ structura, quodnã ingeniũ admirãdo nõ fatigarit? nescias venustatis inde mai⁹ sit specimẽ, an emolumẽtorũ amplitudo clarior, maxim⁹ ẽ ĩ numero decor, maximus & in gradibus ac serie. Manuũ porro emolumẽtũ duplex, alterũ est sensus, alterũ verò retẽtionis. Proĩde excogitauit, optimus maximusq; rerũ perpensor deus mollissimã palmã, quo sensus fieret solertior exactiorq;. Cutis palma, vt autor est Auicẽna, omni alia cute est temperantior, excepta ea quæ in extremitatibus digitorum est, præsertimq; indicis, vnde Galenus primo de cõplexionibus ait Manum interiorẽ esse cõplexionis mediæ inter extremitates oẽs: hoc est inter calidũ & frigidũ, humidũ, & siccũ; durũ & molle: velutiea fit sensibiliũ corporũ regula, & planè sensus instrumentum homini animalium sapientissimo. Indeque pars ea pilis caret, ne hirsuties tactus præstãtiã læderet. Aulus Gellius noctiũ Atticarũ li. 19. c. 2. referẽs verba & sententiã Aristotelis, dicit ex quinque corporis sensibus duos esse cũ beluis maximè cõmunes, quodq; turpis & improba est voluptas: q̃ ex auditu, visu, odoratuq; ꝓcedit: q̃ verò ex gustu, tactuque est rerũ omniũ fœdissima est, cum hæ duæ bestiarum etiã sint, reliquæ hominũ tãtum.

Sensus vero olfactus seu olfaciẽdi potestas, videt minus longe necessaria ab aliis, ut dixit Cęli⁹ libro primo antiquarum lectio. c. 49. Sed de eius laude infra patebit, ubi de odoribus seu medicinis suffitionalib⁹ dicã in glo. bo. tamen & perplura idẽ Cęlius eodem lib. c. 68. refert de sensuum commoditate & necessitate.

tate: quibus insit sensus, de origine eiusdem. & in c. l. ponit cur tantum sint quinque sensus. & in c. 52. quomodo homo tantum abutitur sensibus omnib.

Sensus verò interiores sunt, quinq; videlicet sensus cōis, imaginatiua, estimatiua, fantasia, quæ et imaginatiua dici solet, & memoratiua. Horum organa ī substantia cerebri subtilissimis secernunt pelliculis, quę primum totum cerebrum trib. distinguit vētriculis: quorū anterior, & medius, qm̄ maiores sunt, rursus bipartiuntur. Prima portio vētriculi anterioris organum est sensus cōis, & iste sensus cōis est nobilior proprio, quia nobiliori mō recipit & proprius obiecto, vt dicit sanct⁹ Thomas ī scripto super libro Aristotelis de aīa. Secunda vero imaginatiuæ, prima aūt ventriculi medii attribuitur æstimatiuę, secunda fantasiæ, posterior verò ventriculus totus memoratiuæ deputatur. Et qm̄ istę potentiæ sunt multum necessariæ ꝑ arte memoriæ q̄ multū cōmēdauit Gulielmus Leporeus Burgundus in suo tractatu de arte, memoriæ quæ de illis dixit: hic aliqua inserere curabo, cū dictis aliorū circa excellentiā harū potētiarū.

Primò de potētia memoratiua, quā dicit esse reseruatiuā spērum, siue intentionum non solum à sensu cōi receptarū, quæ excolendo, sicut oīa, auget l. inter artifices. in verbo, ingenii. ff. de solutionibus. &, vt dicit potētia memoratiua se habet ad æstimatiuam, sicut imaginatiua ad sensum cōem. Auicenna cerebrū esse principium sentiendi & mouendi asserit, tempe ratumq; causam memoriæ afferre. Nam ex cerebro crasso prouenit debilitaturq; memoria. vn̄ fit, vt Philosophus dicit, iuuenes & senes esse malæ memoriæ, pp nimium in ipsis augmenti, & decrementi motū. sicut. n. recordatio motus faciles exigit, sic memoria quietē expostulat, & quiescendo fit sciens. Et magni refert quali in corpore animi locati sint, hoc prouenīēte ex qualitatū disproportione, & nimia frigiditate & humiditate: vn̄ calidi & humidi, facile cōprehēdūt, sed nō diutius seruant, rursus aūt sicci & frigidi tardius cōcipiūt, sed firmiore cōplectūtur memoria. vt ēt hoc hr̄ in Margarita philosophica. lib. 10. tract. 2. c. 19. multa. n. vt dicit idē G. Leporeus sunt q̄ mentē facilitāt, multaq; q̄ obtenebrant & cōfundūt. Nā membrorū cōpagibus, velut organis ad operationes exercendas mens vtitur, vn̄ fit vt corpore male sano aīus hebescat & obtūdatur. ingenia nempe aeris qualitatē sequuntur. dixi s. in hac parte, in 16. cōside. in qua de climatib. vn̄ refert Cicero Thebanos ingenio fuisse pinguiores, sed corpore robustiores. Athenienses verò perspicaciores & acutiores extitisse. Ideo qa crassus aer Thebis. Rarior autem & subtilis Athenis erat. Istud aperte probatur in c. qa diuersitatē corporū diuersitas sepe sequit̄ aīorū, q̄uis gl. aliter exponat extra de cōcessiōe p̄bēdæ. próptior ꝫ vegetior, & acutior reddit̄, cuius corpus bn̄ cōpactū est, quamobrem Thraces ob crassum regionis aerē quē incolunt, obliuiosi, desides, tardi, torpescentes, nulliusq; memoriæ cēsent̄ esse. Vn̄ Satyricus patriā veruecū appellat, cū inquit veruecū in p̄ria crassoq; sub aere nasci. Quid tn̄ discriminis habeat memoria à reminiscētia, ponit ibi eo, qa memoria est continua cōseruatio illius, qđ semel apprehensum fuit. Reminiscētia verò est eius qđ postq̄ apphēsum est oblitū fuit, & iterū rememoratū. Cęlius vero lib. antiquarū lectionū 6. c. 15. dicit memoriā aliud esse, & aliud reminiscentiā. Nā est & in brutis memoria: vn̄ & prudētiā quoq; hr̄e in philosophia prima colligit Aristoteles. Verū imperfectā sicut & memoriā: in hoīb. n. tm̄ est reminiscentia. Ea vero est discursus rerū cū rōne ab vl'ib. ad particularia, & à remotis à sensu, vel indeptio ac recēsio eorū, quæ in se memoria seruarit, memorię plerūq; vegētā dæ grā. Sexto naturaliū Auicēna scribit cognoscere aliquid sibi, fuisse qđ iā sit abolitū, in hoīe tm̄ est, & in rōnali virtute. Memoriæ virtus ex quorundā sn̄ia duplex vr̄ facilè ꝑcipere, diu retinere, illud ex humēcta cōtingit natura, hoc ex sicca: vn̄ euenit, vt nōnulli facilius discāt q̄ ꝑcepta custodiant. Alii vero secus vt ad humiditatē vergūt, vel ad siccitatē, ꝑpea Aristoteles non in eisdē memoria viget ac reminiscentia, sed plurimum ingenio tardi memoria valent, dociles autē reminiscentia. cuius rō est, vt inquit sanctus Thomas & dictū est, quia diuersæ hominum habitudines ad animæ operationes ex diuersa ꝓueniūt corporis dispositione. Videmus aūt ea quę difficulter ac tardè impressionē recipiūt valide, perseuetanterq; eādem custodire, vt est lapis. Quæ vero nullo admittāt negotio, non pertinaciter retinere, verū tota facilitate remittere, vt cera aut aqua. Et q̄a nil ꝓrsum aliud memoria est q̄ perceptorum retentio constans, inde est, qđ habetiū adminiculatior firmiorq; memoria est. Acutorū vero ac velociū imbecillior ac magis lubrica. Cæterū in ijs reminiscentia longè p̄cellens. Galenus post Hippocratē summ⁹ artis medicæ ī microtechnæ, cerebrū tenuitatis contēperatę esse memorię fomitem cāmq; præcipuam arbitratur: qm̄ crassiore parte illa obrepat obliuio, qua humectiore itē hebescant sensus: sicciore aūt euadant liquidiores. Auicēna itē sexto naturaliū tradit, ꝙ egregia illis suppetit memoria, quorum aīæ multis non distrahunt motibus, nec cōuellit̄ cogitatio. Quæ rō facit, vt pueri q̄uis humectioris sint naturæ, pertinaciter tn̄ retineāt, quæ imbiberint simul & ꝓpter motus vehemētiā, vt voluit diuus Thomas. Nā & quæ miramur amplius memoriæ adglutinantur, affiguntur q;, sicut quę quadam speciali annotatione notantur magis commendatur. admirantur autem ferè omnia pueri, vt quib. noua sint ac insolita: & hoc est quod significat Quintilianus, vbi natura esse nos tenaciores ait, eorum quę à teneris annis imbibimus, iuxta dictum Horatii.

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem
Testa diu.

Contra vero in̄ senioribus. redundante humoris vi cōtingit memoriā esse nullā. Sed & timentib. excutit̄ memoria, pp frigiditatem humores cōgelantē, quibus coeuntibus concrescentibusq; nulla recipi impressio potest, vnde philosophicè ait Virgilius.

Obstupuit steteruntq; comę, & vox faucibus hæsit.

Quod aūt Aristo. inquit esse memoriam præteritorū tm̄. Quoniā quæ adsint, vel sentire dicamus, vel scire adnectendū est, id ad ꝑceptionē nostram referēdum videri quæ sensimus prius, vel ꝑcepimus, siue pn̄s id sit siue

sit siue non. Etenim recordari possumus nõ mõ eorũ q̃ iá naturæ cõcesserint, sed superstitũ quoq;. D. Aug. scribit mõ memoriá esse animum, mõ ventré animi, cuius aula sit ingens & valde admirabilis: idem nũc memoriæ cauernas nũcupat, nunc antra vel et sinus. hæc Cęlius d.c.15.& c.21. eodẽ libr.6. Ad memoriá item actio est necessaria, cũ vt dicit ipse Guill. Leporeus. Quicquid natura, arteq; pcipitur, exercitio cõsumatur. Ná, vbi abest exercitatio, ibi aut naturalis aut artificialis peritia cesset necesse est, cũ tota virtutis laus in ipsa actione consistat. & huic snię applaudet Archadius iuriscõsultus in l. munerũ. ij. §. mixta. ibi: & notãdo & dispurãdo. ff. de munerib. & honorib⁹, & oẽ artificis p exercitiũ suscipit incrementũ, vt dicit iuriscõsultus in l. legatis seruis. §. ornatricibus. ff. de leg. 3. & facit tex. ĩ l. milites. C. de re milit. li. 12. de quo exercitio ibi p Luc. de Pen. Verũ de memorię excellentia finiamus cũ Cęlio in d.c. 15. in prin. & c. seq. vbi ait, Memoria necessarium maximè vitæ bonum, & thesaurus eloquentiæ ac tãquã lumen aliqđ, res est ex oĩb. partib. animi, maximè delicata & fragilis, in quã primum senectus incurrit, vt ait Senec. in pœ. suarum declam. ac plurimum autore Plin. deficere tentat & meditat̃, vel quieto corpore ac valido. Somno quoq; serpẽte cõputat, vt inanis mens q̃rat vbi sit loci. Imò vero huic adagio occasio data est, vt cũ q memoria sit nulla, sepulchra legisse dicam⁹. vñ Cato apud Ciceronẽ. Nec sepulchra legẽs vereor, qđ aiunt, ne pdã memoriã. His. n. ipsis legendis redeo in memoriã mortuorũ. Est pfecto (vt ĩquit Cęlius) huius potẽtię natura miranda. Subito vetusta ex lõgiore interuallo reuocata ingerunt sese atq; exhibent interim spõte, interim idipsum agẽtib⁹ nobis ac meditãtibus, sępè & interquiescentib. Excidũt qñq; pxima, inhęrẽt affixa, q̃ vetusta sunt. Hesternorũ obliti, acta pueritiæ in digitos mittimus. qđ requisiueris, altius illatebrare se atque recõdere aĩaduertitur, mox aliud agẽti reddit se atque offert. Nec manet sp memoria, sed aliqñ veluti postliminio redit. In qbusdã aĩalib. ppe nulla reperitur memoria. Ceruario quãuis in fame mãdenti si respexerit, obliuionem cibi surrepere aiũt, digressumq; aliud q̃rere. Inter hoĩes verò qbusdã tãta, vt nihil nõ iisdẽ verbis reddatur auditũ. Hãc de seipso eatenus florenter excelluisse scribit Seneca, vt nõ ad vsum mõ sufficeret, sed in miraculũ vsq. pderet. Nã duo millia hoĩum, inquit recitata, quo ordine erant dicta referebã. ducẽtos quoque versus ab vltimo incipiẽs recitabã, vt ẽt refert Tex. in sua officina. in c. memoria clari. vbi scribit 14. aut 15. q̃ memoria claruerũt, & duob⁹ cc. seq. enumerat obliuiosos, & q̃ memoria exciderũt, & alios q verba facturi memoria exciderunt: quos non recito, cũ ibi videri possint. Quomodo Affranius poeta sapiẽtiam filiam esse vsus & memoriæ dixerit, eleganter & veraciter scribit Aulus Gell. noct. Atticarum lib. 13. c. 8.

Quæ verò dicta sunt, de memoria naturali intelligamus: verum de artificiali Alb. de Rof. in suo dictionario, in verbo, memoria. copiosè disseruit. quibus omissis, breuiter recitat quinque multũ vtilia ad memoriam, quæ expertus est in seipso, vt dixit.

Primò, vt fiat diuisio materię, quã recitareq; voluerit in partes paucas, vel plures ꝑm materiæ prolixitatem, vel breuitatẽ. diuisio etenim aĩum incitat, mentẽ intelligentis præparat, & memoriã artificiosè reformat, vt prætactũ est in p̃fatione huiusce operis.

Secundò, ad istam diuisionẽ ordinatè procedat, vt vno memorato ad aliud subsequẽs pcedat, vñ Philosophus in li. de memoria ait: ꝙ à locis facile est reminisci, cũ velociter ab vno loco in aliũ deueniri possit.

Tertiò, vt solicite adhibeat intẽtionẽ, & affectũ ad ea quæ vult recordari. Quia q̃to aliquid ĩ aĩo potiũ infigit̃, tanto melius recordat̃. Cauendũ tñ pcipuè, q circa ea q̃ memorari vult seu agere, vel proferre, imaginationem, seu phantasiã suã ab aliis reb. amoueat.

Quartum est sæpe legere, vel recordari eorũ q voluerimus memoria imprimi. Iõ Philosophus inq̃t in d. lib. ꝙ meditationes memoriã soluunt: quia sicut dicit, consuetudo est altera natura: vnde qđ sæpissime intelligimus cito reminiscimus, quasi naturali quodam ordine. Ideo ait Seneca in lib. de beneficiis, Memoria nil pdit, nisi id ad quod non sæpe respexit.

Quintũ & vltimũ est, ꝙ de re de quã volumus recordari seu memorari, faciamus in mente, vel in libro aliquas similitudines cõueniẽtes materiæ, de qua agitur. Sicut faciebant antiqui in libris antiquis. Nã vbi tractabat̃ de iurisdictione oĩum iudicum, faciebant imaginem seu repñtationem vnius prætoris sedentis in tribunali. Vbi autẽ agebat̃ de minorum restitutione, pingebant imaginem vnius minoris decepti, qui conquerebat̃ coram iudice. Vbi verò agebat̃ de manumissionib. ponebãt imaginem dñi, & serui, qui manumittebatur coram pręrore. Vbi autẽ agebatur, de donationib. inter virum & vxorem, ponebãt imagines viri & vxoris, qui inuicem sibi donabant.

Et ita fiebat in libris decreti. De materia cõsecrationũ erat imago Epi cõsecrãtis uasa sacra, & alia cõsecranda. In materia de pęnitentia, erat imago sacerdotis, & peccatoris cõfitentis, & sic de cęteris. Et ita hodie fit in libris historiarum, vbi fiunt repñtationes sũmorũ Põtificũ, Imperatorũ, cõsulũ, regũ & aliorũ vbi de eorũ vita tãgit̃. Sic ẽt in lib. Aeneidũ Virgilij, qui fit cũ historiis ꝑm materiam subiectã. Sic de comœdiis Terẽtij, & plurib. aliis quos vidi. Et per talia recordatur & intelligit̃, de qua materia ibi tractatur.

Secundò, de potentia sensus cõis, qui in anteriori parte cerebri locatur: & est potentia sensitiua oĩum sensuum particularium obiecta apprehendens. Dr aũt cõis Philosopho asserente, eo ꝙ omnes sensus exteriores ab eo velut a cõi centro scaturiunt, suorumque obiectorũ similitudines ad eũ reducunt, quibus meditantib. de singulis iudicat & discernit. Huic aũt potentię tres actus attribuunt̃, quorũ primus est cognoscere sensationes & sensibilia oĩum sensuum exteriorũ, etiam nõ præsentibus obiectis: ideo cõis dr. Secundus est conuenientias & differentias inter obiecta sensuum discernere. primo. n. obiectum vnius cognoscit, secundo obiectũ alterius apprehendit, tertio actũ format continentẽ uirtualiter notitias amborũ obiectorũ. in quibus cõuenientias & drias ponit, vt album non est dulce. Tertius est absentias obiectorũ

diiudi-

diiudicare, ut ꝗ vis⁹ nõ uipet, audit⁹ nõ audit. Sic de silētio cæterisq; obiectorũ priuationibus iudicat. A cẽtro hui⁹ organi nerui & organa exteriorũ protẽdũtur, & p hosce neruos oĩum uisibiliũ species recipit, & facilè qdẽ pp organi humiditatẽ & calorẽ, diutius aũt retinere nõ põt. Quapp facta sẽsatione eas p neruorũ meatus imaginatiuè transmittit, cuius opatio est receptas species & imagines reseruare, vñ nomen sibi vẽdicat. Ne aũt potẽtię q̃ sequunť ociosę permaneãt, species ab imaginatiua ad æstimatiuã transeũt, ex qbus hęc potẽtia in tẽtationes nõ sensatas, queadmodum ouis ex spẽbus Lupi colore & figura, & aliis inimicitiã nõ sensatã eliciẽs ipsum fugit ẽm Auicennã. Et hoc uel ex naturali instinctu, si fortè pri⁹ fraudẽ Lupi experta nõ est: uel experimento, ut asinus fouee qua nup periclitatus est appropinquãs, casum timet & declinat, veluti canis popinã fugiens pp aquã calidã. & ut dixi in principio, ista potẽtia vr̃ esse nobilior aliis: quãuis, vt dictũ est, memoratiua sit multũ admirãda & mirabilis. Et licet aliæ tres potẽtiæ non sint ita digniores nec nobiliores, tñ q̃d de eis sentiat secũdum mentẽ Guillielmi Leporei non præteribo.

Potẽtia phantastica, ut ait, est in scd̃a parte mediæ cellulæ cerebri tanq̃ centrũ inter imaginatiuã & memoratiuã: conuertit. n. se supra imagines in vtraq; earum reseruatas, & tunc componit & diuidit eas: hæc imagines cũ imaginib⁹, spẽs cũ speciebus format, eas componendo uel diuidẽdo: & iõ fingit mõstra, Chimeras, & operatur in somno sicut in vigilia. Ex spẽb⁹ p̃memoratis cũ ad organũ ipsius peruenerunt, diuersas imagines componit, q̃ à sensu cõi percipiuntur, dũ iterum ad ipsum descenderunt. Quoniam uero hæc potẽtia in hoĩe rõne naturali decoratur, de qua meminit tex. ĩ l. qui natura. & lege. nam hoc natura. de conditione indebiti. ff. Ideo nõ necessario eodem mõ operatur, nonnunq̃. n. ex cõpositione specierum intentionũ diuersarũ monstra fingit, quorum nec in terdũ similia uidit: ĩ brutis aũt ĩstinctu naturæ regit, q̃ in oĩbus eiusdem speciei similis est. Ideo in talibus phãtasiæ opera nõ uariãtur. Simili nempe ingenio & artificio oĩs hirundo nidũ, & aranea telã texit: huius verò potentiæ opera si vigilantibus non desint, raro tñ ab ipsis percipiuntur pp fortiores motus sensuũ. Dormiẽtes autem, quorum sensus exteriores vacãt, somnia appellant, quia in somno apparent.

Potẽtia aũt imaginatiua ẽ reseruatiua spẽrũ à sensu cõi receptarũ, q̃ in anteriori parte cerebri ponit. Spẽs. n. rerũ hic vocantur imagines ipsarũ, vñ imaginatiua uocata est, & p hoc differt à sensu cõi, q̃a non est potentia indicatiua, sed solũ reseruatiua. Fatẽtur multi ĩ natura nr̃a sensibiliũ cõpositionẽ ĩter se ĩesse, oportet ergo, vt in nobis sit hęc virt⁹, q̃ hęc operatur, & hæc virt⁹ inquãtũ imperat ei intellect⁹ cogitatiua voceť. Inquantũ vero imperat virtus aĩalis, imaginatiua nũcupetur. Inquãtũ occupatur cõponẽdo, & diuidendo, formatiua voceť: hæc. n. facit castra in sphęra, Chimerã fingit, & lupo cornua, vt faciũt scholares, qui mentes à studio lr̃arum auertunt, & malè intenti qñq; castra ædificant, vt ait glo. fin. in l. vnic. C. de studijs liberalibus vrbis Romæ libr. 11. Nam sensus cõis virtuti formali quæ est imaginatio quasi ad reponendum, impartitur quod ei tradunt sensus exteriores. Imaginatio vero reponit & retinet: hẽt. n. virtutẽ multiplicandi formas sensibiles, virtus vero cogitatiua, siue imaginatiua, siue formatiua cõuertit ad formas, q̃ sunt in imaginatione, ad cõponẽdũ, uel resoluendũ eas: q̃m eius potestatis iugo subijciũtur.

Potentia ęstimatiua ẽm Auicennã est vis ordinata in sũmo cõcauitatis mediæ cerebri sensibiliũ intẽtiones apprehendens, vt puta lepus canẽ fugiens, vel ouis lupũ, nũquã alias visum diiudicat cũ agno esse habitandũ, & elicit spẽm, siue intentionẽ inimicitię, q̃ non poterat p sensum apprehendi. Est aũt virtus transcendens, quia apprehensio sua non est formarũ sensibiliũ & materialiũ, sed immaterialium: bonitas. n. & maleuolẽtia, cõueniens & incõueniens, impendium & dispendium in se non sunt formæ materiales, nec in sensu cadentes exteriori, tñ sunt accidẽtia sensibilium. Quid tñ discriminis hẽt imaginatiua, quia illa retinet spẽs per sensum cõem receptas, hæc verò elicit ex eis intentiones naturæ non sensatas, sicut amicitiæ, vel inimicitiæ, quib. sequũtur actiones prosecutionis, vel fugæ. Auicenna ẽt ait æstimationẽ vtilium & nociuorum triplici modo contingere.

Primus modus est ex cã materiali, sicut accidit in puero q̃ cũ eleuať, vt resideat, se casurũ æstimat, statĩ alicui adhæret: p̃terea certũ est cũ oculi lippitudine pruriẽtes sunt purgãdi, statĩ ille cõniuet anteq̃ cognoscat q̃d sibi accidat: & sic ĩductu quodã naturæ ouis lupũ formidat, & aĩalia leonem, & aues accipitrem.

Secundus modus est p experientiã, sicut accidit, cum doloris rabies animal aliq̃d inuasit, uel mellitis uoluptatib. ĩ re aliqua absorbetur, cui⁹ forma descripta est ĩ uirtute formali sine imaginatione, & intẽtiones utilitatis, & nocumẽti descriptæ in memoria statim apparuerint res in utilitatis, vel dispendij æstõnẽ, obreptitię occurret. hĩc canis lapidẽ, vel fustẽ tãq̃ nociua formidat, & vacuis sępiusculè ossib. allicitur.

Tertius modus circa proprietatẽ cõiunctã & modum similitudinis versatur, veluti si res aliq̃ formã vnitam cũ intentione æstimationis in aliquo sensibilium hr̃et, sicut contingit in pomo coloris coccinei, quod est maturũ & dulce. Iõ cum videmus dulcorẽ inesse pomo inductu quodam naturæ diiudicamus.

QVadragesimaquinta consid. erit de complexionibus mortalium, q̃ sunt quatuor principales, sãguinea. s. colerica, flegmatica, & melacholica, quarũ nobilior & melior est sanguinea. De ijs tñ Guilielmus Leporeus Burgundus vir eloquentissimus, scripta reliquit in suo opere artis memoratiuæ li. 1. c. 4.

Sanguineũ ait, lętũ, dulcẽ sermone, vultu hilarem & amatiuũ, risu facilem, liberalẽ, benignũ, piũ, omnibus artibus aptũ, ẽm alios delicata cibaria, primæq; bonitatis vinum, elementa per omnia indagantem, ad libidinem pronũ. Vnde Alexan. magnus imbecillitatẽ humanã se sentire aiebat duabus potissimũ ex causis somno videlicet, & coitu. vocẽ hẽt acutã, neq; diu neq; multũ irascitur. Hñt & sanguinei alias bonas conditiones seu inclinationes, ex quib. nõ parũ laudabiles. Hæc cõplexio. n. est calida, & humida, qui

humores generant meliorem cóplexioné, & istorum quilibet de p se & simplex est melior aliis, licèt cópo siti sint meliores, & sic cóplexiones ex eis compactæ.

Colerica verò est calida & sicca, vt dicit Galenus j. cóplexionú c. 8. vñ colericus est impetuosus in suis agendis, elati animi, vanos vltra modú appetens honores, bonorumq; myrmecias, in iram facilè prorúpit, eademq; pacificat, prodigus, & sine libra comedens, procliuis ad ebrietatem, fidelibus deditus vigiliis, lucrú assiduè venatur, ingeniosus, docilis, fidus, syncerus, amator iustitiæ, impingens in lingua vbi irascitur. oblonga habet membra & gracilia, oculos profundos, nasum acutú, faciem citrinam, eloquiú velox, pectora ampla & hirsuta & vmbilicotenus, est pronus ad coitum, vocem argutam, gressus habet celeres, oculos citrinos, linguam asperam.

Flegmatica vero est frigida & humida: vñ flegmaticus naturaliter est somnolentus, in agendis suis tardus, uerbis lapsantibus & humidis nó defluës, bonorú cótéptor, auræq; popularis rumusculos ꝑ nihilo habens ac sputifaciens, paruæ memoriæ, & modicæ comestionis. Ió pauci aut nulli meritis eorú ad honores aspirant: ió Messalá Coruinú sui nois immemoré flegmaticum extitisse diiudicant. Ciuilis tñ ró huic sniæ aduersari vr̃. Nam nemo est adeo supinus imó magis stultus, vt nomé suú ignoret. tex. est in lege cú in libris Vlpiani. §. neq;. n. C. de hær. insti. Item est facie prǽditus prǽpingui & alba, hét carnosum corpus, pectus debile, venas strictas, coitum non appetit nisi vino admodum madidus aut aliundè calefactus.

Meláncholia est frigida & sicca f'm Gal. & est pessima ex cópositis, vt idem dicit de ingenio c. 10. & ex simplicibus sicca est pessima. Et, vt medici dñt, Meláncholicus natural'r tristé vultum gerit, sinistre sp suspicatur, aliensq; vulpina quadá sanctitate delictis illatrat, múdanarú rerú nefando amore irretit'. Implacabilis, & in ꝓpria opi. pertinax, timidus, inuidus, auarus, tenax, fraudulosus, prau', tacitus, apt' tñ studio, nó bñ dormiés. Et sic ex supradictis cóstat ꝙ natura ĩ vno sanguiné grauauit, & in alio restaurauit: & idé de colerico, melanch. & fleg. cui sniæ applaudet Pau. iurecons. in l. cú q in prin. de iureiu. ff. cú q ĩ vno grauatur, in alio releuari dét. Et si quidem sint quos eo vsq; pduxit labor & assiduus conat', vt multa hmói dissimulare possint: nó tñ pót lana tincta mutare colore: atq; id admodú pspicuè deprehendi pót. Quic q d. n. præter naturá accersitú est vel conquisitú, dissimulari diu nó pót, vt ait Ioá. Indagine in lib. de quatuor compl. ubi miranda dicit de iis & de pernoscendis planetis horoscoporum, & signorum ascendentium ex ipsis quatuor complexionibus.

Et, vt concludá, complexio sanguinea (vt iá dictú est) optima & nobilior aliis iudicanda est pp conuenientiam cum nobiliori parte anni & eleméto, vt suprà in hac parte tetigi in quadragesima consider.

QVadragesimasexta consideratio, quod mébrorú corporis humani sit excellentius indagat. Cœlius. n. lib. antiq. lect. 2. c. 39. Inter membra corporis quatuor principaliora esse asserit. cerebrum. s. cor, epar, & testiculos: de quibus excellenter per eum.

Vr̃ tñ, ꝙ caput sit excellentius, & nobilius membrum corporis ex tribus quæ in ipso capite respectu aliorum membrorum singulariter inueniuntur.

Primò enim excellit ea dignitate in trib. s. in altitudine situs, nobilitate propriæ virtutis, qa nobiliores uirtutes, ut imaginatio, memoria, intellectus, sensus cóis, & huiusmodi, de quibus suprà, habent locú in capite, & in perfectione, quia in capite congregantur oés sensus, cum in aliis membris sit solus tactus.

Secundò, à capite sunt omnes vires animales in aliis membris, & sic dicitur esse aliorum membrorú principium dans illis sensum & motum.

Tertiò, qa dirigit alia mébra in suis actib. pp imaginationé, & sésus, q ĩ eo radicaliter abúdát, & insút.

Ratione etiam primæ proprietatis, scilicet perfectionis, omne quod est perfectissimum in quacunq; natura dicitur caput, sicut leo in animalibus.

Róne aút secúdæ proprietatis oé principiú dr caput, & certè cuiusq; rei potentissima pars principiú est, ut dicit Caius iureccons. in l. j. ff. de origin. iur. sicut caput fluminú fons dr̃, & sic caput uiæ seu libri dicitur. unde ratio edi debet à capite. tex. in l. argentarius. §. edi. facit. l. si quis. §. si initium. ff. de edendo.

Ratione vero tertiæ proprietatis dicitur omnis rector caput, sicut Rex, Dux, vel pontifex. *Ita Ioannes* de Turrecremata in c. 1. dist. 12.

Ió dicit Lucas de Péna in l. nemini. C. de consulib. & non spargédis. li. 12. ꝙ Princeps in republica, qui ꝑ quodam corpore ponitur, obtinet uicem & offm capitis. Et Chr̃s caput est ecclesiæ. ad Colos. c. 1. & ad Ephes. 5. Et, vt dicit Pau. iurecons. in l. cú in diuersis. ff. de religiosis & sumptib. funerú. caput est principale mébrú hois. Nam ille locus efficit' religiosus, vbi caput inhumat' humanú, ét absq; aliis corporis partibus, & non ecóuerso. Quia p caput cognoscimus cuius imago sit, ut ibi dicit tex. & illud sequunt' oia mébra, ad Ephe. 4. & c. nolite. 11. dist. Et indecés est mébra pfectiora esse capite. c. miramur. 60. dist. *& dicit* Fel. in c. nó liceat à capite mébra recedere. *in prin.* extra de pscrip. ꝙ caput est honorabili' mébrú cæteris. & dicit Bal. ĩ c. j. §. ad hoc ĩ 4. col. de pace iuro firmáda, ꝙ excellétia hois tribuit' capiti, in quo est fons rónis, & intellectus. & ait Aristo. alleg. p Bal. ibi, ꝙ cerebrú est mébrú diuinú, ĩ quo est sensus, & intellect. vñ locus ab autoritate hominis est in capite. & ibi notat, quod in re animata caput subiacet oculis corporis, in re inaíata caput est principium. Item idem est ꝙ potissimum, unde subiungit uersum istum.

Principium caput est pars corporis & dominantis.

Et Fel. in d. c. de facie hois loquit', q non est dehonestáda seu fœdáda, cú sit ad similitudiné dei formata, vt dicit tex. in l. si q s in metallú. C. de pœn. p qué ét ibi no. gl. & post Ang. ꝙ hó non est bullandus in fróte, dicit tñ ibi Fel. ꝙ facies & caput ponuntur, ut diuersa. Ité aduerte, ꝙ ubi caput dolet, cætera mébra dolét. ut dicit tex. ĩ cano. sunt plurimi. & in c. ex merito. 6. q. 1. Spe. ĩ ti. de inqsitio. §. 3. ver. si aút. & ita caput est dignú, ꝙ ab eo inchoandú est. Spe. in tit. de elect. §. 1. ver. publicatione. ꝑ quo facit tex. ĩ l. unica. ff. de offi. præfecti augustalis. ubi dr̃, præfectus Aegypti habet iuris-

iurisdictionē, & officio suo non est priuatus, quousq; eius successor Alexandriā sit ingressus. Cū sit Metropolitana & capitalis ciuitas. ad idē. l. meminisse. ff. de officio ꝓconsul. & in l. si forte. ff. de officio præsidis. Ex quibus infero vnū obseruatū apud nos, ꝙ non dēt hri respectus, nec est in consideratione aduentus seu ingressus regum, aut principū in aliquod regnū, seu prouinciam: nisi aduenerint, vel ingressi fuerint principalē, aut, vt ita loquar, capitalē ciuitatē regni, vel prouinciæ, qd tu notabis, qa alibi non reperies.

Item caput ara potentiarū aīæ dr̄, teste Cœlio lib. suarū antiquarū lectiouum. 11. c. 13. & idem lib. 2. c. 23. sic ait. caput arcis quodāmodo locū habet in humanis corporibus. & Plato in Thimæo, caput non principale solum, sed ēt totū in corpore nuncupauit. est ergo caput præcipuū, excelsiusq; in hoīe mēbrū. primo reguminis acutorū Galenus, & Platonici oēs rōnalis aīæ sedē nuncupant ſm aliquos, qm̄ ibi cerebri est conceptaculū, ac mēbrorū aīaliū, quæ organa sint, & principia virtutis aīalis tam apprehendentis, q̄ eligentis, seu voluntariè mouentis, quibus potissimum cōstat aīaliū inter se dissimilitudo. Licèt nō me fallat Bedæ snīa sup Marcū. Aīæ locus, (inquit) principalis nō iuxta Platonē in cerebro, sed iuxta Christū in corde. Portionē verò hanc cęli similitudine quadā possidemus sublimē, sicut ēt interpretat̄ Aristo. quin & vniuersa in hoīs corpore sitū ꝑferunt vniuersi, cū cętera nullo eiusmodi sint cōstituta respectu, aut cōfuso admodū. Porrò & qōnibus, idem caput enim obtinuisse locū scribit, qa sit diuinissimū membrū. ab eo. n. sternutamenta quoque proueniunt, quod esse sacrum augurium cōstat. inde quoq; obrepsisse nr̄is moribus opinatur Cęlius, vt quibus exhibeat̄ reuerētiæ cultus, ijs caput aperiamus. Galenus post Hippocratem scribit fuisse capitis substructionem potissimum ob videndi excellentiā, qui sensus ad circūspectum omnem velut in Specula collocari debuerit, sicut itē ēst Auicenna. A quo etiam illud proditur prima tertij. Exploratoris vice oculos fungi.

Aduerte etiā, ꝙ manus dextra est dignior læua ſm Luc. de Pen. in l. aquarū possessores. col. 1. C. de aquæ ductu li. 11. ad qd̄ allegat̄. 2. Macha. 2. c. ibi porrectis dextris & iureiurando. inde dr̄ iurm̄ dextra manu ꝑstandū esse. Esa. 63. c. iurauit dn̄s in dextera sua: & 1. Macch. c. vj. ita dicit Iacob. Bonaudi in glosis ad Io. de Terra rubea in tracta. vinea ecclesiæ nuncupato. articu. 2. primi tractatus in 4. conclusione. in verb. à dextris. vbi etiam dicit, quod dextra arguit nobilitatem, & præeminentiam honoris.

QVadragesimaseptima consi. de excellentia sanitatis erit, quæ plurimū extollenda est: cū, vt dicit philosophus Ethicorū. ca. 4. desiderabilissimū est sanū esse. & in libro eiusdem operis. c. 31. iterū dicit. Viro sanū esse optimum est, vt nobis vr̄. quid. n. prodest hoī hr̄e oīa mundi imperia, si infirmitate afflictus in eis cōsolari, & gaudere non potest? Ideo inquit Ecclesiasticus cpa. 3. Non est census super censum corporis. Qua ex re, ait Iuuenalis libro. 1. Satyra prima.

Orandum est, vt sit mens sana in corpore sano.

Et Cato moralissimus sic nos hortatur.

Corporis auxilium medico committe sodali.

Sit tibi præcipuè, quod primum est, cura salutis.

Hęc Bernardi. de Bust. sermone suo 31. 2. par. sui Rosarii in littera T. & ideo, vt refert Cęlius antiq. lec. li. 4. c. 24. Fertur Pyrrhum Epyrotarum Regē post Alexandrū prudentissimū rei militaris adiudicatum, vbi immolaturus tēpla inuisere, non regni ampliorē modū, nō de hoste victoriā præsignē, neq; itē gloriā illustriorem, aut diuitias, & id genus alia, quib. mortaliū pleriq; attoniti inhiant: sed sanitatē mō à diis cōprecari solitū, ceu parte hac bene cōstituta, ꝓsperius cessura viderent̄ oīa. Nā si toto sinu sese affundat; absit aūt valetudo recta, nullū illinc profluit emolumētū qd̄ iuuet. Propterea Antiochū cognomento Satherā ꝑlio cū Galathis cōgressurū legimus in qete arbitratū Alexādrū sibi assistere, monereq; vt prius q̄ in aciē milites ꝑduceret, non aliud ꝓponeret illis signū, q̄ bn̄ valere. Quod cū is non neglexisset, nobilē de hostib. victoriā est assecutus. Scimus porrò (inqt Cęlius) mādatorū librū ab Imperatore dari solitū, in quo ꝑceptū primū erat de sanitatis cura. Pythagoras quoque in epistolis non alia est vsus cōsultatione, q̄ vt iuberet bn̄ valere. Id institutū, & Pythagorici mox seruarūt, veluti aīæ corporiq; nil amplius cōgruet, hoc q̄ue vno hoīs bona vniuersa cōprehēderūt. Quin & Symbolū, quo inter cōpares vterent̄, dicebat̄ sanitas. &, vt dicit Gale. in lib. Hæreseō, id est sectarū. sanitate nil vtilius est mortalibus. Academici, & Peripatetici hoc est Platonici, Aristotelici inter tria gn̄a bonorū sanitatē annumerāt. Tradunt. n. tria esse gn̄a bonorū, ex q̄bus felicitas perficit̄. Prima aī bona, vt virtutes. Secūda corporis, vt valetudinem, & pulchritudinē. Tertia externa, quæ fortunæ ascribunt̄, vt diuitias & honores. Carneades item Academicus nil bonū esse censebat, nisi ꝑmia naturę hoc est sanitatē, robur, pulchritudinē, & alia id genus. Quibus aūt cōstet sanitas & seruari possit, vide Cælium li. 11. ca. 37. & uberius lib. 16. c. 41. suarum antiquarū lect. & quemadmodū animi lætitia est sanitati humanæ valdè propicia, ita tristitia contraria. vt per Luc. de Pen. in l. decurionibus. C. de silentiarijs. lib. 12.

QVadragesimaoctaua conside. de laude laboris exprimit, de qua Heraclides Lyci⁹, (vt scribit Philostratus in vita Sophistarū) librū vnū cōposuit, & illū laudib⁹ laboris dicauit, sine quo dicebat nihil in rebus humanis frugiferū geri posse, adeoq; ꝓbari, vt cassus ēt labor (modo non vitiosus) sit otio ac delitijs anteferēdus. Xenophon dicit nullā esse verā voluptatē citra laborē. Nā si somni, aut cibi, aut potus appetitū præuenias, nihil dulce sentiri. Labore autē exercitatis oīa dulcius suppeditari. ex quo Socrates dum corpus ambulando, seu quoduis aliud agendo exercebat, obsonare famē dicebat, qd̄ itē nr̄is religiosis ante cibū ꝑceptum est. Idem opus conferre dictitabat ad hoīum bonitatem, otium verò vitiū. Bonos igit̄ in opere esse, q̄q̄ ociosi viderentur. Improbos autē q aut alea, aut opere aliquo turpi, siue ēt plus ęquo ambitione, seu q̄stu occupati appareant ociosos esse. Idē cum laboraret circa Citharam, dicēti cuidam. Iā senex discit? Respondit, Præstat tardè discere, q̄ nun-

quàm. Lassus Hermioneus īterrogatus à quo sapiētiā didicisset, à labore (inquit) & experientia. Pythagoræ quoq; sñia fuit, legēdā eē ab initio vitam optimā ac laboribus q̄ maximè exercitatā, quā cōsuetudo paulatim ex aspera dulcē redderet, & hoīes robustos faceręt, laborē nāq; voluptatē quoquo modo semp comitari. Si bona sit voluptas, illa p̄cedit. Si aūt mala, labor subsequit. Musonius ait, cū sæpe ꝓ voluptate, & pecunia, aut alia re, nulla cū laude labores maximos subeamus, q̄d mirū si ꝓ gl'a, ꝓ ęquitate eosdem adeamus, exēplo Cornicū & Gallorum, q̄ quanquā rōnis expertes, adeo ꝓ gl'a certāt, vt vsq; ad extremū spiritū inuicē pugnēt? Vñ Eusebi⁹, Corpus vitiū corrumpit. aīum vero earū rerū negligentia, q̄ ad diuinā faciunt cōtēplationē. Vltra p̄cedētes philosophorū sentētias q̄ de re sentiāt poetæ adducunt. primo, Epicharmus ait. Laborib⁹ oīa nobis dij vēditant bona. Euripides. Fortunas ex laborib⁹ venari oportet. Itē Labor, vt dr̄ gloriæ pater. Idē, Laborātes Deus adiuuat. Labor verò solus citra fortunā sumptus mortales adhuc minimè affligit, labores audēt boni, timidi nihil vnquā assequūtur. Ex laborib⁹ gratia ꝓuenit hoībus. Nullo modo q̄s citra laborē felix eē, neq; gl'am assequi vllā nihil agēdo pōt. ex qua Euripidis sñia Ciceronis est illud. Oīs laus in actiōe cōsistit, & otiosus nullus q̄q̄ deos habēs in ore, victū sine labore parare posset. Sophocles. Laborē subire oportet, eos q̄ sibi feliciter eē volūt. Menāder. Cuncta & labore, & diligētia deprehendi possunt. Philemon. Quā mihi dulcia sunt priora mala. Nisi.n. tūc laborassem, nūc minimè gauderē. Aul. Gel. verba ex Catonis oratiōe ad milites refert. Memētote si q̄d vnquā rectè p̄ laborē feceritis, labor ille cito à vobis abscedit, benefactū autē semp remanebit. Si q̄d vero nequiter p̄ voluptatē, voluptas repente abibit, nequiter illud factū apud vos semp extabit. Virgilius. Labor oīa vincit. Cicero pro Archia. Nulla.n. virtus mercedē laborū periculorumq; p̄ter hāc laudis & glorię desiderat, qua quidē detracta, q̄d est q̄d in hoc tā exiguę vitæ curriculo tantis eos laboribus exerceamus? Certe si nil animus p̄sentiret imposterū, nec tantis se laboribus frangeret, nec tot curis, vigiliisq; augeretur. Nunc insidet q̄dā in optimo quoque virtus, q̄ noctes atq; dies admonet, non cū vitę tp̄e dimittēdā cōmemorationē nostri nominis, sed cū omni æternitate adæquandā. Dauid. Tu dñe laborē & dolorē cōsideras. Grego. in Moral. Sicuti in malis p̄sens securitas parit dolorē, sic in bonis p̄sens labor ppetuā īducit securitatē. & alibi pulchrè dicit. Desidiosus sæpe ingeniū accipit, vt iustius negligētiæ puniatur q̄ scire contempserit, q̄ sine magno labore adsequi poterat bonitate naturæ, cōtra vero studios⁹ tarditate punit, vt eo maiora p̄mia ferat, quo magis laborauit. Deniq; Sophocles, Plato, Isocratres, Hieronymus, & alii cōplures, q̄ diu vixerūt vsq; ad extremā senectā scribētes, labores subierūt, fineq; discēdi cū vita fecerūt. Ad quā rem multū faciet alienæ imitatio virtutis. Nā q̄sq; bonus aliena gloria magis excitabitur. Thucidides puer cū audisset Herodotum senem suā Historiā recitantē, collachrymasse dicitur. Demosthenem fabrorū antelucana diligētia excitare solebat. Themistoclem Milciadis Throphæa somnū capere nō sinebāt. Alexander Achillis, Cæsar Alexādri cōspectis tumulis, laudis æmulatione igemuisse feruntur. Hæc Volaterranus lib. 31. cōmentariorū in Philologia, ca. 1. Guill. verò Leporeus Heduen. in suo trac. artis memoratiuę lib. 4. c. vlt. dicit, ꝙ ex labore memoria augetur, sensus interiores assiduitate firmantur, eo merces felicitatis diuinæ comparatur. ie. juniū. de consecra. dist. 5. Omnia vt iam dictum est, vincuntur. de quò canit poeta.

Labor omnia vincit
Improbus, & duris vrgens in rebus egestas.

Non igitur immeritò (vt dicit) Licurgi leges iuuentutem erudiere, venando, currendo, algendo, ęstuando. Iustus.n. labos honoribus, p̄mijs, splēdore decoratur. Vnde Diogenes censebat se scientiam, bonaq; animi nācisci nō valere, nisi labori se deuoueret. de quo Horatius sermonum primo. Nil sine magno vita labore dedit mortalibus.

QVadragesimanona consid. q̄rit, an otium aliquo modo sit laudādū, cū illud multi exprobrēt, et ferè oēs semp otiū vituperāt. Sed cū duplex sit otiū primū laudatū, & alterū illaudatum, vt amplè scribit Luc. de Pen. in l. j. col. 2. C. de excusat. artificū lib. 10. Ideo laudes illius otii laudati referā (p̄termisso illaudato. de quo in p̄cedenti par. in 1. & 29. cōsider. dictū est) eo, q̄a est literatorū, ac cōtēplatiū veritatē, de quo Cato dicebat. Viro nobili quēadmodum negotij, sic & ocij rōnē extare oportere. Hoc itē Seneca in epistolis amplectendū suadet honesto ac prudēti viro, quo ex actionū tumultu tanq̄ in portum se tādē recipiat, vbi sese primū, deinde humana pariter ac diuina dignoscat. Nā semp negotiosis (inquit) tēpus furtim labit, & hos esse q̄ in ambitione vel auaritia iugiter occupati breuitate tp̄is queruntur, & improuisos se ad mortē trahi nihil oīno vixisse putantes. Arist. in li. de aīa, inquit. Animā sedendo, & quiescēdo fieri prudētiorem. Plutarchus. Sapientē decet q̄etē & otium in scientiæ & prudētiæ exercitatione ponere. Non dico eā venalem, ac forensem, sed maximā q̄ nos Deo coniungat. Socrates dicebat ita instituendam esse vitam, vt ex te, non ex aliis voluptatē capere possis. Euripides. Qui agit plurima, plurimū peccat, q̄d ambitiosis & auaris maximè accidit. Et demū rō, ꝙ improbi ꝓbis rerū experientia simul, & solertia p̄stant. quā.n. q̄s diligit artē, ī hac se libenter exercet. quā vero exercet, hanc & probè nouit. Denique & Augustini sñia in lib. de ciuitate. Nemo bonus negociū q̄rit, nemo improbus in otio fructuoso cōquiescit. Otiū, inquit, sanctū q̄rit charitas, negotium iustū suscipit necessitas charitatis, quā si nullus imponit, percipiendæ vacandū veritati. Vñ Grego. in Ezechielem. Contēplatiua vita (de qua dictū est ista par. in 33. conside.) est charitatem Dei ac proximi tota mente complecti, ab oī terrena actione quiescere, soli desiderio conditoris oībus posthabitis curis inhærere. Idē. Sicut.n. grauioris est culpæ inter bonos improbū esse, sic maioris fuerit laudis inter improbos bonū se præstare. Idē in Regist. Quāto q̄s in reb⁹ mortalib. occupatior, tāto à Deo remotior. Isidorus de summo bono. Quāto

quisq;

quiſq; curis maioribus occupatur, tanto magis vitiis
ꝓmitur. Mundi.n.amatores nõ ſolũ ſtulti ex eo ꝙ in
ſima ꝑ ſummis appetant, verũ ẽt miſeri, ꝙ ea cũ ęru
mnis conſequant. Aug. vero (vt hr̃ in c.qui ep̃atum.
§.itaq; 8.q.1.) dicit. Itaq; à ſtudio cognoſcẽdæ verita-
tis nemo ꝓhibetur, qđ ad laudabile pertinet otium.
vbi eſt textus clarus, ꝙ eſt dabile otiũ laudabile. & fa
cit tex.ĩ c.1.circa mediũ 23.q.5.ubi dr̃. Mali ab inqe
tudine, mala ad ſanitatis otiũ, legũ coertione dirigã-
tur. & de hoc otio laudabili ẽt meminit ciuis & con-
tẽporaneus noſter Ioan. de Monthel.in ſuo ꝓmptua
rio iuris, in verbo, otiũ. Et ait Bernar. Otiũ eſt vacare
Deo, imò negotiũ negotiorũ, vbi nullũ admittit otiũ.
Iõ dicit Apoſt. Nemo militans Deo implicet ſe nego
tiis ſęcularibus. & Seneca in Epiſt. Crede mihi, plus
agunt q̃ nihil agere vñtur. Sed, vt dicit Volaterranus
li.31. commentariorũ in philologia c. 2. Neceſſariũ
eſt huiuſcemodi viris Ariſtotelis ſnĩa, rerum admini
ſtratorẽ aliquẽ propè habere, qui res obeat ac curet,
vt Socrates Critonẽ, Epicurus Metrodorũ, Apollo-
nius Damidẽ, ipſe quoq; dñs noſter Iudã negotio p̃fe
cit, Apoſtoli itẽ alios alij. Vt aũt monachos attingã,
ait ibi Volaterranus, Origenes Ambroſium, Hierony
mus Chromatiũ habuit. Bernardus fratrem Viterbij
defunctũ deflet: vt paternæ domus præſidium, cura-
rũq; ſuarũ leuamen. Deniq; Frãciſcus Aelia ſuo quã-
quã flagitioſo ob rerũ experiẽtiã carere non poterat.
Sed, vt ibidẽ ipſe Volaterranus in c.ſeq.inqt, ab hoc
otio honeſto multos præſtanti ingenio retrahit me-
tus amittendæ dignitatis, & exiſtimationis, q̃ negotiũ
ſine periculo in proęm. de oratore exoptat, duo qua-
ſi difficilia. Et ibi ſeqt̃ qũo ad id otium pleriq; diuer
ſis ex cauſis inducti fuerint, & qualiter multi ex ne-
gotiis humanis ſe in otio poſuerunt, & ſolitudinem
amauerunt, de cuius laudibus ẽt ibi videre poteris.

Itẽ ꝑꝑ quietẽ ſiue otiũ, quo fit, vt nullam moleſtiã
corporis quiſquis patiatur ſ̃m Aug.lib.19.de ciuita-
te dei c. 1. Ideo multi dudũ in ſeculo militantes poſt
longi tp̃is laſſitudinẽ, ob reliquæ uitæ requiẽ clericã
tur, ut deo ſeruiãt, & tutiori otio ſeneſcãt, cõſilio op-
timo ducti, vt ait tex.in l.quiſquis emenſis.C.de epis
& cler. vtiq; poſſunt in otio & tranquillitate reliquũ
tp̃s uitæ ſuæ peragere, ut ſonant uerba in l.petitionẽ.
in fine. C.de aduocatis diuerſorũ iudiciorum. & hoc
ſatis prudenter, cum meliorẽ partem eligant, & nul-
lus beatus niſi quietus. ait Tul.lib.1. de natura Deo-
rũ. Et reqes ſaltẽ honeſta nobis ẽ neceſſaria, ſicut ue-
ſtes & uictualia, ut patet in l.fi.§.nec ĩ ipſis. C.de his
q ad eccleſiã confugiũt. Etiã quies.ſ. cõtẽplationis q̃
à iuſtis uiris, maximè p̃latis corde appetẽda eſt, & ꝑ
multorũ lucro qñq; poſtponẽda eſt, ut ait tex.in c.in
ſcripturis. uerſi. quies. 8.qõne.1. Sed in monaſteriis
quies, oratio, & labor manuũ dẽt eſſe, tex.eſt in c.de p̃
ſentiũ.16.q.1. Sic & in ciuitatibus quies in conſiliis,
oratio in curiis, iuſtitiæ miniſtratio in iudiciis, & la-
bor agricolarũ, & artificũ cõtinue vigere, nõ iurgiis,
otiis, ſpectaculis, aut ſeditionib⁹, damnosè uacare de
bẽt. hæc Luc.de Pen. in l.unica.C.de gladiator.li.11.

Et qũo aliqui felicitatem poſuerunt in otio, uide
per Beroaldum in ſuo opere, de felicitate.

QVinquageſima conſid. laudẽ & excellentiã natu-
ræ perſtringit. Et in hoc conſidera duplicem
eſſe naturã, naturãtẽ, videlicet & naturatã. Natura.n.
naturãs dr̃ Deus. inſt. de iure naturali. in prin. iuncta
glo. in uerbo, hinc, & in uerbo, matrimoniũ. cũ dicit.
Ius naturale eſt quod natura, i. Deus oĩa animalia do
cuit. & ꝑ hoc eſt gl. q̃ eſt finalis in l.ſed & ſi reſtitua-
tur.§.fi.ff.de iudiciis. ẽt eſt glo. in uerbo, rerum natu-
ra, i. Deus. in §.ſingulorum inſt. de rerum diuiſio. de
hac etiam Ouidius primo Metamor. cum ait,

Hanc Deus & melior litem natura diremit.

Hic mens & cã à Platone appellatur. Vnde Seneca
lib.4.de beneficiis. Nihil aliud eſt natura quàm De⁹,
& diuina quædã rõ toti mundo, & partibus eius in-
ſerta. Cum de diuinitate & eius excellẽtia ſuprà dixe-
rim in prima conſideratione huius partis, non aliter
immoror. Sed de hm̃oi diſt. eſt gl. melior & clarior in
l.reſpiciendum.ff.ſi cer. petatur. q̃ dicit. Eſt ergo natu
ra naturans, i. Deus. & ille omnia ſcit, ut in c.nouit il-
le qui nihil ignorat. extra de iudiciis. Nam mille an-
ni ante oculos eius tanquã heſterna dies quæ præte-
rit. Alia eſt natura naturata, ſ. hominis: quæ pręterita
& præſentia tm̃ ſcit, quã Deus indidit creaturis. (Fu-
tura.n. præſcire ſolius Dei eſt, ut in 26.q.5.in princ.)
& de qua & eius excellentia ſeu laude dicendum eſt.
Nam natura vr̃ omnium rerum fortiſſima, cũ nullæ
leges eam corrumpere poſſint, vt habetur inſti. de le
gitima agnatorũ tutela. in fin. cũ dicat textus. Ciuilis
ratio ciuilia iura corrumpere põt, naturalia uerò non
utiq;. facit textus in l.iura ſanguinis nullo iure ciuili
dirimi poſſunt.ff.de regu.iur. Etiã pacto natura tolli
non põt. l.ius aũt agnationis.ff.de pactis.l. abdicatio.
ubi gl. optima. C.de patria ptãte. l.eas obligationes.ff.
de capitis diminutione. Naturalia.n. diuina quadam
prouidentia conſtituta, ſemper firma atq; immuta-
bilia ſunt. ut dicit textus in §.ſed naturalia. inſti. de iu
re naturali gentium & ciuil. de quo ꝑ Deciũ in d. re-
gula, iura ſanguinis. & ꝑ Bernardinum de Buſtis in ſe
cunda par. ſui Roſarij. ſerm.31.in litera I. ubi ponit
qũo natura eſt oĩum rerum fortiſſima. ita ꝙ illud qđ
natura dedit, nemo tollere põt, nec per quãcunq; ar-
tem natura tolli põt. ꝓut refert de quodã Aſculano
poeta, qui cõtra Dantẽ Poetã tenentẽ opinionẽ con-
trariã, quod uolebat probare exemplo cuiuſdã catti,
qui arte inſtructus ante eum tenebat lumẽ, qñ ſtude
bat, uel comedebat. Poeta Aſculanus in quadã ſcu-
tula portauit duos mures, quos ante murilegũ dimi-
ſit. at ille proiecto in terram candelabro naturam ſe-
quens poſt mures cœpit currere, ſicq; natura artẽ ſu-
perauit. imò dicit Cicero li. 1. de natura deorũ. Itaq;
nulla ars imitari ſolertiã naturæ põt. Qm̃ natura nor
ma legis eſt. unde dicit textus in §.minorem. inſti. de
adoptionib. quod ars imitatur naturã inquantũ põt.
concordat textus in l.ſi pr̃familias. in fi.ff.eo. ꝑ quem
textum decidit Panorm. in c.debitum. de baptiſmo.
quod non debet quis aſſumi ad leuandum aliquem
de ſacro fonte, ut ſit pater eius ſpiritualis, niſi ſit ma-
ior plena pubertate, ſ. decimooctauo anno. ſicut in ſi-
mili dr̃ per dictos tex. in adoptione legali, & eſt ratio
ſecundum eum, quia abſurdum uidetur eum fieri pa

trem

trem spālem, q̄ nō pōt esse carnalis. & illud satis innuit ibi tex. in d. §. minorē. dicēs, cōtra naturā esse vt fili⁹ sit maior, l. tpe, q̄ p̄r. Et impedimentū naturæ fortius est, q̄ accidētis, vt in §. sed & illud. insti. de adop. & l. sed est quæsitū. §. j. & ij. ff. de liberis & posth. Et, ut ait idē Cic. li. de Sen. Oīa quæ f̄m naturam fiunt, habēda sunt in bonis. & li. 3. Rhethoricorū nouorū docet nos ipsa natura quid oporteat fieri. & vt dicit Menander, Oībus doctrinis imperat, & oīa dat & colligit natura. imò nunquā aliud natura, aliud sapientia dicet. vt dicit Iuuen. Satyra 14. At naturā efficientē, gubernantem, continentemq; Plato vocauit, hoc est opificē. vt refert Cælius lib. antiquarū lectionū. 1. c. 4. vbi plura de natura. unde Plin. ubiq; naturā parētē rerū opificēq; appellat. & teste Cælio, ubi suprà li. 2. c. 22. Hippocrates naturā appellat iustā, vti Aristoteles eā esse ait, velut œconomū bonū, ac patrem familias, qn̄ iustitiæ maiestas necessaria sapienter excogitauit, tribuitq; vnicuiq; pro dignitate, redundātibus omnino relectis. Et, ut ait Aristo. lib. 1. de cęlo & mūdo, Mirabilia naturæ multa sunt. Sēper. n. quod melius est desiderat. Idem lib. de gn̄atione. Nec aliquid frustra, & vnicuiq; quod sibi conueniens est dat. li. 8. naturaliū. & lib. 15. quod infinitū dat natura. & lib. 16. ut dixi ꝙ natura est sicut rectificator, & rector. & 17. ꝙ oē qđ facit natura f̄m ordinē: ꝙ in multis cōprobaui. Qūo ēt in aīalibus sola natura vtentibus est ordo, ita ꝙ natura duce errari nullo pacto pōt, vt ait Cic. li. 1. de legibus. & dat similitudinem l. ꝙ si nolit. §. qui mācipia iuncta gl. in uerbo, non infamare. ff. de ędili. edic. Itē naturali uitio parcit. tex. & gl. in l. fluminū. §. uitiū. ff. de dāno infe. & c. ad eius. §. q̄ tm̄ mulier 5. d. Et naturalia sunt immutabilia, uulgato. §. sed naturalia. inst. de iure nat. &c. & 5. d. i prin. & dixi. s̄. amplè in cōsid. loquē. de iuribus, quod illorū præcellat.

QVinquagesimaprima consid. laudē & præcellentiā cōsuetudinis cōplectitur in globo, cū altera natura dicatur, notatur p gl. in uerbo, cōsuetudo. i l. si qs posthumos. in prin. ff. de liber. & posth. & ī gl. cū p rerū. in l. actor. C. de ꝓbō. Qm̄ consuetudo bene agēdi uertitur in naturā. Salustius in Iugurtha. Mihi quidē oēm ætatē in bonis artibus egi benefacere. Iā ex cōsuetudine in naturā uertitur. & Lu. de Pen. in l. missi opinatores. col. 3. C. de exacto. tributorū. li. 10. ubi dicit, ꝙ oē qđ cōsuetū est, est velut innatū. similis. n. cōsuetudo naturæ. Vn̄ cōsuetudo ē delectabilis appetit⁹ f̄m Arist. 1. Ethicorū. & ex cōsuetudine vnumquodq; fit fortius. Tullius 3. Philip. Oē nascens facilè opprimitur, inueteratū plerunq; fit robustius. More etenim priuilegii ueneratur, & perpetuò celebrat c. mala. 8. d. uincit interdū ingeniū & artē. &, ut dicit Seneca li. de natura. qō. & ex ꝓuerbiis sapientū. Grauissimum est imperium cōsuetudinis, & eius authoritas est magna. c. consuetudinis. & c. in his. 11. dist. & Panor. in c. cōsuetudinis. & ibi Apostil. per tres, aut quatuor colu. extra de consuetudine. & consuetudo uincit, q̄ oīum rerum maxime uerborū est, ait Aul. Gellius libro noctiū Atticarū 12. c. 13. Et sicut mr̄i dēt adhiberi reuerētia cōsuetudini. ut dixi in cōmētariis nr̄is sup cōsuetud. duc. Burg. in ꝓę. in fine primæ glossę. in add. ibi posita: incipiente, & dicit Bal. sed in his nō insisto, cū ibi uideri possint. Et ut narrat Bernardinus de Bust. in serm. 31. secundæ partis sui Rosarii. in lit. P. Naturā ēt alterare dr̄ cōsuetudo, ut ostēdit Auerrois cōmentator sup 3. Phys. dicēs inter alia, ꝙ aliq ita sunt assuefacti comedere uenenum, ut esset eis ꝓ cibo, & in nutrimentū cōuerteret̃. qđ & refert Aul. Gel. noctiū Attic. lib. 17. c. 16. Anates ponticas edēdis uulgò uenenis uictitare. Et Mithridatē Pōti regē medicinæ rei, & remediorū id genu⁹ solertē fuisse. Ipsa ēt cōsuetudo est illa q̄ leges, & statuta, uel cōfirmat, uel infirmat. c. in istis. 4. d. l. de qbus. ff. de legibus. iō inquit Tullius in Tusculanis qō. li. 2. & dixi s̄. consuetudinis magna est uis. unde Ouidius in secundo de arte Amandi demonstrans eius potentiā, dixit.

Fac tibi consuescat, nil consuetudine maius.

Et, ꝙ consuetudine magis q̄ scripto fiat adoratio ad orientē, notatur in c. ecclesiasticarū. 11. d. de quo suprà in plurib⁹ locis. Vnū nō omittam, ꝙ consuetudo illorū cum qbus conuersamur, si nō est peruersa, ferēda est, ut dicit tex. in c. illa. 12. d. Nam dictat prouerbiū. Oportet amare amicos cū suis complexionibus, seu consuetudinibus, ut in c. 2. 41. distinctione. Consuetudines & prærogatiuæ prouincialium sunt seruādę, textus in lege obseruare. §. antequam. ibi. Magni enim faciunt &c. ff. de officio proconſ. & legati. facit lege si in aliquā. in prin. ibi, & ferias f̄m mores & cōsuetudinē, q̄ retrò obtinuit dare. ff. eo. & textus in lege vt prophanos. C. de paganis. ubi dicit, quod conuentus ciuiū, & eorū lætitiæ, & festa & conuiuia consueta nō debent eis interdici. pro quo ēt in §. ne aūt. in proœ. fforū. Item consuetudines ecclesiarū sunt seruandæ, vt in c. contra morē. 100. dist. Item & terrarū, ut in c. Ioānes. de clericis coniugatis. extra. & l. si fundus. ff. de euictio. & lege circa locationes. C. de loca. & l. si prius. ff. de aqua plu. arcen. Consuetudo excusat à multis, ut est tex. in l. j. C. de exactio. & transla. militi annonarum. lib. 12. & ibi gl. multas allegat concordā. A consuetudine tamen (licet diutius obseruata) propter utilitatem publicam licet discedere, text. in l. unic. C. de expensis ludorum. lib. 11.

QVinquagesimasecunda consid. laudem & excellentiam fortunæ attingit. In qua aduertēdū ꝙ summa felicitas f̄m Platonem & Aristotelem cōsistit in tribus bonis. Primò in bonis animi, ut sunt uirtutes. de quibus superius in 4. par. Secundò in bonis corporis, ut sunt ualetudo, seu sanitas, & pulchritudo, de quibus ēt supra dixi. Tertiò in bonis externis, q̄ fortunæ ascribuntur, ut in diuitiis & honorib. De diuitiis dictum est in parte præced. & adhuc aliquid infrà. De honoribus uero etiam supra in 1. par. Sed restat de bonis fortunæ an hæc fortuna sit felicitas, ita quòd sit aliquo modo extollenda. Phil. Beroaldus in suo libello de optimo statu dicit, quòd hæc toto mundo, ut inquit Pli. lib. 2. c. 7. locis omnib. omnibusq; horis, omnium uocibus sola inuocatur. una accusatur, una agitur rea, una cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, ut cum conuitiis tollitur, uolubilisq; à plerisq;, & cæca etiam existimatur, uaga, inconstās, incerta, uaria, indignorūq; fautrix, huic oīa expensa,

huic

huic oïa ferunt accepta, & tota ratione mortaliũ sola utramq; paginã facit. Hanc fortunã d eam, qua renuente nihil secundũ mortalibus contingere potest, uario ritu diuersis nominibus totus veneratur orbis.

A fortuna fortunatos dicim⁹ felices, quasi fortunę alũnos, aut filios, cui tm̃ tribuere veteres Romani, ut sexcẽtis tẽplis, totidẽq; cognomẽtis fortunã venerarent. Nãq; Romæ colebat Fortuna cognomẽto Primigenia, Viscata, Pusilla, Fortis, Mascula, Cõuertens, Bene sperãs, Virgo, Barbata: sicut Plutar. asserit in ꝓbleuma. & in lib. de fortuna Romanorũ, vbi disputat de laude, & excellẽtia virtutis ad fortunã. Hĩc Theophrast⁹ scripsit ĩ Calist. Vitã regit fortuna, non sapiẽtia. Plaut⁹ in Pseudolo. Centũ doctorũ hominũ cõsilia hęc deuĩcit dea fortuna. Atq; hoc verũ est, perinde, vt quisq; fortuna utitur, ita ꝑcellet, at q; exinde sapere eũ oẽs dicimus. Magnã (inqt M. Tullius) esse fortunæ uim in utramq; partẽ quis nesciat? Nã & cũ ꝓspero flatu eius utimur ad exitus ꝑuenimus optatos, & cũ reflauerit, & retrocesserit affligimur. Simulachrũ fortunæ, qđ cũ copia, & gubernaculo formarĩt, Author est Lact. li. 3. diuinarũ ĩsti. tãquã, & hæc opes tribuat, & humanarũ rerũ regimẽ obtineat. cui adstipulat Hora. q fortunã oĩpotẽtẽ vocat, cũ dicit.

Fortuna omnipotens insipientibus,
Quantum iuris atrox, quæ tibi vendicas?
Euertensq́; bonos, erigis improbos.
Nec seruare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus.
Fortuna innocuos cladibus afficit.
Iustos illa viros pauperie grauat,
Indignos eadem diuitijs beat.

Et de fortuna scripsit Philipp. Beroaldus ad Minum Rosciũ senatorẽ: ut his uersib. elegantissimis patet.

Nemo diu rebus confidat Mine secundis,
Nemo diu speret prosperiora dari.
Omnia vertuntur, nec regum regna ducumq́;
Stare queunt, celeri sors trahit ista rota.
Sicut terra vices mutat, rerumq́; colores.
Atq; annus varia tempora lege rapit.
Vt neq; pura dies omnis, neq; lucidus aer
Semper, & æstatem nubila pellit hyems.
Sicut ludificus boreas fulgentis honorem
Despoliat floris, adoreumq́; decus:
Sic homines fortuna rotat, quodcunq; benigna
Larga manu dederat, mox inimica rapit.
Cæca, vaga, inconstans, incerta, volubilis, illex,
Comis, blanda, potens, trux, violenta, rapax.
Hæc dea non stabilis, varia est, & lubrica, & omni
Mobilior vento, mobiliorq́; polo.
Hanc pedibus prisci vates finxere carentem,
Inq́; pila stantem, pennigeramq́; deam.
Hos, vt mater, alit: illos vt sæua nouerca,
Exagitat, fouet hos, his inimica nocet.
Hunc amat, ex imoq́; ad celsa cacumina ducit.
In solioq́; locat, conspicuumq́; facit.
Ast alium rapit in præceps, qui diuite gaza,
Qui regno fuerat fultus, & imperio.
Improba quanta potes, proh, quanta potentia regni
Est fortuna tui, quantaq́; mobilitas.
Quam sit diua tuum numen venerabile, magni
Aeneadæ ostendant Remulidæq́; patres.
Qui te tam multis olim coluere sacellis.
Quam non multa suo templa dedere Ioui.
Maxima barbatam fortunam Roma colebat,
Quòd dat barbatis gaudia, quòdq́; fauet.
Tullius extruxit fortunæ templa pusillæ,
Quam paruus magnum venit in imperium.
Et viscata dea est, homines quia prendit, & arctat,
Auceps, vt visco prendere tentat aues.
Est fortuna mala, est conuertens, est bene sperans:
Fortis habet nomen. Mascula culta dea est.
Vt tua multiiuga est varia, & numerosa potestas,
Sic sunt multa tibi nomina facta deæ.
Tu sors, atq́; Tychæ, modo tu fortuna vocaris,
Te modo naturam, cœlicolamq́; vocant.
Quidam te Nemesim memorant, Rhannusia multis
Diceris: ast alijs Nortia dicta dea es.
Omnibus ipsa locis cunctorum vocibus vna
Carperis, & coleris, prout mala, uel bona das,
Ipsa gubernaculum gestas, quia cuncta gubernas:
Et quia tradis opes, copia iuncta tibi est.
Omnes connexi tecum sumus, & tua vincla
Perpetimur cuncti, seruitiumq́; ferox.
Astricta nunc hos, nunc hos leuiore cathena,
Sæua ligas, felix qui iuga laxa subis.
Felix fortunæ quisquis memoraris alumnus.
In cuius gremio mollia membra foues.
At tu cui paulum arrisit dea cæca, caueto,
Ne det fucosas subdola blanditias.
Piscator veluti blanditur piscibus hamo.
Effunditq́; cibos, insidiasq́; parat.
Sic fortuna tibi comis blanditur, in altum
Tolleris, vt lapsu mox grauiore ruas.
Exemplo tibi sint Troiana, & Persica regna,
Argolici reges, Romuleiq́; duces.
Rex Priamus Phrygiæ populis sceptroq́; superbus,
Qui tenuit magnas luxuriosus opes.
Occubat infelix: ferro obtruncatur ad aras
Numinis, Hercæi victima fitq́; Iouis.
Dareum Persas, & Persica regna tenentem,
Qui fuerat regum maximus, atq; ducum.
Vincit Pelleas ductor, Bessusq́; trucidat,
Fortuna ex alto præcipitat solio.
Ponticus epoto rex claudere fata veneno
Conatur, nati Pharnacis arma timens.
Magna fuit quondam diuesq́; opulentia Cresi.
At seruus Cyri, mancipiumq́; fuit.
Olim Romani Libycum timuere Iugurtam,
Captiuus decorat pulchra trophæa Mari.
Diripiuntur opes Numidæ regnumq́; Syphacis:
Sceptriferasq́; manus arcta cathena ligat.
Quid gemini Atridæ? quorum alter coniugis arma
Sustinet infelix, alter adulterium.
Quid Magnus? quo nil Romana potentia maius
Vidit, qui toto victor in orbe fuit.
Vincitur à socero, fugit ad Nilotica regna,
Septimius Phario dirimit ense caput.
Olim Cæcropijs decorata est Hellas Athenis,
Græcia nunc omnis, Cæcrepidæq́; iacent.

Aedi-

Aedipodioniæ tenuerunt culmina Thebę:
At nunc Thebarum gloria nulla viget.
Troia fuit pollens Phrygijs celeberrima regnis:
Nunc Troia in cineres, versa, sepulta latet.
Alta Semiramio fabricata bitumine quondam,
Mœnia subuersa nunc Babylone iacent.
Quid plura enumerem? quondam decus, & caput orbis.
Roma, peregrino est subdita pontifici.
Cuncta fluunt, res nulla diu durare maligna
Sorte potest, celerem quæ rotat vsq, rotam.
Ac veluti lunæ facies modo conficit orbem,
Et modo deficiens nocte tacente silet.
Et modo clara micat per nox: modo nulla senescens
Cernitur: & nunquam quo prius orbe nitet.
Sic fortuna facit: nunc pura & lucida fulget,
Nunc obscura latet, nec manet vna diu.

Salustius quoq, Crispus, cum ait. Profectò fortuna ĩ omni re dominatur. & dicit Bal. in l. si duobus. in 1. col. C. cõmu. de lega. ꝙ à snia fortunæ non appellať. Quia fortuna non habet superiorẽ ĩ hoc mũdo. Hæc dea, (ut inquit Horatius) pollens est, vel imo tollere de gradu mortale corpus, vel superbos vertere funeribus triumphos: &, ut ait Ouidius.

Nempe dat, & quodcunque libet fortuna, rapitq,
Irus, & est subito qui modo Crœsus erat.

Et quanta sit eius potestas, satis indicant versus Iuuen. cùm ait.

Si fortuna volet fies, de rhetore consul,
Si volet hæc eadem fies, de consule rhetor.

Et ẽt Iuuenalis eã dicit collocandã in cœlo, cum ait.

Sed nos te facimus fortuna deam, cęloq, locamus.

Iõ dicit Bernardi. de Bust. ĩ serm. 32. 2. par. sui Rosarii. litera O. ꝙ maior est potentia fortunæ q̃ stellarũ, cũ de duobus sub eadem cõstellatione progenitis vnum in regno triumphare facit: alterum vero ĩ miserabili seruitute vsque ad mortẽ victitare cõtingit. Et, vt dicit Textor Niuernensis in sua officina c. loca deis sacra. Antium maritima vrbs Latinorũ fortunã habuit in honore maximo. Cui ẽt sacra fecit, teplũq; erexit magnificum, vnde Horatius li. carminum.

O diua gratum quę regis Antium.

Et ipsam fortunã amplissimè laudat, reprimit, & vituperat ipse Textor in suis Epytheticis. in verb. fortuna. Intm ẽt est laudanda fortuna, ꝙ data paritate in reliqs præferẽdi sunt bñ fortunati, vt dixi supra ĩ 9. par. 45. cõsid. Et qũo homines in vno loco sunt fortunatiores q̃ in alio, scribit Cælius lib. antiquar. lect. 1. c. 32. dixi etiam supra in hac parte, in conside. de climatibus, quæ est in ordine 16.

Il amore

QVinquagesimatertia conside. laudem & excellẽtiã amoris cõtinet. Inquantũ facit ad intentũ huius operis, dicã solum in quo cõsistit eius laus, me remittẽdo in reliqs ad Platonẽ, q plura de amore scripsit, & ad Aristotelẽ & Ciceronẽ, qui de amicitia veraciter scripserũt. Inter autem alia dicit Bernardinus de Bustis sermone 31. secundę partis sui Rosarii in litera M. ꝙ amicitia est oĩum rerũ fortissima, propter quam etiã inueniuntur aliq mortẽ, subiisse, sicut de discipulis Pythagorę legitur. vnde Salomon Cãticorum vlt. c. inqt. Fortis est, vt mors, dilectio. & habetur Eccles. 6. c. Amico fideli nulla est cõparatio, vñ dicit Aris. 2. Politicorum: Amicitiã qdẽ putam⁹ maximum esse bonum ciuitatib⁹, & Salus. ĩ Iugurtino. Non exercit⁹ neq; thesauri p̃sidia regni sunt, sed veri amici. Et Tul. li. de amicitia, ait. Ego uos hortor quãtum possum, vt amicitiã oĩb⁹ humanis reb⁹ anteponatis. Et idẽ in 1. lib. de fine bonorũ, & malorũ dicit. Epicurus qdã ita inqt. Oĩum rerum quas ad beatè viuẽdum sapientia cõparauit, nihil est maius amicitia, nihil vberius, nihil iucundius. Et Quintil. li. 5. declamationũ inqt. Non repio qd in rebus humanis excogitauerit natura p̃stãti⁹ amicitia. Et idẽ Cassiod. in li. de amicitia, & ipse Tul. in lib. 1. Rhetor. veter. Maximè bonum est amicitia: plurimę. n. delectationes sunt ĩ amicitia. & dicit Valer. lib. 4. de amicitia, ꝙ deserta est futura vita hominis, nullius amicitiæ cicta p̃sidio. Et autor Astrolabij inqt. Omnia dona dei trãscendit verus amicus. Est. n. iis amicus qdẽ, q est tã quã alter idẽ teste Cic. de amicitia. Et sic amicitia habet idẽ velle in licitis, & honestis, vt refert glo. fi. in l. latæ culpę. ff. de verb. & rer. sig.. vbi infert, ꝙ nõ ẽ amicitia inter latrones, & fraudatores, sed fraus, & dol⁹: ideo qa rei turpis cã. Et dr̃ amicus ẜm eãdem gl. quasi animi custos, & text. in d. l. dicit amicos appellari oẽs debere nõ leui notitia cõiunctos, *sed qb⁹ fuerint* iura, hoc est necessitudines honestis familiaritatis q̃sita rõnibus. Et ibi ait Cic. ꝙ nihil est tã naturæ *aptũ*, tamq; cõueniẽs ad res, vel secundas, vel aduersas, quã amicitia. Principio qs põt eẽ vita vitalis, qui nõ ĩ amici mutua beneuolẽtia cõquiescat? Quid dulci⁹, q̃ habere quo cũ omnia audeas sic loq, vt tecũ? quis ẽt tãtus fructus ĩ ꝓsperis reb⁹, nisi haberes qui illis ęquè ac tu ipse gauderet? aduersas verò res ferre difficile esset sine eo q illas graui⁹ ẽt q̃ tu ferret. Amicitia *plurimas* res cõtinet, quoquo verteris p̃sto adest, nullo loco excluditur, nunquã intẽpestiua, nunquam molesta est. Nam & secundas res splẽdidiores facit, & aduersas partiens cõicansque leuiores. Cumque *plurimas* & maximas cõmoditates amicitia cõtineat: tñ illa nimirũ p̃stat oĩbus, ꝙ bona spe prælucet in posterũ, nec debilitari aĩos aut cadere patiť. Verũ ẽt iã amicũ qui intueť, tanquã exẽplar aliqđ intuetur sui. Quocirca, & absentes adsunt, & egẽtes abũdãt, & imbecilli valẽt: & qđ difficilius dictũ est, mortui viuũt. Tãtus eos honos memoria desideriũ prosequiť amicorũ. Ex quo illorũ beata mors vr̃, horũ vita laudabilis, ꝙ si exemeris ex natura rerum beneuolẽtiæ cõiunctionem, nec domus vlla nec vrbs stare poterit. Nec agri quidẽ cult⁹ pmanebit: id si minus certe ĩtelligiť, quãta vis amicitiæ cõcordiæque sit, ex dissensionibus atq; ex discordiis pcipi põt. Quæ. n. domus tam stabilis, q̃ tã firma ciuitas est, q̃ nõ odiis atq; dissidiis funditus possit euerti? Ex quo quãtũ boni sit in amicitia iudicari põt. Sic natura solitariũ nihil amat, sempq; ad aliquid tanquã adminiculũ annitiť: ꝙ ĩ amicissimo quoque dulcissimũ est. Solẽ. n. è mundo tollere vñr, qui amicitiã è vita tollũt: qua à diis immortalib⁹ nihil melius habemus, nihil iucũdius, & cõcludã. Vita inculta, & deserta ab amicis nõ p̃t eẽ iucũda. Nẽpe & hi, q se totos tradiderũt voluptatib⁹ sine amicitia

vitam

vitã esse nullã sentiũt, si modo velint aliqua ex parte liberaliter viuere. Hic nõ omittã inserere, qđ & natura nos docuit de amicitia. Nã Appion doctus homo in lib. Aegyptiacorũ 5. vidisse se Romæ scripsit, recognitionẽ inter sese mutuã ex vetere amicitia hominis, & leonis, teste Aulo Gel. lib. noct. Atti. 5. c. 14. cuius verba transferre curaui. In circo maximo, inquit, venationis amplissimę pugna populo dabať. Eius rei (Romæ cũ forte essem) spectator inqt fui. Multæ ibi sęuiẽtes feræ magnitudine bestiarũ, oĩumq; inusitata aut forma erat, aut ferocia. Sed præter alia oĩa leonũ, inquit, immanitas admirationi fuit: pterq; oẽs cęteros vnus: is vnus Leo corporis impetu, & vastitudine, terrificoq; fremitu, & sonoro, toris, comisq; ceruicũ fluctuãtibus animos oculosq; oĩum in sese conuerterat. Introductus erat inter cõplures cæteros ad pugnã bestiarũ, Dacus seruus viri cõsularis, ei seruo Androdus nomẽ fuit. Hũc ille leo vbi vidit pcul, repẽte, inqt, quasi admiratus stetit, ac deinde sensim, atque placidè, tanq̃ noscitabundus ad hoĩem accedit. Tũ caudã, more atq; ritu adulãtiũ canũ clementer, & blãde mouet, hominiq; se adiũgit. Cruraq; & manus eius semimortui timore, lingua leniter demulcet. Hõ Androdus inter illa tã atrocis bestiæ blandimenta, amissum animũ restaurat. Paululũq; oculos ad cõtuedũ leonẽ reuertit. Tũ quasi mutua recognitione facta, lætos inqt, & gratulabũdos videres hoĩẽ & leonẽ. Ea res prorsus admirabilis, maximos populi clamores excitat. Accersitũq; à Cæsare Androdũ interrogatũq; dicit, cur ille atrocissimus leonũ vni pepercisset. Tũc Androdus rẽ mirã narrat. Quũ puinciã, inqt, Aphricã pconsulari imperio meus dñs obtineret, ego ibi ductis eius, & quotidianis verberibus ad fugã sum coactus: & vt mihi à dño terrę illius ꝑsi de tutiores latebræ forẽt, in cãporũ & arenarũ solitudines cõcessi: Ac si defuisset cibus, cõsiliũ fuit mortẽ aliquo mõ q̃rere. Tũ sole, inqt, medio rapido & flagrãti, specũ quandã nactus remotã latebrosamq;, in eã me penetro & recõdo. Neq; multò post ad eandẽ specũ venit hic leo debili vno, & cruẽto pede gemitus edẽs, & murmura, dolorẽ, cruciatũq; vulneris cõmiserantia. Atq; ille primo qđẽ cõspectu aduenĩetis leonis terrorẽ sibi incussum dicit. Sed postq̃ ĩtrogressus, inqt, leo, vti res ipsa apparuit, ĩ habitaculũ illud suũ videt me pcul delitescẽtẽ, mitis & mãsuetus accessit, & suspẽsum pedẽ ostendere mihi & porrigere, quasi opis petẽdæ gratia visus est. Ibi, iq̃t, ego stirpem ingẽtẽ vestigio pedis eius hærentẽ reuulsi. Cõceptãq; saniẽ vulnere ĩtimo expssi. Accuratiusq; sine magna iã formidine siccaui penit⁹ atq; detersi cruorem. Ille tũc mea opa & medela leuatus, pede in manib⁹ meis posito recubuit, & q̃euit. Atq; ex eo die triẽniũ totũ ego, & leo ĩ eodẽ specu eodẽq; victu vixim⁹. Nã quas venabať feras, mẽbra opimiora ad specũ mihi suggerebat, q̃ ego ignis copiã nõ habẽs, solẽ meridiano torrẽs edebã. Sed vbi, inqt, vitę illi⁹ ferinę iã ptęsum est, leõe ĩ venatũ pfecto, reliq̃ specũ, & viã fermè tridui pmẽsus, à militib⁹ visus apphẽsusq; sum. Et ad dñm ex Aphrica Romã deduct⁹, is me statim rei capitalis dãnãdũ, dãdũq; ad bestias curauit. Intelligo autẽ, inquit, hũc quoq; leonẽ, me tũc separato captũ, gratiã nũc mihi beneficii, & medicinæ referre. Hæc Appiõ dixisse Androdũ tradit: atque ideo cũctis petẽtibus dimissũ Androdũ, & pęna solutũ. Leonẽque ei suffragiis ppĺi donatũ. Postea, inqt, videbam⁹ Androdũ & Leonẽ loro tenui reuinctũ vrbe tota circũ tabernas ire, donari ære Audrodũ, florib⁹ spargi leonem. Omnesq; ferè vbique obuios dicere. Hic est leo hospes hoĩs, hic est hõ medic⁹ leonis. Plura alia exẽpla de more aĩaliũ: maximè delphinorũ, erga hoĩes, & ꝙ delphin⁹ sit hoĩs amicũ aĩal, vide p Plin. lib. naturalis historiæ. 9. c. 8. & Gelliũ ĩ noctib⁹ Atti. li. 7. c. 8. Sed de amore dicam⁹, de quo in auth. qbus modis naturales efficiunť legitimi. §. nouim⁹ coll. 6 dř ꝙ nihil est amore vehemẽtius. vbi gl. ĩ verbo, vehemẽtius, ĩquit.

Non frater fratri cum furor ille venit:
Igneus ille furor nescit habere modum.

Hunc amorem cõmendat Cęlius lib. antiquarũ lectionum. 9. c. 24. vbi ait, ꝙ Platonicus Phœdrus magnum esse Deũ amorẽ comprobat: apud Deos hominesq; mirandũ: cũ pp alia multa quę ibi describunť. Amor certè oĩb. ad oĩa est ingenitus: & qũo Athenis erat simulachrũ amoris, & ei fiebant sacra multis in locis. Et idẽ Cęlius lib. 12. c. 36. inquit, qđ Phœdrus maximorũ bonorũ cãm esse amorem pronũciat. Nec se inuenire quid melius accidere possit adolescenti, q̃ optimus amator, aut amatori q̃ amatus optimus. Et esse quidem duo quæ à pueritia per oẽm vitã ducere illum debeant. In reb. turpib. verecundiã, honestis studiũ. Hæc aũt nobis neq; diuitiæ, neq; honores præstare citius pñt ac melius, q̃ amor, neque absque his duob. aut ciuitas vnq̃, aut priuatus pclarũ aliqđ & magnificum pficere poterit. Nec ullus adeo ignauus est, quẽ amor non inflãmet ad virtutẽ, diuinũq; reddat, vt viro fortissimo par euadat. Nam vim furorẽq;, ut dixi, amor amãtib. inspirat. Quin ẽt p altero mori amantes soli eligunt. Nec uiri tm̃, sed mulieres quoq;, vñ ueri amoris ueręque amicitiæ testimonia sunt locupletissima, ut est historia de Tito Ful. Rom. & Gisippo Athe. viris amicissimis, q̃ est conuersa ex Boccatio à Philip. Beroaldo in linguã latinã. Laudes amoris cõmemorat ĩ orõne quã fecit de amore ipse Beroal. vbi ait Socratẽ philosophorũ fontem, quadã olim oratione amorẽ vituperaturum, ob verecundiã pallio caput operuisse. Idẽ mox eiusdẽ laudationes p palinodiã: hoc est ɔ̃riũ cantũ celebraturus, id aperto atq; reuelato capite factitauit. Iõ ibi laudatur⁹ amorẽ, alacri aĩo ita exordiť. Magnus Deus est amor, apud hoĩesq; mirandus, vt philosophi dixerũt, & ob originẽ, antiquissimã in primis honorandus. Si quidẽ Hesiodus in theogonia cecinit post primordiale chaos repente terram & amorem simul extitisse. Puto autem esse hũc insitum vnicuiq; eorũ q̃ sunt, naturalẽ vim, cãmq;, qua esse expetit vnumqđq;. & vt inquit Parmenides, añ Deos oẽs primũ gñauit amorẽ: vnde ab Orpheo (quẽ diuus Aug. inter theologos priscos annumerat) cognominat⁹ ẽ Pranes, ab eo ꝙ ex Chao primus apparuit, licet pĺes amores, vt Veneres, fabulosè ficti sint, quos plures scriptores cõmẽdarũt. Illis omissis amorẽ illũ celebremus (inquit Beroald.) q̃ à

Platone diuinitus memoratur. Qui virtutes amatoribꝰ suis cōciliat, q̃ nos dijs amicos facit: dicamusq́; eū esse cęlestē, beneficum, pacificū, pulcherrimū, qui mortalibus maximorū bonorum cā est, vt iam dixi. Qui pacē largit hoībus, q. ventis requiē, qui mari trāquillitatem, qui elementa societate conglutinat, qui cunctos familiaritate cōciliat, beneuolētiæ largitor, maleuolētiæ exterminator. Et quēadmodū cōiungi vna nō pōt amaritudo cū dulcedine: caligo cū lumine, pluuia cū serenitate, pugna cū pace, sterilitas cū fœcunditate, cum tranquillitate tēpestas: ita cū amore odiū, ira, inuidia, liuor, maleuolētia copulari non possunt. Et quēadmodū radius à sole, calor ab igne, rigor à glacie, candor à niue nequeunt separari: ita amore diuelli nō possunt beneuolentia, societas, necessitudo, concordia. Hic est.n. amabilissimus amicitiæ nodus, princepsq́; ad beneuolentiā conglutinandam. Vnde ab amore amicitia traditur esse nuncupata. Quod est nauigio gubernator, quod in ciuitate magistratus, quod in mundo sol, hoc inter mortales est amor. Nauigiū sine gubernatore labascit, ciuitas sine magistratu periclitat, mundus sine sole tenebricosus efficit, & mortaliū vita sine amore uitalis non est. Tolle ex hoībus amorē, solem è mūdo sustulisse videberis, vt superiꝰ dixi. Huc adde ꝙ hic Deus à nobis oēm rusticitatem amolitur, oīs elegātiæ, oīumq́; munditiarū pater est. Vnde venustè Plautinus senex amorē Deū adpellat munditiantem, eūq; puris nitoribus ait antecellere. Da mihi hominem efferū atq; truculentum: hunc amor euestigio mollē reddet & māsuetum. Da rudē & rusticanum, statim ab amore fiet ingeniosus & vrbanus. Da incultum, ab amore cultissimus efficietur. Denique torpor oīs, segnicies oīs, somnus lethargicus, marcor, squalor, incuria ex amoris cōtubernio eliminant, in quo industria, gnauitas, vigilantia, solertia, cultus, decor cōmoratur: ut de Galeso Cymonæ, de quo uide historiā in latinū è vernaculo sermone cōuersam p Philippū Beroaldū. Sed hic est modus, hæc mēsura, hoc tēperamētū, qđ virtutibus adhibetur in amore quoq; adhibeatur: & ꝓcul erit oīs de amore conqō. Nam, ut inquit, veridicè Plautinus seruus. Bonū est pauxillum amare sanè, insanè, nō bonum est. Nā virtus in medio consistit. & in nobis, teste apl̃o, ordinata debet esse charitas. Et cum nihil aliud sit amor ex diffinitione philosophorū, q̃ fruēdæ pulchritudinis desideriū, illū nos amorem laudamus (inquit Beroaldus) celebramus, extollimus, qui pulchertimus est, qui ex pulchrorum desiderio natus, pulcherrima plura mortalibus cunctis impartit. Nonne artes, vt ab hoc quasi quodā fonte emanarunt? Nonne hic oīum inuētionum autor est & propagator? medēdi nempe & diuinādi, & sagittas ab arcu excutiendi disciplinam (amore duce) inuenit Apollo. Texendi artificiū Minerua. Fabricā ærariam Vulcanus. Mensuras & pōdera Phędon. Literas Mercurius. Leges Ceres. Deniq; oēs q p artes inuētas vitā excoluerunt, Amore impulsore atq; ductore commēti sunt nouas adinuētiones. Nō.n. talia satagēdo inuenissent, nisi talia adamassent. Omitto, vt ait, ꝙ p amoris bn̄ficiū aīalia cuncta ꝓgenerantur in terris. Nonne ea quę inanimata dn̄r, amare quodammodo existimātur? Hinc magnes ferrum trahit, Succinum paleas, Cecias nubes, & vt inq̄t Empedocles, Arida terra, amat imbres. Et nemo nō (vt ait Hieronymus) aliquid amat. Deniq; amore constant omnia, augescunt, florescunt, propagantur. Igitur amorem colamus, amorem meritis præconijs extollamus.

QVinquagesimaquarta consid. de laude pecuniæ adstruit, q̃ excellit oēs res mundi. Cum ei omnia obediant, vt hr̄ ecclesi. 10. vbi dicit Salomon, Pecuniæ obediunt omnia, & in c. 7. eodē loco dicitur.

Sicut protegit sapientia, sic & protegit pecunia.

Et in lib. 3. de moribus medicorum dicitur.

Rex regum nummus dominus manet & dominatur.
Et cuncti reges subijciuntur ei. Vnde dicitur,
Nummus honoratur, sine nummis nullus amatur:
Nummus vbi loquitur, Tullius ipse tacet.

Et vt dicit Cęlius lib. antiquarum lect. 12. c. 68. pecunia dea dicitur. vnde Iuuenalis.

Et si funesta pecunia templo
Nondum habitas, nullas nummorum ereximus aras.

Sed, vt dicit Amb. lib. 2. Officio. c. 21. hoc malū iam dudū influxit humanis mentibus, vt pecunia honori sit, & aī hoīum diuitiarū admiratione digni, vt nemo nisi diues honore dignus putetur. Nā diues à diuo fit, ꝙ qui diues sit, quasi deus nihil indigere vr̄. vnde, teste Phil. Beroal. in suo opusculo de felicitate. Oēs ferè existimant summum bonum, seu felicitatē, esse diuitias, & solum diuitem esse beatum: primo in testem Horatium afferentes, qui ait.

O ciues, ciues, quærenda pecunia primum.
Virtus post nummos.

Et in sermonibus cum ait.

Omnis enim res.
Virtus, fama, decus, diuina humanaq́; pulchris
Diuitijs parent, quas qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis, iustus, sapiens, etiam rex:
Et quicquid volet.

Cuius sententiæ adstipulatur Petronius Arbiter in suo epigrammate, cum inquit.

Quisquis habet nummos secura nauiget aura,
Fortunamq́; suo temperet arbitrio.

Et paulo post.

Multa loquor, quid vis nummis præsentibus opta,
Eueniet: clausum possidet arca Iouem.

Hinc iurisconsultus Vlp. in l. bonorū. j. ff. de verb. sig. refert ꝙ bona natutaliter dicunt ex eo ꝙ beant, hoc est beatos faciunt, vt sunt diuitiæ, pecuniæ. Beare aūt est prodesse. Et ait Tullius, diuitias esse effectrices rerū magnarum, & in primis voluptatū. Pecuniæ nerui sunt bellorū, aurū psuasio est regū. Huic metallo (vt inquit veredicè Apuleius.) Difficultates oēs sunt peruiæ, & auro adamantinæ fores perfringuntur. Dicere solebat Verres, nihil esse tā sanctū, quod nō violari: nihil tam munitū, quod non expugnari pecunia possit. Aurum (vt inquit Horatius) per medios ire satellites & perrumpere amat saxa potentius ictu fulmineo. Philippus Macedonum rex omnia castella expugnari posse dicebat: in quæ modo asellus onustus auro ascendere posset.

Qui ve-

Qui verò pecunias bellorum neruos eē dixerunt, oracula certiora dixisse vīr. Archid. lacō socijs inquirentibus quātum satis foret pecuniā ad belli administrationem: rn̄dit, bellum ordinata non quærit. vnde in summo imperatore hæ res inesse debent. Scientia rei militaris, virtus, authoritas, felicitas, & auri copia, sine qua reliqua māca & mutila esse creduntur, sine quo præclara non facilè geri possunt.

Pecunia magna bonū generis humani existimat, vt inq̄t Euripides. Pecunia ī honore, paupertas ꝓbro haberi cepit, vt volūt Salust. & Seneca. Cui. n. diuitię affluunt, huic nihil deesse creditur. Nā, vt ait Horat.

Et genus & formam regina pecunia donat,
Et bene numatum decorat suadela venusq;.

Hinc in c. sicut hi. in princ. 47. dist. traditur, ꝙ mens mortaliū semper aurū, semper argentū videt: gratius intuetur aurum quàm solem: omnis nostra oratio & supplicatio ad deum aurum quærit: vnde Persius.

Prima ferè vota & cunctis notißima templis:
Diuitiæ crescant, vt opes, vt maxima toto
Nostra sit arca foro.

Et capi dēt hic pecunia ꝓ omni re, q̄ est vel esse pōt in patrimonio, iuxta tex. & no. in l. pecuniæ. j. & in l. seq. & in l. pecuniæ 2. ff. de verb. & rer. sign. & in c. totum. 1. q. 3. & clarior est tex. in l. pecuniæ 2. 3. ff. eo. q. ait: Pecuniæ nomini non mō numerata pecunia, hoc est nūmi, sed oēs res tā soli q̄ mobiles, & tā corpora, quàm iura cōtinērur: & hoc largissimè, sed strictè ꝓ pecunia numerata, vt est tex. ī c. 2. & 3. 14. q. 3. sed melior tex. in l. j. C. de probatio. Pretiū aūt non consistit nisi in numero tm̄, vt in §. itē preciū. insti. de emptione & vendit. Item largè pro oī eo ꝙ cōsistit pōdere, numero, vel mensura, vt in l. talis scriptura. ff. de leg. i. & l. ii. §. itē mutuū. ff. si cer. pet. & ibi notatur in l. ij. in gl. pe. C. de const. pec. & in d. §. itē mutuū. in gl. in verbo, pecunia. & in d. c. totum. 1. q. 3. Aduerte tn̄ ꝙ strictè accipiendo est de his quæ seruādo seruari non possunt. Bar. in l. j. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebel. & in l. interdum. ff. de condōne indeb. & Alex. in l. singularia. in 7. col. ff. si cer. pe. & do. meus Ias. in 1. col. vbi ēt declarat quō capiatur pecunia. Et idem de termino nummus, vt dicit idem do. meus Ias. in lege nummis. in 3. col. ff. de in litē iurando. Et teste Cælio lib. antiquarū lect. 12. c. 49. Nummus est qui rebus mensurā infert ac æstimationē. Estq; medius quodāmodo, cūcta metitur, ac rerū pretia inæqualium ea mēsura ad æqualitatem reuocantur. Quia verò ex lege est, non natura: proinde nūmi ꝓpsit appellatio à nomo, i. lege. Estq;, vt Arist. inquit, tanquam fideiussor. Quapropter nummum monetā appellauere, ꝙ signo numismatis moneantur, cuius pretii esset. Et licet in aliquibus laudetur pecunia, vt dictum est, tn̄ in plerisq; vituperat, qđ omitto, cū sit alienū ab hoc instituto. de quo Luc. de Pen. in l. hi penes. col. 2. C. de agric. & censitis. lib. 11. & per Philip. Beroaldum in suo libello de optimo statu. Et teste Blondo de Roma triumphante lib. 8. inter alias diuitias & pecunias, laudat illas quæ proueniunt ex agricultura.

Qvinquagesimaquinta cōsid. erit de tribus modis regēdi rēpub. seu tribus spēbus principādi in ipsa repub. & q̄ illarū sit potior melior & excellētior.

Nam primus modus seu prima species regēdi seu principādi est regni, in quo vnᵒ moderatur & gubernat ẜm virtutē: & istū principatū monarchiā vocāt, & est optimus inter oēs principandi modos, & multo antecellit, vt recitat Ant. Flo. in sua sum. 4. par. ti. 5. c. 4. §. 4. Repræsentat. n. diuinū regimen, quo totus mūdus ab vno creatore gubernatur & regitur. Repręsentat ēt ordinationē naturæ p quā oīs multitudo, & q deformitas ad aliqđ vnū gubernās reducit, sicut oīa, mobilia ad vnū primū mobile, s. cęlū: hæc Flo. vbi s̄.

Legistæ vero & iuriscōsulti alias rōnes cōmēdationū huius spēi principādi adducūt. Nā dicit tex. ī l. 2. §. deinde qa difficile. versi. nouissimè. ff. de origi. iur. ꝙ p vnū rectius q̄ per plures reipublicę cōsulitur. Facit tex. in l. 3. §. quāuis aūt. vers. apparet. ff. đ adm. tu. vbi dr̄ ꝙ facilius p vnū tutorē, q̄ per plures tutela admin. & ibi rō assignatur in gl. in verbo, faciliᵒ. cū ait.

Segnius expediunt commissa negotia plures.

Hoc & Philosophus 3. Politicorum asserit, q c. 11. & 12. decidet viro optimo potius q̄ multis ptātem tribuendā. vide Boheriū in tract. suo de custodia clauiū portarum ciuitatum, allegantem Aegidium de Roma in tractatu de regimine principū. & Bar. in tract. de regimine ciuitatum, & Card. in c. in apibus. 7. q. 1. vn̄ diuus Hierony. in psal. 146. Melius esse, inq̄t, vnū timere, vt plures non timeas: q̄ plures timere, vt ab vno sis tutᵒ. Dicebat ēt Homerus, vt eū recitat Aemilius, nō posse bn̄ rēpublicā geri multorum imperiis. Sed & apud Herod. Darius cū de statu Persarū cōstituēdo foret cōsultatio, pulchra orōne vincit vniᵒ regimen pstare, ita ꝙ ex eius cōsilio & sn̄ia. s. ꝙ melior foret status vnius ipse Darius paulo post rex Persarū fuit declaratus. Siquidem ex plurium ēt optimatum gubernatione odia inter ipsos priuatim excitātur in publicum pnitiosa, cū vnusquisq; primus in republica esse velit. Ex talibus aūt odiis seditiones, ex seditionib. cædes existūt. Proinde opus est, vt unus sit, veluti caput, à quo nequaquam membra dissentiāt. Et, vt dicit Pet. de Anch. in cōsi. suo 339. incip. pro maiori intelligentia. vbi plenè ponit de exordio regū. & dixi s̄. in 5. par. in 1. cōsider. ꝙ sicut iura imitātur naturā, vt in §. minorem. instit. de adoptio. Sicut regulariter in membrorū pluralitate est vnū caput, ita ꝙ si plura reperirent capita esset monstrum. l. nō sunt liberi. ff. de statu homi. & vbi pluralitas, ibi discordia. ca. qn̄. Adā. de pœnit. dist. 2. Sic vnus tm̄ debet esse rex dn̄s in societate. Ideo dicit Apostolus ad Ephe. 4. Vnū caput, vnᵒ spūs, vnus dn̄s. facit tex. in c. in apibus. 7. q. 1. vbi dr̄. In apibus dux vnus est, & grues vnam sequuntur ordine lr̄ato. Imperator unus iudex unius ꝓuinciæ. Nempe Roma cōdita duos frēs simul reges hr̄e nō potuit. In Rebeccæ vero vtero Esau & Iacob bella gesserūt. Ibidē pcipitur, vt singuli sint ecclesiarum Epī, singuli Archiepiscopi, singuli archidiaconi, & oīs ordo ecclesiasticus suis rectoribᵒ nitatur. facit ēt tex. in c. loquitur. 24. q. 1. vbi dr̄ ꝙ vnus est Deus, vna fides, vna spes, & vnum baptisma. Hinc hr̄ Ezechiæ. 37. Seruus meus Dauid rex super eos erit, & pastor vnus erit omnium illorū. Faciunt quæ dicit Sozi. in

consi.suo.165.in 2.vol.col.7. ibi: secundo hæc conclusio ꝓbatur, vnũ dicit, ꝙ virtus vnita fortior est ipsa dispersa, vt ait Philosophus. Vñ veritas, inq̃t. Oẽ regnũ in se diuisum desolabitur.& Arist. 12. metaphy. Entia nolũt malè disponi, nec bonũ pluralitas principũ, vnus ergo princeps. ẽt plura scribit Fel. in c. quę in ecclesiarũ 32. co.. versic. hanc declarationẽ limita. de const.& Aluar. in c. præterea ducatus. col. 2. de ꝓhibita feudi alienat. in vsibus feudorũ. Et amplissimè p Ægidiũ de regimine principũ. in 2. par. 3. libr. c. 3. & 4. vbi cõcludit melius esse ciuitatẽ, & regnũ regi p vnũ q̃ p plures, & iste modus nuncupatur Monocratia seu Monarchia, vt dixit, q̃ cæteros modos excellit, scilicet Aristocratiam, & Democratiam. de quibus p Franciscũ Patritium libro de regno, & regni institutione libr. 1. titul. 3. Et huius reipublicę regiæ modi sunt quinq;, vt in politicis Aristotelis li. 3. c. 10. & ibi Faber in suis cõmentariis. quos idẽ in introductione sua, quã facit in politica Aristotelis, sic deducit.

Primus cum uni ob ingentia beneficia, & lõgè p̃cellentem virtutem gubernationis summa creditur. Et hic proprius, & maxime regius modus est.

Secundus, cũ unus non omnium, sed autoritatem belli perpetuam habet.

Tertius, cũ vnus ẜm legẽ, & patrium morem, uolẽtibus quidẽ, & æquo animo seruile iugum ferentib⁹, dominorũ ritu pręest, atque dominatur.

Quartus, cum vrgentibus rebus vnus eligitur, qui potestate durante dominorũ ritu exercet imperium.

Quintus, cũ vnus oĩum habet ptãtem, & in ciuitate ĩ iis q̃ publica sunt, & in iis q̃ foris gerũt, & hi vltimi quatuor modi, scđo loco, & min⁹ ꝓprie regij sũt.

Alius verò est modus principãdi, seu alius est principatus, qđ est regimen optimatũ principatũ ẜm virtutẽ, & vocat Oligarchia seu Aristocratia. i. ptãs optimorũ, in quo aliqui principantur. Hęc verò potestas est minor monocratia, sed superat democratiam, vt dicit Anto. Flor. in loco hic superius allegato. Hanc multũ laudat Franc. Petrar. in suo tractatu de inst. reipublicæ li. 1. c. 1. sed forte, qa Flor. & propter eorum communitatẽ. Hanc ẽt laudat. F. Patritius Flor. lib. 1. de institutione reipublicæ. tit. 4. ubi dicit, ꝙ in ea specie principãdi, in qua optimates agunt soli, qui in ciuitate cũ virtute degunt: quiq; optimi sunt rempublicã administrant, nec multitudinis fauor, neq; diuitiæ, aut nobilitatis gloria opitulatur: sed honestas illos ad magistratus aut dignitatem prouehit, & credibile est ex optimis optima existere consilia.

Istam ẽt administrationẽ, s. paucorum, valde probat Philip. Beroaldus in libello de optimo statu. Nã ꝙ status optimatium, q̃ dr̃ Aristocraticus, vt inquit, sit optimus, noĩe ipso declaratur, & exemplis tã recẽtibus quàm uetustis liquet, & autoritate fulcitur. Sẽtentia Plautina est in milite. Nemo solus satis sapit. vnde, Ve homini soli, quia si ceciderit nõ habet subleuãtẽ. Ex quo fit, vt consultationes plurium bonorũ in vnũ cõspirantes sint salutares, & cõducibiles reb⁹ magnis administrandis, Arist. 3. Politicorũ. Vno, inquit, duo meliores sunt. & Homerus. Duos ad oĩa esse præstantiores. Hinc Agamẽnon Homericus decẽ optat consiliarios Nestori consimiles. Et ita hortabatur Megabyzus, vt gubernatio regni Persarũ ad Oligarchiam, i. statum paucorũ traduceretur.

Et huius reipub. optimatũ quatuor sunt modi, de q̃bus Arist. 4. Polit. c. 7. & ibi in cõmẽtario Fabri Stapul. & p eũdẽ in dicta introductione in ipsa Politica.

Primus, inquit, cũ absolute, & simpliciter ab optimis viris ẜm virtutem respublica moderatur, & hãc proprie optimatem rempub. appellant.

Secũdus, cũ in ciuitatis administratione diuitiarũ & virtutis habito respectu ad magistratus euehũtur.

Tertius, cũ ad tria, diuitias, virtutem, & populũ, aut duo, virtutem, & populum, respectus habetur.

Quartus, cũ ea quæ respublica peculiari noĩe dicitur, ad paucorũ gubernationẽ potentia inclinatur, & hi tres vltimi minus ꝓpriè optimates modi dicunt.

Alius, & tertius est modus principãdi. seu alia est species regiminis reipublicę, quæ vocatur Democratia, & est regimen seu gubernatio populi, & est ĩ quo res agitur ad imperiũ multitudinis, cuius nutu leges describũtur, & magistrat⁹ oẽs eligunt, & ꝙ pluribus ur̃, id cõe oĩum esse iudicatur. ꝓ quo facit tex. in l. 2. §. nouissime. & §. deinde cũ esset. ff. de origine iuris, & in l. j. in prin. ff. de cõst. principũ, & §. sed & ꝙ principi. in prin. inst. de iure natur. gentium, & ciuili.

Et huius popularis gubernationis sunt quiq; modi seu species, ẜm Arist. lib. 4. Politico. c. 4. ubi commẽtarius Iacobi Fabri, quos breuiter recapitulat in introductione superius allegata modo sequenti.

Primus, cum dñante lege, & pauperes, & diuites æquam habent gubernandi facultatem.

Secundus, cũ gubernationẽ ẜm legem existẽte magistratus, & honores à censu, & quidem exiguo dispẽsantur. l. posita, ut qui tantilla possidet habilis sit ad magistratus obeundos, qui uerò non, inhabilis esto.

Tertius, cum omnes omnino ciues indipiscendorum magistratuum habiles sunt, modo comprobentur idonei, ac lex dominetur.

Quartus, cum lege dominante omnes omnino ciues habiles sunt.

Quintus, cum oẽs ominino ad magistratum functiones sunt indifferentes, verũ non lex, sed multitudo dñatur, & hæc deterrima, & tyranni simillima popularium spẽs, in qua decreta populi plus possunt q̃ leges, & in qua maximè oriri solẽt populi ductores q̃ assẽtãtes bñuolẽtia, & fauore populũ quo uolũt, ducũt: quos Gręci, demagogos, Socrates fucos appellat.

Hac, ut dicit F. Patricius. lib. de instit. Reipub. 1. ti. 4. Herodotũ laudat Othanes, cum de instituẽda Persarum Republica agitur, eamq́ue nominari dicit Isoniam, i. quasi iuris æqualitatem, quando in Republica in qua multitudo dominatur, æquo inter oẽs iure dirimẽda sint. Iubetq́., vt in ea magistratus sorte dicatur, q̃ gestorũ oĩum rõnẽ reddãt, uultq́;, ut omnia cõsilia in cõe referantur, & in multitudine omnia sint.

Huius finis est libertas, nihil magis cupit popularis multitudo, q̃ ptãtẽ uiuẽdi hr̃e, vt velit, q̃ quidẽ libertatẽ Cicero esse affirmat. Et, vt dicit idẽ Patricius, libertatẽ eẽ dicit naturalẽ facultatẽ ei⁹, qđ cuique facere libet, nisi ꝙ ui aut iure prohibet, & hãc diffini- tio

tionẽ ponit Iustinianus in §.j.inst.de iure personarũ.

Et de istis tribus speciebus administrãdarũ specierũ ornate copioseq́, disseruit ipse Philippus Beroaldus in d.lib.de optimo statu.in prin. & tãdẽ inclinat in hanc partem, ꝙ status vnius optimus præstantissimusq́; esse credit: vt inclinat aĩus, rõ suadet, & snĩa eruditorũ decernit: quorũ autoritas nobis pro rõne sufficiat. Sed vt ad incepta reuocemur, subiungit idẽ Patritius paulo post, ꝙ alia sunt genera regẽdi Rẽpublicã, qm̃, vt dicit. Nonnunq̃ accidit, vt in aliquib.ciuitatib.soli opifices, & agrorũ cultores dñant: q. qm̃ multitudine præstant, nobiliores pessundant, & virtute affectos bonisq́; artibus eruditos ludibrio cõtẽptuiq́; habent, fieri p fortunã põt, vt eiusmodi ciuitas tuto aliquandiu ac q̃ete se habeat. Sed inclinante fortuna facilè cernitur, q̃ difficile sit cũ eiusmodi hominibus bene agere. qui.n.in agris, aut officinis aluntur, oĩum rerũ experiẽtia carent, submissoq́; aĩo regunt. Nec doctrina, aut genere, aut magnarũ rerũ experiẽtia adiuuantur, & dum nobiliores formidãt, temerè oĩa, aut crudeliter agunt, plebs namq; oĩs, aut humiliter seruit, aut cũ magna crudelitate imperat. Vnde M.Tullius in orõne pro Plancio sic ait. Nõ est cõsiliũ in uulgo, nõ rõ, nõ discrimen, nõ diligẽtia, & sciditur incertum studia in cõtraria uulgus.

Et ẽt cõtra, vt nõnullas ciuiles societates soli nobiliores regnant: quorũ quidẽ imperiũ neutiquã comprobandũ censeo. Aduersantur, n. plerunq; plebi, nec societatẽ iferiorẽ æquo aĩo perpeti possunt, vt de nobili Claudiorũ familia legim⁹. Ex iis penè oẽs aduersus plebẽ adeo violẽtos, ac cõtumaces fuisse cõstat, vt nec capitis quisquã reus ad populũ mutata veste prouocare, aut gratiã, veniãq́; deprecari uoluerit. Atqui Apppius Claudius regillianus cũ decemuir esset legibus scribũdis, & virginẽ ingenuam per vim libidinis gratia i seruitutem conaret̃ asserere, cãm plebi dedit rursus à patribus discedendi. Nec minorem violẽtiã in plebẽ ostendit Claudia eiusdẽ gentis fœmina, quę cũ in cõferta multitudine uix in carpẽto diuehi posset, palã exclamauit, Vtinã reuiuisceret Claudius Pulcher, iterumq́; classem amitteret, quo minor turba mihi obuiã daretur. Et quanquã nobiles uiri animo excellentiores sunt: tñ proniores ad bella esse cernũtur: q̃ quamuis imperia aliquando augeant, plerũq; tñ vrbes funditus euertunt. Lacedæmonij, (ut Dionysius Halycarnaseus scribit) aduersa i Leuctris pugna, in qua mille, & septingẽtos ciues amiserunt, nunquã amplius ex calamitate ciuitatem cernere potuerũt. Thebani quoq;, & Athenienses ex infelici euẽtu pugnæ apud Cheroneã nõ modo principatu Græciæ à Macedonibus, sed patria ẽt libertate priuati sunt. Iniquũ prꝑterea esse vr̃, vt cũ ciuitas ex solis nobilib⁹ extare nequeat, sed longe maior sit reliqua multitudo, soli nobiles imperent, reliqui aũt oẽs famulentur.

Alimẽta nãq; naturalia agricultura nobis suppetit, mercatura aũt reliqua necessaria. Quo fit, ut nec sine cultorib.agrorũ, nec sine mercatorib. ciuilis societas eẽ possit. Nõ igr̃ à publicis munerib.auocãdi sũt, quorũ vsus reipublicę necessari⁹ esse cernit̃. Sed his munerib⁹ honestãdi, q̃ facilè p se gerere possunt, vel collegis adiuuãdi, à quib⁹ eorũ gressus adeo regant̃, vt nihil incõmodi ciuitas capiat, & īferiores à maioribus non uideant̃ oĩno destituti. Mediocres certè q̃ neq; abiecti sunt, neque opulentia nobilitatis nimis exultant longè modestius p̃sunt. Sed si alterutrũ, necessarium est, vel sola nobilitas, vel sola plebs imperet: lõgè tutius arbitror cũ nobilitate, q̃ cũ plebe agere. Raro.n.turpiter, aut indecorè agit, q. maiorũ suorũ laudem secũ periclitari cernit. At ille q̃ p sese ignotus est, & maiores suos lõgè obscuriores habet, paruã admodũ iacturã sibi aliq̃n facere vr̃ si deliquerit. Sũt p̃terea ingenitę nonnullæ virtutes nobilioribus, vel eas assequũtur p̃suasione maiorũ. Hæc Patritius in p̃dicto loco: & ibi uide exempla de virtutibus, & gestis quorundam nobiliũ, & rusticorũ. Tandẽ concludit, ꝙ ipse est de numero illorũ, q. optimã Rempublicã eẽ dicũt, q̃ ex oĩ genere hoĩum cõmixta sit ex rõnibus p eũ ibi deductis, & ppea laudat rempublicã Lacedæmoniorũ (sicut, & Philippus Beroal. in dicto libello de optimo statu.in principio) veluti ex Monarchia, Aristocratia, & Democratia cõsistentẽ. Rex. n. apud illos erat pro unius gubernatione, Senatus pro paucorũ potẽtia, Ephori aũt statũ popularem repñtabãt. Dicit ẽt (licet aliis verbis) Ant. Flor. in loco.s̃.allegato, ꝙ optima politia eẽt, q̃ ex trib.s̃. nominatis mixta cõstaret. Sic. n. vnusquisq; auidius rempublicam amaret, & ardẽtius statuta seruaret. Si ergo aliq̃ ĩ populo sapiẽtiores ab ipso in Principes, vel p̃fectos eligãtur, & hi ulterius in regẽ vnũ p̃ficiũt, q tã eis q̃ populo pręsit, erit iste Principatus optimus, q̃a sub ipso Principe sunt aliq̃ principantes ꝯm virtutẽ, vñ in oĩa regimina cõueniunt. Constat. n. ex democratia.i. ex potestate populi inquantũ ad ipsum pertinet electio Principum. Item ex Aristocratia, in qua aliqui optimates principantur, qui prædicto modo habent vim eligendi. Itẽm ex regno inquantũ vnus ex prædictis optimatibus electus tam eis, quàm populo præficit̃.

Hæc utiq; politia in lege diuina fuit instituta. Nã ex populo aliqui sapientiores eligebant̃. Vñ Deut. 1. dicit Moyses ad populũ. Date ex vobis viros sapiẽtes & gnaros, & quorũ cõuersatio sit probata in tribub⁹ vestris, vt ponã eos uobis principes. Et hæc erat quædã politia popularis, inquantũ hi maiores à populo eligebantur. Inquantum verò hi principes populum gubernabant, inferiores causas iudicãtes, erat quasi q̃dã species politiæ popularis inquantũ optimatum. Inquantũ verò vnus p̃ficiebatur omnibus, quasi singulariter p̃sidendo, erat quædã species regni. Et hæc politia obseruatur apud Venetos, qui habent ducem electũ à primatibus, & optimatibus, seu cõsilio illorũ, qui quidem optimates eliguntur à populo, & illi optimates administrant iustitiã, & alia negotia cõitatis, & dominij. Ille uerò dux pręest, & præsidet omnibus tanquã oĩum, & optimatum, & populi superior.

Hæc etiã politia seruatur in regno Frãciæ, si bene cõsideretur regimen ipsius regni: qm̃, vnus est rex solus in toto regno, qui prꝑsidet oĩbus, & ducibus, & optimatibus, & cæteris alijs qui ei obediunt, & subijciunt̃. Isti verò optimates, q tñ ab eo ordinãtur, & cõstituuntur, iustitiam populo administrant: exemplo

 Moysi

Moysi, qui cōsilio & ꝓuidētia Ietronis eius cognati cōstituit ex plebe viros sapiētes & timētes Deū, i qb. esset veritas, odientes auaritiā, qui iudicarēt populū oī tpe, vt hr̄. Exo. 18. Sic rex Nabuchodonosor cōstituit Danielē præfectū & magistrū sup cunctos sapiētes Babylonis. vt est Danie. 2. & ꝓ politia populi habet quælibet ciuitas suum defensorem, qui eligitur à populo. de quo in authē. de defensoribus ciuitatū colla. 3. & in parte præceden. in 5. consideratione. ex quo omnes politiæ in regno comprehenduntur.

Vo

QVinquagesimasexta cōsidera. Cū s̄. proximè tactum est dignius, nobilius, & excellentius regimen esse regni, idcirco nō immerito indagandum esset de regnis, quod ex ijs excellentius iudicandum.

De Regni

De regno cęlorū ante dictū est ista pte, in 2. cōsid.

Narrat August. lib. 17. ca. 17. de ciuitate Dei, tria olim fuisse regna eminentia, insignia, & excellentia, videlicet Sycioniorum, Aegyptiorum, & Assyriorū: Sed Assyriorum (vt inquit) multo erat potentius ac sublimius. Nam Ninus Beli filius illius regni rex (excepta India) vniuersæ Asiæ populos subiugauerat, quæ secundum aliquos dimidiam partem mundi, secundum verò alios tertiam continet.

Sed ſm Danielē, vt hr̄ Dan. 2. fuerunt quatuor regna antiquitus p quatuor metalla figurata, & hæc dicta sunt & fuerunt pͨipua in orbe. s. Oriētale, quod fuit Assyriorū, & significatū p aurū. Meridionale, ꝙ fuit significatū p argētū, fuit regnū Persarū & Medorū. Septētrionale, quod significatū fuit p æs, eo quia fuit æneū. quartū Occidentale, qđ fuit regnū Romanorū. Et cū diu fuissent regna oriētis illustria, voluit Deus occidētale ferreū, qđ tpe esset posterius, sed imperij latitudine & magnitudine illustri⁹. Quòd sicut ferrum cōminuit & corruit oīa alia metalla, sic ēt illud vltimum regnū cōminuit oīa alia regna, vt dicit text. Daniel. 2. Idq; potissimè concessit Romanis ad domāda multarū gētiū mala. qui tn̄ laudis, honoris, & gloriæ auidi consulerent patriæ, in qua ipsam gloriā requirebāt, salutemq; eius saluti propriæ ꝑponere non dubitarent, vt dicit Aug. 5. de ciui. Dei c. 13. Romanū imperiū, quod ipsi virtutibus ꝓmeruerūt, cuncta in oībus superauit, teste Augu. in pͩicto loco c. 14. Verū prout dicit glo. Dani. eo. c. 2. sicut in prin. Romano imperio nihil fortius fuit, atq; durius, ita in fine nihil erit debilius. Licet dicat Methodius, ꝙ regnū Romanorū magnificabit sup oīa regna gētiū, & nequaquā delebit ab vllo eorū ī æternū. Hnt. n. arma inexpugnabilia p q̄ deijcientur oēs aduersarii eius, quod verum dici posset de imperio Romanę ecclesiæ, non capitolii, vt dicit Luc. de Pen. in l. conductores. col. 4. C. de conducto. & procurato. lib. 11.

Quicquid sit hodie inter oīa regna mundi, regnū Franciæ est excellentius aliis, vt satis amplè deduxi s̄. in 5. parte, in 30. cōsid. Nec pōt sane dici aliud fuisse præfiguratum, q̄ illud, de quo Danie. in d. c. 2. vbi dicit. In diebus aūt regnorū suscitabit De⁹ cęli regnū, quod inæternū non dissipabitur, & regnū eius alteri populo non tradetur. Non. n. est regnū Romanorū, qa Romani non tenent illud, sed Alemani, gens Romanis aliena. Iō istud est regnum Christianisimū, cū Rex noster Christianissimus dicat̄. & de huius regni laudibus & excellentia & ēt Galliæ, vide in pͩicta 5. parte, in 30. consider. & in hac parte, in 17. conside. Quod ēt satis ostēditur ex dictis Iacobi Bonaudi in suo panegyrico post additiones ad Ioānem de Terra Rubea in suo lib. quem intitulauit, Vinea Ecclesiæ, vbi ait, ꝙ licet sint plura regna in mundo: qm̄, vt ante dixi, sūt tres partes orbis, Europa, scilicet Asia, & Aphrica. Et in qualibet parte sunt plura regna, vt in Europa sunt regna sequentia, videlicet Francorū regnum, Romanorum, Hispanorum, Anglorum, Siculorum, Legionis, Portugalię, Aragonū, Nauarræ, Daciæ, Bohemiæ, Armeniæ, Cornubię, Cypri, Sardinię, Conachiæ, Muniauiæ, Vrchoniæ, rex Catholicus, Nauarchiæ, Coleñ. Mamiæ, Voloegamiæ, Minoricarū, Scotiæ, Poloniæ, de quibus dixi in d. 5. parte, in 28. consideratione. Et oīa veniunt per successionem præter regnum Romanorum, vt dicit Bal. in l. ex hoc iure. versi. quartò quæritur. ff. de iustitia & iure.

In partibus uero Asiæ sunt hæc regna, scilicet regnum Cataltharsæ, Turnestar, Corasmæ. Confamiæ, Indiæ, Persarum, Medorum, Portiæ, Georgię, Syriæ, Cappadociæ, Eithyniæ.

In partibus vero Aphricæ hæc regna colliguntur, Aethiopiæ, Libiæ, Aegypti, Arabiæ, Iudeę, Ciciliæ. & teste eodē Iacobo, reperitur in Europa, Thessaliæ regnum, Macedoniæ, Thraciæ, Scythiæ, Muritaniæ, & Numidiæ, & ibi multa ex illis laudat, maximè regna Aegyptiorum, Scytharum, Bithyniæ, Siriæ, Arabū, Cappadocū, Parthorum, Indorum, Hispanorū, & Italorum laudat, & de eis plures laudes depromit, cum quibus ēt addit vitia, q̄ omitto recensere, cū sit extra aream. Tn̄ inter cætera regna mūdi extollit regnum Franciæ ex pluribus ibi descriptis: de quibus aliqua dixi in d. 5. pte, & scribit Ioānes Ferrault in suo peculiari tractatu de priuilegiis & insigniis regni Frāciæ.

QVinquagesimaseptima consideratio de excellentiori insula mūdi percūctatur, q̄ hic cōmodè inseritur post excellētias prouinciarum, cum insulę sint pars prouinciæ. l. insulę, & ibi glo. ff. de iudiciis. Nempe, vt refert Philippus Bergomēsis lib. 1. sui supplemēti plures reperiunt̄ insulę, quas describit vsque ad numerum 88. & dicit celebriores & notas: & eas ponit ſm ordinem Alphabeticum laude aliquarum. De multis fit mentio in libro de locorum ac mirabilium mundi descriptione, qui est impressus cū Geographia Ptholemæi c. 16. cum quatuor sequen.

Credo ꝙ Britannia, siue Anglia, quę Britānia maior nuncupat̄, est excellētior q̄ sit in mari Oceano, & illā dicit permaximā ipse P. Bergomas lib. 4. sui supplemēti chronicarū, quę quidē triangularis est, & ab oī continenti hr̄ diuisa. Vnde ait Virg. in Buccolicis,

Et penitus toto diuisos orbe Britannos.

Hæc secundum Solinum porrigitur in longū octingentis passuum milibus. apud eosdem, teste Plinio li. 2. longissimus dies est 17. horarum. & in Italia est 15. & illorum nox septem resultat horis. Italorum verò nouem, Vnde Iuuenalis Saty. 11.

Et minima contentos nocte Britannos.

Hui⁹ aūt insulæ maxima pars plana & frugifera est, abundat

abundat pecore, auro, argento, ac ferro. In ea sunt fontes calidi, & salubres. Gagates itē lapis ibi plurim⁹, optimusq; q̄ in aqua ardet, oleo verò restinguit. Itē Margaritas scribit Pli. li. 9. nasci ī ea īsula, paruas & decolores. Hanc Gregori⁹ magn⁹ beatissim⁹ Pōtifex eo missis Augu. Mileto, & Ioā. monachis, vitæ ꝑbatissimę viris, primū ad Chr̄i fidē cōuertit. Ibidē Lōdinū ciuitas, nūc Londra regū sedes, & copia negociatorū, & lanificii arte celebris est. Narrat & ipse P. Bergomen. li. 12. p̄dicti supplemēti, ꝙ cū Ioan. Anglorū regi Ludou. Franco. Rex maximū indidisset bellum, Ioā. diuino auxilio vsurus, statim, & Angliā totā atq; Hiberniā ꝓuinciā suā Romanę ecclesiæ vectigales fecit. Nā centū auri marchas quotānis se eidē soluturū cōpromisit, si ab eius impetu eū dn̄s liberare dignaret. Atq; ita victoria diuinit⁹ parta, postea aliquādiu apud Anglorū reges, hoc votū seruatū ē. Et idē li. 11. narrat quō Alidulphus Anglorū Rex, inter cætera memoratu digna, ob singularē religionē, vniuersā īsulā Romanæ eccl. tributariā fecit. Nāq;, vt singula dom⁹ quotānis singulos argēteos ipsi eccl'æ ꝑsolueret.

Hybernia insula Britanniæ ꝓxima, dimidio minor q̄. Anglia existimat, spacioq; terrarū est illa angustior, sed situ fœcūdior, gētes hēt ferocissimas, & bello aptissimas, q̄ pulchro sunt corpore, & elato, membrisq; robustissimis ac colore cādido. Equosq; parit, q̄ à natura suauissimo īcessu, & quadā modulatione veluti more regio deambulare vn̄r. Ibi null⁹ anguis, auis rara, ac apis nulla. hāc insulā Celestinus Papa ei⁹ nominis prim⁹ p Patriciū beati Martini Ep̄i ex sorore nepotē ad Chr̄i fidē cōuertit, autore P. Bergomate in suo supplemēto chronicarum lib. 4. Et in d. insula (q̄. s̄m aliquos Hyrlanda dr̄) teste Baptista Fulgosio li. de dictis factisq; memorabilib. tit. de miraculis. c. de gēmis. terrā, coriumq; aīaliū in ea natorū veneno sæ bestiæ deuitant fugiuntq;. Experiēdo. n. hoīes didicerūt hæc animalia si ancipiti ponātur, vt vel ea, vel ignes contingant, in ignes ipsos potius se recipere.

Hirlandiæ verò regio equos habet vectorios præcipua bonitate, quos ubinos vocant, celeriores Anglicis, quos gradarios dicimus.

Scotia ēt insula est (eodē P. Bergomen. ibidem teste,) & est etiā Angliæ suprema portio (quamuis in d. descriptione locorū dicat, ꝙ Scotia eadē est, & Hibernia,) sed in Aquilonem uersa, quæ & fluminibus non magnis, & monte quodā ab Anglia ipsa dirimitur. Ibidē Brunali tp̄e vix sol tribus horis super terrā apparet. Scoti Hybernorū amicitia, societateq;, plurimū gaudent. In Scotia, & Hybernia plures sunt Metropolitanæ ciuitates, quā in Anglia. In hac q̄ppe insula cōstat natā fuisse aliq̄n arborē miraculosam, seu prodigiosam. s̄. quandam fluminis ripam, q̄ fructus producebat ad anatarum auium similitudinem, qui quidem cū maturitati proximi essent, sua spōte decidunt, & alii in terrā, aliiq;, in aquam, & qui in terra oīno putrescūt, in aquis verò demersi, mox aīati enatare incipiunt, atq; sub aquis, & in aera pennis volāt, de quo. j̄. amplè in 80. consider. uer. refert etiam.

In mari verò magno mediterraneo credo Cretam insulā esse excellentiorē. unde in descriptione locorū s̄. allegata. ca. 18. dicit, ꝙ pars est ingens Gręcię, & quondā fuit centū vrbibus nobilitata, vn̄ & hæc Centropolis dicta est. Creta igit̄ autore P. Bergomen. in suo supplemento chronicarū li. 3. nobilissima insula, nunc Veneto subdita populo. (Nā Bonifaci⁹ Mōtisferrati Marchio, illā cū indigeret pecuniis, Venetis vēdidit. (uidetur ad principatus totius Græciæ fuisse nata, atq; situata. Hęc q̄ppe cūcto īminet mari, cum & Græci ferè oēs circū idē mare sint positi. vn̄, & in medio mūdi dicit̄ eē posita. Abest à Pelopōneso modicū quid. Et illi à septētrione est Aegeūm mare, & ab Oceano Ioniū. A mane aūt illi Icareū est mare. Et ab occiduo Afro absoluitur pōto. hēt in lōgitudine. 270. pass. milia. In latitudine 50000. Circuitus verò etiā DXC. milia pass. cōplectit̄. prima, (ut Ptol. & Solin⁹ referūt) nauib. & sagittis claruit, primaq. literis iura cōfinxit. Equestres ordines prima ordinauit, ex qua rei bellicę cōualuit disciplina, studiū musicū īde ꝓhibetur, & in ea īceptū. Est itaq. in primis siluestriū caprarū, admodū copiosa, ceruos nō hēt, lupos vulpesque ac alia quadrupedū noxia aīalia nulla habet. serpens ibi nullus, nec noctuæ aues. Larga est vitib⁹, & ideo optimi vini, ꝙ Maluaticū vulgo appellat̄, ferācissima, eo ꝙ mira in ea sit solis indulgentia. in eadē aliq̄n Labyrinthus fuit, memorabile Dedali opus à Poetis decantatum. Maximè ab Ouidio qui ita ait.

Dedalus ingenio fabræ celeberrimus artis.
Ducit in errorem variarum ambage viarum,
Ponit onus, turbatq; notas, & limina fluxu.

Habet, & hæc nunc insignem vrbem, s. Cretam, quæ olim Cortina dicebatur, pœnes quam est principatus. licet Gnosum urbs olim Minois regis regia fuerit (qui primus leges Cretensibus dedit,) & Strabonis optimi Cosmographi patria.

Cyprum insulam inter alias famosam esse scribit idē P. Bergomen. d. li. 1. & ēt scribitur d. c. 18. & illa fuit famosa diuitiis, maximè ęris. Ibi enim prima inuentio huius metalli fuit, & vtilitas. & Cypri Regni principium uide in d. supplemēto chronicarū li. 12.

Rhodos est Cycladū insularum (quæ omnes sunt nume. 53.) prima, & ēt vrbs ī ea pulcherrima, & Metropolis. P. Bergomen̄. in dicto supplemēto lib. 3. dicit, qd̄ hæc insula nōgentorum ac viginti stadiorum ambitu continetur. In orientali promontorio constituta, inter Asiaticas insulas tertia. Nā Lesbus, & Cyprus maiores hn̄r, quæ & portubus, & viis, & mœnibus olim sicut nunc cæteras Asiæ vrbes superauit. Romanis, & Græcis semp amica, q̄ cū libera eēt multis, & donis, & simulachris excellentissimis claruit. Præcipuè uerò Colossi fama extitit insignita. Statuā. n. illā alii Solis, alii Iouis fuisse tradūt. q̄ Cares Lyndus statuarius decies septenū cubitorū altam ex ære ædificauit. vn̄ postea Rhodii Colossen. dicti, ad quos apostolus epistolā scripsit. Fertur aūt quondam hæc insula adeo magno terręmotu cōcussa, ut labentib. ī illis tectis ingēs quoq; ille colossus rueret, teste Ptol. ubi. s̄. Nā, ut Solinus autor est, nunquā ita cœlū nubilū est, ut in sole Rhodos nō sit. aurū Rhodi pluisse ob felicitatē, dignitatē, & antiquitatē insulę cecinit Pindarus, ubi studia artiū liberaliū, & in primis ora-

toriæ, & legalis facultatis floruerũt, & naualis rei pe ritia adeo valuit, vt annis multis maris impio potire tur, & Piratarũ latrocinia sustulerit. Cura illius insu læ diu fuit in manibus religiosorũ militum (q̃ beato Ioãni dicati sunt) vt superius dictũ est ĩ 4. par. in 64. cõsid. Me tędet nũc de ea loq, cũ aut pp ipsorum mi litũ incuriã, malã custodiã, seu defensionẽ, aut quia forte ita deus fieri disposuit pp eorum peccata, aut principũ Christianorum discordias, inter eos tunc existentes, aut aliàs nescio deus.n.scit. Ab anno dñi 1522. sit in manibus spurcissimę sectæ Turchanę re dacta p ipsũ Turchã vi oppssa.

Vnũ hic referã, qđ ipse Phil. Berg. lib. 13. sui supple mẽti scripsit. ita.n. ait Ferũt Rhodios quoddã castellũ S. Petri nominatũ munitissimũ habere (qđ intellige dũ possideret à Christianis) quodq; magno sumptu custoditur, quod nõ paruo vsu ipsis militibus & cęte ris Christianis, qui s. in manus Turchorum incidũt, sæpe eo fugientes saluantur. in quo ingentes canes, milites ipsi tenent & nutriunt, quos extra castra om ni nocte emittunt, de qbus dr̃, ꝙ Christianos odorę solũ cognoscant, eisq; aduenientibus blandiuntur, Turchos aũt latratu ꝓdant, & morsibus insectentur.

Sicilia insula est Italiæ pulcherrima, & de hac Dio. sic scribit. Sicilia optima insularũ oĩum antiquitate rerũ cæteras antecellit. Patet in lõgitudine millia pas suũ 187. in latitudine 189. & omnis eius ambitus, vt hr̃ in dicta locorũ ac mirabiliũ mundi descriptione 120. claudit stadiorũ triũ milliũ. f̃m Diodorũ in sex to, clauditur stadiorũ quatuor millium trecentorum & sexaginta. f̃m verò Solinũ trib⁹ millib⁹ tm̃. Est au tẽ Sicilia hæc insula terris frugifera, q̃ maximè frumẽ ti fertilissima. idcirco Romani eã suũ horreũ vocauę rũt, ꝙ omnibus in rebus cæteris Italiæ prouinciis su perior haberet. Vnde Cicero in Ver. M. Cato sapiens cellã penuariã reipublicæ nostræ, nutricẽ plebis Ro manæ Siciliã nominauit. Ideo Cæres ĩ ea sationis ma gistra fuit, ꝙ in ipsa primũ semina terræ commiserit. Abundat p̃terea auro, croco, melle, zuccharo, aliisq; permultis, & non modo fructibus, sed & pecoribus, pellibus, lana, & caseo, cauernis tñ, & fistulis penetra bilis, vẽtisq;, & sulphure plena. Vnde, & ibi Aethnæ montis extant incendia. Principẽ urbium Syracusas, habet, & Alphæum fluuiũ magnorum generatorem equorum. Achatem lapidem ipsa primum ex Acha te flumine protulit. Parturit & mare eius coralium. In ea insula primum est inuenta comœdia.

Omitto Sardiniã insulã in aliquibus partibus feli cem, præcipuè tritico, pascuis atq; pecoribus. ibi nul lus Lupus gignitur, neque serpens reperitur vllus.

Itẽ, & Corsicã insulam quæ abest à Sardinia nouẽ milliũ pasib. & quæ tpe Plinii, (vt ipse attestatur in tertio) tres, & triginta habuit ciuitates, q̃ insulæ fe racitatẽ, & dignitatẽ præ se ferre uident. In ea nũc sex extant ciuitates non ignobiles sub archiepiscopatib⁹ Genuensium, & Pisanorum ab Honorio IIII. Pontifi ce suppositæ. Hæc ipsa insula p̃ter optimũ vinũ, etiã alios fructus gignit suauissimos, abũdatq; bobus, ca pris, ouibus aliisq; animalibus pp lætissima pabula: & inter cætera canes ferocissimos producit, autore Phil. Bergomate ĩ d. suo supplemẽto chronicorũ lib. 4. & de pluribus aliis insulis à paucis diebus reper tis scripsit idem Philosophus in d. supplemento lib. 1. Alias autẽ plures insulas excellentes & famosas vi dere põt curiosus lector in locis præallegatis, & per Cosmographos & alios qui de hac re scripserunt.

QVinquagesimaoctaua consid. sit de dignitatibus ducalibus & similibus post regalẽ dignitatẽ, quę dignior & excellentior sit inter oẽs dignitates ducales Christianorũ. In hac re uideo multos oblitę pere, qui suam patriã efferre conantur. Exaltaẽ à suis ducatus Mediolani, cuius dux habet iura regalia, cũ legitimare possit, vt scripsi in cõmento nostro super cõsuetud. ducatus Burgun. titulo *des sucesssions des ba stards*. artic. 3. in gl. ab intest. versic. quid autem de du cibus. Qui etiam in suo ducatu æquiparatur impera tori in vniuerso, vt dicit Paulus de Castro cõsil. 225. super primo dubio allegato per Alexand. in consi. 1. in 1. volum. repetito in consilio 87. in 2. volum. Frã ciscus Curtius præceptor meus in tractatu feudorũ (quẽ sub eo audiui) in secũda parte, in 2. quęst. prin cipali, vbi etiã dicit, ꝙ Angelus in consilio 194. inci piente, in causa accusationis. dicit, ꝙ Comes virtutũ dux Mediolani censetur supremus princeps. Et etiã dux Sabaudiæ, vt scribit Iacobinus *de sancto Geor gio* in sua inuestitura feudali, in gl. prima versi. *dubi tatur*. & Laurentius Calcanens in cõsilio secundo in cipiente, quidã nobilis strenuus uir. Anto. in 10. col. & arguẽdo pro ducatu Mediolani, in eo est unus Ar chiepiscopus. s. Mediolanensis habens 18. episcopos suffraganeos. s. Papien. Ferrarien. Pergamen. Brixien. Cremonen. Nouarien. Vercellen. Iporien. Taurinen. (nunc uerò est Archiepiscopatus) Asten. Aquen. Al ben. Terdonen. Saonen. Albiganen. Vintimilien. & Placentinum, quorũ decẽ sunt in ipso ducatu. Etiam multi comitat⁹, quos nũc tenet dux Mediolani. Etiã maior est in redditu, quã alius ducat⁹, sed obest cum plures alii duces eũ præcedere debeant rõne antiqui tatis, cum tm̃ fuerit ducatus effectus anno 1395. & Io. Galeatius filius Gelatii Marię fuit primus dux, & antea sub titulo comitis annis 20. ibi rexerat. Purpu ratius uerò ĩ l. j. nu. 225. 239. & 633. ff. de officio ei cui mãdata est iurisdi. laudat ducẽ Sabaudiæ, qui ꝑ certo laudãdus est, cũ sit uicarius Imperii, licet à pau cis sit ducatus, cũ esset comitatus. uide per eũdem in rub. ff. de iuris. om. iud. nu. 20. Ducatus uero Aquita niæ, qui olim fuit regnũ, cum regnum Franciæ fuit diuisum, & in tres partes, ideo in memoria pristinæ dignitatis, & ex quo multa alia excellentia habet (cũ habeat sub se plures comitatus, & etiam ducatus, vt ante dictũ est in quinta parte, in 46. consideratio.) vi deretur esse dignior, & laudabilior.

Ex multis ẽt de ducatib. Britaniæ, & Normaniæ, q̃ sunt excellẽtissimę patriæ, & magni prouentus dici posset. Cum etiã quasi in centuplo excedant redditũ ducatus Burg. ideo uideretur, ꝙ sint excellentiores.

Etiam est dignitas seu terra q̃ dicit Archiducatus Austrię, qui in hoc uĩ hr̃e quãdam præeminentiam seu excellentiam, ut in d. 5. par. in 44. considera. scri ptum est, ideo non repeto, quoniam vnusquisq; suũ lauda-

laudabit cũ tps affuerit,& cũ hæc pars sit satis onerata,sufficit mihi laudare patriã nr̃am. Et ꝗcq̃d de aliis dicatur, ducatus Burgundiæ dignior & excellentior iudicatur. testis est locuplex Philippus Bergomas in suo suppleměto Chronicarũ lib.8.& 12.vbi ait,ꝙ illa regio longo tpe sub regibus fuit: sed hodie dignitate regia amissa,ducatus titulũ accepit.Cuius duces cæterorũ Christianorũ duces facilè antecellunt. Etiã (vt clarũ est) dux Burgundiæ prætextu patriæ habet maiore dignitatẽ,cũ sit primus par Franciæ. Hinc tenens primũ locũ inter pares Frãciæ.Hinc est, ꝙ in cõuocatione triũ statuũ Frãciæ semper Burgundiones, & Hedui sunt primi post Parisiẽses,ꝗ repñtãt principalẽ ciuitatẽ totius Galliæ,vt scripsi añ in 5.par.í46. cõsid.vbi ẽt dixi ducẽ Burgũdiæ ĩ cõsilio gñali totius Christianitatis ꝓcedere alios duces . imò ẽt electores impii pluribus de causis. Plus etenim fecerũt ꝓ fide Christiana ipsi duces Burgundiæ, q̃ alii duces Christiani,vt in chronicis patet.Verũ ẽt ꝗa aliàs fuit dignitas regalis,ideo in memoriã & reliquias pristinæ dignitatis honor eidẽ debet̃.dixi ante ĩ loco ꝑallegato. & amplè scribit Feli.in c. q̃ in ecclesiarũ.col.29. extra de cõstitutio.& ĩ c.sup lr̃is.extra de rescrip.& do. meus Ias.in l.3. col.3.ff. de acquirẽ. poss.Purpur.in l. impium.nu.84.ff.de iurisd.om.iud.Inter comites verò vr̃ ex rõne ꝓcedenti , cũ dux Burgũdiæ alios duces ꝓcedat saltẽ Frãciæ,rõne paritatis seu pareriæ, cum sit primus Frãciæ par inter duces.Ita ẽt comes Flandriæ ꝓcedere debeat alios comites, saltẽ in Frãcia,cũ sit primus par ex comitibus.Licet comitat⁹ Cãpaniæ potius mereatur dici ducatus , cũ nõ solũ habeat decẽ barones vasallos sub se, verũ vltra decẽ comites feudatarios & feuda ab eo tenentes , tñ in Frãcia comes Flãdriæ alios ꝓcederet rõne pareriæ,& sic tres comites pares ꝓcederent alios ꝑter comitem stabilem,de quo añ scripsi in 7. par.in 8. conside. & 9.par.in 13. cõsid.ꝗ apud nos dr̃ constabularius,seu Conestabilis Frãciæ.Sed ꝗa vr̃ solum esse offm̃ & non dignitas: Iõ pares Frãciæ illi ꝓferendos arbitrarent̃.vide s̃.ĩ d. 5. par.in 43.cõsid. & ẽt ꝙ comites de cõsanguine regio alios antecellunt. Inter Marchiones pauci excellẽtes apud nos reperiunt̃. in Italia verò duo sunt excellentes,& duo in regno Neapolitano,plures vero in Alemania.In Italia sunt marchio Mantuæ,marchio Mõtisferrati,& etiã marchio Salutiarum: sed inter illos crederem excellentiorem esse marchionẽ Mãtuæ ꝓpeius antiquitatem, & quia maiores habet sub se ciuitates & subditos,ẽt iura regalia in totum, prout alii principes Italiæ,siue sint duces siue comites.ideo illustris dicitur,& eũ appellat illustrẽ Bal.in cõsi.195. incip.laudare vos nõ expedit.lib.2.& ibi vocat marchionẽ Ferrariæ(ꝗ hodie factus est dux) magnificum. & Sozi.in consi.suo 66.incip.visa donatione. col. 6. lib.3.appellat marchionẽ Mãtuæ illustrissimũ. idem Bal.consi.359.incip. quemadmodũ.lib.3.illustrẽ appellat marchionẽ Ferrariæ . Et idẽ vocat marchionẽ Mõtisferrati illustrẽ ĩ c.cũ eccla S.Mariæ.col.2.extra vt lite pẽdente.vers. sed nunquid, ꝙ illustris dñs &c. Et ita ẽt eum vocat F.Cur.iuni. in consi.2.incip. vasallus. Et ẽt marchionem de Trans nuncupat illustrẽ Philip.Deci.cõsi.269.incip.cõsultus ab illustri Marchione. sed apud nos non sunt tantæ ꝑtãtis & autoritatis, vt in Italia , nec etiam duces , & comites , cùm non habeant in totum iura regalia.

Si abundè q̃ras legere de Ducibus, Marchionib⁹, & comitibus Germaniæ, vide Franciscum Trenicum in li.exigeneos Germaniæ , vbi de laude & excellẽtia Germaniæ in toto illo volumine scribit. Et ibi lib.3. c.62.scribit de archiducatu Austriæ, ꝗ tpibus Federici I.Barbarossa fuit erectus in ducatũ ex Marchionatu.Tẽporibus vero Drusi & Traiani fuerat regnum. Sed tpe Federici tertii patris Maximiliani primus se Archiducẽ nominari fecit,& gessit, de quo ante in 5. par.in 45.consid.scriptum est.

Inter principatus verò, qm̃ ẽt est dignitas specialis,puta principatus Orengiæ, Telemont, Achaiæ, Pedemontium: credo tñ ꝙ principatus Pedemontium sit excellentior. cũ plures sint in eo vrbes insignes, vt est Taurinũ,in quo hodie est Archiepiscopus & vniuersitas multũ excellens,in qua studui, vercellæ, mõs Caleti, Susa , & est optimi redditus sub æstimatione 70.mille ducatorũ & vltra. Habet sub se quatuor comites.de Valpurguus, Plosaschi, Lucernæ , & de sancto Georgio. Et de eo facit mẽtionẽ Iacobinus de S. Georgio in sua inuestitura feudorum, vbi ait ducem Sabaudiæ esse principem Pedemontium: sed parum de dicto principatu scribit.

QVinquagesimanona cõsideratio de tribubus Iacob seu Israel quæ fuerunt duodecim secundũ filios eius. Apocal. 21.hic pauca conferet , videlicet nomina, & quæ earum nobilissima erat.

Prima.n.fuit tribus Ruben,à primogenito filio ipsius Iacob. non tñ creuit: quia maculator fuit lecti patris sui. Per incestum quippe dormiuit Ruben cũ Bala concubina patris sui , vt habetur Gen.35.(vbi etiam enumerantur filii Iacob) quæ erat verá vxor Iacob,non tamen præcipua in honore.

Secunda tribus fuit tribus Symeonis,à qua fermè omnes pharisæi descenderunt.

Tertia verò tribus fuit trib⁹ Leui,à qua sacerdotes sumpti sunt.Et ꝗa sacerdotes & Pharisæi futuri erãt primarii autores,qui suis cõsiliis iniqs, & falsis ꝑsuasionibus Christi mortẽ procurarent, ideo Iacob corũ pater in eos sic prophetarat,vt hr̃ Genes.49.Simeon & Leui Fratres vasa inquitatis bellantia, in consiliũ eorũ nõ veniat anima mea.Et sequitur.Maledict⁹ furor eorũ , ꝗa pertinax,& indignatio eorũ,quia dura.

Quarta fuit tribus Iuda, quippe Iacob pater dixit Iudæ. O Iuda, te laudabunt fratres tui. vt scribitur Gen.49.Cuius nomen, confitens interpretatur.

Quinta trib⁹ Zabulon fuit,cuius mãsio fuit ꝓpe mare mediterraneũ.Hæc trib⁹ mixta fuit Leuitib.idolatris,qđ Iacob ꝑdixerat.Zabulõ ĩ litore maris habitabit,& in statione nauiũ pertigẽs vsq; ad Sydonem.

Sexta fuit tribus Isachar,quæ ẽt prope mare mediterraneum morãs dedita fuit laboribus agriculturæ, non vacans ad bella frequẽter: ꝗa eorũ terra erat fertilis,& sacerdotibus decimas, & principibus tributa dabant.q̃ sic futurã ꝑdixerat Iacob pater, ingens.Isachar asinus fortis accubãs inter terminos, vidit reqẽ

quod

ꝙ esset bona, & terrã quod optima, & supposuit hu merũ suũ ad portãdum, factusq; est tributis seruiẽs.

Septima fuit tribus Dan, de qua fuit Sanson, q̃ iudicauit pplm 20. annis, & eũ à Philisteis liberauit, q̃bus tanq̃ coluber formidini fuit, quę omnia Iacob p̃dixerat sic. Dan iudicabit populum suum, sicut & alia tribus in Israel, fiat Dan coluber in via.

Octaua fuit tribus Gad, cui⁹ possessio fuit cũ possessione Ruben. & mediæ trib⁹ Manassæ possessionibus, vt patet Iosue 13. Quia tñ illa vtiliter trãsiit Iordanem ante alias, quamuis ad suam possessionem redierit. Illud prædixit pater Iacob sic. Gad accinctus præliabitur ante eum, & ipse accingetur retrorsum.

Nona fuit tribus Aser, quæ fuit optimo solo constituta, in quo optima quæque nascebantur, & ideo de ea pater Iacob prędixit sic. Aser pinguis panis ei⁹, & prębebit delitias regibus.

Decima fuit tribus Neptalim, cuius situs erat in loco valde calido. ideo fructus illic primi erãt, quasi p̃cones inter alios, ex q̃bus primitię offerebãtur ad diuinas laudes, qđ verbis Iacob p̃notatũ sic fuerat. Neptalim ceruus emissus, & dans eloquia pulchritudinis. quasi dicat velut ceruus cursu uelocior, sic terra Neptalim in fructib⁹, vñ diuinę laudes celebrantur.

Vndecima tribus fuit Ioseph, q̃ in spiritualibus & temporalibus bonis plurimũ laudatur, & hoc in ipso Ioseph, qui valde in illis creuit, ꝙ Iacob benedicẽs insinuauit sic. Filius accrescens Ioseph, filius accrescens, & decorus aspectu.

Duodecima fuit trib⁹ Beniamin, trib⁹ bellcosa nimis, vt videre est in lib. Iudicũ. de illa tribu fuit Paulus apostol⁹, q̃ primo quasi lupus rapiẽs Christi oues ad torturas, tãdẽ cõuersus plurimũ ampliauit gregẽ dominicũ. de quo Ang. vult ꝓphetiam Iacob intelligi, q̃ est ista. Beniamin lupus rapax, mane comedet p̃dã, & vespere diuidet spolia: vt habetur Geñ. 49. sic & prædicta quę prophetarat & annũciauit Iacob pater filiis suis, scribuntur in dicto loco.

Inter istas duodecim trib⁹, tres trib⁹ Leui, s. Iuda & Ioseph fuerũt eminẽtiores. Leui, s. i legis interp̃tatione. Cui⁹ sñiæ in arduis & difficilib⁹ legis Dei man dato stabãt aliæ trib⁹ iuxta scripta Deute. 17. vbi hr̃. Si difficile & ambiguũ apud te iudiciũ eẽ pspexeris ĩter sanguinẽ & sang. cãm & cãm, leprã & nõ leprã, & iudiciũ ĩtra partes tuas videris verba variari, surge & ascende ad locũ quẽ elegerit dñs De⁹ tu⁹. veniesq; ad sacerdo. Leuitici gñis, & ad iudicẽ q̃ fuerit illo tpe, q̃resq; ab eis, q̃ indicabũt tibi iudicii ueritatẽ, & facies qdcũq; dixerint, q̃ p̃sunt loco quẽ elegerit dñs.

Tribus verò Iuda regia dignitate præcellebat. vt id expresse habetur 1. Paralipomenon 5. Porrò Iudas qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe eius principes germinati sunt.

Demũ tribus Ioseph in possessione sui p̃ris Iacob primogenita tulit, & si penultimus natiuitate fuerit, patet, quia Ioseph dono accepit à p̃re vrbẽ Sichẽ, vel Sicar, cui dixit moriẽs pr̃, vt scribit Gene. 48. Do tibi partẽ unã extra fratres tuos, q̃ tuli de manu Ammorei ĩ gladio, & arcu meo. Ad idẽ facit qđ dr̃ 1. Paralipomenon 5. Primogenita autẽ reputata sunt Ioseph.

Omissa autem tribu Ioseph, cui primogenita in possessione concessa fuerunt, tribus Iuda & Leui cõparandæ veniunt in nobilitate.

Et reuera si cõferat trib⁹ ad tribũ dũtaxat, sine sacerdotalis ordinis cõsideratione, q̃ppe ñ oẽs Leuitę fuerũt sacerdotes, sed Aeronitæ tm̃, trib⁹ Iuda p̃ cęteris clarior est, ẽt tribu Leui, qđ ꝓbatur sic multipliciter.

Primò in benedictionibus q̃bus eandẽ Iacob ante Leui cumulat sic, in laude & honore q̃ virtuti debet, vt hr̃ in loco sæpi⁹ allegato, s. Gen. 49. Iuda, te laudabũt fratres tui: deinde in fortitudine. vt eodem loco sic dicitur. Manus tuæ in ceruicibus inimicorũ tuorũ. qđ potissimè in Dauid impletum est, q̃ fuit de tribu Iuda, & alii reges in Ierusalẽ post eũ. Subinde in exhibẽda reuerẽtia præfertur Iuda tribus sic, vt ibidẽ subiungit. Adorabũt te filii p̃ris tui. demũ in successione, qm̃ de tribus Iuda Christus vẽturus erat, & venit, s̃m illud ibidẽ prophetatum. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittẽdus est, & ipse erit expectatio gentiũ, & habetur ad Hebrę. 7. Quę promissio etiam Dauidi facta his verbis, vt in psal. 131. De fructu vẽtris tui ponã super sedẽ tuam. Accedit ꝙ in tribu Iuda fuit vrbs sacerdotalis, vtpote Ierusalẽ. Et trib. Iuda in fide perseuerauit cũ tribu Leui. trib. Iuda post *Moysem* p̃ mare rubrũ prima intrauit. Et post mortẽ Iosue *ipsa* tribus Iuda prima ꝓ custodia terræ promissionis *bellũ* gessit, s̃m illud Iudic. primo. Dixitq; dñs. Iudas ascẽdet, ecce tradidi terrã in manu eius. postremo patet excellentia tribus Iuda in ordine offerentium in tabernaculo, q̃a diuino decreto tribus Iuda præcessit, iuxta illud Numeri 7. Primo die obtulit oblationẽ suam Naason filius Aminadab de tribu Iuda.

Verũ si consideremus tribum Leui, vt sacerdotalẽ tribũ, q̃a à Leui sacerdotes assumebant vti accipi vr̃ in li. numerorũ. Numeri primo ibi, Tribũ Leui noli numerare, neq; pones summam eorũ cũ filijs Israel, sed constitues eos super tabernaculum testimonii, & cuncta vasa eius, & quicquid ad ceremonias ptinet. Vbi aliæ tribus ad bella segregatę sunt, tribus Leui. i. sacerdotalis ad diuinum ministerium reseruata fuit.

Et sic ex his tribus Leui, i. sacerdotalis fuit oĩum nobilissima & à Deo electa. facit. c. solitæ. de maio. & obe. c. plurimos. 82. dist. & hoc patet p̃ illud qđ dixit Deus Moysi. Exo. 28. Applica quoq; ad te Aaron fratrem tuum cum filiis suis de medio filiorum Israel: vt sacerdotio fungantur mihi. Et sequitur. Faciesq; vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam, & decorem. quod de tribu Iuda nusquam legitur.

Præterea sacerdotes tribus Leuiticæ erãt sacris dati ppetuò, sacri populorũ duces, sacra dantes, i. sacramenta. & sacra docẽtes, i. legem Dei, s̃m id. Eruntq; sacerdotes mihi religione perpetua. Exo. 29. Et quia Saul, nec sacerdos, nec đ Leutica tribu attẽtauit offerre holocaustũ cõtra diuinũ & Samuelis mãdatũ, audiuit. Nequaquã regnũ tuũ vltra cõsurget 1. Reg. 13. quod in pęnã factũ fuit. Quippe Saul ĵ. sacerdotalem dignitatẽ erat, præsumpsit supra officium suũ.

Eo modo rex Ozias cũ esset de tribu Iuda, q̃a nõ erat sacerdos, dum p̃sumpsisset adolere incensum in con-

conspectu dñi Dei, cõtinuo lepra est percussus. 2. Paralipomenon. 26. Et id ad dignitatem tribus Leuiticę, i. sacerdotalis accedit. Quia labia sacerdotis custodiũt sciam, & legem requirent ex ore eius. Malac. 2.

Demũ, vt cõcludaẽ ꝓ hac par. Leuitica trib. ab aliis tribubus, et à tribu Iuda decimas sumebat, & hoc diuina autoritate, iuxta illud Nume. 18. Filiis aũt Leui dedi oẽs decimas Israelis, in possessioné ꝓ ministerio quo seruiũt mihi ĩ tabernaculo fęderis. Hac rõne ꝓbat Paulus ad Hebr. 7. ꝙ Melchisedech fuit maior ipso Abrahã, qa decimas assumpsit ab Abraham, & simili mõ oblationes, Ge. 14. Et ppa non habuit Leui parté, neq; poss. cũ frib. suis, qa ipse dñs possessio rei est. Deutero. 10. & 18. Hoc postremũ claré ostẽdit sacerdotalẽ tribũ fuisse omni alia tribu. digniorẽ, quia aliis tribubus benedictionẽ dabat, & à nulla bñdicebatur. Modo ex Pauli sñia, vt ad Heb. 7. sine vlla contradictione, quod minus est à meliore benedicitur, quod recitatur in c. denique 21. distin.

Et sic constat sacerdotalem tribum omni alia nobiliorem, prout sacerdotalis est.

SExagesima cõside. quarundã ciuitatũ laudes & dignitates expromit, & q̃ inter eas potius sit extollenda. De oĩbus ne dicam plurib. laboriosum, & fortè tædiosum foret recensere, cũ in tractatu de locis, ac mirabilibus mundi, qui est impressus cũ geographia Ptholemęi. c. 14. de laude plurimarũ & de earũ dẽ origine videri põt. & p Philippũ Bergomatem in suo supplemẽto chronicarũ in suis locis oportunis, qui plures nobis notas copiosè & elegãter laudauit. Item Ausonius poeta Gallicus suis versibus illustrauit Romã, Cõstãtinopolim, Carthaginẽ, Antiochiã, Alexãdriã, Treuerim, Mediolanũ, Capuam, Aquilã, Viẽnam, Emeritam, Athenienſem, Catinam, Syracusam, Tholosam, Narbonã, & Burdegalam, ex qua natus fuit, Philipp⁹ Beroal. in orõne q̃ habuit in enarratiõe Iuuenalis & Salustii, aliquãtisper laudat Romã. Ipsa. n. intitulatur caput orbis terrarũ, vt est tex. in l. nemini. §. qm̃ C. de cõsulibus & non spargẽdis, &c. libro 12. & l. 1. §. sed & si q. C. de vete. iure enucleã. & caput omnium ciuitatũ: vt in §. fi. iuncta gl. insti. de satisd. tutorũ. & omnium nationum: vt est tex. in ca. beati. 2. q. 7. & qũo aliis pluribus nominibus nuncupatur & illustratur. gl. est ad hoc expressa & notãda in verbo, anterior. in auth. vt ecclesia Romana centũ annorum, &c. in prin. colla. 2. & de ea alibi.

Ioannes Ludo. Viualdus de Monte Regali in suo operę regali. in tractat. de magnificentia Salomonis, amplè laudauit Hierosolymitanam ciuitatẽ, quæ dicta fuit Hierusalem, & ibi de eius constructione.

Pyrrhus in suis orõnib⁹ laudauit Aureliã. de qua iurisconsult. Marcellus bis fecit mentionẽ in l. q̃dam in testõ. ff. de leg. 2. de ciuitate Parisiensi, vide de laude illius per Textorem Niuernen. in sua officina. in Cornucopie. in litera P, in fi. Et etiam nouissimè Iacobus Capellus habuit orationem in vniuersitate Pictauensi in laudẽ ciuitatis Parisianę. Leonardus Aretinus librũ vnum de laude Florentiæ cõposuit. & Sabellicus Panægyricũ rerum Venetarũ. & ita plures de aliis multis ciuitatibus. Addo quod dr̃ cõiter in Italia pp celebritatẽ, Roma sancta, Genua supba, Florentia pulchra, Mediolanũ ciuitas populosa, Venetia diues, Bononia pinguis. Quemadmodũ dr̃ vnus Deus, vna Roma, vna turris ĩ Cremona, & vnus portus ĩ Ancona; quẽ portũ nũc mirũ in modũ auctum Adrianus impator extruxit. Omitto multa q̃ adduci possent, qũo vna ciuitas est maior alia, vt ciuitas Metropolitana ẽ maior altera, quo ad dignitatẽ. vt dicit Bal. in l. si duas. ĩ fi. ff. de excus. tut. Et ciuitates ꝓpriè appellãtur q̃ hñt epm̃. c. epi. 80. d. ca. 1. de priuileg. de istis ample p Bar. in extrauagan. qm̃ col. 2. p doc. in c. si ciuitas. de sen. excõ. ĩ 6. p Archid. ĩ c. statutũ. de rescrip. eod. lib. 6. vbi dr̃ ꝙ cãæ cõmissæ à sede apostolica in ciuitatibus aut locis insignib⁹ agitãdæ sunt. In Frãcia verò appellamus ciuitatẽ villã, rus verò villagium. sed nullus vsq; ad hæc tpa inuentus est, q̃ hanc nostrã antiquissimam, strenuissimã, decantatissimã, inclitãq; ciuitatẽ Heduanã laudauerit. Vnde mecum sępe sum miratus, veternosam Cæltarũ incuriã, q̃ priscorum tpum maiestatẽ nõ tã obliti q̃ eius aspernati meminisse sua tm̃ secula curãt, dignãtur, obseruant, Habet tñ ad Eudoxã stimulos probata vetustas, & solicitis nostri tpis hoĩbus calcaria priscorũ ætas adhibet. Quot Babylon, quot Thebæ, quot Ilion, quot Spartæ, quot Roma, quot Athene in p̃clara rerũ facinora, non solum priuatas: sed & barbaras ciuitates egerũt, induxerũt? quas partim magnis deletas incẽdiis, & partim laceris resurgentes vestigiis antiquæ maiestatis suæ lr̃is ętate seruata viuere cernimus, Troia corruit, cecidit Corinth⁹, flagrarũt Solymæ, periit Milesia, vellitur Sagũthos, q̃ suorũ ciuiũ clades funestas, vulsa mœnia, raptos honores, hac vna tm̃ pensatione bearũt. Quod q̃ florẽtissimę suæ ętatis amplitudines, magistratus, origines & impia scriberent, vel anteq̃ ruerẽt reliquerũt, vel paulopost instauratæ pepererũt. Habet suũ Iudęa Philonẽ, Solyma Iosephũ, Thucididẽ Athenæ, Phrygia Darhetem, & Pindarũ Thebæ. Sola hæc infelix Hedua, q̃ sui nondũ genuit cõmendatorẽ, neq; ꝙ ĩgenia sed labos & studia desũt. Quæ prima fuit, q̃ scđa, q̃ tertia, tam ĩclitę ac vetustę ciuitatis ætas. Cuius arcẽ (Bibractẽ ferũt) oĩum q̃ mũdus hẽt, longè maximum ac copiosissimum oppidũ Cęsar edocuit. O Heduã prolis mãdubiæ decus, Persarum dogma, Plasim Insubriũ, Celtarũ caput, & Bistoniæ gentis fortissimũ robur. Quis tuos canet Hedua triũphos? quis tuũ à Samothe genus? quis stãtes quõdã tibi marmore turres? tua vbi maiestas? vbi pacta primũ cum Penis, mox cũ Romanis fœdera? hæc sopis nimiũ, nimiũq; sopit in te Cabillini seu Cabullini rebellio, Araris cõtẽtio, Sequanorum iræ, Aruernorum factio, Rhenaniẽses, Biturigũ amor, & Alsetigenum cognata necessitudo, indoleo, vt quæ totius Gallię princeps ĩclitissima, Panearpiã facultatũ Thiarũ quondã gesseris, orbata mõ & ruinis, neminẽ, adhuc alueris q̃ te viduã vllo vel encomio vel cõmiseratione soletur. Miserum herclè. Magna tñ & nobilis impẽdio gentis Heduanæ potentia, q̃ quasi fax ardẽs in totum orbẽ succensa, per freta, per amnes, per scopulos, p prærupta alpium discrimina, Eurũ, Aquilonẽ, Austrum, Zephirumq; brachio nunquã cedente

remensa,

remensa, Vmbriā statuit, domuit Phrygiam, Scythiā auxit, Thraciā diffudit, terruit Macedoniā, Iberiam strauit, minuit Italiā, Halsatiā struxit, Lusitaniā pressit, occupat Asiā, & parētis Herculis metas trāsgressa. qđ Socrates, qđ Plato, qđ Pythagoras, ꝙ Empedocles à Caldæis Aegyptiisq; edidicerūt. Persas añ docuerit, quā sciret Athenæ. Nec si magiā, poesim, rhythmos, mathematicē, astrologiā, musicē, & vtranque philosophiā statim sibi Græci inuentā ꝑdicēt, diuinarū atq; humanarū sciētiarū Hedua parens, & ꝓtologia Græcis inuitis nō desinet appellari. Tollat suos Ægyptius ꝓphetas, Persia magos, India gymnosophistas, augures Roma, Ida curetes, velut omnium q̄ in humanarū mētiū captu sūt vates antiloquos. Clarū tñ (quorū Hedua princeps) si Samotheos Druydas, Magos, Sarronidas, Vaties, Bardos, & Choribantas Heduorū sacros ꝓgenitores & cōsanguineos discusse rimus, lr̄arum inde & philosophiæ magnū quoddā mare solis primū Gallis nauigabile ī totū orbē exūdasse credamus: sine qb⁹ (vt cū Moyse loquar) terra erat inanis & vacua. Et in quo solus dñi spiritus ferebatur tūc sup aquas, vt elegāter elucidat & adaperuit Claudius musard Heduus, vir bonarū lr̄arum, in sua chronica Samotheorū. Heduos aūt principes Celtarū extitisse satis autumat & asserit Cæsar in suis commētariis. idcirco nullus sanæ mentis hæsitaret, quin Hedui fuerint illi Celtæ, q̄ ꝑdicta oīa fecerūt, & ēt de qb⁹ Symphorianus Cāpegius ī suo lib. de memorabilib⁹ mūdi, vbi de origine Celtarū & eorū religione & lr̄is. quos Celtas, authore Beroso, cōdidit Samothes. Fuit. n. Samothes frater Gomeri atq; Tubalis ex Iapeto p̄re, à quo primū Britones inde Galli Samothęi dicti fuerūt, & p̄cipuè philosopi atq; Theologi sectatores eius. vñ Diogenes Laertius in principio de vita philosophorū. Philosophiā, inq̄t, à Barbaris (qđ verbū nō ꝓtulit citra inuidiā) initia sumpsisse cōplures authores asserūt. Cōstat. n. apud Persas claruisse magos, vt dixi, apud Babylonios & Assyrios floruisse Caldæos, apud Indos gymnosophistas, apud Græcos philosophos, apud Ægyptios prophetas, apud Celtas & Gallos Druydas, & q. Samothæi dicuntur. Qui, teste Arist. in magico & Secione in 22. libr. successionum. Diuini atq; humani iuris fuere peritissimi, ob id religioni deditissimi, ac ppea Samothæi appellati sūt. Quare, vt cōplures authores tradūt, philosophiæ initiū & lr̄arum simul, non à Græcis, sed antiquissimis Samothæis emanauit. Ergo qm̄ Galli vtebantur lr̄is qb⁹ & Græci, vt testat Cæsar lib. 6. cōmētariorū, easq; à Samothe p̄re Dite habuerūt, vt ibi dicit. Necessario est fatēdū, vt nō à Cadmo: sed à Gallis, tā Galathę q̄ Meones & Gallogreci, totaq; simul gręcia easdē habuerūt: argumēto sunt q̄ authores ꝓdūt. Xenophon lib. de æquiuocis tpm & Archilocus sic dicēs. Gręci Barbariē quādā vetustā & nō Phenicā ferebāt, qa nihil Phenicū hñt, vt cernimus, sed Galatharū & Meonum figuras retinēt &c. & Iosephus cū plurib⁹ aliis. Berosus vero notat qđ anno quarto Nini à quatuor Saturnis gestū sit. Tres. n. Saturni, Tubal Hispanus, Samothes Gallus, Thuscō Germanus regna sua legibus formāt. Quartus verò Saturnus Cameses, qui ab Ægypto colonias in Thusciā aduexerat, eꝙ Thuscos iam legibus & lr̄is à Comaro formatas corrumpere satagebat magica & vitiis. Vñ Diodorus ait ī quarto, hūc Saturnū filiū cœli, qui regnauit in Italia, Sicilia, & Lybia fuisse summa impietate & auaritia ꝑditum. Quòd vero his tpib⁹ lr̄ę & carmina apud Gallos essent, nō solū ex Beroso Chaldæo, sed ēt ex aliis ꝓdit. Samothes quoq; cognomine Dis, lr̄as sagas dedit, q̄ Phenices erāt, à qbus Gręci suas formauerunt, quas p̄ricipio Galathis & Meonib⁹ tradiderūt. Galli à Dite disciplinas nacti ēt vsq; ad sua tpa eas retinuerūt, vsi lr̄is quibus & Gręci. Xenophō quoq; dicto libro de ęquiuocis, ait Cadmū ītulisse Gręcię lr̄as similes Galathis & Meonicis magis q̄ Phenicib⁹. igr̄ añ Cadmū fuerę literę, philosophia, carmina, theologia, & leges Gallis, maximè apud Celtas, & p multa secula & ætates. Nā, vt dicit ipse Archilocus ī libro epithetorum de tpib⁹. Græci à Cadmo lr̄as habuerūt, q̄ Homero, iudicio totius Græciæ, eximio poetarū habito, Olympiade 23. & à Troię excidio anno 50. & q̄ fuit añ Romā cōditā annis circiter 160. soli ius tributū fuit emēdādi caracteres, & noīa, linguāq; gręcā. Quę ipse Cadmus Samotrax ferè barbara & plena ruditate attulit sub excidiūTroianū, cū rursus eēt à fuga, quā inierat, ob certamē. Hic ergo Homerus reformauit ꝑdictos caracteres, & grāmaticæ p̄cepta græcis prim⁹ dedit, cū antea quisq; sermone scriberet & loqueret vernaculo, quē ēt Italia, q̄ & magna Græcia, suscepit. Nō mē aūt (vt continuet materia) arguit à Sarrone duce Sarronidas dici Gallos doctos, de q̄bus lib. 6. Diod. scribit ample. Sane nō est æstimādū añ Sarronem nō fuisse lr̄as & theologiā atq; philopsophiā apud Gallos cū, s̄ ꝓbatū fuerit ea extitisse Samothęi tpe, sed vt ipse Berosus ait. Nō erāt gymnasia publica, q̄ solā mitigāt humanā ferociā. Nā dicit ipse li. 5. ꝙ tpe Zanei Nyniæ filii q̄dem Semiramidis, & ēt tpe quo Osyris agriculturā docere moralibus cœpit. Apud Celtas Sarron, qui, vt contineret ferociam hoīum, publica literarum studia instituit, vnde apud eosdē Celtas à Samotho sapientia, à Dryo philosophia, astrologia, & augurandi scientia. Carmen vero & musica à Bardo rege primo inuenta fuit, & Celtis edocta.

Vnde redeundo ad ciuitatē nostram, certum est, ꝙ cū ipsa fuerit præstantissima & pręcipua in ea Gallia celtica, qđ totius celticę galliæ principatū obtinuerit: & sic literæ primo inuentæ & edoctæ fuerunt in hac ciuitate potius q̄ in aliis. Nā, vt cōiter videmus in ciuitatibus primariis & principalioribus seu capitalibus, doctores & litterati inhabitant & morantur, vt in ciuitate Parisiensi, quæ est caput totius regni Franciæ, vbi peritiores vt plurimum resident, ibiq; artes ꝓfitentur in omni scibili, dēpto legali studio.

Facit ad prædicta, quia de iure in ciuitatibus & nō in castris studia generalia debent esse, vt in procε. ffo rum. §. hæc autem tria, & in l. vnica. C. de studiis liberalib. vrbis Romæ. lib. 11. & ibi gloss. & Io. de Platea post Bart. notant. & etiam glo. in verb. Bononię. Ioā. And. Panor. & Feli. in procemio decretalium.

Cuius quidē ciuitatis Heduorū antiqua topographia, partim ī suburbiis, partim itra męnia, vt ī uicos &

& eiusdem ædificijs, in quibus olim tẽpla ac diuersorũ deorum oracula, magnatumq; palatia erecta fuerũt, quæ adhuc antiquum sibi retinent nomẽ. sequitur.

Hæc igitur ciuitas Celtarũ caput, Mandubiorum honor, & gloria, non sine magna honoris præfatione Augustudunũ noiãnda, tantis strategematibus clara. Cuius incolæ à Romanis mõ amici, mõ fratres, verũ & cõsanguinei vocabant. Tanta, me hercle, eos ambiuit dignitas, & excellentia, vt in senatu quidẽ Romano primum sibi locũ vsurpauerint. Id antiquo fœderi datũ. Huius murorum ambitus ad duo miliaria ꝑtẽdunt. Terra ei⁹ satis fertilis & pabulosa riguaq; tum fluminũ, tũ fontiũ aquis, q̃ frumenta, siliginẽ, ordeũ, auenã, & oĩs gñis pecora uberri gignit, nemora, & glandes producit. Ab oriẽte & meridie montibus eleuat nemorosis, à septẽtrione vero & occidẽte vallib⁹ deprimitur: saltẽ circa eius medietatẽ, à qua planicies amœnissima ad septẽtrionẽ ĩ lõgitudinẽ duodecim milliũ passuũ extẽdit, & vnquaq; fontes, riuuli ve circũfluunt. A septẽtrione hẽt Arotũ piscibus luxuriantẽ. Auturanumq; sinu suo suscipiẽtẽ, & plures alios fluuios, q tandẽ in Ligerim defluit. A meridie verò fluuiũ, ne dicã riuũ habet ex stagnis velleris progrediẽtẽ: partim in circuitu vrbis circunfluentẽ, super quo sunt (opus memorabile & vtile) multa molendina, in quibus fermè tota ciuitatis annona teritur & molitur. Itaq; ab oriente ex murorũ vrbis fundamẽtis celebratissim⁹, ac sacer fons lepidissimus aq̃s scaturiẽs existit, dict⁹ fons sci olei, vbi ducũ vulnera (cũ ẽ bello victores sauciati redibãt) hac aqua mũdabant: oĩ quoq; ex parte hæc ciuitas aq̃s irrigua est. In hac par. erãt theatra amplissima, q̃ his dieb. diruta cõspiciunt ĩ loco uulgo vinea boufferandi nuncupato.

A plaga exinde orientali extra tñ mœnia; & nõ ꝑcul, excelsi mõtes & colles figurãtur, q p meridiẽ trãseũtes, & arborib. & fructib. ꝓcipuè piris quæ apud vulg⁹ dñr sine regula, oĩq; ferarũ gñe prædiuites, ad occidentẽ vsq; ꝑtẽdũtur: & ibi antiq⁹ erãt piscinæ vel claustra ferarũ, in medio quorũ mõs est longitudine octingẽtorũ passuũ quodã paruo frutice præ cæteris excellẽs, quo solus abũdat ille mons, ita ꝙ plures qui totũ penè peragrauerũt orbẽ retulerint nullũ similem fruticẽ alicubi uidisse. Nec Plinius nec Macer aliqualem de hoc exiguo frutice mentionẽ fecerũt. Fructus eius granũ est coloris, vbi admaturescit, ferè nigri, est boni saporis & odoris, qui plures indigentes uillicos in his partibus, ut esca pascit, dum Artus cancri Phœbus suo cursu comprimit.

Est & alius mõs tẽdens ad occasum, mons calidus dictus, vbi præcocia fructuũ gñа inueniuntur pp solis reuerberationem, qui tota die ibi lucere conspicitur, in ualle eius habẽs fluuiolum, vernacula lingua uocatum, Mengues. Muros uerè manu potius deorũ ac supernaturali, q̃ humana cementariorum compositione præualidos habuit & habet, quos centũ exornabant turres ad barbarorũ incursiones comprimẽdas. Ingentes portæ, q̃bus singulis portalitia, quæ de cœlo pendere videbantur applicata extiterant: & de q̃bus hoc æuo, quo ferè integra permãsere, & quæ adhuc patula cũctis adsunt. Porticulas habebat. Itaq; tã hanc q̃ eiusdẽ suburbia multorũ deorũ gẽtiliũ venustabãt delubra, multisq; & variis ĩsignibus vicis (noĩa eorundẽ antiquissima tanq̃ excellentiora adhuc retinẽtibus) dotata fuit. Excellẽtia. n. potius immortalitatẽ sapiũt, q̃ vilia & minima. Et insignia & illustria loca difficile ab hoĩum memoria euanescunt. Enim vero in superiori hui⁹ ciuitatis parte Capitoliũ situabat, vbi nũc vicus est, lĩgua nr̃a vocitatus, *le chapiteau*. Licet forsan taliter potuit denominari, vbi si q̃d violatũ erat, aut facin⁹ cõmissum, q̃d caput & vitã hoĩs peteret, capite violatoris expiabat. Cui adiacet ẽt vicus fraxineus (in quo moror) eo vocabulo dictus, vbi Apollinis oraculũ variis bellorũ triũphis refertũ fulgebat, cui ĩhærebat grãdis fraxinorũ copia ipsi Apollini sacratarũ, eo ꝙ nunq̃ (vti laurus) iactantur fulmine, & venenis (inquit Plin. lib. 16. c. 14. & lib. 24. c. 8.) obsistant. vt nostra assolet ætate fieri, q ecclesiasticorũ tẽplorũ cœmiteria grãdibus vlmis cœlũ ferè ꝑtingentibus replet. Sic antiquitus istæ arbores eiusdẽ Apollinis tẽplũ venustabãt. Et non sine magnæ cogitationis ministerio tẽplũ hoc Apollinis fuerit in superiori vrbis particula collocatũ. Nã sicut Apollinẽ sciẽtiarũ, & philosophiæ inuentorẽ eẽ perhibent, sic sua industria, sua inuentione, sua denique sagacitate, tanq̃ cæteris dignior in vrbe ꝑferebatur. Tum ẽt quia cũ cõditor nostræ ciuitatis fuisse ꝓhibetur, vt inferius dicetur, nõ mirũ si superiorẽ vicũ vrbis à fraxino arbore sibi dicata denoĩarit. Tum & alia cõsideratiõe, quia ibi lr̃ati, hac philosophiæ dediti, sapiẽtesq; viri (ꝓut hac nr̃a tẽpestate epĩ sacerdotes, ꝓtores, doctores, canonũ statuta, ꝓtorum quoq, iureconsultorũ leges, decreta, ac rationes ꝓfitentes cæterq; bonorum morum archetypi ac exemplaria) existebãt. Qui q̃dẽ tanquam digniores præferendi sunt. Est & alius paulo versus occidentẽ declinãdo vicus caninus. In quo idolũ Anubis quodã Phano ob eiusdẽ Anubis honorẽ cõsecrato venerabat, ꝙ caninũ habebat caput. Teste Herodoto lib. 2. sub cuius tutela incolæ huius ciuitatis, vt à latronũ incursionib⁹ depredationibus furibusq; præseruarentur, sese subiiciebant. Nam sicuti canes pro hoĩum custodia nascuntur, suoq; latratu arcent fures, sic hic Anubis, vt arbitrabantur, procul arcebat fures. Et vbi capti erãt, hoc in tẽplo, Anubi, tanquam pinguis victima mactabantur.

Fuerunt ꝑterea in hac ciuitate reges seu reguli (q à regendo dicti sunt) q̃bus tota Heduorum regio seu prouincia singulis assignata particula tanq præfectis regenda ac moderanda data fuerat, vt vnus limitib⁹ Sequanorũ præesset. Alter Rhemorũ, alter Aruernorum &c. fines vigilãti cura ac studio regeret. Et si q̃d ꝰ Augustudunos hostes moliti fuissent, aut innouassent, vbi id ascinerit rex, cui cõmissa fuerat, hæc rebellis pars Vigobreto, populoq; Heduo q̃ citius potuisset renuntiare tenebatur: vt legatis caduceatisque exploratoribus missis aut bellũ aut pacẽ indicerẽt, aut cõponerẽt. Quorũ quidẽ regulorũ domicilia, palatia ingentia, auro, diuersorũq; specierũ gemmis crustata in vico vsq; in hodiernum diem dicto regũ stabilita fuerunt. Vel forsan regius vicus dictus fuit, q̃a regia via erat, hoc est cõmunis & publica, & q̃ latior erat.

Nam

Nã,& in vrbe magistratus vnus.q̃ annuus (prout nũc retinẽs adhuc nomẽ antiquũ) creabat, vitæ,& necis in suos ptãtem hñs. Qui, vt vir à virtute, sic & ipse Virgobretus à virtute quã debet hr̃e nomẽ sortit: & iuxta allusionẽ vocabuli in uulgari nostro dr̃, Vierg.

Adest, & cõsequẽter in medio urbis Cãpus Martius, nunc Cãpus diui Lazari vocitatus, ubi militum classes, ac peditũ cohortes turmæq; bellatorũ hominum, quoties ab bellum opus fuisset progredi, arma ex tẽplo Martis confestim assumebant.

In suburbiis verò à plaga orientali, est monticulus Philosia nuncupatus, ubi tẽplũ Cupidini Deo amoris dedicatũ habebat, à Philos, qđ est amor dictũ, in quo iuuẽculę virgines sub tutela Cupidinis aderãt, amorũ furta describentes, q̃ postq̃ euribaticauerant: hoc est improbis morib⁹ vsæ fuerãt, inq; fornicatione repertæ,& spurcissimæ Veneris illecebris irretitæ fuerãt, in viciniori alio monticulo paulo altiori, ubi Veneri adsunt cõsecratæ spelũcę (sicut olim Romæ in regione suburbana meretricũ diuersoria erant) eo, ꝙ cœlet sua furta Venus. Adsunt, & dumi, arbores, & nemora alta, iuxta q̃ tẽplũ Veneri, & Priapo dicatũ cõspiciebat, in quo Cucul⁹ veneri,& Priapo cõsecratus (eo ꝙ sit auis adultera,& mæcha) venerabat: unde dict⁹ e hic locus vsq; nũc cucubarrhus, hoc est è barrho siue ebore cuculus, q. ob honorẽ supradictorũ ibi colebat. Nec istud incredibile uideri debet, cũ adhuc lupanaria tolerant. Nã, vt dicit tex. in l. ancillarũ. in fi. ff. de pet. hęred. in nõnullorũ honestorũ virorũ p̃diis lupanarii exercent. Et meretriciũ tolerat ab eccl̃a, vt maius malum euitetur, fm Panormitanum in cap. inter opera charitatis. extra de sponsalibus.

Redeundo ergo vñ digressi fueramus, non longè ab hinc mons est Iouis. Samothes. n. nostræ ꝓsperitatis autor, cũ p mõtiũ cacumina deambularet, huc appulisse,& ibi Ioui Olympico primũ litasse phibetur. vñ dictus fuit,& est hic locus mons Iouis: & ibi vnũ suorũ nobiliorẽ cõstituit, q̃ adhuc ibi tpe pñti castellũ habet,& vocatur dñs de mõte Iouis, q est ex una antiquissima,& nobilissima Heduorum familia. In parte verò occidentali mons est ferè nubib⁹ ꝓxim⁹, distãs ab urbe uno miliari, & est quercub⁹ plen⁹, q & hoc die mons druydũ appellatur: eo, ꝙ ibi druydes, Gallorũ philosophi,& sapiẽtes, ac vates Iouis,& Berecynthiæ matris deorũ ac Mercurii sacra celebrabant, dictique fuere druydes à dryos, quod est quercus: quoniam ipsis Ioui,& Barecynthię querc⁹ est sacra, testante Claudiano de raptu Proserpinæ.

Hi quippe druydes ephemerides, siue singulorũ tẽporũ annales,& quicqd singulis diebus ĩ urbe, aut Heduorũ regione efficiebat, soli memoriæ mãdabãt, & sacra curabãt memoriterq; discebãt, neq; ea literis mãdare fas erãt, ne in vulgus disciplina efferretur, & vt memoriæ studerẽt. (nã q̃ literis mãdamus, memoria tenere negligimus, cũ ea, utpote scripta, ubi opus fuerit, facile reperire cõfidam⁹,) qđ efficit, ut nihil de huius ciuitatis cõstructione ac ruina ĩueniat,& qđ semel ĩ mẽte reposuerãt, ut magis ĩ ptio haberent, difficile id ꝓdibãt. uñ ipsis deletis, deleta iacuerũt singula egregia eiusdẽ ciuitatis ꝓuĩciarũq; facinora. Cũ id soli rescirẽt,& antiquiores id iunioribus eiusdẽ sectę philosophis docebãt. Si vero q̃cq̃ scriptũ foret, dum hostes ciuitatẽ obsiderũt, cũ diis sub quorũ tutela oĩs arbitrabatur eẽ ciuitas: exẽplo Troianorum, q semp suo iure æstimauerunt alienos,& p̃cipuè hostiũ deos deprędari, rapuerũt. Sapiẽtes exĩde hi druydes oium ore iudicabant, vnde publica & priuata iudicia eorũ fidei mãdabant, vt de sacerdotib⁹ antiquę legis Maccabæorum 1.& 2.& Deuter. 17. legitur. Illi (teste Cæsare lib. 6. de bello Gallico) reb⁹ diuinis intersunt, sacrificia publica ac priuata procurãt, religiones interpretant, ad hos magnus adolescentium numerus disciplinę cã cõcurrit, magnoq; hi sũt apud Heduos honore, de publicis priuatisq; cõtrouersiis cognoscũti, & si qđ est admissum facinus, si cędes facta, si de hęreditate finibusve cõtrouersia est, idẽ discernunt, p̃mia pœnasq; cõstituũt. Si quis aũt priuatus aut publicus eorum decreto non paruerit, sacrificiis interdicunt. Hæc pœna apud eos est grauissima, q̃bus ita est interdictũ. Hi vero q interdicti fuerant, numero impiorũ ac sceleratorum habebant: his oẽs decedunt aditũ, sermonemq; defugiunt, ne quid ex contagione incõmodi accipiant, neq; his petẽtibus ius redditur, neque honos vllus cõicat. Et illi pęnę hodie excõicatio æquiparat. Et, cũ p̃dicta ita cũ nr̃a religiõe cõueniãt, vt nõ temere quis crederet modũ hũc quo Põtifices solent cõtumaces, aut delictũ aliqđ deliquẽtes p̃uaricãtesq; anathematizare seu excõicare: illisq; simul sacris interdicere (ꝙ hoc vnicum ecclesiæ telum terrificũq; fulmen existit) ab ipsis druydis esse mutuatos. Quidem Druydes etiam apud Cartum morabantur hac lege, vt sex mensibus hyemalibus Cartum, rursus vero sex aliis æstiualibus Augustudunos haud absurde habitarunt, vt de Apolline ex Seruio. 4. Ænaei. secerni potest. quod & Virgi. hoc innuit disticho.

Qualis vbi Hybernam, Lyciam Zantiq; fluenta.
Deserit, ac Delon maternam inuisit Apollo.

Qui sex mensibus apud Patharam Liciæ vrbem: Sex vero aliis æstiualibus mensibus apud Delon rn̄sa canebat. Quod & de druydib. satis exprimit Cęsar loco superius allegato, dũ dicit. Hi certo anni tpe in finibus Carnutum, quæ regio totius Galliæ media hr̃ cõsidunt in loco consectato. Huc omnes vndique, qui cõtrouersias hñt, conueniunt: eorumq; iudiciis, decretisq; parent, plerique illo discendi cã proficiscuntur. Hi pariter druydes hoiem diuinationi destinatũ ferientes ex ipso afflictandi, impatientiæque modo sua vaticinia assumebant. teste Strabo. lib. 4. volebãt itaque in primis nõ interire animas, sed ab alijs post mortem trãsire ad alios: atque hoc maximè excitari ad uirtutẽ putãt metu mortis neglecto. Multa quoque de syderibus atq; eorũ motibus, de mũdi ac terrarum magnitudine, de rerũ natura, de deorũ imortalium vi atque ptãte disputabant,& iuuentuti tradebant. Credebant insuper pro vita hominis tñ hominis vitam redimi posse. Sed senatusconsultũ Gn. Cornelio Lentulo & P. L. Crasso consulibus factum est, ne hõ imolaret: vñ hoc sacrilegii genus sublatum est.

Pręterea hos druydas Gallorũ sustulit Tyberii Cęsaris Principat⁹, Anno regni ei⁹ VII. vel eo circa, vt

Plinius

Plinius refert.ēt Aymarius Riuallus Allobrogus.

Sed de monte druydū(q̱ vt diximus in suburbano Heduorū tumescit)& de druydibꝰ & eorū excellētia sufficiat. Restat, vt cōsequēter materiā cōsequamur. In arcto ferè aspectu iuxta Aroti fluenta Phanū Plutoni & Proserpinæ cōsecratū locabaẗ, vbi Arioli, Augures,& Genethliaci augurabātur. Cuius quidē Phani grādis portio, imò verius maior ad modū turris quadratę altissimę, hodiernis diebus apud nos cōspiciẗ. Et locus ille propè portā vrbis est,& nūcupaẗ nostro idiomate à prædictis genethliacis, genestoye.

Multa ĩsup de antiquitate huiꝰ Augustudunorū ciuitatis dici possent. Tñ qa haud facile rationibꝰ, & vestigijs cōprobari possēt, sicuti q̃ s̃ scripsimus. Ac ēt cū nomen suū ipso ex numine q̃situ habeat. Cętera Harpocrati mādamus, p̃ter qđ Apollinē huiusce vrbis fundatorē, & ab Auge q̃ & Chione dicebaẗ eiusdē Apollinis vxore Augustudum anno 58. post diluuium, vel eo circa noĩasse, ac Castrichion(qđ barbari castrū caninū vocitāt) paulopost cōstruxisse, q̱ bene legerit nō negabūt. Quę qdē eo qđ de ipsa qđ Apollo suspicabaẗ, dolore cōpressa ac extincta est, & sub Pyramide q̃ in mōte cucubarri hac nr̃a tēpestate cōspicitur sepulta iacet. Ita nobiliū tumuli illis tp̱ibꝰ ornabāẗ. Apollo verò Delphos petiit. & de his satis scriptū est in commen. nr̃is super consuetudinib. ducat. Burg. in proœ. super illo verbo, *Dostum*.

Cur verò Hędua dicta fuerit satis ex cōmētarijs Iulii Cęsaris cōspici poterit. Sed iudicio quorūdā doctissimorū dicta fuit Hedua ab augurio duorū hæduorū inuicē ĩ aere pugnātiū & saliētiū, q̱ ab coadunatis ĩcolis, cū de noĩe post primā eiusdē vrbis oppugnationē certarēt, visi fuere(vt legiẗ de noĩs impositione Romanæ ciuitatis, q̃ à Romulo augurij victores, eò ꝙ duodecĩ, Rhemꝰ verò sex uiderat vultures Roma denoĩata fuit.) Sic Hedua ab hędis dicta fuit. Et hoc satis liq̱do cōprobari poterit. Nā sicuti hœdi tūc tp̱is inter se pugnabāt, cū đ noĩe cōq̃reret, sic Heduis ĩnata est q̃dā factio & temeritas(vt verū fatear) ita vt sępe ĩter se pugnēt, & sæpissimè bella ciuilia & ĩtestina orianẗ, q̃ in lōgū ꝓtelarētur, si eiusdē ciuitatis rectorū & aliorū sup̱iorum ꝓuidētia abesset. quæ dictis Cæsarianis in suis cōmen. lib. 6. de bello Gallico satis cōprobātur, dū ait. Nāq; oēs ciuitates in partes diuisæ sunt duas &c. & idē in 7. li. eorundem, inquit. Ciuitatē Heduorū oēm eē in armis, diuisum senatū, diuisum populum, suas cuiusq; cliētelas &c. Quę q̱dē solitā apud Heduos diuisio principalis cā primę ēt secūdę huiꝰ ciuitatis destructionis fuit. Nā cū vnus nobiliū eiusdem ciuitatis suum non poterat adimplere uotū, armis experiebatur, totā gentem ad versus gentē cōcitabat, & inter se pugnabant(quod adhuc his diebus efficiẗ) inimicos ac hostes subtili medio ĩ vrbē reponebāt. Quod fit cū ideo medio datū eēt qđ soli nō potuissēt, hostes cū alijs p̱ualuerūt. Et ita prius factionibus & seditionibus fuisse ab hostibus cū suis incolis destructā ciuitatē arbitror. Sępe.n. fit, vt p̱priis vrbibus ciues magis q̃ hostes nocēāt. Verū interea paulò altius & circūspectius inq̱rere libet, vñ tāta Heduis inflicta strages, & ruina, q̃ nunc circumspiciẗ illic inesse, & q̃ scđa fuit & maior huiusce vrbis oppugnatio. Romanos(scelꝰ infandū) hoc p̱petrasse aiūt, teste ipso Cæsare loco. s̃. allegato, ipso dicēte in Heduos castra mouisse. Cū.n. ad pp̄lm Roma. đ huiꝰ Heduorū ciuitatis nobilitate, p̃eminētia, & autoritate crebri rumores afferebāẗ: Illa nēpè p̱ vniuersū orbē celebrabaẗ, tū p̱p̱ eiꝰ antiquitatē, tū p̱p̱ opes, tū p̱p̱ libertatē, tū deniq; p̱p̱ suorū ĩcolarū primæuā nobilitatē, q̃uis tñ bellum aduersus Sequanos, Aruernos & Rhemos, q̱ ñ potuerūt q̱cq̃ cōtra Heduos, nisi aduocatis Germanis mercede, pluresq́; alios sui collimitaneos solū, tātopere đ pricipatu, potētatu & autoritate cōtēdereẗ, dicēte sic Cæsare li. 1. & idē li. 6. sic inquit. Cū Cæsar in Galliā venit, alteriꝰ factionis principes erāt Hedui, alterius Sequani. Hi cū ꝓ se minus valerēt, p̱sūma autoritas, & antiquitas erat ĩ Heduis, magnæq́; eorū cliētelæ, & nōnunq̃ de principatu armis cōtendūt, &c. Et sequiẗ. Adnētu Cæsaris fcā cōmutatione rerū, obsidibus Heduis redditis, veterib. cliētelis restitutis, Sequani principatū, quē vsurpabāt dimiserūt, ĩ eorū locū Rhemi successerant. Hi.n. Sequani p̱p̱ ueteres inimicitias nullo mō cū Heduis cōiungi poterāt. Eo tunc statu res erat, vt lōgè principes haberētur Hedui, s̄m locū dignitatis Rhemi obtinebāt, &c. Totiꝰ ergo Galliæ Celticæ pr̃icipalis erat Hedua, & metropolis, ĩquit Raymūdus Marlianus in indice suo cōmētariorū Cæsaris dicēs. Celtarū clarissimi sunt Hedui. & 1. li. cōmētariorum Cæsaris. Senatusc. quotiens honorifica facta in eos essent, vt omni tp̱e totius Galliæ principatū Hedui tenuissent, pluresq́; cosmographi id attestantur.

Vñ, cum Romani hanc rescirent esse tā opulentā & potentissimā, huius laudis & honoris inuidi Heduis legatos miserūt significātes totā Romanorū gētē cū Heduis cōiūgi velle, ęternūq; fędꝰ, ac amicitias cōponere, & pacisci, cū viderit hāc Heduorū ꝓuiciā diuersis variisq; bellorū anfractib. p̃donum incursionib. ac tumultu ĩfestari. Et turpe inesse huic tā antiq̃ ciui. q̃ ĩ trāquilla suos dēret pace regere subditos, & q̃ aliis lōgo tp̱e dñata ē nūc hostibus cōprimi & agitari, dicēntesq; hāc inesse pp̄li Ro. cōsuetudinē, vt socios atq; amicos nō mō suis nihil dep̱dere, sed gr̃a dignitate ac honore auctos uelit. Multa p̃terea Heduis pollicētes, si cū Romanis cōiungi, fideq; illis polliceri, & seruari, eos totarū Galliarū Roman. medio pr̃icipes futuros. Mos itaq; illorū erat, quotiēs aliquos videbāt angustiari, & ab alijs oprimi, his scribere, vt cū ipsis iuncti possēt eorum imperio potiri, & hanc gētē suppeditare, occasionēq; eos inuehēdi hr̃e, licet tñ nō eis inimica, neq; odiosa foret. Sed solū, vt sub illo amicitiæ fictitio noĩe tandē possent & hostes & quōdā amicos subtili medio in seruitutē redigere, & eos subiugare, vt p̱dominarenẗ. qđ fecerunt Iudæis, quibus multa ꝓmiserant, vt patet lib. Machabeor. 1. c. 8. & c. 14. & tandē eos penitus destruxerunt. Quo circa si Heduēses eorū p̱sidio auxilio ve ad hostes debellandos egerēt, id ex tēplo illis renūtiarent: vt possint extēpore ad bella milites aduocare, cōgregare iumētorū & carrorū q̃ maximū numerum, sementes q̃ maximas facere, vt in itinere copia frumenti suppe-

tere poſſit galeas, cenſes, ſcutaq; virorũ parare. Adiu
tantes inſuper populũ Romanũ ſp ipſis Heduis eſſe
fidelẽ, eosq; quã maximo honore hr̃e ac fr̃es & cõſã
guineos eſſe fideliſſimos. Tandẽ, vt breuib⁹ abſoluã,
ſub illa diſſimulatione(q̃ minime in amicitia decere
vr̃) aureos polliciti ſunt mõtes. Qui qdẽ Hedui(qb⁹
natura eſt facilè, q̃ nona ſunt credere, decipiq, ac ſe
potius in extraneorũ & barbarorũ q̃ vicinorũ amici
tiã ſemp cõiungere ſoliti) de rñſione Romanis faciẽ
da curauerũt. Cõuocatis igr̃ toti⁹ Heduorũ ꝓuinciæ
& ciuitatis regib⁹, ſenioribusq;, à ſenatu Cõuictlo Li
taneoq; & Cotto, q̃ hoc tpe magiſtratui Heduorum
p̃erãt aut p̃eſſe poterãt (quẽ Virgobretũ appellãt He
dui, q̃uis tñ nũc huic magiſtratui vnicus p̃ſit) Romã
Diuitiacũ ad Senatũ populũq; Romanũ mittũt, au-
xilij petẽdi cã: qa eo tpe à Sequanis ĩfeſtabant̃, in tm̃
ꝙ Germanos & Ariouiſtũ Sequani ſibi adiunxerãt,
eosq; ad ſe magis pollicitationib⁹ iacturisq; pduxe
rãt. Heluetij itaq; iã cũ Sequanis p anguſtias & fines
Sequãorũ ſuas copias traduxerãt, & ĩ Heduorũ fines
puenerãt, eorũq; agros populabant̃. Hedui qppe ab
his ſe ſuaq; defendere nõ poterãt. Hi igr̃ Sequani ne
ignorãtes ꝓcedamus, inqt Cæſar loco p̃alleg. & Stra
bo in ſua geographia li. 4. Trãs Ararim hñt domici-
lia, & Romanis & Heduis dudũ aduerſantes, Germa
nis ſæpius adhærebãt, eorũq; impetus ĩ Italiã inuita-
bãt, roburq, nõ mediocre oſtẽrabãt. Adeo vt illis cõi
ter quidẽ immixti eorum vires amplificarẽt, deſiſten
tes diminuerẽt. Aduerſus Heduos, & hæ ſanè cãæ &
fluminis contẽtio, inimicitias auxit, q gentẽ vtranq;
dirimit, q̃ ſibi ꝓpriũ vẽdicat Ararĩ, ſibiq; vectigalia
ptinere certat &c. hęc Cęſar. Dixit inſuper Heduorũ
gẽtẽ oĩ tpe đ ſenatu populoq; Romano benemeritã.
Cuius quidẽ Diuitiaci or̃one à ſenatu populoq; Ro
mano audita cõfeſtim Cæſarẽ cũ innumerabili armi
gerorũ bellatorũq; virorũ multitudine ad Heduos p̃
ſidij cã mitto, vt tribus Heduis (quo qdã fratrũ noĩe
iã Romani Heduos decorauerũt) ſubuenire poſſint.
Aſsignãtes in ppetuũ Heduis, in ſignũ eorũ fœderis
amicitiæ & fraternitatis, primum in ſenatu (res penè
incredibilis) locũ, qđ tñ durabile nõ fuit. Em̃ poſtq̃
Cæſar citra mõtes copias ſuas, & innumerabiles pe-
ditũ, bellatorũq; virorũ regiones, quas ſecũ habebat
traduxerat, ad Ariouiſtũ Germanorũ regẽ, cũ Helue
tiis, ꝓ Sequãis cõtra Heduos pugnãtẽ legatos mittit
(ipſo teſtante libro ſuorũ cõmentariorũ primo) q di
cerẽt, ne quã multitudinẽ hoĩum amplius trãs Rhe
nũ in Galliã traduceret. deinde obſides, quos ab He-
duis hr̃et, redderet, Sequãisq, pmitteret, vt quos illi
haberẽt voluntate eius reddere illis liceret. Neue He
duos iniuria laceſſerẽt, neq; his ſocijsq; ipſorũ infer
ret bellum. ſi ita id faceret, ſibi ppl̃oq; Romano ppe
tua gr̃am atq; amicitiã cũ eo futurã: ſi nõ, imparet ſe
ſe, qm̃ M. Meſſalla L. Piſone cõſulib⁹ ſenat⁹ cẽſuiſſet
vti qcũq; Galliã ꝓuĩciã obtineret, qđ cõmodo reipu
blicę facere poſſet, Heduos cęterosq; amicos populi
Romani defenderet, ſe Heduorũ ĩiuriã nõ neglectu-
rũ. Qui qdẽ Ariouiſtus ad hoc rñdit, ius eſſe belli, vt
qui viciſſent, his quos viciſſent, quẽadmodũ vellent
imperarẽt. hæc ſunt verba ex dictis cõmẽ. ſumpta. Ve
rum, vt breui abſoluã, p̃tereũdo plura bella & p̃lia p̃
Rom. cum ſupradictis habita. & poſtq̃ ipſi Rom. Ar
uernos, Sequanos, Seguſianos, Rhemos, Germanos,
Bituriges, totaſq; Galliarũ partes & ꝓuin. eiſdẽ adia
cẽtes ĩ horũ ditionẽ, Heduorũ tñ induſtria, cura & in
pẽſis repoſuerãt, q̃q̃ nulli dubiũ erat, qn arma cõtra
Cæſarẽ ĩ Italia à G. Põpeio pararẽt̃. Ipſe ãt Cæſar ſuũ
exercitũ diſtribuit p hiberna C. Trebon. cũ legionib.
quatuor in Belgio collocauit C. Fabiũ cũ totidẽ ĩ He
duos deducit. Sic.n. exiſtimabat tutiſsimã fore Gal-
liã, ſi Belgæ quorũ maxima virt⁹, & Hedui quorũ au-
toritas ſumma eſſet, exercitibus cõtinerent̃. Ipſe ĩ Ita
liã ꝓfectus eſt. Deinde hic Fabius poſt deceſsũ Cæſa-
ris ad ſe aduocat quatuor bellatorũ hoĩum legiones,
quos ĩ belgio collocauerat Cæſar, & in Heduã ciuit.
intrare mandat, timens ne gẽs huius antiquiſs. vrbis,
q̃ diu principatũ totius Galliæ & authoritatem ſum
mã habuerat, & q̃ opib⁹ & reb⁹ ad oĩa neceſſariis, ac
viris generoſis, & ſtreuiſs. munita erat. in tm̃ ꝙ ipſa
Roma maiorẽ ĩ ſuos nõ hr̃et autoritatẽ, ꝓpterea He
dui fratres Rom. dicti fuere ꝓditione aliqua aduer-
ſus ipſos Rom. vterer̃: qđ tñ eẽt cõtra eorũ morẽ, te
ſte ipſo Cæſare li. 5. belli Aphrici. vbi ĩqt, Gallos eſſe
hoĩes aptos & minimè ĩſidioſos, q p virtutẽ n̄ dolũ di
micare cõſueuerunt, & id reſciret Heduos, cũ Rom.
ab initio ita cõiũctos, & ſocietatẽ ꝓmiſiſſe, vt qđ Ro
mani in Gallia acqrerẽt noĩe Heduorũ adeptũ fore
& in Heduorũ ditionẽ cederet, certa tñ illis cõſtituta
mercede. Cum nullũ ipſi Rom. haberẽt in Galliã ius
belli, qđ tñ minime curauerunt, imò ſibiipſis vſurpa
uerũt. Subſequente vna die infauſta nigro ſignata la
pillo. Hic Fabius reuoluẽs q̃ in Romanos ab adole-
ſcẽtib⁹ Heduis & Alexienſibus ĩ ciuitate receptis fa-
cta fuerãt, poſt Alexienſium cladẽ & ſubuerſionẽ (q̃
fuit ciuitas maximo nexu cũ Heduis cõiuncta) & qa
ipſi Romani aliqua irritamẽta ab Heduis ſenſerant,
inſciis tñ patribus & ſenioribus ciuitatis Heduæ, &
forſitan hoc à Cæſare in mãdatis habuerãt, timentes
ne quid ſibi ſiniſtri vlterius contingeret, nocte, clam
(hui⁹ facinoris gẽte, ciuitatis ignara) in ciues irruũt,
& huic noſtro propoſito quadrabit, quæ in ſecundo
Æneidos Virgilius deſcribit.

Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris
Incipit: Cũ Romani inuadũt vrbẽ ſomno, vinoq; ſe
pultã. Credũtur vigiles, plurimaq; pq; vias ſternunt
ĩertia paſsim corpora, pq; domos & religioſa deorũ
Limina clareſcũt ſonitus, armorũq; ingruit horror.

Tãdẽ Romani incẽſa dominant̃ in vrbe. Vrbs an
tiqua ruit multos dñata p annos Auguſtudunũ diuũ
domus, & tũc inclyta bella Męnia. O frauduloſa illa
fraternitas, q̃ in ſua viſcera ſæuiuit, hãc deſtruxere, q̃
añ aduẽtum ipſius Cæſaris in Gallia principatum re
gnauit annis 4106. & caput totius Galliæ Celticæ
fuerat, & metropolis. Quia Cęſar ſub quo ꝓſtrata fu
it Anno mundi 5158. regnabat. Et Auguſtudunũ ere
ctũ fuerat anno 63. poſt diluuiũ. Anno uero mundi
1714. Diluuium etiam fuiſſe perhibetur circa annũ
mundi 1656. quo colligitur Heduos tenuiſſe Demo
cratiam ferè annis 4106. Et, vt verum fatear, tunc Li
ſci Hedui, cum Cęſarem alloquerẽtur, adimpleta eſt

pro-

ꝓphetia dicentis. Neq; dubitare debeāt Hedui, quin si Helueticos supauerit Romani. vnà cū reliq̄ Gallia Heduis libertatē sint erepturi. Quæ verba formalia scripta sunt in 1. lib. cōmētar. Cæsaris, de bello Gallico, qđ de prædicta destructione dixi, tute perpende. Quia ꝑ certo ponere nō ausim, ne diuinare poti⁹, q̄ veritati inhrere dicat. Sed ī re parū nota cōiectare licet. Cur tñ à tāta gloria in tātā deuenerit calamitatē, & ruinā ipsa Hedua, tpum ne culpa, q̄ oīa vorāt, an īcolarū discordia, aut ꝓditione, nō satis clarū hr̄. De plurib⁹ alijs destructionib⁹ huiusce ciui. vide ī cōmē. nr̄is sup cōsue. ducat⁹ Burg. vbi amplissime in proœ.

Præterea vereor Symphorianū Campegiū asserētem Lugdunum tpe quo Augustudunū stabat & ante eius destructionem principatū totius Galliæ Celticæ obtinuisse. (Cū potius sit in Gallia Narbonen. q̄ Celtica.) Et ꝙ Bardi, hoc ē melodiarū poetæ: habitabant in ciuit. Lugdunēsi: Cum fundatio Aræ Lugdunē. de qua loquitur ipse Campegius in libr. suo de laudib. Lugduni, & Iuuenalis Satyra prima dicens.

Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad Aram.

non præcesserit natiuitatem Christi per vnum & 40. annos.

Ignoro tñ vbi cōpertū habuit, ꝙ eo tpe quo cōstructa fuit ꝑdicta Ara, iā abolita erat Bardorū & Druydū relig. cū tpe Tiberij Cæsaris fuerit oīno sublata, vt añ dictū est, qđ q; Lugdunū cōditū fuerit post hāc Heduā ciuitatē, pl⁹ q̄ 50. annis, satis cōstat. Quia Lugd⁹ q̄ Lugdunū cōstruxit, fuit 12. rex Galliæ, regnauitq; anno post exūdationē diluuii 680. post verò fundationē Galliæ 60. anno añ fundationē Troiæ 150. anno & añ incarnationē Chr̄i 1637. Si vero genesim ciuitatis eorū voluerint scrupulosius scire & inuestigare: sic ꝑmittāt. Samothen filium Iaphet primū regē Galliæ (à quo Galli Samothæi, & Philosophi Samothiā oppidū habitantes dicti fuere, quod est in Alsetorū patria finibusq; Heduorū, priscū adhuc retinēs nomē) genuisse Magum fm regē Gallorū, q̄ Rhotomagū pluresq; alias sui noīs ciuitates cōstruxit. Hic Magus Sarrona tertium Galliæ regē (q̄ prim⁹ apud Celtas publica lr̄arū studia instituit. vt inq̄t Berosus Babylonicus lib. 5.) Sarron verò Druydē, à quo druydes Gallorū philosophi ac sapiētes montē druydū ꝓpe hāc ciuitatē Heduā, vt dixi, & Carūtū habitantes, q̄ eremitico more ī siluis habitabāt cū maxima oīum opinione. Quis. n. dixerit montē Druydum à Druydib⁹ dictū nō fuisse, & à Bardis Bardorū mōtē adhuc in finibus Heduorū stātē? Drys igr̄ Bardum, Bard⁹ Longonē, Longo Bardum iuniorē, Bardus Lucum, Lucus Celtē, à quo Galli Celtici dicti, Celtæ vero Galatheam q̄ ex Hercule Lybyco genuit Galathem, Galathes verò (à quo Galli prima denominatio) Harbona, Harbon Lugdum genuit 12. Galliæ regem, à quo prouincia & homines cognomenta sumpserunt, inquit Berosus loco præallegato. Licet Eusebius scribat Numacium Plancum Ciceronis discipulum oratoremq; clarissimū cum Octauiani Augusti tpibus Galliā comatā regeret, Lugdunū in colle quodā, vbi Arar Rhodano cōmiscetur condidisse. Quod etiam Seneca in epistolis, cum loquitur de incendio eiusdē ciuitatis testatur dicens. Huic vrbi ab origine sua centesimus annus est ætas, ne qdē hoīum extrema à Planco deducta. Crederē potius hūc Plancum Arā, de qua s̄, cōstruxisse, q̄ illā vrbē de nouo cōstruxisse, vel potius ampliasse, & restaurasse. Cui quidē genesi supradictæ concordat elegans querimonia sequens.

Galliæ celticæ (cuius illa antiquissima atq; nobilis ciuitas Hedua, quam alij Augustudunum vocāt, metropolis est & augusta semper) querimonia.

Collocutores duo. Gallia
Celtica, & consolator.

Gallia, quid lachrimas fundis? G. Flere necesse est
Omni desertam funditus auxilio.
Sed quid strata iaces? G. Cœlo deiecta paterno
In terris qua nunc sistere parte queam?
Quis te deiecit? G. Soboles Noruegica patre
Indiga, quæ diuum me genus esse negat.
An nescis primo quòd sis habitata Samotho?
Olim dum Assyrias Belus habebat opes?
Nescio, sed primum quem suggeris illa Samothum,
Inuidia ad medios non sinat ire deos.
An regnasse Magum nescis Sarronq;, Dryumq;.
Et Bardum, & fortem defuncto Longone Rhomum.
Nannotem, & Francum teq; Lemanne potens.
Gallum Caldæo fugiant memorata Beroso.
Gallia quos veteres inclita iacet auos.
Non credo, ista latent. C. Quid? G. Patribus inuidet illa.
Quos tu si rogites non feret esse deos.
Sed quæ causa deos gentiles addidit astris,
Virtus, quæ cælos reddere sola potest.
Hi quoq; virtutis limen subiere. G. Profecto
Syderibus dignos, quominus esse putat.
Cuncta quidem ignotis patriæ nihil inscia credit:
Turba Panumpheo plus dabit illa Ioui.
Amplius hæc Diti quàm primo turba Samotho,
Crederet hinc idem nunc tibi stabit honos.
Vera refers Ditem mihi prodidit esse parentem
Litera Cæsarea testificata manu.
Quæ druydæ, antiqui Gallis monumenta probarunt,
Iudicio informi stirps male sana neget.
Si neget. C. Ac saltem stabit tibi Gallia nomen:
Dum tenet in terris fabula prisca locum,
Inclyta mandubijs hoc monstrat Alexia campis.
Vrbs libij tunc, nunc diruta tota iacet.
Ergo agite ò Galli Ditem iactate parentem,
Qui exhaustas purgat, teste Platone, animas:
Per quem felicis patet Vnica semita campi,
Aeternæ ad superos est quoque lucis iter. Finis.

Cætera quoq; de hac ciuitate Berosus habet. Qualis vero quāta ve fuerit, satis ore oīum sic dicētiū fertur.

Hedua quanta fuit, magna ruina docet.

Pendent opera interrupta, minæ murorū ingētes. Incredibilis ēt ædificiorū moles, palatia, strata, columnæ, statuæ, pontes, aquæductus, verum oēs mirantur portas stratāq; viarum & q̄ quotidie effodiūtur marmora, complura monumēta, & Pyramides q̄ adhuc extāt nō vetustate cōsumptæ, vidētur & cauernæ fornices, fundamēta sub agris, sub ecclesijs, sub multorū ciuiū domibus, ex quibus quanta olim fuerint ædificia ꝑclara, quanta insuper fuerit Heduorū potentia,

quisq; certè colectare poterit. q̃ facilè testatur quāta alias fuerit. Item numismata in ea inuenta, & alia q̃ singula referre tędiosum foret. & cum infiniti sit operis et hoc in loco ad scribendū idoneum me non satis inuenio, & insequar dictum Horatii, qui ait,

Sumite materiam vestris qui scribitis æquam viribus.

Vnū superest, vt ea q̃ nunc extant in hac ciuitate quā loci vit⁹, & ciues quidē fortunati restaurādo valde magnificauerunt, non omittantur, quia et laudanda sunt, puta basilicæ ingētia ædificia, p̃clara mœnia, ac magnifica tecta, religiosa delubra, fana augustissima, admirabilia templa omni nitore fulgētia & ornatissima. Et ex his Basilica maior & antiquior matris & cathedralis in honorem Dei, ac beatorū Nazarii & Celsi martyrum dicata firmiter fundata extitit.

Post hanc verò diui Lazari et martyris est tēplum magnificū. In quo inter plura pinnacula, est vnū lapideum miræ altitudinis & structuræ, de quibus infrà.

Sunt & ibi reliquiæ sanctorū, p̃cipuè corp⁹ S. Lazari, ad q̃ recurrunt plures morbo grauati, & sanant, faciesq; peregrinis deuotis ostenditur. Cuius Zoilogia (prout ab Heduis Anno dñi 1516. in amplissimo theatro p̃ varias personas lusa fuit in mēse Augusto) carmine saphico adonioque edita à Petro Turello Heduen. viro vndequaq; literatissimo sequitur.

Rhetores Gallam taceant ad aram,
Nauiget quo vult Ararim Sedunus,
Nec virens sacra druydes celebrant
Ilice viscum.
Sed suum patrem recolet beatum
Cælicolis toto modulis in orbe
Lazarum, tristi phæretro leuatum
Hedua felix.
Qui Palæstino genitus parente,
Velitum sacra nituit palestra
Militum inter satrapasq; gentes
Sanctus Athleta.
Et per audaces brauium reportans,
Materi cunctas repulit phalanges
Vixit ac omnes agili coæuos
Dexteritate.
Moribus præstans melioraq; prole,
Nemini cluris Solymis secundus,
Qui fuit sola Syria superbum
Demo tyrannum.
Sanctior vita totiens benignum,
Qui suum felix meruit satorem:
Cæteros lautis dapibus fouere
Inter apellas.
At petit tornum moriens auernum,
Manium uisit tetricos labores.
Quas luunt pœnas didicit perosa
Anxietate.
Tartaris hic dum stabulatur imis,
Gorgonas diris colubris paratas
Vix potest visu rabidam cruento
Dæmona ferre.
Attamen retro rediens ab orcho,
Quatuor dum illic fraguit diebus:
Anxius tales herebi ruinas Ordine pandit.

Pendet humatis radiis rotarum,
Glorians fastu tumido superbus,
Turpis & parcos phlegetontis unda
Torquet auaros.
Tabet illautis puteis adulter,
Tela blasphemos cruciant acuta:
Impius pascit stygius voraces
Buffo gulosos.
Vescitur fibris volucer renatis,
Liuidi vultur iocinusq; rudit:
Et tuos artus terebrant acerbi
O piger angues.
Dissipant fontes furiæ triformes
Pluribus pœnis animas tremendis,
Quam ferat totum bibulas marinum
Littus arenas.
Totq; pressuras tolerant inanes,
Tot pios fletus lachrimasq; fundunt:
Parua quod siccus generat per auras
Corpora puluis.
Sic ait mœrens nimiumq; plangit,
Mesta testantur queruli dolores:
Corda dum largo liquidoq; fletu
Ora rigaret.
Tunc stupet cætus pariterq; luget,
Et suo totis animo fatetur
Viribus Christum Venerans recuruo
Poplite Iesum.
Post vbi ascendit proprias ad ædes
Verus humani generis redemptor,
Dic Io Gallas repetit beatus
Lazarus oras.
Immolent spurcas vetuit iuuencas,
Vt deos templis abigant prophanos,
Iussit antistes populi creatus
Massilienses.
Et videt Cæsar timidum popellum
Ad fidem Christi meritam reduci:
Præsulem mandat iugulo carendum
Cui caput aufert.
Sic fera vitam nece candidatus,
Terminat clarum repetens olympum,
Hospitem tuta recipit proseuca
Hospes Iouis.
Phocea corpus sepelitur vrbe,
Cuius ad Bustum valitudinarij
Lassus vt gratas sitiens recurrit
Ceruus ad vndas.
Lucidum multos clarium per annos
Scrupeo migrans phaeton flagello
Duxerat quintumq; gradum tenebat
Eglocerotis.
Heduus quando proprium statistes,
Corpus & sanctus tripodas Gerardus
In sua sacra poliens triumpho
Aede locauit.
Iam mihi, quæso, Driades canenti:
Vos enim nostris memores fauete,
Martyris digno valeam cothurno
Gesta referre.

Que

Quo via quercu posito sub ampla
Frond uit thirsis spoliata quercus,
Quas comas brumalis hyems negarat
Florida præbet.
Inde cortyna residens corusca
Quoslibet morbis homines grauatos
Liberat, nullásq; preces repellit
Pastor amœnus.
Sed suum pascit vigilans ouile
Ferculi vastis epulis opimi
Vt nec insomnis meliore pastu
Pauerit Argus.
Vnde Rhomandus, Samothea Lugdus
Atq; Cantabri famulentur almo
Lazaro, cuius veneramur alta
Templa patroni.
Templa quæ quæro venerande miles,
Miles excellens, venerande præsul,
Præsul in cunctis precibus vocande,
Suscipe vota.
Vota sunt nostris miserere terris,
Hostis, vt nullus noceat precamur,
Sed tuos sanctas famulos rogantes
Coge sub alas.
Nam tuos præsens loculos patrone
Quærimus sicut coeuntis aucæ
Plumeos artus pauitans subintrat
Gingrilis anser.
Tu Dei summum reparans amorem,
Et precum nunquam pateris repulsam,
Vincla damnati violans sathanis
Vtere votis.
Dum sibi tanta est igitur potestas,
O tuos martyr humilis clientet
Post suam vitam reduces ad alta
Sydera duces. Amen.

Hinc sequunt Lazaralia q̄ in p̄dicta eccl'a celebrant.
Hæc tibi sacra tulit celebranda Sydonis heros,
Augustudunæ, qui fouet ædis opes.
Resurrectio.
Diuus ab Elysiis reuocatur Lazarus oris,
Aurea dum verno vellera sole tepent.
Passio.
Lazarus extrema truncatus morte quiescit,
Cùm sacer Erygonis syder a Phœbus agit.
Reuelatio.
Vult quoq; Lazarias, celebrandum Hunbertus ad ædes.
Cum nocuam clarus lustrat Apollo Nepam.
Translatio.
Deniq; thuricremas iubet ire Gerardus ad aras,
Frigida brumalis dum struit Egla niues. Finis.

Præterea templū diuæ Mariæ è regione supradictorū collocatur, in quo eccl'a collegiata, & parochialis, habēs immensæ altitudinis pinnaculū igneū, coopertū tegulis auratis, à Rolinis antiquiss. & nobiliori familia Heduorū cōstructū, de quo ī in consid. 64.

Omitto hic referre noīa aliorū diuorū templorū, sub nomine ecclesiarū parochialium tam in dicta ciuitate q̄ suburbiis cōstructorum, & dicatorū nu. 11. item xenodochia seu Hospitalia duo. Capellas verò publicas decem. Leprosaliā vnam. Conuentū vnum fratrū minorū sub regula reformatiss. B. Frācisci. Ab anno dñi 1480. p bonę memoriæ nobilem virū dñm Guilliel. de Villiers, dum viueret dñm tpalem loci, & castri Digornay ꝓpè Heduam cōstructū, & fundatū ꝓpriis eius expēsis. Monasteria itē alia quatuor excellentiss. & ditissima, duo horū moniales obtinent ord. diui Benedicti, vnū sub noīe S. Andochij. Secundū uero sub nomine S. Ioannis magni dicatū. Primū nēpe à Carolo magno imperatore, & rege Francorū cōditū. Et uidi Bullam debitè expeditā de data Anni dñi 457. p quā Quintiacus fuit monialib' dicti monasterii donatus cū hoībus, terris, nemoribus, siluis, aquis, & aliis iurib' p reuerendum in Cristo p̄rem Ionatam epm Heduen. tpe p̄dicti Caroli magni. Secundum vero à S. Guillielmo de familia Orengiarū orto cōstructum fuit. Tertiū verò monasterium est monachorū, et ord. S. Bñdicti cōditore, religione, vetustate, & opibus illustre. Nam anno dñi 614. regnante Brunechilde Francorū regina, & eccl'am Romanā regente sanctiss. Gregorio Papa, orthodoxæ ecclesiæ doctore ægregio cōstructum seu ædificatū fuit in honorē sanctiss. Trinitatis, & beatiss. Martini Turonū p̄sulis: qui, (ut legitur) in pago, seu in suburbiis Heduorū dum templū euerteret, & vn' gentiliū stricto gladio eundē peteret, reiecto pallio nudā ceruicē p̄cussori p̄buit. Sed cū ille dexterā altius extulisset, retrò pinus corruit cōsternatus. Sed dñico metu ueniam precat. Eo igr̄, q̄a p̄sentia sua hūc locū visitauerat dictus almus p̄sul, in eodē loco deuotione maxima, q̄ erga sanctiss. Martinum p̄sulum gēmā gerebat, mota p̄fata regina Brunechildis venerabile Cœnobiū fundauit, ac mirificè cōstruxit columnis marmoreis, & trabib' abietinis formosis. Idem decēter ornauit, & musiuo ope mirificè decorauit, hortata, & cōmota à d. sanctissimo Gregorio, q hac ecclesiā largifluis priuilegiis, & libertatib' decorauit, anulo quoq; ꝓprio roborauit. Et voluit idem monasteriū ab oī humana subiectione eē liberrimū, ꝓut patet cuilibet registrū p̄dicti sancti doctoris ītuēti. Post cui' Basilicæ domorū, & cæterorū operū in monasterio p̄dicto requisitorū ædificationē ibidē īstitutus fuisse legitur ordo monastichus, qui postmodū dicebatur ordo Brunechildis reginę, & meritò appellari poterat: Tū ob copiosum cætū mouachorū ibi pridē ordinatè, & regulariter viuētium ſm Deum: Tum etiam ob redolentiam virtutum, & morū in sacratis viris iamdudū ibi Deo famulantibus viuentiū. Quorū primus fuit Lup' Abbas à dicto beatiss. Gregorio institutus. Et ne mendicitatem paterētur monachi in hoc loco Deo famulātes, dicta regina amplissimis redditibus, mancipiis, & terris in diuersis regni Franciæ locis dispersis ditauit. Licèt plura alia monasteria ędificauerit. In hoc tñ sacro Cęnobio sub magno altari, & in ingressu capellæ gloriosiss. Mariæ virginis glebā sui corporis reponi uoluit in tumulo marmoreo. qui reliquiis beatorū apostolorum Petri, & Pauli hunc locū ornauit sibi à dicto beatissimo Gregorio datis.

Succedentibus igr̄ temporū curriculis Vandalorū & quorundam gentilium incursu, ac rabie hoc mona-

nasterium dirutum extitit, & longis temporibus in cursu inhabitabili permāsit. Successu tēporis regnauit in Frācia Carolus August⁹, cognominat⁹ Caluus, in reparatione sacrorum locorū furore dictorū Vandalorum, & destructorū zelator feruentissimus, ī cuius Palatio quidā comes Badilo nomine deuotissim⁹ residebat, q̄ seculari habitu indutus, moribus correctis ac virtutibus sacratis viris nō erat dissimilis. Hic reqsiuit à dicto Cæsare hūc locū sibi dari, vt reparationi eiusdē intenderet. Qui regis assensu obtēto hoc monasteriū reædificauit, & Basilica, claustro, & cæteris ædificijs ornauit. Et anxiè pquirere cępit viros sanctæ religionis, doctrina imbutos, q̄ ī monasterio sancti Sauini Pictauień. diœcesis viros religiosos repit, & ex his octo, & decē assumpsit, īter quos excellētissim⁹ meritis sanct⁹, & venerabilis Hugo floruit. Qui suo tēpore locū Auziaci rexit, & eūdē locū hodiernis tēporib⁹ sua sanctissima gleba decorat. Itē Io. admodū humilimus, & Odo uir sagacissimus, de quo legitur mirū dictu, & īsigne miraculū. Nā cū post matutinas more solito ante signū salutaris crucis ꝓ suis, & aliorū peccaminū nexib⁹ soluēdis exoraret, visus ē à multis ī mētis iubilo oculos rectos hn̄s ī sublime aeris eleuat⁹ altitudine ferè triū vlnarū vni⁹ horę spatio īmobilis psistere, & eidē uidebat fixa domini nostri imago. Deinde hic Badilo amplissimas possessiones iādudū à p̄dicta Brunechilde regina huic loco donatas ingrere cępit, quas denuo dictus August⁹ huic eccl. donauit, & eas ampliauit. Et hæc qdē reparatio hui⁹ venerabilis Cęnobii cōfirmata extitit Anno dn̄i 1358. à Synodo apud Heduā congregata præcepto, & autoritate Ioānis Papæ. Et rogatu Ludouici Imperatoris, & Francorū regis filij dicti Caroli Calui, q oli à Brunechilde donata monachis hui⁹ loci ratificādo cōfirmauit. Quę & Carol⁹ magn⁹ suo amulo roborauit.

Ex prædictis patet monasteriū p̄dictū fundatū fuisse à Brunechilde regina ortatu B. Greg. Papæ. Et scd̄o reędificatū à Carolo Augusto. Cui⁹ imago sculpta supra illi⁹ ecclæ pinnaculū reponit in parte anteriori.

Insup quartū est monasteriū sub nomine, & titulo S. Symphoriani martyris dicatū, & est prioratus ī quo Canonici regulares ord. S. Aug. degunt. Hic verò S. Symphorianus natus in ciuitate Heduen. & comes Sedeloci oppidi, in quo Sedeloco primo fundata fuit Christiana religio, saltē in Burgundia. Nam ibi constructa est capella in honorē sanctorum Benigni, Andochij, Tyrsis & Felicis, in loco ubi prædicti sancti hospitati fuerunt, & cōuenerunt de fide Christiana publicè p̄dicāda. Et primò reduxerunt ad fidē dictū S. Symphorianū, Hedu. filiū sanctorū Fausti, & Augustę patris, & matris, adeo ꝙ sub Imperatore Aureliano passus est martyrium, ut constat uersibus sequētibus Gallica lingua descriptis in dicto prioratu.

Lan c c soixante & dix, regnant Aurelian,
Fust à Ostun martyrize sainct Symphorien.

Et in templo dicti sancti Symphoriani ad latus dextrum magni altaris sunt tres tumuli argētati eleuati, in quibus reponuntur dicti sancti Faustus, & Augusta, & in medio eorum Symphorianus, ut patet his versibus ibidem descriptis.

Faustus & Augusta hicq; iacent inter duo busta.
Integer, & sanus medio stat Symphorianus.

In prædicta ciuitate etiam est prioratus S. Rachonis epi Heduen. Et cęmiterium immensum vbi Poliandriū uisitur hoc est sepulchra innumerabilia lapidea elegāti modo cōstructa iacēt, & famant oēs, ibi Christianos ꝯ gentiles dimicasse, & q Christiani ceciderāt, diuinitus ī vna noctiū, talia sepulchra habuerūt.

Identidē ferūt de tumulis in pago S. Æmiliani ꝓpe Heduam existentibus. Et de his q̄ sunt in loco S. Petri de Quarreæ diœcesis Heduē. ꝓut legitur in historia S. Aemiliani. Licet nō sit incredibile illa sepulchra ab incolis ciuitatis fuisse cōstructa. Cū ibi eēt cęmiteriū ciuitatis Augustudunēsis. de quo meminit Gregorius Turonē. in sua historia in libro quē fecit ī glām cōfessorū c. 73. vbi ait cęmiteriū apud Augustudunēses. vrbem Gallica lingua vocitauit, eo ꝙ ibi fuerint multorū hoīum cadauera funerata, iter q̄ ꝙ sint quorundā fideliū dignarūq; deo animarū sepulcra frequēs occulti psallentii misteriū docet. Cū plerunq; multis appareāt in ipso vocū p̄conio reddētes oīpotēti Deo grārū debitā actionē. Nā audiui (vt idē recitat) ꝙ duo ex incolis loci, dum loca sancta orādi grā circumire disponerent: Audiūt in Basilica S. Stephani, quæ huic cōiungitur cœmiterio psallentiū sonū. Admirātesq; dulcedinē moduli appropiquāt ad ostiū tēpli, autumātes à qbusdā religiosis vigilias celebrari, ingredientes autē, & orationi diutissimè incumbentes cōsurgunt, psallentii chorum cōspiciūt, nihilq; lucere p templum, nisi ꝓpria claritate cūcta ꝓspiciūt splēdere, de psonis vero nullā ꝓrius agnoscūt. Deniq; cū eēnt attoniti, & stupore pculsi vnus de psallentib⁹ accedit ad eos dicēs. Execrabilem rem fecistis, vt nobis archana orationū Deo reddentibus adesse p̄sumeretis: discedite ergo, & ad domos vestras abscedite, alioquin ab hoc mundo migrabitis. Ex quibus vnus discedens abiit, alter verò q in loco remansit, post nō multos dies à seculo migrauit. Hæc ille. Et fama est adhuc in hac ciuitate melodiarū cātus nonnullis dieb⁹, p̄cipuè festis & solēnibus in ipso cœmiterio audiisse. Et idē Gregorius loco ante citato. c. seq. dicit in hoc cœmiterio vidisse B. Cassiani sacerdotis magni & epi Heduensis ciuitatis sepulchrū à multis infirmis erasum, ꝙ pene transforatū eo tpe putabatur. Abluūt. n. ex hoc puluere ęgroti, sed protinus virtutis magnitudinem sentiunt. Ibi & Simplicius eps nostræ ciuitatis & alii epi sepulti sunt.

Vnū addere volui his, q̄ s̄ annotaui de excellentia huiusce ciuitatis, q̄ (vt certissimum est, clariss. fuit, & sup oēs Galliæ saltē Celticæ vrbes principatū tenuerit) qd̄ in vita S. Andochii apostoli Heduorū legitur de laude huius ciuitatis, ī his verbis. Erat p̄terea hæc p̄libata ciuitas & tellus tunc, id est tpe S. Andochij opum cōmerciis referta, fęcunditate ruris iucunda, nemorū densitatibus viridans, diuersorū pecudū caulis ampla, ædiū vel murorū arcib⁹ altius circūcincta, & plurimis rituū & fanaticis caracteribus opipara. Nihilominus & custodiētiū phalangis in procinctu sui viuidè fulcita. Ita ꝙ pro honestate sui habitus & cultus, secundo loco vti videretur post Romam.

Etiam

Etiam, vt finem dictis imponam, dignum duxi hic
inſcribere quoddam epigramma in laudem huiuſce
ciuitatis Heduæ editum.

Hedua præfulgens totum celebrata per orbem,
Lazareum corpus continet illa ſacrum.
Hedua Cæſaribus fuit hæc laudata triumphis.
Armipotens nullo feſſa labore fuit.
Hedua nec tetricis fuit hæc oppreſſa miniſtris,
Nam regitur felix Hedua conſilio.
Hedua diuerſis clareſcit prouida bellis,
Celtarum partes inclyta tunc moderans.
Cedat Alexander magnus quoque Troius Hector.
Argolicum cedat turba cruenta virum.
Hedua Burgundas ſuperat virtutibus vrbes,
Criminibus nullis contaminata manet.
Hedua ſinceras religat candore puellas,
Hedua candenti eſt ebore candidior.
Candida phana iacent niueis notata lapillis,
Flauorum nullo deperitura die.
Hedua diues opum, Cererem Bacchiq; liquores
Colligit, innumeris pullulat ecce bonis.
Hedua ſilicoſis luſtratur collibus ingens:
In quibus Aonios prendere licet apros.
Hic nemus aerias tranſcendit palmite nubes,
Ardua quo paſſim tecta ſuperba facit.

Sed hactenus de laudibus Heduorum. Verum.n.ve-
ro dum hæc cōgererem, & laborarē, attulit ad nos li-
teras vir eruditus & facūdus Io. Morin ciuis noſter,
& eccleſiæ Hęduenſis canonicus in ſupremaq; apud
Rothomagum cura conſiliarius, & quidem meritiſſi
mus, quas mihi deſtinarat clariſſimus vir Bapt. Can-
delarius ēt conſiliarius Rothomageus. Quibus vnū
(vt plura omittam) ſignificabatur, me in commē. no-
ſtris cōſuetudinum Burgundionū originē Heduorū
priſcis à tenebris vendicaſſe, & ęuo recētiore nequic
quam exortos, vti cęteros memoraſſe, vt pote à Belo,
Nino, Mago, alijsq́; vetuſtioribus hmōi viris, vt non
facilè cōſtet vllā orbis gentē Heduis cenſeri antiquio
rem. Ipſosq́; Heduos ab ipſo Apolline tm̄ adamatos
fuiſſe, vt ipſis humaniter, cęlo Ioueq; relicto, permix
tus, Augem puellam fuerit proſequutus, in quo nec
mihi oīno aſſentit. verum putat, vt charitas patriæ &
affectus meo calamo ſtimulum addiderit animiq. bn̄
uolentia in lares patrios me excuſet, cū ingenita oī-
bus natura ſpectanda, q̄ quoſcūq. ad illud impellit,
neu ſe patriæ q̄tumuis obſcuræ ac ignobilis, ingrati
nomen famamq. ſubticeant. Inter hæc, mihi placuit
cōmerciū literarū cum tanto viro nactū eſſe, occaſio-
nemq. mutuo ſcribendi adinueniſſe, qđ & libēs egi,
& vt reſciret hoc opus noſtrū eſſe Calcographis tra-
dēdū ſcripſi īter alia, ſi q̄d de p̄ſtātia ciuitatis Rotho
mageæ in ſuo ſtudij armario reconderet, ad nos trāſ-
mitteret, ne illā ſub ſilētio cū alijs p̄terirē, & ſi Bero-
ſo Babylonico fides adhibenda eſſet Apollo nr̄, Ma-
g⁹ verò Rothomagorū Geneſearcha dr̄, cū Auguſtu-
dunū, & Rothomagū ſub eiſdē ferè tpibus à p̄dictis
duob⁹ cōdita ferunt, iō nec cōmeticiū eſſe qđ reiece-
rim in hiſtoria Heduen. Sed nec pepercit calamo vir
ille apprimè doctus, & q̄ reſcripſerit de ſuorū origi-
ne hic interſeram, cum ſint elegantiſſima. prius tn̄ de
eo referam (ne ei eblandiri videar) quod recenſet
Textor Niuernēſis literatiſſimus vir in ſua officina
de loco quo laudes poetarum ſcribit. Omittēdi non
ſunt, ait, duo ætatis nr̄æ doctiſſimi viri, & linguæ la-
tinæ principes vexillarij Bapt. Candelarius cōſul Ro
thomageus, & Elias Gemellus, q̄ ſi ſtetiſſent in poeti
ca ꝓfeſsione, vt inclinabat naturę geni⁹, ꝑpere ceſ-
ſiſſet ętati nr̄æ, nihil inuidiſſemus antiq̄tati. Habuiſ-
ſemus qui palato nr̄o abunde ſatisfeciſſent. Sed heu
pietas, Forēſes illæ declamationes & ciuiles cāæ, qui-
bus appulerunt aīum, proſperitatē hanc nobis ſuſtu
lerunt. Audiui vtrunq; loquentem, cum per iocū ex
tpaneis carminibus inter ſe luxuriarent, at incredibi
li admiratione ſuſpenſum me retinebant, partim qđ
præcipitatis quātumlibet verbis noua ſemper ad ma
num ſuppeterent, tum ēt quod q̄ ructabant per lu-
ſum, plena tn̄ eſſent grauitatis & doctrinæ. Quod
qm̄ & vidi & expertus ſum, non poſſum non vtriq;
aſſurgere & amborum ſitire beneuolentiam. Hacte-
nus Text. Reliqua proſequemur, & ipſius Baptiſtæ
Cādelarij epiſtola de verbo ad verbum ſubſequatur.

Clariſſimo iuriſconſulto domino Barthol. Chaſſeneuz
Baptiſta Candelarius ſenator Rothomagens.

VRBIS nrę primaria fundamēta celeri⁹ ad te trāſ-
mitti deſideras Bartholomææ doctiſſime, ſi quidpiā
ipſorū apud me tacitus repoſuerim. Cui tuę affectio
ni ne quicquā me ſatiſfacturū agnoſceres, niſi tuæ ad
me redditæ lr̄æ ad idipſum me vrgerent, cū nulla in
parte officij quoad vires ſuppetēt tibi vacare deſtina
uerim. Quamobrem quod ſuper hac re exigui nr̄i la-
boris fuerit, tuis omnino votis impendendum arbi-
tror, ac dum tuo (vt ais) operi perindie imprimendo
inſudas, aliquid in manibus habeas, quo noſtrę vrbis
ſi fas fuerit ſplendorem ſcripto tuo illuſtres. Neq; ve
ro illud egi, vt mei noīs memor eſſes. Cæterum quod
tibi viſum fuerit pro amicitiæ vinculo exequere.

Itaq; morē tibi geſtur⁹ tantillū p̄ fabor quo maxi-
mos hiſtoriæ vertices ſæpius hæſitaſſe cognitum eſt.
Planè cuiuſcūq; ꝓuinciæ nedū vrbis famatiſſima au
ſpicia, minus notoria olim fuiſſe, q̄ earum modo vr-
biū incrementa, quarum ne vlla forſan origo in me-
diū reijciatur. Qđ tū rerū viciſsitudini, tum fortunæ
imperio fragilitas ipſa humana debuit, cui⁹ varij vl
tro citroq́; fluxus inſtabilitatē hāc maximam hoīum
monimentis afferūt. Ecq̄d, quęſo, de triumphante il
la Babylone actum eſt? De Niniue, de Mēphi. Quid
tū de celebrib⁹ Græciæ pagis? vbinā Athenæ, Lacedæ
mon, Argos, ac pleręq; huius farinę vrbes, quarū me
moria ferè adhuc interiit? Neq; lōgius Romā aberra
re patiar totius Europę monarchā, cui⁹ exordia iam
pridē cōſtat inter grauiſsimos authores incerta. Sed
neq; ī meliori cā extiterit altera Gallorū ciuitas, quā
Pariſium vocant. Cuius origo eadē ignorātiæ nube-
cula obſcurior eſt, ſaltem par vtriuſq; conditio fuit,
ſi ad tuū Beroſum Caldæum mentem aduerterimus.

Cæterū, mi Bartholomæe, his p̄fatis ne ab hume-
ris noſtris onus hoc hiſtorię difficultate reiiciamus,
rem ipſam cōpendio cōtingam. Parces autem Hiſto-
riæ, maiorū incuria obliteratæ. Parces itidem homi-
ni latebras patriæ ſuæ deplorāti. Sed commune hoc
ni-

vniuersam penè Galliam facinus afflixit. Quicquid verò de multis fragmentis legere potuerim, accepto iamdudum animo obaudies.

Europã nostrã,(ut de multis orbis partibus vnam expediã) i cõfesso est nõ omnino inhabitatã fuisse,q̃q̃ plurimas ipsius plagas nõ adeò populis confertas ac ceperimus.Sed qua cęlũ forsan clemẽtius ingrueret, illic ꝑtinꝰ ex studio hoĩum colluuiẽ attrahi, quemadmodũ ex Hispaniis fama retulit partem ferè dimidiã petrosis montibus desertam mansisse, ac parem apud Germanos cãporũ solitudinem iacuisse memorãt.Cui forsan locorũ inhabitationi causam dederũt asperiora gelu ac frigoris incõmoda, sicuti ab his regionibus auditũ est,quæ rectissimo sydere arctõ septẽtrionalẽ incolũt.Qua cęli parte nõnulli sup alios ꝑfecti cæteras penitioris Europæ plagas adiuerunt. Hinc opus fuit,vt q̃ ante hac terrę incultę fuerãt aduenarũ colluuione,tũ primũ habitari cęperũt.Cõtra quæ plerisq; indigenis occupabantur poli, (ut dictũ est in clemẽtina) ab ipsis coactè abeuntibus desertæ sunt. Quò fieri cõtingit,vt hinc mutatæ toties vrbes partim instauratę, partim verò deletę,nihil de sua vetustate retinuerint.

Itaq; de Normania nostra illud indubitatũ erit ipsam sua fertilitate ĩspecta ẽt ab orbis ĩter fratres Iani genas colliminio ĩcolis nequicquã caruisse.Cuiꝰ vbertas exteris adeo gentilibus grata fuit, vt Dacia ꝑfugi aduenæ illam appulerint.

Quibꝰ tũ affluẽtibꝰ antiqua patriæ facies penitus cõmutata est. Alij p̃terea mores expostulasti. Tantæ diutius ignorãtiæ alimẽtũ dedit repẽtina hmõi colonorũ accessio, quũ nihil aut parũ ante crudelissimi Astigni,vel Rollonis iustissimi aduẽtũ ab historia vẽdicet.Planè uulgò acceptũ fert ipsam priorib⁹ seculis Neustriã esse nũcupatã,inde alio hæredũ successu Normaniã,qđ recentius ẽt nõ patrię nomẽ est, vulgata Daciæ linguæ allusione,qua Noth. vẽtũ aqlonarẽ denotãt.Porrò Mã sua lĩgua hoĩem dicunt,qua vtriusq; mixtione populũ arcto veniẽtem putant. Haud quoq; absurdũ fuerit hoc cõmentũ, quo pleræq; vrbes similẽ ab allusione aduenarũ sibi allusionẽ susci-piũt,& nouissimè ĩter Germanos Aleman. eluuiem hmõi cõmẽti simulachro nomẽ forsitã fuisse accepimꝰ.Cũ suo idiomate ab Ale,& mã,hoĩem velut exulẽ demõstrarũt,q̃ rerũ obscuritas tuo satis aĩo facere saltẽ videbit,ut hinc à me vetustiora nõ efflagitares.

At verò,vt paulisper ab inferis,ꝙ aiũt,Terniones scrutemur,ac in dypthera Iouis membranam occupemus,proximus ego rem exequar.

Partito igitur ab orbis initio in plurima regna terrarũ ambitu veluti ab ipso Beroso Caldæo didicimꝰ, Noa pater, q̃ & Ianꝰ erat,tres filios latè ubiq; dñaturos dimiserat. E quorũ nouissimo Iapeto plurimos exisse liberos literę identitatẽ cũ Beroso sacræ attestãtur.Ne quã fidõ ipsi Beroso queãdmodũ Volaterran. ac Sabe.fecerũt,impudẽs derogẽ.Cui tũ in multis cõcordantiis sacrã scripturã reperio.Horũ igitur filiorũ duo,Comerus Gallus,& Samothes Galliã nostrã possederũt,ab hoc Galli dicti,ab altero Samathæi:qđ ñ inelegãter Cęsar in cõment.scriptũ reliq̃t, teste Diodoro Siculo secũ adiũcto: Qm̃ vterq;,inq̃t,Sanothẽ primũ Gallis philosophiã ac lr̃as ostẽdisset. Ab hoc aũt Samothe filius noĩe Magꝰ Gallis impauit,à quo plurima sui noĩs oppida deducta ferũtur, quæ vt cõpẽdio studeã,Maga ab ipso dicta extiterũt, nõ autem Magus ipse ab ipsis. Quã rẽ cognitã ac verã plurimæ p vniuersam Galliã huius nominis finito cõuentu vrbes efficiũt.Quas cõmentator Viterbien. hoc in loco recẽset,vt verò de multis nostrã afferã. Hæc est urbs Rothomagus, cuius originẽ scire speraueras,urbs sanè Magi nostri nomine splẽdido illustratas,ac queãd modũ cæteræ illius terminatione desinẽs. Quocirca hoc primũ monimẽto apertum erit, quæcunque tũc tẽporis ædificia,palatia,tectaq; cõstructa fuerunt,ea Maga ab ipso,vt prædictum est,nuncupari.

Nũc historia admonet alterũ suadere,qua ratione Rothomagũ cõposita appellatione dixerimꝰ. Quod breui fecerim,si alterũ obiter absoluerim: in quo me cũ tuo epistolio iocatus es. Inq̃ebas. n.cũ de tuis urbis augustissimis exordiis rẽ ageres,nostri magi te meminisse,atq; illius tẽporibus Apollinẽ coæquæuum fuisse,quẽ tuæ vrbis Augustudunũ fundatorẽ cõmentaris. Age,mi Bartholomeæ,ne ad me solũ pertinere Magũ putaueris,quẽ omnibus Gallis nedũ nobis imperasse Berosus scribit.Sed magus forsitan ea lege dictus erat,ꝙ Scythica lingua Magod ædificatorẽ vocant,à qua Scythia Gallos fluxisse cũ Ogyge notũ ẽ. Itaque primus erat ille Magus,q̃ pallantẽ Galliã,atque incultã in pagos vrbesq; ornauerit,diuiserit,coegerit.Quo credi verisimile est eo tpe ipsum Magũ patrię nostrę incubuisse,in qua vrbẽ nostrã primariam suo nomine Magã dixerit.Qua generali uoce tandiu cũ aliis eiusdem farinæ urbibꝰ ꝑstiterit, donec retrofluxis tempestatibus,& aliorũ augmento instauratorum nomen alterũ exceperit,quemadmodum,ut de aliis sileam à nostra urbe rem proximè sequemur.

Alterũ igr̃,qđ supererat expediamus ab ipso Iano, uti diximus nostræ patriæ sedes indigenis fuit stabilita: cuius medio urbẽ Augustã Magi successoris noĩe Magã dixerunt. A quo tẽpore, ut ꝑpe orbis diluuiũ fuerũt vsq; ad Troiæ primordia, tali noĩe cognita ꝑstitit. Quo Troiæ æuo Allobrox apud Gallos, vt idẽ Berosus memorat,regnasse fert: sub quo Troiæ ĩcremẽto,& Allobrogis regno suam Berosus ipse finit historiã. Cæterũ Manetho Ægyptius rem vlterius prosequens post Allobrogẽ alterum Rhomum ponit,à quo Rhomo nihil aliud priscæ historiæ colligimus p̃ter illud ab ipso Manethone relictũ.Cuius cõmentator idẽ ferè asserit. Tametsi vnũ verisimile addat, ab hoc.s.Rhomo Rhomomũ ad Rhodanĩ ripas fundatũ,& ĩ nostra Gallia belgica sub Sequanæ littoribꝰ Rhomãdissos populos denominatos. Quos nõ alios arbitramur à nostris Normannis, quanquam aliũdè vox ipsa difficultatẽ fidei attulerit. Sed Ptol. in geographia scrupulũ animi ademit, inquiens illos altero noĩe Rhomãduos appellari, in quo exigua penè literarũ mutatio rẽ indubiã ad oculũ ostẽdit. Quo circa cõiecturã facere oportuit Rhomi temporibus urbẽ nostrã Magam addito eius noĩe fuisse Rothomagum vocitatam,ac sic ab ipso Rhomo fuisset instau-

rata,

rata, neq; opinioni deroget remotū forsan discrimē à Rhomo in Rhotom. Enimuerò parū hoc erit si ex vrbe Roma Romulū autorē fueris metitus, cuius no mē vrbs suo nō penitus affert. Sed satis fortasse erit aliqualē ab antiquitate vocē in noībus vrbiū vindicare, ex quibus prisci illarū cōditores coniectura magis arguantur. Nulla.n. ferè vrbs in orbe comperietur, q̄ ad vnguē sui autoris nomē repromittat. Cæterū linguarū fluxu aut annorū volubilitate prisca illa nomina interierunt. Cuius rei alicubi in libello memini, quē de veterū vrbiū appellatione illustrata edidim⁹.

Talis igitur vrbi nr̄æ appellatio orta est, q̄ Parisio vetustiorē eo Manethonis libello conijcere licet, cū sequentē à Rhomo Galliæ imperatorē Paridē affert, qui vrbi Parisiæ incremētū dederit. Hæc tū vrbe Romana antiquior ē cui⁹ initia cōstat trecētis post Aeneā annis ꝓdiisse. Sed obsoleta hæc adeo ferunt, vt iādudū min⁹ ī fama memoriæ q̄ in re fidei nāciscant.

Sed verò vlterius audendo palā dicēdū offert, cur ab eo Rhomi noīe qđ Rhomāduos vel Rhomādissos nup effecerat ī alteri⁹ Neustriæ primū. inde Normanniæ titulos patria nostra trāsiuerit. Quib⁹, vt spero, exanclatis abūdè p mediū vetustatis pelagus natitasse videbor. Enimuero tāta est antiquæ rei longè reiecta cognitio, vt cōiecturis tm̄ locus relinquat. Sed cōis ille patriæ ardor hactenus inualuit, vt non solū ab humanis, sed diuinis originibus nostra exordia repetamus. Satis illud pro exemplo vnico præstabunt q̄ de Troia, Roma, aliisq; Græciæ vrbibus mēdaces Græci effinxerunt vtinā tā aliis exosi, q̄ apud me fide penitus nulla possunt. Ne interim tuę vrbis auspicia refricem, q̄ ab ipso Apolline repetis, adeò te patriæ amor excitauit. Mihi verò cui onus ingeris et de improuiso ansam præbuisti, nō nihil tuo exēplo lepidè apud te cōminisci. Aequo id animo accipies. & si cōmētitiū arbitraberis solita alijs mecum indulgentia perages, quā te quoq; nō indignū apud emūctitię naris homines sperabis. Planè ego audacior effectus, ne tuo solū moniméto, sed alia tū licētiore via causam mihi ascripsi, quæ diutius inter tripodes residēs musas mihi aliquando humaniores cōciliauerim, quo iure mihi id permissum reor magis.

Itaq; vt primū à Neustriæ voce auspicemur, deleto (qđ aiūt) ab Argolicis Ilio fāma est Frācionē Hectoris filiū cū quatuor comitibus Alanos bello adortū fuisse, ac tandē superasse. E quorū comitibus vnus erat cū Bauone Phrygio genere illustris Amynthoris fili⁹, q maris ꝓcella diuti⁹ iactato Frācione apud Cymmerios latebat. Cæterū vtroq; ad Meotidē cum Alanis belligerāte, cū filius ipse Amyntorides à Sarmatib⁹ europeis suppetias petit, vt legatus ad hæc loca missus ꝓpè Hypanin constitit, quē fluuiū Barbari gētilia voce Nester vocāt: ab hoc flumine diis volentibus nomē sibi Amynthorides augurat⁹ est, ac Neuster appellatus. Hic demū pace cū Alanis cōposita, atque vrbe Sycābria cōdita Neuster, vt cæteri Comites fatalē suis nepotib⁹ terrā nostrā appulit, quā nouitio noīe Neusteriā nūcupauit. Quę prīeappło lōgissimo tpe inualuit. Quū ab ipso Troię excidio vsq; ad Rollon. ferè tpa ī aliā Normāniæ, allusionē cōmutata est.

Vt verò oīa super hac re cōmenta referam, poterat aliundè Neustriæ nomen causam sortiri à Nester, qđ ꝯm Hieronymū in interpretationib. hebraicis ęrariū vel metallarium significat. Neustria em̄ Britānię ac Cassiteridib⁹ insulis ꝓxima est, à q̄bus magnā stanni copiā defluere cognitissimum est. Quo fieri potuit, vt à metallorum proximitate Neustria sit nūcupata.

Porro vt alterius vocabuli Normāniæ rōnem afferamus, his ferè seculis, cū apud Frācos regnaret Carolus, valida Danorum manus Sequanæ ripas secuta est. Hęc fuerat debita patrię nostrę Rollonis militia, q̄ nos nostraq; potētissime inuasit. Tū actis cū Gallorū rege pacis cōditionib⁹ de pagano Christianus dux Rollo efficitur. Huic patriæ antea īcultæ facies noua nouissimo ducis cōgressu restaurat. Equidē nō absq; diuino numine harū aduenarū accessionū patriæ defluxā arbitrabor. Quippe ex historico nostrarū rerū antiq̄ssimo. (Sed q plura ex p̄missis ignorauerit, quā quā temporibus Guillelmi ac Richardi patrię nostrę ducibus rē exordiat) ipsum Rollonū apud Scādauiā īsulā à Deo monitū accepimus, se vrbē vltra mare iactatā aditurū, illic quoq; regnū ingēs suis stabiliturū.

At q tāta Rollonis tēpestate veluti ab eodē historico didicimus, urbē nostrā tūc Rothomū uocitatā cōperimus. Quæ reducta toties noīs allucinatio vetustioribus causis fomētū p̄buit, vt hinc audita Rothomi narratione, ex homine alioqui Berosi Caldæi forsan penitus ignato, rursus ad Rhomum antiquum Galliæ principem historia recurreret, à quo magis originem habuisse credi par est.

Vn̄ Rollone ipso res nostras occupāte, de Neustris fastidito noīe Normāni sunt appellati, ut huic nouo duci ī gratiā nouū nomē à suorū Danorū ex Aquilone cōmeatu succedere. Et si nouerim quāplurimos, q nō Normānos ab exteris dictos putēt, quos verius ut patriæ indigenas arbitrantur. Qua in opinione Raph. Volater. extitit: cām iō afferēs, qđ cæteri Normānos à Scythis originē duxisse memorāt. Sed uero nullā inter Scythas hui⁹ appellationis gentē reperisse, nec in Ptholemæo testatur. Quòd mihi planè libere loquēti frigidū satis vr̄, nā neq; ex altera gentis nūcupatione dictos credimus: qui à Scythia ꝓficiscentes rei euentu, uel uerius dicā syderis patrii allusione, Normāni nomē habuerint. At verò quicquid in cā pendeat nouissimam hāc Normannorū dictionē retinemus, ac tum cōe nobiscū vulgus hoc historiæ exēplo labitur. Piū uero erit cuilibet super his ꝓfiteri ex voto. Porrò vt nihil extra paginā oberret, suspicor te libenter seruaturum, quonam pacto à Rothomi uocabulo, nostra ciuitas in Rothomagū desciuerit. Quāuis priori rōne idipsum absoluerim, dū corruptam annorū fluxu urbium multarū nuncupationē dixi. nunc tm̄ pro historię coronide vnum addam.

Apud nostrates longè ante fidei orthodoxæ tpa, sicuti plerisq; alijs in locis, Idola cultui summo in p̄tio habebant. ac ibidē de plurib⁹ ꝓ exēplo refricem, quæ apud S. Germanū Parisijs ab omnibus & à me quoque cum illic studiis agerem, uisa est. Pari modo apud nostros, aiunt, Rothon idolū urbis auspiciis inuocatum fuisse. Etiam inter nos locus adhuc sui fani con-

ni conspicitur, à quo Rothi idoli noīe vulgus habet, cum altera magi dictione vrbem nuncupatā. Erat verò Magi pronunciatio nedum apud nostros, sed omnibus ferè nationibus sapientem designans.

Neque diutius suspendēdum est aliud quod à vulgo didicimus. Quippe nōnulli Rothomagi etymologiā à rota magorū profectā autumāt. Neq; forte vero alienum erit istud credere. Cùm rotā multi pro consessu & cōsilio acceperunt. Ita apud Grecos amphyctiones legim⁹, apud Scythas dioscurias, apud alios rotā. Quo in loco apostolicę sedis rota à doctorū virorum cōsilio non erit omittenda. Sic tū in patria nostra Rothomagum gentis primarium ciuitatē sapientes Magi incoluerint, vt cęterę Galliæ Druydes & Bardi. Quo effectum erit à rota illorum sapientię communem dictionem illam vrbi indictam fore.

Hæc igit, mi Bartholomæe, prorsus apud me habeo: q̄ de nostra vrbe tuo iussu collegi, in quib⁹ me vetustatis nebulis plurimū vagatū cōspicies. Adeo à primis auibus res fuerat suo iudicio metiēda, cū ab orbis diluuio vsq; ī p̄sētē diē calculatorū more rē deflorauerī, ac breuitati studui, quā oīb⁹ placere cōstās est, licet ista licētiore stylo exarari potuissēt. Age q̄so & vrbē nostrā in tuo honorū catalogo recēse, cuius splēdori ac glorię p̄fata (si tuo animo sederit) nō parū attulerint. Quodcunq; verò erit in quo tuā diligētiā adiuuare potuerim, libētius te interpellāte exequar. Par.n. amicitiæ vinculū tuis literis & acceptissimum & gratissimū n̄ sine maxima animi hilaritate habeo. Pręterea ex ope à me cōdito qđ reqras, nō ē mō quo te longius suspendā. Ingenuè siqdē fatebor in multis humanitatis partibus me aliqñ versatū, ac de p̄pria Minerua pleraq; apud me in libellos reposuisse, non tm̄ ex legalibus studiis, quæ ēt cū cęteris aliqua sunt. Sed tū liuētiū turba deterruit, tū cordis simplicitas, q̄ cōem illā scribētiū gloriam semper exosam habuit. Erunt autem posthac, dies quibus audaciorem meī edendo tui ac multorum stimuli efficiant. Vale mi Bartholomęe, & boni nostra consule. Ex ædibus tuis apud Rothomagum die 12. Nouembris. 1527.

Cōradus Celtes in descriptione seu libello vrbis Noribergæ eā summope laudat, & ī illa descriptione p̄cedit p capita. Primò de origine & situ & regione vrbis in genere describit. Tū de imagine & descriptione eiusdē in specie. Tū de arce imperiali, fontib⁹ ędificijsq;, & foris vrbis, hortis, & officinis metallarijs. Tū de vectigalibus vrbis syderibus, & qualitate, aeris valetudine, & habitu populi. Tū de ingenijs & moratione virorū & mulierū. Tū de duob⁹ Augustiorib⁹ tēplis, & hospitalib⁹, eorumq; opib⁹, & reliqis. Tū de nouē vrbis monasterijs, & eorū sanctis & p̄batis moribus. Tū de domib⁹ publicis, & frumētariis. Tū de domibus ceronisarijs, armentarijs & expositorū. Tū de pietatibus & eleemosinis vrbis, & leprosis. Tū de magistratibus vrbis & pœnis sontiū. Denique de vniuersali vrbis iustitia, legibus, cōniuiorū, & nuptiarū. Postremo de annona & victualib⁹ vrbis. Quæ oīa (lector candide, si cōtingat tuā ciuitatē laudare) tibi cōmodo esse poterūt. Ideo lege illā descriptionem elegātē & facilē, quā reperies impressam cū voluminibus Exegeseos Germaniæ à F. Irenico exaratis.

Sexagesimaprima consid. de oppidis seu urbibus, vulgo ville dictis, q̄ sit excellentius subnectitur. Et licet Plinius multa in suo lib. naturalis historiæ, libro. 3. 4. 5. & 6. multa regionū oppida insignia describat, & ideo de eis ad eū vos remitto. Attingā tñ tm̄, qđ in Gallia Narbonensi vrbs seu oppidū est valde excellens, quod olim dictū fuit Agathe, nunc verò Mons pessulanus, qđ excellit aliis pluribus de causis. Primò magnitudine, cū sit magnū, lōgū, & latū, plures domos, ædificia pulchra, & tēpla cōtinens: Ita, q̄ ferè in tota patria Narbonēsi nō ē similis ciuitas, saltē ęquiparari pōt magnis ciuitatibus. Maximè ēt cū vniuersitates nō debeant institui, nisi in ciuitatibus, vt no. gl. And. Pan. & Fel. in p̄œ. decretaliū. gl. Bart. & Io. de Plat. in l. unica. C. de studiis liberal. urbis Romæ. lib. 11. c. 1. de magistris, & c. tuæ. de clericis nō resid. Tñ ī dicto oppido pp eius nobilitatē, est vniuersitas, vt dicit Bal. in prœmio decretalium. col. 6. & re vera est, & præstat aliis in medicina: & dixi suprà in 10. par. in 32. consideratione. allegando Nicolaū Boeriū in rub. de reg. iur. ad Dynum in vlt. gl. De isto oppido doctissimus vir Petrus Alleboust doctor ī medicina meritissimus, & ciuis noster, ipso existente in dicto studio Montis pessulani, versus sequentes lusit.

Agathe. floret studio medendi,
Oppidum ponto gelido propinquum.
Cui nouum paruus titulum dedit mons.
Lanus, & amnis.

Sicut Ior, & Dan duo fontes simul iuncti Iordanis nomen efficiunt.

Sine tñ fastu Diuionē (oppidū olim in finibus, & sub ditione Heduorū, nunc urbis capitalis est Burgūdiæ, & dudum sedes ducum) esse excellētius aliis autumo, f̄m quod cōmuniter, & uulgari sermone dr̄, Qui nest ville que Diion. Et quod cōmunis fama famat nō omnino deperditur, & quę cōmuniter dicūtur, nō carēt oīno veritate, iuxta l. si q̄s patrem familias. ī pri. & ibi gl. 1. ff. ad Maced. & l. Barbarius Phil. ff. de officio prætoris, & l. 3. in fi. & ff. de supp. lega.

Nā primò à Dite, (quia diues) nomen assumpsit, & olim tm̄ castrū erat, vt vetustiori fundamēto murorū adhuc ostentatur: nunc verò excellētissimū oppidū, ab ipso Samothe siue Dite primo conditum, quicqd voluerint astruere nonnulli, p̄cipuè Annoni⁹ monachus de gestis Francorū lib. 2. c. 24. qui dicit ab Aureliano imperatore hoc castrū olim fuisse constructū, quod falsum est. Licet fatear eum augmentasse tam murorū ambitu q̄ populis, & diuitiis ornasse. Cuius qdem si velis ad saturitatē uidere topographiā, & genesim, videas quę in cōmentariis nostris consuetudinum ducatus Burgundiæ retuli in prœmio. in uerbo, uille de Diion. ubi, & de laude eiusdē. Quibus iūgat sequēs epigrāma ab ipso Pet. Turrello heduēsi viro literato, astrophilo, et Diuionei gymnasij rectore.

Quisquis Mandubios affectas noscere fines,
Diuio Sequanis quos scidit almus agris,
Carmina quæso legas exili scripta papiro,
Quis (quem plura putes) sciueris esse tibi.
Vrbs est hostifugo quæ Diuio condita muro

Et triplici multis amne rigata locis.
Quondam vt Troia fuit trino circundata riuo,
Vel simili doctus flumine Parisius.
Quem & si nauiponens multo cum remige Titon,
At nos lætifico, munere Bacchus alit.
Vnus habet querulis de ranis triste Voramen
Cui fluit exigua perbreuis aluus aqua.
Alter est à succo, uel sicco succio factus:
Nil nisi sordiduli pondera ventris agens.
O quàm sæpe suo vincitur carrus honori,
Girmaga & scaphij sordida rhæda sui.
Tertius inter eos liquidißimus Oscara dictus,
Quæ recipit tardis fluctibus vdus Arar,
Hic rapida rigidus versatur mole molaris,
Quo sua dat dulcis munera multa Ceres.
Assolet vt teneros cum pascit mater alumnas,
Quæ præbet natis iam semel esca suis.
Plus celeres pagri, plus carpio, gobio, cancri,
Et plus hoc fluuio scammea turba natat.
Parua ferat flatu quàm siccus corpora puluis
Dum calidus flauos Syrius vrit agros.
Quo faciles tenebrant salices, atque altior alnus:
Et tenui calamo frondea ripa virens.
Quale solet putres per glebas sectile porrum.
Aut inter nitidas braßica lata niues.
Principis in nubes hic ardua tecta minantur,
Sunt quoque magnifica structa theatra manu.
Sicq; alijs structura ingenti Diuio vicis
Anteit vt breuibus pinus acuta rubis.
Et fabricata semel sua si palatia surgunt:
Hinc poteris longè quàm addere ad oua minus.
Septimus hic parrochus sancto vittatur amictu,
Quæ facit hunc numerum pagina cuncta sacrum.
O felix nimium Dis tantæ conditor vrbis,
Ogygides Diti cui pater Iapetus.
Celtica quem primum fecisti terra colonum,
Atque etiam nostros ante habitare locos.
Omnium & hinc primus sedes & tecta locauit,
Deq; suo diues Diuio nomen habet.
Nomine quo tanto hic diues celebratur asylum
Sanctaq; maioris prima figura sacræ.
Quod Deus omnipotens longum seruauit in æuum,
Hostiæ vt hic esset pegmata longa sacræ.
Voluite mira, precor, vigilanti pectore fata,
Atque quibus durant legibus illa suis.
Inclyta Mandubijs nunc staret Alexia campis,
Illa sed haud tanto sydere digna fuit.
O veneranda domus cunctisq; hilaranda diebus,
Quare sidet ueri victima sacra Dei.
Hostia diuinum cuius ingens numen adoro,
Aspiciat famuli vota precesq; sui.

SExagesimasecũda cõsid. de tẽplis seu ecclesiis, qđ fuerit, aut sit excellentius p̃dicabit. In primis p̃missa multiplici acceptione huius vocabuli, ecclia, de quo ad do. theologos & canonistas vos remitto. vt paucis reassumã, dico ꝙ ecclia triũphãs militãti p̃fert, & ordines vtriusq; scripsit Dionysius in sua hierarchia, đ qbꝰ s. in 3. & 4. par. Ecclesia uero militãs cũctis alijs rebus p̃ferẽda est, vt ẽt satis cõprobatũ est in d. 4. par. Item ꝙ ecclesia Christiana p̃fertur synagogæ Iudæorum, vt superius in ista par. in 20. consideratione. & de principio ecclesiæ Christianæ, vide Polidorum de inuentoribus rerum lib. 5. c. 6.

Quid tñ de ecclesiis particularibus, quę illarũ sit præferenda, sumẽdo ẽt ecclesiã spiritualiter? Et ĩ hoc nemini est dubiũ, ꝙ ecclesia Romana est cunctis p̃ferẽda, & ab omnibus aliis honorãda, pluribꝰ mediis.

Primò, est caput, & mater oĩum aliarũ ecclesiarũ, vt hr̃ p tex. in cano. 1. 12. d. & ibi amplè Io. de Turr. etiam comprobat. Idem in c. memoriã. 19. dist. Ideo est prælata cęteris, vt dicit idem Ioan. de Turrecrem. in c. quamuis. 21. dist. in 2. col. & est sup̃ior inter oẽs ecclesias. Idẽ Ioã. in c. ogamus. 24. q. 1. licet ibi dicat, ꝙ Antiochena olim prima erat. Et dña aliarũ ecclesiarũ dr̃. Idẽ in c. oportebat. d. 79. Imò habuit p̃rogatiuã à Christo. Idem in c. à recta. 24. q. 1. & p̃ricipaliter Christus eidẽ primatũ dedit, secundario verò concilia, vt in c. dudũ. 3. q. 6. Ideo inter oẽs alias venerãda. Idẽ in c. visis. 16. q. 2. Et qm̃ ista materia est amplissimè in locis hic ante allegatis ventilata, vt p Ioannem Ekium Alemanũ in suo tract. de primatu Petri. vbi tenet, & p̃bat quod oẽs ecclesię oriẽtales etiã obediẽrunt ecclesiæ Romanę: & ẽt dixi suprà in 4. par. Et đ eiusmodi præstantia, & de qua diu certauit cũ ecclesia Hierosolymitana, scribit Polydorus de inuentoribus rerũ lib. 4. c. 7. Et eius autoritas satis probatur p Iudocũ Clyctoueũ in suo Antiluthero, & propugnaculo ecclesiæ cõtra Lutherũ, ideo aliter non insisto. Sed descendendo particularius uidẽdũ est: an ecc̃lia S. Petri sit maior q̃ Lateranen. Et vr̃ ꝙ si c, qm̃ ĩ c. sanctorũ, 10. q. 1. primo nominant̃. Ideo dignior, & maior vr̃ ex priori denominatione, đ quo suprà ĩ 1. par.

Secũdò ex c. dudum. 3. q. 6. ubi dr̃, ꝙ ecclesia Petri noĩe suo cõsecrata, & domino instituente, prima sit, & caput cæterarum.

Tertiò ex cap. futurã. 12. q. 1. ubi dicit textus. Constantinus vir religiosissimus fabricã templi primę sedis beati Petri instituit.

In oppositũ tñ arguit Ioannes de Turr. in d. c. sanctorũ, & probat quatuor rationibus, ꝙ ecclesia beati Ioan. Lateran. sit maior, & ibi soluit argumẽta in cõtrariũ, ideo ad illũ recurre. Petrus venerabilis abbas Cluniacen. in suo tract. de miraculis. laudat, & extollit ecclesiã nostræ dominæ, quę dr̃ maior extra multas, & inter alia ex quodã miraculo, quod dicit ibi fieri singulis annis in vigilia assumptionis beatę Marię ubi cerei p 24. horas accensi non diminuuntur.

De ecclesia uerò Cõstantinopolitana primũ locũ post Romanã obtinere vr̃, vt in c. Constantinopolitanæ. 22. d. & ibi Ioan. de Turrecr. & de ea ei, & eius excellẽtia facit mẽtionẽ tex. in auth. ut determinatꝰ sit numerus clericorũ colla. 1. & vacabat ecclesia sanctę Sophiæ, ut dicit ibi gl. in uerbo, ecclesia. Excellentia aũt illius ecclesię consistebat in multitudine seu numero clericorũ, qui erant nongenti quinquaginta: ut refert ibi gl. in uerb. mensura, q̃ pro hoc allegat l. nõ plures. C. de sacros. eccle. quẽ numerũ Iustinianus reduxit in quadringentos uigintiquinq;, & super centum existentibus his qui vocantur ostiarij. Nam sexaginta erant præsbyteri. diaconi autem masculi centum.

tū,& quadraginta fœminæ,subdiaconi verò nonaginta,lectores centū,& decē,cātores vigintiquinq;. Et vt fert,ob tātā multitudinē clericorū, ipsi diuisi fuerūt,ita q diurnū,& nocturnū oī hora celebrabat° officiū diuinū ī dicta ecclesia: iō laus ppetua dicebat°.

Sed ad tēpla,seu ecclesias materiales transeam°, q̄,& à poetis,& historicis plura excellētissima memorant,vt tēplū Dianæ Ephesiæ,in quo fuerūt centū viginti septē columnæ a singulis regib° factæ sexaginta pedū altitudine,inter quas 36. celatæ fuerunt miro artificio.Tēpli lōgitudo erat 425.pedū, latitudo verò 220.Et factū est a tota Asia ducētis, & viginti annis: vñ inter septē orbis miracula pp operis magnitudinē,& sumptū icredibilē annumeratū extitit.

Fuit tēplum Iouis Ammonis, quod fuit insigne, & sumptuosum ab Iarba rege Getulorum factum, ī quo erant centum arę.vnde Virgilius.

Iarbas rex Getulorum
Templa Ioui centum latis immania regnis,
Centum aras posuit,vigilemq; sacrauerat ignem.
Excubias diuum æternas.

De quo etiam meminit Martialis in suo primo epigrammate.Itē Virgili° scribit Didonē fecisse tēplum Iunoni donis opulentum.

Aerea cui gradibus surgebant,limina, nexæq;
Aere trabes,foribus cardo stridebat ahenis.

Refertq; Baptista Fulgosius li.de dictis factisq; memorabilibus.tit.de miraculis.c.de gemmis.&c.q venefica animalia,neq; muscæ nō ineūt triclinium ecclesiæ Aniciensis in Auernia(quæ uulgò *du puys* dr) & si aliundè inferantur statim moriunt̄, & ī hoc laudanda est ecclesia, q veteres scripserūt Romę ī Herculis fanū,nec muscas,nec canes vnquàm ingressos.

Sed ad magnificū illud tēplū Hierosolymitanū, qd Deo omnipotenti Salomon anno regni sui quarto ædificari cœpit,& septē annorū spatio pfecit, annis verò ab ortu Adæ primi hominis tribus millib° cētū,& duobus sermonē cōuertamus,cuius magnificētia,& dignitas ab oībus in hodiernū diē vsq; approbatur.Fuit aūt sexaginta cubitorū ī lōgitudine, & viginti cubitorū in latitudine,& triginta cubitorū in altitudine.Et porticus erat ante tēplum viginti cubitorū lōgitudinis iuxta mensurā latitudinis tēpli,& habebat decē cubitos latitudinis ante faciē tēpli,fecitq; in tēplo fenestras obliquas: plura ēt alia mirabilia fuerūt in illo tēplo,ut describitur 3.Regū 6.& 7.cap.Nihilq; erat in tēplo,qd auro nō tegeretur,ut ibi dicit,& ī c.gloria episcopi. ibi: neq; verò 12.q.2.& amplè de excellētia, & magnificētia illius vltra alios ponit frater Ioan.Ludouic.Viual. de mōte regali in suo opere regali.tract.de magnificētia Salomonis,& ibi pbat septē rationibus,q illud tēplū fuit nobilissimū, & qūo fuerit formatū in modum pulcherrimæ ac fortissimæ turris,& de illius pōpa, & incredibili pulchritudine. & ī officina Textor. in c.alia opa,& ædificia sumptuosa.ī fine.vbi vltra alia laudat illud,dicēs,q ī primis à Salo.triginta hoīum millia cedēdis arboribus, vt Cedris,& Cupssis sunt destinata ad illud ædificādū.Lapicidarū verò extiterūt octogīta millia.Inferioris structurę materia erat ex candēti saxo.Trabes erāt Cedrinæ,Cedrina concameratio auro illita, vt parietes oēs. Duo Cherubi ex puro auro,pauimētū petalis aureis instructū. Ianuæ vicenū cubitorū altitudine auro coruscūtes.Ante vestibulū erāt duæ colūnæ Æneę 18.cubitorū altitudine,ambituq; duodenū. Altare fuit æreū denū pedū altitudine,lōgitudine duplo maiore.Item mēsa una aurea,phialæ,& pateræ aureæ decē millia, argenteæ quadruplo maiore nu.Cādelabra 10.millia ex auro, & argēto fabrefacta,& istud ē de tēplo artificiali seu materiali nō spūali,de quo hr̄ Ioā.2.& 1. ad Cor.3. quod est Christus.Fuit,& dictum templum sub Dario reædificatū in omni gloria,ut patet Esdrę 3.c.7.

Et per istud templum Salomonis,& Ezechielis tēplum arduum,& sublime,quod uidit Ezech.in spiritu construendum, & admirabili exornandum decore,de quo Ezech.42.& per illud tabernaculū, qd Moyses construxit iubente domino.de quo Exo.25. Imaginata,& figurata fuit ecclesia Christiana.

Templi verò quatuor partes esse dicūtur: Antica ad ortū,Postica ad occasum,Sinistra ad Septentrionē,Dextra ad meridiē.Ita dicit Arch.in c.vniuersas, & est versi.sub c.placuit 16.qō. 3. & iam dixi supra ista parte in consider.quæ de quatuor partibus mūdi loquitur: ibi ēt dicit, q Moyses primus tabernaculum dño condidit. Salomō deinde templum.quem refert Luc.de Pēna in l.uniuersi.C.de fundis rei priuatæ li.11.Et ibi notat, q Christ° ingressus Ierusalē, primo templum adiit,ut habetur Matt.21.Dās nobis formam religionis,ut quocunq; imus primo domum orationis si ibi est,adeamus,& per oōnes deo nos commendemus: post ad agenda negocia secedamus,utinam istam instructionem sectaremur oēs.

Templum verò fuit Lugduni ab vniuersis Gallis, teste Strab.in 4.cōi impēsa designatū,& extructum, & Augusto Cæsari dicatum: ante tñ hanc vrbem cōstructum,ubi fluuiorū,s.Araris,& Rhodani est coitio,ubi nunc est abbatia Attanacensis, quod unà cū tota regione (Autore Seneca ad Lucillum) fatali igne,quo & Colonia vrbis,videlicet tpe Senecę exustū est.Et de excellentia huius ecclesię Lugdunē. uide Campegium in suo tractatu de antiquitate vrbis Lugdun.c.2.& in c.3.ponit de claris Lugdun.

De pluribus aliis tēplis,ut Vulcani,Cereris, Palladis,& Panos scripsit Cœlius lib.antiq.lectu. 12.ca. 61.cum sequenti.

Itē de illis templis quæ olim fuerunt Romæ Blōdus loqtur in li.1.de Roma triumphante,& in li.de Roma instaurata li.3.dicit nullum in tota urbe ædificium facilè reperiri maiori sumptu, maioriq; rerū ptiosissimarum apparatu,q̄ templū pacis extructū: quo diuus Hieronymus in expositionib° Iohelis pphetæ sic ait.Vespasianus,& Titus Romæ tēplo pacis ędificato,vasa tēpli Ierosolimitani,& vniuersa donaria in delubro illi° cōstituerunt.Omitto, q Galeacius Maria vicecomes superbissimū tēplū prope Papiā ordini Carthusiensiū ingenti impēsa fabrefecit.

Crederē,& fortè nō temerè templum sanctæ Sophiæ Cōstātinopoli olim à Cōstātino magno extructū,fuisse excellentius post templū Salamonis regis

guis filii Dauidis. Nã dicitur maior ecclesia, sanctissima, & mater ecclesiarum imperii, ut est textus in auth. vt determinatus sit numerus clericorum. §. j. coll. j. Nec potuissent cõtineri tot & tãti uiri ecclesiastici de quibus supra, nisi fuisset amplissimum & speciosissimum. Et li. i. chronicarum Reginonis dr. Extruxit quoq; Iustinianus Cõstãtinopoli templum, cuius opus intantum cũcta ędificia excellit, vt in totis terrarum spatiis, huic simile non possit inueniri.

Apud nos ecclesia diuæ virginis Mariæ Parisiẽsis est maior & excellentior aliis in sua structura, habẽs duas immanissimas turres, quas omnes admirantur.

Quis tñ primus condiderit tabernacula, delubra, aut deo uero tẽplũ fecerit, uide amplè per Polydo. de inuentoribus rerum lib. 3. c. 9. & lib. 5. c. 6. & eo. lib. 5. c. 1. scribit unde consuetudo sit exornare templa, diebus festis, auleis, variisq; arborũ frõdibus, floribusue, ac in illis offerre cãdelas cereas, cereosq; ac cereas imagines. Itẽ accẽdere lãpades, tabellasq; ponere, quibus miracula à diuis facta representantur.

§ Exagesimatertia consid. q̃ inter sacellas seu capellas sit excellentior, inquirit. Inter cætera iure cautũ est, q capella ducis Burgundiæ in urbe Diuionẽsi extructa, ab antiquo est multũ priuilegiata à sũmis põtificib. Qm̃ non subiicitur, neq; epõ Lingonẽ. (in cuius diœcesi est sita) neq; aliis epis aut archiep. sed hẽt suũ decanũ superiorẽ immediate summo pontifici subiectũ, cum toto collegio. de quo scripsit Inn. III. epõ Lingonen. ut in c. cũ capella ducis Burgundiæ. de priuilegiis. extra. Ideo uř dicendũ, q Decanus illius pp talẽ exemptionẽ post epos in tota Gallia debeat sedere in altiori loco, ubi congregarentur, ẽt cũ abbatibus, qm̃ exempti præferuntur cæteris. facit. c. per tuas. iuncta gl. in uerbo, subdiaconatus. extra de maio. & obed. quę dicit q episcopi exempti, i. Papæ immediatè subditi in concilio generali uel synodo, sedere dñt in altiori & meliori loco, q̃ non exempti. Ad idem tex. in c. ut apostolicæ. de priuileg. in 6. ubi hř q Abbates exempti in concilio prouinciali & synodali possunt uti mitra auri frisiata. sed nõ exempti albã & planã deferre debent. facit ẽt c. dignũ. de celebratione missarum. in clemẽ. ubi clerici cõmensales & domestici cardinalium & episcoporum sic priuilegiantur, ut illas horas uel illud officium, quod idẽ cardinales uel episcopi dicent, licitè dicere possint.

Ex quibus exẽptione & priuilegio eidẽ capellæ cõcesso uidemus, q Decan⁹ dictæ capellæ Diuionẽ. incedit in põpis seu rugationibus & gñalibus processionibus cũ abbatibus monast. sanctorũ Benigni ord. S. Bñdicti, & Stephani ord. canonicorũ regu. S. Aug. sitorũ in dicta urbe. Nam isti tres simul incedunt: imò Decan⁹ pfatus est in medio illorũ abbatũ. Ex quo digniorem locũ hře dr, per ea q̃ s̃ scripsi in j. par. in 13. cõsid. imò ẽt in cõuocatione triũ statuũ patriæ Burgundiæ uidi decanũ dictæ capellæ pcedere Decanos ecclesiarũ cathedralium. Itẽ ẽt dicta capella est sumptuosa, excellenti & magnifico ædificio cõstructa, ut nulla ei æq parari possit in lõgitudine, latitudine, & altitudine, & potius digna est dici cathedralis. In ea nẽpe cõstituti sunt canonici 25. inter quos est principalis dignitas q̃ est Decanatus, & tres alię inferiores, vt Cantoria, Pręposituta, & Thesauraria. Etiã plures capellani habituati numero totidẽ, optime pbẽdati, ita q hñt in redditibus annuis, saltẽ quisq; canonic⁹ p pbẽda ferè summã 200. libr. Musici ibidẽ canorosi plures nõ sine magna ĩpẽsa sustẽtãt. In ea fit diurnũ & noctur. offm̃ ritè vt decet: & quotidie celebrãtur ordinariè octo missæ solẽ. & alta voce, dẽptis his q̃ extraordinariè dici pñt. Celebrior tñ ex missa ordinar. illi⁹ ordinis militaris, q̃ vocatur ordo velleris aurei (hoc ẽ, *Lordre de la thoison dor*) à Phi. duce Burg. pri⁹ ĩstitut⁹, q̃a cõcẽtu iucundo & musico celebrant. Sũt & plures capellaniæ eadẽ capella ornatissimè & optimè fundatę, & ĩ fundatione illi⁹ vnusq̃sq; paup sacerdos, q̃ ad hãc capellã accedit, & vult ibi celebrare, habet duos solidos Turoñ. p missa ex pecuniis collegii dictæ capellæ. Et q̃a se offert materia, iõ ñ erit alienũ bullæ tenorẽ sup ædificatione dictæ sãctę capellæ Diuionẽ. cũ priuilegijs eiusdẽ hic inferre, qui sequitur.

Alexander episcopus seruus seruorũ Dei. Dilecto filio Vgoni duci Burgũdiæ salutẽ & apostolicã benedictionẽ. Petitionib⁹ nobiliũ & potentũ virorũ, q̃ rõni & honestati noscuntur inniti, aĩo nos cõuenit placido cõdescẽdre & eas libẽter & efficaciter exaudire, vt ad ecclesiarũ cõmodũ feruẽti⁹ accẽdant, cũ ĩ eorũ iustis petitionib⁹ ab apostolica sede facile se nouerit exaudiri. Inde est q deuotionis feruore & ĩstãtia tuę petitionis inducti, fundũ quẽ apud Diuionẽ p eccl̃a & officinis ei⁹ ędificãdis, beato Petro ac nobis liberaliter obtulisti, in ius & pprietatẽ nostrã & eccl̃æ Ro. accepim⁹. Et ibidẽ ecclesiã cõstruẽdi, q̃ soli Romano Pontifici dẽat rñdere. Tibi facultatẽ & licentiã indulgemus. Autoritate apostolica prohibẽtes, ne cui epõ vel alij ecclesiasticæ psonæ liceat quicquam iuris sibi in eadem ecclesia vel clericis eidẽ ecclesiæ seruientibus vendicare. Datum Tuscul. 6. Idus Nouembris.

Anno vero dñi 1192. obiit illustrissimus princeps Hugo dux Burgundiæ fundator & ædificator prædictę sanctæ capellæ Diuionẽ. aĩa eius in pace quiescat.

In ea enim deuota capella ẽt reposita est illa sacratissima Hostia, etiam nõ corrupta, quæ fuit à perfido Iudæo gladio perforata, ex qua tunc miraculosè sanguis exijt: vt & nunc signa & notæ, in ea extant, q̃ & miraculis præfulget, & ad quã cã deuotionis magna & alacris concurrit turba. Bullã aũt super missione dictæ sacræ Hostiæ ad illustrissimum principem Philippum ducem Burgundiæ his addere volui, in testimonium prædictorum, cuius tenor est talis.

Eugenius Papa quart⁹, dilecte fili salutẽ & apostolicã benedictionẽ. Singularis deuotionis zel⁹ quẽ ad fidẽ catholicã & sacramentũ passionis dñi nostri Iesu Christi gerere te videm⁹, merito nos inducũt: vt ea tibi cõcedamus, q̃ deuotionẽ tuã, & aliorũ Christi fideliũ valeãt augere. Tuis igit in hac pte deuotis supplicationib⁹ annuẽtes tibi hostiã q̃dã sub imagine saluatoris ĩ trino sedentis mirabile scr̃um Dñici corporis multis in locis à vesana cuiusdam feritate gladij ictibus perforatã, & ex eo sanguine respersam, in locis p̃fatis, quæ in sacrario nostro erat recõdita, tuæ piæ deuotioni cõcedimus, & donam⁹. Volẽtes & mandãtes

Ee e tibi,

tibi, vt eã in aliqua ecclesiarum quas possides, aut ĩ alio loco celebri, cũ eo honore, & reuerẽtia recõdas futuris tpibus venerãdã, prout tanti sacramenti maiestas, & magnitudo requirit, Datũ Romę apud sanctũ Laurentiũ in Damaso sub anulo nostro secreto. die 27. mensis Septemb. Pontificatus nostri anno 3.

Nolo te latere, ꝙ ĩ castro Diuionẽsi est sepulchrũ cuiusdã senatoris Diuionen. noĩe Hilarij, q̃ fuit ita castus, ꝙ cũ post eius mortẽ vxor eius amoto coopertorio in eius sepulchro poneret, uisus est leuasse dextrã, qua ceruicẽ uxoris amplexus est, ut refert Greg. Turonen. in lib. suo in gloriam confessorum c. 42.

SExagesimaquarta consi. de pinnaculis tẽplorũ, q̃ cãpanilia dicta sunt, & de excellentia nõnullorũ tractat. Et re vera multa loca lustraui in Gallia, & Italia, & plura cãpanilia vidi, & de pluribus plures iter rogaui, tñ ex relatu nõ accepi excellẽti⁹ fore ĩ Europa cãpanili ecclæ sancti Lazari Hedu. de qua suprà satis ꝓpè in 60. cõsid. dictũ est. Quippe ẽ valde sumptuosum, & vltra alia extollẽdũ ex eius fundamẽtis, p̃cipuè verò altitudine. Fũdat. n. sup quatuor colũnis seu pilis, aut pilearibus lapideis in medio chori dictæ ecclę exiſtẽtibus, q̃ grossitudinis sunt tm̃ in oĩ quadratura 8. pedũ. Altitudinis verò 36. vel ultra, cubitorũ fornice distĩcta. in summitate verò dictarũ quatuor pilarũ, & sup illis cõstabilita est turris quadrata, altitudinis 20. cubitorũ, hñs deambulatoria ampla miro artificio cõstructa, deinde ĩ acutiẽ, & fastigiũ ducit hñs formã Piramidis quadratã octo q̃draturis admirãdæ structurę ultra oẽm excelsitatẽ q̃ manu fieri posset, & q̃q; quadratura cõpacta est lapidib⁹ quadratis artificio sumptuoso ĩ modũ cristarũ factis, per quas posset ascendi ad summitatẽ vsq;, & dicta Piramis est fere altitudinis tercentũ cubitorũ. In eo sunt viginti cãpanæ, & vltra, quarũ duæ sunt magnæ molis, vna põderis est 18. millium, altera uero 15. sonus autẽ dũ pulsant, est consonantię, & cõcordiæ tantæ, ut musicã ipsam redolere videatur.

Vnũ pręterea addo, qđ & ad cultũ ciuitatis nr̃ę facit, licet curiosius nr̃a, & nõ extera scrutari forte dicat, sed cũ veritate enarrarẽ possum, qđ sentio. In nr̃a q̃ppe ciuitate est ẽt eccl̃a diuæ virg. Mariæ collegiata, de qua s̃ ĩ d. 40. cõsid. dixi, ab excellẽtiss. dño Nic. Rolin, olim cãcellario Burgũdię ciue nr̃o cõstructa, & dotata ex tribus mille libris Turon. ex redditu annuo, p 12. canonicis, & 24. capellanis, quorũ supior Prępositꝰ uocatꝰ, & sunt exempti à iurisdõne epi Heduẽ. in qua ecclesia erigitur aliud cãpanile ligneum sumptuosum fundatũ sup turri lapidea quadrata, q̃ eleuat supra tectũ dictę ecclæ, & ibi sunt ambulacra ornatissima plũbata, auro illita, & ibi est horologiũ, desup attollit dictũ pinnaculũ in acutiẽ in formam piramidis altitudine 300. cubitorũ, & ultra, tegulas hñs deauratas mirabili impẽsa, & ornatu, ordinatas, & dicta duo cãpanilia ita sũt sumptuosa, magnifica, & excellẽ. ꝙ bonæ memoriæ rex Lud. XII. hãc ciuitatẽ uocabat, *fauille aux beaulx cloyschez*, & pluries dixit, ꝙ non erãt similia campanilia ĩ toto suo regno.

SExagesimaquinta consid. sit de castris, in qb⁹ solent habitare apud nos pricipes, & nobiles, & sæpius fiũt ĩ limitibus ꝓuinciarũ ad tuitionẽ, & protectionẽ illarũ, vel vt habitantes in eis nõ euagentur, imò ibi sint sub quadã custodia principum. Ideo castra à castro castras dicta sunt, quia in eis volũtas, vel licentia inhabitãtiũ castrat, ne passim vagare liceat, & pateant hostibus. eadẽ rõne dñr castra in expeditione militari, tñ in plurali, vel quia tanq̃ casti dẽnt ibi uiuere, vñ intrare castra fœminis non licet. Deuter. 23. Qñ egressus fueris cõtra hostes tuos ĩ pugnã, custodies te ab oĩ re mala. si fuerit inter vos hõ, qui nocturno pollutus sit somno, egrediet extra castra, & non reuertet priusq̃ ad vesperã lauet aqua, & ĩ. Dñs Deus tu⁹ ambulat in medio castrorũ, vt eruat te, & tradet tibi inimicos tuos, ut sint castra tua sancta, & nihil in eis fęditatis appareat, nec derelinquet te. In his. n. castris castratur libido, vel licentia uagãdi, ideo casti debent ibi uiuere, cũ luxuria uires eneruet. Vñ meretrices ab exercitu submouẽtur, qb⁹ castra militũ intrare nõ licet, ut dictũ est, & in 9. par. ĩ 33. cõsid. hodie verò castra militũ scortis repleta sũt ꝯ̃ disciplinã Metelli, & minoris Aphricani, Adeo ꝙ facili⁹, & frequẽti⁹ Thaydis castra, q̃ Hãnibalis videmus euerti, vt scribit Guil. Ben. in sua repet. c. Ray. in uerb. cuidã Petro tradiderũt. nu. 73. extra de test.

Vel castrũ dr̃, qa in loco alto situ est à casa alta, ut dicit Luc. de Pen. in l. sicut fieri. C. de erogatione militaris annonæ. li. xij. ubi est tex. qũo annonæ militares sunt in castris deferẽdæ ꝓ exercitu principis, qđ pluries uidem⁹ obseruari in castro Diuionen. & Belnensi. Et talia castra pñt tm̃ possideri, & hñ à principib⁹, vel ab his qb⁹ ascripta sunt, & data à pricipib⁹, vel ex antiq̃tate. Ita ꝙ si priuatꝰ, uel castellanus nõ miles ĩ his locis fuerit detẽtator iuẽtus, capitali sñia cũ publicatione bonorũ plectetur. l. q̃cunq; castellorũ. C. de fundis limitrophis. lib. xj. & ibi Luc. scribit, ꝙ talia q̃ sunt regalia, & alia iura regalia peti pñt a possessoribus, q hñt ex priuilegio, & qũo docere dẽnt de eorũ priuilegio cõtra. l. cogi. C. de peti. hær. &, ut ait, est magna p̃sumptio cõtra illos qui habuerũt aliquã administrationẽ à principe, ut sunt officiarii, q post eorũ officia absoluta reperiuntur hr̃e aliqua iura principũ, præsumptio est cõtra eos, ꝙ debent docere de titulo. qm̃, vt cõiter officiarii ĩ his sæpi⁹ malignãtur. Sicut ẽt esset præsumptio cõtra illos priuatos q possiderent aliquas decimas vni⁹ beneficii curati, si eorum prædecessores tenuissent illud beneficiũ curatũ. Nam hoc casu tenerent docere de titulo propter præsumptionem existentẽ cõtra eos, & eorũ incapacitatẽ, sicut est in priuato, qui tenet iura principũ: qa quo non põt possidere nec p̃scribere, ideo semper tenet docere de titulo: ut ibi amplè scribit Lucas, ad quẽ recurre, & ibi in fin. q̃rit, an concesso castro p principẽ uideatur cõcessum merũ imperiũ, qđ ibi habebat: sed quia nõ quadrat, & dixi in commentariis nostris sup consuetu. ducatus Burgundię in rub. ad initium, uersi. iurisd. in fi. ideo nõ insisto.

De forma uerò, & dispositione castrorũ militariũ apud Roma. l. Blõdũ. li. 6. d Roma triũphãte, vbi ẽt scribit castra, vt plurimũ quatuor habuisse portas.

Aduerte, ꝙ in legato castri ueniunt arma, quę ibi

ponuntur

põnũtur ad defensionẽ castri, vt tenet ĩ terminis Oldra. cõsilio suo 163. & Martinus Laudensis in tract. de castellanis, & castris arti. 4. vbi corruptè allegat Oldr. & ibi plura scribit de castris q̃ sũt singularia, sed nihil ad rẽ faciũt. Sed redeundo ad intẽtũ videamus, ꝙ castrũ sit excellẽtius. Certũ ẽ enim multa eẽ castra in Gallia, ĩ Italia, in Hispania, & Alemania, & in tota Europa, & multi principes seipsos delectauerũt in cõstruendis pluribus castris. Et inter alia duo reperiunt̃ excellẽtissima, quorũ vnum ædificij sumptuositate, & cõstructionis forma, & mirabili impẽsa laudari debet, de quo Philipp⁹ Bergomas lib. 14. sui supplemẽti chronicarũ ait, ꝙ Ioãnes Galeati⁹ in Papieñ. sua vrbe inter cætera castellũ, siue regiam domũ ĩcredibili pulchritudine, & impẽsa extruxit, in quo & bibliothecã cõdidit, in qua tãtã librorũ copiã cõtraxit, quantã alibi se vnq̃ vidisse meminerit, & q̃ uiderũt, testimoniũ ꝑhibeãt de excellẽtia illi⁹. In medio q̃ppe illius est curia ĩ quadro disposita, cu i⁹ lõgitudo, & latitudo æqualis ẽ ab vtraq; parte ꝑ cursu, (vt dici solet) vni⁹ lãceæ militaris, & quatuor partes quadratæ æquali ædificio sunt ꝯstructę: patẽt vndiq; deambulacra, hoc est gallariæ, latitudinis 30. pedũ singulæ cameræ, & aulę, &, vt verius dicã, tota dom⁹ ẽ depicta ĩtus excellẽti, & singulari pictura ex auro purissimo, & azureo eminẽti. In qualibet parte ẽ aula ampla, & sup̃ba, & hincĩde cameræ decẽter distinctæ, stat & castrũ ꝑ media parte, & à parte meridionali ĩ ciuitate, à parte septẽtrionali extra ciuitatẽ. Est porta singularis, & eminẽs, qua ĩgredit̃ ĩ leporariũ, viuariũ, seu cõseptũ prĩcipis vulgò parcũ, ubi sũt tres dom⁹ excellẽtes ꝑ solatio pricipũ, & ĩ eo ĩcludunt̃ oĩs generis animalia fera, & est lõgitudinis 5. milliariorũ, & latitudinis duorum, & vltra, & ad vnũ angulũ illi⁹ septi ꝯditũ ẽ excellẽtissimũ cœnobiũ Carthusiensiũ. Et ibi in multis locis sunt aq̃ irriguæ, nemora, prata, & agri feraces, & fructiferi. q̃ nõ sũt modici reddit⁹. In eo iuxta castrũ sũt lauacra lapidea elegãtissima, ĩ qb⁹ ĩfundit̃, et exhaurit̃ aq̃ ad libitũ ꝑ lauacro nobiliũ, & dñarũ. fossata illi⁹ castri ex lapidib⁹ quadratis ꝯstructa sũt, multũ lata, & ꝓfunda, in q̃bus neutiq̃ aut raro deficit aqua discurrens.

Aliud ẽ castrũ nostræ ciuitatis Heduẽñ. & est tertia pars bona ciuitatis, & est sitũ ĩ parte superiori, in quo sunt tres magnificẽtissimæ ecclesiæ, seu tẽpla. s. sanctorũ Nazarij, & Celsi, & ẽ illa primaria, & originaria cathedralis, & sub ea est ecclesia parochialis S. Ioannis in crotta. Alia est ecclesia diui Lazari, quẽ Christ⁹ à morte suscitauit, q̃ fuit capella: sed hodie locũ cathedralis obtinet, & in utraq; celebratur officiũ diuinũ singulis horis. Et numerus clericorũ ibi deseruiẽtiũ est, Episcop⁹ cũ octo dignitatibus. lij. canonicis, & 80. capellanis, & habituatis. Alia ẽ eccl'a collegiata, & parochialis diuæ virginis Mariæ, ĩ qua sunt 12. canonici, cũ Pręposito. & 8. capellanis. Etiã ẽ & alia eccl. parochialis sub titulo sancti Quĩtini, cui⁹ sum parochian⁹, & de his ecclesiis latè hic ante dixi in 60. cõside. In isto castro ẽt est palatiũ episcopale excellens, amplũ, & magnificũ. Est & domus seu palatiũ Rolinorum superbũ vltra centũ domos tã canonicorũ, q̃nã ciuium maiorũ inhabitantiũ optimè constructas, & magno sumptu, non computatis alijs paruis domiciliis, Quibus cõsideratis non reperies tam latum, neq; tam opulentum castrũ in tota Gallia. ideo inter alia summè laudandum est.

Dñi de Ambasia tpib⁹ qb⁹ floruerũt ĩ Gallia plura castra excellẽtia cõstrui, & ædificari fecerũt, vt reuerendissimus ĩ Chr̃o pr̃ dñs Georgius de Ambasia Archieps Rothomagẽ. Cardinalis, & Legatus de latere ĩ Francia. Castrũ de Gallione in diœcesi sua Rothomagẽ. Alius frater Eps Pictauẽ. castrũ de Dionyꝑpe ciuitatem. Ali⁹ frater Eps Lingonẽ. dux, & par Franciæ. castrũ de Mussy in diœcesi Lingonẽ. Alius, & quart⁹ frater Eps Albigen. vnũ castrũ ĩ sua diœcesi. Quint⁹ eorũ frater Eps Claromõtẽ. & Abbas Cluniacensis. aliud castrũ in Auernia, & sua diœcesi, q̃ oĩa sunt excellẽtissima, & sup̃ba mirabiliq; pulchritudine, & impẽsa fabrefacta. Magnific⁹ dñs de Ambasia gubernator Mediolani, & locũtenẽs regius in Italia, nepos ṗdictorũ, cui assidebã ꝑ magño requestarũ, castrũ de castro Millano sumptuosa structura ædificari fecit. Et fortè, castrũ Ambasiacũ, q̃d est excellẽtius castrũ, & amplũ q̃ sit in Gallia, ab eorũ antecessorib. cõstructũ est (cũ inde nomẽ sortiti sint) hoc die tñ id castrũ est regis Franciæ, q̃ & multa alia castra excellẽtissima in suo regno hẽt, ut ẽ castrũ in nemore Vicẽnæ, nõ ꝓcul à ciuitate Parisiẽsi. Item castrũ S. Germani *en lays*, distãs 7. leucis à dicta ciuit. Et ĩ ea ciuit. Parisiẽsi sũt tria, vnũ vulgo Lupara dr̃. Aliud Bastilda, & vt autor est Gagu. li. 9. đ gestis Frãcorũ, ubi đ rege Carolo V. meminit, ubi ait, Erat his dieb⁹ Parisii regi⁹ ṗposit⁹ Hugo Aubriotus, q̃ ꝓpugnaculũ (cui Bastilda nomẽ est) ad d. Antonii portã extruxit, sumptu ex ea pecunia fcõ, q̃ Parisiorũ cõitati Carolus donauerat. Et aliud castrum, dicit̃ rex castrorum, & ẽ prope domum de Borbonio, & hoc fortè, q̃a omnia ferè alia castra regni sunt de feudo illius castri. apud nos verò excellens est castrũ dictũ Dargylly, non procul ab urbe Belnensi, ad q̃d principes venandi causa sępe se conferunt.

Sed inter fortissima castra est castrũ Mediolani ĩ porta Iouis, ideo arx Iouis dr̃. Alia tria multum fortissima, & fere inexpugnabilia sunt & in hac patria, s. castrũ Auxone. s. Ararim, Diuionẽse, & Belnẽse: ẽt castrũ de Vergy, & de Salione ducis. ẽt castrũ de Grãcy, quod competit dñis de castro Villano. Fertur, & in comitatu de Rossillõ esse castrũ fortissimum, q̃d vulgò Saulse dr̃, & hæc referre sufficiat, cum nõ sint magnæ vtilitatis: sed pro complemento materiæ q̃ assumpsi in medium allata sunt, & diuersa iuuant. Nec semper grauibus sententiis ingenium torquendum est, & scribendum est, ut res expostulat.

SExagesimasexta cõsid. sit de laude, & excellentia quorundã theatrorũ, & amphiteatrorũ. Theatrũ enim est ædificiũ in hemycicli. i. circuli medij spẽm factum, ad videnda spectacula. Latinè visoriũ, seu spectaculatorium dr̃. Amphiteatrum verò loc⁹ ẽt erat spectaculorum. i. ludos spectandi gratia ædificatus, forma rotũda veluti ex duob⁹ cõstãs theatris, vulgò apud nos, eschafault, dicũt̃. Cõsuetudo istorũ à Gre-

tis sumpta est. Nã cũ agrorũ cultores feriatis diebus diuersis numinibus p agros celebrarent, aut inũbrationis causa tabernacula à rusticis cõposita sunt, vbi prius carmina incondita decantabant. Athenienses, deinde Romani hoc in vrbanũ spectaculũ transtulerũt. Theatrũ ita dispositũ erat, vt à frõte ĩter duo cornua scena esset, in circũferentia hemycicli erant gradus ita dispositi, vt altiores in ambitu semp excrescerent. In his plebs promiscuè sedebat, q̃bus nõ erat sedendi locus, hi stantes in cauea sedebãt. Caueæ theatrorũ nullis fornicibus obductæ, velis tegi solebant. Primus oĩum Q. Catulus teste Pli. in 19. Lintheis in theatro vmbrã fecit. Primus ẽt Byssina vela ĩ theatrũ duxit. Prĩcipio tparia fiebãt theatra. Primusq; M. Aemil. Scaurus, Syllæ priuignus ĩ ædilitate sua 30. tãtũ mõ diebus scenicorũ ludorũ theatrũ duraturũ extruxit, op⁹ (teste Pli. l. 36. c. 15.) maximũ oĩum, q̃ vnq̃ fuere humana manu facta. Scena habuit colũnas marmoreas 360. duodequadraginta pedũ altitudine. Signa ĩter colũnas æreas 3000. Sũmæ colũnæ tabulis erãt ĩauratis. Pars scenę ĩferior erat è marmore, media è vitro. Cauea ipsa 80. hoĩum millia capiebat. Caius verò Durio theatra duo fecit tpalia amplissima è ligno, q̃b⁹ inter sese auersis ne ĩuicẽ obstreperẽt scenæ & repẽte circũactis ac cornibus ĩter se coeũtib⁹ faciebat amphiteatrũ, & gladiatorum spectacula edebat.

Mansurũ vero theatrũ ex quadrato lapide qđ 40. millia hominum capiebat, primus Romæ cõstruxit Põpeius magnus, pp qđ Corneli⁹ Tacitus incusatũ eũ fuisse à senioribus scribit, ꝙ mansurã theatri sedẽ posuisset. Cum añ subitariis gradibus, & scena ĩ tps structa foret, sed parsimoniæ cõsultũ, ꝙ ꝑpetua sedes theatro locata esset potiusq̃ immenso sumptu singulos p annos consurgeret ac strueretur. Cuius exẽplar ex eo qđ Mytilene erat, post deuictũ Mithridatẽ sum psisse, testis est Plutar. Nero princeps nobilibus Germanis populi Romani magnitudinẽ ostensurus eos in hoc theatrũ populo plenũ ĩtroduxit, idẽ ẽt alias ĩ sano sumptu inaurauit, vt in eo Tridatẽ Armeniorum regẽ exciperet. Amphiteatri vero molẽ primus in cãpo Martio posuit C. Iuli⁹ Cęsar, q̃ paulo post Augustus mausoleũ ædificaturus destruxit, vt ait Blondus li. de Roma instaurata, vbi multa de materia ꝑlenti. Qui & ipse, autore Suetonio, amphiteatrũ destinauit media vrbe, qđ à Vespasiano cõditum fuit, & à Tito cõsecratum. id tñ Domitianus ad gloriã suã referebat iactari in senatu solitus, & pr̃i se & fratri imperium dedisse, quapp oĩbus operibus q̃ post mortẽ illorũ, vel pfecit, suũ dumtaxat titulũ addidit, sine vlla pristini autoris memoria. Hinc illi de hoc amphitheatro Martialis in principio sui operis adulatur dicẽs.

Omnis Cæsareo cedat labor amphiteatro,
Vnum pro cunctis fama loquatur opus.

Quod tamen non puto esse laudandum, cum fuerit alienæ laudis occultator, & sic par furi.

Nos aũt Hedui anno domini millesimo quingentesimo decimosexto excellẽs & magnificũ amphitheatrum in cãpo sancti Lazari, qui est in medio ciuitatis nr̃æ, construximus, & erat è ligno quadrato artificio solenni fabrefactũ impensis ecclesiæ, & ciuiũ, nec in Gallia fuit simile. Ducentenarias. n. cellulas cũ quadraginta in superiori pte habuit: parietibus è ligno intermediis diuisas, & tabulatis coopertas, quæ loca erant viris ecclesiasticis, nobilibus, senatoribus, equitibus, & gentib. ciuiũ patriciis. In cauea vero seu inferiori parte, erãt gradus & sedilia ita disposita, vt altiora in ambitu sp excrescerent, ubi plebs ꝓmiscue sedebat. Quæ habuit & velaria linthea quibus substãtes seu subsidẽtes adũbrabant, & ne à pluuia offenderẽt. Etiã ludentes in medio caueæ, seu theatralis scenæ iisdẽ tñ tegebat quos fossa aquis vallata, & aliis obstaculis à plebeis discriminabat. In eo amphiteatro 80. millia hoĩum nõ grauate collocari poterãt, & qa indicta fuerant spectacula finitimis, spectatores prope infiniti affuerunt, q̃ spectacula fuerunt excellẽtissima cã diui Lazari patroni Heduorũ facta, vbi vita eiusdẽ dignis versib. nõ ad pompã, sed ad diuinæ maiestatis laudẽ, & beati Lazari, vehemẽtissime, & gratis, quatuor diebus recitata fuit. Vñã Deo datũ est, vt nulla exibilatio, nulla plebis cõsternatio, aut derisorię qd gestũ fuerit. & licet nocte pluebat, tota die tñ nulla aeris serenitas maior ijsdẽ dieb. visa fuit, đ quo aliqd iã s̃ tetigi in 60. cõsid. & in ꝓced. parte, ĩ 52. cõsid.

De theatris ẽt vide p F. Patritiũ, de institutione rei pubicę. li. 8. tit. 14. vbi dicit, ꝙ locus ꝑstãtior in theatro est orchestra, in qua sedib. loca senatorũ primariorũq; ac honorariorũ magistratuũ designabant, inde oĩum agentiũ gestus spectari possent. Itẽ liberarũ sociarumq; gentiũ legatis, quas postea vetuit August⁹ ĩ orchestra cõsidere, ꝙ quodã libertini generis mitti deprehendisset. Nam nobiliores & honestiores psonæ officio legationis fungi debent, vt in l. sciendũ. in princ. ff. de legationib. & legati seu ambasiatores debent esse hoĩes magnæ autoritatis, vt dicit Do. de S. Gemi. in c. ad apostolicæ. de sent. & re iudi. in 6. saltẽ qñ pro arduo negocio destinãtur, facit c. estote. 1. q. 1. Quod aũt senatus à populo discretus ludos spectaret, eius rei teste Liuio in 4. de bello Macedonico, & Pu. Scipio ille Aphricanus, & Valer. Sempronius lõgus cõsules primi autores fuerũt. Quod & vulgi animũ auertit, & fauorem Scipionis magnopere quassauit. Valer. aũt maximus lib. 2. ti. de institutis antiq. hoc ex fñiã posterioris Aphricani actum esse narrat.

SExagesimaseptima cõsideratio ad excellẽtias palatiorum stylum cõuertit, quæ sunt proprie domus principum, in quibus iurisdictiones eorũ exercẽtur. Et dicuntur ædes consecratæ, quę ab oĩ priuatorum vsu, & cõi habitatione excipiuntur. l. uni. C. de palatijs & domibus dñicis libr. 11. Et est regaliæ habere palatia in ciuitatibus, vt in tit. quæ sint regale in vsibus feudorum. & l. fin. C. de officio rectoris ꝓuincię. & legẽ quicũque. C. de operibus publicis. Ideo dicit Lucas de Pen. d. l. vnica. ꝙ existentibus in ciuitatib. palatii cõsuetis, seu publicis, nõ debẽt iudices priuatorum domos ad habitandum, veluti publicas vendicare. & ibi dicit, ꝙ palatio regio non debent adhærere ædificia priuatorum. d. l. quicunq;. facit. c. nulla. & ibi gl. 12. q. 1. sed debẽt distare spacio quindecim pedum. l. si cui. C. de ędificijs priuatis. Et, vt dictum est, in magnis ciuitatib⁹ debẽt & solẽt esse palatia principum,

pũ, vt ĩ ciuitate Romana sunt multa Palatia tã summorum pontificum q̃ Cardinalium. Et inter alia Simachus Papa primò fecit Palatium sancti Petri, vt dicit Blondus de Roma instaurata. lib.1.nu.50.

Nicolaus quintus in Vaticano pontificale Palatium sumptuosissimè extruxit, & murorũ ingentem molem ibidem inchoauit, quibus coerceri hostes possent, ne pontificis ædes diripere possent.

Eugenius quartus Lateranense Palatium instaurauit, teste eodem Blondo eodem lib. nu. 305.

Est, & aliud Palatiũ nobile sancti Laurẽtij in Lucina, qd ob magnos fornices, & amplissima fundamẽta sup q̃bus ædificatũ est, partẽ operũ Domitiani arbitrant, & id ad annũ salutis 300. s 1000. à Cardinale Anglico in p̃dictis Domitiani operum ruinis ædificatũ Ioannes Cardinalis Rothomagensis multa impensa adauxit, quod nup Ioannes ex Gallis Picardus Cardinalis Morinensis, cũ in eo habitaret, tãto amplauit ornauitq; impendio, vt nullam præter põtificale Palatiũ sancti Petri domum vrbs Roma nũc hẽat pulchriorẽ, vt refert idẽ Blõdus li. 2. nu. 15.

Benedictus Papa XI. Tholosanus in Auenione Palatium superbum, seu pontificias, & quidem celebres ædes cum turribus, & pomeriis ædificauit.

Plura sunt excellentissima palatia ĩ Italia, ut Mediolani, ubi ẽ Palatiũ p̃cipis, ĩ quo exercet iurisdictio Capitanei iustitię Mediolani, & pluriũ aliorũ offõrũ, ĩ quo mãsi assidẽdo Capitaneo dictæ iustitię.

Bartholomẽ[9] de Saligniaco in suo itinerario terræ sanctæ. 2. capite primi tomi, laudauit palatiũ Venetorũ, quo dux, senat[9], ac p̃tor i[9] dñt, sũptu nedũ ducali, et senatorio, sed Regio et Impiali resplẽdet admirationẽ, ut idẽ refert, ferè excedit, q̃ medio Palatio fõs patet, septus ĩ modũ cisternæ, è quo si haurire velis gemina tibi sytula op[9] ẽ, altera solida altera pforata, q̃rũ hęc p tenue foramẽ guttatĩ fõtalẽ aq̃ ĩbibit, illa hausta largiorĩ riuulo ĩ fõtis orificiũ euehit.

Sed inter alia palatia Galliæ palatiũ Parisiense est excellẽtius, tam lõgitudine, & latitudine, seu magno spacio terræ, q̃ in ædificijs sumptuosissimis, & amplis, nec solũ palatiũ dicẽdũ ẽ, sed oppidũ magnũ visu eẽ iudicares pp multitudinẽ ædificiorum, vt ego ipse oculis vidi, eius tñ excellẽtia poti[9] cõsistit, cũ in eo exerceãtur variæ iurisdictiones ꝓ administrandã iustitia, & ibi cõueniãt singulis dieb[9] ñ feriatis, duo aut tria millia hoĩum, tã ꝓ iurisdõne exercẽda, q̃ ꝓ iustitia cõsequẽda: p̃cipuè ĩ suprema parlamẽti curia, q̃ distinctas, & diuersas hẽt cameras, vt añ scripsi in 7. par. in 9. cõsid. & de quibus hic ampli[9] referã.

In illa etẽm curia parlamẽti primo ẽ magna camera, ubi patroni agũt cãs. In qua assistũt 30. cõsiliarij cũ duobus p̃sidẽtib. vt cõiter primo, & secũdo. Secũda est q̃ uulgo dr̃, *la tournelle*, ubi deciduntur causæ criminales, & in ea assistunt plures cõsiliarij. nu. 20. cũ aliis duobus præsidẽtibus, tertio, s. & quarto. Etiã hñt cameras distĩctas duo aduocati fiscales, & procurator gñalis. Itẽ tres grapharii, ciuilis, criminalis, & præsentationũ. Itẽ 12. admissionales, seu ostiarii. Sunt etiã quatuor notarij signantes loco graphārij in eius absentia, qui & consilio adesse valent.

Et in ipsa curia sunt centum cõsules ordinarij ab antiquo constituti. Et à paucis annis à rege nostro Francisco I. creati sunt alij 20.

Alia est ẽt camera Requestarũ dicta, vbi assistũt octo ex præfatis consiliarijs, inter quos vnus præsidet, qui p̃sidẽs requestarum vocatur: & nõ simpliciter præsidens, cum non maiorem habeat potestatẽ in alijs cameris q̃ vnus ex cõsiliariis illarum: Et in huiusmodi camera decidũt causæ curialium priuilegiatorum in actionibus p̃sonalibus, & possessorijs. Et est iurisditio istorũ distincta à curia parlamenti, cum ab eis ad curiã appelletur, & sic sunt inferiores.

Est, & alia camera, q̃ dr̃ camera inquestarũ, & in hac ẽt sunt duo præsidentes, nõ tñ simpliciter, sed cũ adiectione. In ea est certus numerus consiliariorum, s. 20. qui tantum decidunt processus, & causas factas in scriptis, & vbi factæ sunt inquestæ, & q̃ placitãdo, & publicè declamando decidi nõ possunt absq; visione processus. Et ista est curia parlamentalis, licet videat, q̃ camera requestarũ non debeat dici de parlamento, ex quo de illa ad parlamentum appellatur.

Alia est, & tertia iurisditio ĩ ipso palatio, & in magna illi[9] Aula iurisditio dñorũ gñaliũ impositionũ. dicta vulgò *Lex generaulx des aides*, & est vna curia suprema, cũ de illis non licet appellare ad aliã supremã curiã. Et in hac iurisditione p̃sunt duo præsidentes, & octo cõsiliarij. Et ab electis, & Grenatariis Frãciæ appellatur ad eos, & nõ ad aliã curiam supremam.

Quarta iurisditio dicti palatij est iurisdõ dñorum magistrorũ req̃starũ domus Regis, q̃ hñt camerã, & iurisditionẽ separatã, & hi tm̃ cognoscũt de priuilegiis, & donis datis, & concessis à Rege, & de officiis Regis si inter officiarios de eorum officiis oriat̃ q̃õ.

Quinta iurisditio est iurisditio Balliui palatij, q̃ habet cameram separatam.

Sexta iurisditio est ĩ mẽsa Marmorea, & ẽ magni magistri aquarum, & forestarum, & hẽt camerã separatam, & officiarios sub se deputatos.

Septima iurisditio est certorũ magistrorũ particularium aquarum, & forestarũ, q̃ ẽt hñt iurisdictionẽ in mẽsa marmorea, ĩ qua sunt officiarii deputati.

Octaua iurisditio est Admirali Francię, qui ẽt habet iurisditionẽ ĩ mensa marmoreã, & ibi officiales ad exercendam iustitiam sub se deputatos.

Noua iurisditio est Admirali Aquitaniæ, uulgò de Guyenne, q̃ ẽt exercetur in mensa marmorea, & hẽt sub se officiarios ibi deputatos ꝓ administrãda iustitia. Et ex magna Aula, q̃ est ĩ d. Palatio, ẽ accessus, & ĩtroit[9] ad loca destinata ꝓ hmõi iurisdictionib[9] exercẽdis. Et illa Aula est lõgissima, & ampla, vbi statuæ, & imagines regũ ĩ parietib[9], & pilearib[9] lapideis sũt erectæ, ñ tñ sub eadẽ facie. Nã q̃ ambas man[9] hẽnt eleuatas, signũ est optime administrasse regnũ, & R. p. absq; exactione incõsueta, & iniustitia. Si uerò bñ administrauerint iustitiã, & ĩ reliquo male versati fuerit nec ꝓspere res gesserint, vel ẽcõuerso, hñt unicã manũ depressã. Sin aũt ĩ utroq; male administrarĩt, ambas hñt man[9] d̃missas. Quod p̃uidẽs Lud. 11. ipso supstite suã statuã genib[9] flexã man[9] iũctas, & eleuatas more deprecantis habẽtẽ, corã imagine

diuæ Mariæ virginis in ipso Palatio construi fecit. Sed quo rexerit, & iustitiam administrauerit, legas Gaguinum i suis chronicis Franciæ, & dominũ Dargenteul, qui fuit eius domesticus officiarius.

Extra prædictã Aulã, & in dicto Palatio est alia iurisdictio, & curia sumptuosa, & magnifica, in qua pficitur præses cum pluribus magistris computorum, & clericis, & alijs officiariis vsq; ad numerũ 30. Ædificium verò illius curię est superbũ, & amplũ, & sic est decima iurisdictio in cõtinẽtibus Palatij existẽs.

Vndecima iurisditio est quæ dicitur *du tresbe*, ubi officiarij cognoscunt de domanio, seu patrimonio principis, & est magna iurisditio.

Duodecima est iurisditio electorum Franciæ.

Tertiadecima est gñalium monetarum, & officiarij hmói iurisditionum habent distinctas cameras ĩ continentibus circa ipsam cameram computorum.

Sũt & aliæ iurisdictiones, q̃ in dicto Palatio exercent, vt est iurisdictio magistrorũ, seu pfectorũ Latomorũ, & certorũ aliorũ artificũ (de qb⁹ nũc nõ recordor) q̃ ĩ diuersis cameris suos hñt iudices & officiarios stipendiatos, & salariatos à rege, vt & alij officiarij ãndictarũ iurisdõnũ, eo mõ, & salaria, & stipẽdia offic. dicti palatij iurisdõnes ĩ eo exercẽtiũ ascẽdunt sin. annis vltra sũmã cẽtũ mille li. Turonẽsiũ. In quo cõsiderãda venit magna excellẽtia illius, & ĩ multitudine litigãtiũ ob assiduã multarum cãrũ auditionẽ.

SExagesimaoctaua consid. muros quarundã vrbiũ seu oppidorũ nobilitat. In primis murorũ Babylonis vix credibilis relatu, firmitas, & magnitudo cõspicua extolli dẽt, quos Semiramis cõdidit, aut saltẽ ruinosos restaurauit. Nã primus post diluuiũ Nembroth Gigas eã fundauerat coctili latere atq; bitumine interfuso, latitudine, vt ait Herodotus, quinquagenũ cubitorũ, altitudine ducenũ. Ambitus ei⁹ 480. stadiis circũuenit. Quos tã latos fuisse scribũt, ut quadrigas inter se occurrentes facilè reciperent: vñ iter sẽptẽ spectacula seu miracula orbis annumerãtur, turresq; haberẽt 300. plures multo habituri, nisi aliqua ex parte paludes pro mœnib⁹ fuissent. Per ambitũ cẽtũ portæ stabãt æreæ, oẽs cũ cardinib⁹. Fossa extrinsec⁹ latè patẽs vice amnis diffunditur: qa vt scribit Strab. Euphrates Babiloniam p mediũ diuidit. Huic aũt opi portẽtoso adhibita sunt trecenta hominũ millia. vñ Martialis ĩ primo Epigrã. ĩ eisdẽ mœnibus, q̃ tanto labore edificata fuerint, sic ait.

Barbara pyramidum sileat miracula Memphis,
Assiduus iactet, nec Babylona labor.

Babylonicæ porro ciuitatis (teste Cælio lib. ant. lect. 5. c. 12.) vastitatem illo argumento maximè comprobat Arist. 3. Poli. Quòd capta quandoq; ab hostib⁹ urbe, tertio demum die vix id persenserit pars vltima. Etiam Propertius lib. 3. de ea ita canit.

Persarum statuis Babylona Semiramis vrbem,
Vt solidum cocto tolleret agger opus.
Et duo in aduersum misit per mœnia currus,
Ne possent tacto stringere ab axe latus.
Duxit, & euphratem medium, quo condidit arces.
Iussit, & imperio surgere Bactra caput.

Et Lucanus lib. vi.

Fragili circundata testa,
Mœnia mirentur refugi Babylonia Parthi.

Quintianus.

Nulla dies adimet Babylonia mœnia longis,
Inclyta porticibus, varijsq; elata columnis.

Fuit itaq; Babylonia hæc mœnibus ac arte valde admirabilis, quã Persarũ rex Cyrus postea cœpit, euertit, & cõplanauit die festo, quo oẽs Babylonij vniuersam noctẽ biberẽt, & lasciuis carminibus saltationib⁹q; indulgerent: teste Cęlio antiq. lect. libr. 5. c. 11.

Itẽ Thebæ Aegyptia vrbs insignis habuit muros à Busyride Aegypti rege cõditos, ambitu 140. stadiorũ, vt refert Herodo. in qbus erant centum portæ affixæ, in quarũ singulis memorat 200. custodes excubuisse, equis & curribus. Vñ Iuuenalis Saty. vltima.

Atq; vetus Thebæ centum iacet obruta portis.

Itẽ Pergama seu muri urbis Troiæ feruntur habuisse in ambitu 40. millia passuũ. Credo q̃ fuit Laomedon pater Priami, qui cinxit Troiam mœnibus: sed Apollini, & Neptuno id negotij ascribitur, nec ob aliam causam, quàm propter magnificẽtiam, & altitudinem ingentem. unde de his Lucanus lib. vj.

Nunc vetus Iliacos attollat fabula muros,
Ascribatq́; deis.

Item murus Byzãtij urbis Thraciæ olĩ fuit milesio quadrato lapide, adeò indiscreta latetum structura, vt una prope muri cõpages spectãtib⁹ videri posset. Nã hæc ciuitas ab initio à Pausania Spartanorũ rege cõdita fuit: sed cũ parua admodũ esset, ipsam postea Cõstantinus magnus impator, qui regnabat anno Christi 318. Rõma pontifici Siluestro relicta, diligẽs structis fortissimis mœnibus celsisq;, ac crassissimis turribus à se Cõstãtinopolim noĩari voluit, & sic in maius aucta Imperij sedes est facta, totiusq; columẽ, & caput orientis, & vnicũ Græciæ sapiæ domiciliũ habita fuerit. Habuit pterea hæc ciuitas undecĩ portas dignitatẽ ipsius atq; murorũ pseferẽtes.

Muri verò Romæ (q̃ regina vrbiũ, & totius orbis caput dicitur, ut s̃ ostẽdimus) à Romulo primo Romanorum rege cõstructi sunt, q̃ vrbẽ a noĩe suo Romã uocauit, licet hanc seu partẽ, ut plures alii ante, Euander cõdidisse dicat. unde de his Lucanus lib. 1.

Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

Et Põponius iureconsultus. l. si qs uiolauerit. q̃ est l. fi. ff. de rer. diuis. sic infit. Et frater Romuli Rem⁹ occisus tradit, ob id q̃ muros trãscẽdere voluerit. i. volũtarie trãscẽderit, fm gl. ibi. vñ Liuius lib. 1. Vulgatior fama ẽ ludibrio fratris Remũ nouos trãsiluisse muros. Eius verò ambitũ variũ fuisse credẽdũ est, cũ & Plin. in 3. naturalis historiæ à principio paruũ extitisse dicat, & suo tpe 20. millia passuũ continuisse. Et Flaui⁹ vopisc⁹ historicus scribit Aureliũ Imperatorẽ seu Aurelianũ, ambitũ vrbis ad 50. passuũ millia ampliasse. Hęc et ciuitas 30. habuit portas, quarũ noĩa ĩ ĩ cõsideratione q̃ de portis tractat, describẽt.

Muros in circuitu Ierusalẽ vrbis Iudęæ seu Palæstinę, quã primus Melchisedech post diluuium cõdiderat, fecit Salomõ rex, & legit 3. Reg. 3. c. in prin.

Item Carolus Magnus Francorum rex Florentiã, inclitã ac primariam Hetrurię ciuitatem, quã oĩum

Italiæ

Italiæ ciuitatum florem nuncupant, instaurare fecit, maioreq; ambitu, & mœnibus circundedit.

Ambit⁹ Mẽphis vrbis Aegyptiæ populosę & secũdæ post Alexãdriã ab Ogdoo rege ædificatus fuit cl. stadiorũ. Et ipsa Alexãdria Vrbs Aegyptia ab Alexãdro maguo condita à Democrate Architecto cõmẽsurata est 15. millium passuũ laxitate. Reliqua de vrbiũ mẽnibus, vide infrà in consideratione sequenti.

Sexagesimanon consid. quasdã insignes turres enumerat. Et inter alias excellẽtes memoratur primo turris Babylonica, primitus post diluuiũ à Nẽbroth ædificata, de qua Gen. 11. Etiã Iosephus ĩ antiqui. in prin. de ea (teste Philippo Bergomate in suo supplemento chronicarũ lib. 2.) meminit: & de ipsa Sybilla sic dicẽs. Cũ oẽs mortales vna vterent lingua, qdã ex his turrim ædificauerũt excelsam, tanq̃ ascẽsuri p eã ad cęlũ. Dii verò turbines mittẽtes euerterũt turrim & vocẽ ꝓpriã vnicuiq; partiti sunt. Vnde de⁹ ędificãtiũ sụpbiã hac animaduersione mulctauit, vt tot gẽtes, quæ eo conuenerãt ex omni cœlo, quæ & septuaginta erãt, quibus & quousq; vnum fuerat labium, eadẽq; lingua, ẽt totidẽ linguarũ confusione superin dicta separauit, necessitate inducẽte, & vt alterius vocem nõ intelligerẽt, & super oẽm terrę faciẽ disperge rentur. Et de linguarũ excellẽtia dixi suprà ista parte.

Memorat ẽt illa ingẽs turris quã Pthólomeus albo lapide fecit in Pharo insula Aegypti, q̃ portũ Alexãdriæ efficiebat, ñ ad aliũ vsũ, q̃ nocturnos ignes nautarũ cursui ostẽdẽdos, ob salutẽ nauigãtiũ. Hanc aũt cõstituit talentis 800. Sostrato Gnido Architecto, q̃ structuræ tãtę suũ inscripsit nomẽ. Vñ scribit Solin⁹. Ab hac Pharos turri Pharo vocari machinas in portubus ad ꝑlucẽdi ministeriũ fabricatas, vt ẽ Genuę, ĩ vrbe de Rupella, & plurib⁹ alijs portubus maritimis hñtib⁹ Lucernã, vulgò Laternã portus. Vnde Iuuen.

Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.

Nã lucernarũ vsum primi Aegyptij mõstrauere, autor est Eusebius li. 10. ꝑparationis. Et, vt recitat Philippus Bergomẽ, li. sui supplemẽti chronicarũ 7. Illa turris erat toto orbe celeberrima, atq; ꝑmaxima tpe Ptolomæi. quod fuit anno mundi 270, & añ Xpi aduentũ 4929. q̃ ab ipso Ptolemæo Philadelpho super cancris vitreis apud Alexandriam condita fuit, vt nauigantibus in nocte lumen præberet. vnde Papi.

Quæ colis & Memphin, palmiferamq; Pharon.

Et tam pulchra tamq; insignis habita fuit, vt inter septem mundi spectacula connumeraretur vnũ. & de ea meminit Plinius lib. 36. naturalis historiæ. & fuit altitudinis passuum viginti, & palmis superabundabat. vnde Ouidius lib. 2. in Ibim, ait.

Lumina noctiuagæ tollit Pharus æmula Lunę.

Turris alia celsissima, & toto orbi admiranda (quam Torracũ appellant) in vrbe Cremona spectat, quã anno Christi. 1284. (cũ in Lombardia durissima bella exercerentur pp factiones Guelphorũ & Gibellinorum) quædam Guelphorũ factio, tum maxime ea in vrbe ꝑualens, adiuuantibus alijs huiusce factionis ciuitatibus, in medio vrbis foro erexit, & maximo cũ gaudio & ardore, atq; incredibili ꝓpe impẽsa cocto ex lapide duobus annis perfecit & consummauit.

Sequitur, ꝙ admiratione dignũ est & laudãdum. Nã teste Baptista Fulgosio lib. de dictis factisq; memorabilib. tit. de miraculis ca. de gẽmis. Prope vrbẽ Gratianopolim in Delphinatu, vetusta est turris, quę araneas nõ gignit, neq; aliam venenosam rem: quin potius si quid eiusmodi in eam inferatur, vt experimento cognitum est, statim emoritur.

Si vis scire qui primitus condiderint oppidũ, muros, aut turres, vide Polydo. de inuen. rerũ. lib. 3. c. 9. Scribit Victruuius Turres ꝓbari rotũdas & polygonias, hoc est multorũ angulorũ. Quippe quadratas celerius disijci machinis dissipariq;, ꝙ assultãte ariete anguli tota comminui facilitate soleant, vt refert Cęlius lib. suarum antiquarum lectio. 14. c. 32.

Et quia hic de turriũ structura facta est mẽtio, nõ esse alienũ puto, de męnium ratione attingere, cum in materia discõuenire non debeat. Vñ recitat ibi Cęlius, lapidẽ quadratũ & vastissimum in muris fuisse ꝓbatũ ab antiquis Hetruriæ populis, vt in vetustis oppidis lapide ꝑgrãdi, incerto & vasto structis visit: & ita apud nos obseruatur in ꝓpugnaculis, q̃ durissimis lapidibus magnis & in frõte acutis fabricãtur.

Itẽ structurarũ vnã reticulatã, i. in modũ retis factã vel forte à materia rara & ñ dẽsa scribit. Alterã vero antiquã seu ĩcertã, & istã magis approbat: q̃a reticulata, licet sit vetustior, rimis tñ cõcipiendis maximè obnoxia est. Pręterea, ĩ parietibus lapides, quos frõtatos vocam⁹ apponunt, q̃ ꝑpetua crassitudine vtraq; ꝑte religando parietẽ soliditatẽ cõfirmare dñt. Illa ẽt fabrica ĩ męnib⁹ struẽdis placet, vt ĩ crassitudine ꝑpetua Taleæ ex olea vectes q̃ frequẽtes ĩstruãt, vt muri frõs vtraq; hisce taleis, velut fibulata, suffrenataq; diuturnã seruet firmitatẽ. Sed ad rẽ maiestatẽ affert nõ cõtemnendã, ꝓfundior fossa & latior ripis ꝑruptis obuallatisq; muro. Cuiusmodi fuisse Babyloniã ferũt latã cubitis regiis 500. vero ꝓfundã, & amplius.

Et quia murorũ & turrium facta mentio est, ac in parerga libet ĩterdũ excurrere, ea q̃ citat Cæli⁹ ĩ ciues & oppidanos (q̃ ĩ tuto se putãt vitã agere cũ foris habeant mœnia robustissima, portasq; solidas, int⁹ aũt sint molles, pigri, & effœminati) adscribẽda duxi. ita .n. elegãter & moraliter ait Pãthedã Spartanũ (vt referunt autores) cũ legationẽ obiret in Asia, obstãtib⁹ nõnullis ꝑmunitũ, latũ ac sublimẽ murũ, respõdisse. Per deos pulchra, ò hospites est Gynecunitis, id est mulierũ dom⁹, seu senatulus. In eandẽ fermè sñiam Lycurgus dixisse vr̃. Nequaquã sine męnib⁹ ciuitatẽ dici, q̃ viris nõ lateribus ꝑcicta foret. Nã & Agesila⁹ ciues ostẽdẽs armatos. Hæc sũt, inq̃t, Spartæ Mænia. Idẽ mõstrãti cuidã murũ ẽgregiè structum atq; paltum: indagãtiq;, an pulchrũ ei munimentũ videret? Pulchrũ, inq̃t, Si mulieres nõ viri sunt inhabitaturi. Et hæ certæ Lacædemoniorũ sñiæ erant. Cæterũ cõpertũ est, veteres vrbiũ mœnia summa religione con struere solitos fuisse, qñ nõ cõtenti illa erexisse altius & latius ẽt potẽtiæ alicuius numinis consecrata vole bãt. Propterea iuriscõsulti, sanctæ quoq; res inq̃unt veluti muri & portę ciuitatum, quodãmõ diuini iuris sunt, vt in l. j. ĩ prin. & l. sanctũ. ad fin. ff. de rer. diuis. & §. sanctæ. insti. eod. ꝙ nulla rõne humana mortalium

taliũ res satis à quoquã gubernari dispensariq; posse videatur, in tanta hoĩum pfidia, irrepente interdũ & ciuibus neglectu aut finitimorũ cooriẽte, crassanteque iuidia, adeo vt opinari possimus orbẽ esse veluti in alto cõstitutã nauẽ, insultibus hostiũ, & discriminũ vario obiectã. Hinc aperta subit coniectatio, fabulosæ vetustati obrepsisse, vt Saturnũ rebus humanis solertius cõsulentem effingeret. Olim Heroas Semideosq; vrbiũ præfecisse curæ, vt illorũ obtectæ, proualataeq; psidiis facilius humanos casus reclinarẽt: qm̃ nõ munimẽtis mõ, sed magis multo deorũ indigeamus auxilio. Argumento est, nõ tm̃ mœnia sacra veteri ritu credita, verũ ẽt libris cõmẽdatã tutelariũ deorũ religiosam inuocationẽ, q̃ ẽt sacrorũ carmine (vt fit in pcessionibus, vt ita loquar) peragi solitã accepimus, exercitu hostico prædæ vrbiũ iã imminentẽ. hęc Cęlius in loco pretacto, ubi ista excerpsimus.

De muris tñ, licet de moribus ẽt apprimẽ, curãdũ est. Nã & ad publicã spectat vtilitatẽ, quatenus & ad ornatũ se habeãt ciuitati decẽtẽ, & ad bellicas oportunitates. Cũ firmissima munitio murorũ bellicosissima esse existimatur, vt dr̃ Polit. 1. Męnia nẽpe ciuitatũ securitatẽ, tutelã, custodiã, & defensionẽ habitãtibus in eis conferunt, text. est ad hoc expressus in l. vnica. & ibi notatur per Luc. de Pen. C. de expẽsis ludorũ. li. 11. quod confirmat Cicero, 2. offic. dicens. Si duce natura in ciuitatibus congregabantur hoĩes, tñ spe custodiæ rerum suarum vrbium præsidia q̃rebantur. & Põponius iurecõs. in l. pup. §. oppidũ. ff. de verborũ & rerũ significatione. vbi ait, oppida dicta esse ab ope hoc est auxilio, quod ei⁹ rei cã muri sint cõstituti. Vñ clerici (vt alii incolæ urbis) ad constructionẽ & refectionẽ murorũ illius tenent̃, ut est tex. in l. oẽs. & l. ad portus. C. de operib. publ. & in l. fin. C. de qb. muneribus. vel pstationib⁹ nemini liceat se excusare. li. 10. & in c. nõ minus. & c. aduersus. extra de immunitate ecclesi. Et hoc si necessitas exegerit, aliàs nõ, vt patet dictis iurib. Et si principis vel psidis ad hoc autoritas ĩteruenerit tex. ĩ l. sacra. §. fi. ff. de rer. diui. Et an incõsulto principi refici possint, dixi ĩ cõmẽto cõsue. ducatus Burgund. in §. incip. *on ne peult.* uers. 2. limi.

Itẽ clerici tenentur ad custodiam murorũ & portarum, seu ad excubias ciuitatis. tex. est in c. 2. qd incipit, puenit. extra de immu. eccle. ꝙ intellige ẽt tpe necessitatis aut piculi eminentis. vt ibi dicit tex. & doc. & ad hoc alleg. tex. ibi. Panor. in l. nullus penitus. C. de cursu publico. li. 12. ubi dr̃, ꝙ ẽt ecclesia tpe expeditionis nõ excusat̃ ab angariis uel perangariis: ideo &c. quia tunc nullus dẽt esse immunis à vigilia & defensione murorũ. Cum unusquisq; teneatur defendere patriã suã: ut notatur in l. fi. in uerbo, pdita. C. de abolitio. & p Lucã de Penna in l. in filiis. C. de decur. li. 10. Et relicta ad refectionẽ murorũ, fossatorũ ciuitatis, castrorũ, & similiũ, cẽsentur relicta ad pias cãs. Spec. in tit. de instrorum editione. §. nunc uero. uersi. & scias ꝙ inter. Ex his infert Lucas de Pẽ. in d. l. unica. ꝙ pecunia legata, uel aliàs debita ciuitati ad aliũ usum non necessarium, põt in his iusta rõne cõuerti & commutari: ut probat d. l. unica. & l. fi. ff. de operibus publicis. Et plura de materia murorum, ui de p Lucã de Penna in d. l. fi. C. de quibus mune. & ci vbi notat signanter, ꝙ in noua fundatione ciuitatis ante omnia ædificãdus est furnus: secũdò statuenda sunt mœnia, & tertiò ecclesia siue templum, prout talis ordo ponitur ad literam. 3. Esdræ. c. 2.

Septuagesima consideratio de portarũ excellentia ordine decẽti hic indagat̃. Et licet ista vocabula porta, ianua, fores, valuæ, cõfundant̃, propriè tñ omnis ingressus, vel exit⁹, quo põt aliquid importari vel exportari, vel ab aratri portatione (vt ĩquit Donat⁹) Quia ĩ designatione vrbiũ subiũctis Vacca & Tauro (quod abundantiã & fortitudinẽ debere habere ciues denotabat) qui vrbẽ designabant aratrum manu suspẽdebat, ne sulcũ faceret, vbi aditus ciuitatis erãt relinquẽdi, à qua portatione dicta est porta: & sic ppriè olim portæ dicebant̃ ciuitatũ, vt dicit Lucas de Pẽna in l. 2. col. 3. C. de dignitatibus lib. 12. Ianua autem dicit̃ ppriè primus domus ingressus, à Iano dicta, ꝙ huic deo bifronti seu bicipiti consecratũ erat omne principium. Vnde nos hodie super introitum domus solemus affigere in fenestrulis ibi extructis imaginẽ alicuius sancti. Fores verò q̃ foris aperiunt̃, de quo Plutarchus memorat primũ Valerio Publicolę fratri cũ de Sabinis triũphasset, domũ publicè positã, cuias fores extra aperirẽt̃, cũ antea cęterarũ ędiũ intro reserãdo ĩpellerent̃, vt ex hac cõcessione honoris appareret quotidie eã domũ aliqd publicè admissurã. Valuę q̃ intus reuoluũtur & in se replicãt̃, & se velãt. Ostiũ partium domus est. vt cubiculariorum. Franciscus Patriti⁹ de institu. reipublicæ. lib. 8. ti. 8. sic ait. Adhibẽda est portarũ ratio diligẽtissima: p eas. n. aliquando accidit, vt prius irruptione oppida diripiant̃, vel redeũtibus fugiẽtibus ve oppidanis cõmixti hostes inuadãt: vnde ab earũ custodia nullus excusat̃, vt dixi s̃ in pcedẽti cõsid. Et, vt ait M. Vitruuius in lib. de architectura ad Octauium eiusmodi verba t ptuli. Curãdũ est, vt portarũ itinera nõ sint directa sed sceua, hoc ẽ flexa & tortuosa. Et đ iur̃ iuxta portas, & mœnia ciuitatũ nõ est habitandum pp fortuita, vt qa ĩhabitãtiũ culpa forte cõburereť turris, aut ad euitãdũ suspicionẽ pditionis, vt ĩqt Paul⁹ ĩ l. neq; muri neq; portę habitari, sine pmissu principis pp fortuita incendia pñt. ff. ne qd in loco sacro fiat. & Hermogenes in l. pcedẽti. ibi dicit. In muris, itemq; portis, & aliis sacris locis aliquid facere, quo damnũ aut incõmodũ eroget̃ nõ pmittit̃. Itẽ qs non debet egredi ciuitatẽ aliunde quàm p portã cõsuetam. l. fi. ff. de rerũ diuisione. Et quæ relinquuntur ad custodiã ciuitatis & locorũ, censentur relicta ad pias cãs, ut tenet Specu. in tit. de instru. edi. §. nũc uero. uersic. & scias ꝙ inter. allegans hoc c. 2. secundũ. extra de immuni. ecclesi. l. pene. §. 2. C. de donatio.

De portis Babylonis q̃ erant centũ ex ære, & Constantinopolis q̃ erant vndecim, dixi s̃ in consid. q̃ de muris tractat̃. ẽt ꝙ Thebæ Ægiptia cẽtum portas habuit. unde Plinius. Et Diospolis magna, eadem Thebę portarum centum nobilis. Pontanus.

Hinc ad centiforem Nili subit ostia Thebem.

Blondus uerò de Roma illustrata lib. 1. ponit noĩa portarum quæ erant tpe quo triumphabat, & sunt ista.

ista.Flumentana,Collatina,Collina,Quirinalis,Exquilina,Viminalis,Neuia,Querculana,siue Querqcula na, Gabiusa, Lauernalis,Rudusculana,Rutumena, Saginalis, Latina, Appia,Cepena Trigemina,Aurelia,Fũtinalis,Carmentalis, q̃ scelerata,Pandana,vel libera,Mugonia, q̃ & Trigillia, Catularia,& Triumphalis: & ibi ponit vñ sic denominatę fuerint, insequẽdo Festum Pompeium.Et ibi plures ex ijs laudat reducendo ad eas quæ repertæ fuerũt suo tempore. Inter illas dicit portã Triũphalem esse omniũ celeberrimã.& dicit Liuius suo tẽpore 37.portas fuisse in vrbe.Plinius verò dicit 30. quamuis septẽ clausas fuisse confirmet. De his & quibus nominibus vocẽtur tractat Franciscus Albertinus in suo opusculo de mirabilibus vrbis Romæ charta 5.

SEptuagesimaprima consideratio ad laudẽ & excellentiam pontiũ fit, qui ad vitæ humanæ vsum nõ paruum commodũ afferre, verum necessarij videnť, Summę quippe (teste F.Patritio de ĩstitutione reipublicæ,lib.3.c.4.) religionis est pontẽ fluminibus facere. &(vt ait)pōs Sublicius q̃ fuit ligneus magnis ceremonijs à pōtifice primũ factus est, & sępenumero restitutus,& autore Blondo in 1.lib.de Roma ĩstaurata.Fuit primus pōs in Tyberi factus ab Anco Marcio rege Romanorũ structus(vt attestať F. Albertinus in suo opere de mirabilibus vrbis Romæ,char.3.)postea verò ab Horatio Coclite ꝓ libertate patriæ intercisus, quẽ deinde Æmilius lapideũ fecit:hinc pōtifex à ponte faciendo dictus est, secundum Varronem.

Hinc etiã ecclesiæ & domus diuinæ seu religiosæ teneńť ad cõstructionẽ & refectionẽ pōtium.tex.ĩ l.ad ĩstructionis. C.de sacrosę.eccl.& ĩ l.absit.q̃ est pen.C. de priuil.domus Augustæ.li.ii.vbi dicit tex. Ad ĩstructiones reparationesq; nullũ genus hoĩum, nullius q; dignitatis ac venerationis meriti cessare oportet: domos ẽt diuinas tã laudabili titulo libẽter ascribimus. & facit tex.ĩ §.ad hęc. in authẽ.de eccl.tit.colla.9.Et q̃ relicta sunt ad refectionẽ pōtiũ & viarum, censenť relicta ad pias causas. Specu.in tit.de instrumentorũ editione.§.nunc verò versi. & scias quod inter.

Vnde quãta cura de pontibus olim mortalibus fuerit,opus demõstrat, vt sunt pōtes s̃ Rodanũ,vt in ciuitate Gebenensi, Lugduni, Viennæ. In vrbe Sancti spiritus,& Auenione.ẽt s̃ Sequanã vidi decẽ pontes in diuersis locis,p̃cipuę fere mediã Parisiacã ciuitatẽ p̃terfluẽs.habet ibi quinq; pontes,quorũ tres sunt lapidei, & omniũ excellẽtissimus est pōs diuę virginis Marię mirę latitudinis,cũ supra centum sint domus ædificatę mirę & eiusdẽ structurę parti ex lapidibus, partim ex lateribus coctis,vbi mercimonia exercẽť.

Etiã s̃ fluuiũ Ararim seu Sagonã vidi quatuor pōtes excellẽtes; qui non modica impensa structi sunt.

Legitur apud Herodotũ & Curtium,ꝙ Nitocris Assyriorum regina, q̃ multis regnis post Semyramidem floruit, Euphratẽ fluuiũ,qui mediã, qui Babyloniam rectus p̃terfluebat, fecit tortuosũ, supraq, pōtem erexit triũ stadiorum,difficillimũ factu propter paludes quæ vrbẽ ambiunt.Fecit & ingẽtes cauernas ad excipiendũ fluminis impetum, eiecitq; quicquid erat limi ad iacienda fundamenta.

Traianus lapideũ pōtem fecit in Danubio,in quo viginti ex quadrato lapide erant pilæ,quarũ altitudo centũ quinquaginta pedũ præter fundamenta extabat. Latitudo, 60.pedes cõtinebat. distabant inter se 170. pedibus, fornicibus verò cõniungebanť.quum tamen fluuius ille sit cõcitatus ripa longius submoueat & vbi angustior est, ibidem sit ferox & vorticosus.hunc tamen postea, seu liuore maligno, seu alia causa dirupit Adrianus,vt dicit Dion Cassius.

Adrianus verò pōtẽ sui nominis adhuc extantem (vt pote qui pons sancti angeli dicit) super Tyberim Romæ ĩ vaticano fecit, & Athenis pōtẽ Cephesi fluminis alluuione desolatũ restituit De pōtibus vrbis Romæ: quot olim fuerint, & quot extent, vide F. Albertinũ in suo ope de mirabilibus Romę. char.7.& 56.Blõdus verò li.1.de Roma instaurata, dicit pontẽ fuisse Romę, q̃ triũphalis, eo ꝙ per illum triumphi agebanť.& etiã pōs nobilium dictus fuit,ex quo nũquã in illo ruricolæ transiuissent:& erat prope vbi ecclesia & hospitale Sancti spiritus in Saxia situatur.

Cæsar vno die pontẽ in Arari constituit, ꝙ Heluetij diebus viginti ęgerrime confecerant.Cęsar in suis commentarijs de bello Gallico lib.1.in principio.

Alium eiam supra Dhenũ mira celeritate,quẽ decem diebus absoluit, vt ibidem habetur lib. 4.

Carolus magnus pontẽ opus egregium quingentorum latitudinis, apud Maguntiam extruxit.

Septuagesimasecunda consid.circa excellentias & laudes ędificiorum priuatorũ,vt sunt domus,non importunẽ versať.Sciendum tamẽ est prius,quòd domus Græcũ esse dicunt. Nam Græci domata tecta dicunt,inde dr̃ domus qđ idẽ est,vnde diuus Hieronymus in Psal.interpretatione ait.In Palęstina & Ægypto non hñt in tectis culmina sed domata, q̃ Romę vel solaria,vel męniana,hoc est exterius porrecta,vocant plana tecta,quæ transuersis trabibus sustẽtanť. Et est domus vnius familiæ habitaculum,sicut vnius populi vrbs,ſm Archid.post Isidorum in c. omnibus.24.q̃.1. Ad quod facit l.j.§.illo videlicet.C. si quacũq; præditus potestate &c. vbi appellatione domus cõtinetur,familia,genus,& tota vna consanguinitas,vt domus Iacob,l.cũ vnus.§.j.iuncta glo.super verbo,domũ.ff.de alimen.& cibarijs legatis.Propriè autem secundum leges domum nostram dicimus, vbi sedes & tabulas, constitutionẽq; rerum nostrarũ habemus.text.est in l.in lege cẽsoria. §.i.ff.de verb.& rerum sig. de q̃bus plene p Bar.in l.j.ff.ad Silleianũ in prin.& ſm Lucã de Penna in l.2.C. de metatis & epidimeticis.lib.12.& modernos in l. cum acutissimi.C.de fideicommis.Et quãdo simpliciter fit mẽtio de domo,capitur ꝓ loco habitationis,& est ædificiũ, quod ex tecto parietibus & fundamẽto cõstat, secundũ Bar.in l.tutela.ff.de ca.dimi.& ĩ d.l.i.ff.ad silleia. & ibi Bal.& de illa domo hic intẽdimus loq.Et vt materia vulgatior fiat,extendendo fimbrias ipsius,licet aliquantulũ videatur deriuata extra ꝓpositũ præter ultimum,in quo domus excellentiores recensenť,de quibus apud scribentes fit mẽtio, sequentia inserui.

Primũ ergo erit, ꝙ primus edificator in orbe fuit Cayn,q̃ primã ciuitatẽ cõdidit, & à filio suo Enoch, Eno-

De domibus

Enochiã appellauit, vt hr Gen. 4. & 6. dist. c. fin, eãq; bitumine & aggere aliquantisper cinxit, Illuc quoq; sectatores suos malos oẽs venire cõpulit, & nõ alijs cõicauit. Primi. n. hoĩes nullo subsidio fulti durã agebant vitã. erant ꝑfecto nudi, nullo neq; ędium, neq; ignis adiumento vsu, cibo in diẽ quæsito, cum ignorarent agrestes fructus in vsum futurum condere, & seruare ad egestatem: quo fiebat, vt hyeme plures, aut fame, aut frigore interirent,

Experimẽto deinde edoctos & speluncas aiunt q̃ sijsse ad euitandã frigoris vim, & fructus seruare cępisse, vt dicit Diod. li. 1. de antiquor. gestis. vñ ẽt, vt dicit Phil. Bergom. li. 1. sui supplemẽti chronicarũ, ĩ prin. ĩ verbo, Caym. Cũ aliquo post tpe hoĩes nudi essent & inermes, nec contra hoĩes, aut beltias tuti, nec vlla receptacula cõtra frigus aut æstus haberẽt, naturali quadã solertia receptacula excogitauere: vñ & tuguria quædã atq; casas sibi fabricantes ex virgulis & arundinibus construxere: quibus eorũ vita tutior haberetur. Et vt idem Diod. ait libr. 2. Prisci domos ex arũdinibus conficiebãt. Cuius rei vestigia penes Aegypti pastores permansere huc vsq; nulla alia nisi ex calamis facta habitacula probent. Nemo ambigit Iahelem primo artẽ faciendi tentoria inuenisse, & tuguria, ex quo ipse fuit pater habitantiũ in tentorijs & pastorũ. Gen. 4. Non certẽ curabant domos ꝑtiosas, aut excelsas sumptu aliquo facere, imò Mathusalem, de quo Gen. 5. Quingẽtos annos hñs dño dicenti. ædifica domũ si vis, qm̃ adhuc 300. annis viues. Rñdit. Propter tãtillũ tpis nõ ædificabo domũ, & sub arboribus, & s̃ vepres dormiuit vt prius cõsueuerat. Adeo ꝙ natio Aegyptiorũ eodẽ Diod. li. 2. teste, domos nr̃as diuersoria appellat tanq̃ breui tpe à nobis inhabitandas. defunctorũ vero sepulchra sempiternas domos. qm̃ apud inferos infinitũ sit tp̃s vocat: vñ domus ædificandæ curã cõtẽnunt, circa sepulcrorũ magnificentiã, vt infra patebit in consider. de pyramidibus, in quibus sunt lõgius mansuri summũ studium, operamq; impendunt, vnde dicit Ouidius.

Nondum præcipites cingebat oppida fossæ:

Et Boetius de consolatione lib. 1.

Et somnos dabat tunc altissima pinus,

Quasi dicant, nulla tunc oppida erant. Iõ Abrahã in domũculis habitabat, expectãdo paradisi grandẽ ciuitatẽ. ſm Apost. & Greg. li. 8. moraliũ. c. fi. Et Didimus Bragmanarũ didascolus, i. philosophorũ Indiæ præceptor, siue rex, mores eorũ quo ad hoc narrans, ad Alexãdrũ, ita scripsit. In cõstruendis domib⁹ igne saxa non coquimus, nec admixtione pulueris cementa cõponimus: sed in telluris spelũcis, montiũq; latebris habitamus: nullos ibi ventorũ fremitus, nullius turbinis tẽpestatẽ formidam⁹. Nã tuti⁹ nos defendit ab ĩbre spelũca q̃ tegula. Cui⁹ spelũcæ gemin⁹ nobis ẽ vs⁹. Mãsionis dũ viuim⁹, & sepulturę dũ morimur. Et sic, vt vidi, aliq viles & abiecti viuunt in latibulis & cauernis montiũ & rupium Sabaudiæ habitantes.

Plura & alia hmõi latibula iuxta vrbẽ (quã Orengiã vocant) ab ea parte qua fit iter Auenionẽ supersunt. Etiã talia habitacula licet ruinosa, non procul ab vrbe Caturcensi ostẽduntur, vt refert Guill. Bñd. in sua repe. c. Rayn. in verbo, domum. nu. 6. de testamentis. extra. Et ibi ponit q primo ædificauerint in Aegypto, in Græcia, & in Gallia. & Polydorus de inuẽtoribus rerũ, li. 3. c. 8. scribit, q primũ luteas aut lateritias domos ędificauerint, vel earum structuras & tegulas, & lapidicinas inuenerĩt. Domus vero si meridiem spectãtes fiãt, vtiliores sanè. Nã per brumam solẽ hybernũ excipiunt, & æstate inclinato sole ſp ex aliqua parte vmbra opacantur. Itaq; altissimę fiãt, vt totũ diẽ Hyberno sole calescant. Si vero ad arctũ vergunt, humiliores esse oportet, ne à frigidis vẽtis apertius petant̃. hæc Socrates apud Xenophontẽ cõmẽ. 3. vt refert Volater. lib. vigesimoseptimo commentarium in philologia. c. de domo & eius partibus.

Secũdum vero attenditur circa vnitatem ædificiorum, q̃ hodie fit in domibus ædificandis nimis sumptuose, aut sine necessitate, de qua sanct⁹ Bernard⁹ in epistola sua de regimine domus seu cura rei familiaris ad dñm Raymundum de castro sancti Ambrosii. Si vis, inquit, ædificare domũ, inducat te necessitas, non voluptas. cupiditas ædificandi ædificando non tollitur, sed augetur. Nimia & inordinata ædificãdi auiditas, parit & expectat ædificiorum vẽditionem. Turris enim cõpleta, & arca euacuata faciunt tarde hominem sapiẽtem. Facit pro hoc dicto tex. in c. pulchra, ibi, hoc est decorum non superfluas ædificationes aggredi, nec prætermittere necessarias 86. distin. Sũt quippe nõnulli, qui in ætatis laboriosæ initio q̃stu omisso & agricultura, in eorum vita delitiarum sumunt auspicia, decorem domus excogitant, eã tandem laboriosè constructam vacuã habitare cogunt̃. Non aduertẽtes qđ scribitur Prouer. 24. Præpara foris opus tuũ, exerce diligẽter agrum tuum, & postea ædifices domũ tuam. Hæc Luc. de Pen. in l. ij. col. 3. C. de prædiis & oĩbus rebus nauiculariorum. lib. 11.

Tertiũ ex quo ædificia, & domus multis periculis sunt subiecta, puta incẽdio vel ruinæ, ut ait tex. ĩ l. cũ hi. §. fi. ff. de trãsa. ff. uerũ ñ est aliqđ tã firmũ ædificiũ (qđ sic dici putat̃ qđ prius ad edendũ factũ fuerit) vt fluminis, vel maris, vel tẽpestatis, vel ruinę, ĩcẽdii vel terremotus vim sustinere posśit. l. flumınũ. §. seruius. vbi tex. formalis. ff. de dam. infe. vel sicut pluuiis ædificia collabunt̃. vt est tex. ĩ l. ii. C. de cõditis ĩ publicis horreis. li. 10. ita & si ab eis habitatio humana subtrahit̃. vt. n. ait Casśiod. 4. uariarũ epl̃arũ 30. Cito vetustatis decoctione resoluit̃, qđ hoĩum pñtia nõ tenet: & sic facilis est ædificiorũ ruina ĩcolarũ subtracta custodia, ob qđ plures relinquũt domos reparãdas, maximè qñ sunt ĩpares sumptui. l. sed an vltro. §. 15 aũt. ff. de nego. gestis. de quibus ędificiorũ sumptibus hr in l. inter quos. §. fi. cum l. seq. ff. de damno infecto.

Quartũ ornãda est dignitas domo, nõ ex domo tota quærenda, nec domo dñs, sed domus domino honestanda est, & vti in cunctis hñda ratio, non sua solum, sed ẽt aliorũ, inquit Tullius. 1. de Officiis. Hinc Seneca in lib. de quatuor virtutibus. Si continentiæ (inquit) studes, habita nõ amœnè, sed salubriter. Nec dominũ velis esse notum à domo, sed domũ à dño. Nam in domo clari hominis, in qua hospites multi recipiendi, & admittẽda hoĩum cuiuscunq; generis multi-

multitudo, adhibēda cura laxitatis est. Aliter ampla domus sępe domino dedecori fit, si scilicet in ea solitudo, maximè si ab alio domino solita est frequentari: vnde abstinendum est ab his.

Quintū est, expedit & honestū est vnicuiq; domū habere vnā, cōueniēter pulchrā, s̄m statū suū. Quia pulchritudo ædificiorū ad decorē & ornatū ciuitatis cedit, q (vt vis patit) est cōseruādus, vt ī l. ī his. in fi. C. dē p̄diis & oīb. rebus nauiculariorū. lib. 11. & l. p̄tor ait. §. hoc īterdictū ꝓhibitorū. ff. de noui op. nūcia. & l. fi. ff. ne q̄d in loco publico fiat. & l. 2. & l. si q̄s C. de ędificiis priuatis. Nā tantus est ædificādi fauor, ꝙ ꝑmittens vicino vel alteri domū facere, vel aliud ędificiū cōstruere, cēset̄ seruitutē oēm q̄ in solo habebat remittere. l. si stillicidii. C. quemad. seruitus amit. Et q̄d plus est, talis permissio p̄caria ad volūtatē permittentis reuocāda, sed perpetua iudicat̄, si aliud expresse non fuerit cautū in ea. l. si precario. §. fi. ff. cōmunia prędiorū. Ea ratione, ne destruēdo ędificiū vrbs deformetur, & status publicus decoloret̄: vt cōsulit Angel. cōsi. 1. Hinc est ꝙ nō potest quis vendere columnas aut trabes dom⁹ suæ vbi corrueret domus. l. senatus. ff. de cōtrahenda emptione, Nec valet legatū earum, sed debet̄ ęstimatio. l. cætera. §. & q̄d si quis. ff. de legatis. 1. Nec dom⁹ legari posset vt destruat̄, vt dicit Marcian⁹ in l. filius familias. §. ędes. ff. de legatis. 1.

Sextum erit ad eliciendū ex prędictis duo singularia. Primū est, ꝙ non potest q̄s de bonis & rebus suis disponere, quarū est dn̄s & possessor. d. l. senatus & l. cætera. cōtra l. nemo. C. de iudæis. & in re mandata. C. mādati. secūdū verò ē, ꝙ q̄s pro sua re seu materia alieno ędificio posita & iūcta, licet dn̄s existat, agere nō potest seu eā vēdicare, vt de ędificio tollat & sibi restituat̄: siue sint fustes, siue lapides, aut alia quęcūque materia ad edificādū apta. tex. ē ī §. cū ī suo solo, instit. de rerum diuisione. & hoc ne ædificia rescindi necesse sit, vt ibi dicit tex. & sic ne vrbs deformetur ruinis. Pręterea ne ruina damnificet vicinos, aut transeuntes ꝑ vicos, & cogi pōt dn̄s ruinæ s. vicinandæ, de dāno infecto cauere, vt ff. de dāno infecto. ꝑ totū. Et cæteros đ dāno suę ꝑsonę, ne ruina offendant̄. Et, ꝙ pl⁹ est, hoc fieri potest ad syndici ciuitatis seu villę requestā. Cuius etiā interest securè ꝑ vicos, & itinera cōmeari, l. j. §. sūma cū vtilitate. ff. de his q deiecerūt vel effuderunt. Et tex. optimus in l. ad curatoris. ff. de dāno infecto. vbi dicit, Ad curatoris reipublicę officium spectat, vt dirutæ domus à domino extruātur. imò dicit tex. in l. singularū vrbium. C. de ædificijs priuatis. & in l. p̄ses prouinciæ inspectis. ff. de officio præsidis. ꝙ propter decorem ciuitatis potest rector curiales cogere de nouo ędificare, non curiales verò tantū ad reædificationē antiquarū non taliter destructarū artant̄. Et quomodo possit cogere priuatos, vide Lucā de Penna ī l. ij. col. 2. C. de metatis. lib. 12. & amplè ꝑ Guill. Benedicti ī sua repetitio. c. Rayn. in verbo, domum, nu. 14. & 16. extra de testamentis

Septimū, licet priuat⁹ ī ciuitate nō possit cogi (vt suprà dictū est) de nouo ędificare domū, tn̄ antiquas reparare cogi pōt: verū quilibet ad simplicē reparationē tenetur. l. singulariū vrbiū. supra allegata. Adeò ꝙ si domus sit duorū, potest cōdn̄s insolidū cōueniri ratione periculi ruinæ, & sol⁹ cōdēnari. Et qūo potest cogi socius ad reparādū, vide ꝑ dictos doctores ī ꝑallegatis locis, vbi ēt ipse Guil. Bn̄dicti sicut laudat & magnificat nouam editionē & reparationē domorū & ædificiorū, q̄ dicit esse piū op⁹, ita ꝑ plura rep̄hēdit destructionē illorū, licet ibi ponat casus, ī q̄b⁹ possūt cōfiscari aut destrui. de quo ēt aliq̄d ꝑ Lucā de Pen. in l. vnica. C. si curialis, relicta ciuitate &c. li. 10.

Octauū est, ꝙ vnicuiq; necessaria est vna dom⁹ cōdecēs & honesta ī sui tutissimū refugiū atq; receptaculū. verba sunt. l. plerịq;. ff. de ī ius vocādo. vnde Eccle. 29. Initium vitæ hominis, aqua, & panis, & vestimentū, & domus ꝓtegēs turpitudinē, & quā domū nemo ītrare possit cōtra suā volūtatē, sub pœna iniuriarū. §. sed & lex Corn. insti. de iniuriis. Cū nō liceat pōpā rei familiaris pandi seu detegi, tex. l. ij. §. i. in fi. C. qn̄ & q̄b⁹ quarta pars dētur &c. li. 10. Adeo ꝙ domū alienā nemini licitū est autoritate propria ingredi, ēt cā perq̄rēdi res suas furto subtractas, vt est tex. in §. cōceptū. versi. sed hæ actiones. inst. de obligatio. q̄ ex delicto nascunt̄. Nisi dn̄s domus esset ꝑsona suspecta de illo furto, s̄m Ioan. Fabri. ibi. Vel esset talis res, q̄ aīo seipsam ꝑdidisset, ut seruus ascriptitius, vxor, & filia. l. req̄rendi. vbi Cyn. & Bal. C. de seruis fugitiuis. dummodo fiat autoritate iudicis, ne sit causa maioris tumult⁹ si aliter fieret. regula iuris ī l. nō est singulis. ff. de re. iur. Aut fieret inquisitio ad utilitatē publicā, s̄m Bar. in d. l. plerịq;. Et sicut posset q̄s unā domum h̄re, ita ēt duas uel plures s̄m facultatē familiæ, statum & cōditionē: imo urbicolis plures domos h̄re necesse est, alterā uidelicet in rure ob agriculturā uel pestē dum in urbe ingruit, alterā autē in vrbe, quia Beati qui habitāt urbes. Miseri castra sequunt̄, maximè tempore belli. de quo Virg. in Buccolicis.

Mantua ve miseræ nimium vicina Cremonæ.

His prætactis, ut proposito inseruiamus, scribitur 3. Reg. 7. c. Salamonem fecisse sibi regiam candenti pauimento, triplici intus materia, cedro, argento, & auro. Quod opus absoluit tredecim annorum spatio.

Domus ēt Cyri Medorum regis fuit excellentissima, quā fabricauit Mennō illigatis auro lapidibus.

Virgilius li. 7. scribit domum Latini regis cētum columnis fuisse sublimem, & Cedrinis auorum simulachris ornatam.

P. Clodius, quem Milo occidit, domum habuit sestertijs 147. milibus emptam.

M. Lepido uiro cōsulari, & Q. Catuli collegæ fuit olim domus omnium in urbe pulcherrima: quæ tn̄ intra annos 35. centesimum locum non obtinuit.

Cicero non minoris quinquaginta millib⁹ aureis habitauit. Quam pecuniam furto & rapina comparatā scripsit Salustius in sua contra eum inuectiua.

In M. Scauri uilla incendio, bis millies sestertium absumptum legitur.

Babylonijs laudi datū est (teste Cœlio lib. antiqu. lect. 5. cap. 12.) ꝙ in ædibus contignationum quatuor habitarent. Sicuti orator Aristides Romanos ex assertione dixit maximas domos maximis imposuisse domibus. Dionysius tn̄ in panegyricorum ratione

tione tecta apud Babylonē ab Herodoto memorari scribit ɔtignationū quinq; aut sex (vt est Lugduni.)

Legi etiā ꝙ Thebæ Aegyptiaca, de qua suprà: domos priuatas vsq; ad quartam & quintam contignationem habuit extructas.

Martialis in scđo suo epigrammate laudat Domitianū, ꝙ ex vna Neronis domo plura ædificia publica in solatiū populi construxerat, & ibi Nicolaus Perottus dicit, ꝙ Nero incēderat vrbē, & unam domū ædificarat: & istud distichon de ea factum fuit.

Roma domus fiet, Veios migrate quirites:

Si non & Veios occupat ista domus.

Plinius quoque de ea scribit. Vidimus urbem nr̄am claudi duab⁹ domib⁹, Caii & Neronis principū. Tradunt hāc domū Neronis à palatio ad ęsquilias vsq; ꝓtēsam fuisse. In uestibulo ei⁹ Colossus erat erectus; tāta erat latitudo eius, vt portic⁹ milliarias haberet: ad stagnū maris instar, circūseptū ædificiis ad vrbis similitudinē, ꝑterea aruis, vinetis, pascuis, syluis ornata, cū multitudine oīs gn̄is pecudū & ferarū, reliqua pars auro ficta erat: gēmisque, & vnionū cōchis distincta. Cęnationes eburneis tabulis laqueatæ versatilibus, vt flores & vnguēta desup spargerent. Præcipua cęnationū rotūda die noctuq; instar mūdi circumagebat, balneę marib. & albulis aqs fluebāt: verū illa dom⁹ tāto sumptu tātoq; rerū oīum apparatu cōstructa fuit, vt ad eā pagendā octo q̄ngēties sestertiū, id est duodecies cētena, & q̄nquaginta millia aureorū nostrorū attribuerit. Habebat aures argēteas, q̄ in modū cęli mouebant: in solariis lapidē quēdā sphingitē, quo perpetuus dies illucebat. Cū eā perfecisset, dixit (ut refert Suetonius) se iam quasi hoīem habitare cœpisse. Et hāc domū multū extollit Textor in sua officina, cētum alia opera & ædificia sumptuosa & magnifica: & etiā Budæus in tract. de Asse, lib. 3.

Hanc luxuriā notat Martialis in d. suo 2. epigrammate in laudē Domitiani. Mos. n. veterū fuit in laudatione viuentiū principū defunctos iam principes damnare, quo viui admonerētur, nullū locū, nullū esse tps, quo defunctorum principum manes (si mali fuissent) a posterorū execrationibus conquiescerēt: sicq; à uitiis retraherentur. Merito ꝑterea laudari videnť viuētes pricipes, si pariter mortui rep̄hendanť. Nā cū de malo principe posteri tacēt, manifestū est timeri p̄ntem, ꝙ eadē faciat. Ad hæc damnare priores, nihil aliud q̄ hortari p̄ntem vt corruptos longa cōsuetudine ac deprauatos mores reformet & corrigat. Postremò (vt inquit Plini⁹) nihil nō parū gratē sine comparatione laudatur: hæc Perottus vbi suprà.

Budæus in tract. de Asse, li. 3. ponit excellentiā & magnificētiā domorū, seu ædium Romanarum, ubi laudat domū Lepidi, Crasi, & Ciceronis: & ibi memoratur de inuectiua orone Salustij in Ciceronem: vnde tanta bona acq̄siuisset nisi ex rapina? ꝑterea & his tpibus multi thesaurarii, seu q̄stores ærarij Franciæ taxati sunt. Nā habito respectu ad eorum facultates antiquas & acquisitas, necnō ad eorū salaria fuit æstimatū quātum pecuniarum ex ærario regio ex rapina seu poti⁹ mala īuersione subtrahere potuerint, & sup his tm̄, aut plus, aut min⁹ ex æquo & bono cōmissariorum in pęnam seu emēdam, aut uerius restitutionē exactū fuit. Et ex dictis Budęi in loco ante citato, cōstat Ciceronē multa ex litexatura acq̄sisse, ue rū multo maiora acquisiuit quōdā Nico. Rolin Cicel. Burg. ciuis nr̄, qui multas domos excellētissimas cōstrui fecit, tā in Burg. vt Diuionæ, Cabilonæ, Castilionæ, Belnæ, & Heduæ: q̄ in Flandria. Et suis posteris 25. uillas in quib. erant castra amplissima & sup̄ba. cū 25. mille li. Turoñ. de redditu annuo reliquerit, q̄ oīa ex industria, literatura, & scīa sibi cōparauerat sub ducib⁹ Burgūdię, sub q̄b. cācella. extitit. Et (vt ferť) cū semel corā duce ab æmulis taxareť de hmōi excessiuis acq̄sitionib⁹, & amplissimis possessionib⁹ rōnē suæ uillicationis maxima cū laude reddidit: ita vt nihil ex rapina, & furto acquisisse se purgauerit, sed omnia, scio principe, & ex eius voluntate & mandato accepisse. Nec credo alium à Cicerone fuisse, qui tanta ex literatura acquisierit.

Nō oīno discōueniret hic inserere excellentiā domorū aquaticarū, q̄ naues dn̄r. sed q̄a Budæ⁹ amplè ponit in d. trac. de Asse, li. 5. excellētiā & magnitudinē aliquarū nauiū, ubi laudat nauē Philadlphi, Pthomæi, Philopatoris, & naues duas à Demetrio Antigoni factas, ēt nauē frumētariā Hieronis. Inter tñ oēs naues q̄ vn̄q̄ fuerūt nec erūt, laudanda est illa q̄ dr̄ archa Noe, cuius lōgitudo fuit. 300. cubitorū. 50. cubitorum latitudo, & 30. cubitorū altitudo, vt scribitur Gen. 6. & de eius excellentia ēt meminit Laziardus in suis epitoma. vl̄is histo. c. 11. ubi dicit qūo fabricatā fuisse tradūt catholici doc. his diebus facta est mirabilis & excell. nauis per regem nr̄um Franciscū. I. quæ fuit facta in Normānia, cōstructione cuius maior pars siluarum illius patriæ cæsa est & exposita.

Sunt & aliæ tres domus. s. conscientiæ, familiæ, & sepulturæ, quas ponit Anto. Flo. in sua sum. in 3. parte. titu. 10. cap. 1. §. i. ii. & iii. de domo sepulturæ, dixi supra in secunda parte.

Idem etiam Ant. Flo. in d. c. 1. in prin. ponit aliam domū quæ est principalis & excellentior aliis, & est domus dn̄i. de qua hr̄ psalm. 121. Lætatus sum in his q̄ dicta sunt mihi: in domū dn̄i ibimus. Principalis. n. quia dn̄i est, & q̄a ab ipso ædificata, & ꝑparata, & nr̄a, quia propter nos ordinata, vt in ea semper cum eo habitemus. Est domus sempiternæ glorię, de qua ipse psalmista in alio psal. 1. 25. ait. Dn̄e dilexi decorē domus tuæ. i. locum habitationis gloriæ tuæ. de hac dn̄s Iesus ait. Ioan. 14. In domo patris mei multę mā siones sunt. quia & si vnum præmium beatitudinis, multæ tñ differentiæ præmiorum, sicut & hic meritorū. Quia, vt dicitur. 1. ad Corin. 15. stella differt à stella in claritate. Cuius nobilitatem & magnificentiam Baruch admirans, ait, O Israel, q̄ magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius: magn⁹ & non habens finē, excelsus & imēnsus. Magna est domus gloriæ supernę & loc⁹ possessionis eius. Magnus latitudine claritas, q̄a cōplectitur oīa bona. psal. 35. Inebriabuntur ab vbertate domus tuę. s. habitātes in ea. Magnus longitudine ꝑpetuitatis, quia nō habēs cōsummationē. i. finē. psal. 83. Beati qui habitant in domo tua dn̄e, in secula seculorū laudabunt te. Lu.

Regnabit

Regnabit.l.Christus in domo Iacob in æternũ,scilicet in eccl'a triumphante.Magnus secundũ altitudinẽ dignitatis, quia excelsus. Apost. 2.ad Corinth. 5. Si terrestris domus nr̃a dissoluitur, habemus domũ non manufactam æternam in cœlis, in qua sunt omnes in maxima dignitate & potestate. hæc ille.

Plutarchus in septẽ sapientũ symposio (teste Cælio,li.antiquarũ lectionũ 6.c.25.)hos scripsit sermones.Quænã maximè felix domus foret. In eo velut ĩ symbolũ, q̃sq; ꝙ sentiret, ꝓtulit. Ac princeps Solõ, optimã sibi domũ videri ꝓnunciauit,in qua pecuniæ forẽt bono cõparatæ modo, nec earũ custodes haberentur infidi, nec erogatis subsequeret̃ pœnitentia. Bias eã cẽsuit optimã,ĩ qua p se dñs existat talis, cuiusmodi extra est ex lege. Tales verò vbi otio pingui dño pfrui licet.Cleobul⁹,si plures multo sint,q̃ dñm amẽt,q̃ q reformident.Pittac⁹ eã ꝓtulit, q̃ tũ necessarijs,tũ redũdantibus supflueret. Chilon administrationi regiæ domũ oportere esse similẽ statuit. Na Lycurgũ ferũt,cũ submonuisset quispiã,Democratiã induceret, intulisse an prius in domo ipse constituet.

Septuagesimatertia cõsi.ad laudẽ excellẽtia quorũdam bibliothecharũ fit.Imprimis Gordian⁹ ĩperator,cũ erudit⁹ vir esset, bibliothecã maximã extruxit, ĩ qua sexaginta duo millia voluminũ collocauit.Tyrannion grammaticus,q floruit ętate magni Põpei, sup tria librorũ millia possedit.Plutarch⁹ i Antonio scribit Pergamenas bibliothecas habuisse ducẽta librorũ millia. Fert Ptholę.ſm Ægypti regẽ bibliothecã oĩum pulcherrimã cõgregasse, & in toto orbe terrarum nominatissimã construxisse, q̃ vsq; ad primũ Alexandrinum cum Romanis bellum perdurauit, teste Philippo Bergomate in suo supplemento chronicarum libr.septimo.Et idẽ libro decimoquarto extollit bibliothecã Ioãnis Galeatij vicecomitis ducis Mediolaneñ. q̃ Papiæ cõdidit,& in qua ingẽtẽ librorum copiã ꝯxit: Budæus in suo tractatu de asse lib. 2. multũ laudat post Plutarchũ bibliothecam Luculli.

Ludouicus XII.rex Franciæ Bleũs oppido suæ natiuitatis pulcherrimam cõstruxit,& ibi magnã librorum præcipuè in historiis,copiam coaceruauit.

Apud Aurelianos alia fuit excellens & nominatissima; hodie Parisius duæ extãt mirum in modum libris refertæ, præcipuè in Theologia,quarũ vna in collegio regio, quod dicunt Nauarræ, altera verò in monasterio sancti Victoris collocatur.

Alphõsus Aragonũ & Siciliȩ rex laudat⁹ est,ꝙ bibliothecã ĩ omni facultate, & oĩ lingua pmaximam & ornatissimã sibi acquisiuerat,& iam quinquagenari⁹ præceptori se submiserit, ne loquẽdi vsu careret.

Adrian⁹ Romanorũ ĩperator,Romanis & ẽt Atheniẽsib⁹,bibliothecã pmagnificã atq; ĩsignẽ cõstruxit.

Bibliothecæ,teste Victruuio,spectare debẽt ad oriẽtem,tum q̃a vsus matutinũ postulat lumen, tum q̃a in his libri ac tabulæ nõ putrescũt. Etenim q̃cumq; ad meridiem & occidentẽ spectãt, tineis & humore libros vitiant, atq; membranas: quoniã vẽti humidi aduenientes ꝑcreant eas,& alunt, fundẽtesq; humidos spiritus pallore volumina corrumpunt.

Quomodo imagines virorũ literatorũ ad eorum memoriã & decorẽ in biliothecis olim apposuerunt plures reges Alexãdriæ & Pergami, & plures Romani,vide Pliniũ lib.trigesimoquinto,cap.2.& Blondũ libro octauo de Roma triũphãte. & de laude Bibliothecarum etiam scripsit F.Patritius in libro de institutione reipublicæ,lib.8.titu.15. eas commendans à comparatione. sic.n.ait. Et si certaminum victores magnos honores meruerunt, vt in conuentu stantes palma & corona decorarentur, & redeũtes ĩ propriã patriam, quasi victoria triumphantes quadrigis inueherent,& veste publica perpetuoq; victu alerent, quantò magis efferendi sunt uiri doctissimi,q̃ disciplina & moribus rẽpublicam adiuuãt,& scriptis suis ea omnia memoriæ commẽdãt, quæ posteris seculis profutura sint? Porro ex antiquis bibliopolis vnicus ferè Triphon celebrat̃.Hinc Martialis lib.4.Nõ habeo,sed habet bibliopola Triphõ.Strabo li.13. Geographiæ scribit Aristotelẽ omniũ primum bibliothecam instituisse.& Plinius lib. trigesimoquinto testat̃ Asiniũ Pollonẽ primũ Romæ bibliothecã fecisse, vt refert Polido.de inuentoribus rerum, lib.2.ca.7.vbi etiam ponit,qui primos libros ediderint, & ꝙ olim in urbe Roma fuerint bibliothecæ nu.18. Scribitur in opusculo de mirabilibus, urbis Romæ, in secundo lib.& in tertio, quæ nunc extant.

Quia hic ĩcipit mẽtio de bibliotheca,ĩ qua reponũtur uolumina,idcirco definitionẽ libri addo,quȩ est talis ſm Lucam de Penna in rub.de nauicularijs seu nauclerijs,lib.11.qui dicit.Liber est lumen cordis,& speculum corporis,uirtutũ repertoriũ, vitiorum cõfusorium,corona prudentũ,diadema sapientum,honorificẽtia doctorum, clarificentia rectorum,comes itineris,domesticus fidelis,soci⁹ colloquẽtis,collega præsidẽtis,vas plenũ sapientiæ,uia recta eloquentię, hortus plenus fructibus,pratũ fluens floribus,mare sine fluctibus,principiũ intelligẽtiæ, fundamentum memorię,hostis obliuionis,amic⁹ recordationis,uocat⁹ ꝓperat,iussusq; festinat,rogatus rñdens, fideliter obediẽs,ꝯ fortunas lictor,atq; verus tui ductor, ortus cõclusus,& fons signatus,pute⁹ aq̃ viuæ,paradisus absq; ruina,ædificãs te gnarũ si reperit ignarũ, nũq̃ patit̃ fastidiũ,& si graues eũ nimiũ, arcana reuelans, & obscura clarificãs. Nec est inconueniẽs scire quę uolumina sint excellentiora,an antiqua,an noua: & licet nõ nũquã nouitas malè negligat, ꝙ bene statuit uetustatis autoritas uenerãda,secunda.q.6.c. anteriorum.uersi.illud,& in authẽ.ut ordinariæ pfecturæ urbanæ &c.in principio. coll. 5. Tamen dicit Speculator in suo proœmio,ꝙ volumini suo nouo cedant uolumina antiquorũ. iuxta illud. Recedant uetera de ore uestro,quia deus scientiarum dñs est. primi Regũ,secũdo c.unde dicit Imperator. Vetustatem renouamus,ut in authẽ.de administratoribus circa principium. coll.7. quibus licet reuerentia debeatur, vt in c.priscis. in principio. 55. dist.& ff.de iure immunitatis.l.semper.& in ca.quanto. extra de transact.& 9.q.3.c.cõquestus. & 25.q.1.c.ꝯ tñ fides eis in pluribus non habetur. Nam ſm uarietatem tẽporũ iura uariantur humana, ut in c.nõ debet.de cõsanguinit. & affinita.c.recurrat.uersic.his ita.32.q.

tertia. sæpe. n. ꝑ necessitate, vel vtilitate mutilantur, & laxantur canonica præcepta, vt c. etsi illa. 1. q. 7. & qđ paulatim labitur, conuenit renouari, vt in auth. de q̃store. circa principium. colla. 6. & nihil penè in semetipso manet, sed currit natura multas euoluens mutationes, quas neque præuidere facilè est neq; p̃dicere, vt in auth. vt oẽs obediãt iudicibus ꝓuinciarũ. §. si vero. versic. si vero arripiat. colla. 5. & nihil est qđ mutabilitatẽ non sentiat. vt in auth. de nõ alienã. aut permutan. §. nos igitur. aliàs in §. vbi aũt lex. colla. 3. & 89. dist. c. ad hoc. & de consecratio. dist. 5. c. ne tales. prope finẽ. sed & semper opere vacante cõsonæ causis leges ponuntur, cum sp inopinabiles emergant, quas antiquitas non agnouit, vt in auth. vt defuncti seu funera eorum non iniurientur. in princ. colla. 5. nec erubescat antiquitas si quid meli⁹ horũ q̃ ipsa tradidit, nouitas adinuenit, vt in auth. de nuptijs. §. maioris. coll. 4. & argu. 96. dist. c. esto. in fine. Nã paulatim hæc p eruditionẽ ad melius accedunt, vt in auth. de monachis §. fi. versi. oportet. colla. 1. & oẽ artificium p exercitiũ suscepit incrementũ. l. legat. seruis. §. ornatricib. ff. de lega. 3. & lege milites. 2. C. de re milita. li. 12. sed & antiquorũ quidam vino inebriati sunt. c. vino. 37. distin. quia non plenam notitiam scripturarũ hahuerũt, vt extra de sacra vnctio. c. 1. §. fi. ita dicit Spec. in d. suo proœmi. col. 9. versic. huic ergo claritatis speculo. Antiquitati tamen in multis defertur, & pręfertur iuuentuti. de quibus supra in parte præcedente, in consid. 17.

SEptuagesimaquarta consi. de excellentia Pyramidum cõtexitur. Pyramides. n. tã altæ in Aegypto tradũt fuisse, vt magna oĩum admiratio fuerit quã rõne in tantã altitudinẽ subuecta sint cementa. Vnã ex ijs q̃ ex Arabicis lapidicinis constabat à 360. hoĩum millib. annorũ 20. spatio cõstructã ꝓdiderunt, & in raphanos, alliũ, & cæpas, q̃bus operarij vescerentur, mille octingenta talẽta erogata. Neq; aliam ædificãdarum Pyramidum rõnem fuisse, q̃ regũ Aegypti in erogandis pecunijs stultã ostentationẽ, siue ne pecuniam successoribus relinquendo insidiandi sibi cãm præberent, seu ne plebs esset ociosa, aut ad vsum sepulchri. Earũ vna saxo naturali fuit elaborata & rubrica, cuius ambitus p frontẽ centũ duos pedes colligebat, longitudo erat 143. pedũ, altitudo sexaginta duo. Tres aliæ fuerunt 78. annis, & mensib. 4. factæ. Omnium amplissima continebat octo soli iugera, quatuor angulorũ paribus interuallis p 882. pedes. Singulorũ laterũ altitudo pedes 25. Secũdæ singula interualla p quatuor angulos pares. 737. pedes comprehendebant. Tertia erat minor p̃dictis, sed multò spectatior, Aethiopicis consurgẽs lapidibus, trecẽtis sexaginta trib⁹ pedib⁹ inter angulos. Oĩum minimã fecit Rhodope meretricula Aesopi fabulatoris conserua diuitiis illis quas meretricio quæstu sibi cõparauerat. Scribit Herodot⁹ ĩ Euterpe Cleopẽ Aegypti regẽ fecisse Pyramidẽ ex Arabicis lapidib⁹, cuius longitudo erat quinque stadiorũ, latitudo decẽ passuũ, altitudo octo passuũ, ĩ qua decẽ annos fuisse cõsumptos memorat. Fecit & aliã viginti annis absolutã, in qua tm̃ ꝓfudit pecuniæ, vt nimio sumptu attrit⁹ filiã (q̃ habebat formosissimã) coact⁹ sit ꝓstituere. Et est in qua 180. talẽta in cępis & raphanis erogata p̃diximꝰ, q̃bus artifices vtebant̃ in extruẽda earũ vna. Quo argumẽto coniectare est, quanta quæq; prodigiosa fuerit aliarum rerum impensa, & ista magnificẽtissima oĩum Pyramidũ fuit. Inter p̃dictas tres duę inter septẽ orbis spectacula numerãtur, de q̃bus miraculis meminit F. Patricius in suo lib. 1. de instõne reipublicæ, tit. 9. & Cęlius antiqu. lect. li. 12. c. 38. Pyramides aũt sũt structurę & moles lapideæ maximæ, ita constructæ, vt è lato in acutum tendant, qualis in hac ciuitate Hedua extat altitudinis 30. cubitorum.

Subsequẽti ordine de obeliscis tractãdũ est, q̃ vocantur structuræ minores Pyramidib⁹ deorsum versum specie quadrata, in angustũ uerticẽ desinẽtes, & paulatim gracilescentes. Aegypti reges quatuor fecerunt obeliscos 480. cubitorũ longitudine. Ramises rex Aegypti, cuius ętate captũ est Iliũ, obeliscũ fecit, quadraginta cubitorum, & alium longitudine undecenis pedibus, per latera cubitis quatuor, quẽ fecisse dicuntur viginti hominum millia. Cuius operis admiratione factũ est, vt cum Syenẽ oppidũ expugnaret Cambyses rex ventumq; esset incendio ad crepidines obelisci, extingui ignẽ iuberet molis reuerẽtia. Obeliscũ posuit Phius 48. cubitorũ. Ptholemæ⁹ vnũ Alexandriæ 80. cubitorũ. Fuerunt plures alii, quos volens omitto, de quibus Plinius lib. 36. c. 9. 10. & 11. & Blondus de Roma instaurata li. 1. ubi etiã scribit formã & figurã. Qui uero primũ Obeliscos fecerint, vide Polidorũ de inuentoribus rerũ, lib. 3. c. 11.

De Labyrinthis ẽt loquamur. Nã scribit F. Patriti⁹ in li. 1. de institutis reipublicæ, tit. 9. Dedalum architecturæ inuentorem ẽm aliquos, qui in Creta regnãte Minoe Labyrinthum miro girorũ ordine ædificauit, ad eius similitudinẽ, quẽ diu ante Miris, à nõnullis Miro appellatus, Aegyptiorũ rex, ꝓ sepulchro sibi opulentissimo construxit, qđ ẽt Labyrinthi nomine nũcupauit. Cuius q̃dẽ aditus ingredientibus facilis erat, exitus aũt perdifficilis viarum perplexitate, nisi beneficio ducis itineris peritissimi. Virg. lib. 6.

Hic labor ille domus, & inextricabilis error.

Plinius li. 36. c. 13. dicit quatuor fuisse Labyrinthos, ẽm Aegyptium, tertiũ in Lemno, & quartũ in Italia. de quibus Textor amplè scribit in sua officina. c. inter alia opera &c. De primis Labyrinthorum Pyramidumq; autoribus, & q̃ esset eas construẽdi cã scribit Polidorus de inuentoribus rerum, lib. 3. c. 10.

SEptuagesimaquinta cõsideratio de sepulchris subnectitur, q̃ ad gloriã mortuorum orta sunt, vt qui iam defecerãt, viuere viderent̃. Nã legitur q̃ Arthemisiã regina Carię Mausolo marito mortuo sepulchrũ erexit iter orbis miracula annumeratũ, cui⁹ altitudo attollebat̃ 25. cubitis. Cĩgebat̃ colũnis 36. patebat ab austro ad septẽtrionẽ 63. pedes. toto circuitu cõtinebat pedes 411. Ipm̃ ab occidẽte celauit Scopas, à septẽtrione Bryax, à meridie Tymothę⁹, ab occasu Leocares. Regina opere nõdũ absoluto ꝯcessit fatis. Artifices tñ nõ recesserũt nisi eo ꝯsummato. Ab hoc sepulchro oĩa regũ & imperatorũ monumẽta q̃ præciosa sunt, vocantur mausolea. de hoc Proper. lib. 3.

Nec

Nec mausolei diues fortuna sepulchri,
Mortis ab extrema conditione vacat.

Martialis lib. 1.

Aere nec vacuo pendentia Mausolea,
Laudibus immodicis Cares ad astra ferant,

Semiramidē orientis reginā, & mulierum oīum lōge celeberrimā, quamq; cū Cyro præcipuè admirat⁹ Alexander fertur, qđ in illis & magnitudo animi & rerū claritas plurima emicuisset. legimus, cū sibi iā magno conatu monumētū, in quo pfuncta humanis reconderet, strueret, īscriptionē eiusmodi exculpēdā curasse. Quicunq; ex regib⁹ pecuniæ inopiā senserit, cōditorio recluso sumat ide, qcquid visum fuerit. Id cū plegisset Dari⁹, vt q auri foret auidior, sepulchrū iussit recludi: sed in eo pecuniā qdē inuenit nullā, in ea autē incidit literas: Ni mal⁹ vir fores & pecunia insatiabilis, nō vtiq; mortuorum loculos moueres. hæc Cælius li. antiquarū lectionū 12. c. 37. Et Philippus Bergomen. post Plutarchū, lib. 3. sui supplemēti chronicarū. De sepulchro Augustorū & alijs memorādis sepulchris q̄ Romæ visunt, vide in Opusculo de vrbis Romę mirabilib⁹, li. 2. & 3. dicit tñ idē Cęli⁹ libr. 9. suarū ātiquarū lectionū, c. 63. ꝙ pp sepulchra q̄ in Ceramico visebant sancitū lege fuit, neqs sepulchrū faceret operosius, q̄. ꝙ decē homines effecerint triduo. neve hermas liceret īponi, nec mortui laudē in publicis sepulturis, nec per alium quàm per eum qui publicè ad eam rē constitutus foret, dici licebat. Sed post deuentum est ad magnificētiam sepulchrorum more Romanorum, vt ibi declarat de multis quę fuerunt multum excellentia.

Non est omittenda descriptio santi Sepulchri, cū prophetizatū fuerit illud esse gloriosum. vt habetur Esaiæ 10. &, vt dicit Bartholome⁹ de Saligniaco ī suo itinerario terræ sanctæ, ī capite sexto septimi tomi, distat pedibus cētū & nouē à loco crucis Christi: descēdit. n. à loco crucis Christi ad supficiē pauimēti ecclę spatio pedū virginti nouē, ꝙ resultat ex decē & octo gradibus, & à principio pauimēti vsq; ad sepulchrū, spatiū est pedū octogīcta. Et est dispositio loci dominicæ sepulturæ talis. In media tēpli area stāt duæ domunculæ, siue criptæ. Sūt. n. ē rupe cauatę interi⁹ & exterius parietibus marmore incrustatis, tecto rudi iuxtà naturā rupis exteri⁹ manētis. Hoc sepulchrū est septē pedibus longū, octo palmis altū, à pauimēto ex marmore cādido atq; lucēte. Huius sepulchri est tēplū gloriosissimū, ꝙ sicut sigulari gloria est à deo clarificatū, ita sumptuosissimè & pulcherrimè à principibus Christianis cōstructū, ornatū, atq; ditatū, & plurimarū nationū fidei Christianæ officij sāctis diu noctuq; frequētat. Est. n. hoc tēplū miræ altitudinis & amplitudinis, plurima loca sancta īcludēs, & ab vtrisq; lateribus multis sacellis distinctū, innititr columnis marmoreis septuaginta tribus, singulis s̄ basim trigīta pedū altitudine eleuatis, ī testudine artificiosæ picturæ miraculorū varietate visunt. Porrò ī testudinis medio sup domini Iesu gloriosū sepulchrū latè patet apertura rotūda miri (vt dicit) effectus. Nā alij perhibēt rorido cœlo p hāc aperturā dulcissimū manna super Christi sepulchrū sæpe pluisse. Alij affirmant ignē cœlestē ministerio angelorū per hanc descēdere solitū, à quo sancti Sepulchri lāpades fuerūt accēsę iuxta ꝓpheticū. Cadet de cælo sup vos globus ignis, à quo illuminabimini. Verū hęc actis tpib⁹ ob scelera pseudochristianorū Pisanorū ad gloriosū sepulchrū ꝑpetrata cessauere, vt ī antiqs gestis cœnobij mōtis Syō, vetustis libris reptū ē. vt refert idē Bartholomæus loco ꝑdicto, capite 7. Aperturā hanc multi principes ꝓ zelo ducti sępe clauserūt argēteis, vel aureis laminis, sed altero die solito more patuit remotis laminis angelico ministerio, qm̄ ꝓphetatū erat, vt dictū est. Et erit sepulchrū eius gloriosum. De pluribus alijs excellētijs huius sancti Sepulchri vide ibi dē. Verū ī eo. li. c. j. noni tomi, idē Barthol. ponit de sepulchro Ioseph, sepulchro Zach. ꝓphetę, & đ sepulchro vriginis Marię, qđ est īstar, vt dicit, sepulchri Christi p oīa factū, nisi ꝙ cripta ipsi⁹ sepulchri duab⁹ ianuis patet vtrinq; & est marmoreū, summè venerabile angelis, Turchis pfidis & Saracenis: & ibi ꝓpe ē sepulchrū diuę Annę ei⁹ matris. Et ī c. seq. fit mētio de sepulchro Iosaphat regis Iuda pulchra pyramide īsignito. Et ī c. 4. eiusdē tomi dicit, ꝙ sepulchrū Lazari, qui fuit à Christo suscitat⁹ ē marmoreis lapidib⁹ cooptū, & psimile sepulchro Sācto & virginis gloriosæ. Et ī hac ciuitate Hedua in eccl'a ipsi⁹ diui Lazari post altare mai⁹ ē ēt aliud sepulchrū sācto Lazaro dicatū ex marmore cōditū, & ita elegans, ut nullū simile ī nr̄a Gallia repiat: vbi reliqæ ipsi⁹ à Gerardo epo Heduen̄. e Massilia allatæ diu r̄positæ fuerūt.

Omitto plura alia sepulchra magnificētissima, vt ē sepulchrū diui Aug. ex candidissimo marmore mira celebritate structū Papiæ in cænobio fratrū Heremitarū, quod ēt aspectū quendā pulcherrimū præbet. Etiam sepulchra regum Francię, quæ cœnobio sācti Dionysii Franciæ prope Parisium (vbi est communis sepultura ipsorū regum) passim mire condita sunt. Sed excellētiora sunt in cœnobio Carthusiēsiū ꝓpe Diuionē, vbi Duces Burgundiæ olim inhumabantur. Ita ī ciuitate Bituricēsi, in capella ducū Biturigū vidi sepulchrum ducis excellēs & diues. Et ī ciuitate Nanetēsi, vbi duces Britonū ornatissime sepeliūtur, & in oppido Souigniaci, in prioratu ordinis Cluniacensis, nō multū longè ab vrbe de Molinis, sepulchra ducū Borboniorū laboriosè structa cernunt. De multis sepulchris sanctorum ponit Gregor. Turonen. in suo li. ī gloriā cōfessorū, vbi īter cętera ponit de sepulchro Hilarionis senatoris Diuion̄. de quo alibi dixi.

Et qualiter olim bruta & alia aīalia honorata fuerunt sepulchris aut statuis, scribit Textor ī sua officina, ī c. Bruta, aliaq; aīalia &c. & in c. ꝑcedēti. vide de tario inhumādi ritu apud diuersas gentes. qđ ēt vide in Polidoro de inuentoribus rerum, lib. 3. c. 10.

Aduerte tñ, ꝙ licet gl. in l. quicunq; ī verbo, libitinarius. ff. de i. ti. action. dicat ꝙ feretrum est sepulchrum plebeorum & damnatorū, tamen etiam ponitur pro sepulchro potentum. vt habetur 2. Regum tertio. quòd Dauit sequebatur feretrū Abneri.

Septuagesimasexta consid. erit cum circa domos, vt cōiter videmus, sunt horti adiacentes, vt facit textus in lege prædijs. §. balneas. ff. de legatis. 3. circa excel-

excellentiã & laudem hortorum versatur. Pheacũ.n. regio (cuius rex fuit Alcinous) hortos habuit tãta pomorũ varietate nobiles, vt p̃maturis primis noua statim renascerentur, quę cũ magno studio coleret Rex eius loci, deus hortorũ credit⁹ est. Stati⁹.li.j. Siluarũ.

Quid bifera Alcinoi laudem pomaria, vosq;
Qui nunquam vacui prodistis in aera rami.

Mantuanus.

Alcinoi syluas canit, & Pheacia poma.

Ouid.lib.iij.

Proxima Pheacum felicibus obsita pomis,
Rura petunt. Iuuenalis Saty.v.
Illa iubebit.
Poma dari, quorum solo pascaris odore.
Qualia perpetuus Pheacum Autumnus habebat.

Propertius.

Nec mea Pheacas æquant pomaria syluas.

Epicurus, teste Plin. li.18.c.4. primus omnium hortos Athenis instituit, cum antea ruri tãtum haberẽtur, non in vrbibus. Hinc Epicurus hortorũ magister appellatur. Laertius refert Epicuri scholã fuisse in horto. Propertius lib. III.

Illic vel studijs animum emendare Platonis
Incipiã, aut hortis docte Epicure tuis.

De quo meminit Blondus li.8. de Roma triũphãte. Sed & pẽsiles Babylonis hortos pleriq; laudãt, inter orbis spectacula admittũt, siue illos fecerit rex Cyr⁹, siue Semiramis, vt refert Cæli⁹ lib. 12.c.38. in fi.

Lucan⁹ hortos habuit cultissimos, ĩ qb⁹ sepult⁹ ẽ.

Mecænas quoq; hortos habuit Romæ pulcherrimos in esquilijs, ad quos propter amœnitatem loci plerumq; diuertebat Octauius.

Syria etiã fuit in hortis operosissima, autore Plin. Inde quoq; est ꝓuerbiũ Gręcis: Multa Syrorũ olera. In Italia, & præcipuè in regno Neapolitano, sunt horti excellentes.

Etiam alias vidi Papienses multum insudare in colendis & elaborandis hortis, & ex eorum fructibus multas pecunias colligebant.

Parisienses quoq; hortos habent fertilissimos, circa quorum cultum multum versantur. vnde ex illis non modicos redditus percipiunt.

Fuit excellentissimus hortus Molinis tẽpore Annæ de Francia, filiæ regis Ludouici XI. Francorum Regis, & Ducissę Borbonij.

Hort⁹ verò Balsami ẽt iter hortos excellẽtior, erat .n. in cacumine montis, vbi interfectus est Saul, & in nullo alio loco balsamũ nascebat. Cæterũ tpe magni Herodis, Cleopatra regina Ægyptia, fauẽte Antonio marito, sed inuidẽte Herode, hortũ Balsami trãstulit in Babyloniã Ægypti, vbi p̃ciosissimarũ arborũ hort⁹ delitiosus colitur à Christianis solis, rigaturq; aqua fontis, in quo fama est virginẽ gloriosum sępe lauisse infantulũ Iesum, cũ degeret in terra Ægypti. Sunt tñ adhuc surculi q̃dã Balsami ĩ mõte Engaddi, sed nullí⁹ cult⁹, nullí⁹ ꝓuẽtus. Sic miro modo de⁹ se vlciscit̃ de peccatoribus, vt q̃m Herodes olim horti Balsami possessor Iesum puerũ p̃sequebat̃, Ies⁹ fugiẽs ĩ AEgyptũ post se traxit Balsami hortũ. Est aũt hic hortus in Ægypto ĩter Helyopolĩ & Babilonẽ hñs ĩ lõgitudine duos iact⁹ arc⁹, in latitudine iactũ lapidis, terrę ferè albę. hæc dicit Bartho. de Saligniaco in itinerario terrę sanctæ c.7. decimi tomi, vbi refert ꝙ messis Balsami talis ẽ. Decerpit̃ foliũ ex stipite ꝯ solẽ, moxq; gutta lucida, & mire fragrãs scaturit ex ruptura, & hic Balsami p̃ciosissim⁹ liquor vitreis vasis colligit̃ minimè fluxur⁹, nisi ad ortũ solis fiat ruptura. Fõticul⁹ autẽ Iesu paruul⁹ est, nõ sufficiẽs irrigationi toti⁹ horti, quare Sarraceni aliũ foderũt iuxta illũ puteũ, ex quo quatuor boues aq̃ ꝓtrahũt p̃ Rotã, sperãtes ex uicinitate fõtis Iesu aq̃ fore salubrẽ, at lõge aliter, res euenit, donec missis canalib⁹ aq̃ putei ducerẽt ĩ fontẽ Iesu, quo facto, largiter & salubriter ex aquis mixtis rigat̃ Balsami hortus. Non est omittẽdũ (mirũ tñ dictu) ꝙ à meridie sabbati vsq; ad aurorã diei lunæ, boues nullo verbere ĩpelli pñt, vt ĩ protrahẽda aqua laborent, quod est fidei nostræ testimonium celebre.

Cæterum horti sine aqua nõ sunt cõmendabiles nec vtiles. Nã agri aquarũ irrigationẽ aut pluuia carẽtes nullos fructus cultoribus p̃stãt, textus est in lege vsus aquæ. & ibi notat Luc. de Pen. C. de fundis rei priuatę. li.11. Vñ hortus sine aqua, & quercus folijs defluens comparãt̃. Esa. cap. 1. ad finẽ. Ideo agris qui pñt cõmodè irrigari (vt ĩ plerisq; Italię locis) ampli⁹ taxari dñt in su buẽtionibus & collectis, cũ eis siccitas aeris ĩ nullo officere possit: sed decurrẽtib. aquis irriguis fruct⁹ optimi ex eis p̃cipiũtur. Ex agris nẽpe irriguis bis in anno fructus p̃cipiũtur, vt ait Papinianus in l. diuortio. §. q̃d in anno. ff. sol. matr. Aliàs verò in arboribus & pratis detrimẽta cõsequũt̃. l. 15 cuius, in fi. ff. si seruitus vẽdicet̃. & d. l. vsus aquæ. & hr̃ Iacobi. 5. ꝙ Elias orauit vt nõ plueret sup terrã, nõ pluit annos tres & menses sex. & rursum orauit, & cœlũ dedit pluuiã, & terra dedit fructũ suũ. In hortum ex more aquæ ducuntur irriguæ. Deuter. 11. de consecratio. dist. 5. c. nunquam. l. decernimus. §. sciẽdũ. ibi, vel hortus, ad cuius vsum aqua publica fuerit deriuata. & ibi Luc. de Pen. C. de aquæ ductu li.11. Melior tex. in l. j. C. de mancipijs & colonis. eod. lib. ibi tantum colonis impartiatur, quantum culturis eorũ agrorũ sufficere manifestũ est, quos ipsi colunt.

SEptuagesima septima consi. erit de laude & excellentia Balneorũ tã naturaliũ, q̃ artificialiũ: cũ vt plurimũ, ẽt in domibus sunt loca, q̃ dicunt̃ balneæ seu balnearia, vt facit textus in lege p̃dijs. §. balneas. ff. de legat. 3. in q̃bus ad lauãdũ aq̃ calidę & frigidę sunt, & habẽt Hypocaustũ, hoc est locũ ad sudãdum. Habet. n. sub pauimẽto locũ vacuũ, in quo succẽsus ignis calidos vapores emittit, excitatq; sudorẽ. Hẽt ẽt ab vno latere p̃furniũ, hoc est paruã fornacẽ, ĩ qua ignis inclusus partim hypocaustũ calefacit, partim aquas tẽperat ad lauandũ. Etenĩ supra eã tria ahena cõponuntur, vnũ caldariũ ex quo aqua calida hauritur, alterũ tepidarium ex quo tepida, tertiũ frigidarium ex quo frigida. Quantumcunq; aquę calidę ex caldario exit, tãtũ ex tepidario in caldariũ, & ex frigidario influit in tepidariũ. & hoc vaporariũ dicit̃. Est & aliud hypocausttũ tẽperatius, q̃d vnctuariũ dicit̃, ĩ quo post sudorem ad lotionem homines vnguntur.

Et quædã ex institutionẽ nostra vim habẽt, quædam

dam verò sua sponte vim obtinēt. Quę verò ex īstitutione nostra vim habēt, ꝓpriè apud nos Thermę dicunt, & olim ī vrbe Romana in his balneis Romani magnā delectationē habuerūt, & ī excellētia illorū ī sudarūt, vt refert Blōd⁹ li.ii. de Roma restaurata in prī. vbi ait ī vrbe 12. Thermas cōpertas fuisse, Agrippinas, Neronianas, Titi, Vespasiani, Domitianas, Antōianas, Alexādrinas, Gordianas, Seuerianas, Diocletianas, Aurelianas, Cōstātinianas, & Nouatianas. Quarū loca & excellētias indicat, pri⁹ de earū institutione ratiōe explicata, vbi plura: q̄ cū nō sint magnę vtilitatis, nō aliter insisto. Et ex dictis illi⁹ ibi & ī fine libri primi cōstat Thermas Diocletianas, & Gordianas fuisse excellētiores. Vt de Gordianis, ait, Iuliū Capitolinū pauca scripsisse, sed valdè admirāda. Nā cū dixisset dom⁹ Gordianorū tūc extasse Prąenestana uia ducētas colūnas vno stylo habētes, addidit & Thermas ibi fuisse, quales p̄ter vrbem tunc nusq̄ haberet orbis terrarū. & de Thermis Diocletiani vide Blōdū in fi. libri primi antè alleg. Et de balnearū apud veteres luxurioso apparatu scribit Cælius lib. antiquarū lectio. 16. ca. 47. ubi dicit in Balneis non statuas mō īnumeras, & colūnas nihil sustinētes uisere erat, sed eo quoq; peruētū est delitiarū, vt nihil nisi gēmas calcare vellēt, sicut prosequitur Seneca lib. 13. epi. 86. & vide eundem Cælium eo loco cap. 46. ad initium.

In hac nr̄a ciuitate Heduana loca extāt, dicta uul gò le celier Ioliot, vbi Thermarū reliquiæ introspiciunt, q̄ magnitudine, & operis sumptuositate erant excellētes, ꝓut ipsa ruina docet hodie, nec plures sūt ī Gallia excellētes, cū pauci habeāt priuatas. sed ī ciuitatib⁹, & oppidis sūt publicæ Thermæ, ī aliq.b⁹ locis sunt honestę, ī alijs verò exercentur Lupanaria ēt publica, q̄ an sint ꝑmissa videat̄ tex. ī l. ancillarū. ī fi. de petitione hereditatis, ubi uerba Vlpiani iuriscōsulti sūt hæc. Nā & ī multorū honestorū virorū ꝑdijs Lupanaria exercētur. & ibi Alberic⁹ de Rosate. vide tn̄ S. Thomā in 4. sentētiarū. dist. 33. q. 1. articu. 3. q̄stiūcula prima: & in scripto eius sup Dionysiū 4. lectio. 9. col. 5. in princi. Vbi dicit, ꝙ lex puniēs mulieres in Lupanari est abrogata. & dicit Præpositus in c. priuilegia. §. officiū. 3. dist. ꝙ eccl̄a permittit tacitè publicas meretrices pp maiora mala vitanda. qm̄ maiora & grauiora mala sunt euitanda. 13. dist. per totum. maximè c. 1. & 2. Faciunt dicta Hosti. & Panormita. in c. inter opera charitatis. in fin. extra de sponsalib⁹

De iur̄ tn̄ diuīo Lupanaria ꝓhibent̄. Cū ꝓhibeatur simplex ꝯcubinat⁹, seu fornicatio: q̄a scribit̄ Exo. 20. Nō męchaberis, & Deuteronomio 23. Non erit meretrix de filiab⁹ Israel. Etiā dn̄s exclamauit ꝯ̄ Ierusalē, eo ꝙ ædificauerat Lupanar, & Prostibulū fecit ī cūctis plateis, & ibi adijcit̄, ꝙ destrueret dn̄s Lupanaria & Prostibula, vt hr̄ Ezec. 16. Et ędificasti tibi Lupanaria, & fecisti tibi Prostibulū ī cūctis plateis. Et fornicata es cū filijs Ægypti vicinis tuis magnarum carniū. dt tn̄ gl. fi. ī c. meretrices. 32. q. 4. ꝙ ī Deu. licitū erat hr̄e ꝯcubinā, & dar̄ ei pretiū suę pudicitię, vt hr̄ 2. Reg. 2. 15. 16. 20. & 3. Reg. 11. & 1. Paralip. 2. & 2. Paralip. 10. & Ester. 2. & Cātic. 6. facit tex. ī l. ī ꝯcubinatu. ff. de ꝯcubinis. ēt de⁹ nō omnino abiecit meretrices, sed vt scribitur Mat. 21. dicit, quia publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei.

Sed videtur ꝙ ista Lupanaria ēt sustineri possint īspecto iure naturali, quo iure omni animāti à natura est tributū, vt se, vitā, corpusq; tueat̄, declinetq; q̄ ei nocitura sūt, quæq; ad viuēdū necessaria īquirat, secundum quod videtur ꝙ coitus sit qn̄que necessarius hoc iure ꝓ sustētatione vitę, & ꝓ uitandis malis, q̄ defectu coit⁹ euenire pn̄t, & multa iuuamēta affert, vt ꝑ plures autoritates comprobant Antoni⁹ Gazius in sua florida corona. c. 32. & ex nostris Andræas Tiraquellus in suis legibus connubialibus, l. 14. folio 157. & 158. quæ cum sint lasciua, non repeto, cū ibi legi possint. Et iō Politicarij nr̄i cupiētes generi humano ꝓuideri, & plura naturæ īcōmoda auferre, iuuamētaq; illi ꝑstare, ī plurib⁹ hęc Lupanaria ꝑmittūt, q̄ & eccl̄a tolerat ex causis an̄ deductis.

De balneis verò seu Thermis q̄ sua spōte vim obtinēt (vt ad propositū vn̄ digressi sumus redeamus) dicēdū est, quia alia sūt nitrosa, alia salsosa, aluminosa, alia bituminosa, alia sulphurosa, alia ferrosa, alia calcosa, & q̄dā ex his cōposita: & horum quidē omnium potestas est arefaciēdi, quædam nō tantū arefaciunt, sed etiā obstruūt, vt aluminosa. & de vtilitate eorū in fine huius cōsideratiōis dicetur. Et in his vt plurimū aquæ sūt calidæ. sed cur hoc? ita ꝙ aliq̄ intātū sunt calidæ, & ita feruēt, vt non possint esse vsui nisi aut ī apto euanuere, aut mixtura frigidę intepuere, cāę sunt, teste Seneca lib. 13. epistolarū. 86. epistola, ignib⁹ quos multis locis terra opertos tegit aquā calescere, si subiecti sunt solo, per qd̄ aquis trāscursus est. Facere quippe dracones solem⁹, & miliaria, & cōplures formas, in quib⁹ ęre tenui fistulas struimus ꝑ decliue circūdatas, vt sæpe eūdē ignē ambiens aqua tm̄ fluat spatij, quātū efficiēdo calori satis est. Frigida itaq; ītrat, exit calida, idē sub terra fieri existimat Empedocles, vt autor est Cęli⁹ li. antiq. lectio. 16. c. 44. vbi ēt ait, ꝙ quidā arbitrātur, ꝑ loca sulphure plena, vel introeūtes aquas calorē bn̄ficio materiæ ꝑ q̄ fluūt trahere, & hic an̄ dictū est in 18. ꝯsid. Quod nequis accidere miret̄, viuę calci si aquā īfuderis, nōne feruebit? Hæc porrò efficit rō, vt aquę feruidę magna ex parte salsę ꝓueniāt, vt Arist. īquit quia, s. ꝑ terrā aluminosam ꝑcolātur. Exustorū autē oīum cinis salsus est sulphurq; redolet, quare ferui da oīa modo vrūt fulminis: & quidē plura fulminis tacta extiterūt: vn̄, vt experiētia docet, aqua salinarū decocta reddit cinerē salsū, quo vtuntur Burgundi. Refert & idē Cęlius, ꝙ Democritus calci assignauit calidorum fontium rationē, quod nequit fieri, quoniam lapides vnde fit calx non habent excalefaciendi vim, nisi in fornace calcaria ꝑęusti fuerint.

Et pro hoc calentium aquarū rōne ipse Cęliu adducit qd̄ vidisse attestat̄, & esse adnotatu dignum dicit, dū Patauii, vt ait, capesseret īgenii cultum, apud Aponū adnotauit ab aquis calentibus lapides gigni qd̄ extra omnem admirationē ei fui. Scaturiunt, vt inquit, ibi feruētissimæ aquæ in supercilio nō multū eleuato, in subiecto molēdinō est qd̄ versat Balinei aquam per cōuallē decurrēs. Volaticam ut nūc passim

sim dicit, in quam impetu deuoluitur aqua ꝑ actū. Vidit totā veluti quodā artificio, lapidea circūtectū crusta. Et cū oculis nō satis crederet, duriciē materię expertus est, cultelli satis validi mucronē īsigniter retusum animaduertit. Mox repertita vrbe cū rē scholasticis quibusdā exposuisset in foro, risu except⁹ est ab oīb⁹ fere, tanq̄ īusitata, absurda, ac scurrilia ꝓmeret. Sed haud ita multo supstitio facto, illuc ꝓfecti secū in rē pręsentē verissima senserunt, q̄ prius inscitè ludibrio habuerāt. & oīa post (vt ait Cęlius) cōprobata reperit ex doctrina Plinii & aliorū, vt ibi ꝓsequit. Et tandē reddit rationē cur aquis calētibus potius q̄ frigidis lapides concrescant, & coagmētētur.

Et de fonte q̄ est in Britānia, etiā de quodā paruo lacu iuxta oppidū Gallicū vulgo dictū Loches, mira ferunt, cū arbores aut ligna ī eis immersa ꝑ aliquot annos in lapides cōuertunt, vt ante ī hac par. ī d. 18. cōside. in fi. scriptum est: & cū ista sint extra materiā, non īsisto. Et de balneis & materia scripsit amplè Cælius, d. c. 44. cum 4. c. sequen. & Volaterranus in sua philologia. cā. de partitione medicinæ, lib. 24. vbi ēt narrat quædam esse balnea frigida, quæ fiūt ex aqua frigida, & cuius iuuamenti, & vtilitatis sint.

Balnei vsus, inq̄t Cælius, duplex est. Nā modo discussis febrib⁹ initiū cibi plenioris vinique firmioris valitudini facit. Modo febrē ipsam tollit, fereq; adhibet: vbi summā cutē relaxari, euocariq; corruptum humorē conuenit, & habitū corporis expedit mutari. Antiq̄ timidi⁹ eo vtebant. Asclepiades audacius. Balnea verò veterū eo frugi erāt, teste Cælio loco antedicto. c. 46. & in vsu erant balneola pangusta, tenebricosa, vt inq̄t Seneca: neq;. n. calida videbant nisi obscura. Eiusmodi fuisse legim⁹ Scipiōis Aphricani balneū apud Liternū. In eo ille horror Charthaginis cui Roma debebat, q̄ semel tantū foret capta, abluebat corpus laboribus fessū rusticis: qm̄ se exercebat opere, terrāq;, vt mos fuit priscis, ipse subigebat: hęc Cęlius. & c. 45. q̄rit cur añ balnei īgressū calidū mingimus, & in exitu balnei frigidū. Itē cur nō sitientes, lauacrū ītrātes sitimus: & eȝ, si sitiamus, pacat sitis. De vtilitate verò & iuuamine balneorū me remitto ad medicos, vt ad Antoniū Gaziū ī sua florida corona c. 40. & 41. vbi ēt declarat q̄ cōditiones debeāt obseruari ꝓ volētibus ī aqua calida artificialr balneari. Ad Volaterranū & alios ꝑ eū allegatos in loco ante citato. Sed, vt dicit Arnald⁹ de Villa noua ī suo cōmētario regiminis sanitatis. c. 5. Balneū ad multa confert. Colūnæ. n. pedū ad cōseruationē sanitatis visus & audit⁹ sæpe lauari dñt, atq; fricari cū aqua moderatæ caliditatis, Ampli⁹ capitis lotio nō tardet vltra 12. dies, nec fiat ī hebdomada plusquā semel, & nūq̄ stomacho repleto, sed ante prādiū aut cœnā, balnea tñ nocēt oculis. Verū ita sunt vtilia & necessaria, q̄ ēt die dominico cā necessitatis ꝑmittunt. c. peruenit de cōsecra. dist. 3. Et ēt cā necessitatis religiosis permittunt. cap. omnis q̄ 22. q. 1. Imo si quis prohibeat balneari ī balneo publico, potest agere actione iniuriarum, tex. est in l. 2. §. si q̄s in mari. ff. ne q̄d in loco publico. & l. iniuriarum 1. §. fi. ad initiū. ff. de iniur.

Sed tandē sciamus q̄ sint balnea excellentiora in Gallia, & licet sint plurima, pauca tñ referā. Primò in nr̄o bailliuatu Heduēsi ad muros, seu ī suburbiis vrbis Borbonii Ancerici, q̄d distat à loco natalitio meo dicto Issiacū 8. milliarib⁹, sunt balnea antiquissima & excellētissima à Iulio Cęsare, vt fert, constructa, in q̄b⁹ sunt plures fontes calētes. & q̄d mirū est, nō cū tetro odore sulphuris: & īter alios fons est ita calidus & feruēs, vt vix manus contineri posset: & si viuū caderet & mergeret ī eo ꝑ tp̄s, quo vix dici possit Aue maria, à morte cū difficultate liberaret: & aqua illius vtunt pistores & īcolæ ꝓ pane cōficiēdo, & plib⁹ aliis actib⁹ & vsib⁹ necessariis. Locus aūt aptus ad balneū, in quo aq̄ calētes cadūt & recipiunt, est ꝓpe fontes calidos & circūdat muro ex magnis lapidibus quadratis cōposito sub forma orbiculari, ī quo vltra quinquies centum homines contineri possint.

In ducatu Borbonii oppidū est dictum Borboniū Larchembault, ferè distās 30. milliaribus à prædicto Borbonio, vbi etiā sunt alia balnea, & alię aquæ calētes: sed loca balneorū nō sunt ita excellentia, & sumptuosa, vti balnea Borbonii Ancerici.

Sūt & alia balnea ī eo ducatu & patria Borbonii ī oppido vulgò dicto, Vichy, sed ī opęris & ędificii magnitudine & cōstructiōe nō sūt ita excellētia vt pria.

Inter balnea excellētia semꝑ laudata fuerunt balnea Viterbii, de quorū laude scripsi ante ista parte. dicta 18. consideratione, & de pluribus aliis.

Septuagesimaoctaua consid. de animalib⁹ terrestribus sit. Quia varia bestiarū genera sunt, Eccle. 43. & eo q̄ sunt pfectiora auibus & piscibus, vt dicit & declarat S. Th. 1. 1. q. 72. primū. &, vt dicit idē Tho. 1. 1. q. 47. sec. secūdę q̄ animalia appetūt excellentiā. & irascunt ꝯ derogātia eis. Nā Cęli⁹ libro 4. lectionū antiquarū ca. 25. dicit. Pleraq;. n. ī brutali vita extāt sermonis vestigia. Neq; itē rōnem quālibet putaris. Nā actiuę rationis in bestiis semina multa, q̄d operū & vitæ cōprobat modus. Speculatio itē quædā, & naturaliū peritia nobis vr̄, cū illis quadātenus esse cōmunis. Nā, & remedia norunt, cibos distinguunt, futura ꝑsagiunt, ingruētia vitāt solertissimè, ēt si natura duce, ī hisce potius videātur niti. Vna verò ē diuinitatis cōtēplatio, cultus unus, q̄ extra hominē reiicit omnia. Neq; prona in pastū animātia deū suspicant, aut sciunt. Peculiaris homini est in naturę pricipem deū mētis excitatio: licet Plinius dicat brutorū aliqua cœlestibus reuerētiæ cultū exhibere, & ex Platonicorum doctrina coargui possit, bestias aliud q̄duis facere poti⁹ cum cęlestia honorare vn̄r. Aut si honorant, nescire tamen q̄d agāt, vel si sciant eas, itē intelligētiæ, ac īmortalitatis uideri participes, à quo dissentit Cælius ubi supra, & uide Plutarchū in quodā dialogo, ubi demonstrat in brutis rationem esse.

Et est quædā nobilitas in animalibus irrōnabilibus, ut dicit Bar. in l. 1. in 7. col. C. de dignitatibus li. 12. uidebimus īfra exēpla suis locis, de quib⁹ ēt per Bonum de Curtili, in suo tractatu nobilitatis. in 2. parte. Et dixi supra in 8. par. in 3. consider. ubi posui ēt de Leone, & ei⁹ nobilitate inter quadrupedia.

Et de animalibus mira ponit Plinius lib. 28. naturalis historiæ, c. 11. ex quibus possunt laudari ī genere.

re. Et reperiunt animalia q̃ vtuntur ordine, vt inter terrestria Elephantes, inter aues Ciconiæ, Grues, & Apes, vt de singulis infrà dicam, quod plurimum seruit ad propositum de ordine seruando.

Sed ut ad differentias animalium descendamus, dicendum tres esse gradus animalium.

Quædam.n. sunt q̃ habẽt sensum, tactus, sed neq; auditum aut memoriã hñt, vt sunt Cõchilia, & multa animalia, arborũ, & herbarũ affixa radicibus: & iste primus est atq; infimus gradus. Hæc aĩalia, quia memoriam non habent, iõ nullam habent prudentiam, nec se de loco ad locum promoueri possunt.

Quædã verò sensum habent, tactus, & memoriã, sed auditu priuant, vt sunt Formicæ, & huiusce gñis animantia qbus memoria est atq; ꝓuidẽtia, & motus localis. cõgregant.n. in cibũ frumẽtorũ grana, ne hyemis tpe fame pereant. Et hæc aĩalia sunt primis nobiliora, cum illa sint plantis propinquissima.

Quædã præterea sunt, quę habent sensum tactus, memoriam, & auditum, vt perfecta quæq; animalia, cuiusmodi est Canis, Elephans, Leo, Bos, Capra. Et iste est tertius animalium gradus, qui iõ est duobus primis nobilior, quia à plantis est multo distantior.

Quædã ẽt sunt animalia q̃ excedunt hominem in aliquo sensu, vt Ap auditu, Linx visu, Vultur odoratu, Symia gustu, Aranea tactu. vnde sup versus seq.

Nos Aper auditu, Linx visu, Symia gustu,
Vultur odoratu, præcellit Aranea tactu.

Aliter tamen dictum est per Plinium, li. 10. c. 69. & 71. sed quid responderi possit præponentibus homini bruta, vide Cælium lib. antiq. lect. 2. c. 10.

Deniq; alia sunt animalia numero quatuor, quæ victum percipiunt tantum ex vno elemẽtorum, ut Talpa terra, Alec aqua, Chameleon aere, & Salamãdra igni, vt probant versus sequentes.

Talpæ terra cibus, Chameleon in aere viuit,
Alec vnda fouet, flammę pascunt Salamandram.

Aduerte etiam, ꝙ natura mares etiam inter bruta potiore decorauit honoris insigni Draconem, & Gallũ christa, cornibus ceruum. vnde Martialis.

Dente timetur aper, defendunt cornua Ceruum:
Iuba verò Leonem, & c. vt infra patebit.
Imbelles damæ quid nisi præda sumus?

Deniq; etiam maiorem animo præter Pantheram, & Vrsam, q̃ animosiores sunt marib⁹, vt dicit Raphael Volaterranus li. 25. suæ sophologiæ, ca. j. & late in p̃cedenti parte, in 2. consid. Et nõ solũ bruta fuerũt in uita honorata, sed etiam post mortem quædã sepulchris aut statuis honorata fuerunt, vt supra dixi in consideratione de sepulchrorum excellentia.

Textor Niuernẽ. in sua officina in c. aĩalia diuersa. laudat multa aĩalia, maximè cum q̃dã sunt, q̃ vltra alia hoĩ seruiũt, vt est Equus, asinus, capra, sus, bos, ouis, canis, mulus: & ibi amplè de naturis eorũ, quod nõ trãsporto, cũ tñ excellentiora referre curabo. In primis, vt dicit, canes inter aĩalia sunt fidelissimi, vt docet p exẽplũ. & canũ quorundam celebrum refert noĩa Textor in sua officina. c. canũ quorũdã noĩa. Et bos ĩ re pecuaria primã habeat autoritatẽ: & mirabili, & singulari laude digni sunt Elephãtes, tũ pp eorũ docilitatẽ, intellectũ, & memoriã. sitq; inter aĩalia terrestria primũ, & maximũ, proximumq; humanis sensibus, ẽt pp eorũ obediẽtiã, amoris, & gloriæ voluptatẽ, imò ẽt probitatẽ, q̃ rara est in homine, prudentiam, & æquitatẽ, religionem quoq; syderum, solisq; ac lunæ venerationẽ, vt amplè declarat Plinius lib. 8. naturalis histo. à c. j. illius lib. vsq; ad 12.

Tñ inter aĩalia terrestria Leo obtinet gñositatẽ, principatũ, fortitudinẽ, & dñationẽ, ita ꝙ & prĩceps aĩaliũ terrestriũ dr̃, & probat̃ sic ex autoritate Plinij eo. lib. 8. c. 16. vbi ait, gñositatẽ eius deprehẽdi, maxime in periculis, nõ in illo tm̃mõ, ꝙ spernẽs tela, diu se terrore solo tuet̃, aut velle cogi testat̃. Cogiturq; non tã ꝑiculo coactus, sed tanq̃ amentia iratus: illa nobilior animi significatio magna canũ, & venantiũ vrgẽte vi cõtẽptus resistit. cęditq; in cãpis vbi virgulta syluasq; penetrauerit, acetrimo cursu fert̃, velut turpitudinẽ latebris tegẽs, dũ sequit̃ ĩsilit saltu quo in fuga nõ vtit̃, vulneratus obseruatione mira ꝑcussorẽ nouit, & in quãtalibet multitudine appetit. Eũ verò qui tela quidẽ miserit, sed nõ vulnerauerit correptũ, raptatũq; sternit, nec vulnerat. Ex clemẽtia ẽt laudat̃, cũ ꝓstratis parcit: & vbi sæuit, ĩ viros prius q̃ in fęminas fremit: perimit infantes nõ nisi magna fame. extant clementiæ Leonũ cõplura exẽpla, vnũ supra ista par. in consid. de excellentia amoris relatum est. Duo alia recitat Pli. d. c. 16. & post eũ Perottus in 6. epigram. Martialis, ubi plura de nobilitate, & generositate Leonis. Quod verò laudet̃ Leo ex principatu, & dñatione patet: quia Leo Græcè interpretatur latinè rex, cũ Leo sit rex, & princeps oĩum bestiarũ, ut dixi supra, & ait Isid. li. etymolog. Itẽ est aĩal audax, forte, largũ, nobile, magnanimũ: ut inquit Aris: in natutalib. Et caput illius fortissimũ est. uerũ quid p eũ significare deat, cũ ponit̃ in armis, ex p̃cedẽtibus cõiectati põt, & ex his, q̃ dicũt̃ ex hieroglyphica Ori Apollinis Niliaci, ubi dicit p eum denotari fortitudinẽ, cũ anteriores partes describunt̃, figurant̃, ut in pluribus, q̃ gestant in eorũ armis capita Leonũ. Nam hr̃ in prouerbio. Leo fortissimus bestiarũ, nullius pauescit occursum. Prouerb. 30. Et cũ sit hoc animal, inter cætera fortissimũ, omnibus occurrẽs, timorẽ incutiens, formidolosum significat, q̃nq; animũ, iram, aut furorẽ: & aliqui eũ ponũt sub solio solis: demonstrãtes ipsi⁹ ad solẽ similitudinẽ. Vel ẜm p̃dictũ autorẽ, Caput Leonis denotare põt uigilãtiã, eo quia leo dormit oculis apertis, & de aliis naturis uideat̃ Plin. lib. 8. & Cœlius lib. 7. antiq. lect. c. 29. Textor in sua officina dicit, ꝙ impetu, & calore leones cætera præstant animalia, vti sol sydera: præterea oculis semꝑ igneis, & patentibus cernuntur, ut sol patẽti igneoq; oculo terrã cõspicit, & ibi plura de natura illius, & pluriũ aliorũ animalium vltra 63. diuersarum specierũ, q̃ ibi refert. Ideo uideas eũ, & Pliniũ in d. li. 8. p totũ. per Aristotelẽ, & Dioscoridẽ, & in horto sanitatis. Et si reperiãtur figurata in armis aut uexillis, de quibus supra lib. 1. 38. consider. in 84. conclu. debent interpretari arma secundum naturas illorum animalium qualitates, & nobilitates.

Et ẽt inter animalia eiusdẽ speciei põt esse nobilitas

tas vel excellentia in vno plusq̄ ī alio, vt de duob. canibus Laconis ex eodē ventrē editis, quorū alter ad leporem alter ad ollā impetum fecit, vt refert Bonus de Curtili in principio huius consider. allegato.

Septuagesimanona ꝯsideratio erit de animalib⁹ insectis. Inter q̄, teste Aristo. lib. 9. de natura animaliū. genus apū & formicarum officiosissimū atq; studiosissimū, & præ cæteris ferè omnibus aīalibus est. Et, vt ait Pli. li. 11. c. 5. Inter oīa insectorū aīalia, principatus apibus & iure præcipua admiratio. Solis ex eo gñe hoīum causa genitis mella cōtrahūt, succūq; dulcissimū atq; subtilissimū ac saluberrimū fauos cōfingunt, & ceras. Illę ad vsus vitæ laborē tolerāt, opa ꝯficiūt. Rēpublicā hñt, ꝯsilia priuatī, ac duces gregatim: & qđ maximè mirū sit, mores hñt. Regib⁹ apū forma semꝑ egregia & duplo q̄ cæteris maior, pēnę breuiores, crura recta, ingressus celsior, in fronte macula quodā diademate candicans, multo ēt nitore à vulgo differūt, deinde subiungit Plinius ibi in c. 17.

Nō ꝯstat inter autores rex nullū ne solus habeat aculeū maiestate tm̄ armat⁹, an dederit eū q dē natura, sed vsū ei tm̄ negauerit. illud ꝯstat Imꝑatorē aculeo nō vti. Mira plebis circa eū obediētia, cū ꝓcedit vna ē, totū examē circa eū cōglobat̄, cīgit, ꝓtegit, cerni nō patit̄, reliquo tpe cū pp̄ls ī labore est, ipse opa intus circuit, similis exportanti solus immunis. Circa eū satellites quidā, lictoresq; assidua custodiētes autoritate. Procedit foras nō nisi migraturo examine, id multo intelligitur ante aliquot dieb⁹ murmure intus strepente apparatus indicio diē tepestiuū eligentiū. Si qs alā ei detruncet, nō fugiet examē. Cū processere, se quæq; proximā illi cupit esse, & in officio cōspici gaudet, fessum humeris subleuāt, validi⁹ fatigatū ex toto portant. Si qua lassatus deficit, aut forte aberrauit, odore prosequūtur, vbicūq; ille cōsedit, ibi cunctarū castra sunt. Semper duce prehēso totū tenetur agmen, amisso dilabitur, migrantq; ad alios, esse vtiq; sine rege non pñt. Inuitæ autē interimunt eos cùm plures fuere, potiusq; nascentiū domos diruunt, si ꝓuentus despatur, tunc & fucos abigunt. Certū est ab apibus fucos interfici. Quod si defecerit alicuius aluei cibus, impetū in proximas faciunt, rapinę ꝓposito. At illæ ꝯ dirigūt aciē, & si custos adsit, alterutra pars quē suis fauere sentit, nō appetit eū, & aliis quoq; sæpe dimicant causis, easq; acies cōtrarias duo Imꝑatores instruūt; maxima rixa & in cōuehēdis floribus exorta, & suos qbusq; euocātib. Quę dimicatio iniectu pulueris aut fumo tota discutit̄. Recōciliant̄ vero lacte vel aqua mulsa. Cū defunctas ꝓgerūt funerātiūq; more comitant̄ exequias. Rege hac peste cōsūpto męret plebs ignauo dolore. Nō cibus cōuehūt, nō procedūt, tristi tm̄ murmure glomerant̄ circa corpus eius. Subtrahit̄ itaq; deducta multitudine alias spectātes exanimē, luctū nō minuunt, tunc quoq; ni subueniat̄, fame moriūtur. Hilaritate igitur & nitore sanitas ęstimat̄. Hæc Pli. vbi s̄. Recitatus ēt à Iudoco Clycthoueo, c. 1. de regis officio. vbi ēt refert ꝙ his similia dixit beat⁹ pater Ambr. in li. 5. hexamerō, ita de apibus & eorū rege loquens. Ipsæ sibi regē ordinant, ipsæ sibi populos creant, & licèt sub rege positę, sunt tñ liberę. Nā & ꝑrogatiuā tenent, & fide deuotionis affectū, qa & tanq̄ à se substitutū diligunt, & tāto honorāt examine. Apibus aūt rex naturę clarus format̄ īsignib. vt magnitudine corporis ꝑstet & specie, tū (qđ in rege pręcipuū) est, morū māsuetudine. Nā & si hēt aculeū tñ eo nō vtitur ad vindicādū. Sunt. n. reges naturæ, non scriptæ literis, sed impressę moribus, vt leniores sint ad puniēdū, q maxima ꝑtāte potiūt̄. Sed & apes illæ q̄ nō obtēperauerint legibus regis, pœnitenti se mulctāt cōdēnatione, vt immoriātur aculei sui vulnere. Quod Persarū populi hodie seruare dicūtur, vt ꝓ cōmissi ꝑtio, ipsi in se propriæ mortis exequantur sñiam, itaq; nulli sicut reges Persarū, tā grauissimas ī subditos hñt leges. Nō Indi, nō populi Sarmatarū, tātā quantā apes reuerentiā deuotionis obseruant, vt nullę è domibus exire audeāt, nō in aliquos prodire pastus, nisi rex fuerit egressus, & volatus sibi vendicauerit principatū. Deniq; regē suū summa ꝓtectione defendunt, & pire ꝓ eo pulchrum putant. Incolumi rege nesciunt mutare iudicium, mentem inflectere. amisso, fidem seruandi muneris derelinquunt, atq; ipsæ sua mella diripiūt, ꝙ is q principatū habuit muneris interēptus est: hæc Ambrosius. Et ꝙ apes regem habeant, confirmatur iure canonico per tex. in c. in apibus princeps vnus est. 7. q. 1.

Item Virg. lib. Georgicorum 4. de apibus earumque rege ferè eadem describit his versibus.

Ipse regem paruosq; quirites
Sufficiunt, aulasq; & cerea regna refigunt.
Præterea regem non sic Ægyptus, & ingens.
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes
Obseruant, rege incolumi mens omnibus vna est.
Amisso, rupere fidem, constructaq; mella
Diripuere ipse, & crates soluere fauorum.
Ille operum custos, illum admirantur, & omnes
Circumstant fremitu denso, stipantq; frequentes.
Et sæpe attollunt humeris, & corpora bello
Obiectant, pulchramq; petunt per funera mortem.

Demū Maphæus Vegi⁹ in eleganti sua disputatione inter terrā, solē & aurū super præstantia & dignitate sua, vbi terram inducit cām suā agentē, mores, naturam, conditiones apum ex Plinio & cæteris autorib⁹ collectas venuste grauiter & copiosè describit.

Mirum nēpe est naturā ipsam tā minuto animali tanta prouidētiæ & solertię argumenta indidisse, voluisseq; homines illarū exemplo documenta accipere, quid reges præstare debeant suis subditis, quæ itē officia exhibeant subiecti suis regibus.

Quare, vt ad formicā mitrit sapiēs pigrum hominem, vt ab ea sumat sedulitatis assiduiq; laboris exēplū, cum ait prouerb. 6. Vade ad formicā ò piger, & considera vias eius, & disce sapientiā, q̄ cum non habeat ducē, nec præceptorem, nec principem (saltem ignoratur) parat in ęstate cibum sibi, & congregat in messe ꝙ comedat. Non aliter tacito naturæ monitu inuitant̄ homines ad contēplandam apum conditionem, ac considerandā rationem, vitæ laboris, & conuictus earū, vt ea attentatione discāt à rationis īmunibus ipsi rōne prædití, quonā pacto vita ī societate degenda

degenda sit: quõ reges (vt dixi) populum moderentur: qua itẽ rõne populus in regẽ officiosus sit & morigeř. Ideo non immerito apes formicis hic cõiũgũtur, ad efformãdos hominũ mores docẽdamq; prudẽtiã nequaquam illis dispares: hęc Chlychthoueus.

Octuagesima cõsid. q̃ auiũ sit excellẽtior inquirit. Et licet Plini⁹ li. 10. histo. na. c. 2. plurimũ laudauerit Phęnicẽ, & eã dicit nobilẽ, & nascit in Arabia, Aquilæ magnitudine, auri fulgore circa colla, cętera purpureus, cerúleã roseis caudã pẽnis distinguẽtibus, cristis faciẽ, caputq; plumeo apice honestãte, ferũt (vt ait, vnicũ in toto orbe, & raro vĩ: verum nemo extitit qui viderit vescentẽ, annis verò sexcentis & sexaginta viuere dicit. Et de Phęnice Barbatia scripsit in c. q̃m abbas. nu. 9. extra de offi. delega. vbi refert, qđ Ambrosius in lib. examerõ, 5. dixit ꝙ Phęnix auis ĩ locis Arabiæ đgere ꝑhibet, & vltra 500. annos dicit viuere: q̃ cũ finẽ vitæ suæ adesse ꝑpẽderit, thecã seu repositoriũ sibi facit đ thure & myrrha, & cęteris odorib⁹: ĩ qđ impleto vitæ suę tẽpore ĩtrat & morit: de cuius carnis humore vermis exurgit, paulatimq; adolescit, & processu statuti temporis induit alas, atque in superioris auis speciẽ & formã reparat. Et ex hoc ĩuehit ꝯ non credẽtes resurrectionẽ. Fert de beata Cecilia, ꝙ ad exemplum Phęnicis conuertit beatũ Maximianum, & eo postmodum decollato pro fide, in eius tumulo fecit sculpi Phenicem. Isidorus verò li. 12. Etymologiarũ ait de Phænice, ꝙ est auis Arabię: & dicitur Phęnix, quia phęniceum habet colorẽ seu rubeum, vel quia in toto orbe singularis & vnica est: de more refert vt proximè dictum est. de morte verò ait ꝙ collectis aromatum virgulis, rogum sibi instruit, & conuersa ad solis radios alarũ plausu volũtarium sibi facit incẽdiũ, sicq; de cineribus suis iterũ resurgit. Et legit ĩ chronica imperatorũ in 2. colũ. ꝙ sub Claudio tẽpore beati Petri apparuit ĩ Aegypto, & ꝙ est grãdis vt Aquila, circa collũ fulgore aureo, postera parte purpurea ꝑter caudã, cui⁹ color rube⁹, roseus, & ceruleus, vt suprà in principio dixi. Et hæc etiã est mens omniũ aliorum autorũ. Aliqui tamen quicquid de Phęnice dicit fabulosum esse dicũt, fundantes se super dictis Plinij ĩ c. 2. supra allega. ĩ fine.

Attamẽ Aquila inter oẽs aues notas excellentior iudicãda est secundum Plinium in d. li. 10. c. 3. vbi inquit. Ex ijs supple auib⁹ quas nouim⁹, Aquilę maximus honos, maxima & vis, & ibi sex earũ esse genera asserit, quæ eleganter & clare declarat; & hæc sola auis fulmine non tangitur, ideo Ioui dicatur.

Quomodo aũt aquila primò fuerit dicata Romanis legionibus, & eam in acie portabanr: & etiã quo modo data sit pro armis Iulii Cæsaris (à quo tẽpore semper vsi sunt imperatores) dixi in prima par. in trigesimaoctaua consideratione 16. conclus. versic. sic erit dicendum. & in fine.

Sed q̃d significet, & q̃d ꝑ eã denotet ĩ pictura, ĩ hierogliphica Ori Apollinis Niliaci sic dr̃, ꝙ Aegyptii sapiẽtes cũ volebãt dũ significare, aut altitudinẽ, aut depressionẽ, aut excellẽtiã, aut sãguinẽ, aut victoriã, Aquilã depingebãt. Deũ q̃dẽ (ꝙ ẽ primũ) denotat, eo ꝙ sit auis hæc fęcũda & longæua; & ad hoc quod vr̃ simulacrum esse solis, cum pręter cæterarum auium naturã, intẽtas acies & firmos oculos teneat ĩ radios solares: vnde & medici in oculorũ medelam herba ab aquila dicta vtũtur, & solem tanquam dominum visus aliquando Aquilæ forma depingunt: vnde etiã Aquila ab acumine oculorũ dicta est, vt dixit Isidorus Etymologiarũ lib. 12. cap. 7. circa principium.

Altitudinẽ verò denotat, quoniã cętera quidem volatilia, cum velint in altum ascendere obliquè feruntur, cùm non possint in directũ volare, sola autẽ Aquila in altum recta fertur.

Depressionem quidem, quoniam eodem modo cęteræ aues obliquè ad terram feruntur. Aquila sola recta descendit, & librat ex alto sese.

Excellentiam, quoniam Aquila cæteris volatilib⁹ præstare videtur, cum auiũ regina & nobilissima dicatur: vt habetur in libro, qui hortus solis intitulatur. in tract. de auibus. cap. 1. vbi multa singularia & notanda de Aquila videri possunt.

Sanguinẽ, quoniam vt dicunt naturalistæ, Aquila non aquam sed sanguinem bibit. Ideo suos pullos lambere sanguinem docet.

